INSTITVTIONES AD CHRISTIANAM THEOLOGIAM, SACRARVM, LITERARVM, VNIVERSALIVMQVE *Conciliorum auctoritate*;

Nec non Doctorum Ecclesiasticorum eruditione confirmatæ.

ECCLESIASTICIS OMNIBVS ANIMARVM curam gerentibus admodum necessariæ.

OPERA ATQVE INDVSTRIA ERVDITISSIMI VIRI F. Ioan. Viguerii Granaten. Apud Tholosam Prædicatorum ordini adscripti, sacræ Theologiæ Doctoris & Professoris.

His annecti curauimus eiusdem Viguerij commentaria antea nunquam excussa, in D. Pauli epistolam ad Romanos, in quibus omnes ferè hæreses nostri temporis confutat, ut nihil breuius neq; clarius in illas scribi possit.

Titulos recèns additos versa pagella reperies.



VENETIIS,

Apud Camillum Franciſchinum: MDLXVI.

IOANNES VIGVERIVS

GRANATENSIS THEOLOGVS,

Ampliſsimo Decurionum ordini Reipublicæ Granatenſis, Ciuibuſq; ſuis vniuerſis gratiam pacem;& ſalutem.

MIHI ſemper, magnifici patres, ſapiētiſſimiſq; viri, placuit illud Platonis ad Archiam Tarentinum, vnūquemque noſtrum ſibi duntaxat, verumetiam patriæ, parentibus, ac amicis cæteris eſſe natum, vnde cum diu multumq; cogitaſſem, qua ratione poſſem apud vos ciues meos, ambl·ſſimoſque patres, id teſtari, vnum hoc ſuccurrebat, poſſe me in qua eſſem verſatus diſciplina, ex ea aliquid promere, quod poſſet eſſe multis non ingratum, ſed tamen quod veſtra iſta luce, ſplendore iſto veſtro planè indignum videretur. Itaque anceps hīc hærebam variaſq; in partes animus trahebatur noſter, Huc ſtudio patriæ parentibus, amiciſq; ac cōterraneis meis gratificādi, alio pudore quodā ac noſtræ inbecillitatis cōſciētia nos vocāte, Nec vnquā (mihi credite) in animū induxiſsē quicquā ad vos ex hac noſtra officina mittere, niſi me duo ad id ſupra modū impuliſſent. Primū cōſiderabā maximā eſſe veſtram prudētiā, pietatē, humanitatē, & diſplicere poſſe nihil, quod animo pio & ſincero in eccleſiæ dei gazopilatiū inferretur. Deinde nō parū nos huius ſeculi mouebat infœlicitas, quo dici queat, quā immēſa ſint, eaq; innumerabilia volumina, ex quibus tamē ſēp diſcatur, ſed nūquā ad finē perueniatur ſciētiæ. Id quod nos perpetuo habuit peſſime, Illuſtriſſimi patres, animūq; noſtrū multoties excitauit, ut ſi tādē poſſet malo iſti nimis cōmuni iri obuiā, ꝙ in nobis eſſet preſtaremus. Quare cū animaduerterē multos quidē libros ab optimis quibuſq; eruditiſſimiſq; viri de rebus diuinis eſſe cōſcriptos, ſed qui mole ſua, prolixitate, opinionū in his adductarum uarietate, ſæpæ etiam contrariis pugnātibus obſcuriſſimiſq; diſputationū meādris, egre poſsēt a quouis tractari, intelligi, expendi, imo vero nec perlegi quidē, niſi maxima capitis vertigine, & grauiſſimo ætatis nō dicā tenerę, ſed ſenilis diſpēdio. Tētādū putaui, quid in hac parte noſtræ poſſent vires. Periiſſent ne mihi tot & tāti in rē literariā, perſertim aūt in Chriſtianā philoſophiā impēſi labores? Quod ipsū aggreſſurus nolui cōmittere, vt ad quas Scyllas multo feciſſe naufragium cernerem, ad eas nauis noſtra allideretur. Igitur certiſſimi recentiorum lapſum non aliunde, quam ab ignoratione dialecticorum, phyſicorum, metaphyſicorum moralium, & aliarum id genus diſciplinarum eſſe profectum, quantum in nobis fuit, ſtuduimus ne quæ futuro theologo exiſtimaremus neceſſaria ſorte aut vtilia, eorum hic aliquid deſiderari merito poſſet. Sed locum hunc prætermittere non poſſum, Chriſtiani patres, ſine maximo dolore, dum reputo, quam intrepide omnes, quam illotis (vt aiunt) manibus ſacras ſcriptiones hodie attractent. Dicas rem eſſe tenuem, facilem, expoſitam omnibus, non metaphyſice, non phyſice, non ethice, non denique dialectice imbuti, ad diuinorum oraculorum accedunt interpretationem D. Pauli epiſtolas, ipſi D. Petro Apoſtolorum choryphæo abſtruſſiſimas, ſic tractant, in eas ſic cōmentantur, meditantur, ſcribunt, vt bellos illos ſcriptores dicas interim vſque ad tertium cœlum raptos, ab ore ipſiſſimi authoris enarrationem obſcutiorum locorum excepiſſe. Nec ſat habent miſeri illi tenebriores prabere ſe diabolo ludificando, niſi etiam ſuis præſtigiis & eſcis uerborum alios nitantur in ſuos laqueos pellicere. Non ſartores, non cerdones, non caligarios, non veſtiarios, & cæteros id genus, ad verſanda, hoc eſt prophananda cœleſtis philoſophiæ myſteria, ſed & agricolas, & bubul-

cos, opiliones, ac ipsos denique suarios, ad turbandos fontes limpidissimos inuitant. Quæ Dei optimi maximi benignitas per Spiritum sanctum in sanctissimas purissimasq; aliquot selectorum mentes infudit, ea vt triuialia in omnes omnium linguas transfundenda, omni idiomate legenda, interpretanda, atque explicanda, confidenter asseuerant. Quid plura? idiotis quibusuis ac mulierculis interpretandi, tribuunt prouinciam. adeo vt quanuis, ipso D. Hiero. authore, in republica bene cōstituta quod medicorum promittant medici, tractentq; fabrilia fabri, solum tamen prophetias, legem, ac euangelium declarandi munus sit, quod sibi passim vendicant omnes. Hoc garrula anus, hoc delirus senex, hoc sutor, hoc lanificus, hoc rusticissimi quique inuadunt ac temerant. de sacris ad stiuas disseritur, loci non intellecti adducuntur. Quidquid suggerente diabolo in mentem venerit, lex dei existimatur. Adde quod disertuli illi, ex quibus hi sua hausere, sibi miris modis blandiuntur, dum composita ad hoc ipsum oratione nouos intellectus in sacris proferunt. Quasi vero res magna sit, graue dicendi genus & non abiectissimum, quantumuis clara theologiæ axiomata in suum sensum torquere. Proh. dei optimi maximi fidem, Hinc errores, hinc schismata, hinc hæreses, & pugnantia secum dogmata, hinc ferox & indomita caro ad omnia facinora petulantes erumpit. Hinc fides, hinc pietas exulat, diuinus cultus spernitur. quæ fuerunt certa, stabilia, fixa, dubitantur, ruunt, euelluntur. Iusta ac recta omnia concutiuntur, vt iam plerosque naturali & super nos signato lumine destitutos, videas sine lege, synderesi conscientia, ac (vt vno verbo dicam) sine deo lucianorum more ferri pessimas quasque sectas renouantes & gigantum æmulos deo ipsi indicentes bellum. Quæ monstra omnia non aliunde pio rum doctorumque iudicio censenda sunt prodire, quam ex liberalium disciplinarum inscitia & neglecta. Sane fieri omnino non potest, vt quis earum ignarus, falsum a vero, obliquum a recto, malum a bono, impurum a puro, sanctum ab immundo discernere ullo modo possit. Cui morbo ipse pro mea parte occurrere causamq; eius serpentem cupiens præscindere, En vobis, prudentissimi patres, ciuisque mei charissimi, Institutiones ad omnes liberales disciplinas non minimum famulares offero, & Christianæ fidei rudimenta, quæ hominem ad sublimius ac Dei eloquiorum que eius rectam notitiam & sine ambagibus perducant. Quæ omnia ita congessi, ut resecatis opinionibus, probleumatibus admissis nullis, nil non ex sacris bibliis ac sanctorum orthodoxorumque patrum monumentis compilarim. Idque hunc in finem me fecisse velim existimetis, ut iis instructus generosus animus, diuinorum sermonum intellectum consequi, hæreticorum tela retorquere, cæterosque tuto & sine ullo erroris periculo docere ualeat & moderari. Hæc vnusquisque meditetur, hæc amplectatur, secundum hæc uiuat, sentiet opinor, non ab instituto fine nos procul abfuisse. Atque hoc quicquid est operis, venerandi patres. vniuersique ciues mei, nobis ab eo dicatum putetis, qui etsi vestri nominis studiodissimus, & cupiat hic liberos vestros institui, excoli, exornari. Idque ut cum immensæ isti apud uos annonæ, graniorum, cæterorumque temporalium bonorum fertilitati, spiritualius immunes, & constantes in fide, & actuosi bonis ab huius seculi fluctuantibus errori bus immunes, & constantes in fide, & actuosi bonis operibus permaneant. Hacque ratione vitam illam æternam omnes nos assequamur, per Christum seruatorem, cui benedictio, honor, ac potestas in omne æuum.

Valete, ac prospere agite.

LECTORI CHRISTIANO SALVTEM.

IN habes, Christiane lector, immensos nostros labores iam diuiis, qui solidam illam ac vere catholicam D. Thomæ Aquinatis Christianam philosophiam amplectũtur desideratissimos. Habes, inquam, omnium eorum, quæ magnus ille diuinusque, vir theologis voluit esse in manu. Epitomẽ seu manualem quẽ dam Certè quæ ab eos fusè obscureque pro temporis ratione, ac hominis eruditione incredibili disputata sunt, eorum hic inuenieus prætermissum nihil. Clarius omnia, familiarius, compendiose magis, sed alio atque ille stylo & huic nostro seculo familiariori magis, præstare studuimus. Nec eas solum velim hic à nobis expectari, quas non Institutiones vocamus. Sane quum sacrum D. Thom corpus in nostro Tholosano cænobio cõditum sit, pro eo amplius nos teneri sentiebamus, curauimusque sedulo ne quod in sua illa absolutissima summa diuiniori commentatione differuit atque resoluit, eorum hic, sed, potissimum, quæ in scholis controuertuntur prætermitteretur aliquid. Atque labores hos nostros, vel vno hoc nomine putem satis iri commendatũ, quod catholicæ fidei ecclesiasticorũque placitorũ plena sint omnia. Quæ corrogatis ad hoc ipsũ ex omni sacrarum literarũ penu, tũ grauibus locis, tũ rationibus validissimis sustinere nullo negocio ac tueri cuiuis videri merito possimus, reiectis etiam ecclesiomastigum technis, & machinis, quibus ecclesiam Dei nituntur euertere, retusis ac omnino dissipatis. Quid multa? Ausim hic, modeste tamẽ & sine vlla animi elatione, polliceri, quæ a balus Christi gregem solicite tuentibus fusissime tã theologicis, quam ethicis tractatibus sunt differtata, eorum fere hic desiderari nihil, adeo vt huius nostri manualis præcepto ordine sanè methodico, ac propterea longe facillimo, indice nullo (quanquam & indicem, ad quem vbi voles recurras, adiunximus,) statim in manu omnia babeas, eaquæ non controuersa, nõ disputanda, nõ agitanda, sed explicata, probata, indubitata. De ordine igitur hoc loco non temere (vt nobis videmur) dicendum putauimus. Itaque scito nos ab anima, vt quæ sit certioris & iocunde magis cognitionis itemque cum ad hominis tum a dei notitiam, eiusque mysteria cognoscenda plurimum conducat exorsos, eius substantiã facultates, actiones habitus, affectiones, quæque illi accidant omnia ea exposuisse ratione, vt vegetatiua primum, sensitiua alterum tertiũm rationalis sibi locum uendicet. Huius postremæ partis tres fecimus, intellectum agentem, possibilem, & voluntatẽ. Ex quarum actionibus speculatiui & morales habitus, iique tam boni quam mali, virtutes nimirum & vitia proficiscuntur. Quæ omnia ea prosequimur serie, ea tractamus diligẽtia, vt neque virtus, neque vitiũ possit vllũ dari, quod non sit in suo quo ue loco cõmodissimé descriptum. Neq; vero, quę in hominis industria positæ sunt irtutes, eas solas sumus prosecuti, sane & quas Græci θεοπνεύστας appellant Spiritus sã̃cti numine inspiratas, omniaque eius dona & charismata oratione studuimus aliqua ex parti cõplecti. Et quia per hæc ad beatitudinẽ veluti mãducimur, de vtraque beatitudine essentiali simul & accidentali, animæ, & corporis, necnõ de eius dotibus & aureolis abunde multa attexuimus Hæc sequũtur leges, Naturalis, Diuina positiua humana, peccati, & membrorum. Sub diuina veterem, & nouam siue Euãgel icam. Earum quæ ad mores, iudicia, & ceremonias spectant præcepta. Item sacramenta, sacramentaliaque omnia, & vim energiamq; eorum. Nec minus diuinarum

rum personarum processiones, Trinitatem, & indiuiduam vnitatem, essentialia, attri buta, notiones, proprietates personales, nec non diuini uerbi incarnationẽ, humani generis redemptionem, ac deinde certam in Christo resurrectionem, non oscitanter (aut prorsus noster nos fallit labor) sumus consectati. Nouissimo loco de nouissimis, hoc est de Antichristo perditionis filio, postremo iudicio, vltima bonorum, & malorum mercede, & cæteris id genus, quod in Enchiridion uisu dictũ est optimũ, diximus. Atque ita omnia enarrauimus, vt adductis ex quibus deprompta sint locis, possis (si cuiussuis locis ampliorem commentationem desideres) eam ex authoribus ipsis petere. Neque interim quis miretur Enchiridion a nobis dici, quod ad iusti uo luminis assurgit magnitudinem, Is uelim sic cogitet hic non in vnam solum rethoricem, non in physicam, aut aliquam aliam philosophię partem, sed & ad omnes to tius philosophiæ partes, ac in supremum illum omnium doctrinarum colophonem Theologiam tradi institutiones Siquidem facturi rerũ Christianorũ interpretationem, necessario præfanda quædam duximus, quæ ab ipsis philosophiæ principiis exi stimandus repetẽda, tum quod videretur nephas, præfationes nulla facta, tantam rẽ aggredi, tum quod omnibus rebus animaduerto id esse perfectum, quod ex omnibus suis partibus constat. Itaque de ui dialectica, & metaphysices, quæ viderentur satis alioquin obscurius a cæteris & intricatius scripta, sumus præfati. Quæ si noris, aut si fortè minus te iis oblectes, per me tibi licebit ad cætera progredi, ex quibus solidiorem animæ cibum, sanam, synceram, ac omnino cœlestem Philosophiam haurire poteris. Nec te pigebit operæ (vt spero) in versando hoc labore nostro collocatæ Eo perlecto ausimus asseuerare, non D. Thomam duntaxat, sed & omnia in sacris tibi fore magis fore familiariam, & tempore non ita multo inter pręstantissi mos quosque Theologos te ipsi numeratum Quare adesto alacriter, nocturna diur naque manu versato, Senties te murum factum æneum ad hæreticorum machinas refellendas. Isto, impudentissimus ecclesiomastigas confutare nullius tibi negocii videbitur. Quæ in ecclesiastæ consolatore, confessore, monitore, episcopi, presbytero, Cardinali, & cæteris ecclesiasticæ hierarchiæ ordinibus, officiis, ac statibus omnibus requiruntur, ea tibi erunt in numerato, vt iam non cogaris tot & tantis onerari voluminibus, sed vnus hic manualis tibi facete, queat satis. Bene uale Christiane Lector. Sunt in manibus nostris in D. Paulum alia nõ pauca, quæ, si hæc a te censerimus non contemni, breui accipies faciemus. Iterum Vale.

Tituli recens additi.

EORVM QVAE APVD HAERETICOS SVNT IN CONTROVERSIA SIMVLQVE ECCLESIASTICARVM ASSERTIONVM INDEX.

de

EORVM QVAE AD INTELLIGENtiam, & declarationem Euangeliorū Quadragesimalium Ecclesiastici subseruiunt, Index.

Feria. 4. Cinerum.

VPER verbo, Cū ieiunatis, quæri potest quid sit ieiunium, & an, ac quādo, & quomodo teneamur ieiunare, & cū textus nihil de his dicat, & hodie inchoëtur ieiunia, ideo oportet ex aliis locis sacræ scripturæ perquirere, de præmissis ad plenum habet numero, 87.d deinceps

Feria. 5. Cinerum.

De centurione, quia Lucæ, 7. habetur, quòd misit seniores, non æstimans se dignum, &c. poterit tractari materia de orationum ad sanctos directione, vt habetur, nu. 63.a & deinceps

Feria 6. Cinerum.

De dilectione inimicorū, vt habetur nu. 114. & deinceps

Sabbato Cinerum

Super illis verbis, Circa quartam vigiliam noctis, & infra, Putabāt fantasma esse. Cum quarta vigilia nocti repræsentet persecutionē Antichristi, ideo poterit tractari materia de Antichristo, de eius nomine, origine, progressu, regno bonorū persecutione, ac cōsolatione, prout habetur, nu. 279.f & deinceps

Dominica prima.

Super illis verbis, Vt tētare a diabolo, potest tractari de impugnatione dæmonū cur eā permittat Deus. de his nu 26 a & deinceps & nu 24 b & sup illo verbo, vade retro satanas, de familiaritate cum dæmonibus non habenda, nume. 26.a & nume. 72. b

Feria 2. dominicæ primæ.

De iudicio generali, Cur illud ordinauerit, Deus, de vniuersali citatione, & loco iudicii, de ministris cōgregationis, nu. 276 a & deinceps de tēpore, num 279.a de hora, nu. 262 d & an citatio & resurrectio reperiet aliquos in hac vita mortali, nu 292.b

Feria 3. dominicæ primæ

Quia eo die legitur euangelium de eiectione vendentiū, quæ historia recitatur feria. 2. dominicæ 4 ideo fieri poterit prosecutio materiæ iudicii gñalis, de diuersa situatione, de singulari discussione, de sententia bonorū & malorum, & eius executione, vt habetur nu. 292.e vsque ad finē libri.

Feria 4. dominicæ primæ.

Super illis verbis, Volumus a te signū videre, potest tractari materia de miraculis, quid sit miraculū, & quo modo possit discerni verum a falso, ac quomodo deus operetur in miraculis ad tactum reliquiarum sudariorum sanctorū. num. 97. b & deinceps

Feria 5. dominicæ primę

Sup illis verbis, Quid facit peccatū, &c.

Potest

potest tractari materia de libero arbitrio quid sit, & an sit, ac in quo consistat, & an sit cum peccato mortali, & de seruitute, & libertate peccati & iustitiæ, vt habetur nu. 29 E & deinceps.

Feria. 6. dominicæ primæ.

Super illis verbis, A quacunque detinebatur infirmitate, quia piscina figurabat sacramentum baptismi, poterit tractari de sacramento baptismi, & eius materia, forma, necessitate, iteratione, ac effectibus, necnon de baptismo paruulorū prout habetur nu. 139. F & deinceps.

Sabbato dominicæ primæ.

De transfiguratione, quæ significabat gloriam animæ & corporis, poterit tractari materia de beatitudine essentiali, accidentali, dotibus corporis, & aureolis, de quibus nu. 129 D & deinceps.

Dominica secunda.

Super illis verbis, Miserere mei domine fili Dauid, &c. potest tractari materia de contritione, & de tēpore ac effectu illius, prout habetur nu. 175. C. & deinceps & num. 176. c. d

Feria. 2. dominicæ secundæ.

Super illis verbis, In peccato vestro moriemini, quæri pōt, an omnes mortētes in peccatur, damnētur, & tandem descendere ad peccata venialia, & purgatorium, an & vbi sit, & quas pœnas patiantur ibi animæ & quibus modis possunt liberari, nu. 184. c. & 185. a & deinceps.

Feria. 3. dominicæ secundæ.

Super illis verbis, Super cathedram Mosi, potest tractari materia de potestate successorum D Petri, & Apostolorum num. 221. [illegible] declarationem illorum verborum, nolite vocari Rabbi, habes numero 230. f

Feria. 4. dominicæ secundæ.

Super illis verbis, Assumpsit duodecim discipulos secreto, &c. potest tractari materia de sigillo secreti, & confessionis, prout habetur numero 181. a & deinceps.

Et super illis verbis, Dic ut sedeant, pōt tractari materia de ambitione nu. 81. 8. f. & nu. 225. c vbi etiam tractatur de pluralitate beneficiorum.

Feria. 5. dominicæ secundæ.

Super illis verbis, Sepultus est in inferno potest tractari materia de receptaculis animarum, de limbo patrum, inferno, ac pœnis damnatorum ante iudicium, & post, prout habetur nu. 184 & nu. 185. a & deinceps.

Feria 6. dominicæ secundæ.

Super illis verbis, Hic est hæres, &c. pōt tractari materia de cognitione hæredis, & de ingratitudine, de qua nu 76 e

Sabbato dominicæ secundæ.

Super illis verbis, Quanti mercenarii, &c. potest tractari quō contritio procedēs a timore seruili, est bona, nu 128, c. Item de gradibus pœnitentiæ & quomodo cōprehendat sex actus, nu. 172. c

Dominica 3. quadragesimæ.

Super illis verbis, Illud erat mutum, potest tractari materia confessionis, de eius quidditate, necessitate, effectibus, & conditionibus, nu. 176. f

Feria 2. dominicæ tertiæ.

Super illo verbo, Nemo propheta, &c. potest tractari materia de prophetia, quid sit, & qui dicantur prophetæ, & quæ requirantur ad propheram, & quomodo dicens se prophetam, probare debet, & de discretione verorum prophetarum a falsis, ac ēt de honore prophetis exhibēdo, de his nu. 95. c. & deinceps. Item an Christus fuerit propheta, nu. 263 a

Feria 3 dominicæ tertiæ.

Super illis verbis. Si peccauerit, &c. poterit tractari materia de correctione fraterna & triplici eius processu, ac de monitionibus, generalibus & de his quæ illis non cōprehēdūtur prout habetur nu. 119 c. & deinceps. Super illis verbis, Sicut Ethnicus & Publicanus, potest tractari de excōmunicatione & eius effectibus. nu. 197. d & deinceps.

Feria. 4 dominicæ tertiæ.

Super illis verbis, Honora patrē tuū &c. potest tractari de cura parētū erga filios, & de honore parentum, vt habetur nu. 74 e. & deinceps.

Feria 5 dominicæ tertiæ.

Super illis verbis, Socrus autem Simonis, potest tractari materia de cœlibatu sacerdotum, prout habetur nu. 208. f. & deinceps.

Feria. 6. dominicæ tertiæ.

Super illis verbis, Veri adoratores & ci potest tractari materia de triplici adoratione, prout habetur. nu. 65. c. & deinceps & nu. 77. c

potest tractari de timore maximo, ut ante quo. nu. 80 c. Et super illis uerbis, Caiphas cū esset pontifex anni illius, prophetauit, hoc est uera futura prædixit, licet non esse propheta, ut dicitur nu. 96. d. Et ex prædictis uerbis apparet, quòd dignitas siue potestas ecclesiastica non perditur per peccatū mortale, contra Valdenses.

Sabbato dominicæ in passione

Super illis uerbis, Pater clarifica filium tuum, &c. potest tractari de oratione Christi, quam debemus imitari, & sic orare, & tandem de orationis quidditate, necessitate, loco, & tempore, ac de petendis in oratione, effectibus, & conditionibus bonæ orationis, de quibus diffuse nume. 60 I. & deinceps.

Dominica in Ramis

Super illis verbis. Alii cædebant ramos de arboribus, &c. potest dici quòd Christus non solum honorandus corpore, uoce, & corpore, siue de substātia propria, sed etiam aliena & ita nunc debet honorari a nobis, non rapiendo, sed restituendo ablata & male detenta. & sic potest tractari materia de restitutione, prout diffuse habetur nume. 50 e, deinceps.

Feria 2. Ramorum

Super illo uerbo, Fur erat, potest fieri persecutio materiæ restitutionis, ut in loco præallegato, uel inchoari materia de sacramento Eucharistiæ.

Feria 3. Ramorum

Potest tractari materia de sacramento Eucharistiæ, quod est mensa spiritualis, quam præparauit nobis Deus, de qua gratias agere debemus, ut habetur nu. 166 e. Et postquam dictum fuerit de uelamine sacramenti de quo numero 159. e, & deinceps, poterit prædicari de ueritate sacramenti, vt habetur nu. 160. b, vsq; ad C, nume. 161 deinde ad excitandum populū ad deuotionem ad tantum sacramentum, poterunt explicari quatuor rationes, quæ habentur nu. 166. e, & deinceps.

Feria 4. Ramorum.

De præparatione ad dignam communionem, prout habetur nume 169. b, & in duobus foliis sequentibus

Feria 3. post pascha

De pace, vt habetur n 115. C. deinceps

In die D. Joseph.

Poterunt enarrari, quæ de eo habentur, de matrimonio ipsius cū diua Virgine, & eius uirtutibus, & præmio, numero 272. c. & deinceps,

In annunciatione dominica

Poterit declarari mysterium incarnationis Christi, vt habetur nume. 264 c. & deinceps. Item Euang. Missus est, vt habetur, nu. 271. c

Si alia pro intellectu & declaratione prædictorum aut aliorum euangeliorum, aut epistolarum, quæ leguntur in ecclesia per anni circulum, Ecclesiastes desideret, ad indicem alphabeticum recurrere poterit.

F I N I S.

EORVM QVAE IN HOC *libro tractantur, Index Alphabeticus.*

 angelo-

Cha-

ha-

Pro-

Q

R

Sacerdos

Sedi-

Stellæ

Venialis

accipe-

INDICIS ALPHABETI

FINIS.

AD NATVRALEM ET CHRISTIANAM PHILOSOPHIAM, MAXIMÈ VERÒ AD SCOLASTICAM (quam vocant) Theologiam, Institutiones,

SACRARVM LITERARVM, VNIVERSALIVMQVE CONCILIORVM

authoritate, necnon Doctorum Ecclesiasticorum, præsertim D. Thomæ Aquinatis, eruditione confirmatæ. Ecclesiastis omnibusq́ue animarum curam gerentibus admodùm necessariæ.

OPERA ATQVE INDVSTRIA ERVDITISSIMI *VIRI F. IOANNIS VIGVERII, GRANATENSIS,* *apud Tholosam Prędicatorum ordini adiscripti, sacræ Theologię doctoris hac professoris in eiusdem ciuitatis Academia.*

QVVM Ad Hominis & Dei cæterarumq́ue rerum hac disciplinarum agnitionem, & ad Theologiæ omniumq́ue partium Philosophiæ aditum (quò nostræ hæ spectant Institutiones) Animæ rationalis notitia iocundior & certior sit, adeóque necessaria, ut ea postposita nemo præmissorum posśit assequi cognitionem, eam ob rem ab Animæ definitione exordimur.

DE ANIMA.

CAP. I.

ANIMA (secundum Philosophum in primo de Anima) est actus primus substantialis corporis Phisici Organici, potentia vitam habentis.

Ver. I *De Actu.*

PRo huius Definitionis clariori, intelligentia, sciendum est primò. Quòd actus
A accipitur dupliciter. Vno modo pro operatione potentiæ vel suppositi, & ta-
1 lis actus & operatio, siue sit immanens (hoc est subiectiuè existens in potentia, vt visio) siue transiens in exteriorem materiam, vt calefactio, est accidens. Et sic accipiendo actum, dicimus potentiam naturalem, & habitum ordinari ad actum, hoc est ad operationem. Et hoc modo non accipitur actus in prædicta definitione, quum anima sit substantia, & ens per se, hac permanens hoc est habens totum suum esse simul & non successiuè, & hoc est acquirens partem post partem, vt motus & operatio transiens. Operatio verò immanens est in alio, & non est ens subsistens, Alio modo accipitur actus pro forma, hoc est pro eo quòd dat esse rei, & sic omnis forma dicitur actus & econuerso. Et sicut duplex est esse scilicet per se subsistens & essentiale, & esse in alio siue accidentale, ita duplex est forma siue Actus. Quædam est quæ dat vel habet esse per se. Et hoc modo Deus, An-

gelus. & Anima dicuntur formæ & actus, diuersimodè tamen. Quia quum Deus habeat esse perfectissimum, nullo modo permixtum potentiæ passiuæ, dicitur actus purus Angelus verò, quia habet esse per se, & non in alio dicitur actus, sed non purus, quia suum esse est permixtum potentiæ passiuæ, hoc est potest accidentia extrinseca recipere, quód non facit Deus. E quia non communicat suum esse alteri sicut anima, ideo est forma separata, siue actus separatus a materia corporali, & per consequens actus spiritualis, & incorporeus siue spiritus. Anima verò quia habet esse per se, & non in alio subiectiue, dicitur actus non purus, quia suum esse est permixtum potentiæ passiuę, nec actus separatus, vt angelus, eo quod dat siue communicat, seu apta nata est communicare suum esse materiæ, & corpori. Ideo dicitur actus corporis, Et quia anima dat primò esse materiæ, non præsupponens aliud esse in ea, ideo dicitur actus primus. Alia est forma siue actus, qui non dat nec habet esse per se, neque communicat esse simpliciter alteri, sed dat esse secundum quid. quod præsupponit aliud esse. Et talis forma vel actus dicitur actus secūdus, & forma siue actus accidentalis, aduenies rei post suum esse completum, vt albedo, & omnia accidentia, siue sint permanentia, siue successiua. Anima igitur est forma siue actus, scilicet primus, hoc est substantialis, & non accidentalis.

Ver. 2. *De Corpore.*

CORPVS Tripliciter accipitur, Vno modo, vt est de prædicamēto quātitatis. Et sic accipiendo corpus, est accidens, quia est quantitas habens tres dimensiones, scilicet longitudinem, latitudine, & profonditatem, quæ non sunt de essentia substantię, cùm possint separari ab ea, vt patet in sacramento altaris. Et hoc modo corpus non accipitur in definitione Animæ. Secundò accipitur, vt est ens completum de prędicamento substantiæ, & sic corpus est aliquid compositum ex materia & forma substantiali, & hoc modo etiam non accipitur in definitione Animę. Tertiò modo accipitur pro altera parte compositi siue pro materia quæ ex natura sua est apta nata esse sub tribus prędictis dimensionibus. & hoc modo accipitur in prædicta definitione. & sic sensus est, Anima est actus primus corporis, hoc est materiæ. siue qui dat primum esse & simpliciter materiæ. B I

Ver. 3. *De Corpore Physico.*

CORPVS Physicum dicitur naturale, quòd scilicet potest esse subiectū motus, & differt ab artificiali, quia forma siue actus, qui dat esse corpori artificiali, est accidentalis, aduenieus rei post suum esse completum, vt forma domus, & sic non est actus primus, prout anima. C

Ver. 4. *De Corpore Organico.*

CORPVS Organicum dicitur illud, quòd habet partes diuersarū dispositionū propter similitudinem organi, quòd componitur ex fistulis diuersorū sonorū sic corpus naturale, quod habet partes diuersarum dispositionum, dicitur Organicum. Aliā enim dispositionē habet plāta & arbor in radicibus, aliā in cortice, aliā in frondibus & foliis. Sic in brutis & hominibus partes sunt diuersarum dispositionum, hoc est habent diuersas qualitates, diuersam quantitatem, & figuram. D I

¶ Ex his patet quòd corpora, quæ habent partes eiusdē rationis, quæ nominātur nomine totius, non dicuntur corpora Organica, siue Hetero genea, vt aer, aqua, terra, sed homogenea, hoc est habētia partes eiusdem rationis. Anima igit̄ est actus primus siue substantialis corporis physici, siue naturalis organici siue Heterogenei.

Ver. 5. *De Vita.*

VITA Propriæ dicitur operatio, vnde illa quæ non possunt operari, non dicuntur uiuentia nec animata sed inanimata, vt lapides. & alia huiusmodi. Quæ verò ex natura sua possunt operari, etiam si actu non operentur dicuntur uiuentia, vt homo dormiens, licet (vt quidam dicunt) dormiens operationem habeat, aspirat enim & respirat. Et quia potentia operandi inest alicui ex perfectione sui esse existentie, quòd procedit a forma substantiali, hinc est quòd esse existentiæ, E I

ßetiæ,siue illa vnio talis formæ cum materia, etiam nuncupatur vita, & separatio mors. Philosophus hanc particulam posuit propter simulachra siue imagines æreas & lapideas vel pictas, quarum formæ sunt actus corporis organici sed non in potentia propinqua operationem habentis. Ideo non dicuntur viuentia.

¶Ex præmissis sequitur primo,quod licet angelus sit forma & actus,& habeat potentiam operandi, non potest dici anima siue forma corporis, quia non potest dare esse substantiale materiæ siue corpori,nec ei intrinsece vniri. Licet bene extrinsece; vt motor mobili & corpori assumpto dare formam accidentalem, sed non potest in eo exercere opera vitæ, vt infrà plenius dicetur. Secundò sequitur; quod Anima est primum principium intrinsecum vitæ,in his quæ apud nos viuunt.animata enim viuentia dicimus,res verò inanimatas,vita carentia Ex quo infertur, quòd nō quodcunque vitalis operationis principium est anima. Nam oculus est quoddam principiū operationis,scilicet visionis,& tamen non est anima Infertur etiam quòd anima non est corpus, quia licet aliquod corpus possit esse principium vitæ, vt cor in animali,non tamen potest esse primum principium vitæ,cum esse primum principium vitæ non conueniat corpori, quia tunc omne corpus esset animatum, vel anima, uel principium uitæ,quod constat esse falsum. Sed conuenit corpori, quod sit viuens, per hoc quod est tale corpus.Quod autem dicitur acti tale,habet ab aliquo principio quod dicitur actus siue forma eius. Anima igitur est primum principium intrinsecum coniunctum,quo sumus,uiuimus,sentimus,mouemur,& intelligimus, quæ est alia definitio Animæ per Philosophum data.

1.p.q.54. art.2 ad.1

1.p.q.75. ar 1.

§.Primus *De animæ diuisione:*

F 1 ANIMARVM alia Vegetatiua,alia Sensitiua, alia Rationalis hinc diuiditur Anima nō in partes subiectiuas, siue ī diuersas species specificas,quarū natura est unā nō conuenire cùm alia,nisi in ratione generis,sed esse per differentias oppositas, ut equus & leo,qui non possunt de se inuicem, nec de aliquo uno ucrificari. Partes autem animæ conueniunt etiam ultra rationem generis, quod dicitur Anima. Cuius ratio siue definitio est dare esse.Quia hæc est uera, id quod est Anima vegetatiua,est sensitiua & rationalis. Anima enim sensitiua complectitur & continet omne id quod continet vegetatiua, & Anima rationalis eminenter continet uegetatiuam & sensitiuā,& aliquid ultra. Ideo hæc diuisio est in partes potestatiuas. Licet enim alia sit iurisdictio iudicis ordinarii,alia senescalli, alia parlamenti, alia regis, Tamen una includitur in alia. Omnē enim potestatem quam habet iudex ordinarius, habet senescallus,& aliquid ultra.& parlamentum super senescallum. Rex uerò aliquid ultra parlamenta,Sic anima rationalis supra alias.

Ver.1 § *De Gradibus uiuentium.*

G 1 HAEC diuisio complectitur tres gradus uiuentium, siue tria genera eorū quæ possunt operari. Primum genus est uegetatiuum, quod habet pro obiecto corpus animæ unitum,Anima enim uegetatiua non agit nisi in corpus cui anima unitur, & agit per alimentum.Secundum genus uiuentiū est sensitiuum, quod habet pro obiecto non solum corpus animæ unitum,sed etiam corpus sensibile, hoc est habēs qualitates alterabiles,de quibus infrà dicetur. Tertium genus uiuētium est intellectiuū, & habet pro obiecto ens uniuersale. Appetitiuum autem non constituit aliquod genus uiuentium,quia (ùt dicitur in secundo de anima) ubicunque est sensus,ibi est appetitus.

1.p.q.78. artic.1.

Ver.2. *De Anima uegetatiua.*

H 1 ANIMA Vegetatiua est actus corporis physici organici, in potentia uitam uegetatiuam habentis,hoc est habens operationem duntaxat in corpus sibi unitum per alimentum.

Ver 3. *De Actione Animæ uegetatiuæ.*

I 1. ANIMA Vegetatiua cū agat p alimentum (ut dictum est) sequitur quod secundum quod alimentum diuersimodè se habet in potentia ad corpus sibi unitum secundum hoc ponantur diuersæ potentiæ, in Anima Vegetatiua. Alimentum

autem se habet tripliciter in potentia ad corpus animatum. Primò est in potentia ad conseruationem,& sic ponitur potētia nutritiua,quę est attractiua alimēti, per quod conseruatur animatum, & talis potentia habet pro organo radices, in quibus subiectiuatur. Et licet sint diuersæ radices,vniuntur tamen ad vnum stipitem,ideo potentia nutritiua est una potentia diffusa in illis radicibus,sicut potentia tactiua extenditur per totum corpus. Secundò alimentum est in potentia ad debitam quātitatem acquirendam Et ad hoc faciendum ponitur potentia augmentatiua quæ habet pro organo & subiecto corticem, & diffunditur siue extenditur per totum corpus. Tertiò alimentum est in potentia ad generationem,& quo ad hoc ponitur potentia generatiua, Quæ habet pro organo certos articulos,ex quibus exeūt flores,fructus,& in illis articulis subiectiuatur, & per eosdem exercet suam operationem, & producit grana, sub quorum operimento imprimit virtutem generatiuam. Et inter has tres potentias talis est ordo generationis. quia nutritiua est prima,augmentatiua secunda, generatiua tertia. Ordine autem perfectionis & dignitatis, Generatiua est prima, quia per illam res quodammodo assimilātur Deo, secundum posse. quia quemadmodum Deus est perpetuus,sic per generationem res dicūtur perpetuæ secundum speciem. Et ideo dicitur,quod entia naturalia agunt propter esse diuinum,secundum quandam participationem. Respectu vero indiuidui, Generatiua est prima, Nutritiua secunda,& augmentatiua tertia. ¶ Aliqui dicunt prædictas tres potentias habere alias subseruientes, scilicet Atractiuam, Retentiuam, Appetitiuam, Digestiuam,& Expulsiuam. Verùm quia non est ponenda pluralitas sine necessitate, ideo probabilius dicitur, quod istæ tres potentiæ habent illa officia. Eadem enim virtus appetit,attrahit,retinet, digerit, trāsmittit ad partes, & expellit superfluū nō.n.apparēt organa diuersa,in quibus prędictæ potentiæ subiectiuentur.

Ordo duplex generationis & perfectionis.

Ver.4. *De potentia Nutritiua.*

POTENTIA Nutritiua est principiū & vis sumptionis siue attractionis alimēti & cōuersionis in substantiam aliti, Quæ quidem attractio & conuersio (vt quidam dicunt) sic fit, quia per hanc virtutē in radicibus existentē, in terra circundante eliquatur humidum subtile a permixto quòd radices suggunt, & grossum dimittunt. Ideo non egent stomacho aut ventre, sed est eis terra pro stomacho & ventre. A a

Ver.5. *De potentia Augmentatiua.*

POTENTIA augmētatiua, est uis, quæ est principium crementi, hoc est maioris quātitatis. de cuius organo & subiecto dictum est. Et non agit hæc potentia per totam vitam, sed cùm generatum peruenerit ad debitam quantitatem, tunc cessat & impeditur propter defectum alimenti quòd a radicibus non tantum attrahitur, sicut prius, licet in aliquibus hominibus agat impinguando. B a

Ver.6. *De potentia Generatiua.*

POTENTIA Generatiua est principiū attractiuum & emissiuum seminis, quod deciditur ex superfluo alimenti, de cuius organo & subiecto dictum est, quo ad plantas & arbores. In animalibus verò Genitalia in masculo,& matrix in fœmina,est organum & subiectum. Et quamuis hæc potentia sit naturalis, & conueniat semper, non tamen semper operatur, sed determinato tempore, & adhibitis necessariis reiectisque impedimentis. Arbores enim & plantæ in hyeme non generant, nec etiam spadones aut eunuchi siue castrati & frigidi, propter impedimenta & carentiam organi, aut defectum necessariorum. Ideo Philosophus excipit a generatione, animalia imperfecta, vt conchæ marinæ, & orbata, vt eunuchi & castrati, & habentia spontaneam generationem, vt plantæ, quæ ex influxu corporum cœlestium absque semine generantur, & animalia quæ ex putrefactione generantur, vt culices, pediculli, mures, ranæ, & buffones, qui nonnunquam generantur in aere. Quamuis etiam quæ ex putrefactione generata sunt, possint generare. Homo etiam dicitur habere spontaneam generationem, quia liber est, & C a a

nulla causa necessitatur. Vnde CHRISTVS, Sunt eunuchi, qui se castrauerũt Mat. 16.
propter regnum Dei.

Ver. 7. *De Destinctione Potentiarum a subiecto.*

POTENTIAE Naturales, siue corporales, siue spirituales sunt realiter ab es 1. p. q. 54
sentia animę distinctę, secundum D. Tho. & ratio potest esse, quia Anima est substã artic. 1.
tia, & potentia est qualitas, cùm ponatur in prædicamento qualitatis, & in secunda
specie, ergo non sunt idem cùm essentiæ predicamentorum sint imper mixtæ. Præ
terea (secundum Phil.) actus & potentia diuidunt ens & quolibet genus entis, ideo
ad idẽ genus referuntur potentia & actus eius, sicut materia & forma substantialis
ad predicamentum substantiæ. Sed generatiua, visiua, & aliæ hnői, sunt actus. & po
nuntur in prædicamẽto qualitatis; ergo eius propria potẽtia. Itẽ dato opposito, idem Gal. 5.
contrariaretur sibi ipsi, quum inclinatio rationis, & sensualitatis sint contrarie, Caro
enim concupiscit ad uersus spiritum, si igitur sensualitas siue appetitus sensitiuus es
set idem realiter cũ anima, & similiter intellectus, euidenter, & expositoriè sequitur
quod idẽ secũdũ idẽ reale cõtrariaretur sibi ipsi. Insuper operari sequitur esse, ergo il
la sola potentia est principium suæ operationis, quæ est suum esse, vt Deus, Sed eui
dens est quod esse existẽtię nõ est ipsa aĩa, sed aliquod accidẽs realiter distinctum,
fluẽs ab ipsa, quod potest separari, & non fluere, vt in anima Christi quæ non ha-
bet proprium esse existentiæ, & si Sortes similiter per diuinã potentiam assumere-
tur ad esse existentiæ diuinum, proprium esse existentiæ quod prius habebat, desine
ret esse. & ideo necesse est dicere quod esse existentiæ in qualibet creatura est acci-
dens, & per consequens potentia naturalis, quæ ab ipso esse existentiæ immediate
fluit. præterea nihil prædicatur denominatiue de aliquo, quod est idem realiter &
essentialiter cum ipso, non. n. dicimus quod albedo sit alba, sed hæc est vera, Anima
est potens, igitur potentia & anima non sunt idem. Et alibi probat, quod intelligere 1. p q. 77.
angeli non sic eius substantia: quia actio est actualitas virtutis, & potentiæ, sicut es- artic. 1.
se existentiæ est actualitas substantiæ vel essentiæ Sed impossibile est quod id quod
habet aliquid de potentia passiua admix tum, sit sua actualitas, siue actus purus, qui
potentiæ passiuæ repugnat, & ideo in solo deo substantia est suum esse, existentiæ,
& per consequens in creaturis substantia non est suum esse, nec suum agere. Si dica-
tur quod materia prima est sua potentia, & per consequens anima, quæ est nobilior
& perfectior, Pro huius argumẽti enodatione, & terminorum notitia, Sciendum
quod materia non sic intelligi debet esse prima, quod si denudata omni forma,
cum implicet contradictionem. Omne enim quòd est, vel est forma, vel habet esse
per formam. si materiæ igitur prima sit, habet esse per formam, & sic non est denu
data omni forma. Dicendum ergo quod materia non dicitur primo, quod sit denu-
data omni forma, sed quia apprehenditur absque consideratione alicuius particula-
ris formæ, vt indifferenter, susceptiua omnium formarum corruptibilium. Et sic ma
teria Sortis, quę actu informatur forma Sortis apprehensa ab intellectu, non appren
hendẽdo formã Sortis, nec aliã determinatã, sed prout est indifferens ad omnes for
mas corruptibiles; dicitur materia prima, quæ dicit pura potentia passiua de predica
mẽto substãtiæ, quæ est cognoscibilis per analogiam ad formam sicut priuatio per
habitum. Et quia cessante operatione intellectus, nulla est talis materia, sicut nullũ
aliud genus, ideo respectus illius primitatis est ens, rationis, consequẽs actum intel
lectus. Materia autem informata forma determinata potest dici materia secunda,
hoc est, determinata. Et ad argumentum negatur cõsequentia, nec est simile, Quia
actus ad quem est in potentia, materia prima sic accepto est actus substantialis, &
si per aliã potẽtiã esset in potẽtiã, procederetur in infinitũ. sed actus ad quẽ ordi-
natur potentia animæ. est accidentalis, & in predicamento qualitatis, ergo oportet
potentiam ei correspondentem, esse qualitatem, & in predicamento qualitatis, cùm
(vt dictum est) actus & potentia diuidant ens, & quolibet genus entis:

§.2. *De Anima ſenſitiua.*

ANIMA Senſitiua eſt actus corporis Phiſici organici, potentia vitam ſenſitiuā habentis, quæ eminenter, hoc eſt nobiliori & perfectiori modo, complectitur omnes perfectiones & proprietates Animæ vegetatiuæ, quàm ipſamet ſola vegetatiua. Anima enim uegetatiua habet, (vt dictum eſt) tres potentias, quę fluunt ab eius eſſentia, ſed ab eſſentia animæ ſenſitiuæ fluunt prædictæ tres potentiæ vegetatiuæ, & ultra illas duodecim, ſ. quinque ſenſus exteriores & quatuor interiores cùm appetitu concupiſcibili & iraſcibili, ac potentia ſecundū locū motiua. Hoc aūt intelligendū eſt de Anima Senſitiua in animalibus perfectis quia multa ſunt animalia imperfecta, & orbata, ac ſpōtaneam generationem habētia, quibus aliquando vna vel plures prædictarū potentiarum deficiunt. Ex his patet quòd mulus non eſt animal perfectum, quum potētia generatiua illi deficiat. E 2

Ver. 1. *De Identitate Animarum.*

3.p.4.q.76 art. 3. IN BRVTIS Animalibus eadem numero eſt anima vegetatiua, & ſenſitiua, in homine verò eadem numero eſt anima vegetatiua ſenſitiua, & rationalis, vt determinatum fuit per eccleſiam, prout habetur in libro de Eccleſiaſticis Dogmatibus. Et oppoſitum apparet impoſſibile, quia impoſſibile eſt plures formas ſubſtantiales informare vnam materiā: duplici fundamento. Primum eſt; quia de ratione formæ ſubſtātialis eſt dare eſſe ſubſiſtēs primò & per ſe. quia in generatione eſt progreſſio de non eſſe ad eſſe per ſe ſubſiſtens, quod procedit a forma ſubſtantiali. Si igitur anima vegetatiua dat eſſe per ſe & ſubſiſtens, forma ſuperueniens erit accidentalis, tamquā aduenicns rei poſt ſuum eſſe cōpletum, & poſſit abeſſe ſubiecto, preter ſubiecti corruptionem, quæ eſt ratio accidentis, fuit enim aliquando generatū ſine illa ſecunda forma adueniente. Secundum fundamentum eſt quia per formam ſubſtantialem aliquis conſtituitur in ſpecie, cùm ſpecies ſumatur a forma. Si igitur in eodem ſuppoſito ſint diuerſæ formæ ſubſtantiales, ſequitur quod idem ſuppoſitum erit in diuerſis ſpeciebus oppoſitis, quod eſt impoſſibile, vt notum eſt. Ad intelligendum autem quomodo non ſit niſi vna Anima, oportet notare modum generationis hominis, quem ponit D. Tho. Quòd generatio inchoatur per emiſſionem ſeminis a maſculo, & ex commixtione ſeminum maris, & fœminæ fit embrio, in quo per virtutem ſeminis maſculini intro ducitur anima vegetatiua, quæ habet illas tres prædictas potentias, & ea adueniente compoſitum illud dicitur eſſe viuum, & animatum, & per virtutem generantis circunſtantem, embrio diſponitur ad animam ſenſitiuam, qua adueniente anima vegetatiua definit eſſe, & ſuccedit anima ſenſitiua, quæ eminenter continet prædictas tres potentias vegetatiuas, & alias duodecim prædictas, & tunc compoſitum illud eſt animal. Quum autem anima ſenſitiua aduenit, tunc per virtutem generantis circūſtantem, ad modum retis introducuntur diſpoſitiones illius animæ ſenſitiuæ; ad introductionem animæ rationalis tendentes. Tandem corrumpitur Anima ſenſitiua, & illis ſuccedit anima rationalis, quam Deus creando infundit quæ æminenter continet omnes illas vires & potentias vegetatiuæ & ſenſitiuæ, & vltra illas, tres nobiliores, quæ non ſunt alligatæ Organo corporeo, ſcilicet intellectum agentem, & intellectum poſſibilem, & voluntatem, de quibus inferius dicetur. Et ſic generatum dicitur homo habens vnam Animam numero, quæ poteſt nominare Vegetatiua, Senſitiua, & Rationalis. Et quia a nobiliori fit denominatio, quum eſt mentio de Anima hominis intelligitur Anima rationalis. Nec eſt inconueniens quod aliquid inter mediorum generetur. & ſtatim corrumpatur, quia intermedia non habent ſpeciem completam, ſed ſunt vt in via ad ſpeciem, & ideo non generantur, vt permaneant, ſed vt per ea ad vltimum generatum perducatur. Nec eſt mirum ſi tota generatio hominis non eſt continua, ſed ſint multæ generationes intermediæ, quia etiam hoc contingit in alteratione & augmento. Quanto enim aliqua forma eſt nobilior & magis diſtans a forma elementari. tanto oportet eſſe plures formas intermedias quibus gradatim ad formā vltimam perueniatur, & per conſequēs plures generationes intermedias F 2

[Margin:] 2. cōtra gē. Cap. 8. circa medium.

thedias. Si dicatur quòd olim ab vniuersitate Oxoniēsi sub archiepiscopo Cātuariē-si, Anno Domini. M 276. reprobatus fuit error dicentium quòd in infusione animæ intellectiuæ corrūpitur vegetatiua & sensitiua, dicēdum quòd & si illa determinatio vera sit, non aduersatur prædictis, quia non dicimus quòd in infusione animæ rationalis corrumpatur anima vegetatiua, & Sensitiua copulatiue, illud. n. præsuponit duas animas esse simul actu, quod non dicimus, nec iurauimus determinationes illas quę accipiunt expositionem quemadmodum & sacræ literæ.

Ver. 2. De obiectio.

A 3 QVVM potentia dicat & importet habitudinem & relationem ad obiectum necesse est ad perfectam cognitionem potentiæ habere notitiam obiecti. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd potentia dicitur principium, quo quis immediate agit. Et quia huiusmodi principia sunt duplica, quædam sunt naturalia, quæ naturaliter fluunt ab anima, vt prædictæ 18. potentiæ, quædam sunt acquisitas, vt habitus, consequens est vt duplices sint potentiæ animæ, saltem rationalis scilicet naturales, quæ sunt decem & octo (vt dictum est) & acquisitę, quæ sunt habitus tam boni quam mali, scientiæ, artes, virtutes, vitia, quæ acquiruntur per actus potentiarum, per quos homo est potens ad prompte, faciliter & delectabiliter operandum. Quum igitur potē tiæ acquisitæ, scilicet habitus, virtutes, & vitia (quæ sunt de theologi consideratione) accipiant speciem ab obiecto, de obiecto dicendum est. Obiectum dicitur id ad quod potentia vel habitus tendit siue id circa quod versatur. Et quia visus ad colorem, & auditus ad sonum tendit, & terminatur, ideo color est obiectum visus, & sonus est obiectum auditus, & sic de cæteris potentiis naturalibus, de quibus omnibus in vno suo quoque loco dicetur. Et quia Dialectica circa ens rationis versatur, ideo ens rationis dicitur obiectum Dialecticæ. Quod dialectici vocant Subiectum attributionis. *Obiectum quid.*

Ver. 3. De Diuisione obiecti.

B 3 OBIECTVM multipliciter diuiditur. Primò secundum antiquos in obiectū quod, & in obiectū quo. Alii vtuntur aliis terminis, & diuidunt in obiectū materiale & obiectum formale, quòd idē est. Secundum rem & rationes non est differentia, nisi in literis, de quibus non est multum curandum, modo de re, & eorum significatione constet. Obiectum. n. quod, & materiale idem sunt, & obiectum quo & formale etiam. Nos autem ut plures loquentes, materiali & formali omnibus vtemur. Obiectum igitur materiale est res ad extra, ad quā potētia et habitus vltimate terminatur vt color in pariete, respectu potētiæ visiuæ, & sonus respectu potentię auditiuæ. In scientiis autem obiectum materiale est subiectum primæ conclusionis demōstratæ. Obiectum uerò formale siue quo, est illud quo mediante potentia uel habitus terminatur ad rem. Et sic lumē dicitur obiectū formale uisus, quia ad hoc quòd potētia visiua terminetur ad colorem, necessarium est lumen illuminare medium potentię uisiuæ, aliàs color non posset uideri, neq; potētia visiua ad ipsum terminari. In scientiis autem obiectum formale est mediū demonstrationis, quod est deffinitio subiecti primæ conclusionis illius scientiæ, quę unitur maiori & minori extremitatibus, ex qua vnione sequitur vnio maioris & minoris extremitatis adinuicem, quia cum aliqua duo sunt vni & eidem eadem, & sunt eadem inter se; & sic assensus maioris & minoris sunt medium & causa assensus conclusionis. In beatitudine uerò supernaturali obiectum materiale est ipsa diuina essentia, & Christi humanitas, formale verò est lumen gloriæ, quo potentia intellectiua eleuatur ad uidendum eā. Ex quo patet ꝙ non est incōueniēs eādē potētiā habere duo obiecta, vnū materiale, & aliud formale. Imo aliquæ habent obiecta formalia, sub ordinata tamen, vt potentia visiua, quæ habet pro obiecto formali lumen, & speciem sensibilem in oculo existentem, qua mediante fertur in colorem extrinsecum, & sine qua non posset ferri in ipsum. Nō est tñ necesse quòd quælibet potētia habeat plura obiecta, ab obiecto aūt materiali *Obiectum quo, et abiectum quod materiale et formale idē sunt.*

A 4 poten-

Obiectum adæquatū & inadequatū quid

potentiæ accipiunt speciem. Secundò diuiditur obiectum in adæquatū in inadæquatum Obiectum adæquatum est, quod æquat potentiam, sic quòd potentia non potest ad aliud se extendere, seu propriè & per se terminari, & quòd in sua ratione formali contineat omnia, ad quę potentia potest terminari, & per quod potentia ab aliis potentiis distinguitur, vt color est obiectum adæquatum potentiæ visiuæ, & sonus potentiæ auditiuæ. Non potest enim potentia visiua videre nisi colorem seu coloratum, & omnia quæ videt, percipit sub ratione coloris, & per colorem distinguitur ab aliis potentiis, quia nulla alia potentia est, quæ directè & immediate versetur circa colorem. Et sic proportionabiliter dicendum est de obiectis aliarum potentiarum, habituum, & scientiarum. Hoc obiectum adæquatū Dialectici vocant subiectū attributionis, & abscribunt tres prædictas conditiones. Prima est, quòd eius cognitio principaliter intendatur. Secunda quòd omnia quæ considerantur in illa scientia, contineantur sub subiecto, siue quod reducantur ad subiectum, sic quòd subiectum attributionis debet prædicari de omnibus, quæ considerantur in illa scientia, vel in recto vel in obliquo. Tertia quòd per ipsum vna scientia distinguatur ab aliis scientiis, & sic dicunt ens rationis esse subiectum attributionis Dialecticis. Ab aliquibus autem dicitur argumentatio. Sed vtrique possunt faciliter conciliari, dicendo quod argumentatio est subiectum principalitatis, quia argumentatio est id quod principalius consideratur in dialectica, cùm sit instrumentum proximum & immediatum indagandæ veritatis, quæ est finis dialectices. Ens autem rationis dicit obiectum generalitatis, eo quòd de pluribus quæ considerantur in logica, prædicatur in recto, quàm argumentatio. Obiectum vero inadequatū est id, ad quod potentia vel habitus terminatur, sed non æquatur illi, quia potest ad alia terminari. Et sic albedo dicitur obiectum inadæquatum potentiæ visiuæ, quia potest non solum ad eā, sed etiam ad nigredinem & alios colores terminari. Et proportionabiliter de obiectis virtutem & vitiorum dicendum est.

Ver. 4. *De dignitate animæ sensitiuæ super Vegetatiuam.*

C 1
EXCESSVS Animæ sensitiuæ supra Vegetatiuam in hoc cōsistit, quia Anima Vegetatiua solum operatur circa corpus sibi vnitum, tanquam obiectum proprium. Sed Anima Sensitiua eminentiori modo operatur circa corpus sibi vnitum, & ideo habet tres potentias. Vegetatiuæ nobiliores, quam sola Vegetatiua Et vltra hoc Anima Sensitiua operatur circa corpus extrinsecum sensibile quod sensu percipi potest. Ideo necesse est eam vltra vires siue potentias Animæ Vegetatiuę habere alias potentias excellentiores, quibus operetur circa corpus sensibile, tanquam obiectum proprium. Et quia necesse est omne operans aliquo modo coniungi rei, circa quam operatur, cùm omnis operatio extrinseca fiat per contactum virtutis, Ideo secundum quod corpus sensibile potest coniungi animæ sensitiuæ secundū hoc oportet assignare potentias animæ sensitiuæ. Potest autem illi coniūgi dupliciter, Primo per similitudinē sensibilis, & hoc diuersis modis, per diuersas qualitates, per quas immutatur. Ideo oportet ponere in Anima Sensitiua diuersas potentias, ad suscipiendū species qualitatum sensibilium cum quadam immutatione, & illę dicuntur potentiæ appræhensiue. Horum officium est apprendere & recipere vel retinere species siue similitudines qualitatum sensibilium. Secundo corpus sensibile potest coniungi & vniri animæ sensitiuæ, secundum quod anima ipsa inclinatur ad ipsam sensibilem exteriorem, & hoc dupliciter, vno modo secundum quod anima sensitiua inclinatur ad ipsam rem extrinsecam, sicut ad finem, qui est primus in intentione. Et secundum hoc ordinantur potentiæ appetitiuæ, quæ non suscipiunt in se similitudinem rerum, sed sequuntur finem per potentias apprehensiuas ostensum, Alio modo secundum quod anima operatur circa rem exteriorem, secundum terminum operationis & motus, & secundum hoc ponitur potentia motiua ad locum per potentiā apprehensiuam ostensum, & per potentiam appetitiuam imperatum, & sic in anima sensitiua sunt tria genera potentiarum, scilicet apprehensiuum, appetitiuum, & secundum locum motiuum.

De

Ver. 5. *De qualitate Potentiarum Animæ.*

POTENTIAE apprehensiuæ dicũtur sensus exteriores uel interiores, qui sunt potentiæ passiuæ. Ad cuius euidentiam, notandum est quòd passio est triplex, *Potentia quid et quotuplex sit.*
Quædam est corruptiua, quædam est perfectiua, & quędam indifferens. Passio cor
ruptiua est receptio alicuius formæ cum abiectione alicuius perfectionis seu formæ
conuenientis, ut cum aqua calefit abigne, recipit calorem, qui abiicit frigiditatem,
quæ est forma conueniens aquæ. Passio perfectiua est receptio formæ conuenientis *3. de Anima.*
absque abiectione alicuius perfectionis, ut quũ quis fit sciens aut cognoscens. Vnde
Philosophus dicit, quòd intelligere est quoddam pati. Passio indifferẽs est receptio
formæ indifferentis, scilicet quæ non magis conuenit subiecto, quam eius opposita,
ut cum paries ex albo fit niger. Sensus ergo est potentia passiua perfectiua, quia re
cipit speciem sensibilem, ad quam speciem causandam potentia non concurrit acti-
ue, sed mere passiue, hoc est, solummodo recipit. Illa autem species causatur ab o-
biecto extrinseco. Potentia tamen sensitiua, informata illa specie, exit in actum, &
terminatur ad obiectum, ut uisus ad colorem, & secundum hoc potentiæ apprehen- *Potentia*
siuæ dicuntur etiam actiuæ. Ex quo patet quòd potentia apprehensiua est actiua & *Apprehen*
passiua, respectu diuersorum, & habet duo officia. Primum est recipere speciem sen *siua habet*
sibilem, siue similitudinem alicuius qualitatis, & quo ad hoc se habet mere passiue. *duo officia.*
Secundum est tendere & terminari ad obiectum, mediante specie sensibili, & ad hoc
se habet actiue partialiter, quia illa species sensibilis concurrit cum potentia.

Ver. 6. *De diuisione Sensuum.*

SENSVS diuiditur in exteriorem & interiorem. sensus exterior est potentia *Qualita-*
E animæ sensitiuæ, qua ipsa anima mediante organo corporeo, & medio disposito, est *tes altera-*
3 perceptiua alicuius qualitatis alterabilis ad præsentiã obiecti. Qualitates autem al- *biles octo.*
terabiles sunt octo, scilicet color, sonus, odor, sapor, caliditas, & siccitas, humiditas &
frigiditas, quæ ponuntur in tertia specie qualitatis. Alia autem accidentia non ha- *2. Physic.*
bent vim immutatiuam secundum se, nisi per aliquam qualitatum prædictarum. *1. p. q. 78.*
Quantitas enim non potest immutare seu alterare corpus. Et Philos. dicit, quod se *art. 1.*
cundum eandem qualitatem alterantur sensus, secundum quam alterantur corpora
inanimata, & loquitur de alteratione perfectiua alteratiõn. est species passionis.

Ver. 7. *De Sensibus Exterioribus.*

SENSVS exteriores a Philos. assignãtur quinque, scilicet visus, auditus, odora
F tus gustus, & tactus. Et ratio distinctionis & numeri accipienda est secundum illud
3 quod proprie & per se ad sensum pertinet. Dictum est autem quòd sensus est po-
tentia passiua quæ nata est immutari ab exteriori sensibili, & ideo exterius immuta
tiuum est sensibile, quod proprie & per se a sensu percipi potest, & secundum eius
diuersitates potentiæ sensitiuæ distinguuntur.

Ver. 8. *De duplici immutatione.*

G IMMVTATIO animæ est duplex, Vna est naturalis, alia est intentionalis. Na
3 turalis immutatio est, quando forma immutantis recipitur in medio, & organo im-
mutato, secundum esse naturale completum & denominatiuum, sic quod forma si-
ue qualitas possit illud denominare, sicut calor & frigiditas recepta in sensu tactus.
denominant hominem calidum uel frigidum Immutatio uero intentionalis est,
quando qualitas immutantis non recipitur in medio uel organo, secundum suum
esse naturale & denominatiuum, sed altiori quodam modo, per multiplicationem si
militudinis; in medio scilicet aere aut aqua, quæ tamen non denominat propter in
completum & imperfectum esse quod habet in eo, quia solum habet esse quando im
mutans est præsens, & est quodam modo in fluxu, ut quando coloratum multiplica
tis speciebus coloris in aere usque ad organum uisus, causat & imprimit similitudi-
nem in pupilla oculi; secundum esse intentionale, quod est reale, sed non comple-
tum & denominatiuum, quia illæ species intentionales coloris non denominant ae-
rem uel oculum coloratum, propter imperfectum & incompletum modum essen-
di Hinc est quòd obiecto remoto, uel lumine a medio separato, illæ species statim
& su

& subito euanescunt, & desinunt esse, propter absentiam conseruantis. Et sicut subitò & in instanti desinunt esse, sic subitò & in instanti causantur, & non per motũ, sicut enim illuminatio fit in instanti, sic & uisio. Et quia intellectus (qui est res spiritualis) instantaneè intelligit & operatur, ideo species intentionales vocantur quodã modo spirituales, & etiam immutationes per illas factæ, non quidem simpliciter, cum sint quantæ & extensæ, & habeant esse imperfectum & paruæ durationis, quod repugnat spiritui. Sunt tamen spirituales, secundum modum causandi & immutandi. Notandum præterea, quòd in omnibus quinque sensibus sunt tria consideranda, scilicet potentia, medium & obiectum. Quia secundum Philosophum, Sensibile positũ supra sensum absque medio, non causat sensationem, scilicet perfectiuam. Medium autem est duplex, scilicet extraneum, & intraneum. Medium extraneum secundum D.Tho. est illud quòd non est pars animalis, ut aer, aqua, crystallus, aut aliquid huiusmodi. Medium uerò intraneum & coniunctum, est pars animalis, ut caro in sensu gustus & tactus.

1.p.q.78. art. 3. *In omnibus sensibus tria consideranda. 2. de Anima.* *2. De anima.*

Ver 9. *De Numero & Distinctione sensuum.*

1.p.q.78. art.3.

NVMERVS & distinctio exteriorũ Sensuum ex immutatione animæ faciliter intelligi potest, Quia omnis immutatio vel est intentionalis, uel naturalis. Si intentionalis, ponitur potentia visiua. Si naturalis, hoc dupliciter, quia uel per medium extraneum, uel intraneum. Si per extraneum, adhuc dupliciter, uel secundum motum localem, & sic ponitur auditus, qui habet pro obiecto sonum, vel secundum alterationem, & sic ponitur olfactus, qui habet pro obiecto odorem, qui spiratur per alterationem odoriferi, quòd euaporatur per calorem unde uidemus quòd tempore gelido odores non spirant. si uerò transmutatio naturalis fiat per medium intraneum; & sic ponitur sensus, tactus, & gustus, quorum organa experimur immutari naturali immutationem. Nam manus tangens calidum fit calida, & lingua humectatur per humiditatem saporum, Hæc autem transmutatio naturalis per medium intraneum, potest fieri dupliciter, Vno modo per qualitatem quæ est obiectum eius, & sic ponitur tactus, qui immutatur immutatione naturali a calido, frigido, humido, & sicco, Alio modo non per qualitatem quæ est obiectum eius, sed per qualitatem præambulam siue præsuppositam, & sic ponitur gustus, cuius organum nõ trãsmutatur naturali trãsmutationem per saporem, qui est obiectum eius. Nõ enim dicimus quòd lingua sit saporosa aut dulcis, sed per humiditatem, quæ prærequiritur ad hoc, quòd aliquid possit saporari. Ideo tactus qui recipit humiditatem, est fundamentum gustus. B 4

Ver. 10. *De Ordinatione sensuum.*

ORDINANTVR autẽ prædicti quinque Sensus ut sequitur, Primo loco ponitur uisus, qui est absque naturali immutatione obecti & orgni, ideo maxime spiritualis inter alios (ut dictum est) & inter omnes alios exteriores sensus perfectior & communior. unde Philosophus dicit, quòd uisus plures rerum species nobis demonstrat. Post uisum ponitur auditus, & post auditum olfactus, quia isti duo sensus, licet habeant naturalem immutationem ex parte obiecti, non tamen semper ex parte organi, sed (ut in pluribus) intentionaliter. Ideo magis participant de spiritualitate, ut ex prædictis patet. Præponitur autẽ auditus olfactui, quia sonus, qui est obiectũ auditus, fit per trãsmutationem localẽ. Motus uerò localis est nobilior alteratione, ut dicit Philosophus. Sed per alterationem fit immutatio olfactus, Deinde præponitur tactus gustui, quia gustus fundatur in tactu, fundamentum autem præsupponitur his quæ superponuntur. ¶Ex his apparet primò, quòd tres primi sensus nõ fiunt in actu, hoc est non sentiunt per mediũ intraneum siue coniunctum. Secundò apparet, quòd naturalis transmutatio obiecti in sensu olfactus non semper pertingit ad organa eorum, nisi per accidens, scilicet propter propinquitatem uel uehementiam, siue excellentiam obiecti, aut aliarum qualitatum eidem coniunctarum. Vnde Philosophus dicit, quòd excellens sensibile corrumpit sensum. C 4

8. de anima. *8. Physic.* *8. de anima.*

§ 3. *De potentia Viſiua.*

D VISVS eſt potentia ab anima ſenſitiua fluens, coloris propriè & per ſe perce-
4 ptiua. Viſus & cæteræ potētiæ animę tam Vegetatiuæ quàm ſenſitiuæ ſunt in eſſentia animæ radicaliter & cauſaliter, quia fluūt continuè ab ipſa eſſentia animæ ad organum, quòd dicitur inſtrumentum illius determinatum, in quo ſunt ſubiectiuè. Potentia n. viſiua fluit ab anima ad pupillam oculi, ſiue ad humidum glaciale, infrà pupillam oculi exiſtens, quod eſt organum eius, in quo ſubiectiuatur. Et quia organum eſt inſtrumentum & ſubiectum potentiæ, ſequitur quòd ad perfectā operationem potentiæ requiratur perfecta diſpoſitio organi, & ad indiſpoſitionē organi ſequitur imperfectio & impedimentum operationis, & ad corruptionem organi, quod eſt ſubiectum potentiæ ſequitur eius corruptio.

Ver. 2. *De obiecto Viſus.*

E POTENTIA Viſiua dicitur perceptiua coloris, non quòd in ſe ſuſcipiat na-
4 turalem colorem, aut ſpeciem naturalem coloris, quia (vt dictum eſt) color nō producit neq; cauſat in medio aut organo ſui ſimilitudinem naturalem, quæ ſcilicet denominet medium vel organum coloratum, ſed ſolum intentionaliter & inſtātaneè, ad certam determinatam diſtantiam, magis completè & permanenter in oculo, quā in medio, quia in oculo videmus ſpeciem ſiue ſimilitudinem, & non in aere. Et vocatur ſpiritualis, rationes iam dicta, ac etiam quia quocunque vento impetuoſo flante, non impeditur, ſi medium maneat illuminatum, ſicut auditio & olfactio.

Ver. 2. *De Medio potentiæ Viſiuæ.*

F MEDIVM potentiæ viſiuæ eſt aer, aqua, virtutū, cryſtallus, & omne corpus *Corpus lucidum, diaphanū, & opacū, quid ſit.*
4 diaphanum ſiue tranſparens. Vnde ſciendum eſt, quòd Corpus eſt triplex, ſ. Lucidū Diaphanum, & Opacum. Corpus Lucidum eſt, quod ex natura ſua habet lucem, & profert ac emittit lumen. Corpus verò Diaphanum ſiue tranſparens eſt, quod ex ſe lumen non habet, eſt tamen ſuſceptiuum luminis intrinſece & penetratiuæ, hoc eſt, poteſt penetrari a lumine, ſiue ſit alias ſolidum, vt vitrum & cryſtallus, ſiue non vt aer & aqua, & tale corpus eſt medium viſus. Corpus autem Opacū eſt illud quod non eſt ex ſe luminoſum aut tranſparens, & tamen ſuſceptiuum luminis ſecundum ſuperficiem, non tamen penetratiue, vt ſunt corpora ſolida, polita, terſa, vt luna & ſtellæ, quia ſi eſſent Diaphana, non eſſent eclipſes, maximè ſolis, quæ eſt per interpoſitionem lunę inter ſolem & nos, ¶ Notandū tamen quòd lux, lumē, radius, & ſplēdor differunt. Quia lux eſt in lucido, vt in ſole lumen in diaphano. Radius verò eſt illuminatio ſecundum rectam lineā a lucido. Splēdor, autem eſt ex reflectione radii in aliquod corpus opacum terſum. Vnde. 1. Mach. 6. Refulſit ſol in clypeos aureos, & reſplenduerunt montes ab eis. Et hoc modo. ſ. per reflectionem, fit viſio in ſpeculo, quia ſpecies ſenſibiles ab obiecto cauſatæ, vſque ab ſpeculum protenſæ, inuenientes in ſpeculo impedimentum progrediendi ad vlteriora, & diſpoſitum ſpeculum ad reflectionem, reflectuntur vſque ad organum viſus. *Lux lumē radius, ſplēdor, differunt.*

Ver. 3. *De Conditionibus Medij Viſus.*

G AD Hoc quòd cauſetur viſio, oportet quòd mediū potentiæ viſiuæ habeat duas
4 conditiones. Vna eſt propria, alia eſt communis omnibus mediis aliarum potentiarum Cōditio ꝓpria eſt, quod ſit illuminatum, aliàs non cauſatur viſio, quia color qui eſt in pariete, non poteſt multiplicare ſpecies intentionales abſque lumine, quod dicitur actus diaphani vt diaphanum eſt. & facit quòd color qui antea erat viſibilis & multiplicabilis in potentiæ, fit viſibilis, & multiplicetur in actu, vſque ad organum potentię viſiuæ hoc non requiritur in mediis, aliarum potentiarum. Secunda conditio communis omnibus mediis, eſt denudatio. Oportet enim medium, & organum eſſe denudatum ab omni ſpecie ſenſibili particularis obiecti, & eſſe diſpoſitū ad omnes indifferenter ſuſcipiendas. Quia ſi eſſet in actu per aliquam ſpeciē particularem, non poſſet percipere alias eiuſdem generis. Videmus enim quòd ſi vitrum rubeum (quod eſt medium viſus) ponatur ante oculus, omnia quæ videntur, ſtante tali medio, apparebunt rubea, a fortiori, ſi pupilla oculi eſſet colorata.

De

Ver. 4 *De necessitate Medi.*

NECESSE est inter potentiam sensitiuam exteriorem & obiectum eius, aliquid mediare alias non fieret immutatio. Quia (vt dicit Philosophus) Sensibile ex- H
trinsecum positum immediate super sensum, non causat sensationem. Ex prædictis 4
apparet, quòd ad uisionem requiruntur sex. Primò, Obiectum quod dicitur mouens. Secundò, potentia, quæ dicitur mota vel immutata Tertiò, Medium denudatum dispositum. Quartò, Organum etiam denudatum. Quintò, Species sensibilis, existés in organo Sextò, Actus sentiendi, hoc est actus & conatus potentiæ adiutæ illa specie sensibili in organo existente, ab obiectũ extra tendes, & illa tentio dicitur visio & notitia intuitiua, licet etiam ipsa species sensibilis in oculo existens, dicatur nõnũ quã notitia visiua siue intuitiua, quia mediãte illa fit vitalis immutatio & visio. Et idem proportionabiliter dicendum est in omnibus aliis sensibus exterioribus.

Ver. 5. *De Sensibili.*

SENSIBILE generaliter & communiter loquẽdo, est omne illud quod est perceptibile a sensus siue omne quod potest immutare sensum, siue obiici sensui, mediate vel immediate, per se vel per aliud aut per accidens, Sẽsibile autem proprie loquendo, est quod immediate potest immutare sensum, & sunt octo qualitates alterabiles superius numeratæ & non substantia, nisi generaliter, quia non immediate immutat, sed mediante a liqua qualitate alterabili in ea existente, vt nix per albedinẽ, & ignis per calorem, Actiones enim suppositis attribuũtur. Igitur cum suppositum sit substantia, immutatio illa substãtiæ attribuitur, sed nõ immediate, nec per se, sed per qualitates alterabiles, quæ sunt solũ instrumẽta. Quia si color per diuinam potentiam esset separatus ab omni inexistentia actuali, quam habet in subiecto, et quantitatem, nullo modo posset immutare sensum, nec causare speciem intentionalem, quum instrumentum non operetur nisi in virtute principalis agentis. Albedo enim sic separata, non subiaceet motui aut mutationi, imo se habet quantum ad existentiã actualem, ad modum substantiarum separatarum, quia scilicet est immaterialis, siue absque materia in actu, nec est singularis, hoc est determinata ad aliquod subiectũ particulare, & sic non posset esse nisi vna, cùm accidentia non distinguantur numero nisi penes subiectum. Ideo esset vniuersalis per indifferentiam, & secundum D. Tho. intelligibilis actu. Quia quẽmadmodum species intelligibiles possunt obbiici intellectui immediate, ideo dicuntur intelligibiles, ita & albedo sic separata, ideo diceretur intelligibilis actu, non quod actu, intelligere, aut intelligere posset, sed quia posset obiici intellectui, & intellectus posset in eam tendere directe, quod non facit in singularia, sed solùm reflexè, vt infra dicetur.

Albedo separata non potest esse nisi una, et est intelligibilis actu.

Ver. 6. *De Diuisione sensibilis.*

SENSIBILE In tota sui cõmunitate, diuiditur in sensibile per se, & in sen- A
sibile per accidens, Sensibile per, se est quod ex natura sua obiicitur sensui, & impri- 5
mit speciem intentionalem vel naturalem sui in Organo, & huiusmodi est color, & aliæ qualitates alterabiles, Sensibile autem per accidens dicitur, quod ex natura sua non potest causare seu imprimere speciem & similitudinem sui in organo, sicut homo; equus, aut campana. Sensibile autem per se est duplex, quoddam est proprium, quoddam commune. Sensibile per se proprium dicitur, quod ab vno solo sensu percipi potest, vt color est sensibile proprium visus, & sonus, auditus, odor, olfactus, sapor, gustus, & quatuor qualitates primæ & actiuæ tactus. Sẽsibile commune dicitur, quod non est proprium vni sensui tantum, sed potest a duobus vel pluribus sensibus percipi per se secũdo. Ad horum intelligentiam reducendum est ad memoriam quod sentire est quoddam pati & alterari, ideo illud quod facit differentiã in hac alteratione seu immutatione, habet per se habitudinem ad sensum, & dicitur sensibile per se. Illud autem quod nullã facit differentiam circa immutationem sensus, dicitur sensibile per accidens. Sed duobus modis contingit facere differẽtiã circa immutationẽ sensus. Primo, quia imprimit speciẽ in sẽsu, et hoc dicitur sensibile proprium, quia primo & per se causat speciẽ, & facit immutationem. Alio modo quantũ ad mo-

ad modum immutationis, quia qualitate sensibiles quum sint extensæ, mouent sensum corporaliter & situaliter, ideo aliter mouet in paruo, aliter in magno, aliter in propinquo, aliter in distanti. Et sic magnitudo, motus, quies, figura, & numerus assignantur a Philosopho sensibilia communia, scilicet secundo, & quantum ad modum immutationis mouentia. Ex his apparet differentia inter sensibile proprium & commune & per accidens, quia proprium causat speciem in sensu per se primo, commune uero, quia habet habitudinem ad speciem illam impressam, quantum ad modum. Ideo dicitur per se secundo. Et omne tale est commune duobus uel pluribus sensibus. Quod enim aliquid sit magnum uel paruum, triangulare uel quadrangulare, quia coloratum, cognoscitur per uisum per se primò, & secundò cognoscitur modus coloris extensi scilicet magnitudo, figura, motus, & quies. Hos modos apprehendit tactus, qui per se primò respicit qualitates primas, & sic uisus & tactus cognoscunt omnia sensibilia communia. Alli autem sensus aliqua, & aliqua non. Auditus percipit an sonus sit propinquus, uel distans. Item numerum uocum an sit una, uel plures Itē quietem, siue silentium, audiendo duos loquentes, postea unum loquentem, & alium tacentem, ex consequenti. Gustus etiam uidetur sentire magnitudinem, & numerum. Quidam perspectiui dicunt, quod sint plura q̃ quinque, Sensibilia cōmunia. Quia ponunt distantiam, situm, corporeitatem, distinctionem, asperitatem, lenitatem, raritatem, densitatem, pulchritudinem, & similitudinem, ac istorum opposita: Sed hæc omnia ad illa prædicta quinque reduci possunt. Sensibile autem per accidens non habet habitudinem ad immutationem sensus, nec per se primò, nec secundò, quia nec causat speciem sensibilem ex natura sua, neque respicit modum illius speciei. Ideo accidit albo, quod sit homo, & sono, quod percutiatur aer in ære uel lapide. Notandum tamen quod ad Sensibile per accidens duo requiruntur, Primo quod accidat Sensibili per se hoc est quod non habeat habitudinem ad immutationem sensus; siue quod non causet speciem in sensu, &c. Secūdo quod apprehendatur a Sentiente hæc autem apprehensio est ab alio Sensu, uel ab intellectu. & est id quod statim occurrit post rem sensatam. Sic uidemus aliquem venire, quia audimus eum loqui, & operari opera uitæ. Ouis per auditum cognoscit fœtum suum. Ad Sensibile autem proprium uel commune non requiritur illa apprehensio ab alio Sensu, aut ab intellectu. Ex his apparet quomodo proprie & per se debet intelligi in definitione uisus & aliorum Sensuum. 2. De anima.

Ver. 7. *De deceptione Sensuum.*

SENSVS secundum Philosophum, circa Sensibile commune potest faciliter decipi. Sed. circa Sensibile proprium non decipitur, nisi forte per accidens, quando non seruantur quatuor conditiones, Prima est, quod organum sit dispositum. Vnde propter indispositionem linguæ, infirmus iudicat dulce amarum, & oculus lipposus etiam. decipitur, Auditus alicuius propter affectum iudicat sonum delectabilem, qui tamen est tristabilis, ut patet in cantantibus, quilibet enim putat se bene cantare. quum vlulat. Item secundum diuersas complexiones aliqua aliquibus sunt sapida, & aliis abominabilia. Asinus pariter inuenit bonum gustum in his, in quibus homo malum. Hæc & similia sunt respectu diuersorum, & illa diuersitas reducitur ad diuersam dispositionem organi. Secunda conditio est, quod medium sit bene dispositum. Vnde lucidum, uisum per nigrum, apparet rubeum. Et carbo qui est niger: quando est ignitus, apparet rubeus. Tertia conditio est, quod sit debita distantia, unde uisum a longe, licet sit rubeum, apparet nigrum, & cœlum tempore sereno iudicatur coloratum, tamen non est Species apparentis coloris causantur ex diuersis vaporibus subtilibus in aere existentibus. Quarta conditio est, quod obiectum sensus se habeat uniformiter, quia si obiectum sensus una uice moueatur, & alia uice quiescat, tunc sensus aliter & aliter iudicaret. Circa sensibile uero commune sensus decipitur, per accidens, cum non seruantur prædictæ conditiones, ut visus circa magnitudinem propter distantiam, iudi-

B 2 | 2 De anima.

cat enim solem esse paruæ quantitatis,cum tamen sit maior terra, iudicat pariter tardè moueri,& mouetur uelocissimè,& a remotis positū iudicat quiescere quod tamen mouetur.Et propter indispositionem oculorum in ebriis uisus decipitur; Iudicat enim ebrius duas candelas esse,ubi non est nisi una.& sic de aliis. Decipitur etiā sensus circa sensibile commune,etiam seruatis illis conditionibus, quia iudicat bipedale,quòd est modicum minus Sed circa proprium obiectum non decipitur, seruatis conditionibus. Posset tamen decipi circa ea quæ consequuntur obiectum proprium, ut circa intensionem & remissionem, ueruntamen potest dici quòd illa intentio uel remissio non est obiectum per se primum. ¶ Circa huiusmodi deceptionem ulterius notandum est, quomodo sensus exterior dicatur decipi,uel non decipi. Non enim est intelligendū quòd in apprehensione sensus exteriorū sit proprie ueritas aut falsitas,quæ solū conuenit cōpositioni aut diuisioni,hoc est propositioni affirmatiuæ,uel negatiuæ, quæ non conueniunt sensui, qui non attribuit unum alteri, nec separat unum ab altero,sed solum apprehendit, hoc est speciem sensibilem recipit, & per eam in obiectum extrinsecum tendit.Et si illud sit a parte rei(prout species repræsentat)sensus dicitur uerus,& non decipitur si uerò non sit obiectum a parte rei(ut species representat)sensus est falsus,uel illa sensatio falsa,& tunc decipitur. Et sic patet quòd Philosophus improprie loquutus est de ueritate & de deceptione: Sed de his latius differemus inferius hoc c. 1.§.8.Ver.6.

§.4. *De Auditu.* C

AVDITVS est potentia fluens ab Anima sensitiua, soni proprie & per se primo perceptiua. Hæc definitio ex his quæ dicta sunt circa uisum,manifesta est, sed uidendum est de organo & obiecto. Organum auditus dicitur communiter quædam pellicula in aure existens,quæ uocatur meringa, continens aerem connaturalem, inclusum quodam modo immobilem,denudatum omni sono,& in potentia ad omnem sonum indifferenter.Et quando species soni naturalis,uel intentionalis pertingit ad illam particulam,tunc immutatur organum,& audit.Circa organi auditus immutationem notanda est differentia inter uisum & auditum, quia uisus immutatur solū per speciē intentionalem,sed auditus immutatur aliquando per speciem naturalem soni, quando quis est prope magna cymbala pulsantia, & quando prope aliquod tonitruū magnum fit cum lapsu fulguris,organum naturaliter immutatur, imò aliquando corrumpitur & totum corpus.Aliquando tamen auditus immutatur solùm intentionaliter ut quum ex aduerso uentus uehemens flat, & audimus magna cymbala in satis longa distantia,uel etiam a remotis surda tonitrua. Quia illa aeris diuisio non potest obstante uento ad tantum spacium diffundere species naturales, tunc enim circa finē causat in medio species intentionales(quæ scilicet non denominant aerem sonorosum)per circulos,sicut uidemus fieri circulos in aqua,quando lapis proiicitur, donec cesset motus aquæ.Sic intelligendum est proportionaliter in sono, quod aer percussus diffundit illam percussionem circulariter in aere, & tandem causat species intentionales secundum uirtutem & quantitatem percussionis, primo maiores, & paulatim minores,& sic generatio soni sequitur motum.

Ver.1 *De Medio Potentiæ Auditiuæ.*

MEDIVM potentiæ Auditiuæ est aer & aqua, propriissime tamen est aer, quia faciliter rarefit & condensatur,& ideo melius auditur sonus in aere, in aqua tamen pisces audiunt & fugiunt. D

Ver.2. *De Obiecto potentiæ Auditus.*

OBIECTVM Auditus est sonus.Sonus autē dicitur quicquid proprie & per se primo ab auditu percipitur uel percipi potest Sonus est duplex, Quidam in actu,quando res actu sonat, Quidam in potentia, quando res(puta campagna)actu quiescit,tamen potest sonare. Vnde dicimus campanam quiescentem habere bonum sonum.Reliquæ huius definitionis partes declaratæ sunt in præcedentibus.

Ver. 3. *De modo quo cauſatur ſonus.*

E SONVS (vt communiter dicitur) cauſatur ex cõtactu duorum corporum du
5 rorum, quia mollia (niſi vehementer comprimantur) non cauſant ſonum, vt lana ca
dens. Sed ex duorum corporum durorum violento contactu percutitur aer, & a-
percut ente et percuſſo propter duritiam aer fractus reſilit, et fit ſonus, qui diffundi-
tur per aerem circunſtantem circulariter, donec ceſſet motus, niſi impediatur a ven
to. Si verò non ceſſat ſed inuenit impedimentum & obſtaculum, tunc illæ gyratio-
nes circulorum ſeſe impellentium incipiunt fieri in contrarium, et redeunt retror-
ſum, ſicut pila proiecta cõtra parietem reflectitur, & ſicut dictum eſt de ſpeciebus
coloris ad ſpeculũ peruenientibus, quæ reflectuntur ad oculum, et tunc videmus per
reflectionem. Sic in ſono quando ſpecies ſoni inuenit obſtaculum, reflectitur ad or-
ganũ auditus, et ſic audimus vocem, cum illa quam prius audieramus. Et ille ſonus
quem audimus per reflectionem, vocatur ſonus Echo. Et hoc fit communiter, circa
littora fluminum habentium montes vel cauernas prope, et in nemoribus, et conual
libus, et locis cauernoſis.

¶ Et his patet quòd ſonus eſt qualitas alterabilis, quæ nata eſt facere alterationẽ
ſiue immutationem ex percuſſione & diuiſione aeris, quẽ illa qualitas ſequitur. Et
hinc eſt quòd ſonus non eſt ens permanens, ſicut color, ſed ſucceſſiuum, quod fit in
tempore, Et quo patet alia differentia inter viſum & auditum.

Ver. 4. *De Diuiſione ſoni.*

F SONVM Muſici diuidunt in ſonũ acutum & grauem. Sonus acutus eſt, qui
5 paruo tempore peruenit ad auditum, & fit per velocem motum. Vel ex frequentia
motuum, ſicut fit quando pulſatur pro igne vel pro bello, & corda citharæ magis ex
tenſa fortius ſonat. Sonus grauis oppoſito modo definitur, Dialectici verò diuidunt
ſonũ, in ſonũ uocem, & ſonũ non uocem. Sonus vox, eſt ſonus prolatus ex ore ani-
malis, & non ab aliis partibus puta poſterioribus naturalibus inſtrumẽtis; non arti
ficialibus formatus. Naturalia autem inſtrumenta quibus vox formatur nouẽ ſunt
ſcilicet guttur, lingua, palatum, quatuor dentes, & duo labia ſimul, vel aliquid loco
illorum, Et intelligitur de uoce perfecta. Si uerò aliquod prædictorum inſtrumen-
torum deficiat, nõ dicitur uox perfecta in eſſe naturæ, puta cùm procedit a picis a-
liiſque auibus: & ſenibus edentulis, ac etiam ab angelis in corporibus aſſumptis, Li-
cet ſit vox perfecta, quantùm ad ſignificationem in ordine ad audientes. Philoſo- 2. De Ani
phus aliter definit uocem dicens Vox eſt ſpiratio aeris reſpirati ab anima ad vocalẽ ma.
arteriam, cum intentione ſignificandi ſeu repræſentandi naturaliter vel ad placitum
interiores cõceptus & affectiones. Vnde dicit, quod voces ſunt notæ earum quæ in a
nima ſunt, paſſiones ¶ Et his apparet quis eſt finis vocis, intẽtio ſ. ſignificandi &c. &
cã principalis eſt anima, medium eſt aer, & nouem inſtrumẽta. Sonus nõ vox, eſt ſo
nus qui cãtur ex colliſione ſeu mutua repercuſione duorum corporum inanima-
torũ abſq; prædictis inſtrumentis, ut fragor arborum, ſtrepitus pedum, & plauſus
manuum. De diuerſitate vocũ puerorum, & aliorum animaliũ, vide apud Alb. Ma- 9. De Ani
gnũ. Vbi dicit, quod ſi in eadem ſiſtula ſiffilet fœmina cum viro, acutior erit ſonus ſif ma.
flationis fœminæ quam viri, & puellarum quam neruulatorum.

§. 3. *De Olfactu ſiue Odoratu.*

OLFACTV Siue Odoratus eſt potẽtia naturalis animæ ſenſitiuæ, odoris pro
A priæ & per ſe primo, perceptiua. Organum eius eſt quædã venula inſra nares, & pro
6 pe cerebrũ exiſtens omni odore denudata, in potẽtia tamẽ ad omnes odores. Qui-
dã dicunt, quod in odoratu hominis eſt quoddã coopercula, quod aperitur per reſpi
rationem, & ſic per reſpirationem homo olfacit. Vnde clauſis naribus non ſentitur
odor. Sed eadem uidetur ratio in aliis animalibus.

Ver. 1. *De Organo Olfactus.*

B ORGANVM Olfactus poteſt immutari naturaliter & intẽtionaliter, ſicut
6 auditus. Aliquãdo enim recipit naturalem ſpeciem odoris, per quã realiter immuta
tur, & ex conſequenti totum corpus. Vnde in aere infecto & fœtenti incurrimus
infirmitates.

infirmitates,& alli ex bono odore recreãtur. D. Antonius Florẽtinus recitat de quodam infirmo ad mortem,qui apposito odore ad nasum,recepit sanitatem. Aliquãdo verò solùm recipit speciem intẽtionalem. Et per hoc differt olfactus a visu, & tactu, uisus enim solam speciem intentionalem recipit, Tactus verò solam naturalem. Per hunc etiam modum conuenit cum auditu & gustu.

Ver.2. *De Medio potentiæ Olfactiuæ.*

MEDIVM Olfactus est aer & aqua,Quia videmus animalia tã volatilia quàm aquatica,currere ad nutrimentum. Quod non facerent,si non mouerentur ab odore. Notandum tamen quòd tam medium quàm organum Olfactus consistit quodam modo in calido & sicco. Quæ impediuntur ab humido & frigido. Hinc est, quod homo inter cætera animalia habet peiorem odoratum,eo quod habeat maius cerebrum in proportione ad alias partes. Cerebrum autem ex natura sua est frigidum & humidum, & ideo olfactus eius impeditur a cerebro. ¶Ex quo inferuntur duo,Primum,quod quædam odorabilia confortant cerebrum, si sit nimis frigidum. Quia excessus frigiditatis temperatur a caliditate & siccitate odoris. Secundum corrolarium, quòd habentes bonum odoratum, sunt minus sapientes,quia signum est quòd non habent bonum cerebrum. Cùm(ptout dictum est)cerebrum propter humiditatem & frigiditatem impediat olfactum.vnde homo distinguit odores, referendo ad sapores,nec bene percipit odores,nisi eccellentes,qui generant delectationem vel tristitiam. Homo autem est boni gustus, Quia gustus(vt inferius dicetur)est quidam tactus,qui est melior in homine quam in alüs animalibus, quia complexio hominis(quæ fundatur in tactu)maximè accedit ad medium temperamẽtum. Ideo organum tactus est denudatum ab extremis scilicet nimia humiditate,& frigiditate & a nimia caliditate & siccitate,quæ sunt extrema. Et quo sequitur quòd homo est prudentissimum omnium animalium. Et quod homines, qui sunt melioris tactus, sunt magis ingeniosi. Vnde Philos.dicit,Molles carne aptos mente dicimus. Signum autem bonæ complexionis(secundum Albertum Magnum)est tenuitas vnguium et subtilitas capillorum. Hæc enim indicant lucidos & subtiles spiritus uitales cordis, uenientes ad cerebrum. Nec propterea sequitur quòd mulieres & pueri sint magis ingeniosi, quia magis molles,cùm mollicies possit ex duobus prouenire, primò ex bona complexione,& sic arguunt bonitatem ingenii. Secundò ex abundantia phlegmatis,vt in pueris & mulieribus. Et hoc non arguit bonitatem ingenii,licet sint et fuerint mulieres,& pueri bonæ complexionis & valde ingeniosi.

2. De anima.

Ver.3 *De Obiecto Olfactus*

OBIECTVM Olfactus est odor,& fit olfactio per euaporationem sic, quòd ab odorabili resoluitur quædam fumalis euaporatio per actionem calidi, & diffunditur secundum esse naturale,& quantitatem,& virtutem odoris. Vnde dicit Auicenna quòd poma odorata contrahunt rugas. Quòd non esset,nisi per realem de fluxum. Et per ventum impeditur illa euaporatio Cùm autem desinunt species naturales causantur intẽtionales, quia sentimus loca in quibus fuerunt poma, & si esset defluxus realis,remoto obiecto cessaret odor. Sicut remoto calido cessat calor. Potest etiam fieri olfactio per reflectionẽ,quemadmodum visio,& auditio. Ex his patet quòd in hyeme non ita sentiuntur odores,sicut in æstate,quia euaporatio fit per actionem calidi, quia(vt exsperimur)fœtida in hyeme & tempore gelido non fœtent.

§.6. *De Tactu.*

TACTVS est potẽtia, naturalis animæ sensitiuæ,propriæ & per se primò,quatuor qualitatum primarum simplicium, & actiuarum perceptiua Organum tactus dicitur quidam neruus ad modum retis cum suis pelliculis per totum corpus extensus,& carne coopertus,Ita quòd non est dabilis aliqua pars carnis, in qua non sit aliquid de neruo illo vel pellicula, per quam colligatur, & sic per quandam, colligationem

tionem & redundantiam, vbi in aliqua parte corporis obiicitur aliqua quatuor qualitatum prædictarum, statim sentit. Differt ab aliis sensibus, quia omnes alii sensus immutantur vel immutari possunt per species intentionales. Tactus verò non, sed per species naturales & denominatiuas. Ideo dicimus corpus calidum & frigidū, &c. Et quia neruus ille, qui est Organum tactus, est per totum corpus extensus, ideo omnes alli sensus fundantur in tactu, & omnes sensus percipiunt obiectum tactus, non per speciem sensibilem in Organo eorum receptam, sed propter fundamentum aliorum sensuum, quòd est Organum tactus. Vnde experimur oculos sentire frigiditatem, sed non videre illam, & auditum sentire caliditatem, sed non audire illam, Aliter tamen ad illud fundamentum, se habet gustus, & aliter alii sensus quia alii sensus possunt immutari, & exire in actus suos absque immutatione tactus. Visus enim non sentiendo caliditatem vel frigiditatem. &c. Potest videre, & auditus audire, & olfactus odorare Gustus autem nōpotest immutari, nec exire in actū absque immutatione tactus, Et ratio est quia sapor, qui est obiectum tactus, fundatur in humiditate & absque humiditate sentire nō potest. Sed humidū est obiectum tactus, ergo oportet primò tactum immutari, & ideo gustus quodam modo dicitur species tactus, & non alii sensus. Sed de his amplius cùm de gustu agetur.

Ver. 1. *De Medio Tactus.*

F MEDIVM Tactus est intraneum & cōiunctum, quia caro. Et in hoc differt ta-
6 ctus a visu, auditu & olfactu. quorum media sunt extranea, hoc est, non sunt coniuncta organo illorum, vt aer & aqua, Conuenit tamen cùm gustu, cuius medium etiā est caro Et ita sicut se habet aer ad visum, ita caro ad tactum, & sicut aer non est organum visus, sed medium extrinsecum, ita & caro non est organum tactus, sed medium, intraneum tamen, licet semper inter tangens & tactum cadat, siue sit mediū extrinsecum, quia vel res tangitur in aer, uel in aqua, Si in aqua, videmus per experiētiam: quòd ibi manet humiditas inter illa duo, & multo magis mediat aer, si duo corpora dura se tangant in aere. Vnde dicit Philosophus, quòd nunquam duo corpora dura se tangunt, quia semper est aliquod medium, & sic ad sensationem tactus necesse est duo interuenire media, vnum intraneum & coniunctum, aliud extraneum. In aliis autem sensibus sufficit vnum.

Ver. 2. *De Obiecto Tactus.*

G OBIECTVM Tactus sunt quatuor qualitates, primæ simplices, & actiuæ,
6 scilicet caliditas, frigiditas, siccitas, & humiditas. Quæ dicuntur quatuor qualitates primæ, eo quòd non sunt aliquæ aliæ his priores, & simplices, quia non componuntur, sed oēs aliæ ex his, Dicuntur etiam actiuæ, quia aliæ de se nō agunt actionē naturali, nisi propter adiunctū, & sic per accidens, Et sic istæ quatuor sunt causæ aliarum immediatæ, quia licet sol & alia entia naturalia sint causa, non tamen per alias qualitates priores, quia oporteret eas nominare. Et cùm non, sit processus in infinitum in alterantibus, necesse est uenire ad statum contrarietatis alterabilium & commixtibilium. Sed oēs antiqui dederunt primatum quatuor prædictis qualitatibus, ideo nobis stādum est. Dicuntur etiam prædictæ quatuor qualitates simplices in se, quia non apparet earum compositio, & tamen aliarum qualitatum alterabilium apparet compositio ex ipsis, quæ etsi apud nos sint compositæ tamen in puris elemētis in fra sphęram eorum possunt reperiri simplices.

Ver. 3. *De Contrarietate Obiecti Tactus.*

H IN Huiusmodi quatuor qualitatibus duplex inuenitur contrarietas. Vna est in
6 ter caliditatem, & frigiditatem, Alia est inter humiditatem & siccitatem, Propter huiusmodi diuersas contrarietates Phil dicit, quod licet sensus tactus sit unus materialiter propter unū organū in quo subiectiuatur est tamē plures formaliter, quia unus sensus est tātū vnius contrarietatis per se primò, hoc est unius generis; quod diuiditur primo & per se ac immediate in duas spēs qualitatis cōtrarias, sicut visus habet pro obiecto colorem, qui prima diuisione diuiditur in album & nigrum, quæ *2. De Anima.*

B contra-

contrariantur. Auditus habet pro obiecto sonum, qui diuiditur in grauem & acutũ. Olfactus habet odorem, qui diuiditur in placidum & fœtidũ. Gustus saporem, qui diuiditur in amarum & dulce. Cùm ergo tactus habeat duas primas contrarietates & vnum organum, erit vnus materialiter & duo formaliter. Quidam dicunt, & satis probabiliter, quòd Phil. in hac parte disputatiue loquutus est, & non assertiue, & huius opinionis videtur esse D. Thom. qui dicit quòd prædictæ quatuor qualitates conueniunt in vno genere proximo innominato, quum non sint infinita genera inter qualitatem, quæ est genus generalissimum & qualitates tangibiles, quæ in vno organo inueniuntur. Satis enim notum est quod inter frigidum, & humidum maior est conuenientia, quàm inter frigidũ & calidũ, adeo vt frigidũ & humidũ videantur se consequi. Aqua.n.est naturaliter frigida & humida. Igitur frigiditas nõ cõtrariatur humiditati. Et similiter videtur esse inter caliditatem & siccitatem. Ignis.n. est calidus & siccus. In sale & zinzibere est siccitas & caliditas: licet calidũ & siccum contrarientur frigido & humido. Super cõuenientia illius contrarietatis potest fundari vnũ genus, quod adhuc est innominatum, quod circũloquimur per hoc cõplexum, qualitas tangibilis. Et sub vna specie illius generis continetur calidum & siccum, & sub alia frigidum & humidum, & sic reducentur ad vnam primam contrarietatem. Notandum tamen, quòd contrarietas tactus alio modo se habet ad tactum, quàm contrarietates trium priorum sensuum, quia species sensibiles in aliis tribus sensibus possunt simul esse in organo, in quo non contrariantur, eo quòd non sunt ibi secundum esse naturale, sed secundum esse intentionale, Qualitates autem primæ contrariæ non possunt simul esse in tactu, quia sunt in eo secundum esse naturale, secundũ quod contrariantur, & sic visus simul percipit album & nigrum, sed tactus non simul percipit calidum & frigidum, saltem in æquali gradu. Et quia super tactum fundantur omnes alii sensus, Philosophus infert, quòd animalia sensu tactus priuata, mori necesse sit, Quia sine illo animal esse non potest, neque aliqua vitalis operatio, & quãdiu habet hunc sensum, est animal. Hinc est, quòd excellentia sensibilium aliorum sensuum non corrumpit animal, sed solum illum sensum, cui applicatur, Sed excellentia sensibilium tactus corrumpit animal, quum corrumpat tactum, quo corrupto corrumpitur animal.

1 p.q 78. ar. 3.

2. de Anima.

§. 7. *De Gustu.*

GVSTVS Est potentia naturalis animæ sensitiuæ saporis propriè & per se primò perceptiua. Organum eius est quidam neruus diffusus ad modum retis super latitudinẽ linguę carni immersus. Vnde sequitur quòd animalia quæ non habẽt linguã, vel aliquid loco linguæ (vt ab aliquibus dicitur de Ciconia) non percipiunt saporẽ. Quidem dicuntur quòd subtus vel circa neruum sparsum per totum corpus, qui est organum tactus, prædictus neruus, qui est organum gustus, qui est alius à primò, sup latitudinẽ linguę duntaxat sparsus siue diffusus est, & habet percipere solam humiditatẽ cum sapore. Neruus verò tactus percipit 4. qualitates, & sic sunt duo organa, quia diuersarũ potentiarũ diuersa debent esse organa. Et ad Phil. dicũt, quòd disputatiue locutus est de vnitate organi, sicut de primitate contrarietatis. Veruntamen quo ad organum gustus & tactus, ratio, Phil. est apparentior, quia cum sapor nõ possit sentiri absq; humiditate, quæ est obiectum tactus, vel illæ secundus neruus sentiret humiditatẽ, vel nõ. Si nõ frustra poneretur. Si verò sentiret humiditatẽ, vel vltra sẽsũ humiditatis haberet sẽsũ saporis, vel nõ. Si non ẽt frustra poneretur. Si autem consensu humiditatis haberet sensum saporis, quare primus neruus quo ad illã partem habere non poterit? Et quum non sit ponenda pluralitas absque necessitate, sequitur quòd idẽ erit organum tactus & gustus materialiter, & fundamentaliter Et ad rõnes ipsorum dici potest, quòd fundamẽtũ illorũ habet solum verum in his potẽtiis, quæ immutãtur intẽtionaliter, sed in his, quæ immutantur naturaliter, vel supponunt immutationem naturalem, non oportet. Quomodo aũt distinguatur Organum gustus & tactus formaliter in eodem neruo sequendo doctrinam D. Tho dicẽdum,

F 2

Ciconia gustum nõ habet.

Organum, gustus, &

dum,quòd neruus per totū corpus sparsus(quod est organū tactus)supra latitudinē linguę habet aliā dispōnē,quā nō habet in aliis partibus. Ideo habet duo officia sub ordinata,Primum est,sentire omnes 4. qualitates primas,secundum est, quòd sentiē do humiditatem in saporalibus iutentionaliter vel etiā naturaliter sentiat saporem, quia non est necesse quòd organū gustus ad percipiēdū saporem semper immutetur immutationem naturalia specie causata ab obiecto suo,scilicet sapore,licet aliquādo possit naturaliter immutari propter vehementiam saporis in illo humido,sicut legiti mus in lib. Reg.quòd filii prophetarum sentientes amaritudinem coloquintidarum agri clamauerunt.Mors in olla vir Dei,& sic lingua potest denominari amara. Si ue ro sapor non sit valde intēsus neruus ille sparsus super latitudinē linguæ, quātū ad il lā dispōnē,quam habet ad percipiendum saporem a specie saporis , quæ ei obiicitur, hoc est que causatur ab obiecto suo in illo humido existente , non immutatur naturaliter,sed intentionaliter duntaxat,& tunc lingua non dicitur dulcis, vel amara . Et in hoc gustus conuenit cū auditu differt tamen , quia auditus non præsupponit immutationem alterius sensus,sicut gustus prærequirit immutationem tactus. Sed diffi cultas adhuc manet,quia Philos' dicit gustum esse speciem tactus. Si habent diuersa obiecta & diuersa organa,certum est quòd differunt genere,prout obiecta eorum,& sic uidetur impossibile quòd gustus sit species tactus dici potest , quòd Philosophus ibi non loquitur propriè de specie,& dicit gustū esse speciē tactus,propter præsuppo sitionem ad ordinationem actuū . Quia quemadmodum species præsupponit genus & aliquid addit' supra ipsum,sic actus gustus præsupponit , actū tactus, & cū hoc ali quid aliud habet, quia percipit saporem,& nō tactus,Et quia uisus,auditus & odora tus,quo ad actus suos non præsupponunt actum tactus, ideo Phil. nō dicit illos tres sensus esse species tactus,licet fundentur in tactu,sicut & gustus.

Tactus idē art.3 ad.4 1.p.q.78.

4 Reg.4.

An gustus sit species tactus.

Ver.1. *De Medio Gustus.*

B 7 MEDIVM Gustus est caro,& in hoc cōuenit cū tactu . Nec incōueuit quòd diuersi sensus habeant idem medium,vt patet de visu,auditu,& odoratu, qui habent aerem pro medio. Medium gustus sicato est medium intraneum , & per hoc differta tribus primis sensibus.

Ver.2: *De obiecto Gustus.*

C 7 OBIETVM formale Gustus est humiditas , quæ est ratio & causa quare sapor sentitur. Ideo Deus dedit animalibus saliuam,ut possent humectare gustabilia,si cut dedit lumen visui . Et ideo sicut lumen est obiectum formale visus , sic humiditas gustus.Obiectum verò materiale gustus est sapor, in quem conueniunt cibus & potus. Ponuntur autem septem species saporis.s. dulcis,amarus,austerus, salsus,pinguis,ponticus & acutus. Prima contrarietas est inter amarum & dulce .

§.8. *De sensibus Interioribus.*

D 7 QVVM natura non deficiat in necessariis,consequens est,quòd tot sint actio nes in animali perfecto , quot sufficiant ad vitam illius . Et quæcumque harum actionum nō possint reducis ad vnum principium , requirunt diuersas potentias cum potenia animæ nil aliud sit,quam proprium & immediatum principium operationis animæ,vt dictum est. Ad vitam autē animalis perfecti requiritur , quòd non solū apprehendat rem ad præsentiam sensibilis,sed etiam,in eius absentia, alio quin quū animalis motus & actio sequantur & præsupponant apprehensiones animal non mo ueretur ad inquirendum aliquid absens . tamen per experientiam videmus opposi tum , alias viuere non posset.Et ideo vltra sensus exteriores, qui percipiunt species sensibiliū in præsentia obiectorū duntaxat,oportet ponere alias potentias , per quas recipiat & retineat species sensibiles. Sed recipere & retinere reducūtur ad diuersa principia,quia aliqua bene recipiunt , & non bene retinent , vt humidam & mollia, Aliqua aūt difficulter recipiūt,tamē bene faciliter retinēt.Ideo oportet ponere duas potentias . unā , quæ faciliter recipiat,& aliā , quæ bene retineat spēs sensibilium in absentia obiectorum Ad recipiendum omnes species sensibiles,ponitur sensus com munis , & ad conseruandum illas , ponitur & ordinatur fantasia siue imaginatio,

Sēsuum interiorū necessitas.

quasi quidem thesaurus formarum siue specierũ sensibiliũ per sensus receptarũ. Prædictæ duæ potẽtiæ sufficerẽt animali, si animal dũtaxat moueretur propter delectabile secundum sensum. Sed quia necessariũ est animali, vt quærat aliqua, vel fugiat nõ solũ quæ sunt cõuenientia, vel discoueniẽtia ad sentiẽdũ, sed ẽt propter alias commoditates & vtilitates siue nocumenta. sicut ouis videns lupũ venientem fugit, non propter indecentiã coloris vel figuræ. Quia si similem colorem vel figurã videret in pariete, nõ fugeret, sed fugit ab eo, quasi ab inimico naturæ suæ Similiter auis colligit paleas, non quia delectant sensum, sed quia vtiles ad nidificandum. Ad apprehẽdẽdũ intẽtiones non sensatas, hoc est quæ per sensus exteriores non percipiuntur, ponitur vis siue potentia æstimatiua, & ad conseruandum eas potentia memoratiua siue memoria, quæ est thesaurus huiusmodi intẽtionũ siue apprensionum nociui vel vtilis & commodi. Et ratio præteriti, quam apprehendit memoria (quæ est præteriorum) inter huiusmodi intentiones computatur, & sic sunt quatuor sensus interiores scilicet sensus communis, fantasia siue imaginatiua. æstimatiua, & memoria.

Ver. 1. *De sensu Communi.*

SENSVS communi est potentia animæ sensitiuæ omnium sensibiliũ in eorũ præsentia per alios sensus exteriores perceptiua, & specierum receptarum ad fantasiam persusiua. Notandum tamen quòd non dicitur sensus communis per prædicationem, sic quòd prædicetur de omnibus aliis sensibus, sicut homo de Sorte & Platone. Sed dicitur sensus communis, quia recipit in se & immediate species omnium sensuum exteriorum cum dependentibus & connexis, prout sunt actus sensuum exteriorum qui cõgiungũtur obiecto sensibili in communi, & differentia illorum adinuicem, quod est eius obiectum. Hæc potentia secundũ D. Tho. pro organo, in quo subiectiuatur, habet primam & anteriorem partem cerebri, ad quam sensus exteriores per certos meatus & venulas species sensibiles, a sensibus exterioribus, ab obiecto extrinseco in eorum organis receptas, multiplicant, & ad hanc potentiam transmittunt, siue diffundunt, quas & hęc recipit, & ad fantasiam transmittit. Sicut enim visibile extrinsecum multiplicat species suas acuendo & minorãdo, vsq; ad organum visus, sic quòd sunt in illo in parua quãtitate, ita species quæ sunt in visu multiplicãtur & deferuntur per spiritus vitales per certum neruum, qui est meatus ad primã & interiorem partem cerebri, quæ est organum sensus communis, in quo species illæ subiectiuantur, & ab ea multiplicantur & diffunduntur, & in minori quantitate per spiritus vitales deferuntur ad fantasiã Hęc autem multiplicatio est intentionalis & instantanea, nec est necesse interiorem sensum medium esse diaphanũ, sicut nec medium gustus & tactus.

Ver. 2. *De Officiis Sensus Communis.*

PRIMVM officium sensus Communis est faciliter recipere species sensatas cũ dependentibus & connexis, hoc est cum actibus & intentionibus sensuum exteriorum, ac discretione siue distinctione & differentia earum, & eis connexorum. Et sic sensus communis non solum percipit & cognoscit differentiam albi & nigri, quam visus percipit, sed etiam differentiam dulcis, & amari, ac albi & dulcis, quam visus cognoscere non potest, quia quicunq. differentiã inter aliqua cognoscit, necesse est ut vtrumq; cognoscat, quod non facit visus. ¶ Secundum officium sensus, communis est iudicare de actibus sensuum exteriorum, qui sæpe a D. Tho. & Phil. intentiones nuncupatur. Iudicat enim de actu uiuendi & audiendi, & cætera & exteriores sensus non, uisus enim non iudicat se videre, & cætera. Quia potentiæ irrationales nõ reflectuntur super se, & ideo iudicium illud deuoluitur ad altius tribunal, hoc est ad potentiam superiorem immediatam, cui subordinantur, scilicet ad sensum communem, qui percipiendo speciem a potentia visiua in ipsum transfusam, percipit speciem illam & obiectum eius & actum videndi, & sic iudicat directe, et nõ per reflectionem visum videre. & idem de alus sensibus. D. Tho. dicit quòd sensus cõis est radix ex principiũ sensuũ exteriorũ, nõ quòd immutet sẽsus exteriores, sed qa se hẽt sicut

Sensus communis est radix exteriorum.

eut

est centrum ad circuferentiam, hoc est ad æqualiter recipiendum apprehensiones omnium sensuum exteriorum, sicut cētrum æqualiter se habet ad quanlibet partem circunferentiæ circuli. ¶ Ex præmissis sufficienter apparet differentiam inter sensum cōem & sensus exteriores, qui versantur circa varietates vnius generis, sensus autem communis circa omnia genera sensibilium, hoc est, circa omnes qualitates alterabiles & ea quæ sunt illis connexa. Apparet etiam, quód maxima illa quæ dicit vnum sensum esse vnius contrarietatis duntaxat, solum habet verum in sensibus, exterioribus, & non interioribus.

Ver. 3. *De Fantasia.* *Obiectum organū, et subiectum fantasię.*

G 7 FANTASIA Est potētia naturalis animæ sensitiuæ, conseruatiua specierum sensatarum per sensus exteriores, & sensum communem ad eam transfusarum & habet pro organo in quo subiectiuatur, secundam partem cerebri à parte sinistra, & obiectum communius obiecto sensus communis. Quia percipit actus sensus communis, & iudicat de eis. Quod sensus communis facere non potest, quia (sicut dictū est) nulla potentia irrationalis, hoc est, animæ sensitiuæ, potest reflecti supra se. Et cum non habeamus obiectum nominatum ipsius fantasiæ colloquimur per hoc complexum, Sensibile apprehensum per sensum communem cum dependentibus & connexis. Species enim & intentiones siue actus & iudicia sensus communis in eius organo existentium, multiplicantur & diffunduntur magis spiritualiter, hoc est, minus intense, per spiritus vitales ad organum fantasiæ, quod adeò faciliter recipit eas, sicut sensus communis, quia organum eius habet maiorem humiditatem, receptas tamen seruat longissimo tēpore, quamuis nō perpetuò, licet Phil dicat quod fantasia est sicut perpetuus sensus, quia hoc aduerbiū (sicut) importat similitudinē, nullū aūt simile est idē. Possunt enim species illæ in fantasia receptæ, quæ dicuntur fantasmata, corrumpi, non a contrario, cum contrarium non habeant quia non sunt species illæ in fantasia secundum esse naturale, sed secundum esse intentionale & spiritualiter, vnde D: Aug. ponit tria genera visionum, scilicet corporalem. quæ fit p̃ sensus exteriores. Spiritua'ē, quæ fit per fantasiā siue imaginationē & intellectiuā, q̃ fit per intellectum. Aliqñ tamen hmōi species corrūpūtur per nimiū motū & alterationem cerebri siue infirmitatē; iudicamus enim per intellectum nos habuisse fantasmata rerū antiquarum quæ postmodum non habemus. Et quia fantasia oībus potentiis prædictis est altior & nobilior, ideo eminentius recipit & conseruat omnes species siue similitudines rerum sensibilium sensatarum, & intētiones siue actus sensuum exteriorum, & sensus cōmunis. Ex hac nobilitate fantasiæ & eius excellētia sequitur quod non oīa animalia habent fantasiā, sed solum animalia perfecta, quæ habent oēs sensus exteriores. Illa verò quæ non habent ex natura sua oēs sensus exteriores, non habent fantasiā, quæ habet organū determinatum, Propter hoc dicit Phil. quod apes formicæ, & vermes, non habent fantasiam, sed mouentur instinctu naturæ.

2. de anima 13. super Gen. ad literam. *Tria uisionum genera Fantasmatum corruptio.*

Ver. 4. *De Officijs Fantasiæ.*

FANTASIA Habet quatuor officia, Primum est recipere omnes species interiorum potentiarum. Secundum, conseruare eas in organo suo, Tertium est, ex speciebus receptis alias in se causare. Ex fantasmate enim montis & ex fantasmate auri potest in se fabricare seu formare vnū fantasma, quod erit similitudo montis aurei. Et per hunc modum fingere vnum animal habens caput leonis, alas aquilæ, & caudā draconis, &c. quod non est, nec naturaliter esse pōt in rerum natura, quod dialectici chimerā vocant, Et quādo fantasia talia fingit, quæ a parte rei non sunt est falsa & decipitur, sed de his amplius in ver. sequenti. Quartum officium est, præsētare immediate obiectum conueniens vel discōueniens potentiæ appetitiuæ, & mouere illā ad prosequendum delectabile, & fugiendum tristabilem secundum sensum.

¶ Ex prædictis apparet, quód fantasia non est sensus in actu, hoc est non requirit præsentialiter siue actualiter, seu concomitanter ad operationem suam actus sensuum exteriorum, neque sensus cōis, quod ex duobus apparet. Primò, ex eo quòd imaginatio est in somniantibus, tamen alii sensus non habent operationem. Secūdo

quia clausis oculis imaginamur, quæ neque videmus, neque aliis sensibus sentimus. Apparet etiam ex dictis multiplex differentia fantasiæ, & sensuum inferiorum. Ex quibus resultat quinta, quòd fantasia facilius decipitur, quàm sensus inferiores, eo quòd sensus inferiores non exeunt in actum, nisi præsentibus obiectis, fantasia verò habet actum ipsis absentibus.

Ver. 5. *De Deceptionem fantasiæ.*

1 p. q. 16. art. 1. & 2 &. q. 17. ar. 1. 2. et 3 de uer. q. 1. art. 1. 2. & 3.

AD Cognoscendum quomodo Fantasia decipiatur, vel sit falsa, notandum inprimis, quòd cum verum sit obiectum intellectus, & veritas sit conformitas & adæquatio rei ad ipsum, Oportet quòd ratio vel definitio veri, vel veritatis deriuetur ab intellectu ad rem intellectam, res autem intellecta aliter se habet ad intellectum diuinũ, a quo pendet in esse, & aliter ad intellectum creatum, a quo res intellecta nõ pendet in esse. Quia habitudo rei intellectæ ad intellectum diuinũ cõuenit ei per se, cũ cõparetur ei sicut ad primùm principium, & ideo est primaria & inseparabilis. Habitudo autẽ rei intellectę, ad intellectum creatũ, maxime humanum, cùm non pendeat ex illo, est secundaria, & valde remota, quia nihil aduenit rei, neque perit ab ea, eo quòd intelligitur ab intellectu creato, ideo dicit Phil. quòd propter nostrum affirmare vel negare, nihil mutatur in re. Nec ipsa res pro eo, quod apprehẽditur ab intellectu humano, dicitur vera vel falsa, sed econuerso ab ea intellectus dicitur verus vel falsus. Sed res intellecta comparata ad intellectum diuinum, eo quòd habet esse. & assequitur similitudinem ideæ siue speciei, quæ est in mẽte diuina, a qua procedit, dicitur vera. Vnde dicitur verus lapis, qui habet verã lapidis naturã. Et sic veritas primò inuenitur in Deo, & attribuitur intellectui diuino, adæquante, instituente, & mẽsurante rẽ illã in sua determinata natura, veritas enim transcendentalis nihil aliud est, quam entitas mensurata ab intellectu diuino. Secundario verò attribuitur rebus ipsis, tanquam mensuratis. Vnde D. August. dicit quòd veritas est vera similitudo principii, quæ sine vlla dissimilitudine est, & Auicenna dicit quòd veritas vniuscuiusque rei est proprietas sui esse, quòd stabilitum est ei. ¶ Si verò consideremus secundam habitudinem quam res a Deo in sua natura constitutę, habent ad intellectum humanum speculatiuum, inueniemus quòd veritas prius est in rebus, quàm in intellectu, quia per hoc quòd intellectus considerat lapidem, propter hoc lapis non est verus, neque similis Ideæ quam deus habet de illo. & res intellecta est causa similitudinis, quam habet intellectus noster de ea, per quam similitudinem intellectus ęquatur rei, & mensuratur ab illa. Vnde Philos dicit, quòd res naturales, ex quibus intellectus noster scientiam accipit, mensurant intellectum nostrum, sicut mensuratę sunt ab intellectu diuino. Et hoc modo accipiẽdo veritatẽ (prout est in intellectu) nihil aliud est, quam propria, perfecta, & adæquata similitudo rei intellectæ, & intellectus dr̃ verus, quando habet in se vera similitudinem rei, per quam illi conformatur, vnde cõiter dicitur, quòd veritas est cõformitas intellectus ad rem Et per oppositum intellectus dicitur falsus, & decipitur, quando habet aliquam similitudinem in se, quæ non conformatur rei, ut quãdo habet conceptum chimeræ, de quas suprà dictum est. Et quia naturalis similitudo rei nõ solũ est in intellectu, sed ẽt in sensu exteriori, & interiori, ideo veritas secundũ hãc acceptionem attribuitur a Philosopho sensibus exterioribus & fantasiæ. Et tũc sensus visus dicitur uerus, quando similitudo ; quæ est in oculo, proportionatur rei ad extra, & sic de aliis. Et falsus, quando non est ita, vt quando per vitrum rubeum res alba iudicatur rubea, & quando infirmus iudicat dulce amarum. Et per hunc modum veritas, & falsitas (quæ dicitur deceptio) est in fantasia. Et sic veritas prò materiali significat illam similitudinem, & pro formali, significat illum respectũ siue conformitate illius similitudinis ad rem. Et opposito mõ falsitas. Sed proprie & per se accipiendo veritatem. Veritas nihil aliud est, quã similitudo rei creatæ quæ est in deo, Quæ similitudo in deo dr̃ Idea, quæ nihil aliud est quã ipse Deus eandem rem repræsentans & efficiens, & pro formali respectus rõnis dei ad illã, vel realis ipsius rei ad deum Et sic accepit veritatem Christus, dicens, Ego sum via, veritas &

Veritas quibus & quo modo attribuitur.

In libro de uera religione. 11. Metha.

10 Metha.

2. De anima.

Idea quid.

Io. 5.

& vita. per quæ verba ostendit se creatorem omnium rerum. Capiendo tamen veritatem pro specie, siue similitudine rei creatæ, existente in potentia animæ, cùm habitudine conformitatis ad rem ad extra, à qua pendet, proprius & perfectius attribuitur veritas intellectui, quam aliis potentiis. Quia aliæ potentiæ apprehensiuæ sensitiuæ non recipiunt, nisi similitudinem accidentium, intellectus verò recipit similitudinem quantitatis siue essentiæ & substantiæ rei. ¶Quum autem res naturalis non deficiat ab esse, quod sibi competit secundũ suam naturam siue essentiam, & possit deficere ab aliquibus accidentalibus vel consequentibus eã, vt homo non potest deficere à rationabilitate, ipso manente, tamen potest deficere ab eo, quod est habere duos pedes, & à tanta quantitate & aliis accidentibus. Ita, vis siue potentia cognoscitiua non deficit in cognoscendo quidditatem illius rei, cuius habet similitudinem potest tamen deficere circa aliquid consequens ipsam, vel quod est accidens ei. Et sicut suprà dictum est, visus non decipitur circa sensibile proprium, sed circa sensibilia communia, & circa sensibilia per accidens. Sic nec intellectus decipitur circa proprium obiectum suum, sed bene circa illud quod accidit ei. Propriũ autem obiectum intellectus est id, cuius in se similitudinem recipit, quòd dicitur quidditas naturæ & essentiæ rei. & ideo circa illud non decipitur, & per consequẽs in prima operatione sua (quæ dicitur simplicium apprehensio) non decipitur. In componendo autem vel diuidendo decipitur, dum attribuit rei, cuius quidditatem intelligit, aliquid quod eam non consequitur, vel negat quod ei conuenit. Sic enim se habet intellectus in his quæ non consequuntur quidditatem rei, vel etiam opponuntur, sicut sensus ad iudicandum de sensibilibus communibus, vel de sensibilibus per accidens. Et ideo intellectus potest decipi dupliciter. Primò, quando quidditatem siue definitionem aut essentiam vnius rei attribuit alteri, vt si definitionem circuli, quæ est habere centrum æqualiter se habens ad omnes partes circunferentiæ, quam quidditatem apprehendit simplici apprehensione quæ est prima operatio sua, si secunda operatione attribuat eam triangulo, errat, quia habere centrum æqualiter se habens ad omnes partes circunferentiæ, non conuenit triangulo, Similiter erraret si attribueret animal rationale asino, vel negaret animal aut rationale de homine, quod est diuidere. Secundò decipitur intellectus, quando componit partes definitionis adinuicem, quæ sibi sociari non possunt, vt si formet talem definitionem, homo est animal rationale, quadrupes. Sed in cognoscẽdo quidditates simplices intellectus non potest esse falsus, sed solùm verus, vel totaliter nihil intelligit. ideo dicit Philosophus, quòd abstrahentium non est mendacium.

Circuli definitio.

C Ver. 6. *De Veritate, & Falsitate.*

8 VERITAS vel Falsitas (de qua hic & communiter loquimur) pro materiali est qualitas, siue species & similitudo rei cognitæ, in potentia cognoscitiua existens. Pro formali verò Veritas est ipsa habitudo siue comparatio conformitatis ipsius speciei ad rem cognitam, quia talis, scilicet est illa similitudo, qualis est ipsa res ad extra. Et falsitas est habitudo seu relatio difformitatis illius speciei ad rem cognitam, quia scilicet non est à parte rei aliqua res talis, qualis per illam speciem repræsentatur. Et sic Veritas, & Falsitas pro materiali sunt idem, quia eadem species siue similitudo rei cognoscibilis pôt esse cõformis vel difformis successiue rei repræsentatæ p illam, quãtũ ad existẽtiã. Sed differunt formaliter, quia Veritas pro formali, est cõformitas speciei ad rem cognitã, quãdo. s. ita est à parte rei, & Falsitas est relatio difformitatis, &c. Et quia nullus sensus siue exterior siue interior pôt reflecti suprà actuũ suũ nec ferri in illam habitudinem siue relationem conformitatis vel difformitatis, nulla potentia sensitiua potest cognoscere veritatem pro formali, nec potest cognoscere an illa similitudo sit vera similitudo rei, vel hallucinatio. Ideo nulla talis cognoscit se decipi, quia ita bene tendit & firmiter iudicat ac mouetur ad obiectum apprehẽsum per hallucinationem, sicut si haberet verã similitudinem rei. Sed intellectus (qui est excellentior potẽtiæ) reflectitur suprà se & actus suos, & cognoscit illam habitudinẽ

conformitatis vel difformitatis, & per consequens veritatem & falsiatem ac deceptionem sensuum & suam. Quum.n. iudicat visum videre, potest considerare an illa visio sit vera, hoc est an species siue similitudo rei (quæ est in oculo) habeat rē ad extra correspondentem & adæquatam, vel non. Et eodem modo dicendum est de aliis potentiis sensitiuis, & de ipsomet intellectu, quia potest considerare an iudiciū suum respondeat & æquetur rei ad extra, vel non, & decipiatur.

Veritas, ut cognita nō est in sensu

¶ Et sic veritas vt cognita nō est in aliis potētiis, sed solū, in intellectu, & in secunda operatione eius, per quam comparat vnum alteri, componendo vel diuidēdo, siue attribuendo aliquid alicui, quod est componere, vel negando aliquid de aliqua re, quod est diuidere siue diuisio Et sic debet intelligi Philosophus cum dicit, quod verum & falsum sunt in intellectu, materialiter quidem per similitudinem rerū & formaliter per cognitionem illius cōformitatis vel difformitatis, adæquationis vel inadæquationis. In sensibus verò est Veritas vel falsitas materialiter, quia in ipsis est illa similitudo, sed non formaliter. quia sensus cum non reflectantur supra se, non cognoscunt illam habitudinem conformitatis, vel difformitatis per comparationē sui ad illam, quia hoc pertinet ad secundam operationem intellectus.

¶ Ex quo sequitur, quòd in prima operatione intellectus (quæ est simplicium apprehensio) non est veritas, vel Falsitas proprie dicta, quia per simplicium apprehensionem non fit cōparatio, neque attributio, aut separatio, est tamen in ea veritas pro materiali sicut in sensu. Et in oratione vocali & scripta. (secundum quod subordinatur propositioni mentali,) est tanquàm in signo, sicut sanitas in vrina hominis, quia est signum sanitatis; Et sic oratio vel propositio vocalis, aut scripta dicitur, vera quia est signum veritatis, quæ est in propositione mentali, & proportionabiliter dicendū est de falsitate.

Ver. 7 *De iudicio Sensuum.*

IVDICIVM sensuum non est per compositionem aut diuisionem, sed simpliciter et per instinctū naturæ. Nō enim ad omne iudiciū requiritur compositio, cū angeli iudicent, & tamen non componūt aut diuidunt. Differt autem fantasia hominis a fantasia aliorum animalium, quia fantasia hominis ex duabus speciebus facit vnā tertiam, sicut dictum est de Monte aureo, & sic quodam modo videtur componere, Et propter vicinitatē & communicationem, quam habet cum ratione, habet quādam collationem & cōparationem siue attributionem imperfectam intentionū indiuidualium inferiorum sensuum, sicut intellectus habet collationē vniuersalium. Et ideo fantasia in homine dicitur cogitatiua & ratio particularis. D 8

Ver 8. *De Fantasia Brutorum.*

IN Brutis non est proprie compositio aut discursus, quia non habent compositionem siue collationem extremorum, & per consequens non est in eis veritas pro formali & proprie dicta, quæ requirit agnitionem attributionis conformitatis vel difformitatis; Et quamuis sensus exteriores & interiores iudicent de obiectis, & uisus percipiat illud quod ei obiicitur, esse album & nigrum, illud tamen iudicium nō est compositio vel diuisio, quum (vt dictum est) ad iudicium non semper requiratur compositio aut diuisio, vt patet in angelis, qui tamen aliter iudicant quam bruta animalia, quia angeli reflectuntur supra, & intelligunt se iudicare, affirmare, vel negare, & non bruta, sed solum tendunt in obiectum; & tendendo diriguntur & terminantur instinctu naturæ ad unum ex pluribus, & non ex discursu aut electione, vt canis famelicus præsentatis duobus frustis panis, currit ad maius. Et in biuio perdito odore, reuertitur ad aliam uiam. Et aliqua animalia, quum uolunt quiescere, magnos saltus faciunt, ne inueniantur a canibus, Hæc omnia faciunt instinctu naturæ; Eodem instinctu Aranea parua retia facit ad capiendas muscas. Et Formica in æstate cibum parat, & Apis suas calas facit, & Hyrundines docent pullos tēpore egestus posteriora uertere ad orificiū nidi. ut stercus cadat in terram, & Catus stercora cooperit, ne a muribus sentiantur, & Canis uidens baculum eleuatū fugit, A 8

Bruta uidētur discurre.

fugit, nè percutiatur, & volens quiescere, circulationes facit, quasi quærens puluinar. Aues quoque inter paleas pro nido ædificando discurrere uidetur, & canis magistrum suum cognoscit, & mortuum vlulat, flereq; videtur, & ad eius præceptum saltat, chorizat, & commedentibus candelam accensam tenet. Phylomena cantu uocat parem ad conceptum, Elephas adorat Regem, Camelus occidit illum, qui procuratur cognoscat matrem. Et Delphini magni regunt paruos, & cum aliquis moritur, alii veniunt ad exequias, & portant eum super dorsum, ne comedatur ab aliis piscibus. Et alia animalia multa faciunt huius generis, de quibus Alber. Magnus. *In libro de Animali-bus.* Ex quibus videtur quòd componant & diuidant, imò quòd discurrant, & quòd prudentiam habeant. Ideo Salomon mittit pigrum ad formicam, vt discat prudentiam, *Prouerb. 6* & Iob ad interrogandum iumenta, sed prudentia in illis impropriè, incompletè, & *Iob. 12.* imperfectè, ac metaphoricè dicitur, quia illa animalia prudentiam, compositionem aut discursum non habent, quum non ex se illa faciant, sed solùm moueantur ad ea, ad quæ ab authore naturę diriguntur, nec cognoscunt collationem. Sed homo qui reflecti potest suprà actus suos, & habet collationem, mittitur ad illa, vt ex eis discat prudentiam.

Ver. 9. *De Instinctu Naturæ:*

B
9 ET quia per huiusmodi instinctum Naturæ soluuntur multa argumenta in diuersis materiis, ideo de ipso superficialiter dicendum est. Et sciendum quòd instinctus Naturę nihil aliud est, quàm motio siue actualis directio autoris Naturæ, dirigentis omnia in casu necessario. Quia natura siue autor Naturæ (qui est Natura naturans) non deficit in necessariis. Vnde Psalmista. Qui parat iumentis escā ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. *Psal 146.* Et Ouem mouet ad fugam, quum subitò occurrit lupus, quem nunquam antea vidit. Hæc motio & directio actualis in finē naturalem, dicitur & appellatur Instinctus Naturæ, & concursus generalis, & quando ordinatur ad finem super naturalem, dicitur concursus specialis, quem Theologi vocant auxilium speciale in dispositione ad gratiam, & instinctum. Spiritus sancti, quo ad meritum vel fugam peccatorum. Hæc directio siue instinctus non est potentia neq; habitus, sed actio fluens a Deo, passiue recepta in animali, quandoque per species acquisitas, & aliquando per species nouiter infusas, ut patet in Oue, quæ nunquam vidit lupum, quàm primùm eū videt, imprimitur ei species inimicitiæ. Quòd autem Instinctus sit actus fluens, patet ex hoc quòd non durat animali quiescente, vel remoto obiecto. Et quando animal brutum, vel etiam homo excitetur, vt fugiat a malis occurrentibus, mouetur instinctu diuino.

Ver. 10. *De Aestimatiua.*

C
9 AESTIMATIVA est potentia naturalis interior animæ sensitiuæ perfectæ, receptiua specierum non sensatarum, transmissiua in memoriam, vt species inimicitiæ in oue ab authore naturæ causata cùm primò videt lupum. Et se habet hæc potentia ad memoriam, sicut sensus communis ad fantasiam. Sicut enim organum sensus communis propter humiditatem faciliter recipit species sensatas, sed non bene retinet, ideo transmittit ad fantasiam. Sic æstimatiua faciliter recipit species non sensatas, sed non bene retinet, ideo transmittit ad Memoriam, in qua seruantur. Obiectum huius potentiæ est sensibile non sensatum. Organum verò est media pars cerebri a latere dextro, Medium intraneum, neruus quidam. Hæc potentia in hominibus est excellentior, & excellentiori modo operatur, quàm in brutis, propter vicinitatem rationis, quæ habet conferre unam rem alteri, quam quidem collationē ratio communicat huic potentiæ in rebus non sensatis, sicut fantasiæ in rebus sensatis, imperfectè tamen. Hæc collatio non inuenitur in brutis, sed solùm in æstimatiua hominis. Ideo dicitur aliquando ratio particularis, sicut fantasia siue cogitatiua.

Ver. 11. *De Memoria.*

MEMORIA accipitur tripliciter. Primò, pro omni potẽtia cõseruatiua specierum in absentia obiecti, & hoc modo nõ est specialis potentia, quia conuenit fantasiæ (vt supra dictum est) & intellectu possibili, qui conseruat species intelligibiles, ut inferius dicetur. Secundo, pro similitudine siue simulacro in potentia seruato. Et sic accipit Philosophus, quando dicit quòd memoria est passio sensitiua, hoc est species siue simulachrum obiecti prius apprehensi cum illa considerationem quòd fuerit prius sensatum siue apprehensum, & consideratione præteritionis. Et hoc modo memoria non est potentia, sed actus. Tertio accipitur, ut specialis potentia, & tũc sic definitur. Memoria est potentia naturalis interior animæ sensitiuæ, conseruatiua specierum rerum non sensatarum, sub ratione prioritatis temporis, quæ prioritas dicitur tẽpus præteritum, quod est sensibile per se, commune tamen, percipitur. n. per motum magnitudinis, quæ est sensibile per se cõe, ut dictum est. Obiectum igitur memoria est sensibile non sensatum præteritum, ut præteritum est. Organum est postrema pars cerebri, quæ dicitur occiput. Ex præmissis infertur, quod animalia, quę non cognoscunt tempus, non habent Memoriam, neque ea quæ non habent cerebrum, siue organum determinatum, vt muscæ & mures.

In libro de Memin. & Rer'mi.

D 9

Ver. 12. *De Actibus & modis memorandi.*

PHILOSOPHVS explicat actũ Memoriæ seu memorãdi per actus fantasiæ, quæ etiam memoria dicitur, qui quidem actus apparent in brutis. Mulus enim in aliquo hospitio pastus post multos dies illac transiens, recordatur & sistit. Canis etiam domini sui antiqui recordatur, & gestit coram eo de nouo viso. Cati pariter in domibus religiosorum, audito cymbalo, ad refectorium currunt, quia recordantur alias post similem sonum se ibi pastos. Sed quomodo ibi fiat uidendum est & aduertendũ, quòd quãdo sensibile est præsens, & fantasia tendit in illud per simulachrũ siue per illam speciẽ sensibilem seu similitudinem rei, uocatur habitus, eo quòd diu perseuerat & manet in dormiente, aliquando uocatur actus. s. quando immutat & mouet fantasiam, & tunc dicitur memorare seu recordari, sed sentire, quia fantasia proprie est absentium. Quando verò obiectum est absens, & fantasia respicit simulachrum illud, non considerando tempus præteritũ, siue prius audisse, uidisse, vel alio sensu agnouisse, etiam tunc non dicitur recordari, sed fantasiari, uel iudicare. sed quando fantasia respiciendo illud simulachrum, iudicat quòd obiectum illius simulachri fuit prius uisum, vel alio sensu sensatum, tunc dicitur recordari, & memorare. Et sic simulachrum illud potest dupliciter consyderari. Primo, vt repræsentatiuum obiecti simpliciter, & sic non causat recordationem, quia licet sit idem simulachrũ, alia tamen est ratio per illud tendendi ad obiectum, sicut apparet in simulachro regis, antequam uiderimus eũ, & postquam uidimus illum, recordamur uidisse. Quum aũt anima intellectiua sit nobilior & excellentior sensitiua, consequens est, ut potẽtiæ sensitiuæ sint in homine excellentiores, quã in brutis, hinc ẽ quod memoria in homine multo perfectiorẽ actum habet, quam in brutis, siue vt est specialis potentia de non sensatis, siue de sensatis prout conuenit fantasiæ, quæ in animalibus brutis deleto simulachro siue fantasmate, memorare siue recordari non potest, etiam fantasmate secundum partem lapso vel deleto, quæ deletio fieri potest (vt dictum est) propter nimium motum, vel alterationem organi. Sed homo hoc potest, ideo talis recordatio dicitur in homine reminiscentia de qua dicendum est.

E 9

Ver. 13. *De differentia Memoriæ & reminiscentiæ.*

DIFFERT autem Memoria secundum Philosopum, a doctrinæ perceptione & Reminiscentia, Quia tunc aliquis doctrinam percipit, quando fantasma nouum acquirit. Sed quando saluo fantasmate integro considerat prius sensisse obiectum per fantasma præsentatum, dicitur memorare siue recordari. Sed quando simulacro ex una parte remanente, & ex alia parte deleto, resumitur, tunc reminiscitur, & illa resumptio dicitur reminiscentia. Sicut quum in eodem loco uidimus tres ordinatos, scilicet Sortem, Petrum, & Platonem, quando potentia primum

F 9

simili

similitudinem illorum trium recepit, didicit. Sed quando manente fantasmate illorum trium, post factum tempus, hoc est post horam, diem, mensem, vel annum, iudicat se illos tres prius vidisse, tunc recordatur: Sed quando pars illius fantasmatis (puta similitudo Sortis vel Platonis, vel duorum simul) deleta est, manente fantasmate tertii, siue similitudine Petri, tunc fantasia in homi ne, intuendo similitudinem Petri, potest resumere similitudinem Sortis & Platonis, qui erant a lateribus Petri. tunc reminiscitur, & fit reminiscentia. Quæ nihil aliud est, quàm resumptio partis simulachri, quæ quidem resumptio fit ex ipsa rerum natura. Motus enim animi circa multa ordinata, vnum ex alio trahit. Et si illa ordinata habent naturalem & necessariam connexionem, faciliter & quasi statim fit resumptio alterius, vel aliorum, habito primo vel uno. Sicut quia ad ignem sequitur calor, deleto fantasmate caloris; respiciendo fantasma ignis, aduenit fantasma caloris. Si verò illa ordinata non habeant naturalem connexionem, sed sunt contingenter ordinata, per assuetudinem fantasia ex primo mouetur ad secundum, & ex secundo ad tertium, vnde sequitur, quòd frequens meditatio reminiscendo & ordinando, Memoriam confortat, tuetur & saluat. ¶ In ordinando tamen accipiendum est principium aptum, ad quod sequentia habeant connexionem, alias difficilis erit reminiscentia, ut in sententiis disparatis, nisi per aliqua connectantur & aptentur. Quidam literas alphabeticas, alii quasdam imagines, alii digitos alii, alia pro cellulis & locis sibi præstituunt, in quibus memoranda etiam disparata aptant, collocant & applicant, & sic uiso loco præstituto, recordantur eorum, quæ illi applicauerunt. Fantasia.n: & Memoria in homine propter vicinitatem, quam habent ad rationem, quodam modo discurrunt de uno ad aliud, propter similitudinem vel ordinem inter ipsa repertum. Confert etiam plurimum profunda atque fortis intentio. Et sic quatuor conducunt ad reminiscendum, scilicet debita ordinatio, assuetudo, profunda atque fortis potentiæ applicatio, & a principio accommodo incoatio. ¶ Memoria & Reminiscentia animia humiditate, ac etiam propter nimiam siccitatem difficultatur. Propter nimiam enim humiditatem species citò labuntur, sicut sigillum in cæra liquefacta. Propter nimiam verò siccitatem species uix possunt imprimi, vt sigillum in cæra dura. Propter alterationem etiam organi species delentur, ut in ægrotantibus. Impeditur etiam propter motum, & ideo senes & pueri sunt obliuiosi, propter continuum motum, quo agitantur, senes propter decrementum, & iuuenes propter augmētū Licet per accidens ea, quæ in pueritia didicimus, etiā uiri & senes teneamus. Vnde dicitur communiter, Quod noua testa capit, inueterata sapit. Et Horatius, Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem testa diu. Et Salomō Prouer. 22. Adolescens iuxta viam, suam, etiā cùm senuerit, non recedet ab ea, sed hoc est per accidens, propter uehementem applicationem. Pro. 22.

§. 6. *De Appetitu.*

A APPETITVS est potētia naturalis animæ sensitiuæ, qua inclinatur ad pro 1 osequēdū sibi conueniens, & resiliendum a disconuenienti. Hac potentiam natura inclinatur ad conseruationem sui, & resistendum, contrariis. Sciēdum tamen quòd Appetitus est triplex, scilicet naturalis, animalis siue sensitiuus & rationalis siue intellectiuus.

Ver. 1 *De Appetitu Naturalis.*

B APPETITVS Naturalis est habitudo seu inclinatio inhærens rebus ad bo 1 onū, suæ natura conueniens, ad quod absque cognitione tendit, quando non habet, & quādo habet quiescit in eo ex ordinatione primi mouētis, suæ authoris naturæ, hoc est dei, in institutione naturæ, uel generatione impressa, & ideo non pōt esse frustra, ut grauitas in lapide ad locū deorsum, & leuitas in igne ad locum sursum. Et quia aliquid est conueniens alicui naturæ, quod est disconueniens alteri. Ideo non est inconueniens, quod idem sit bonum & malum, respectu diuersorum. Hic appetitus nō habet organum determinatum.

Ver.2. *De appetitu Senſitiuo.*

A P P E T I T V S Senſitiuus ſiue animalis eſt inclinatio ſequēs apprehenſionē C
ſenſus interioris,ſcilicet fantaſiæ vel memoriæ aut æſtimatiuæ,qua inclinatur & im- 10
mediate mouetur ad proſequendum bonum ſuum,hoc eſt illud quod per prædictam apprehenſionem ei oſtenditur ſub ratione conuenientis,& ad reſiliendū a malo , hoc eſt a diſconuenienti ſuæ naturæ per apprehenſionem oſtenſo , vt diſconueniens ſiue repugnans ſeu contrarium aut nociuum ſuæ naturæ, vt appetitus concupiſcibilis vel iraſcibilis.

Ver.3. *De appetitu Intellectiuo.*

A P P E T I V S inrellectiuus ſiue rationalis inclinatio ſequens apprehēſionē ſeu D
iudiciū intellectus,qua homo inclinatur ad proſequēdū bonum,& refugiendū ac reſi- 10
ſtendum malo, & talis appetitus dicitur & nuncupatur voluntas.

Ver.4. *De differentia appetitiuum.* E

T A L E deſcrimē eſt inter iſtos tres appetitus,quale eſt inter animā vegetatiuā, 10
ſenſitiuam,& rationalem,quæ ſunt partes poteſtatiuæ animæ,Quia ſicut anima ſenſitiua eminenter cōtinet animā vegetatiuā,& anima rationalis ſenſitiuā, Ita appetitus animalis ſiue ſenſitiuus appetitū naturalē,& appetitus intellectiuus ambos. Differunt etiā,quia appetitus naturalis nō habet organū determinatum, ſed eſt ſparſum per totū corpus,in quo ſubiectiuatur. Appetitus autē ſenſitiuus habet organū determinatū cui alligatur,& in quo eſt ſubiectiue. Appetitus verò intellectiuus nō habet organū determinatum cui alligetur, neque eſt diffuſus per totum corpus , nec vllo modo ſubiectiuatur in corpore,ſed ſolum in anima rationali,a qua fluit . eſt & aliud diſcrimen , quia Appetitus intellectiuus ſiue voluntas proſequitur bonum vniuerſale , & ſi aliquod bonum particulare proſequatur , hoc eſt in ordine ad vniuerſale . Appetitus autem naturalis & ſenſitiuus ſolum proſequitur particulare bonum , & non ordinat nec ordinare poteſt ad vniuerſale . Licet(inquantum eſt natura particularis)ſit pars vniuerſi . & per conſequens tendit in bonum vniuerſi , & reſilita malo totius vniuerſi,relinquitque ſuum particulare bonum pro bono totius vniuerſi.Et quia vniuerſum abhorret a vacuo,ideo aqua quæ naturaliter grauis eſt , & tendit deorſum , tamen vt non detur vacuum,relicta inclinatione propria aſcendit ſurſum,vt experimento videmus in clepſidra.Ex quo ſequitur,quod in aqua eſt duplex appetitus , vnus , inquantum eſt pars vniuerſi , alius eſt , ſecundum quod eſt natura particularis.Et licet videantur contrariari , tamen non contrariantur , quia ſunt reſpectu diuerſorum.Vel dici poteſt,quod licet actus ſint contrarii, non tamen inclinationes,quæ ſunt ſubordinatæ, Aliud deſcrimen , eſt quia appetitus naturalis non præſupponit neque ſequitur actum potentiæ apprehēſiuæ , ſiue cognitionem . Senſitiuus autem præſupponit & ſequitur neceſſario apprehenſionem ſenſus interioris , voluntas uerò cognitionem intellectus . Conueniunt tamen omnes in hoc quod nullus illorum apprehendit , hoc eſt non recipit in ſe ſimilitudinem eorum , ad quæ tendit . Vnde communiter dicitur , quod voluntas eſt de ſe cæca . Et idem dicendum eſt de appetitu ſenſitiuo & naturali, qui non ſequitur apprehenſionem ſiue cognitionem in ſubiecto exiſtentem ſicut appetitus animalis & rationalis, licet ſequatur apprehenſionem & cognitionem authoris naturæ, a quo dirigitur extrinſece per inſtinctum ,vt dictum eſt.Conueniunt etiam iſti tres appetitus , quia omnes tēdunt in illud quod eſt conueniens ſuæ naturæ,& reſiliunt a diſconuenienti , quod dicitur
1. *Ethic.* malum . Vnde Philoſophus ait , Bonum eſt quod omnia appetunt , hoc eſt omnis inclinatio tendit in bonum , ſiue in id quod eſt conueniens ſuæ naturæ , quod dicitur bonum,ſed diuerſimode,vt dictum eſt . Diſcrepant autem appetitus animalis & intellectiuus , a ſenſu & intellectu,quia ſenſus & intellectus tendunt in obiecta ſua per ſimilitudinem ſiue mediante ſimilitudine in ſe recepta , & ſic non immediate . Sed appetitus ſenſitiuus & voluntas tendunt immediate in obiectum ſuum , abſque

ſpecies

specie, uel similitudine rei in se recepta. Ideo Philos. dicit, quòd bonum & malum sunt in rebus, verum autem & falsum in intellectu.

§. 10. *De appetitu Animali.*

F Appetitus animalis siue sensitiuus diuiditur in concupiscibilem & irascibilem.

10 Ver. 1. *De appetitu Concupiscibili.*

G APPETITVS Concupiscibilis est potentia naturalis animæ sensitiuæ, qua in-
10 clinatur ad prosequendum bonum particulare, sensibile, delectabile, & ad fugiendũ malum sensibile, uel dolorosum, apprehensum & iudicatum tale per sensum interiorem. Organum cui alligatur, est cor. Obiectum verò eius est bonum vel malum sensibile, simpliciter acceptum, hoc est facile ad habendum uel fugiendum, quod dicitur ad differentiam appetitus irascibilis, qui habet bonum vel malum, arduum siue difficile ad habendum vel fugiendum pro obiecto. In hac potentia non oportet ponere medium, quum nihil recipiat ab obiecto, nisi forte actus apprehensiue ostendẽtis obiectũ, sine qua ostensione non potest ferri in obiectum, dicatur medium. Appetitus concupiscibilis habet sex actus siue operationes, quæ dicuntur communiter passiones, eo quòd ad eas cõmuniter sequitur transmutatio corporalis, s. dilatatio vel constrinctio. Tres actus siue passiones habet ex parte boni, & tres ex parte mali. Ex parte boni sunt, amor, desiderium, & gaudium, Ex parte mali sunt, odium, fuga siue abominatio, & tristitia. Tres primæ sunt oppositæ tribus ultimis. Et quia amor est prima & radix omnium passionum, ideo de eo primo uidendum est.

Ver. 2. *De Amore.*

H AMOR nihil aliud est, quàm consonantia seu complacentia in bono sensibili,
10 delectabili, simpliciter seu communiter apprehenso, hoc est absque consideratione difficultatis præsentiæ, uel absentiæ. Talis complacentia dicitur amor, qui est primus motus appetitus concupiscibilis, & fundamentum omnium actuum ac passionum. Ex amore enim sequitur & causatur desiderium, si obiectum sit absens. Si verò præsens, cãtur gaudiũ siue delectatio & quies, quia in illo quiescit, delectatur & gaudet. Notandum tamen quòd licet amor sit passio & actus concupiscibilis (extenso tamen vocabulo) attribuitur uoluntati, quæ etiam complaceat in bono præsentato per intellectum, quod quando est absens, desiderat, quando verò est præsens, gaudet, tamen non semper sequitur corporalis dilatatio, vel constrinctio, quanuis sæpenumero per redundantiam sequatur, iuxta illud Psal. Cor meum (hoc est voluntas) & caro mea (hoc est sensualitas) exultauerunt in Deum viuum. Amor est duplex, *Psal. 83.*
Amicitiæ & concupiscentiæ. Amor Amicitiæ est amor, quo amatur aliquid, vt ei sit bonum, & dicitur Amor simpliciter, & volitio boni. Amor concupiscentiæ est amor, quo amatur aliquid, ut sit bonum vtile, aut delectabile amanti, vel alteri, & nõ ipsi amato. & talis dicitur amor secundum quid.

Ver. 3. *De Desiderio.*

I DESIDERIVM est immutatio seu affectio, qua appetitus concupiscilis
10 tendit in bonum sensibile, delectabile, apprehensum ut absens, & alio nomine uocatur Concupiscentia & Cupiditas. Et differt hæc passio Desiderii ab Amore. Quia aliud est complacere, quod pertinet ad amorem, aliud querere medium adipiscendi, quod pertinet ad desiderium. Differt etiam a gaudio & delectatione, quia desiderium est quidam motus & fluxus, & respicit obiectum absens. Gaudium verò & delectatio est quies & terminus motus, & respicit obiectum præsens.

Ver 4 *De Gaudio.*

K GAVDIVM siue delectatio est immutatio siue affectio appetitus cõcupisci- *3. De anima.*
10 bilis respectu boni præsentati, vt præsens est, quæ quidem affectio dicitur quies, Quia habito obiecto desiderato, cessat motus, & in illo quiescit animal, & delectatur. Quia secundum Philosophum, Appetitiuus motus circulo quodam agitur. Appetibile enim mouet appetitũ, faciẽs in eius intẽtionẽ, quia attrahit appetitũ ad se, cũ sit bonum, hoc est conueniens, & per cõsequens diffusiuum & attractiuum sui; vt ait. D. Diony. Ideo Appetitus tendit ad Appetibile reale cõsequendũ. cum non habet,

In l.br. de memo. & remin: habet,& cum habet, quiescit, vt sit ibi finis motus, vbi fuit principium. Contingit tamen aliquando (ut Phil dicit) quòd imaginario siue fantasia aut æstimariua apprehendant bonum vel malum, tanquam præsens, licet sit realiter absens. Et tunc, appetitus quiescit uel succũbit, delectatur, si bonũ apprehendatur vt præsens Tristatur & succumbit, si malũ apprehendatẽ vt præsens, prout accidit in his, quiq in extasi & mentis excessus aguntur, qui fantasmata vt rem factam narrant. Accidit etiam plerunque somniantibus. Vnde aliqua somnia sunt delectabilia, quædam tristia. Accidit pariter ex vehementia affectione in vigilantibus. Sed hoc est quia obiectum apprehenditur vt præsens Bonum enim & malum non mouent appetitum, nisi apprehendanẽ. Et inde est quòd ẜm diuersum modũ apprehensionis sequuntur diuersi motus & passiones in appetitu. Apprehensum ergo bonum vt præsens, causat gaudium, & vt absens, desiderium, & vt communiter siue simpliciter, amorem. Et differt gaudium a delectatione, sicut homo ab animali, & species a genere. Omne enim gaudiũ est delectatio, sed non ecõtra, visus enim delectatur in obiecto suo. Gaudium verò supponit apprehensionem interiorem. Et sic visus non gaudet.

Ver. 5. *De Odio.*

O D I V M est dissonantia siue displicentia appetitus concupiscibilis eius quod apprehenditur, vt repugnans & noxium. Quia sicut id quod apprehenditur vt conueniens habet rationem boni, ita & repugnans siue nociuum habet rationem mali, & sic odium opponitur & contrariatur amori. Et quemadmodum quando bonũ est absens, per amorem causatur desiderium, per quod appropinquat obiecto, vt fiat præsens, ita quando malum est absens, imminens tamen per odium causatur abominatio, per quam fugit a malo, & per quam fugam fit malum absens, & non appropinquat. L 10

Ver. 6. *De Abominatione.*

A B O M I N A T I O est immutatio appetitus concupiscibilis, qua refugit malum sensibile, vt fiat absens & non appropinquet, & opponitur desiderio siue concupiscentiæ. A 10

Ver. 7. *De Tristitia.*

T R I S T I T I A opponitur gaudio & delectationi, ideo opposito modo causatẽ & definitur. Est igitur Tristitia immutatio appetius concupiscibilis, ratione mali sibi præsentati, vt præsens est, & sub quo succumbit. Et quemadmodum ad delectationẽ duo requiruntur, primùm est, coniunctio boni, ẜm est, cognitio huius coniunctionis, Ita ad Tristitiam duo requiruntur. Primùm est coniunctio alicuius mali, quod ideo dicitur malum, quia priuat bono, secundum est, cognitio huius coniunctionis, & priuationis per fantasiam vel æstimatiuam, aut memoriam vel intellectum, Et sicut delectatio, quæ sequitur apprehensionem sensus exterioris, dicitur delectatio & non gaudium, Ita dolor proueniens ex coniunctione alicuius mali, apprehensi solùm per apprehensionem alicuius sensus exterioris, dicitur dolor & non tristitia, quia tristitia addit supra dolorem, apprehensionem sensus, & sic dolor est genus ad tristitiã, omnis enim tristitia est dolor, sed non econuerso. Extenditur etiam tristitia ad voluntatem. Et dicitur afflictio quædam voluntatis (secundum D. August.) de his quæ nobis nolentibus accidunt. B 10

§. 11. *De Appetitu Irascibili.*

A P P E T I T V S Irascibilis est potentia animæ sensitiuæ, qua realiter inclinaẽ ad prosequendũ bonum delectabile, sensibile, arduum & difficile, & ad fugiendum malum arduum & difficile. Organum cui hæc potentia alligatur, & in quo subiectiuatur, est fel. Obiectum verò eius est bonum vel malum, arduum & difficile adipisci, quantum ad bonum, & quantum ad malum, fugere uel euadere. Et sic quodammodo est eleuatum supra facilem potestatem animalis, & ideo exigit specialem potentiam, cum habeat specialem rationem, hæc potentia ab authore naturæ data est in propugnaculum, defensionem, & auxilium. Appetitus concupiscibilis, vt tollantur impedimenta, quibus impeditur tendere in suuum obiectum, vel propter C 10

diffi-

difficultatem boni adipiscendi, vel mali superandi. Ideo omnes passiones irascibilis terminantur ad passionem concupiscibilis, pertinentis ad quietem vel alteram illarum. Passiones appetitus concupiscibilis pertinentes ad quietē sunt duæ, scilicet gaudium quod est quies in bono adepto. Tristitia, quæ est quies in malo adepto, & præsenti, quæ vocatur succubitio & quies violenta Huic sententiæ annuit Philos. in quiens, Passiones animæ sequuntur gaudium & tristitiam, & loquitur vniuersaliter tam de passionibus concupiscibilis, quam irascibilis. Et quia appetitus irrascibilis ordinatur in auxilium concupiscibilis, & passionū eius necesse est vires & passiones cōcupiscibilis (quæ ad motum pertinent, prout sunt amor & desiderium, odium & abominatio) precedere passiones irascibilis, quæ ad motum pertinent, vt cum defecerint & vltra progredi nequiuerint passiones concupiscibilis, ab appetitu irrascibilis fulciātur, & sic spes præsuponit amorem & desiderium, & timor odium, & abominationem. Quia sicut obiectū irascibilis addit supra subiectū concupiscibilis, arguit arduitatem & difficultatem sic & passiones irascibilis aliquid addunt ad passiones concupiscibilis. Spes enim suprà desiderium addit conatum quendam, & eleuationem animi, ad consequendum bonū arduum, & eodem modo audacia ad aggrediendum periculum, & tollendum impedimenta. Et similiter timor addit suprà fugam & abominationem, quandam depressionem animi propter difficultatem mali. Tristitia autē media est inter duas passiones irrascibilis. s. inter irā & timorem, quia præcedit irā, ex tristitia n aliquis insurgit in vindictam, ad rependendā vicem nocentibus, & quū iratus consecutus fuerit vindictam, gaudet. Sequitur autem tristitiam timorē, quia cùm malum quod timebatur, occurerit, causatur tristitia. Appetitus irascibilis habet quinque actu siue operationes, quæ dicuntur passiones, ratione iam dicta. Prima est spes, secunda, desperatio, tertia, timor, quarta, audacia, quinta, ira, aqua appetitus irascibilis denominatur. Nō tā quā sit prima in ordine generationis, quia ira causatur ex aliis passionibus, sicut effectus a causis præcedentibus. Ideo ab ea tanquam manifestiori, denominatur potentia siue appetitus irascibilis.

2. Ethic.

12. q. 2. 5. art. 1.

Ver. 1: *De Spe.*

C SPES Est immutatio appetitus irascibilis in bonū sensibile arduum, quod po-
11 test adipisci. Ex hac definitione apparet, quòd obiectum spei habet quatuor conditiones, per quas actus spei differt ab aliis passionibus. Prima est, quòd obiectum sit bonum, quia Spes non est nisi de bono. Mala enim non speramus, nisi apprehendamus sub ratione boni, sed timemus ea. Secunda, quòd illud bonum sit arduum, & cùm difficultate possit adisci, non enim dicitur qui sperare quod est in sua potestate, vt statim habeat, & per hoc differt a desiderio. Tertia est quòd illud bonum sit futurum, quia de præsentibus non est spes, iuxta illud, Nam quod videt quis quid sperat? & per hoc differt a gaudio, quod est de bono præsenti. Quarta quòd illud bonū sit possibile adipisci. Non enim speramus impossibilia & per hoc differt a desperatione. Quòd autem spes sit in animalibus brutis, apparet. Quia si canis videat leporem, aut accipiter autem nimis distantem, non mouetur ad ipsam prosequendā quasi desperans se posse adiscipi. Si autem sit in propinquo, mouetur, quasi sub spe adipiscendi.

Rom. 8.

Ver. 2. *De Desperatione.*

D DESPERATIO est quidam motus appetitus irascibilis, quo realiter rece
11 dit & cessat prosequi bonum arduum futurum, apprehensum cùm impossibilitate obtinendi. Quia (vt habet Philosophus) cùm ventum fuerit ad aliquod impossibile, homines desistunt. Ex quo apparet quod obiectum spei & desperationis est bonū arduū. Et ideo non contrariantur contrarietate excessus ad contrarios terminos, sicut amor & odium, quæ habent obiecta contraria, bene tamen contrariantur per recessum & accessum, respectu eiusdem termini siue obiecti. Quia Spes prosequitur, desperatio cessat, & sic recedit.

Ver.3: *De Timore.*

a.3 q. 43. ar. 1. & 3. TIMOR est motus siue immutatio appetitus irascibilis, quo realiter moue- E
tur & cõtrahitur a malo arduo imminenti, quòd habet aliquo modo victoriam super 11
bonum, & cui cùm difficultate resisti potest, quasi excedat potestatem timentis. Timor post tristitiam habet magis ratione passionis, quàm alii motus, quia, vt Damascenus dicit, magis contrahit & affligit. Ad timorem sequitur desperatio. Ea enim ratione aliquis desperat, quia timet sucumbere propter difficultatem. Damascenus ponit sex species timoris, Prima est segnities, cum quis refugit operari propter timorem excedentis laboris. Secunda, erubescentia, cũ quis prætermittit operari propter turpidinem lædentem opinionẽ in actu commitendo. Tertia, verecundia, quum quis desistit operari & persequi bonum, propter turpem actum iam factum. Quarta, admiratio, quum quis cogitat aliquid magnum malum, cuius exitum considerare non sufficit. Quinta stupor, quum quis considerat, quòd aliquod malum inconsuetum & inconsultum offertur. Sexta, agonia, quum quis timet imminens infortunium, ratione improuisionis, quia scilicet prouidere non potest. Et nõ accipiuntur prædictæ species secundum dignitatem obiecti, sed secundum diuersos effectus.

Ver 4. *De audacia.*

Ethic. AVDACIA, Secundũ Philosophũ, est timori cõtraria & est motus appeti F
tus irascibilis, quo realiter aggreditur periculũ imminens propter victoriã sui supra 11
periculum ipsum. Vnde dicitur, quòd illi qui sunt bonæ spei, sunt audaces.

3. Ethic. Ver.5. *De Ira.*

IRA est motus appetitus irascibilis, quo realiter moue tur ad vlciscendũ & vindi G
candum & puniendum inferentem malum seu nocumentum. Eam ob rem appella- 11
tur Appetitus vindictæ, & causatur ex concursu multarum passionum. Non enim insurgit motus iræ nisi propter aliquam tristitiam illatam, & nisi adsit desiderium & spes vlciscendi, Quia (vt habetur in secundũ Rhethor.) Iratus habet spem puniẽdi apprehendit enim vindictam, vt possibilem sibi. Vnde si ille qui intulit nocumentum fuerit multum excellens & potens, non insurgit ita. sed tristitia, ut dicit Auicenna. Et quo patet, quòd ira est passio quodam modo cõposita, & respicit unum obiectum secundum rationem boni, & aliud sub ratione mali, scilicet inferentem nocumentum de quo uult uindicari. Et ad istum motum iræ sequitur magna uehementia, impetuositas furor, & ebullitio sanguinis & spirituũ uitalium circa cor, ex euaporatione felis procedens, ut dicit Damascenus. Hinc est quòd propter nimiam perturbationẽ cordis, quæ est in motu iræ apparẽt in iratis signa quædam in exterioribus menbris. Vnde D.Greg. in 5. Moral dicit Iræ suæ stimulis cor palpitat, corpus tremit lingua præpedita est, facies ignescit, exasperãtur oculi, & nequaquam recognoscuntur noti. Ore quidem clamorem format, sed sensus quid loquatur ignorat. Philosophus uocat quosdam irascentium acutos, qui citò irascuntur, non tamen diu retinent Quosdam amaros, qui diu retinent iram, quosdam difficiles, qui nunquam quiescunt nisi uindicentur.

In Libro de Anima. 4. Ethic.

§.12 *De Potentia secundum Locum Motiua:*

POTENTIA Secundũ locum motiua est potentia naturalis animæ sensiti- H
uæ, qua animal mouet membra & seipsum ad locum extrinsecum, ad quærẽdum bo 11
num sibi conueniens, puta cibum aut potum, & ad fugiendum malum imminens. Organum huius potentiæ in quo subiectiuatur, sunt nerui per totum corpus sparsi, qui mediantibus spiritibus vitalibus, mouet membra secundum iudicium sensus interioris, & imperium appetitus concupiscibilis, uel irascibilis a quorum organis scilicet corde & felle, procedunt, qui sunt uelut Athomi mutuo se impellentes, pro ut uideri potest in pelle Merangulorum compressã, & lumini candelæ approximata. Ad illorum impulsum potentia motiua in neruis existens, mouetur, & ad eius motionem membra mouentur ad locum extrinsecum. Obiectum huius

ius potentiæ est locutus. Necessitas ponendi hanc potentiam apparet ex naturali ratione, quia natura non deficit in necessariis. Et experimento videmus necessaria ad nutrimentum animalis perfecti, esse extrinseca, & ab eis separata. Ideo si non haberent potentiam mouendi se ad illa, diu esse non possent. Ad huiusmodi motum & operationem, neque appetitiua vis, neque vegetatiua, neque sensus, neque appetitus possunt esse immediatum principium (vt dicit Philosophus) quia si potentia motiua esset idem cum anima, sequeretur quòd quandocunq; appetitus esset in actu, animal moueretur secundum locum, quod est manifestè falsum. Necesse est igitur in partibus animalis esse aliquam virtutem, per quam sint habiles ad motum appetitus animæ mouentis, cuius signum est, quòd quando membra mutantur a sua dispositione naturalis, non obediunt appetitui ad motum, vt patet in paralyticis. 3. De Anima.

DE ANIMA RATIONALI. CAP. II.

ANIMA Rationalis est actus primus corporis physici organici, in potentia vitam intellectualem & rationalem habentis. Potest et sic definiri, Anima Rationalis est forma substantialis intrinseca corpori, eminēter continens omnes virtutes & potentias animæ vegetatiuæ & sensitiuæ. Et vltra illas habet tres spirituales corpori non alligatas. s intellectū agentem, & intellectū possibilem, & voluntatem, & sic in summa habet decem & octo potentias, vt ex prædictis patet. Ex his apparet nobilitas & excellentia animæ rationalis supra vegetatiuam & sensitiuam, quia vtraque habet omnes suas potenias organo corporeo alligatas, Ideo pendent a corpore siue materia in esse fieri & conseruari Ita quòd non potest esse siue corpore, nec separata persistere extra corpus, Et sic corrupto composito, utraque definit esse. Anima verò rationalis habet tres potentias, non aligatas organo corporeo, vt dictum est, Ideò non pendet a materia, neque in esse, neque in fieri, nec in conseruari, sed a solo Deo per creationem. Ideo Phil. dicit quòd est deforis adueniens. Et in lib. Mach. dicitur, Super modum mater mirabilis, & bonorū memoria digna, quæ pereuntes septē filios; sub 2. Mach. 7
vnius diei tēpore conspiciens, bono ferebat animo, singulos illorum hortabatur voce patria fortiter repleta sapientia, & fœmineo cogitatui masculum inferens animū, dixit. Nescio qualiter in vtero meo apparuistis, neque. n. ego spiritū & animam donaui vobis sed mundi creator qui formauit hominis natiuitatem. Et Psalm. Qui Psal. 32.
finxi, sigillatim corda eorū, hoc est aīas creauit, & creando infudit. Et ideo potest separari a corpore, & separata conseruari, & per se subsistere. Vnde sequitur quòd est immortalis & incorruptibilis.

Ver. 1. *De Anima separata.*

ANIMA A corpore separata non habet nisi tres potentias, s. eas quæ nō sunt organo corporeo alligatæ. Alias autem non habet in actu, sed radicaliter. Ita quòd resumpto corpore dispositio, statim omnes aliæ potentiæ animæ emanant ab ea, & diffunduntur ad organa, sicut & eo modo quum infusa fuit corpori. Eodem modo dicendum, quando organum, in quo subiectiuatur potentia, corrumpitur tunc anima non habet illam potentiam in actu, sed solum radicaliter. Quia ad corruptionē subiecti sequitur corruptio omnium accidentium. Et quum potentia sensibilis aut vegetabilis subiectiuentur in organo corporeo, consequens est quod corrupto organo alicuius potentiæ in homine, corrumpatur potentia in illo subiectiuata. Radix tamen eius siue aptitudo producendi eam non corrumpitur. Quia organo per diuinam potentiam restituto aut reparato, statim ex anima fluit illa potentia, vt habetur de cæco nato. Ex quo apparet quòd actus potentiarū animæ rationalis cōuenientium cū potentiis animæ sensitiuæ aut vegetatiuæ pēdent, quo ad actus, & quo ex existentiam formalem, ex organis corporeis & dispositionibus ipsorum. Et licet Ioann. 9.
actus potentiarum, nō organicarum non pendeant ex organis, corporeis, quia tamē

C præ-

præsupponunt actum potentiarum organicarum, scilicet fantasiæ, vel æstimatiuæ, aut memoriæ. Quum secundum Phil. Necesse sit intelligentē fantasmata speculari. Cuius signum est, quòd perfectè dormientes nil intelligunt, eo quod fantasia (quæ ē speculū intellectus) clausa sit. Ideo huiusmodi potentiæ non organicæ præsupponūt, & requirunt dispositionem organorum potentiarum, quarum actus præsupponunt maximè cerebri, quod est organum fantasiæ, estimatiuę & memoriæ. vnde videmus quòd qui sunt cerebro turbati & indispositi, vix rectè iudicant, aut ratiocinantur.

3. De Anima.

§. I. Intellectu Agente.

ANIMA Rationalis (vt iam dictum est) habet tres potētias, organo corporeo non alligata, scilicet intellectum agentem, intellectum possibilē, qui dicitur memoria intellectiua, & voluntatem, quæ dicitur appetitus intellectiuus & rationalis. Intellectus agens secundum Phil. est potentia naturalis animæ Rationalis, organo corporeo non alligata, qua mediante intelligibilia in potētia fiunt intelligibilia in actu. Et qua intellectus possibilis fit quoddam modo omnia, hoc est recipit in se omnium rerum species siue similitudines, que dicuntur species intelligibiles. Et sic debet intelligi illud Sapientis, vbi loquens de homine, ait Dedit illi Dominus virtutem continendi omnia. Comparatur autem intellectus agens lumini, quia quemadmodum collores in tenebris visibiles in potentia, lumen facit eas visibiles in actu, quia adueniente lumine multiplicantur species intentionales, in aere, & recipiuntur in potentia visiua, qua receptione facta, videntur in actu, Ita intellectus agens facit, vt naturę rerum (quarum similitudines sunt in fantasia, & sunt intelligibiles in potentia) fiant intelligibiles in actu, quia quum in fantasia sint materiales & particulares & extensæ, & ob eam causam non sint perceptibiles ab ipso intellectu, qui est vniuersalium, intellectu agente illuminante deputantur & abstrahuntur fiuntque vniuersales & intelligibiles actu, hoc est considerantur absque conditionib. indiuiduantibus, quæ sunt materia, hac indiuiduali quantitate & aliis particularibus accidentibus signata, sub quibus quidditas & natura rerum est inclusa & quasi quibusdam cortinis & velaminibus abscondita in fantasia, Sed per lumen intellectus agentis natura illa absq; conditionibus indiuiduantibus apparet, & offertur intellectui possibili per fantasma, quod uirtute ipsius intellectus agentis causat, producit ac imprimit vnam spēm intelligibilem siue similitudinē spiritualē illius naturę sic illustratæ. Et sic intellectus possibilis a fantasmate tanquā obiecto, p uirtutem intellectus agentis excitatus, recipit illā spēm ab eo, sicut potētia visiua virtute luminis materialis recipit spēm intentionalē coloris a colorato, An aūt in illa receptione speciei intelligibilis intellectus se habeat mere passiuæ prout & visus, an parti actiue, vt adamas attrahēdo ferrū, adhuc sub iudice lis est, & prolixa cōcertatio, quā breuitatis causa relinquo. Et quia prædicta species apprehēditur, & reciditur absq; cōdonibus indiuiduantibus, ideo recipitur immaterialiter & spiritualiter & vniuersaliter, sic quod illa species intelligibilis est vniuersalis non in essendo, sed in repræsentando quia quantum est ex se, species illa non magis repræsentat Sortem, quā Platonē sed solum repręsentat naturam humanam, quæ est realiter & particulariter in quolibet supposito. Talis apprehensio dicitur abstractio, non quòd sit realis separatio, sic quod species illa intelligibilis fuerit prius in fantasmate subiectiuæ, & deinde per fantasma in intellectu possibili transfusa & sic separatur a fantasmate, quia iidem accidens numero, non migrat de subiecto in subiectum. Neque etiam est abstractio quæ sequitur ex actuali consideratione vnius, absque consideratione alterius, quia talis abstractio est respectus rationis, generis vel speciei, consequens abstractionem de qua hic non intelligimus. Sed accipitur hic abstractio prout est quædam realis motio, qua mouetur intellectus possibilis a fantasmate, illustrato virtute intellectus agentis, velamen seu cortinam illarum conditionum indiuidualium aperientis, ad recipiendum species intelligibilus naturæ præsentatæ virtute intellectus agentis, & quidditatis rei materialis sensibilis, habentis supposita materialia sēsibilia mouentis principalis, & exitantis intellectum possibilem ad recipiendum illam, sicut

3. de Aña. B 1 a

Sap. 10.

eut dictum est de potentia visiua, quæ mota ab obiecto suo mediâte lumine corporali, recipit speciē uisibilem. Et hæc illustratio fantasmatis siue apertura velaminū & cortinarū, quia fit ostensio rei latentis, dicitur deputatio fantasmatis. Vnde D. Thomas dicit, Si quis recte consideret, intellectus agens secundū ea quæ Philos. de ipso tradit, non est actiuum principium immediatum respectu intellectus possibilis directe, sed magis respectu fantasmatū per quæ intellectus possibilis reducitur in actum, quando aspectus eius inclinatur ad fantasmata sic illustrata, tanquam ad obiectū conueniens sibi per fantasma, non virtute propria, sed virtute intellectus agentis præsentatum. Et sic fantasia se habet instrumentaliter ad huiusmodi abstractionē, quæ dicitur simplicium apprehensio, quæ facit intelligibilia in potentia esse intelligibilia in actu primo, hoc est habituali, cum illa species intelligibilis sit habitus, & maneat in dormiente, & in actu secundo quando intellectus possibilis illa specie intelligibili habituali informatus, per illā se reducit ad actualem considerationem illius naturæ. Et ex illo actu secundo formatur alia similitudo actualis rei intellectæ, ad quā actus intellectus possibilis sic informatus, terminatur, quæ dicitur uerbū cordis, & conceptus ultimatus rei, ad quā tendit & terminatur actus intelligendi, & non ultimatus, si est naturalis similitudo uocis, vel scripturæ, vel aliquid hmōi aliud repræsentans. Et mediante illa actuali similitudine siue uerbo cordis, intellectus reflectitur ad fantasma illius speciei, & tunc uidet naturā illam esse in supposito particulari, quod per illud fantasma præsentatur cum conditionibus indiuiduantibus, & tandem mediante illo terminatur ad ipsam rem intellectam extra hominē existentem. Et tunc est perfecta cognitio apprehensiuā & quidditatiua intellectus. Vnde D. Tho. dicit, Natura lapidis vel cuiuscunque rei materialis complete, vere, & perfecte cognosci non potest, nisi secundum quod cognoscitur, ut in particulari existēs. Nec obstat præmissis, quod fantasma sit accidens materiale, similiter & quidditas rei materialis, & per cōsequens nō possint agere in intellectū, qui est spiritualis, cū oporteat causam esse potiorē & nobiliorem effectu, & agens passo, materialiaque nō possint agere nisi per cōtactum, quem non habent circa spiritualia. Quia hoc uerum est uirtute propria, instrumentaliter tamen & virtute alterius non est inconueniens. Vnde calor naturalis uirtute substantiæ generat carnem, & uerba sacramentalia causant instrumentaliter characterē & gratiā. Ex præmissis patet, quod abstractio tripliciter accipi potest. Primo, pro abstractione reali. s. unius rei de uno loco, ut ponatur in alio. Secundo, pro respectu quodā resultante ex considerationes unius sine altero, & illa nō est eus reale, nec potest esse fundamentū entis realis. Tertio, pro attractione speciei intelligibilis quidditatis rei materialis, qua abstrahuntur species accidentiū, quæ sunt in materia sensibilis, & fiunt uniuersales & intelligibiles actu ab hac albedine præsentata per fantasma mediante illustratione intellectus agentis, & sic de aliis accidentibus. Vnde D. Tho. dicit, quòd cognoscere id quod est in materia indiuiduali, non prout est in tali materia, est abstrahere formā a materia indiuiduali, quam fantasma repræsentat. Sed notandum quòd duplex est materia. Quædam cōmunis, vt caro & ossa non indiuiduata. Alia est indiuidualis, hoc est signata hac quantitate, vt hæ carnes, & hæc ossa. Intellectus abstrahendo speciem rei naturalis, non abstrahit a materia communi, quum sit de essentia rei naturalis, quia quælibet res materialis est composita ex materia & forma. Sed abstrahit à materia iudiuiduali, hoc est ab his carnibus & ab his ossibus, quæ non sunt de ratione siue definitione speciei, puta hominis, sed sunt partes indiuidui, vt dicitur in 8. Metaph.

q. de anima art. 18. ad 20.

1. q. 84. ar. 7.

Abstractio triplex.

1. p. q. 85. ar. 1.

Materia duplex.

Ver. 1. *De obiectio intellectus agentis.*

C OBIECTVM Intellectus Agētis, circa quod immediate operatur pro statu huius uiæ, est fantasma nō apertū, neque illustratum, mediate verò est intellectus possibilis, quem mediante fantasmate mouet ad duo. Primo, ad abstrahendum species intelligibiles. Secundo, illis habitis ad actualem considerationem, quàm pro statu huius uiæ intellectus possibilis habere non potest, nisi se conuertendo ad fantasmata. Vnde Philos. dicit, Necesse est intelligenten, fantasmata speculari. Et quia fantasmata

3. de anima.

tasmata secundum se non sunt illustrata, & propterea secundum se nō possunt præsentare obiectum intellectui possibili, ideo etiam abstractis speciebus, non potest intellectus possibilis habere actualem cōsiderationem absque actione intellectus agentis illustrantis fantasmata, quæ sunt quoddam medium. Ideo perfectæ dormientes nil intelligunt Et ideo sicut actio luminosi est in medio, ita actus intellectus agentis est in fantasmate per modum fluxus. Ex quo sequitur, quòd fantasma est instrumentum intellectus agentis.

Ver. 2. *De intellectu agente in Anima separata.*

QVVM intellectus agens in anima separata non sit ociosus, quum Deus & natura nihil faciant frustra, necesse est ipsum habere aliud obiectum. Anima enim separata vel nihil intelligit, vel alio modo intelligit, quam intelligeret quum esset corpori coniuncta, quia quando est coniuncta, intelligit, mediantibus fantasmatibus, quæ speculatur. Cùm igitur anima separata non habeat fantasmata, consequens est vt non eodem modo intelligat. Et uidetur etiam quod nec per species a fantasmatibus abstractas, quum illæ sint proportionatæ fantasmatibus. Et sic remotis vel absentibus fantasmatibus, non uidentur intellectui proportionatæ, & per consequens intellectus per eas non potest intelligere. Dicere autem quod anima separata nihil penitus intelligat, est negare ordinem institutionis diuinæ. Deus enim (qui creauit animan intellectiuam ad intelligendum) ordinauit etiam quod aliquando separaretur. Si ergo separata non posset intelligere, iam non seruaretur ordo à Deo institutus, & frusta uideretur esse creata, eo quod non posset consequi finem intentū à Deo. Necesse est ergo dicere, quod sicut Deus creando animam, & infundendo eā corpori, dedit illi modum intelligendi connaturalem pro statu uiæ, & quo est corpori coniuncta, etiam ordinauerit illi modum intelligendi pro statu quo esset separata a corpore & phantasmatibus. Ideo probabiliter dicunt aliqui, quod Deus separādo eam à corpore, dat & infundit illi toti & tantas species, quot & quantas potuisset in uia, & corpori coniuncta abstrahere & acquirere. maxime animabus paruulorum, qui ante peccatum actuale decedunt. Et quum anima rationalis secundum suam

Psal. 6. naturam sit inferior angelis, iuxta illud Psal. Minuisti eum paulominus ab angelis, sequitur quòd Deus dat animæ separatæ in eius separatione inferiorem & imperfectiorem modum intelligendi, quam dederit angelis. Modus autem intelligendi qui datus est angelis in eorum creatione, fuit per influentiam diuini luminis, impressi in speciebus & similitudinibus rerum in intellectibus eorum concreatis, unicuique secundum modum suæ naturæ, superioribus angelis species uniuersaliores, & plura repræsentantes & inferioribus angelis species minus uniuersales, & pauciora repræsentantes creando. Vnde sequitur quòd angelis inferioris naturæ seu ordinis impressit & concreauit multo plures species seu similitudines rerum, quam angelis superioribus, quia multo plures sunt species, quam genera, & minus uniuersalia, quam magis uniuersalia. Quum igitur anima rationalis sit in infimo gradu intellectualium creaturarum, & omnes animæ sint unius gradus & unius speciei, necesse est dicere, sequendo prædictum ordinem naturæ institutum a Deo, quòd omnibus animabus paruulorum decedentium ante usum rationis, & absque baptismo, in morte seu separatione a corpore imprimat & infundat Deus tot species intelligibiles rerum, quot poterant acquirere coniūctæ corpori, saltem seclusis acquisitis, quæ in eis manent. Quæ quidem species infusæ sunt proportionatæ lumini & uirtuti intellectus agentis, et sic per eas omnia creata & naturalia intelligere possunt. Ex quo sequitur, quòd omnes animæ paruulorum in limbo existentium, sunt æquales in scientia & cognitione, & beatæ beatitudine naturali, licet sint priuatæ beatitudine supernaturali propter peccatum originale, quæ priuatio non generat tristitiam do quod non appræhendant sibi deberi, vel quia Deus non concurrit, quum ordinauerit pœnas sensibiles respondere delitiis & uoluptatibus, ut amplius infra dicetur. An autem per essentiam suā seipsas uideant, an per illas species, altioris est negotii, quam suscep erimus. Verum quia Deus nō solū instituit ordinē naturæ, sed etiā ordinem

ordinem iustitiæ, quæ retribuit vnicuique secundum opera sua meritoria. f. & demeritoria, vt bene declarat apostolus, hinc est, quòd Deus animabus adultorum diuersi mode merētium, vel demerentium, in morte & separatione infundit diuersas species, secundum proportionem meritorium, vel demeritorium, & qui magis meruerũt, magis gaudeant & letentur, & qui amplius demeruerunt, amplius torqueantur, vt secundum mēsuram delicti, sit & plagarũ modus. Vnde sequitur, quòd omnes dānati in inferno non æqualiter torquebuntur, neque beati in cœlo æqualiter remunerabuntur. Patet etiam quòd omnes animæ paruulorum pabtizatorum decedentium ante vsum rationis, æqualiter præmiabuntur, quia æqualiter participant meritum Christi, eis in sacramento baptismi communicatum. Et loquor hic de speciebus infusis secundum proportionem gratiæ, & propter meritum communicatum, quia si aliunde proueniat, ex Dei liberalitate, vt proportionentur ruinis angelorum, qui etiam in infimo ordine non erant æquales in gratia, quæ secundum D. Tho. data fuit secundum proportionem naturalium specie differentium. Circa hæc tamē nil determino, sed doctiorum examinationi relinquo. Resolutio ergo est, quòd intellectus agens in anima separata habet pro obiecto immediato species acquisitas, quas acquisiuit, & infusas a Deo in separatione, quæ sunt eiusdem rationis cum acquisitis quas illustrat, quia tales species non sunt ex seipsis luminosæ, nec sufficiunt mouere intellectum ad actum secundum, siue ad actualem cognitionem, sicut species intelligibiles angelorum, quæ propter altiorem gradum naturæ eorum sunt luminosæ, & quibus mediantibus angeli absque alio lumine possunt intelligere. Et ideo non ponitur in eis intellectus agens, sicut in homine, qui tenet infimum gradum inter intellectuales creaturas quapropter in anima separata species intelligibiles acquisitæ in via, & infusæ in eius separatione, egent illuminari, vt mouere possint intellectum, quæ illuminatio fit per intellectum agentem, qui alio modo operatur pro statu viæ, & animæ coniunctæ, quia immediate illustrat fantasmata, & alio modo pro statu animæ separatæ, pro quo non habet illuminare nec depurare fantasmata, nec species abstrahere sed solum immediate illuminat species acquisitas vel infusas. Et sic alius & diuersus est modus intelligendi animæ vnitæ corpori, & separatæ a corpore.

1. p. q. 89. & in 4. de Anima. arti. 15. ad nouum. Ro ma. 2.

Deut. 25.

Ver. 3. *De differentia intellectus agentis a sensu & intellectu possibili.*

A INTELLECTVS Agens differt a sensu, siue a potentiis sensitiuis, quia intellectus agent non est alligatus organo corporeo, & manet formaliter & subiectiue in anima separata, non autem potentiæ sensitiue. Differt etiam ab intellectu possibili sicut actiuum principiũ passiuo. Intellectus enim possibilis abstrahit & recipit species intelligibiles, & per eas intelligit. Intellectus aũt agens non abstrahit neque apprehendit neque recipit spẽs, nec intelligit. Et si alicubi dicatur, quòd est potentia apprehensiua, intelligēdum est causaliter & dispositiue. Præterea etiam in hoc differt, quia intellectus possibilis quandoque est in potentia, & qñdoque in actu. & diuersismode se habet in actibus suis. Intellectus, uero agens secundũ quod est in se, semper est in actu, & vniformiter se habet, naturaliter & non libere agens. Et sic adeo exercet officium suum in non habentibus usum rationis sicut in habentibus. Vnde pueri secundum phil. omnia apprehendunt, & mirātur. Solum impeditur per ligamen sensuum.

Ver. 4. *De Ligamine Sensuum & intellectus.*

SENSVS Ligantur in dormientibus per euaporationes & fumositates, vt habet Phil Et ideo secūdum dispōnem hmōi euaporationũ cōtingit esse ligamē sensus maius uel minus. Quādo est magnus motus uaporũ, ligatur nō solũ sensus cōis, sed ēt imaginatio siue fantasia, ita vt nulla appareāt fantasmata, sicut maximę quādo aliquis incipit dormire post multũ cibũ & potũ. Si vero motus vaporũ aliquāto fuerit remissior, apparēt tantasmata, sed distorta & inordinata, sicut accidit in febricitā ibus. Si uero prædictus vaporum motus fuerit magis mediocris, non solum imaginatio remanet libera, sed etiam ipse sensus cōis soluitur ita quod hō interdũ iudicat dormiendo ea, quę vide, somnia esse, iudicans inter res, & rerum similitudines. Sed tamen aliqua ex parte remanet sensus communis ligatus. Et ideo licet aliquis dissimilitu

In libro de Som. & vi.

dines discernat, semper tamen in aliquibus decipitur.

Ver. 5. *De Necessitate intellectus agentis.*

NECESSITAS Ponendi intellectum agentē fuit, eò quòd anima rationa- C
lis (prout Phil. dicit) est tanquam tabula rasa, in qua nihil depictum est, depingibi- 13
3. de Aiā. lis tamen virtutibus & scientiis, quod intelligendum est quantum ad intellectū, qui est subiectum illarum, quia intellectus humanus non habet species inditas, est tamen aptus natus acquirere speciē rebus, & fieri quoddāmodo omnia, hoc est abstrahere à fantasmatibus spēs omnium rerum sensibilium (vt dictum est.) Et quū omne quod mouetur, ab alio moueatur, quia potētia non reducitur ad actū, nisi per aliquid quod est actu, ideo potentiæ sensitiuæ exteriores reducuntur in actum ab obiecto extrinseco, a quo recipiunt species sensibiles per quas actuantur & sentiunt, Idem apparet in sensibus interioribus, qui reducuntur in actum per species sensuum exteriorum. Sensus autem interior ex se non potest mouere intellectum, neque præsentare ei obiectum, quia intellectus est vniuersalium, sensus verò particularium. Et ideo necessario ponenda est virtus in anima, per quam præsentetur intellectui obiectū suum alias intellectus nihil posset intelligere quod non est dicendum quia tunc frustra esset. Cum ergo Deus & Natura nihil faciant frustra, necesse est dicere, quod Deus dedit aliquam virtutem intrinsecam, per quam intellectus reducitur ad actum suum. Illam virtutem vocamus intellectum agentem, qui modo superius expresso, per illustrationem fantasmatis præsentat obiectum intellectui possibili, & reducit ipsum de potentia in actum. D

§. 2. *De intellectu possibili.* 13

INTELLECTVS Possibilis est potentia naturalis animæ rationalis, non alligata organo corporeo qua mediante anima dicitur quoddāmodo fieri oīa, hoc est potest suscipere omnium rerum intelligibilium siue sensātarum, siue non sensātarum formas siue intelligibiles species. Et ideo dicitur passibilis, inquantum potest recipere. Et possibilis inquantum est in potentia ad agendum, & vtendum speciebus receptis Et quia nobilius est agere quam pati, ideo communius dicitur possibilis. Et si inueniatur alicubi intellectus sine determinatione, de intellectu possibili intelligendum est. E

Ver. 1. *De obiecto intellectus possibilis.* 13

9. Meta. OBIECTVM Formale primum & per se siue adæquatum, circa quod versatur intellectus possibilis, est ens in tota sui cōītate, quia (vt dicit Ph.) vnumquodque est intelligibile inquantū est actu, hoc est secundum quòd habet rationem entis, quæ est habere esse reale, vel rationis, Ex quo sequitur quod duplex est ens quod obijci potest intellectui possibili, scilicet ens reale, & ens rationis. F

Ver. 2. *De ente Reali.* 13

Entis Realis diuisio. Substantiæ diuisio. ENS Reale est quod habet esse absque reflexa operatione intellectus. Dictum est reflexa, propter actus intellectus qui sunt entia realia, & non possunt esse absque, operatione intellus, tamen bene absq; operatione reflexa. Ens reale. prima. diuisione diuiditur in ens creatum & increatum, siue finitum & infinitū, Et creatum, in substātiam, & accidens substantia vero in corpoream & incorpoream. Corporea incorruptibile & incorruptibilē, Corruptibilis vero in animata & inanimatā. Animata in vegetatiuā, & sensibilem, & sensibilis in rationalē & irrationalē, ut latius in arbore Porphyriana, & in li. prædicamentorū cōtinetur. Substantia creata est ens quod habet ex natura sua esse per se, & nō in alio subiectiue, & pōt substare accidentibus, & ea sustinere, siue cōīcare illis esse, ut hō. Quāuis humana natura in Christo nō habeat esse per se proprium, sed subsistat in esse existentiæ diuino tamen ex natura sua cōpetit ei habere esse per se. Vnde si deus de sua potentia absoluta relinqueret humanam naturā, statim sublata unione hypostatica, ex illa natura quæ nūc est asūpta flueret unū esse exñtiæ sibi proprium, & esset hō, & ideo est accidēs, quia accidenti non cōuenit

ex na-

ex natura sua posse esse per se. Licet enim quantitas in sacramento altaris sit per se, & non in alio subiectiuæ, & substet aliis accidentibus. f colori, sapori, odori, figuræ, hoc tamen nō habet ex natura sua, sed miraculose virtute & potentia diuina. Accidens aūt est ens reale, quod ex natura sua non habet esse per se, sed in alio vel actu, vel aptitudine. Quod dictum est propter accidentia, quæ virtute diuina possunt sepa rari non solū a substantia, sed ēt à quantitate, tamē semper habent aptitudinem inexi stendi, licet inesse siue inexistere actu nō sit de eius essentia, cum possit separari. Et sic debent intelligi verba in cōi definitione Accidentis, qua dicit, quòd Accidens est quod pōt adesse & abesse subiecto præter subiecti corruptionē, nisi insit à natura, vt risibile homini, & habitudo sine relatio dependentiæ creaturæ Accidens diuiditur in accidens cōe, & accidēs proprium. Item diuiditur per nouem genera generalissima, siue prædicamenta, scilicet quātitatem, qualitatem, ad aliquid, actionem, passionem, situm, vbi, quando, & habitum. Diuisio tamen illa est analoga, quia primo conuenit quantitati, quæ est fundamentum omnium accidentium corporalium & materialium, deinde qualitati, & hæc duo prædicamenta sunt absoluta, cætera verò sunt respectiua. Accidens propriū est quod cōuenit vni, soli, & semper, & fluit a principiis speciei, vt risibile. Accidens cōmune est, quod potest conuenire pluribus speciebus, vt color, nec est inconueniens, quod accidens proprium conueniat pluribus indiuiduis, quia accidens proprium dicitur respectu speciei specialissimæ, licet improprie possit conuenire speciei subalternæ, si fluat ex principiis eius, & similiter in diuiduo, si fluat ex principiis eius. Nec inconuenit etiam quòd aliquod accidens sit proprium & commune aliis, sicut Calor, qui est proprium ignis, tāquā fluens a principiis eius, & est cōmune aliis per ignem vel motum calefactis. Et quantitas continua, quæ est proprium substantiæ materialis, & color, qui est proprium corporis opa ci. Accidens commune diuiditur in accidens separabile vt albedo, & accidens insepa rabile, vt nigredo in coruo. Contingit tamen accidens esse & denominari inseparabile, tripliciter. Primò propter difficultatem, vt in exemplo dato, quia nigredo a coruo artificiose potest separari, difficulter tamen. Secundò dicitur inseparabile naturaliter, quia non potest quacunque arte aut virtute naturali separari, vt quantitas a re quanta, & sic omne accidens proprium est inseparabile. Tertiò propter implicationem conditionis, vt habitudo seu relatio dependentiæ creaturæ ad creatorem, implicat enim quòd sit creatura, & quod non dependeat a deo. Aliqui idem dicunt de proprio speciei specialissimæ, quod fluit à principiis speciei. Sed melius videtur di ci, quòd deus potest suspendere concursum suum, & tunc non fluet. Prædicta decē genera rerum siue prædicamenta dicuntur principia formalia: qui sunt principia cognoscendi, imò & essendi, quum omne superius actu & intellectu includatur in inferiori, sic quòd nō potest haberi cognitio (saltē distincta) inferioris sine cognitione superioris. Non enim distincte quis cognoscit hominē, qui nō cognoscit animal, & sic de aliis præcipue generalissimis, quæ sunt communissima. Ideo Philosophus dicit, Sunt enim primum nobis nota confusa magis. Hæc decem genera rerum considerantur a Metaphysico & Dialectico diuersimode tamen, quia Metaphysicus cō siderat principaliter naturam eorum secundum quòd sunt prima principia, in quibus omnia alia continentur, & quæ de omnibus essentialiter prædicantur, & ad quæ omnia reducuntur & sic consideratens rationis, quod reducitur ad hæc tāquam fun damenta eius. Logicus aūt non considerat principaliter res in natura sua, sed pro quanto in ipsis fundātur intentiones aliquæ, puta generalitatis seu cōitatis superioritatis, secundum quendam ordinem minus cōis siue inferioris ad maius commune, hoc est ad superius, quæ ordinat secundum sub & supra, inferiora ponit sub, & superiora supra, & differentias diuidentes & contrahentes a latere. Talem coordinationem prioritatis & posterioritatis naturalis intelligibilitatis (quæ consequitur apprehensionem rei prout est obiectiue in intellectu) vocant dialectici prædicamētū, & dicunt omnia entia realia finita, vel esse prædicamenta, vel poni in aliquo prædicamentorum, vel per se, vel reductiue. Per se quidem, quæ habent t es conditiones.

Accidentis definitio.

Accidentis diuisio.

In proœmio Phys.

Prima est, quod sint vniuoca hoc est quæ sub vna ratione vel conceptu & æque primo prædicantur de suis inferioribus. Ideo ens non est prædicamentum, quia non est vniuocum, sed analogum, dicitur enim prius de substantia, quam de accidente, quum substantia habeat perfectius esse, quam accidens, quod pendet ex ea in triplici genere causæ. s. efficientis, materialis, & formalis, Pariter accidens non est prædicamentum, quum primo dicatur de quantitate, quæ est fundamentum aliorum. Secunda conditio, quod sit ens reale finitum & limitatum. Ideo Deus non ponitur in prædicamento, nec entia rationis, quãuis aliqui addant prædicamentũ signi, ad quod uolunt omnia entia rationis, explicita per uocem vel scripturã, & omnia alia signa uoluntaria reduci, à quibus non discrepat D. Tho. qui dicit sacramentum esse in genere signi. Tertia conditio est, quod sit ens completum, & non sit pars. Ideo anima, & materia, & alia entia quæ sunt partes aut principia seu via aut termini, nõ ponuntur per se in prædicamento vel prædicamentis, reductiue tamen ponuntur in prædicamento vel prædicamentis totius, & sic generatio, corruptio, esse existentiæ, materia & forma, reducuntur ad prædicamentũ substantiæ, augmentatio, diminutio, rarefactio, & condensatio, ad prædicamentum quantitatis motus alterationis, ad prædicamentum qualitatis, & sic de aliis.

3. Par. 60.

Ver. 3. *De Ente Rationis.* A

Entis ratio nis diuersa acceptio.

14 ENS Rationis accipitur dupliciter. Primo pro ente causato à ratione, aut in eo subiectiuato. Et sic species intelligibiles, actus intelligendi, conceptus vltimatus, & non vltimatus, siue verbum cordis, dispositiones & habitus intellectuales, acquisiti vel infusi, & respectus naturaliter consequentes ex illis, & alia huiusmodi, dicuntur entia rationis, quanuis secundum essentiam suam sint realia. Et hoc modo acceptum non condiuidit ens. Secundo accipitur ens rationis, pro eo quód cõsequitur actũ rationis, vel est in eo duntaxat obiectiue, & nullibi subiectiue, & quod cessante operatione intellectus, nullum habet esse. Et hoc modo condiuidit ens cum ente reali. Exempli gratia, Cum intellectus, abstracta a fantasmatibus natura hominis quæ est in Sorte, reflectendo se ad fantasmata a quibus abstraxit, & comparat eam illis, & inuenit eam conuenire pruribus rebus per fantasmata repræsentatis, ad illum actum comparationis intellectus sequitur vnus respectus, qui dicitur speciei ad indiuidua, qui quidem respectus non habet esse per se. & sic non est substantia, neque est in intellectu subiectiue, neque alibi, & cessante operatione intellectus ab illa comparationem, nullum habet esse, & est purum non ens. Sed manente prædicta comparatione, intellectus potest reflecti supra actum suum, & considerare respectũ illũ, & sic respectus ille erit obiectiue in intellectu, quia intellectus uersatur circa illum & sic est obiectum eius. Nec inconuenit aliquid esse obiectiue in intellectu, & terminare intellectum quod non est in eo subiectiue. Quia homo & aliæ res ad extra sunt obiectiue in intellectu. & sunt obiectũ intellectus, & terminant actum eius mediantibus speciebus intelligibilibus, & tamen non sunt subiectiue in ipso. Sicut potentia uisiua per speciem coloris non solum terminatur ad colorem, qui est obiectum eius, sed etiam ad quantitatem, & ad motum qui consequitur quantitatẽ. Sic intellectus terminatur ad ea quæ consequuntur actum suum, & rem apprehensam, quæ est obiectum eius, Et sic ens rationis dicitur obiectum intellectus, nõ primo & per se, sed per ea in quibus fundatur, & ad quæ terminatur. Potest tamen esse quod sit in intellectu subiectiue, vt quando intellectus reflectitur supra actum suum vel considerat habitum, aut alia quæ in eo sunt, tunc respectus conseqnes dicitur ens rationis primo modo, & tamen est subiectiue in intellectu.

Ver. 4. *De Respectu Rationis.* B

Relationis definitio et diuisio.

14 QVVM Omne ens rationis sic respectus quidam, non potest bene intelligi ignorata natura respectus. Ideo de essentia siue natura respectus dicendum est. D. Thom. dicit quod respectus siue relatio essentialiter est ordo, vel dependentia: aut aliqua alia inclinatio, aut habitudo unius rei ad altera, & illa habitudo siue respectus aliquando est realis ex utroque extremo, aliquando ex altero tantum,

aliquando

aliquando est rationis tantum ex vtroque Realis quidem est, quando s. res secundũ suam naturam habet dependentiam vel inclinationem ad eam., sicut effectus ad causam, filius ad patrem, & tales sunt respectus prædicamenti ad aliquid. Et ad hunc respectũ realẽ tria requiruntur. Primò, quod extrema sint realia, inter ens .n. & non ens non potest esse relatio realis. Secundo, quod sint realiter distincta, & quod vnũ possit vere negari de alio, & sic eiusdem ad seipsum non est relatio realis. Tertio, quòd extrema illa sint eiusdem ordinis, hoc est mutuæ dependentiæ, saltem pro formali. Quia non oportet quòd materiale fundamenti dependeat a materiali termini. Sortes enim pater non pendet a Platone filio, quia potest esse & aliquando fuit sine eo. Sed paternitas bene pendet a filiatione, nec potest separari, qnia secundum Philosop. relatiua sunt simul natura. Aliquando respectus est rationis tantum, quum scilicet aliquid prædictorum trium deficit, & comparatio est voluntaria, & non naturalis, hoc est quæ non necessario ponitur ad positionem fundamenti, vt in respectibus vniuersalitatis generis vel speciei & aliis quæ tractantur in logica, quorum applicationes & comparationes sunt uolontariæ, hoc est liberæ, & non naturales, siue necessariæ. Non enim omnes qui apprehendunt naturas rerum, faciunt tales comparationes, quales logici. Aliquando respectus ex parte vnius extremi est reali, & ex parte alterius est rationis, vt dependentia siue relatio creaturæ ad Deum, quæ dicitur creatio passiua. Creatura enim naturalis, hoc est necessaria dependentia pendet a Deo, & non põt non pendere ab eo. Deus autem quum sit primum principium, a nullo pendere potest, ideo creatio actiua non est respectus realis, etiam pro formali, quum non sit naturalis siue necessaria, sed libera, Deus. n. nou necessario, sed libere creat & producit res ad extra: Præterea quum Deus sit infinitus per essentiam, non est capax alicuius accidentis. Et eodem modo dicendum est de aliis relationibus & nominibus, quæ conueniunt ei ex tẽpore, vt dominus, gubernator, & alia huiusmodi: Huius generis sunt respectus obiecti ad actum, vel habitũ, seu potentiam naturalem passiuam, prout scibile ad scientiam, uisibile siue coloratum ad uisum. Quia obiectum scibile non pendet a scientia, nec visibile a visu, quum scibile possit esse absque scientia, & coloratum absque visu. Sed scientia pendet a scibili, & uisio a colorato seu uisibili. Quia obiectum mouet potentiã, & causat notitiam, & per genus scientiam. Obiectum veró se habet per modum mensurantis, actus verò & habitus, nec non potentiæ passiuę & cognitiue, per modum mensurati, relatio autem mensurati ad mensuram, est relatio realis, sed non econuerso, quia mensura saltem naturalis, non pendet a mensurato, sed mensuratum a mensura naturali, secus est de artificali Pannus enim non pendet ab vlna.

Tria requisita ad respectu realem.

Respectus realis ex altero extremo.

C Ver. 5 *De Differentia Respectus Realis et rationis:*

14 VLTRA prædicta requisita ad relationem siue respectum realem, per quæ distinguitur a respectu rationis, respectus realis adhuc differt a respectu rationis in hoc quod plura requiruntur ad respectum realem, quam ad respectum rationis. Quia ad respectum realem requiruntur quinque, scilicet subiectum, fundamentum, ratio fundandi, terminus, & subiectum termini, ut facile uideri potest in respectu seu relatione patris ad filium. Sortes.n. est subiectum paternitatis, potentia generatiua est fundamentum, ratio fundandi est genuisse siue potentia in actum reducta. Terminus est filiatio, & subiectum termini est Plato filius. In respectu vero rationis non requiritur subiectum, sed sufficit fundamentum & terminus, & aliquando fundamentum non est reale, vt in negatione, & in secundis respectibus rationis, vt infra dicetur, Fundamentum respectus rationis est natura intellecta siue abstracta, a cuius intellectione inchoatur comparatio. Terminus verò est natura apprehensa, ad quam terminatur comparatio prout quum consideratur natura hominis, vt conueniens Sorti & Platoni. Natura hominis est fundamentum & eadem natura (pro vt est in Sorte vel Platone) est terminus. Non enim est inconueniens, quod eadem natura diuersimode considerata, sit fundamentum & terminus, licet fundamentum & terminus possit esse diuersæ, naturæ, vt quando natura hominis & angeli apprehenduntur,

Fundamẽtum entis rationis triplex.

apprehenduntur & considerantur, vt differentes, fundamentum & terminus illius differentiæ sint diuersæ naturæ. Non inconuenit etiam quòd vna natura apprehensa (a qua inchoatur comparatio) habet plures terminos, sicut Sortes eadem paternitate terminatur ad plures filios, quia eadem potentia, imò aliquando eodem actu genuit illos. Fundamentum entis rationis est duplex, & aliquando triplex, scilicet propinquum, remotum, & remotissimum. In primis respectibus rationis fundamentum est natura ad extra, vt, intellecta, propinquum verò est species intelligibilis illius naturæ. In secundis verò, primus respectus rationis est fundamentum propinquum, species intelligibilis remotum, & natura ad extra, vt intellecta siue obiectiue existens in intellectu, remotissimum, & sic consequenter dicendum est, si super secundis respectibus fundentur alii.

Ver. 6. Ve Diuisione Entis rationis, & Negatiuæ. A

ENS rōnis diuiditur in negationem, priuationem, & respectū. Non sic quin negatio & priuatio sint respectus, sed quod non adeo complete habent condōnes respectus vt ea quæ continentur sub tertio membro, quia non habent fundamentum remotum, aut terminum realem. Negatio est ens rationis, cuius fundamentum nullum est in rerum natura, terminus tamen remotus est realis, quia negatio non potest cognosci sine affirmatione, cum intellectus noster primò intelligat composita Et quia non ens siue purum nihil, non potest esse fundamentum, alicuius nec potest obiici intellectui, quia non comprehenditur sub obiecto eius. Ideo necesse est quòd fundamentum propinquum negationis sit est reale, vt cum apprehendo chimerā vel Antichristum, intellectus format speciem intelligibilem chimeræ vel hominis, & reflectitur ad fantasma Antichristi, & comparat ipsum ad esse siue ad ens, & inuenit non conuenire ei. Ille respectus non conuenientiæ dr̄ negatio, per quam dicimus Antichristum & chimerā non esse, vel non esse ens reale. Illum respectum negationis significamus per hoc aduerbium non, vel per signum aliquod includens illud. 14

Negatio duplex. Negatio secundum D. Tho. est duplex, quædam absoluta, & quædam determinata, Negatio absoluta est quādo negat omnia genera & ipsum ens, vt cum dicimus non ens. Alii negationem absolutā vocant purā negationē. Negatio determinata (.s. alicuius generis) est quæ non negat totum ambitū entis, sed aliquod genus, vel etiam aliqua genera, vt non quantitas. non accidens. Ibi actus syncathegoreumaticus, cui vox negatiua (non) respondet, non negat substantiā, vnde possumus dicere, homo est non quantitas, & non accidens, & sic de aliis. Per hoc ens rationis siue negationem significatā per aduerbium (nō) siue per aliquod signum includens ipsum, significamus diuisionem & differentiam vnius rei ab alia, vel etiā a multis, Ideo dialectici

Negationis duo officia. attribuunt ei duo officia, vnum circa qualitatē propositionis. s. inficiandi & negandi copulam propositionis, siue vnionem extremorum, & habitudinem prædicati ad subiectum, siue diuidendi extrema, vt cum propositioni affirmatiue superadditur negatio copulæ, diuidit prędicatum a subiecto, siue repræsentat prædicatum non conuenire subiecto. Ideo propōnem negatiuā vocat Philo. diuisionem & affirmatiuam cōpōnem. Secūdum officium est distribuendi terminum sequentem, si sit distribuibilis, hoc est habeat plura significata, hoc est, denotat quòd terminus sequens ipsam, accipitur & debet verificari pro omnibus suis significatis copulatiue. Negatio secundum dialecticos, est duplex. s. negans & infinitans, hoc est, hęc vox (non) quæ est nota negationis, dupliciter accipitur. s. neganter & infinitanter. Neganter, quando eius virtus & officium fertur non solùm in terminum immediate sequētem, sed etiā in omnes terminos sequentes, & talis negatio negat uniuersaliter quicquid affirmatum reperit nec facit vnum cum termino cui adiungitur. Et hoc modo accipiendo dici solet quòd negatio negans est malignantis naturæ, quia quicquid inuenit post se, destruit, & eius oppositum ponit. Si inueniet terminum distributum, facit cum stare determinate. Si verò inueniat stantem determinate uel confuse tantum, distribuit, Si inueniat propositionem negatiuam, facit eam affirmatiuam, si negatiuam, facit eam affirmatiuam. Si vniuersalem, particularem, facit signa vniuersalia

1. Pebrier.

Negat onis negantis officium.

par-

particularia. Secundo accipitur infinitanter.s.quando cadit præcise super terminum immediate sequentē.Et hoc modo non facit propositionem negatiuam,sed solū distri buit terminū cui adiūgitur,& facit vnum cum eo,& est pars subiecti & prædicati. Et de hac solet dici,quod disiunctum ex termino finito, & infinito verificatur de omni, re,& conuertitur cum ente,vt homo vel non homo.

Negationi infinitantis officium.

Ver.7. *De Priuatione.*

PRIVATIO est ens rōnis habēs fūdamētū remotū realē,terminū verò realē nō habet vt cæcitas. Cuius fundamētum est subiectum, aptum natum, puta organū, bene dispositum intrinsece & extrinsece. Intrinseca dispositio est humor glacialis, Exterior vero est quādo ea,quæ sunt exterius,sunt reparata,quādo. s.nō est flegma, aut humor superabūdās,nec nimis calidus frigidus ve, aut nō impeditur pellicula ali quo modo,vt in lippis & in habētibus albuginē.Terminus vero est id, quod negatur siue sit habitus,vel aliud accidēs,aut aliquid aliud,vt in claudo & manco. Vnde dicit Philos.quod priuatio nō cognoscitur,nisi per habitum, hoc est per notitiam siue apprehensionem eius, quod negatur a subiecto apto nato, quod vocatur habitus. Et sic quum intellectu apprehendit organū indispositum intrinsece,siue Sortem nō habere organum visus,& apprehendit potentiā visiuā,& cōparat eā organo & inuenit nō conuenire ei qui aptus est,& secūdū suā naturā cōuenire debet,pro tēpore, ille respectus sequēs illā cōparationē,dicitur priuatio, quæ significatur per hanc dictionem cæcitas,quæ significat formale cæci. Et si cæcus habet duplex significatum.s. materiale & formale. De materiali significat subiectum aptum natū,cui.s. secūdum suā naturam debet competere potentia visiua, de formali verò significat respectum siue negationem,aut defectum potentiæ visiuæ. Sic dicendum in aliis terminis priuatiuis. De hac priuatione si sit perfecta,quando.s.principia remota negantur,vt puta organum, vel humor glacialis, communiter dicitur, quòd a priuatione ad habitum non est regressus,vt in cæco nato,tamen bene supernaturaliter,vt habetur de cæco nato,quem CHRISTVS illuminauit. In moralibus etiam in quibus per aptitudinem subiecti significatur debitum,inuenitur priuatio, vt ignorantia quæ est priuatio scientiæ debitæ in esse. Potest tamen ad eam per studium fieri regressus. Similiter si priuatio non sit perfecta, hoc est si negatio includat non neget principia essentialia, sed actum vel principium propinquū, quæ est dispositio exterior. Vnde qui habet oculos clausos vel albuginem,pōt recuperare visum,sicut catuli ante nonū diē, nec sunt perfectæ cæci. Quidā dicunt priuationē perfectam consistere in priuato esse, & imperfectā in priuari. Quum igitur in mortali peccato principium essentiale vitæ spiritualis(quod est gratia)sit corruptum, sequitur quod ad eam naturaliter nō pōt fieri regressus,sed requiritur auxiliū speciale ex alto. ¶ Notandū tamē,quod licet priuatio pro formali sit ens rationis,nihilominus tamen propter subiectum aptū natū, etiam cessante illa comparatione intellectus, Sortes dicitur realiter cæcus, hoc est realiter priuatio & destitutus potētia visiua. ¶ Priuatio differt a negatione secūdum D.Tho. Quia negatio neque ponit aliud neque determinat sibi subiectū, & propter hoc potest dici tam de ente,quā nō ente. Sicut non videns,& non sedēs,& non ens. Priuatio autē nō ponit aliquid,sed determinat sibi subiectum. Est.n.priuatio negatio in subiecto apto nato,vt dicitur in quarto Metap.

Ioan. 9

Ver.8. *De Respectu Rationis.*

¶ RESPECTVS rationis(qui est tertium membrum prædictæ diuisionis)est ens rationis, habens fundamentum remotum realem ac etiam terminum remotum realem,vt si quis apprehensa hac propositionem vocali, Homo est animal cōsideret, hanc dictionē(homo)comparatam ad propositionem cuius est, vel potest esse pars. Ille respectus sequens actum intellectus facientis hanc comparationem, dicitur terminus apud dialecticos, qui dicunt terminum esse, in quem resoluitur propositio. Inquantum vero intellectus comparat illam vocem(homo)ad suum significatum,& accipit pro suo significato,respectus sequens illam comparationē dicitur suppositio, quæ est acceptio termini pro aliquo de quo est verificabilis, &c. Si vero com-

& hypostasis sunt indiuiduum prædicamenti substantię. Persona verò secundū D. Boetium, est intellectualis naturæ indiuidua substantia, & sic conuenit angelis & Deo. Resultat ergo quòd quicquid est persona, est suppositum, siue hypostasis, & indiuiduum, sed non econtra. Quia animalia irrationabilia sunt hypostases, supposita, & indiuidua, tamen non sunt personæ, quum non habeant rationem pariter omne suppositum siue hypostasis, est indiuiduum, sed non econtra, quia singularia prædicamentorum accidentium sunt indiuidua, & tamen non sunt supposita, neque hypostases.

Ver. 11. *De Respectu Vniuersalitatis Speciei.*

A INDIVIDVVM & singulare differunt ab vniuersali. Quia indiuiduum
15 siue singulare significat natura in vno solo, quia dici de præsupponit esse in Vniuersale aūt significat aliquid vnum esse in multis, siue in pluribus. Quomodo aūt vnū sit in multis siue pluribus, videndum est. Apprehensa igitur (vt dictum est) natura quæ est in Sorte, per speciem intelligibilem actualem, quæ repræsentat indifferenter omnes homines, intellectus conuertendo se ad fantasmata, videt sortem habere naturam rationalem, similiter Platonem & sic de alijs, & comparat illos ad humanam naturam apprehensam, in qua conueniunt, sic facit vnitatem specificam ille respectus conuenientiæ Sortis & Platonis, in illa natura resultans, & sequens prædictam comparationem, fundatus in illa natura apprehensa, terminatus ad plura & diuersa supposita, dicitur species pro formali · & illa natura vt sic apprehensa siue intellecta, dicitur vniuersale speciei pro materiali, Et quia per illam conuenientiam & vnitatem ab intellectu factam, natura illa dicitur esse in multis, non secundum rem, sed secundū ratione, ideo intellectus siue ratio attribuit eam multis, quod est prædicari de multis indiuiduis, siue de multis differentibus numero, ut dicendo, Sortes est homo, natura humana attribuitur Sorti; & Plato est homo, natura humana attribuitur Platoni, Et ideo dicitur esse in multis & prædicari de multis, quod est esse vniuersale & prædicabile Et quia illa eadem natura rationalis potest apprehendi per intellectum, ut est sensibilis. & conueniens pluribus speciebus, quæ habent sub se singularia & indiuidua, & intellectus potest comparare eādem naturā, ut est rationalis, & communis pluribus indiuiduis eiusdem naturæ, vt est sensibilis & conueniens pluribus speciebus. Talem comparationem sequitur unus respectus hominis ad animal, per quem homo dicitur inferius ad animal, & contineri sub eo, siue subiici illi, talis respectus dicitur esse speciei ad genus, per quem dicitur species subiici generis. Et sic species (vt est prædicabile) habet duos respectus, unum ad genus, per quem dicitur suscipere naturam generis. Et quia genus est in specie, prædicatur de specie & species in tali prædicationem est subiectum, ideo dicitur subiici generi. Et secundum hunc respectum, non dicitur proprie prædicabile, sed subiicibile. Alius respectus est in ordine ad indiuidua, prout est in illis, & sic habet rationem uniuersalis & prædicabilis. Ex quo sequitur, quòd respectus speciei ad indiuidua, est magis proprius, quam respectus eius ad genus.

Ver. 12. *De respectu Vniuersalitatis Generis.*

B APPREHENSA natura quæ est in Sorte, ut est sensibilis, nō cōsyderādo
16 rationabilitatem, nec accidentia indiuidua, si intellectus comparet eam homini, leoni, & equo, in communi eo, quod inuenit hæc tria conuenire in sensibilitate cum suis indiuiduis, & sensibilitatem in eis inueniri, facit unitatem generis, & dicit sensibilitatem esse in pluribus specie differentibus, respectus sequens illam comparationem conuenientiæ, vocatur genus pro formali, & natura quæ est in Sorte apprehensa & intellecta ut sensibilis, siue ut animal, uocatur genus pro materiali, & prædicatur tanquam quod, siue est predicatū remotū & principale de homine, leone & equo, & omnibus eorū indiuiduis. Et si prædicta natura quæ est in Sorte, apprehēsa & intellecta ut sensibilis siue ut animal, siue cōceptu generico, apprehendatur conceptu cōmuniori, sut animata præcise, non consyderando sensibilitatem, & comparetur animali, plantæ, & arbori, in quibus inuenit illam, ac omnibus inferioribus,

ribus, respectus sequens ad talem comparationem dicitur genus pro formali superius ad animal. Et natura illa sic apprehensa vt animata præcise, dicitur genus pro materiali. Et sic consequenter de superioribus, scilicet si apprehendatur vt corpus, & vt substantia. Si verò apprehendatur sub conceptu entis, erit respectus communitatis & superioritatis, sed non generis, quum ens non sit vniuocum, sed analogũ. Prædicantur tamen superiora etiam analoga, de suis inferioribus essentialiter, & in quid, eo quòd dicant totam naturam inferiorum absolute, & non per modum qualificantis siue adiectiue, quemadmodum differentia, de qua dicendum est.

Ver. 13. *De Respectu Vniuersalitatis Differentiæ.* C

NATVRA quæ est in Sorte, apprehensa vt rationalis, & comparata per intellectum ad eandem naturã consideratam ut animal, quod est magis commune, & potestatiuum, hoc est continens confuse & implicite omnes species, ob quam causam potest contrahi & determinari ad quamlibet speciem, & ad hominem per rationale qua determinationem facta, animal cum rationali constituit essentiam & definitionem hominis, quæ est in multis indiuiduis. Et per illam rationabilitatem differt a leone & equo ac aliis speciebus. Respectus, qui sequitur illam comparationem intellectus, dicitur differentia specifica pro formali, & natura illa quæ est in Sorte, sic apprehensa comparata, & intellecta, dicitur differentia pro materiali. Differentia specifica habet tres actus, hoc est includit tres respectus, qui causantur ex triplici comparatione intellectus. Prima comparatio est rationabilitatis ad animal, quod est potestatiuum siue commune & diuisibile in plures species. Ad illam comparationem sequitur unus respectus, qui dicitur diuisiuus generis, per quem differentia dicitur diuisiua: & propter hunc actum differentia in arbore Porphiriana ponitur a latere. Secunda comparatio est rationabilitatis ad hominem, cuius speciem constituit. Quia animal per rationale contractum & determinatum constituit hominẽ in specie, & definit ipsum. Vnde dicitur quòd genus & differentia constituunt speciẽ, non quidem secundũ rem, sed secundum modum cognoscendi. Quia species nõ potest distincte cognosci siue cognitione generis & differentiæ. Per genus cognoscitur confuse, sed quando generi, quod se habet per modum materiæ seu potentiæ & cõis ac confusi, adiungitur, differentia contrahens & clarificans ipsum facit distinctam cognitionem speciei. Et sic rationale est de actu & intellectu hominis, & non animalis, quia non potest distincte cognosci seu intelligi homo, nisi intelligatur rationale, sed bene animal, licet rationale implicite includatur in animalis, tamen non est de intellectu animalis, cum animal possit intelligi non intellecto rationali. Ideo Dialectici dicunt, quòd differentia est actu & intellectu in specie, non in genere, licet sit & contineatur sub potestate & communitate generis implicite. Per hunc respectum differentia dicitur constitutiua speciei. Et quia per hanc constitutionem significatur eandem naturam differentiæ esse in specie, & rationabilitatis in homine idẽtice, ex consequenti in omnibus in quibus est humana natura. Ideo sicut specie (ut homo) prædicatur de pluribus indiuiduis, sic & rationale, differenter tamen, quia species prædicatur in quid, eo quod dicit totam essentiã rei absolute & substantiue, differentia verò prædicatur in quale, hoc est, per modum qualificantis & inhærentis, quia dicit & significat eandem essentiam adiectiue, ut dictum est. Non sequitur tamen, quòd differentia sit accidens, quia nõ prædicatur in quale accidentale, quod potest adesse, & abesse præter subiecti corruptionem, sed in quale essentiale, quia est eadem essentia differentia & speciei, differentia enim dicit totam & eãdẽ essentiam rei, sicut genus & species, sed non secundũ eundem modum quia genus significat eam indeterminate, communiter, & confuse, substantiue tamen. Et species determinate & distincte, & etiam substantiue, ideo prædicatur in quid, differencia verò per modum determinantis, contrahentis, & adiacentis, licet non adiaceat. Tertia comparatio est, qua intellectus comparat rationabilitatem ad hominem & leonem, ac etiam ad alias species, quæ non conueniunt cum homine, imo per rationabilitatem differunt ab eo, respectus sequens illam comparationem, dicitur respectus

ctus differentiæ ad alias species. Et secundũ hunc respectum differentia facit differre speciem, quam constituit ab aliis speciebus. Et quia hic actus est principalior, ideo ab eo denominatur. Et dictum est de differentia specifica, ita proportionaliter dicendum est de differentia generica. Genus n. sub alternum (hoc est quod habet aliud gen us suprà se) dicitur species subalterna. Et quamuis genus & species faciãt diuersã prædicabilia, non tamen differentia generica, & specifica, eo quòd côueniant in principaliori actu, qui est facere differre. Ex prædictis patet tota coordinatio prædicamenti substantiæ, in quo sola essentialia habent ordinem, secundum hanc coordinationem faciliter poteris in aliis prædicamentis similem coordinationem facere accipiendo terminos abstractiue, & comparando inferiora ad sua superiora & essentialia, & econuerso, prout in prædicamento quantit atis, accipiendo hanc lineam pro indiuiduo, deinde lineam rectã vel circularem aut uisualem, deinde lineã absolute, deinde quantitatem continuam, postremo quantitatem absolute, quod est genus generalissimum.

Ver. 14. *De Respectu uniuersalitatis proprii.*

D NATVRA risibilitatis quę est in Sorte, apprehensa per intellectum conceptu
16 communi potest comparari ad hominem, a cuius principiis essentialibus fluit. Et sic inuenitur in omnibus, in quibus inuenitur essentia hominis. Ad hanc comparationẽ sequitur vnus respectus, per quem risibilitas in concreto attribuitur homini, & omnibus indiuiduis eius, siue prædicatur de homine conuertibiliter, prædicatur etiam de omnibus indiuiduis hominis, quia omnis homo est risibilis, & omne risibile est homo. Omne animal rationale est risibile, & econuersò, & Sortes est risibilis, talis respectus dicitur a dialecticis vniuersale, & prædicabile proprii prò formali. Et risibilitas sic apprehẽsa & comparata ad principia essentialia, a quibus fluit, dicitur prædicabile propriũ pro materiali, quod prædicatur de specie accidentaliter & conuertibiliter. Et eodẽ modo dicendum est de proprio generis, vt de quantitate continua, quæ est proprium substantiæ materialis.

Ver. 15. *De Respectu Vniuersalitatis Accidentis.*

E ACCIDENS sufficienter definitum & diuisum est. Sed quo ad propositum suf-
16 ficit, potest dupliciter considerari, vno modo secundum eius essentiam & in abstracto, vt si consideretur natura albedinis quæ est color, & passibilis qualitas in ordine ad inferiora vel superiora. Ex tali consideratione & comparatione resultat respectus, qui dicitur prædicabile generis vel speciei aut differentiæ, & sic consideratur in prędicamentis accidentium. Alio modo potest considerari in ordine ad subiectum, & tunc dupliciter, vno modo prout fluit à principiis speciei, & sic dicitur accidens proprium, & in tali fundatur prædicabile proprium. Alio modo, vt nõ fluit a principiis speciei, neque vt proprium, sed vt commune, fluens a principiis indiuiduorum. Sic ergo apprehensum & comparatum pluribus siue speciebus siue indiuiduis, constituit pro formali, siue pro respectu consequente talem comparationem, prædicabile accidentis. Et prædicatur de pluribus in concreto, non tamen conuertibiliter, ad differentiam proprii; & dicimus, homo est albus, equus est albus, & idem dicendum est de omnibus aliis accidentibus com munibus nomen prædicamentorum accidentis in ordine ad substantiam, ad quam solam pertinet substare accidentibus.

Ver. 16. *De Modis quibus accipitur uniuersale.*

VNIVERSALE & prædicabile tribus modis accipi potest. Primò pro ma-
F teriali, & hoc dupliciter, Vno modo pro natura exteriori, prout apprehendi po-
16 test & esse sub illo respectu, licet nõ sit apprehen sa. Et sic illa natura dicitur vniuersale in potentia, & ab antiquis Thomistis vniuersale ante rem. Alio modo pro illa natura prout est obiectiue in intellectu, siue vt apprehensa & comparata Et sic dicitur vniuersale in actu, & aliis vniuersale in re, nec in hac consideratione consideratur formale nisi indirectè, eo quòd natura nullo modo potest habere rationem vniuersalis, nisi in ordine ad talem comparationem in potentia uel in actu.

Et hoc

ut dictum eſt de potentia viſiua, quæ mota ab obiecto ſuo mediāte lumine corporali, recipit ſpeciē uiſibilem. Et hæc illuſtratio fantaſmatis ſiue apertura velaminū & cortinarū, quia fit oſtenſio rei latentis, dicitur depuratio fantaſmatis. Vnde D. Thomas dicit, Si quis recte conſideret, intellectus agens ſecundū ea quæ Philoſ. de ipſo tradit, non eſt actiuum principium immediatum reſpectu intellectus poſſibilis directe, ſed magis reſpectu fantaſmatū per quæ intellectus poſſibilis reducitur in actum, quando aſpectus eius inclinatur ad fantaſmata ſic illuſtrata, tanquam ad obiectū conueniens ſibi per fantaſma, non virtute propria, ſed virtute intellectus agentis præſentatum. Et ſic fantaſia ſe habet inſtrumentaliter ad huiuſmodi abſtractionē, quæ dicitur ſimplicium apprehenſio, quæ facit intelligibilia in potentia eſſe intelligibilia in actu primo, hoc eſt habituali, cum illa ſpecies intelligibilis ſit habitus, & maneat in dormiente, & in actu ſecundo quando intellectus poſſibilis illa ſpecie intelligibili habituali informatus, per illā ſe reducit ad actualem conſiderationem illius naturæ. Et ex illo actu ſecundo formatur alia ſimilitudo actualis rei intellectæ, ad quā actus intellectus poſſibilis ſic informatus, terminatur, quæ dicitur uerbū cordis, & conceptus ultimatus rei, ad quā tendit & terminatur actus intelligendi, & non ultimatus, ā eſt naturalis ſimilitudo uocis, vel ſcripturæ, vel aliquid hmōi aliud repræſentans. Et mediante illa actuali ſimilitudine ſiue uerbo cordis, intellectus reflectitur ad fantaſma illius ſpeciei, & tunc uidet naturā illam eſſe in ſuppoſito particulari, quod per illud fantaſma præſentatur cum conditionibus indiuiduantibus, & tandem mediante illo terminatur ad ipſam rem intellectam extra hominē exiſtentem. Et tunc eſt perfecta cognitio apprehenſiuā & quidditatiua intellectus. Vnde D. Tho. dicit, Natura lapidis vel cuiuſcunque rei materialis complete, vere, & perfecte cognoſci non poteſt, niſi ſecundum quod cognoſcitur, ut in particulari exiſtēs. Nec obſtat præmiſſis, quod fantaſma ſit accidens materiale, ſimiliter & quidditas rei materialis, & per cōſequens nō poſſint agere in intellectū, qui eſt ſpiritualis, cū oporteat cauſam eſſe potiorē & nobiliorem effectu, & agens paſſo, materialiaque nō poſſint agere niſi per cōtactum, quem non habent circa ſpiritualia. Quia hoc uerum eſt uirtute propria, inſtrumentaliter tamen & virtute alterius non eſt inconueniens. Vnde calor naturalis uirtute ſubſtantiæ generat carnem, & uerba ſacramentalia cauſant inſtrumentaliter characterē & gratiā. Ex præmiſſis patet, quod abſtractio tripliciter accipi poteſt. Primo, pro abſtractione reali. ſ. unius rei de uno loco, ut ponatur in alio. Secundo, pro reſpectu quodā reſultante ex conſiderationes unius ſine altero, & illa nō eſt ens reale, nec poteſt eſſe fundamentū entis realis. Tertio, pro attractione ſpeciei intelligibilis quidditatis rei materialis, qua abſtrahuntur ſpecies accidentiū, quæ ſunt in materia ſenſibilis, & ſiunt uniuerſales & intelligibiles actu ab hac albedine præſentata per fantaſma mediante illuſtratione intellectus agentis, & ſic de aliis accidentibus. Vnde D. Tho. dicit, quòd cognoſcere id quod eſt in materia indiuiduali, non prout eſt in tali materia, eſt abſtrahere formā a materia indiuiduali, quam fantaſma repræſentat. Sed notandum quòd duplex eſt materia. Quædam cōmunis, vt caro & oſſa non indiuiduata Alia eſt indiuidualis, hoc eſt ſignata hac quantitate, vt hæ carnes, & hæc oſſa. Intellectus abſtrahendo ſpeciem rei naturalis, non abſtrahit a materia communi, quum ſit de eſſentia rei naturalis, quia quælibet res materialis eſt compoſita ex materia & forma. Sed abſtrahit à materia iudiuiduali, hoc eſt ab his carnibus & ab his oſſibus, quæ non ſunt de ratione ſiue definitione ſpeciei, puta hominis, ſed ſunt partes indiuidui, vt dicitur in 8. Metaph.

q de anima art. 18. ad 20.

1. q. 84. ar. 7.

Abſtractio triplex.

1. p. q. 85. ar. 1.

Materia duplex.

Ver. 1. *De obiectio intellectus agentis.*

OBIECTVM Intellectus Agētis, circa quod immediate operatur pro ſtatu huius uiæ, eſt fantaſma nō apertū, neque illuſtratum, mediate verò eſt intellectus poſſibilis, quem mediante fantaſmate mouet ad duo. Primo, ad abſtrahendum ſpecies intelligibiles. Secundo, illis habitis ad actualem conſiderationem, quàm pro ſtatu huius uiæ intellectus poſſibilis habere non poteſt, niſi ſe conuertendo ad fantaſmata, Vnde Philoſ. dicit, Neceſſe eſt intelligenten, fantaſmata ſpeculari. Et quia fantaſmata

3. de anima.

& ideo necesse est vt ex tali applicatione intellectus ad speciem intelligibilem habitualem, formetur actualis similitudo, siue verbum cordis, ad quod intellectus directè & immediatè terminet actum intelligendi, per quòd reflectatur ad fantasma, & sic tendat in obiectum ad extra, & tunc cognitio intellectus est completa & perfecta, quando venit ad terminum vnde traxit originem, vt supra dictum est.

§. 3 *De Actibus intellectus possibilis.*

INTELLECTVS Possibilis habet tres actus siue operationes, Prima dicitur F
simplicium apprehensio. Secunda dicitur compositio vel diuisio. Tertia discursus & 17
ratiocinatio.

Ver. 1. *De simplicium apprehensione.*

SIMPLICIVM Apprehēsio est abstractio & receptio speciei intelligibi- G
lis, siue similitudinis rei intellectae, de qua abunde suprà dictum est. Quae vocatur sim 17
plex, non ideo quòd res apprehensa sit simplex, quia quidditas rei materialis, quae est res intellecta, complectitur materiam & formam, vt dictum est, & ideo non est simplex a parte rei repraesentatae, sed dicitur simplex primò in essendo, quia species illa in intellectu est simplex siue indiuisibilis & spiritualis. Secundò quia per eam nihil attribuitur rei, nec saparatur ab ea. vt in secunda operatione, quę dicitur compositio vel diuiso, sed solùm res intellecta consideratur absolutè.

Ver. 2. *De diuisione simplicis apprehensionis.*

SIMPLEX Apprehensio est duplex, quaedam est habitualis & incōpleta, quę H
fit per abstractionem speciei a fantasmatibus quae adhuc manent in potentia ad ope 17
rationem, & adhuc per eam se habet intellectus magis passiue quàm actiuè. Alia est actualis & completa, quando intellectus possibilis informatus specie intelligibili habituali, vna cum ipsa exit in actum intelligendi, & causat actualem similitudinem vniuersalem rei intellectae, ad quam directè & immediatè actus intelligendi terminatur, & per quam tanquam per medium proportionatum, intellectus reflexiuè pergit & tendit ad fantasmata, & per ea ad rem sensatam & inuenit naturam intellectam esse realem, existentem in indiuiduo & singulari per fantasiam apprehenso & tunc (vt dictum est) intellectus dicitur intelligere rem completè, Ideo haec simplex apprehensio actualis dicitur intellectio completa & perfecta, & aliquando a Phil. & D. Tho. vocatur intelligentia, & pariter angeli vocantur intelligentiae, ratione actus, eo quod semper actu intelligunt, Et sic distinguitur intelligentia ab intellectu, non sicut potentia a potentia, sed sicut actus à potentia. Et in hoc actu habet intellectus pro obiecto materiali siue remoto naturam in indiuiduo existentem, quod ab aliquibus dicitur obiectum quod. Et pro formali, siue quo mediante terminatur ad illam, habet verbum cordis, quod est naturalis similitudo actualis, & pro principio speciem intelligibilem abstractam, siue habitualem, & pro secundo medio, fantasma per speciem sensibilem ab obiecto causatam. In hac operatione intellectus non cadit falsitas, vt dictum est.

Ver. 3. *De Compositione & diuisione.*

I

COMPOSITIO Et diuisio est secūdus actus intellectus possibilis, p quē actua 17
liter vel habitualiter attribuit aliquid alteri, vel diuidit & separata aliquid ab alio Et talis compositio dicitur propositio mentalis affirmatiua, & diuisio, propositio mentalis negatiua, vt actus inellectus cui subordinatur siue respondet haec propositio vocalis, homo est animal, dicitur cōpositio & propositio mētalis affirmatiua, & actus cui respondet haec, homo non est lapis, est diuisio & propositio mentalis negatiua. Idē de actibus qui respondent propositionibus scrip. nam propositio vocalis vel scripta non dicitur propositio, nec compositio, aut diuisio, aut attributio vel separatio nisi per ordinem ad hunc actum intellectus, cui attributio designatur per copulam, affirmatam, & diuisio per negationem copulae.

Ver.

A Ver. 4. *De Obiecto compositionis & diuisionis*

27 COMPOSITIO & Diuisio habent pro obiecto materiali plures res, scilicet rē significatam per subiectum, & rem significatam per prædicatum, & conuenientiam, vel disconuenientiam prædicati cum subiecto, quæ sunt plura saltem secundum nostrum modum intelligendi, quia aliquando sunt idem realiter, vt in propositionibus essentialibus. prout repræsentata per hanc mentalem, homo est animal, eadem enim res quæ est homo, est animal, & illa vnio per copulam affirmatam designata, est quidam respectus rationis, qui consequitur actum intellectus quo comparat & attribuit animalitatem homini, tamen secundum nostrum modum intelligendi, sunt plura, quia intellectus apprehendit naturam quæ est in Sorte diuersis modis, vt dictum est. Et quia per plures spēs repræsētat eādē naturā, plura repræsentare vr̄ Et ideo dr̄, quod licet propositio mētalis si una simplex qualitas in essēdo, quia in subiecto simplici et spūali, & tamen plures in repræsentando, saltem secundum modum intelligendi

Ver. 5. *De causatione composit.onis & diuisionis.*

B PHILOSOPHVS dicit, quod intelligere vnū, scire verò multa cōtingit. Ex quo *Lib. Top.*
27 infert D. Thomas quod intellectus nō pōt simul multa siue plura intelligere per modum plu ium. Q uod potest dupliciter intelligi. Primò, per plures species intelligibiles non subordinata, siue non habentes ordinem ad inuicem, vnico actu simul & distincte intelligat hominem & equum per duas species, sic quod species intelligibiles hominis & equi simul actuent intellectum & concurrant æqualiter ad causandam intellectionem hominis & asini, & quod ex illis duabus speciebus procedat vnum verbum cordis, repræsentans distincte hominem & asinum, & hoc est impossibile, quia quæcunque intellectus per plures species intelligit, successiue intelligit, hoc est, vnum post aliud, sicut successiue species apprehendit, & non simul, quia sicut idem corpus in eadem parte non potest colorari diuersis coloribus, sic, &c. Et licet species intelligibiles habituales non sint oppositæ, quum maneant simul in intellectu, actuales tamen sunt oppositæ siue incompossibiles in hoc quod est simul esse, quia habent repugnantiam ex parte subiecti. Species vero subordinate, eo quod vna includit aliam, non habent talem repugnantiam. Et ideo intellectus per speciem intelligibilem entis, substantiæ, corpori animati, animalis, & hominis, potest intelligere hominem. Et secundum hoc non potest propositio mentalis habere plures partes, nisi repræsentatiue, quia (vt dictum est) omnis qualitas quæ est in intellectu, est simplex ratione subiecti. Et si alicubi Philosophus dicat esse compositionem in oratione, referendum est ad vocalem vel scriptam, sed non ad mentalem. Secundo potest intelligi quod intellectus non possit per vnam speciem communem distincte & ita perfecte intelligere, sicut si per particulares species seorsum intelligeret vnum. & postea per aliam aliud. Et hoc quidem possibile est in Deo, qui essentiam suam (quæ infinita clare & distincte repræsentat) intuetur propter infinitatem sui luminis Angeli autem qui habent minus lumen, perfectius tamen homine, extra diuinam essentiam non vident omnia simul clare & distincte per vnam solam speciem, quia nullam habent quæ eis omnia repræsentet. sed solum illa quæ sub una specie continentur, in qua statim simul & clare vident quidditatem & habitudines circunstantes essentiam & accidentia eius. Homo vero propter defectum luminis per vnam peciem communem potest quidem multa intelligere confuse & imperfecte, vt per speciem animalis potest simul intelligere hominem & equum, sed non clare & distincte ac æque perfecte sicut inrelligeret si quemlibet illorum per propriam speciem contemplaretur Pro resolutione igitur huius materiæ aduertendum est secundum D. Thom. quod ratio & causa quare angeli (qui optime cognoscunt compositionem & diuisionem ac discursum) non componunt nec discurrunt, est quia statim a principio sui esse habent totam suam perfectionem naturalem, & species inditas perfecte luminosas, quæ simul repræsentant quidditatem siue essentiam rei, & omnia conuenientia & disconuenientia. Homo autem statim à principio non habet totam suam perfectionem, nec specie intelligibiles luminosas, *2. de Aīa.*

imò(vt dictum est ex Philos.)est tanquā tabula rasa in quā nihil depictum est, & ideo datus est ei intellectus agens, quo mediante procedit de potentia ad actum, successiue se conuertendo ad diuersa fantasmata, quæ sunt corporalia, & subiecta tempori ac successioni. Et ideo in prima apprehensione non statim habet perfectam rei cognitionem, sed primò apprehendit aliquid de ipsa, puta quidditatem ipsius rei, quæ est proprium & proportionatum obiectum in ratione motiui, deinde intelligit accidētia, deinde proprietates & habitudines circunstātes rei essentiam, & secundū hoc necesse est vnū apprehensum alteri attribuere, vel ab eo diuidere & separare, quod est cōponere & diuidere, & ex una cōpositione seu diuisione ad aliam procedere, quod est discurrere. Ex premissis clare constat, quòd cōpositio seu diuisio non est cōplexa ex pluribus spēbus actualibus in essendo propter repugnantiam subiecti, scilicet intellectus, qui est simplex, & spiritualis. Ideo opportet esse qualitatē simplicē in essendo & cōplexam siue compositam in repræsentando, repræsentat enim complexionem & cōpositionē, quæ est in vocali & scripta. Et cātur successiue quasi eo modo quo de intro ductione aīæ vegetatiuæ, sensitiuæ, & rationalis dictū est. Cū enim propositio vocalis sit successiua, prius cāt in auditu & fantasia speciem subiecti, postmodum copulæ, deinde prædicati, & sic attribuit. Et per consequens si intellectus ante à non apprehenderat speciem subiecti apprehendit illam, & si apprehenderat, exit in actum, & facit actualem speciem siue verbum cordis illius, & postmodum successiuè excitatur ad conceptum prædicati, & ad considerationem vnionis siue attributionis. Et adueniente nouo conceptu, præcedēs desinit esse propter defectum cōseruantis, scilicet applicationis intellectus ad speciē subiecti, & causatur secūdus cōceptus scilicet prædicati, qui eminenter continet primū & tertius secundū, & quartus tertiū, in propositione hypothetica, sicut de anima vegetatiua, sensitiua, & rationali dictum est. Et sic species vltimò causata eminenter continet, & repræsentat quicquid repræsentabant præcedentes, & sic subiectum, prædicatum, & vnionem importatam, per colupam. Et ita proportionabiliter dicendum est in raciocinatione siue discursu & aliis omnibus complexis. Et licet tunc per vnā speciem scilicet vltimā, simul intelligat plura, & iudicet de plurib. aliter tamē quàm angelus qui nō procedit successiuè, vt dictum est.

Ver. 6. *De assensu & dissensu.* C

COMPOSITIONEM & diuisionem sequitur assensus uel diss. nsus. non enim 18
Supra Ca. 1.§.10.nu. 2. & 5. idem sunt assensus & dissensus, & compositio aut diuisio, Cuius signū est: quia experimur nos habere propositionē mentalem, & non assentire, neq; dissentire, sed suspēdere iudicium. Videndū ergo est quid sit assensus & dissensus. Ex duabus passionibus appetitus concupiscibilis (de quibus dictum est) faciliter apparebit. Dictū est enim quòd amor est complacentia appetitus in bono, & odium displicentia in malo. Sic assensus est complacentia intellectus in verò, cum ei offertur propositio vera. Et dissensus est displicentia in falsa propositione oblata, à qua resilit, fugit, & abominatur, & arridet propositioni veræ, gaudet, & suo modo delectatur, absque tamen transmutatione corporali, quæ inuenitur in appetitu sensitiuo. Et si propositio successiue mutetur de veritate in falsitatem, vt hæc propositio, Sortes studet, ipso à studio cessante, manente eadem propositione mentali, quandiu studet, manet assensus, intellectus adhæret illi, & complacet in ea, & quando cessat a studio, quam primū intellectus hoc agnoscit, propositio illa displicet, & cessat assensus, & succedit ei dissensus. Et quando ex terminis, vel ex notitia intuitiua sensus, veritas vel falsitas propositionis oblatæ est manifestas, statim naturaliter intellectus assentit veræ, & dissentit falsæ, Sed quādo est dubia, intellectus (qui est libertatis particeps, vt infra videbitur) pōt suspendere actum suū, hoc est non assentire, aut dissentire, ne decipiatur, quandiu permittitur a voluntate, potest ex aliis propositionibus sibi nobis procedere ad inquisitionē veritatis illius, quod est discurrere & raciocinari, & venire ad tertium actum. Notandum præterea quòd assensus ab aliquibus dicitur iudicium affirmatiuum, & dissensus iudiciū negatiuum. Et cùm iudicium conueniat sensibus, qui iudicant de obiectis suis etiam contrariis, ut visus de albo & nigro, & assensus non

conue-

conueniat eis,ſicut nec compoſitio aut diuiſio, ad quam ſequitur aſſenſus, & diſſen ſus, & non ſemper neceſſario, conſequens eſt, quod iudicium eſt ſuperius & magis commune ad aſſenſum & diſſenſum.

§. 4. *De Ratiocinatione.*

D RATIOCINATIO Siue diſcurſus eſt tertius & potiſſimus actus intelle
18 ctus poſſibilis præſuppones ſimplicium apprehenſionem, & compoſitionem ac diuiſionem quo intellectus procedit comparando vnam propoſitionem alteri,indagandæ veritatis cauſa,hic actus vocatur a Dialecticis argumentatio. Et quia ſunt quatuor modi argumentandi, conſequens eſt quod ſint quatuor modi ratiocinandi. Et ſic ratiocinatio & argumentio diuiditur in quatuor genera ſiue membra.ſ in ſyllogiſmū demonſtrationem,enthymema, & inductionem,ſub qua cōprehenditur exemplum. Et cum quælibet diſciplina & ſciētia ex terminis & principiis ſuis ratiocinetur, ideo vt omnibus qui circa liberales,phyſicas,& morales diſciplinas verſantur, & dialecticæ non dederunt operam,ex terminis propriæ diſciplinæ pateat aditus argumentādi, ratiocinando,& concludendi,hos quatuor modos(prout in quancūque diſciplina ex pedit)paucis duximus explicandos.

Ve. 1. *De Syllogiſmo.*

E SYLLOGISMVS Eſt ratiocinatio ſiue argumentatio, procedens ex tri-
18 bus terminis,ex quibus conſtituuntur duæ propoſitiones,quæ coniunguntur per con iunctionem copulatiuam, quibus admiſſis, & conceſſis, ſeruatis ſeruandis, neceſſe eſt aliud accidere, hoc eſt, tertia propoſito ex illis deducta, ſequens notam illationis, neceſſario eſt concedenda. Et ſic completus ſyllogiſmus conſtat ex tribus terminis,& tribus propoſitionibus.Tres termini nominantur,maior extremitas, mediū & minor extremitas Mediū dicitur terminus, qui ponitur in duobus primis propoſitionibus Maior extremitas eſt terminus, qui ponitur in prima propoſitione cum medio.Minor extremitas eſt terminus, qui ponitur in ſecunda propōne cum medio, ſiue ſit a parte ſubiecti,ſiue a parte prædicati.Prima propoſitio dicitur maior,ſecunda minor, tertia conflata ex maiori & minori extremitatibus, ſequens notam illationis,dicitur concluſio. Duæ primæ propoſitiones coniunctę per coniunctionem copulatiuam præcedentes notam illationis,dicuntur antecedens, Tertia vero propoſitio ſequens notā illationis, dicitur conſequens & concluſio,conſequens reſpectu antecedentis, hoc eſt præmiſſarum duarum propoſitionum coniunctarū,quæ etiam dicuntur præmiſſæ, eò quòd præcedunt conſequens & notam illationis. Concluſio verò dicitur in ordine ad prædictas duas præmiſſas propoſitiones, non apprehendendo coniunctionem,vel in ordine ad notam illationis. Praxis prædictorum poterit intueri in argumentione ſequenti,omnis homo eſt animal,Sorte eſt homo,ergo Sortes eſt animal. Hæc dictio animal,eſt medium,homo,eſt maior extremitas, Sortes miminor. hęc propoſitio omnis homo eſt animal dicitur maior. Et hec Sortes eſt homo nor, & ambæ coniunctæ per coniunctionem, & dicuntur præmiſſæ & antecedens & hæc propoſitio. Sortes eſt animal,dicitur conſequens & cōcluſio Et hæc dictio,(ergo)eſt nota ſiue ſignum illationis, hoc eſt habitudinis & dependentiæ concluſionis ſeu conſequentis a præmiſſis ſiue antecedente,quæ quidem habitudo dicitur communiter cōſequentia,quæ dr̃ bona,qn̄ ex veris vel ēt ex falſis infert verum, & mala, quando ex veris infert falſum. Dicitur ēt conſequentia materialis quando gratia terminorū,& tenet illatio,formalis,quando tenet in omnibus terminis,ſimil forma arguendi retenta. Ad ſimilem autem formam arguendi requiritur ſimilis quantitas, & ſimilis qualitas,& ſimilis ſitus terminorū,& quod ſeruent proprietates logicales, quæ ſunt ſuppoſitio,materialis,perſonalis,ampliatio,reſtrictio,& alia huiuſmodi. Fundamentum huiuſmodi habitudinis ſiue dependentiæ & illationis procedit ex illa maxima Geometriæ, Quæcunque ſunt vni & eidem eadem, illa ſunt eadem inter ſe. Si ergo homo & animal ſunt idem, & Sortes etiam & animal ſunt idem, ſequitur quod Sortes & homo ſunt eadem inter ſe.

Ver.2 *De Figuris Syllogismorum.*

F

QVIA Mediumin quo coniunguntur maior & minor extremitas, potest di-19 uersimode ordinari, ideo diuersæ a dialecticis assignantur figuræ. Si medium subiiciatur in maiore, & prædicetur in minore, est prima figura, vt in exemplo dato. Si autem medium prædicetur in vtraque, erit alia & secunda figura, vt in hoc syllogismo Nullus lapis est animal. Omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis, Si verò medium subiiciatur in vtraque, tunc erit tertia figura, vt in hoc syllogismo, Omnis homo est substantia, omnis homo est animal, ergo quoddam animal est substantia. Si verò medium prædicetur in maiori, & subiiciatur in minore, erit quarta figura, vt in hoc syllogismo, Omnis homo est animal, omne animal est substantia, ergo omnis homo est substantia. Qualibet figura habet diuersos modos, qui diuersificantur secundum diuersitatem quantitatis & qualitatis propositionum, quando, s. ambæ sunt vniuersales, vel vna vniuersalis, & alia particularis, vel vna negatiua, & alia affirmatiua, per præpositionem vel postpositionem illarū. Et quāuis plures sint modi & figuræ inuentæ ad exercitationem iuuenum, cōis tamē vsus est 4. modorum primæ figuræ scilicet duorum affirmatiuorum, cui sunt Barbara & Darii Barbara constat ex maiore & minore vniuersalibus affirmatiuis Darii verò vult maiorem vniuersalem, & minorem particularem. Et duorum negatiuorum. s. Celarēt, qui vult maiorem vniuersalem negatiuam, & minorem affirmatiuam. Et Ferio, qui vult maiorem vniuersalem negatiuam, & minorem particularem affirmatiuam, & per consequens conclusionem negatiuam, quia conclusio semper sequitur debiliorem partem in qualitate & quantitate, ac falsitate, certitudine, vel opinabilitate. Si vna præmissarum sit particularis, & illa, si vna negatiua & illa, si vna falsa, & illa, si vna fidei vel opinabilis, & illa saltem in pluribus, quia ex veris nō nisi verū, ex falsis quandoq; verum. Ex puris etiam particularibus & negatiuis ex necessitate nihil sequitur saltem formaliter, hoc est, in omnibus terminis, simili forma arguendi retenta. Quia gratia materiæ vt in propositionibus essentialibus, siue materia naturalis aut remotæ, bene sequitur verum vel falsum. Obseruandum est etiam quòd in omni figura & modo aliqua propositio sit de omni, & quòd proprietates logicales seruentur, hoc est, quòd æquipollet vni vniuersali, & quòd termini teneātur æquè amplæ, æquè restrictè, & eodem modò appellatę. Et si termini in maiore vel minore supponant materialiter simpliciter vel personaliter, etiā in aliis propositionibus, siue quod non varietur genus suppositionis, & aliæ, de quibus in lib. Prio.

Ver.3. *De Demonstratione.*

A

DEMONSTRATIO Secundum ordinem terminorum & propositionū19 cōtinetur sub syllogismo, tamen habet aliam & specialem considerationē circa materiam propositionum, quia ad syllogisandum sufficit assumere propositiones opinabiles, sed ad demonstrandum hoc non sufficit, sed oportet assumere propositiones veras & necessarias; & quæ habeant conditiones, de quibus paulò pòst dicetur: Et ideo demonstratio se habet ad syllogismum per additionem, sicut homo ad animal. Vnde sequitur quòd perfecta demonstratio sit species syllogismi quæ sic definitur. Demonstratio est raciocinatio & syllogismus procedens ex duabus propositionibus primis veris, necessariis, per se prioribus, & notioribus, de omni, & secundum quod ipsum, ac immediatis, ad concludendum, s. syllogisticè, hoc est seruato ordine syllogisandi in demonstratione instituto. In demonstrationem assensus prçmissarum est causa immediate agens, & necessitans intellectum ad assentiendum conclusioni, vt in hac demonstratione, Omne animal rationale est risibili. Omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est risibilis. Huius syllogismi duæ primę propositiones sunt veræ, quia ita est sicut per eas significatur.

Ver.

B *Ver.4.* *De necessitate propositionum.*

19 SVNT etiam prædictæ duæ propositiones primæ & necessariæ, hoc est nō possunt esse falsæ, sed sunt simpliciter & absolute veræ. Ad cuius euidentiā sciendum est, quod necessariū simpliciter & absolute dicitur, quod nullo modo potest non esse, licet necessariū secundum quid & ex suppositione, sit illud quod stante suppositione non potest non esse. Et secundum hoc Deus dicitur necessarium simpliciter & absolute, quia nullo modo potest non esse. Angeli etiam secundum naturam sunt necessarū, quia secundum naturam, hoc est naturaliter, non possunt non esse. Corpus autē animatum & alia omnia corruptibilia, quæ secundum naturam suam, hoc est naturaliter possunt corrumpi & non esse, tamen supposita illorum exist. tia, & quod actu sint, non possunt non existere, quia implicat contradictionem, aliquid simul & semel existere, & non existere. Possunt tamen nō esse simpliciter & absolute; hoc est nulla facta præsuppositione, & hoc modo loquendi ista est vera, Sortes contingenter & nō necessario saluabitur. Trahendo ergo necessarium ad propositionem ille propositiones dicuntur simpliciter & absolute necessariæ, quæ sunt æternæ veritatis, quæ nullo modo nulloque casu aut euentu possunt esse falsæ. Et tales sunt propositiones essentiales, in quibus prædicatum est de esse essentia subiecti, & secundum aliquos, proprium eius quarto modo. Et si dicatur quod homo potest annihilari de potentia absoluta, & per consequens hæc propositio, Homo est animal, non erit necessaria. Dicē dum quod verū est si copula importet existentiam. Si vero importet solam habitudinem et connexionē prædicati ad subiectum siue determinatione tēporis (quod est ipsam absolui a tēpores) est simpliciter necessaria, quia quandocunque erit homo, erit animal, & risibilis, et oppositū implicat cōtradictionē, Propter hāc habitudinem & cōnexionē extremorū dialectici & Phil. dixerunt quod propositiones essentiales & propriæ sunt æternæ veritatis, & eis copulam absolui a tempore, hoc est non dicere existentiam alicuius tēporis, sed solū habitudinē & conueniētiā extremorum s. prædicati ad subiectū Et sic absolutio a tēpore nō est proprie ampliatio, quia i ampliatione semper copula importat existentiam alicuius temporis. s præteriti, præsentis, vel futuri, aut possibilis, & non in absolutione.

C *Ver.5.* *De propositionibus per se.*

19 SVNT pariter duæ primæ propositiones prædictæ per se, & non per accidens. Ad quarum euidentiam sciendū est quod Philosophus, ponit quatuor modos perseitatis, hoc est prædicandi de per se extra quos reliquæ prædicationes dicuntur per accidens. Primus modus in prædicationibus affirmatiuis est, quando prædicatū est de essentia subiecti vere vel æquiualenter, vel definitio subiecti. aut quando prædicatū est definitū & definitio est subiectū. Exēplū primi, vt homo est animal, & totū est maius sua parte, Exēplū secūdi, vt homo est, vel non est illud n. disiūctum, est vel non est, includit omne ens, quod est de essentia hominis. Exemplum tertii, vt homo est animal rationale. Exēplum quarti, animal rationale est homo. Tales propositiones dicuntur de per se primo, quia cognitis terminis intellectus naturaliter assentit nec potest dissentire. Et hoc dicitur dignitas propositionis. Et sic omnes prædicationes essentiales dicūtur de ꝑ se primo, hoc est, de primo mō prædicādi de per se. Secūdus modus prædicādi de ꝑ se est, quando prædicatū est propria passio subiecti vel alicuius superioris, vt homo est risibilis, homo est quantus, & Sortes est risibilis. Quia licet risibilitas nō sit propria passio Sortis, nec quantitas hominis, est tamen alicuius superioris, pura substantiæ corporalis. Tertius modus prædicandi per se est, quando prædicatum non est in alio sicut in subiecto. vt prima substantia. Vnde hæc predicatio identica, Sortes est Sortes, vel hoc est Sortes, demonstrando illum, est de per se tertio modo. Quartus modus prædicandi de per se est, quando subiectum hebet naturalem ordinem ad prædicatum, vt medicus sanat, domificator ædificat, pictor pingit. Quia licet prædicata sint accidentia, tamen propter naturalem habitudinē, quā habet accidēs subiecti ad prædicatū, dicūtur de ꝑ se Ars. n. medicinæ ordinatur ad sanandum, & aliæ ad obiecta sua a quibus recipiunt speciem. Esset aūt

1. Post. Quatuor modi perseitatis.

D 4 prædi-

prædicatio per accidens, si diceretur, medicus ædificat, vel medicus cantat, quia accidit domificatori & cantori, quod sit medicus, quia medicina nō ordinatur ad ædificandū vel cātandū. Omnes aliæ prædicationes quæ non continētur in his quatuor modis dicuntur per accidens. ¶ Notandum tamen quod predicatio accidentalis & per accidens, nō sunt omnino idem, quia in secundo modo prædicandi per se sunt prædicationes accidentales, & tamen non dicuntur prædicationes per accidens. Ex his quatuor modis perseitatis, duo primi dūtaxat subseruiunt demōstrationi. Patet etiā quod prima ex duabus prædictis propositionibus demonstrationis datæ, est de primo modo de per se, & secunda de secundo. Ex quibus concluditur tertia de secundo modo, quia (vt dictum est) conclusio sequitur debiliorem partem,

Ver. *De propositionibus de Omni.*

SVNT præterea duæ primæ propositiones prædictæ demonstrationis non solum de Omni prioristico, sed etiam de posterioristico, hoc est sunt vniuersales vniuersalitate determinata & requisita in libro Priorum & posteriorum. Vnde aduertendū quod duobus modis propositio dicitur de omni, hoc est vniuersalis. Primò, quando subiectum distribuitur per signum vniuersale, & sic prædicatum debet verificari de omni cōtēto sub subiecto, & talis vniuersalitas dicitur prioristica, siue de omni prioristico, vt hæc propositio, Omnis hoc est currens. Secundo modo, quando prædicatum verificatur de omnibus contentis sub subiecto, siue subiectum distribuatur, siue non, & sic hæc propositio, homo est animal, est de omni posterioristico, & pariter omnes propositiones de per se. 1. & 2. modis, etiam si nullum signum addatur subiecto, sunt vniuersales vniuersalitate posterioristica. Et ideo Phil. in duobus primis modis de per se vtuntur propositionibus infinitis pro vniuersalibus. D 16

Ver. 7. *De Propositionibus secundum quod ipsum*

SVNT etiā prædictæ duæ primæ propositiones demōstrationis datæ secūdum quod ipsum, hoc est habentes prædicatum conuertibile cum subiecto. Nā animal rationale & risibile cōuertuntur, quia de quocunque prædicatur vnum, prædicatur & reliquum, sed hęc propositio, Homo est animal, licet sit vera & vniuersalis, & de omni posterioristico, & de per se, ac necessaria, non est tamen secundum quod ipsum, quia animal cum prædicetur de pluribus speciebus, non conuertibiliter prædicatur de homine. E 16

In 1. Phy. Notiora natura.

Ver. 8. *De propositionibus Notioribus.*

SVNT vlterius prædictæ duæ propositiones demōstrationis datæ notiores. Ad quarum euidentiam supponendum est quod dicit Philosophus, quod quædam dicuntur notiora naturæ, siue secundum naturam, hoc est secundum se. Et sunt illa quæ habent perfectiorem entitatem, & sic Deus est notior omnibus creaturis. Et ideo hæc propositio, Deus est secundum se, siue secundū naturā, est notissima, quia deus habet perfectissimū esse, post Deū angeli, & post eos anima rationalis, deinde res corporales incorruptibiles, vt astra & corpora cœlestia, postmodum res corruptibiles, & inter accidentia quantitas est magis nota. Inter huiusmodi autē species specialissima est notior genere, quia quicquid entitatis includit genus, hoc totum includit species, & aliquid vltra, ideo simpliciter & secundum naturā est notior. Singulare aūt licet habeat plus de entitate quā spēs, non tñ dicitur notius simpliciter quam species, eo quod singulare non pōt esse obiectum intellectus, vt dictum est. Quædā vero sunt notiora quo ad nos. Non. n. sunt nobis eadem nota & naturæ. s. eodē modo, quia naturæ siue secundū naturā notiora sunt perfectiora. Nobis aūt primo nota sunt confusa magis, hoc est ĩperfectiora, eo quod nos procedimus de imperfecto ad perfectū, ideo magis cōia, & confusa sunt nobis notiora, & prius nota ordine generationis, dū tñ aliquid habeant de entitate, et nō sint pura potentia, vt materia prima, uel entia rōnis, quæ propter imperfectionem entitatis sunt difficillimæ cognitionis, quia (vt habetur in 9. Met.) unumquodque intantū est intelligibile, inquātū est actu, in aliis aūt quæ habet aliquid de entitate magis cōia & magis confusa sunt notoria nobis. Hoc experimur et sensu, quia uenientē à remotis apprehēdimus primo quod F 16

Notiora nobis.

est aliquid. Deinde quod mouetur postea quod est animal, consequenter quod est homo & finaliter quod est Sortes. Et pueri primo vocant omnes homines patres, & mulieres matres, deinde discernunt. Et quia (vt dicit Philos.) omnis nostra cognitio ortum habet a sensu, qui versatur immediate circa singularia, ideo ipsa singularia sunt nobis notiora. Ex prædictis patet quomodo prædictæ duę propositiones sunt priores & notiores, ac magis notæ secundum naturam.

Vre. 9. *De Propositionibus Immediatis.*

C 19 SVNT insuper prædictæ duæ primæ propositiones demonstrationis prædictæ immediate. Ad quarum euidentiā supponēdum est quid dicatur medium, & quo tuplex sit medium. Medium, Physice loquendo, dicitur illud quod facit distantiam & diuisionem inter extrema. vt aer medians inter visibile & visum, & secunda vnitas in numero ternario. Alio modo accipitur medium, in quo extrema coniunguntur & conueniunt, & sic copula potest dici medium in propositione, & terminus cui maior & minor extremitas coniunguntur in syllogismo. Et quia contingit medium esse quantum & diuisibile, ideo duplex cōsueuit poni medium. s. medium simpliciter, & medium mediatum, Medium simpliciter dicitur medium quod est inter extrema absque alio medio. Et sic in numero quinario quarta unitas est immediata quintæ, quia nulla alia mediat, secunda vero & tertia sunt mediatæ. Applicando ergo ad propositum, illa propositio dicitur immediata alteri, quę habet & includit immediatum principium probationis, in quo extremitates coniungūtur & conueniūt, ex qua conuenientia concluditur conuenientia extremitatum inter se, vt in exemplo dato animal rationale est medium immediatum, quia in eo conueniunt extremitates. Neque est aliud medium proximius, per quod possimus concludere quod homo est risibilis, iuxta prædictā regulam geometriæ. Et cum predictæ duæ primæ propositiones demonstrationis datæ contineant illud medium immediatum, dicuntur immediatæ, & copulatiua ex illis resultans, dicitur immediata ad hanc propositionem, Omnis homo est risibilis. Si vero animal rationale accipiatur vt medium ad inferendum hanc, Sortes, est risibilis, & dicatur sic, Omne animal rationale est risibile, Sortes est animal rationale, ergo Sortes est risibilis, hoc complexum, animal rationale, erit quidem medium, sed non immediatum, eo quod sit aliquis terminus eo immediatior, in quo extrema conclusionis coniungi possunt. s. hic terminus, homo, dicendo, Omnis homo est risibilis, Sortes est homo, ergo Sortes est risibilis, Et sic dicendum est de superioribus terminis ascendendo Propositio igitur immediata dicitur, qua non est alia prior & immediatior ad concludendum.

Medium quid, & quòd duplex.

Ver. 10. *De Diuisione Demonstrationis.*

A 19 DEMONSTRATIO primo diuiditur in affirmatiuā & negatiuā. Affirmatiua dicitur, cuius medium affirmatur de utraque extremitate. Negatiua, quando negatur de altera, vt hic, Omne animal rationale est risibile, sed nullus equus est animal rationales, ergo nullus equus est risibilis. Demonstratio etiam diuiditur a Philos. in demonstrationem propter quid, siue a priori, & per causam, & in demonstrationem quia est, siue a posteriori, & per effectum. Demonstratio propter quid, siue a priori, est argumentatio qua intellectus procedit a cognitione causæ notæ ad cognitionē effectus ignoti. Et ideo illa quæ non habent causam, sicut Deus, nō possunt cognosci per demōstrationem propter quid siue a priori. Et quia per quamlibet causam contingit demonstrari, ideo supponendū est quid sit causa, & quot sint genera causa ū. Causa dicitur, ad cuius esse sequitur aliud secundum naturam s. effectus. Causarū autem alia est efficiens, alia materialis, alia formalis, & alia finalis. ex his quatuor duæ sunt intrinsecæ. s. materialis & formalis, quia sunt de essentia cōpositi. Non aūt causæ extrinsecæ, quæ sunt efficiens & finalis. Causa efficiens dicitur id, a quo est principiū motus & quietis. Causa finalis est, cuius gratia aliquid fit Causa materialis est, ex qua aliquid fit cū insit, vt ex farina et aqua fit panis. causa aūt formalis est, quæ dat rei esse vt anima, In exēplo aūt dato fit demōstratio per causam formalem. Per causam aūt materialem potest sic fieri. Omne compositum ex ma-

Cā quid, & & quotuplex sit.

ex materia elemētari & forma, est corruptibile, sed homo est huiusmodi, igitur, &c. Per causam vero efficientem sic, Omnis effectus pendet a sua causa, sed Deus est causam omnium creaturarum, igitur omnes creaturæ pendet a Deo. Per causam finalem sic, Omne Beatificabile est intellectuale, sed homo est intellectualis, igitur est beatificabilis.

Ver. 11. *De Demonstratione propter quid.* B

DEMONSTRATIO propter quid & a priori est triplex. s. propter quid 20
simpliciter, & propter quid & potior, & propter quid & potissima. Demōstratio propter quid simpliciter est, quæ fit per causam, siue propinquam, siue remotam, vt, Quicquid respirat, est animal, sed paries non respirat, ergo paries non est animal. manifestū est.n. quod non animal non est causa propinqua huius quod est non respirare, alias omnia animalia respirarent quod constat esse falsum, quia animalia carentia, pulmone non respirant, igitur consequentia patet ex dictis Philosophi, si negatio sit causa negationis, & affirmatio erit causa affirmationis. Sed causa propinqua erit animal, non habens pulmonem & sanguinem. Demonstratio propter quid & potior dicitur, quæ fit per causam propinquā, sed non immediatam, siue fiat per causas intrinsecas, siue extrinsecas. Et quia causæ intrinsecæ sunt potiores extrincesis, ideo demonstratio quæ fit per causam materialē vel formalem, dicitur propter quid & potissima. Et sic demonstratio per causam remotam dicitur propter quid simpliciter. Demonstratio, quæ fit per causam propinquā, dicitur demonstratio propter quid & potior. Et quæ fit per causam immediatam & intrinsecam, dicitur propter quid & potissima, in qua scilicet medium est definitio subiecti conclusionis.

Ver. 12. *De Demonstratione Quia est.* C

DEMONSTRATIO Quia est, siue p effectus, est ratiocinatio in qua pro- 20
ceditur per effectus cognitos, ad cognitionem causæ vel causarum incognitarum, vt. Omne coniunctum igni, est calidum, ergo ignis est calidus, Visus discernit album a nigro, sed Sortes discernit album a nigro, ergo Sortes videt. Sic probat Philosophus, Deum esse, quia motus est, sed de his amplius infra. Notandum tamen quod aliqua demonstratio. Quia est, siue per effectum, procedit per effectum non conuer-
8.Phi. tibilem, quia talis effectus potest nobis esse notior quam causa, vt sic dicendo. Qui-
Infra.c.19 cunque habet febres, habet pulsum commotum, ergo non habeo pulsum commo-
§.1 tum, ergo non habeo febres Quodcunque non desiccat, non est ignis, sed homo non desiccat, ergo homo non est ignis.

Ver. 13. *De Inductione.* D

INDVCTIO est argumentatio procedens a singularibus sufficienter enume- 20
ratis ad propositionem vniuersalem, vt Sortes currit, & Plato currit & sic de aliis. Et isti sunt omnes homines, ergo omnis homo currit. Hæc argumentatio dicitur a neotericis, ascensus qui est consequentia formalis ad quam potest reduci descensus, qui est ab vniuersali ad singulares, ac etiam exemplum quod est in agibilibus & factibilibus, reducitur ad inductionem. Est autem exemplum processus a factis siue operationibus particularium personarum, ad persuadendum simile, sicut, Moyses orando pro populo, placauit iram dei, similiter David, Daniel. &c. Ergo omnis qui vult placare iram Dei, debet illum orare. &c,

Ver. 14. *De Enthymemate.* E

ENTHYMEMA est argumentatio, qua intellectus ex una propositione no- 20
tiore & probabili quæ dicitur Antecedens, procedit ad concludendum aliam, quæ dicitur Consequēs, ab illo antecedēte pendens, vt cum dicitur, Omne animal currit, ergo oē animal mouetur. Hæc depēdētia prouenit ex hoc, quod cōsequens virtualiter & implicite continetur in antecedēte. Motus enim continetur in cursu, & sic antecedens continet uirtualiter minorē, quia si negetur consequentia, subsumendū est, et omne currens mouetur, &c. Aliqui dicunt Enthymema esse syllogismo imperfectū, truncatū & breuiorē iuuenibus & rudibus, quia sibi volūt omnia explicari. Qui vero igeniosi & prouecti sūt, Enthymemate gaudēt, eo quod multa in uno respiciūt

Ideo

Ideo antiqui philoſophi maxime illo vſi ſunt, & dicitur communiter, Gaudent breuitate moderni. Differt autem Enthymema à Syllogiſmo & demonſtratione, quia tam in ſyllogiſmo, quam in demonſtratione proceditur ex pluribus propoſitionibus vt dictum eſt, Enthymema verò ex vna cathegorica prægnante, hoc eſt, continente aliam. Differt etiam ab inductione & exemplo, quia inductio, & exemplum procedũt à ſingularibus. Enthymema verò a communibus. Conuenit autem cũ ſyllogiſmo, quia tam ſyllogiſmus quam Enthymema procedunt ex propoſitionibus probabilibus. Propoſitio autem probabilis vt diſtinguitur cõtra neceſſariam, ſecundum Phil. dicitur, quæ apparet vera omnibus aut pluribus ſapientibus & cuius vtraq; pars ſeruatis principiis ſcientiæ poteſt ſuſtineri, quæ ab aliquibus vocatur Problema. Et per hoc quod ſyllogiſmus & enthymema procedunt ex probabilibus, differunt a demonſtratione & ſophiſmate, quia demonſtratio procedit ex neceſſariis. Et ſophiſma, quod à Phil. dicitur Elenchus ſophiſticus, hoc eſt, apparens, & non exiſtens ſyllogiſmus. Ab aliis aũt dicitur ſyllogiſmus litigioſus, erraticus, atq; fallax, ab effectu, quia effectus, & finis eſt generare lites, & errorẽ aut deceptionẽ, hoc eſt iudicium falſum. Procedit enim ex falſis, vel ex falſo modo ſyllogizandi, vt in hoc ſophiſmate, Quod ego ſum, tu non es homo ego ſum, ergo homo tu non es. Et hoc contingit tripliciter. Primo quando peccat in materia, hoc eſt quando antecedens vel altera eius pars eſt falſa, vt hic, Omne malum eſt fugiendum. ieiunare eſt malum, ergo, &c. minor eſt falſa, quia ieiunare eſt bonum. Secundo, quando peccat in forma, hoc eſt quando non ſeruantur regulæ & præcepta ſyllogizandi, & tamen antecedens eſt verum, vt hic. Omnis homo eſt animal, & omnis aſinus eſt animal, ergo omnis hõ eſt aſinus, quia mediũ in neutra deſtruitur. Tertiò, quãdo peccat ĩ vtroq;, ſcilicet in materia & forma vt hic. Omne animal eſt genus. Omnis homo eſt animal, ergo omnis hõ eſt genus. Maior enim eſt falſa, & conſequentia non ualet, quia uariatur ſuppoſitio. Differt etiã ſophiſma ab enthymemate, & demonſtratione, ſyllogiſmo & exemplo ſiue inductione, quia exemplum cauſat ſuſpicionem, vt hic, Sortes in modico fuit malus, ergo in maiori & in aliis præſumitur malus. Demonſtratio autem cauſat aſſenſum euidentem, ſiue ſcientiam, ſyllogiſmus verò & enthymema aſſenſum opinatiuũ & opinionem ſophiſma verò cauſat errorem, ſiue iudicium falſum, & habitum erroneum.

Problema ſophiſma et Elenchus idem ſunt

F §.5. *De conſequentibus Ratiocinationem.*

20 ACTVM Ratiocinandi ſiue raciocinationem conſequitur primò aſſenſus vel diſſenſus concluſionis, de quibus dictum eſt. Sed quia diuerſi ſunt modi ratiocinandi, ideo diuerſi aſſenſus conſequuntur. Aſſenſus autem in tota ſui communitate diuiditur in aſſenſum euidentem, fidei, opinatiuum, ſuſpicatiuum, falſum, & erroneum, de quibus dicendum eſt.

G Ver. 1 *De aſſenſu euidenti, ſiue euidentia.*

20 ASSENSVS Euidens eſt aſſenſus clarus & certus, abſque quocunq; ænigmate & formidine ſiue dubitatione de oppoſito, adeo clarus, quod ſtante propoſitione neceſſaria in intellectu cum debita applicatione propoſitionum neceſſarium eam probantium, intellectus ex natura ſua complacet & aſſentit, ſic quòd non poteſt diſſentire, nec aſſentire oppoſitis, & talis aſſenſus in ſcientia cauſatur ex primis principiis, & propoſitionibus per ſe notis, intellectis terminis, & per demonſtrationem, vt ſtante apprehenſione harum. Quodlibet eſt, vel non eſt, & omne totum eſt maius ſua parte, omne animal rationale eſt riſibile & hoc modo aſſenſus ſapientiæ & ſcientiæ ſunt euidentes. In hac autem euidentia ſunt gradus, quia quidam aſſenſus eſt magis euidẽs quàm alius. Et differt hæc euidentia ab euidentia ſenſus, quia euidentia ſenſus eſt circa particularia, & intellectus circa vniuerſale. Et ideo ſicut intellectus eſt nobilior ſenſu, ita euidentia intellectus eſt nobilior & perfectior euidentia ſenſus, quia eſt ſempiternorum, & eorum quæ non poſſunt aliter ſe habere neque circa ea intellectus decipi aut hallucinari, ſicut ſenſus. Ex quibus patet, quòd euidentia angelorũ eſt clarior, quã euidẽtia intellectus humani, & inter eos tãto clarior,

Euidentia tres gradus.

An proble-ma fit in angelis.
Matth. 4.
Dan. 10.

tior, quantò per clarius medium & ſpecies luminoſiores. Ideo in eis non poteſt eſſe problema ſiue opinio circa naturalia. Nec etiam in dæmonibus, cum in eis (ſecundum D. Diony.) naturalia manſerint integra, ſecus in gratuitis & ſupernaturalibus. Ideo diabolus dicebat Chriſto, Si filius Dei es, &c. & Gabriel conſuluit dominum. An autem circa ſupernaturalia diſcurrant, quidam dicunt quod angeli beati non diſcurrunt, quia omnia clare vident in verbo, vel per clariſſimas reuelationes & ſpecies influxas ſecundum modum & conditionem ſuæ naturæ, quæ eſt intelligere per ſimplicem apprehenſionem ſiue diſcurſu quanuis poſſint habere admirationem, vel neſcientiam, Vnde de angelis inferioribus ſuperiores interrogantibus dicit Eſa. Quieſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra? Dæmones vero eo quod non habeant reuelationes, quodam modo circa ſupernaturalia diſcurrere dicuntur. vnde Iſidorus dicit, quod dæmones multa experimento didicerint. Sed cognitio experimentalis eſt diſcurſiua, quia ex multis memoriis fit experimentum, & ex multis experimentis fit vniuerſale, vt dicitur in fine Poſter. & principio Metaph. D. Thom. tamen dicit, quod in angelis dicitur experientia metaphorice, & ſic ſecundum mentem eiuſdem eſt, quod ſicut dæmones circa ſupernaturalia non componunt neque diuidunt, ita etiam non diſcurrunt, quia repugnat naturæ illorum. Vnde circa ſuper naturalia, ſi non habeant reuelationem, vel videant experimento aliqua fieri miraculoſe, vel opinantur, hoc eſt, habent iudiciũ cum formidine, abſque tamen diſcurſu, vel errant, aut nihil ſciunt.

Eſa. 63.
An dæmones quodam modo diſcurrunt.

Ver. 2. *De fidei aſſenſu.*

FIDES eſt aſſenſus certus, abſque formidine cauſatus, ſuppoſita pia affectione A voluntatis, quæ innititur authoritati dicentis ſiue reuelantis, quam authoritatem habet pro obiecto formali, & ipſa reuelata pro materiali. Et quia authoritas & reuelatio eſt duplex. humana & diuina, ideo fides eſt duplex. humana, & diuina, quæ dicitur theologa, de qua inferius cap. 10 agetur, Syllogiſmus igitur & enthymema procedens ex propoſitionibus fidei, vel altera illarum, etiam cum altera euidenti concludit propoſitionem de fide, vt ſic argumentando, omnis homo eſt riſibilis, Chriſtus eſt homo, ergo Chriſtus eſt riſibilis. Si vero altera ſit opinabilis vel dubia, concluſio erit dubia, cum ſequatur debiliorem partem. Quomodo autem triplex ſit certitudo, & fidei maior, dicetur inferius c. 10. §. 10. ver. 7.

Ver. 3. *De Opinione.*

OPINIO eſt aſſenſus cum formidine ſiue dubitatione de oppoſito, intellectus tamen magis inclinatur ad vnam partem, ſcilicet aſſenſum, vel diſſenſum. vt aſſenſus cauſatus ex hoc ſyllogiſmo. Omne currens eſt album, omnis homo eſt currens, ergo omnis homo eſt albus. Aſſenſus huius concluſionis eſt opinio, quia præmiſſæ non ſunt euidentes, neque certe certitudine fidei, ſed probabiles, hoc eſt contingẽtes, quæ poſſunt eſſe veræ vel falſæ, intellectus tamen ad alteram partem flectitur, ſed cum formidine de oppoſito. B

Ver. 4. *De ſuſpicione.*

SVSPICIO eſt aſſenſus formidoloſus, fluctuans cum quadam inclinatione C ad alteram partem, ſed non perfecta, ſiue aliquo modo (leuiter tamen) inclinatus, vt Sortes dicit Platonem homicidam, & an Sortes ſit uerax vel mendax, ignoratur, ergo Plato eſt homicida. Aſſenſus huius concluſionis dicitur ſuſpicio, quia eſt dubitatio cum aliquali inclinatione ad alteram partem. Præſumptio ad ſuſpicionem reducitur, eſt enim media inter opinionem, quæ eſt de his quæ vt in pluribus contingunt, & ſuſpicionem, quæ eſt de his quæ raro. Preſumptio vero eſt de his, quæ, vt in paucioribus contingunt.

Ver. 5. *De errore & ignorantia.*

ERROR eſt aſſenſus quo intellectus complacet, & adhæret falſo, æſtimato D tamen vero, vt in hac ratiocinatione, Hæc eſſentia diuina eſt pater, & hæc eſſentia diuina eſt filius ergo filius eſt pater. aſſenſus huius concluſionis eſt error, quia non eſt ſyllogiſmus expoſitorius, ad quem requiritur quod aliqua præmiſſarum

valeat vnã de omni, quòd non facit hic, quia hæc est fals[...]nis res quæ est essentia diuina.est pater,& itẽ de alia. Notandum tamen quod error dicitur ignorãtia prauæ dispositionis Ad cuius euidentiam sciendum est quid & quotuplex sit ignorantia. Sed supponendum in primis,quòd discrimẽ est inter nesciẽtiã & ignorantiã. Nescientia enim est negatio siue defectus scientiæ non debitæ inesse,siue simplex carentia scientiæ,in subiecto apto nato,quia nõ dicimus lapidem nescientem,sed hominẽ hæc non est peccatũ,nec põt esse in Deo,quum sciat omnia. Ponitur tamen a D.Dion in angelis,ac ẽt in anima iusti, quia cum non comprehendant verbum, nesciunt omnia quæ Deus scit. Hæc nescientia ab aliquibus dicitur ignorantia puræ negationis. Ignorantia verò priuationis est carentia scientiæ debitæ inesse siue eorũ quæ quis potest & tenetur scire, vt sunt ea quæ pertinẽt ad statum vel officium alicuius plura enim tenetur scire episcopus, quam agricola. Si quis enim nesciat quæ sunt necessaria ad salutem, est ignorans. Hæc ignorantiæ dicitur priuationis. Alia est ignorantia quæ dicitur prauæ dispositionis, & est error siue iudicium falsum. Aliæ diuisiones ignorantiæ,& quę excuset a peccato, habentur inferius c. 3. §.4.Ver.3.& 4.

Ignorantia quid et quotuplex sit. c. 6. Cælestis hierar.

E Ver.6. *De Intellectu Pratico & Speculatiuo.*

21 Intellectus diuidit in speculatiuum & practicum.Intellectus speculatiuus est,qui id quod apprehendit,nõ ordinat ad opus, sed ad solam veritatis cõsideratione. vnde & scientiæ dicuntur speculatiuæ,quæ versantur circa solam consideratione veritatis, nõ ordinando ad operationem,vt philosophia naturalis,& scientia metaph. quæ dicitur sapientia Intellectus verò practicus est, qui id quod apprehendit, ordinat ad opus siue ad operationem,vnde & scientiæ prӕcticӕ dicũtur, quæ versantur circa operationes,prout operatio se extendit nõ solũ ad factibilia, sed etiã ad agibilia. Et sic scientia medicinæ, & moralis dicũtur practicæ Hic intellectus non dr̃ motiuus quo ad executionẽ,sed quo ad directionem. Hæc autem diuisio non est in diuersas potentias,sed in diuersos actus,quia eadẽ potentia numero est intellectus practicus, & speculatiuus,sed sunt diuersi actus,qui differunt fine,secundũ Philos. vnde & a fine denominãtur. Vtriusq; finis est speculari & contẽplari,sed finis practici est operari,siue ordinare contemplationem ad operationẽ. Ideo intellectus practicus dicitur operatiuus, Quòd autem non sint diuersæ potentiæ:probatur per Philosophũ,qui dicit quod intellectus speculatiuus per extensionem fit practicus, sed vna potentia non mutatur in aliã,igitur,&c. Ratione etiam sic probatur,quia quod accidentaliter se habet ad rationem obiecti,quam respicit aliqua potentia, non diuersificat potentiam,prout apparet in potentia visiua,cuius obiectum est coloratum. Eadem enim potentia visiua fertur circa omnia colorata, siue illud coloratum sit homo aut aliquid aliud.Sed obiectum intellectus est verum, siue ens sub ratione veri, cui accidit quòd ordinetur, vel non ordinetur ad opus,ergo eadem potentia sufficit ad illa. Et per consequẽs non sunt plures, Nõ enim ponẽda est pluralitas sine necessitate,cũ frustra fiat per plura, quod potest fieri per pauciora. Nec obstat quòd obiectum intellectus speculatiui dicitur esse verum & practici bonum. quæ differunt saltem secundum rationem,quæ sufficit ad diuersitatem potentiarum. Ideo per bonũ & uerũ intellectus & voluntas diuersificantur. Quia verum & bonum se inuicem includunt. Nam uerum est quoddam bonũ, alias non esset appetibile, Et bonum est quoddam verum,alias non esset intelligibile. Sicut ergo obiectum appetitus potest esse uerum,inquantũ habet rationem boni, sicut cum aliquis appetit veritatem cognoscere, Ita obiectum intellectus practici potest esse bonum,inquantum habet rationẽ veri ordinabilis ad opus Intellectus enim practicus veritatem cognoscit, sicut speculatiuus,sed veritatem agnitam ordinat ad opus,quod non facit speculatiuus.

3. de anima.

3. De anima.

F Ver.7. *De ratione superiori & inferiori.*

21 QVVM nomina potentiarum aliquando a principaliori actu denominentur (vnde & Angeli dicuntur intelligẽtiæ,eo quod semper actu intelligant) Et raciotinatio sit principalior actus intellectus,sequitur quod intellectus dicitur & nominatur

ra-

ratio,a ratiocinando. Et quia aliquando apud sanctos doctores dicitur ratio superior, & aliquando inferior, Ideo isti termini veniunt declarandi. Ad cuius euidentiā sciendū est, quòd ratio superior & ratio inferior non sunt duæ potentiæ realiter distinctæ (prout dictum est de intellectu speculatiuo & prædicto) sed sunt una potentia secundum diuersos actus, quos habet circa spiritualia & æterna, ac etiam corporalia & temporalia, quæ comparātur ad cognitionē nostram hoc modo, quia unū est mediū ad cognoscendū alterū. Nā secundū uiam inuētionis per res corporales venimus in cognitionē æternorum. Vnde Apostolus, Inuisibilia dei a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Sed in uia iudicii siue resolutionis & determinationis, per æterna iudicamus de temporalibus circa agenda. Intellectus enim hominis potest intendere & versari circa temporalia & æterna, & circa ea ratiocinari dupliciter, Primo circa æterna, contemplando & conspiciendo ea, & in illis sistendo, vt in bonitate, sapientia, & iustitia Dei Secundo, cōsulendo rationes & regulas æternas, quæ sunt uoluntas & præcepta Dei, & applicando ad temporalia, quæ occurrunt agenda, vtrum sint bene vel male facta. Id enim per regulas & leges sine ordinationes Dei maxime cognosci potest. Intellectus eas conspiciens, & per eas consulens, disponens, & dirigens temporalia, dicitur ratio superior, quasi per superiora ratiocinans. Potest etiam intellectus circa corporalia & tēporalia versari etiam dupliciter, Primo ea cōspiciendo, contemplando, speculando, & in eis sistendo quod pertinet ad officium intellectus speculatiui Secundo, cōsulēdo rationes naturales, & leges humanas, circa tēporalia quæ occurunt agenda scilicet an sit bene vel male factum etiam per cōsequēs faciendū, vel non faciendū, recurrimus ad iudicatorium naturale, quod est synderesis, ex qua pendent omnia agibilia. Et consyderamus & applicamus leges dependentes ex ea, ad agibilia occurrentia. Secundum hæc intellectus dicitur ratio inferior, quia circa inferiora & per rationi, inferiores ratiocinatur & dirigit. & si illæ nō sufficiūt ad iudicādū & terminādū recurrimus ad supriorem legem.s. Dei præcepta aut consilia eius, quæ habent regulare & dirigere inferiorem rationē ac leges humanas. De his D. Aug & D. Thomas dicūtur, quod ratio superior & inferior est eadē potentia, sed distinguitur per diuersos actus, & diuersa officia, ac etiam diuersos habitus, qui attribuuntur eis. Nam rationi superiori attribuitur sapientia, & inferiori scientia. Ex premissis apparet cōuenientia inter rationem superiorem & inferiorem ex vno latere, & intellectum speculatiuum & practicum ex alio. Differentia.n. est ex actibus reciprocis sibi inuicem mutuo subseruienitibus. Ratio.n. superior habet actum & officium intellectus speculatiui & practici, est. n. de rationibus æternis conspiciendis in illis sistendo, vel consulendis & applicandis circa agibilia. Et eodem modo ratio inferior habet actū & officium intellectus speculatiui & practici, est.n. de rationibus naturalibus & legibus humanis conspiciendis & contemplandis ibi sistendo, quod pertinet ad intellectum speculatiuum. & etiam consulendis, applicando ad agibilla ocurrentia dirigenda. ¶ Notandum etiam, quod magna et lata est diferentia inter rationem superiorem et inferiorem, & portionem animæ superiorem & inferiorem. Quia ratio superior & inferior non important nisi vnam potentiam.s. intellectum. Et portio superior animæ importat potentias animæ organo corporeo non alligatas, quæ sunt intellectus & uoluntas. Portio vero inferior importat & significat potentia animæ, quæ sunt alligatæ organo corporeo. In quibus anima rationalis conuenit cum anima sensitiua aliorum animalum. Hæc differentia deseruit ad cognitionem multorum passiuum, & maxime ad cognoscēdum quomodo Christus erat viator et comprehensor, siue viator & beatus, quia secundum portionem superiorē erat comprehensor & beatus, quia intellectus eius clare videbat diuinā, essentiā, & voluntas eius pfectissime ea fruebatur. Sed erat viator secundū portionē inferiorē, quia uires eius inferiores.s. quinq; sensus exteriores, & quatuor interiores, & appetitus concupiscibilis, nō erant glorificatæ, sed passibiles & dispositæ ad terminādā, pro reparatiōe & redēptione naturæ humanæ suscipienda & toleranda

Marginal notes: *Rom. 1.* (beside "uinitas"); *12. de Ciu. Dei.* (beside "potentia, sed distinguitur"); *Christus erat uiator & cōprehēsor.* (beside "tat & significat potentia")

De

DE VOLVNTATE

CAP. III.

POST considerationem intellectus considerandũ est de Voluntate. Ad cuius euidentiam sciendum est quòd uoluntas dupliciter accipi potest, vno mõ large pro omni inclinatione, & sic attribuitur brutis Dicimus enim quod equus vult currere vel recalcitrare, hoc est inclinatus ad currendum vel recalcitrandum, hoc modo accipiendo, etiam attribuitur insensibilibus, & dicimus lapidem inclinantum velle cadere. Et Christus loquens de aere cõmoto, & vento corporali, qui dicitur spiritus, dicebat, Spiritus vbi vult spirat. *Ioan. 3.* Alio modo accipitur proprie scilicet pro inclinatione & appetitu intellectiuo, hoc est qui sequitur cognitionem intellectiuam, & non pro apetitu sensitiuo aut naturali, de quibus dictum est. Et quia triplex est intellectus, scilicet diuinus, angelicus, & humanus, ideo triplex est voluntas scilicet diuina, angelica, & humana.

A *§. primus* *De uoluntate diuina.*

21 VOLVNTAS diuina nõ differt ab intellectu diuino, sicut enim Deus ẽ suũ esse & sua essentia, sic ẽt est suũ intelligere, & suũ velle, & sic uelle & intelligere in deo sunt idẽ realiter, sed differunt rõne, ſm nostrũ modũ intelligẽdi, qui talis ẽ quòd res diuinas quæ sunt vnitæ, intelligimus vt plures, sicut inuenimus in nobis. Ex quo sequitur, quòd voluntas diuina non est accidens, sicut voluntas angelica & humana. Differt etiam voluntas diuina a voluntate angelica & humana, quia voluntas angelica & humana sunt finitæ, creatæ, & mutabiles, uoluntas aũt Dei est infinita, increata & immutabilis. quia nõ mouetur ab obiecto extrinseco, sicut voluntas creata, quæ secundum Philos. dicitur mouens motum Mouetur enim ab extrinseco eo modo quo dicimus quòd intelligere est mutari siue moueri, hoc est non esse eodẽ modo nunc sicut prius. Voluntas autem diuina nõ habet obiectum extrinsecũ, & intellectus eius est ipsamet, quæ dicitur & nominatur intellectus, eo quod cognoscit intelligit simul videt, & cõprehẽdit omnia, præterita, præsentia & futura, & (vt dicit Apostolus) vocat ea quæ non sunt, tãquam ea quæ sunt. Quicquid enim futurum vel præteritum fuit, pro quocunq; tẽpore & instanti æternaliter vidit, & voluit fieri pro tẽpore uel instanti temporis, pro quo factum fuit, aut fiet, Ideo dicebat per Malach. Ego enim Dominus, & non mutor. Et D. Iacobus, Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, sicut apud creaturas, quæ subiiciuntur tempori uel æuiternitati voluntas diuina naturaliter & necessario vult bonitatẽ & perfectionem suam, ac operationes ad intra. Non quidem necessitate coactionis, sed naturalis ordinis, quæ libertati complacentiæ non repugnat, secundum D. Agu. Non enim potest velle deus se non esse bonum, aut verum, aut Deum. Vnde Apostolus. Fidelis manet, seipsum negare non potest Alia tamen a se non necessario, sed libere vult. Vnde Psal. Omnia, quæcunque voluit, fecit. In eo enim summa libertas est, licet peccare non possit, quia (vt D Ansselmus dicit) Posse peccare non est libertas, neq; pars libertatis, sed imperfectio libertatis. Et licet omnia quæ vult, voluerit ab ęterno, & non possit mutari (vt dictum est) tamen ab æterno omnia libere uoluit.

3. de anima. *Rom. 4* *Mala. 3.* *Iac. 1.* *5. De ciui. Dei.* *2. Tom. 2.* *Psal. 113* *Lib. de lib arbit.*

Ver. 1. *De uoluntate signi & beneplaciti.*

B VOLVNTAS DEI licet in se non sit nisi vna, secundum tamen no-
22 strum modum intelligendi, dicitur plures, quam doctores Theologi primò diuidunt in voluntatem signi & beneplaciti. Et iterum voluntatem signi in præceptum, prohibitionem & consilium, & voluntatem beneplaciti, in effectiuam & permissiuam. Sicut enim ira est in Deo, quia in eo inueniuntur effectus, qui solent esse *Voluntas dei multiplex.*

hominis

An autem & quando teneamur conformare voluntatem nostram voluntati dei, & in quo uolito, infra dicetur.

Ver. 2. *De uoluntate antecedente & consequente.*

C

12 DAMASCENVS etiã diuidit voluntatem dei in antecedentem & consequentem non quòd in Deo sit aliquis ordo vel successio voluntatum, sed secundum nostrum modum intelligendi & ex parte volitorum. Videmus enim in naturalibus, quòd in qualibet actione considerandum est aliquid ex parte agentis, & aliquid ex parte recipientis, sicut patet in operatione naturæ quæ ex parte virtutis formatiuæ intendit quòd animal perfectum producatur, sed ex parte materiæ recipientis (quæ quandoque est indisposita) contigit quod quandoque non producatur perfectum animal, sed monstrum. Et sic dicimus quòd prima intentio naturæ est quòd animal perfectum producatur, sed quòd imperfectum animal producatur, est ex secunda intentione naturæ, quæ ex quo non potest materiæ dare formam perfectionis propter suam indispositionem, tradit ei id cuius est capax. Sic in operibus dei. Quia Deus omnes homines propter beatitudinem fecit, dicimus quòd vult voluntate primaria & antecedente omnes homines saluos fieri, & sic intelligitur dictum Apostoli, Deus omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Sed quia aliqui suæ saluti aduersantur, peccando, & transgrediendo præcepta, propter eorũ defectum sunt indispositi, & non sunt capaces beatitudinis Ideo dat eis Deus voluntate secundaria siue consequente, id quòd ad suam bonitatem secundum eorum dispositionem pertinet, & eos per iustitiam damnat, & deputat ad tormenta, ad quæ per peccata sua sunt dispositi. Datur communiter alia similitudo de iudice, qui voluntate antecedente vult omnem hominem viuere, tamen si inueniantur homicidæ & turbantes pacificum conuictum, vult illos occidi. Sic Deus vult antecedẽter omnes homines saluos fieri, consequenter verò peccatores damnari. D. August. prædicta verba Apostoli dicit debere intelligi vt sit distributio accommoda, vt sit sensus, Deus vult saluos fieri omnes homines qui saluantur. Alii dicunt debere intelligi vt sit distributio pro generibus singulorum, & non pro singulis generum & secundum hunc sensum Deus vult de quolibet statu hominum aliquos saluos fieri, mares & fœminas Iudæos & Gentiles, paruos, magnos, hac mediocres, non tamen omnes. D. Tho. dicit quòd Deus vult omnes homines saluos fieri in vniuersali, vel absolute, sed non secundum aliquas circunstantias in particulari. Absolutè enim bonum est hominem saluari, sed cum aliquo adiuncto non est bonum hunc peccatorem obstinatum saluari. Et quia consideratio in vniuersali & absoluta est prior quo ad nos, quã consideratio in particulari, & comparata, ideo voluntas absoluta & vniuersalis dicitur antecedens. Et voluntas alicuius rei in particulari est consequens. dat exemplũ de mercatore, qui vult oẽs merces suas saluare absolute voluntate antecedente, sed si consideret salutem suam esse in periculo submersionis, si merces non proiiciantur, non vult merces saluare. Hæc voluntas dicitur consequens. Exponit etiam de uoluntate signi, scilicet quòd Deus vult oẽs homines saluare voluntate signi quia dedit eis naturam ab beatitudinem ordinatam, & omnibus proposiut salutis media, præcepta, & consilia, sed non vult omnes saluare voluntate beneplaciti, propter eorum malitiam. Et sic apparet quòd in hoc conueniunt voluntas beneplaciti, & consequens, quia ambæ semper implentur. Conuenit etiam voluntas signi cum antecedente, quæ non semper impleatur, quia tamen vna vel alia Dei voluntas impletur, dicimus absolute, & simpliciter voluntatem Dei semper impleri circa aliquod particulare.

Lib. 1.

1. Tim. 2.

Super 2. c. 1. Tim. 2. & 1 p. q. 19. Ar. 6. ad. 1

§. 2. De Voluntate angelica.

1.p.q.59. VOLUNTAS Angelica est potentia naturalis ab essentia angeli fluens quia in D
clinatur ad bonum prosequendum,& malum fugiendum,prout eidem per intellectũ 22
eius proponitur. Hæc voluntas est creata vel concreata,& non est subsistens,sed accidens,& in secunda specie qualitatis, ad quam reducuntur omnes species naturales.
1.p.q.50. Et quia de Angelis in sacris literis hac in theologia plurima tanguntur, & concertã
art.1. tur in scholis,ideo pro declaratione terminorum hic aliqua dicenda sunt. ¶Et in pri
Angelus definitur. mis notandum quid sit Angelus. Angelus(sm cõiter scribentes) est substantia creata immaterialis,siue incorporalis,inuisibilis,incorruptibilis, & spiritualis intellectu perspicax,& voluntate pollẽs. Ex quo sequit quòd Angelus non habet nisi duas potentias naturales,scilicet intellectum & uoluntatem. Licet aliqui vltra illas vellint in eis esse potentiam essecutiuam,per qua appropinquant loco, & operantur in eo, Verum quia illa appropinquatio & executio per applicationem. Voluntatis absque alia potentia fieri potest, frustra videretur potentia executiua ab eius voluntate effi caci poni. Non enim est aliquid repugnans appetitui eorum, sicut in animalibus & homine, in quibus sunt indispositiones,in membris. Et quia voluntas Angeli est creata,& ipse creatus, sequitur quòd esse existentiæ eius distinguitur a sua essentia quia solus Deus est suum esse omnia autem alia creata habent esse participatum & dependens,Et sic quanuis Angeli sint immateriales, est tamen in eis cõpositio ex esse & essentia, & ex potentia & actu. Sunt enim in potentia passiua, non quidem corruptiua,sed receptiua,& habent successiue diuersos actus, & non sunt actus puri sicut Deus. Ex quo sequitur, quòd intellectus & voluntas angeli non possunt esse substantia,quia (vt dictum est) substantia creata non potest esse immediatum principium operationis Et sic essentia Angeli recipit intellectum & voluntatem, & eorũ perfectiones & conditiones. Vnde sequitur quod angelus est mutabilis, ex quo potest perfici. Ex hoc aũt quòd est immaterialis, hoc est, non habens habitudinem intrinsecam ad materiam, sequitur quòd non est capax quantitatis continuæ, neque qualitatum,alterabilium, quç per quantitatem insunt substantiæ, & quod duo Angeli non possunt solo numero differre, sed differunt ad minus specie cum principium
1.p.q.50. indiuiduationis numeralis de lege ordinata sit materia quantitate signata, non ec-
art.4. ceitas,vt quidam dicunt, sed citra vllam authoritatem & rationẽ. D. Paulus Rom. 1 asserat nos per visibilia in cognitionem inuisibilium peruenire, & ex consequenti in distinctionem eorum Nõ est tamen negandum quin Deus posset duos angelos eiusdem speciei creare,quia tunc daret eis alia principia indiuiduationis. Sequitur ẽt ex
1.p.q.51. illa immaterialitate,quòd angelus non potest esse actus siue forma intrinseca corpo-
art.3 ris nec vniri materiæ aut corpori intrinsece & essentialiter, hoc est communicare ei suum esse existentiæ, & fieri vnum suppositum cùm illo, & per consequens nec exercere opera vitæ sensibilis aut vegetabilis, quæ sunt videre corporaliter audire, gustare,vel generare, & alia huiusmodi Quanuis ex aere aut alia materia iã existẽti possit formare corpora fantastica, quibus potest dare formam & figuram accidẽtalẽ,sed non substantialem. In quibus corporibus sic assumptis potest aliqua opera si-
1.p.q.91. milia operibus uitæ exercere. Vnde Raphael dicebat. Cum esse uobiscum per volun
art.3. ta ẽ dei, videbar quidẽ manducare & bibere, ego autẽ cibo & potu inuisibili utor.
Tho.12. D.Tho post.D. Aug. ait quòd dæmones aliquando in corpore assumpto in figura fœ
3.de Ciuit. Dei. minæ susceperunt semen a viro quo recepto, & per accidentia conuenientia seruata proprietate caloris naturalis, per corpus in forma viri assumptum transfuderunt
1.p.q.51. in mulieres,& secuta fuit generatio,filii tamen non erant dæmones, sed viri cuius se
ar.3. ad 6. men transfusum fuit. Dicit.n. Idem Aug. Multi se expertos vel ab expertis se audisse confirmant,Syluanos & Faunos(quos vulgus Incubos & subcubos vocat) improbos sæpe extitisse mulieribus, & earum expetisse & peregisse concubitum. Vnde hoc negare impudentiæ videtur. Apparuerunt etiam dæmones in corporibus animalium & bestiarum,quæ designant conditiones eorum ex prouidentia dei, sicut angeli in forma hominum Abrahe, Iacob, Danieli,aliisq; multis in antiquo Testamento.

Et in

Et in nouo Gabriel Zachariæ,& D. Virgini, & vt habetur Lucæ primo, & Actorũ primo duo angeli in forma virorum post ascensionem Domini in vestibus albis,& vt habetur 2. Corinth. 2 ipse Satanas transfigurat se in angelum lucis & (vt dicunt practici morales) in forma probi & sancti uiri tentauit Christum. 2. Cor. 11. Mat. 4.

Ver. 1. *De cognitione Angelica.*

A QVVM angeli sint immateriales,cõsequens est quòd non accipiãt cognitionẽ
22 a rebus, sicut homines,quorum cognitio(vt dicitur in primo Poster.) ortum habet a sensu,& eam ob rem egent intellectu agente(vt dictum est) Angeli autem quibus ab initio inditæ fuerunt species intelligibiles luminosæ, magis vniuersales, quam sint species intelligibiles abstractæ in hominibus, non egent intellectu agente, sic quod minimus angelus naturaliter plura distinctius & clarius cognoscit per unã speciem,quam homo etiam per plures acquisitas. Et inter angelos superior (qui habet species vniuersaliores) plura clarius & distinctius intelligit, quam angelus inferior per plures species minus vniuersales. Vnde sequitur, quod angeli quanto sunt superiores,tanto minores habent species, per quas intelligunt absq; cõpositione,diuisione,& raciocinatione. Intelligunt enim omnia creata,& veritatem illorum adeo clare vt circa naturalia errare nõ possint sicut nec homo circa prima principia. Angeli licet successiue videant omnia quæ a rebus naturaliter pendent,non tamen cognoscunt futura contingentia quæ a causis impedibilibus pendent,nec ea quæ pẽdent a voluntate dei,aut hominum,vel aliorum angelorum. Licet cognoscãt habitus animæ,& species intelligibiles in esse qualitatis,non tamẽ conoscunt cogitationes cordium siue conceptuũ,nisi inquantũ eis reuelantur vel in verbo,vel in propria natura per species influxas,quia cognoscere talia est proprium dei,qui sibi hoc reseruauit Vnde Esaias dicebat, Anunciate quę ventura sunt nobis in futurũ,& sciemus quia dii estis vos. Et Hiere. Ego Dominus scrutans cor,& probans renes. Et Apost. 1. Cor. 2. Quis enim scit hominum quæ sunt hominis,nisi spiritus hominis qui est in ipso? Et pariter dicendũ est de die iudicii,de quo Mar. De die illa & hora nemo scit neque Angeli in cœlo. 1. p q. 55. artic. 2. 1. p. q. 55. artic. 3. Esa. 41. Hier. 17. 1. Cor. 2. Mar. 13.

Ver. 2. *De modo Cognitionis Angelicæ.*

B ANGELVS triplici modo dicitur res cognoscere. Primo per species inditas
23 infusas, prout in propria natura consistunt. & hæc cognitio dicitur vespertina. Secundo per cognitionem rerum in uerbo, & talis dicitur matutina. Sed quia angeli duplicem habent cognitionem verbi, vnam naturalem,& aliam gloriæ, naturalem quidem, qua cognoscunt verbum per eius similitudinem in eorum natura relucentem,in qua etiam relucent omnes creaturæ inferiores & talis cognitio(quæ fuit in primo instanti eorum) secundum D. August. dicitur matutina imperfecte scilicet respectu cognitionis rerum in propria natura siue per species inditas In illa cognitione naturali verbi in angelica natura relucentis, consistebat eorum beatitudo naturalis, in qua creati sunt. Vnde in libro de Ecclesiasticis dogmatibus dicitur,quòd Angeli in illa qua creati sunt,beatitudine perseuerant,quam non natura,sed gratia possidẽt. Per hanc tamen non erant beati simpliciter, quum essent maioris perfectionis capaces & ab illam possent deficere, sicut quidam illorum defecerunt,sed erant beati secundum quid prout Philosophus dicit aliquos in hac uita beatus non simpliciter, sed ut homines. Aliam uerò habent uerbi cognitionem, quæ dicitur gloriæ qua cognoscunt verbum per essentiam,& non per similitudinem. Et hæc dicitur matutina,perfecta, & clarissima, & hanc non habuerunt in primo instanti,sed in secundo post liberam electionem,postquã fuit eis communicata clara diuinæ essentiæ uisio,in qua cognouerunt clare ipsam diuinam essentiam & suam & res ipsas in sua natura existentes. Et hæc dicitur simpliciter & absolute,cognitio matutina. Alia uero cognitio uerbi,per similitudinem verbi in sua natura relucentem,respectu cognitionis gloriæ,dicitur uespertina & obscura,sed respectu cognitionis rerum,quas habent per species inditas,dicitur matutina. Et sic accepit D. Aug. cognitionẽ matutinã, quũ explicat illud Gen. 1. Factum est uespere mane dies vnus in primo instanti creationis 1. p. q. 58. artic. 6. Super Gen. ad lit. 1. Ethic. Gen. 1.

E 2 rerum,

rerum. Prædictæ autem tres cognitiones sunt per diuersa media sibi inuicem subordinata, quorum vnum perficit aliud, ideo nõ repugnant esse simul. Alius modus cognoscendi est per reuelationem siue illuminationem, de qua dicendum est.

Ver. 3. *De motu locali Angelorum.*

Ex hoc quod angelus est immaterialis & incorporalis, sequitur quod est indiuisibilis, & quod non occupat locum, nec potest proprie moueri motu locali, neque esse in loco circumscriptiue, sic quòd circundetur & mensuretur superficie corporis locantis per contactum quantitatis, quum non habeat quantitatem, licet possit esse in loco per contactum virtutis, siue per operationem. Virtus enim naturalis etiam minimi angeli (secundum diuum August.) tanta est quòd omnia corporalia & materialia ei obediunt ad motum localem infra sphæram actiuitatis eorum, nisi impediantur a Deo, vel superiore eorum, sic quòd si Deus permitteret, posset totam vnam ciuitatem integram transferre ex uno loco ad alium, quemadmodum (ut authentice habetur in registris D. Virginis a Laureto) transtulerunt cellam integram, in qua conceptus fuit CHRISTVS, a Nazareth vsque ad Illyricum, & ab eo illyrico vsque ad nemus cuiusdam bonæ dominæ, & ab illo loco ad eum in quo nunc est, cum maxima totius ecclesiæ Christianæ ueneratione. Contactus virtutis angelorum in loco fit per applicationem cognitionis loci & operationis, ad efficacem voluntatem operandi. Quando angelus considerat locum & operationem, & efficaciter vult illam perficere in tali loco virtute sua contingit locum, & dicitur esse in loco diffinitiue, sic quòd quando est in uno, non est in alio extra sphæram suæ actiuitatis, quia infra sphærã in una cela põt in pluribus particularibus locis operari diuersas operationes, & per consequens esse in diuersis locis particularibus. Non enim potest esse vbique, sicut Deus qui est vbique per præsentiam, potentiam & essentiam, quia dat cunctis esse, videt omnia, & sunt illi præsentia, & ad omnia potestas eius se extẽdit. Est etiam in aliquibus illorum specialius per specialem operationem. Angeli autem cum sint finiti, & limitati non sunt vbique per essentiam, quia nulli dant esse per se, neque per præsentiam, quia non uident omnia per unam speciem, neque per potentiam, quia eorum virtus & potentia non se extendit simul ad omnem locũ sed ad certam distãtia, & infra sphæram actiuitatis eorum, infra quam tamen possunt in pluribus locis partialibus operari, vt dictum est, quia hoc potest homo, sed non in pluribus locis totalibus. Locus autem totalis angeli est, qui respondet sphæræ uirtutis & actiuitatis eius, quia quum angelus sit in loco, per hoc quod uirtus eius contingit locum per modum continentis perfecti, & non habeat nisi determinatam virtutem, & certam sphæram actiuitatis, igitur non potest esse in pluribus locis totalibus, nec angelus qui mouet primum mobile, dicitur esse per totum vniuersum inferius, quia non applicat immediate uirtutem suam nisi in oriente, & ideo ibi dicitur esse a Philosopho, licet virtus eius deriuetur ad alias partes, & ad alios cœlos, ac ad inferiora sicut uirtus figuli mouentis in una parte rotam. Non possunt etiam duo angeli in eodem loco esse, nisi forte materialiter, quum angelus non sit in loco nisi per operationem, & duo angeli non habeant unam & eandem operationem circa eundem locum, quia unus superflueret. An autem possint esse nusquam, dubiũ est, quia cum angelus sit in loco per operationem & applicationem virtutis circa locum, & possit ab illa cessare, uidetur esse nusquam, hoc est, in nullo loco. Aliqui tamen probabiliter tenent oppositum, propter ornatum sedium cœlestium eis deputatarum propter quẽ ornatum etiam si alibi operentur, quum custodiunt homines, non desinũt esse in illo loco. Vnde Math. 18. dicitur. Dico enim vobis, quod angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei qui in cœlis est. Et sic quamuis possint desinere esse in locis extrinsecis, non tamen possunt derelinquere loca ad quæ ornanda fuerunt deputari a principio suæ naturæ. In quibus aliter dicuntur esse, quam in inferioribus, quum circa ea operantur. Et sic non sunt eodem modo in duobus locis totalibus. Si quæratur quid sit ille ornatus, quum erimus in patria, videbimus. Quidã dicũt quòd est quædã refulgentia claritatis ex præsentia angelis acceptãtis illũ locũ, & sic

1. p. q. 52. art. 1.
3. de Tri.
Cella in qua conceptus ẽ christus, quomodo & quoties translata fuit.
Contactus uirtutis angelorũ quomodo fit.
1. p. q. 52. art. 2.
Math. 18.

& sic sunt semper ibi per effectum, quia illa refulgentia semper manet, & non eorum virtus quãdo operantur in allio loco, & sic quãdo cessant operari in aliis locis redeunt ad illam residentiam, per quam sunt ibi definitiue, quia nulla videtur ratio quare angeli boni sint nusquam, & deserant locum eis ordinatum. Lucifer autẽ cum angeli suis priuatus est illo loco, & per diuinam iustitiam deputatus in inferno vel in aere vsque ad diem iudicii, & sic nec boni nec mali possunt esse nusquam. Et quia possunt applicare virtutem suam mobili in loco & mobile corporale successiue per transit medium, ideo angeli dicuntur localiter moueri, per transenndo medium, non quidem per se, sed per operationem suam. Possunt etiam moueri de loco ad locum, non pertranseundo medium, quia cum sint in loco per applicationem virtutis, possint applicare virtutem suam vni loco, puta Tholosæ, & postmodum alteri, puta romæ, non applicando virtutem locis intermediis, & sic non pertrãseunt illa, sed dimictũt, Corpus autem non potest moueri nisi pertranseundo, medium quum hoc sit de ratione motus corporalis. Non potest etiam angelus moueri in instanti, quanuis possit esse in loco, & operari in eo in instanti, quia in omni motu est prius & posterius, sed prius & posterius numerantur secundum tempus continuum vel discretum iu quo constat plura instanria esse. Si angelus operatur successiue in loco, pertranseundo medium, prius & posterius illius motus mensuratur tempore continuo. Si vero angelus in vno instanti operatur in vno loco, & non successiue, pertranseundo medium, & quum operatus est in illo loco, postea operetur in alio, illæ duæ operationes succedentes vna post aliam mensurantur duobus instantibus, quæ faciunt tempus discretum, & talis motus est discretus. Sed difficultas est quando dicantur moueri, quia non in primo instanti, quum iam non mutent locum, nec in secnndo, quia tunc mutatus est. Quidam dicunt quod in primo quum incipit habere iudiciũ applicationis virtutis suæ ad alium locum, illa operatio prima cum habitudine ad secunda, est motus discretus, qui plurimum distat a motu continuo.

Ver. 4. *De Mensura & Duratione Angelorum.*

A

23 PROPTER Immaterialitatem Angelus non subiicitur tempori continuo, neque mensuratur eo nec quo ad essentiam suam, nec quo ad operationes, sed quo ad essentiam suã mensuratur æuiternitate, & quo ad operationes, tp̃e discreto Ad cuius euidentiã sciendũ est quod tres sunt modi essendi, & ꝑ cõsequẽs tres mesuræ duratioñũ. Esse eterno, esse imateriale, siue pure spirituale creatũ, & esse corporale. Eternũ dr̃ quod habet, totum suum esse simul, per quod non habet principium neque finem. Tale esse non inuenitur nisi in Deo, qui solus est æternus. Eternitas dicitur mensura durationis illus, non quidem realis, quia Deus est sua æternitas, & sua mensura, quia quum sit infinitus nullum extrinsecum potest illum mensurare. Verutamẽ secũdũ nostrũ modum intelligendi dicimus eternitatẽ esse mensuram dei quia quemadmodũ mensura est æqualis mensurato, sicut locus locato in istis inferioribus, sic eternitas, quæ est duratio infinita, est æqualis æretno, quod est etiam infinitum. Esse immateriale siue pure spirituale & æuiternum idem sunt & dicitur. Euiternum, quia habet quidẽ principium sed nõ habet finẽ, & non subbiicitur per se motui continuo, & per consequens, nec tẽpori, quòd est mensura motus Euiternitas autem est mensura angelorũ & spiritualium creaturarũ Esse materiale, & corporale, & temporatum, idem sunt, & dicitur quod habet principiũ, & aliqñ finẽ, subiiciturque motui Corpora.n. cœlestia (quæ sunt incorruptibilia) subiiciũtur motui, & per consequẽs dicũtur tp̃ata, quorum mẽsura dr̃ tẽpus, vt ex eius definitione manifestum est. Hæc mẽsura siue tẽpus est subiectiue in primo mobili, & mensurat ipsum intrinsece, alia ãt mẽsurat extrinsece, & fundatur in quantitate apta ad motum Euiternitas aũt, qua mensurantur essentiæ angelorũ, est subiectiue in primo & nobilissimo angelo, quæ mẽsurat eum intrinsece, & durationem essentiarũ aliorũ extrinsece, & fundatur in virtute operandi, sicut tempus in quantitate apta ad motum. Continet autem hæc

Tres modi essendi.

Aeternum quid sit.

Aeuiternũ quid sit.

Tẽporatum quid sit.

æuiternitas tempus discretum, quod habet suos annos, menses, dies, & instantia discreta, quæ mensurant durationem operationum angelorum. Qualibet enim operatio angeli mensuratur per instans discretum, de cuius ratione non est indiuisibilitas, sicut est de ratione instantis temporis, quia instans discretum angeli, licet possit solum durare per instans temporis, non tamen est semper necesse, quia circa vnum obiectũ & operationem potest quantum vult immorari, & sic mensura vnius operationis angeli quantuncunque duret, dicitur vnum instans, quod respondet & coexistit tempori nostro. Vnde in Dan. dicitur quod princeps Persarum restitit Gabrieli vno & viginti diebus, qui in ordine ad angelum nõ erant nisi vnum instans & vna operatio. Ex pluribus autem instantibus constituitur tempus discretum, quo mensurantur plures operationes angelorum sibi succedentium, & quanto plures sunt operationes, tanto maiori tempore discreto mensurantur. Et ideo tempus discretum habet suos annos, menses, dies, & horas Quomodo autem differat duratio vnus operationis ab alia, & quomodo vnum instans temporis discreti est maius altero, & quot instantia siue operationes requirantur ad horam, diem, mensem. aut annum, nondum nobis compertum est, ipsi tamen angelis est notum & euidens. Mensura hæc æuiternitatis fuit ab initio in Lucifero, qui erat primus & perfectissimus omnium angelorũ & qui in primo instanti nobiliorem operatione naturalem circa Deum (vt principium naturæ) habuit Quia tamen illam infecit culpa sua, hac mensura priuatus est, & sic mensura operationis naturalis in illo angelo qui post eum nobilior remãsit in cœlis, est æuiternitas, quæ, vt dictum est, intrinsece mensurat essentiam eius, & extrinsece aliorum Operatio autem illa naturalis qua cognoscit & diligit Deum vt principium naturæ, est æuiterna, & nunquam habebit finẽ, & secundum comparationem ad illam, aliæ eius operationes & omnium aliorum angelorum mensurantur. nõ enim incõuenit ponere in angelis plures operationes subordinatas, nec etiã inconuenit operationem angeli esse vnam materialiter, & plures formaliter, secundum diuersos modos cognitionis. Vnde dilectio dei, quæ in primo instanti ab omnibus angelis elicita fuit, & a solis bonis libere continuata per clarã visionem, secundũm instans fecit. Duratio Angelorum incepit in creatione mundi, iuxta illud Prouerb. 16. Qui viuit in æternum, creauit omnia simul. Ideo D Aug dicit quod quum Moyses recitans creationem rerum dixit, In principio creauit Deus cœlum & terram per cœlum intellexit naturam angelicam, & per terram naturam corporalem, nec est verisimile quod Deum, cuius perfecta sunt opera, naturam angelicam seorsum creauerit, quia quum natura angelica sit pars vniuersi non fuisset perfecta, Nulla enim pars est perfecta, a suo toto separata. Quanuis contrarium non sit reputandum erroneum, præcipue propter sententiam Gregorii Nazianzeni, cuius tanta est in doctrina Christiana authoritas, vt nullus vnquam eius dictis infere calumniam presumpserit, sicut nec Athanasii documentis, vt D. Hier. dicit, qui etiam circa hanc materiam illi assentire videtur, ait enim, Vix sex millia nostrorum peraguntur annorum quanta putas annorum millia præcessisse, in quibus angeli Deo seruierunt? Fuerunt autem creati in cœlo Empyreo. Vnde Damascenus dicit, cœlum Empyreum mox vt creatum fuit angelis repletum.

[Margin notes: Dan. 10. — 1. p. q. 61. ar. 2. & 3. — Super gen. ad lit. — Greg. Nazanzeni in doctrina autoritas. — 1. p. q. 61. art. 4.]

Ver 5. *De illuminationem Angelorum.*

[Margin notes: 1. p. q. 106. art. 2. — art. 3. — artic. 4.]

DIVVS Dionysius. 8. Cap. Cœlestis Hierarchiæ dicit quod angeli secundæ Hierarchiæ purgantur & illuminatur ac perficiuntur per angelos primæ, & angeli tertiæ, per angelos secundæ, & homines per angelos, & non econuerso quia dicit hanc legem diuinitatis immobiliter firmatam vt inferiora reducantur in Deum per superiora. Et sic inferiores angeli nunquam illuminant superioriores, licet eis loquantur, sed bene a superioribus illuminantur inferiores, idque loquendo, & sic locutio superiorum angelorum dicitur illuminatio, & non inferiorum. Hæc autẽ illuminatio superiorũ fiet vsque ad diem iudicii generalis de his, quæ pertinent ad dispositione mundi, & præcipue ad electorum salutem. Ad quorũ euidẽtiã sciendum est quomodo fiat huiusmodi illuminatio & locutio. Illuminare nil aliud est, quàm

B 24

est, quam manifestationem agnitæ veritatis alteri tradere. Secundum quem modum dicit Apostolus; Mihi autē sanctorū minimo data est gratia illuminare omnes, quæ sic dispensatio sacramenti absconditi a seculis in deo, Illuminatio proprie dicta, est manifestatio veritatis, secundum quod habet ordinem ad Deum. Et ideo dæmones superiores non illuminant inferiores sed eorum manifestatio sub locutione continetur. Hæc autē illuminatio non fit per impressionem alicuius similitudinis siue spēi, aut alicuius creati, a superiore angelo in intellectu inferioris, quia nulla creatura neque angeli boni aut mali possunt illabi menti, hoc est immediate aliquid causare, vel imprimere intellectui aut volūtati, quæ mentis nomine comprehenduntur, neque immediate, effectiue mouere. sed solū per modū obiecti, Fit aūt hæc illuminatio dupliciter, primo per confortationem intellectus minoris angeli. Quemadmodū.n. virtus imperfectioris corporis confortatur ex situali propinquitate perfectioris, etiā si nihil reale imprimat, vnde debilis & timoratus ad præsentiam robustissimi, quem videt paratū ad defendendū ipsum, fortificatur, & prorrumpit in audaciam, qui antea erat semi desperatus, sic virtus intellectiua inferioris angeli confortatur ex conuersione superioris angeli ad ipsum. Hoc enim facit in spiritualibus ordo conuersionis, quod facit in corporalibus ordo localis propinquitatis. Secundo fit illuminatio per modum partitionis, quando vnus angelus manifestat alteri veritatem ex parte similitudinis intellectæ, quia (vt dictum est) superior angelus notitiam veritatis accipit in vniuersali quadam cōceptione, ad quam capiendam intellectus inferioris angeli nō est pro portionatus neque sufficiens, sed est ei connaturale, vt magis particulariter veritatē accipiat. Superior vero angelus veritatem quā vniuersaliter accipit distinguit, vt ab intellectu inferioris capi possit, & sic eum cognoscendam proponit, sicut apud nos doctores quod in summa capiunt, multipliciter distinguunt, prouidentes capacitati auditorum. Et hoc est quod D. Dion. dicit. una quæque substantia intellectualis datam sibi a diuiniore vniformem intelligentiam propria virtute diuidit, & multiplicat ad inferiores sursum ductricem analogiam. Et hoc modo superiores angeli loquuntur inferioribus de reuelatis a deo, vel de suis conceptibus & cogitationibus, aut volitionibus particularibus Omnis enim illuminatio est locutio, sed non econuerso. Quod autem angeli loquātur, attestatur D. Greg. & Apost. Si linguis loquar hominum aut angelorum. Locutio inferiorum angelorum ad superiores nil aliud importat, quam simplicem manifestationem conceptus intellectus, aut voluntatis, quæ fit cum inferior angelus conuertitur ad superiorem, & vult quod superior uideat aut, cognoscat cogitationes & volitiones suas, quod nisi vellet, nullus quantuncunque superior angelus ea uidere posset. Hoc enim est solius dei qui non solum cognoscit, sed etiam aliis reuelare potest prout faciet in die iudicii, cum libros conscientiarum aperiet iuxta illud, Libri aperti sunt, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris. In hominibus, autem clauditur mens hominis quo ad alios homines, ne videant cogitationes interiores, duplici impedimento. Primum est voluntatis, quo soluto angeli & sancti cognoscūt eorum cogitationes, & affectiones. Aliud impedimentum est grossities corporis, & ideo antequam homo videat, conceptum vel cogitationem, non sufficit quod ipse velit illum cognoscere, sed oportet, quod ad hibeat aliquod signum sensibile, vt puta vocem vel scripturam, nutus, aut alia signa exteriora. Vnde D Greg. dicit, Alienis oculis intra secretum mentis quasi post parietem stamus, sed quum manifestare nos ipsos cupimus, quasi per linguæ ianuam egredimur, vt quales sumus, extrinsecus ostendamus. Hoc autem obstaculum non est in angelos, ideo quam primum vult, quod alius cognoscat, statim cognoscit. Et illa voluntas qua vult alium scire, lingua metaphorice dicitur, & locutio interior, ad quam quantum ab bonos, vel sanctos qui semper se vident in verbo, non oportet ponere aliquod excitatiuum. Sed quia angeli in statu naturæ conditæ sibi loqui poterant, & nunc dæmones sibi inuicem loquuntur, ideo oportet ponere excitatiuum, quod non videtur aliud, quam illa conuersio intellectus, & voluntatis ad alium. Nec est imaginandū quod vocibus, aut signis loquā.ur quia illa per

Margin notes: *Illuminatio angelorum quid sit, & quomodo fit* — Ephe. 3. — 1. p. q. 109 art. 3. — 15. c. Cale sti. hier. — 2. Mora. — 1. Cor. 13. — *Locutio inferiorū angelorumad superiores quomodo fit* — C 24 — Apoc. 20. — 2. Mora.

tinent ad exteriorem locutionem, quæ non inuenitur in angelis. Sicut ergo per signum sensibile excitatur sensus hominis, ita per conuersionem & ordinationem intelligibilis excitatur mens angeli ad aduertendum, Potest aũt loqui pluribus aut vni soli, prout ordinat conceptum suum vni vel pluribus. Et supremus angelo infimo,
1 p.q.113 immediate sicut angelus potest illuminare hominem prætermissis mediis angelis
ar.2.ad 2. qui sunt sub eo, secundum D.Thomam, Loquuntur etiam Deo non per manifestationem alicuius quod prius esset occultum (quum Deo nihil possit esse occultum) C 23
sed per conuersionem, ordinando se in Deum, non quod aliquid ei cōicent, sicut in locutione humana doctor conuertit & ordinat se ad discipulum, sed potius vt recipiant, prout discipulus loquitur magistro, petendo aut laudando ipsum, sicut & nos (suo tamen modo) interrogando aut cousulendo diuinā voluntatem de agendis, vel
Zach.1. etiam diuinam assentiam quam apprehendunt admirando Vnde D Greg. dicit quod angeli loquuntur Deo, quum per hoc quod super semetipsos respiciũt, in motum admirationis surgunt. Vnde Zac. respondit Deo, & dixit. Domine exercituum vsque quo non misereberis Hierusalem?

Ver.6. *De numero & multitudine Angelorum.*

1.p.q.5. art.3 Dante. Apoc.7. MAGNAM esse multitudinem angelorum constat ex Daniele, vbi dicitur, Milia milium ministrabant ei, & decies centena milia assistebant ei. Et ex Apoca. vbi post numerata centum quadraginta quatuor millia signatorum, dicitur, Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus populis & linguis. Sed quilibet illorum prædestinatorum habent angelum, de infimo ordine, in custodiam deputatum, imo & reprobi. Vnde sequitur quod numerus erit valde magnus, & de difficili numerabilis, Daniel autem scripsis numerum determinatum pro inde-
Mat.18 terminato, quemadmodum CHRISTVS, Vsque septuagesies, septies hoc est toties quoties. Vnde D. Diony. nono c. Cælest. Hierar. dicit, Multi sunt beati exercitus supernarum mentium, infimam & astrictam nostrorum materialium numerorũ commensurationem excedentes Cuius ratio esse potest, quia quāto aliqua sunt magis perfecta, tanto in maiori excesso sunt creata a deo, vt patet discurrendo per singula, incipiendo a terra, sic quod sphæra actiuorum & passiuorum siue corruptibilium est quid modicum respecti corporũ cælestium. Sic substantiæ immateriales quæ dicuntur angeli, excedunt secundum multitudinem quasi incomparabiliter numerorũ substantiarum corporalium & materialiũ Et quia multitudo inordinata generat & parit confusionem, necesse est dicere quod moltitudo, quum sit a Deo, sit ordinata iuxta illud Rom.13. Quæ a Deo sunt ordinata sunt. Ideo de ordine angelorum per hierarchias & choros dicendum.

Ver.7. *De Hierarchiis & Choris Angelorum.*

1.p.q.108 DIVVS Dionysius sexto capit. Cœlestis Hierarchiæ, dicit angelo a principio suæ creationis fuisse ordinatos & distinctos atque diuisos in tres hierarchias & quamlibet hierarchiam in tres gradus siue choros, qui dicuntur Ordines, accipiendo ordinem pro gradu & choro. Nā & ipsa Hierarchia ordo dici potest Hierarchia secundum D.Dionysium nihil aliud est, quam sacer principatus. Ad cuius euiden-
Hirarch. quid sit. tiam sciendũ est quod nomen principatus (quum sic relatiuum) duo importat & includit, scilicet principem, & multitudinem sub principe, Accipiendo principatum pro principe non est nisi vnus princeps supremus, scilicet Deum, qui est princeps nō
Apoc.19 Mat.ult. Ephe.1 solum angelorum, sed etiam hominum, aliarunque creaturarum. CHRISTVS etiam super omnes creaturas, in cuius femore scriptum est, Rex regũ, & Dominus dominantium. & Matth. vltimo mihi data est omnis potestas, & quem dedit caput super omnem ecclesiam, scilicet angelorum & hominum, triumphantem & militantem Christus post resurrectionem Ecclesiæ militanti subrogauit D. Petrũ principem, & post eum successores, dicendo, Pasce oues meas. Petrus autem subroga-
n.21 uit in diuersis partibus siue diœcesibus, alios, in quorum locum successerunt episcopi, & Apostoli constituerunt Rectores, qui successerunt discipulis, vt habetur in can. In nouo vigesimaprima distinct. omnes tamen ad vnam hierarchiam & vnum

principa-

principatum pertinent, quum sint ordinati sub vno principe Deo. Si verò consideremus principatum ex parte multitudinis (secundum quòd multitudo diuersimode ordinatur ad Deum) erunt diuersæ multitudines & per consequens diuersi principatus, sicut sub vno rege sunt multæ prouinciæ, quæ diuersis reguntur legibus. Homines enim alio modo illuminationes recipiunt a Deo, quàm angeli, quia recipiunt eas sub visibilibus similitudinibus aut sacramentis. Angeli verò in intelligibili puritate, hoc est spiritualiter. Ideo omnes in hoc conuenientes, dicuntur constituere vnam hierarchiam Ecclesiasticam, quæ dicitur Ecclesia Militans, quæ est quodammodo (non tamen in omnibus) exemplata ad instar Triumphantis. Potest tamen distingui in tres hierarchias, & quælibet in tres ordines. Prima hierarchia est maiorum prælatorum & continet tres gradus, scilicet summus Pontificatus, Archiepiscopatus, & Episcopatus. Ad pontificatũ summũ reducitur Cardinalatus (sunt enim eius coadiutores) ad Archiepiscopatum Patriarchatus, qui non solùm in vna prouincia aut regno habet iurisdictionem, sed in pluribus. Horum officium est purgare & illuminare verbo & exemplo per honestam & irreprehensibilem conuersationẽ. 1. Timoth tertio. & arcere lupos & malos a gregibus, per censuras & pœnas Ecclesiasticas, vt Apostolus fecit. Secunda hierarchia est mediorum prælatorũ, qui accipiunt directionem a maioribus & habent aliis ministrare aliqua ordinariè, aliqua verò ex commissione, & hæc habet diuersos gradus. Quidam eorum sunt abbates, qui ex commissione habent benedicere, & aliquando confirmare. Alii sunt priores & decani collegiorum. Alii verò sunt rectores siue curati. Ad hos omnes pertinet administrare sacramenta, Ad curatos reducuntur in inferioribus ordinibus constituti, quia sunt illorum ministri. Tertia Hierarchia est plebeiorum, ad quos non pertinet ministrare spiritualia sacramenta, sed solùm recipere. Et habet tres gradus, scilicet virginum, continentium, & coniugatorum. ¶ Alia est multitudo bonorũ angelorum, quæ dicitur Ecclesia triumphans. Et hæc habet tres hierarchias, hoc est tres modos recipiendi illuminationes. Prima hierarchia recipit immediate illuminationes a Deo. Et Angeli huius hierarchiæ a diuo Dionysio dicuntur collocari in vestibulis Dei. Hæc habet tres gradus siue choros aut ordines. Primus & supremus dicitur Seraphim, quod nomen fuit impositum ab excessu charitatis. Angeli huius ordinis excedunt alios in ardore & feruore charitatis, ad quam patenter inferiores excitant. Secundus Chorus est Cherubin, quod nomen impositum est ab excessu scientiæ. Vnde interpretatur plenitudo scientiæ. Et angeli huius chori excedunt omnes alios inferiores in cognitione, quam copiosè in alios effundunt. Tertius chorus dicitur Thronorum, & angeli huius chori habent excellentiam super inferiores in hoc quòd possunt immediate in Deo rationes diuinorũ operum cognoscere Et hoc commune est omnibus hierarchiis, quòd excellentia inferioris continetur sub superiori, & est minor, & nõ ecõuerso. ¶ Secunda hierarchia angelorũ est multitudo illorum qui recipiunt illuminationes siue reuelationes diuinorum non immediate a Deo, sed ab angelis primæ hierarchiæ, quas illuminationes & reuelationes affundunt in inferiores, & sic illuminantur & illuminant. Angeli primi ordinis huius hierarchiæ illuminantur a Seraphim, & illuminant angelos primi ordinis tertiæ hierarchiæ. Et Angeli secundi ordinis à Cherubin, & illuminant angelos secundi ordinis tertiæ hierarchiæ, & angeli tertii ordinis illuminantur a Thronis, & illuminant angelos tertii ordinis tertiæ hierarchiæ, Et sic ordines primæ hierarchiæ correspondent angelis, secundæ, qui eis subordinantur, & ordines secundæ ordinibus tertiæ Hæc secunda hierarchia habet tres choros siue ordines. Primus est Dominationum, & angeli huius chori habẽt præcipere de agendis. Domini enim est præcipere. Secundus chorus est potestatum. Potestatis autem nomen ordinationem quandam designat, secundum illud Apostoli. Qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit. Et Angeli huius chori habent ordinare circa susceptionem diuinorum, & circa actiones diuinas, quas superiores in inferiores agunt, eas sursum ducendo. Tertius chorus dicitur principatuũ. Principari verò (vt D. Gregorius dicit) est inter reliquos

Prima hierarchia Ecclesiæ Militantis. 1. Cor. 5.

Secunda hierar. eccl. Militantis.

Tertia hierar. eccle. Milit.

Prima hierar. Angelorum. 7. c. Cœlest. hier.

Seraphim *Cherubim*

Throni:

Dominationes: *Potestates.* Rom. 13. *Princip.*

9.c.Celest. Hierar. liquos priorem existere. Et sic illi dicuntur principari, qui quasi primi sunt in executione eorum quæ imperantur. Et ideo D. Dionysius dicit, quòd nomen principatuum significat ductum cum ordine sacro. Illi enim qui alios ducunt primi inter eos Psal. 67. existentes, principes proprie vocantur, iuxta illud Psal. Præuenerunt principes coniuncti psallētibus. ¶Tertia hierarchia est inferiorum angelorū qui illuminantur a suis superioribus, & nō illuminant alios angelos, licet illuminēt homines. De hac enim hierarchia mittuntur à Deo in hunc mundū, ad salutē hominū, Et licet Apost. dicat, Heb. 1. quòd oēs Angeli sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatē capiunt salutis veruntamen non immediatè, sed mediantibus angelis tertiæ hierarchiæ. Angeli enim primæ hierarchiæ immediatè, recipiunt a Deo, & mittūtur ad illuminandos angelos secundæ hierarchiæ, & ad manifestandum eis mysteria salutis hominibus exhibenda per angelos, qui deputati sunt executores Et ideo illi dicuntur specialiter & immediatè mitti. Ex quorum nominibus aliqua executio datur Ordo Virtutum intelligi, vt nominibus quinque inferiorum. & nō quatuor superiorū. Hæc hierarchia habet tres choros siue ordines. Primus chorus & ordo dicitur virtutum qui importat 9.c. Celest. hierar. quendam excessum fortitudinis. Vnde D. Dionysius dicit quòd nomen virtutis significat quandam virilē & inconcussām fortitudinem. Primò quidem ad operationes diuinas conuenientes. Secundò ad suscipiendum diuina, & significat quod sine timore aliquo aggrediuntur diuina, quæ ad eos pertinent, & per hos fiunt curationes, Secun- Archangelorum ordo. dus chorus est Archangelorū, qui dicuntur princeps inferiorum angelorum, ſm D. Greg quasi magna annunciantes. Huiusmodi præsident prouinciis & communitati- Dan. 10. bus, vt legimus de Michaele & principe Persarum. Tertius chorus est eorum, qui Angeli qui dicantur. retinent nomen communissimum, & dicuntur Angeli. Angelus autem interpretatur nuncius. Et quia omnes cœlestes spiritus sunt manifestatores diuinorum arcanorum, ideo Angeli & nuncii vocantur. Sed superiores Angeli habent quādam excellentiam supra communem manifestationem, a qua superiores ordines speciali nomine vocantur. Infimus autem angelorum ordo nullam excellentiam addi, supra communem manifestationem, & ideo a simplici manifestatione nominatur. Et sic nomen commune remanet infimo ordini (vt D. Dionysius dicit) Vel potest dici infimus, quia An- 4.c. Celest. hierar. geli huius hierarchiæ nobis immediate annunciant, Ex isto ordine sunt Angeli ad custodiam hominum deputati (ſm D. Thomam) quia ad infimum gradum (ſm D. Gregorium) pertinet minima nunciare Hoc autem videtur esse minimum in officio Angelorum procurare ea quæ ad salutem hominis pertinent.

Ver. 8 **De Ordine Dæmonum.**

C

1.p.q.109 ORDO Angelicus potest dupliciter considerari, Vno modo secundum gradū 25 naturæ, alio modo secundum gradum gratiæ. Gratia autem habet duplicem statum scilicet imperfectum, qui est status merendi, & statum perfectum qui est gratiæ consūmatæ & gloriæ perfectæ. Si considerentur ordines angelici quantum ad perfectionem gloriæ, sic dæmones neque sunt in ordinibus angelicis, neque, unquam fuerunt. Si autem considerentur secundum statum gratiæ imperfectæ, sic dæmones fuerunt aliquando in ordinibus angelorum, sed ab eis ceciderunt & eiecti sunt vt habetur Esa. 14. Apoc. 12. Si autem considerentur secundum statū naturæ, sic adhuc sunt in ordinibus, quia data naturalia non amiserunt (vt D. Dionys. dicit.) Ex quo sequitur quod inter eos est prælatio. Vnde Glos. 1. Cor. 15. dicit, Quandiu durat mundus, angeli angelis homines hominibus, & dæmones dæmonibus præsunt, & actiones inferiorū actionibus superiorum subiiciuntur, sic quod quando superior dęmō [illegible] inferiori esse in aliquo loco (quod præceptum fit per manifestationem con[illegible]) inferiori dæmon ex naturali inclinatione (absque tamen aliquo influxu [illegible]) necessitatur operari circa illum locum tantum, quantum superio[illegible], & ibi dicuntur sic al[illegible], quod ad alium locum diuertere nō pos[illegible] & non obediant ex amicitia, ex requiritur tamen ad dam-

ad damnandos homines concordant,& ex ordine naturæ illorum necessitantur obedire,& in loco manere. Vnde experientia docuit, quòd aliquando alligantur annulis,& consueuerunt vocari spiritus Familiares,quia familiaritatem ostendunt, vt tandem decipiant,& eo pacto multos deceperunt. Quare prohibitū est iure diuino ab Apostolo. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate?&c. Non solùm quia inimici sunt Christi,sed etiam propter periculum,quum versutior sit,secundum D.August. & habeat mille nocendi modos, & circumeat quærens quem deuoret. Ideo habere familiaritatem cum eo.est peccatum, adeo quòd nec etiam veritatem ab eo requirere debemus,vt D.Chrys.dicit. Vnde & dominus eū vera confitentem de sua deitate,obmutescere fecit.Nec est diaboli verbo credendum, quia mendax est, & pater eius Ioan.8 Et Deuter.18. Caue. &c Et quanuis aliqui sancti fecerint se a dæmonibus deferri, vt D. Illidius episcopus Bisuntinus, hoc fecerunt ex speciali reuelatione & inspiratione Spiritus sancti, licet secundum potestatem a Christo datā possimus imperare vt exeant. & ne noceant, vt amplius dicetur infra cap.5 § 5.Ver.16. Et quia ordo prælationis participatur a creaturis secundum quòd deo magis appropinquant,& angeli beati maxime appropinquent, sequitur quod minimus angelus beatus habet prælationem super omnes dæmones. Vnde legimus quòd Raphael religauit Asmodeum in deserto superioris Aegypti. Quū autem humanitas Christi magis appropinquet per vnionem hypostaticam, quā angeli, consequens est quòd præsit omnibus creaturis & omnibus possit imperare. Vnde dicebat. Data est mihi omis potestas.Et Apost.dicit, Deum dedisse ipsum caput super omnem Ecclesiam.

2.Cor.6. 1.Pet.5. Mar.1. Luc.4. Ioan.8. Deut.18. Tob.8. Mat.ult.

Ver 9 *De actione angelorum in Creaturis.*

A QVVM secundū D. Aug. omnia corpora regantur & disponantur per spiri-27tum & creaturā inuisibilem,& natura angelica sit nobilior corporea, necesse est angelos habere præsidentiam super ea. Considerandum tamen est quam præsidentiam habeant.Et resolutio est, quòd non possunt educere formas substantiales a materia, nisi forte applicando actiua passiuis, prout legimus factum a Magis Pharaonis, qui per incantationes Aegyptiacas, & arcana quædam, conuerterunt subitò virgas in dracones. Habent tamen præsidentiam & dominium super omnia corporalia quantum ad motum localem, infra tamen spheram actiuitatis suæ, quantum Deus permittit Doctores sancti posuerunt diuersis rebus corporeis diuersas substantias spirituales esse propositas. D. August. dicit,quòd vnaquæq; res visibilis in hoc mundo habet angelicam potestatem sibi præpositam. Et Damascenus dicit, quòd diabolus erat ex his angelicis virtutibus,quæ præerant terrestri ordini. Et Orig. super illud Num 22.Quum vidisset asina Balaam,dicit quòd opus est mundo angelis, qui præsint super bestias,& animalium natiuitati,& vir cultorum,& plantarum,& cæterarū rerum incrementis.Ordo diuinæ sapientiæ diuersis rebus diuersos rectores præposuit. Nec tamen sequitur quòd sint plures ordines angelorum quàm nouem, quia ordines distinguntur secundum generalia officia. D. Tho. dicit quòd diuersis speciebus rerum diuersi angeli præficiantur,ne tota species pereat,vnde per angelos custodes aliqua animalia deducta fuerunt ad Noe tempore diluuii.

3.de trin. 1.p.q. 110 Exod.7. In l.83.q. 1.p.q. 113 art. 2.

B *Ver 10* *De actione angelorum in homines.*

27 ANGELI boni possunt illuminare homines. Hæc tamen illuminatio non fit eodem modo, sicut illuminatio inferiorum angelorum a superioribus, quia intellectus hominis nudam veritatem capere non potest, sicut angeli. Ideo angeli præponunt hominibus veritatem intelligibilem sub similitudinibus sensibilium,secundum illud D.Dionys.quòd impossibile est nobis (secundum scilicet communem naturæ ordinatum cursum)aliter nobis lucere diuinum radium,nisi varietate sacrorū velaminum circunuelatum.Confortatur etiam intellectus humanus agens per assistentiam angeli. Ex quo sequitur primo, quòd angelus tam bonus quàm malus, virtute suæ naturæ potest immutare imaginationem hominis, quum natura corporalis obediat eis ad motum localem Et quandoq; in imaginaria visione angelus intellectū hoīs illuminat, vt cognoscat quid per hmōi similitudines significatur. Quāquc

1.p.q.111. art. 1. artic: 3.

verò

& hoc secūdum literalē sensum. Secundū verò sensum allegoricū, Angeli pacis, sunt Apostoli & prædicatores, qui flent pro peccatis hominum Si vero secundum sensum anagogicum exponatur de angelis bonis, metaphorica erit locutio, ad designandum quod angeli volunt in uniuersali hominum salutem. Sic enim, Deo & angelis huiusmodi passiones attribuuntur, Cum ergo se conforment ordini diuinæ iustitiæ, peccata eorum quos custodiunt, non debent attribui negligentiæ angelorum, sed malitiæ hominum, qui sicut recedunt a naturali ratione, sic etiam ab illuminatione angelorum. Deputantur angeli custodes (secundum D. Hiero.) a natiuitate. Ait enim exponens illud Matt. 18. Angeli eorum, &c. Magna est dignitas animarum, vt unaquæque ab ortu natiuitatis suæ habeat angelum in sui custodiam depntatum, quia cum paruulus in vtero matris existit, adhuc est aliquid matris per quandam colligationē sicut fructus pendens in arbore est aliquid arboris. Et ideo probabile est quod angelus qui datus est in custodiam matri, custodiat paruulum existentem in vtero, sicut qui custodit arborem, custodit fructum. sed cum separatur a matre, in natiuitate datur particularis angelus de infimo ordine angelorum, qui nunquam derelinquit illum, saltem totaliter, sicut nec diuina prouidentia, cuius executio fit per custodiam, quamuis permittat eum pati aliquem defectum culpæ vel pœnæ, secundum ordinem diuinorum iudiciorum. Et secundum hoc dicitur Hiere. 51. Curauimus Babylonē, & non est curata, derelinquamus eam Et Esa. 5. Auferam sepem eius, & erit in conculcationem Glo. exponit de custodia angelorum. Et illud Psal. Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? Non oportet tamen angelos semper operari circa eos qui sunt sub eorū custodia, vt quādo dormiūt, & quādo nullū est impedimētum, sed quum opus est duntaxat. Nec tamen propter hoc priuantur diuina uisione, iuxta illud Matth. 18. Dico uobis, quod angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est Non quidem quod semper sint in cœlo diffinitiue, sed solum vbi operantur, tamen sunt semper in cœlo per effectum siue ornatum, qui (vt dictum est) quandam refulgentiam ex ipsis in sedibus deputatis resultantem importat, vel etiam per habitudinem ad illas sedes eisdem deputatas, ad quas semper habent ius, & nunquam illo iure priuantur.

ar. 5. ad. 3.

art. 3.

Psal. 21.

D Ver. 12. *De Angelorum bonorum Pugna.*

26 ANGELOS bonos pugnasse cum dæmonibus, & eos eiecisse de cœlo constat ex Apocal. ubi dicitur, Factum est prælium magnum in cœlo, &c. Hanc pugnam dicunt aliqui fuisse realem, non armis materialibus, sed sola voluntate, quæ fuit in Lucifero & aliis dæmonibus adeo debilitata, quod angeli inferiores uirtute gratiæ quam habuerunt ex fide & merito passionis Christi præuisæ (nam vt dicitur ibi, Et ipsi uicerunt in sanguine agni, & propter verbum testimonii sui) potuerunt eiicere superiores, imo vnus solus & minimus angelus in gratia constitutus potuisset omnes realiter expellere, quia per gratiam consummatam naturæ illorum data est maior prælatio & præsidentia, quam esset præsidentia & prælatio naturalis Luciferi & aliorum. Et ideo ad volitionem infimi angeli omnes dæmones, qui volontatem contrariam manendi in cœlo habebant, exire cogebantur. Et ideo pugnare dicebantur mali realiter, propter uoluntatem realem manendi, & boni, propter realem voluntatem contrariam eiiciendi eos, & ideo mali ceciderunt sicut plumbum in aquis vehementibus, nec potuerunt ibi manere stante præcepto & volitione efficaci bonorum, quæ realiter necessitabat eos, sicut dictum fuit de uoluntate superiorum dæmonum in ordine ad inferiores. ¶ Inter bonos angelos fuisse pugnam constat. legimus enim Gabrielem dixisse Danieli, Princeps Persarum restitit mihi uno & uiginti diebus. Hic autem princeps Persarum erat bonus angelus ad custodiam regni Persarum deputatus, qui secundum D. Hieronymum se opposuit liberationi Israelitici populi, pro qua Daniel orabat, Gabriele præsentante preces eius Deo. Hæc autem resistentia siue oppositio fieri potuit, quia princeps aliquis dæmonum Iudæos in Persidem ductos, ad peccandum induxerat, per quod impedimentum præstabatur orationi Danielis pro eodem populo deprecantis.

Apoc. 12

t. p. q 113
art. 8.
Dan. 10.

Sed

Sed fecũdum D Gregorium.17.Mora. Princeps regni Perfarum bonus angelus fuit ad cuftodiam illi deputatus, qui uidens Perfas exemplo & conuerfatione Iudæorum proficere, uolebat Iudæos ibi manere, quod erat contra voluntatem Danielis, Et quia quid deus circa hmõi liberationem Iudæorum vellet; ignorabant, ideo necefle habebant fuper his diuinam prouidentiam confulere. Sic igitur inquantum de contrariis meritis & fibi repugnantibus diuinam confulebant voluntatem, fibi inuicem refiftere dicebantur, non quod fuerint volũtates eorum contrarie formaliter, quum omnes in hoc concordarent, vt diuina fententia impleretur, fed quia ea de quibus cõ fulebant, erant repugnantia Dæmones autem quanuis concordent ad tentandum et feducendum homines, in aliis tamen difcordant, & voluntates contrarias habẽt. ideo pugnare dicuntur Superiores tamen naturali ordine uincunt, nec propter hoc gaudent, quum fint in fuma triftitia, in qua (Deo non concurrent) non funt alicuius gaudii capaces nec participes.

Ver. 13 *De Impugnationem Dæmonum.* A 26

1.p.q. 114. D.Tho. ad 6.Eph. ca. PVGNAM effe inter Dæmones fiue diabolos & homines, oftendit Apoftolus Eph.6 dicens, Non eft nobis colluctatio aduerfus carnem & fanguinem, fed aduerfus principes & poteftates, aduerfus mundi rectores tenebrarũ harum, contra fpiritualia nequitiæ in cœleftibus. Quæ verba non debent intelligi fimpliciter & abfolute, fed vt non fit nobis duntaxa colluctatio aduerfus carnem, & fanguinem, hoc eft, aduerfus carnales & fenfuales homines, & appetitum fenfitiuum folum, quia certum eft nos habere colluctationem contra carnem & fanguinem, quum Apoftolus dicat, Caro concupifcit aduerfus fpiritum, & fpiritus aduerfus carnem. & Ecclefia, Gal.4. Caro, mundus, dæmonia, diuerfa mouẽt prælia, ideo dictum Apoft. debet intelligi exclufiue, vel principaliter, quia actiones inftrumentorum attribuuntur principali agenti. Et hoc modo intelligitur quod Apoft. dicit, Non eft volentis, neque currentis.f principaliter, fed miferentis dei Sic cum dicitur, Non eft nobis colluctatio, &c. Rom.9. eo quod omnia peccata humana directe vel indirecte & originaliter procedunt a diabolo, licet quædam ex libertate arbitrii. Origenes enim dicit, quod etiam fi diabolus non effet, homines haberent appetitũ ciborũ & uenereorũ, & alia huiufmodi, circa, quæ multæ inordinationes contingunt, nifi tales in ordinationes appetitus refrenentur per rõnem, maxime fuppofita corruptione naturæ Indirecte tamen & occafionaliter dici poteft quod omnia peccata procedunt a diabolo, eo quod fuit caufa 4.c. de. di. no. peccati primorũ parentũ. Ad hunc fenfum dicit D. Diony. quod multitudo omnium dæmonum eft caufa omniũ malorũ fibi & aliis.f.directe vel indirecte. Et Damafcenus dicit quod omnis malitia & immunditia a diabolo excogitatæ funt Apoft. tamẽ folum nominat principatus & poteftates, & non alios ordines, quanuis ex omni ordine aliqui ceciderint eo quod nomina aliorũ ordinũ importãt ordinẽ ad Deum, vt Seraphin, Cherubin, Throni, vel important feruitium feu minifterium Dei, vt Dominationes, Virtutes, Archangeli & Angeli. Sed duo hæc, Principatus & Poteftates, important aliquid cõe bonis & malis, quia mali funt magni & potentes, & habent magnum exercitum, contra quem habemus pugnare. aduerfus mundi rectores tenebrarum harũ, hoc eft, peccatorum Ad oftendendum tamen, quod non folum principes & poteftates nos impugnant, fed etiam alii qui ex aliis ordinibus ceciderunt dicit, contra fpiritualia nequitiæ, propter eorum aftutiam, quia quanto fpiritus funt altiores fecundum naturam, quando conuertuntur ad malum, tanto funt peiores & nequiores. Vnde Philofophus dicit, quod homo malus eft peffimus animalium. Ideo dicit, fpiritualia nequitiæ, quia nequiffimi funt. Addit etiam, in cœleftibus, duplici de caufa Primo, ad oftendendum quod pro fpiritualibus eft ifta pugna. Secundo, ad oftendendum eorum commoditatem fuper homines, quia funt in potiori loco. Homines enim funt in terra, & dæmones tentantes in alto quia in aere caliginofo, qui dicitur cœlum. Vnde Chriftus, volucres cœli comederunt illud fcilicet, femen. Et exponitur de diabolis & dæmonibus, qui ex diuina permiffione remanferunt in aere ad exercitium, & gloriam electorum. Propter hoc tamen non minuitur

Luc. 8. 1.p. q.114 ar.1. ad.3.

nuitur pœna eorum,quia quocunq; pergant, semper portant secum infernum, hoc est inferni tormenta. Illi autem qui sunt in inferno retrosi,non tentant nos. Et quã uis sit inequalitas in pugna quantum ad naturam quia dæmones sunt fortiores hominibus, recompensatio tamen fit homini ex parte dei. Primò quidem & principaliter per auxilium gratiæ. Secundò per custodiam angelorum. Vnde Helisæus dixit administrũ suum, Noli timere plures enim nobiscũ sunt,quã cũ illis Nec ad tẽtãdũ mittuntur a Deo,cũ Deus intẽtator sit malorum, ipse enim neminẽ tentat, vt dicitur Iac 1.Sed dæmones ex malitia sua assumpserunt officiũ tentandi. Vnde Apostol. Ne forte tentet vos is qui tentat,vbi glossa,hoc est, diabolus, cuius officium est tentare. Præcipitare aũt ad peccatum, repugnat deo, qui tamen aliquando tentare dicitur,vt sciat, eo modo loquendi quo dicitur scire. eo quòd faciat alios scire. Vnde Deut. 13.Tentat uos Dominus Deus vester, vt palam fiat vtrum diligatis eum. ¶ Ex præmissis sequitur, quod licet Deus cuilibet homini ab ortu natiuitatis suæ det angelum ad custodiam deputatum, non tamen deputat angelum malum ad tentãdũ quanuis aliquando mittat ad puniendum,Missi tamen ad puniendum tentãt, & alia intentione puniunt quàm mittantur,nam ipsi puniunt ex odio,vel inuidia, sed mittuntur a deo propter eius iustitiam. ¶ Notandum tamen quòd licet dæmon superatus fugiat,iuxta illud Iac.4.Resistite diabolo, & fugiet a vobis, non tamẽ sic, quin postea reuertatur. Vnde legimus, quod consumata omni tentatione,diabolus recessit a Christo usq; ad tempus. Et Matt 12. Reuertatur in domum meam vnde exiui. De punitionibus factis per dæmones, habetur. 1.Reg.16. Spiritus autem domini recessit a Saul,& exagitabat eum spiritus nequam Per hos dominus percussit Aegyptũ cũ primogenitis eorum.Per hos mittit mala & punitiones sicut D.Ioan.vidit angelem clamantem quatuor angelis, quibus datum erat nocere terre & mari, atq; arboribus Et tempore Christi quam plurimi vexabantur a spiritibus immundis. Ex præmissis patet quòd dæmonia non solùm mittuntur exterius ad puniendum in bonis,sed etiam in corpore, & infra corpus,non solum a Deo,sed etiam a ministris eius vnde Apost. iudicauit incestuosum Corinthium tradendum Satanæ in interitum carnis,hoc est in vexationem,& afflictionẽ carnis,vt spiritus saluus fieret,sicut quum permisit percutere corpus Iob, dixit. Veruntamen animam illius serua Et Apostolus Hymenæum & Alex. tradidit Satanæ,vt discerent non blasphemare. Hanc potestatem tradendi dedit CHRISTVS Apostolis,potestatem quoq; eiiciendi, quia eius est introducere, cuius est eiicere,sicut eius est soluere,cuius est ligare. Et vtranque potestatem dedit Apostolis scilicet solutionis & retentionis. Hæc traditio est species ligaminis Ecclesiæ,alias non fuisset iustus D Paulus. Hæc potestas introducendi ad vexandum corporaliter, non fuit data omnibus quibus data fuit potestas eiiciendi dæmonia,sed solis Apostolis,ad quos verba Christi dirigebantur. Quũ autem Episcopi succedant in locum Apostolorum,succedunt etiam in hac potestate,vt infra dicetur quum de sententia excommunicationis erit sermo. Non tamen legimus Deum misisse diabolum ad vexandum interius, iustos licet bene permiserit seruum suum Iob a diabolo vulnerari vlcere pessimo a planta pedis vsq; ad verticẽ eius ad probandum patientiã ipsius. Interius tamẽ aliquẽ vexatum absque peccato non legimus. ¶ Dæmones autem uexantes corpora, interius operantur, commouendo carnem,sanguinem & membra,per spiritus uitales,& sic sunt in ipsis corporibus nõ per informationem,sed per operationem disconuenientem naturæ corporis. Quum autem tentant & concitant passiones,siue immutant imaginationem & fantasiam, sunt quidem in corpore, sed non per operationem disconuenientem animæ sensitiue, neque dominantur totaliter, fantasiæ, aut corpori. Ideo tentati non dicuntur dæmoniaci, licet habeant diabolum in corpore. In dæmoniacis verò & obsessis ac arreptitis totaliter dominantur, ita vt etiam ratione vti non possint, Ex quo sequitur quòd mala quæ dæmoniaci faciunt, non imputantur nouo peccato, sicut nec ebris, aut damnatis. Dæmones tamen plus vno tempore vexant, quam alio & interdum præbent inducias,ut satis patet de spiritu nequam qui vexabat Saulem

Leuius

Marginal notes: 4. Reg. 6. — 1. Thess 3 — Deut. 13. — Luc. 14. — Apoc. 8. — 1. Cor. 5. — Iob. 1. — 1. Tim. 1. — Mat. 18 — Ioan. 20. — Mat. 10. et 18. — Iob. 2. — B 7

1.Reg. 16 Leuius enim habebat quum Dauid percutiebat citharam manu sua. Ex quo infe- C
runt aliqui, quod dæmones alliciuntur aliquibus sensibilibus sonis, herbis, & lapi- 27
dibus, hac certis constellationibus, non quidem ex natura sua (quæ est spiritualis)
sed ad seducendos homines, vt D. Hieronymus & Chrysostomus dicunt de his
1.p.q. 115 ar.5.ad. quos lunaticos vocant, qui secundum diuersa lunæ incrementa magis vexantur,
propter duo. Primo, vt lunam creaturam dei infament. Secundo, quia quum non
possit operari nisi mediantibus virtutibus. Naturalibus in suis operibus, conside-
rant corporum habitudines & aptitudines ad habitus intentos, & quum cerebrum
sit humidissimum (vt dicitur in secundo de Anima) ideo maxime subiicitur opera-
tioni lunæ, quæ ex sui proprietate habet mouere humorem. In cerebro autem per-
ficiuntur vires animales. Et ideo dæmones secundum diuersa lunæ incrementa ma-
gis perturbant hominis fantasiam, quando considerant, cerebrum ad hoc esse ma-
gis dispositum. Dicit etiam D. Thomas quod demones aduocati in certis constella
Ibi. ad. 2. tionibus, facilius veniunt, propter duo. Primo quidem, vt homines in hunc erro-
rem inducant, quod credant aliquid numinis esse in stellis. Secundo, quia conside-
rant secundum aliquas constellationes materiam corporalem esse magis dispositam
ad effectus, pro quibus aduocantur. Veniunt etiam facilius quum a virginibus ad-
uocantur, vt ex hoc in suæ diuinitatis opinionem homines inducant, quasi mun-
De pot. q.6 ar.10.ad 4 ditiam ament, vt dicit D. Thomas D. Augustinus dicit quod dæmones alliciũtur per
diuersa genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium, carminum, non sicut ani
21.de ciui. Dei. malia cibis, sed sicut spiritus signis, inquantum. s. hoc eis exhibetur in signum di-
uini honoris, cuius ipsi sunt cupidi. Ad cognoscendum autem arreptitios, vehemen
tissimum argumentum est, quando apparent aliqui effectus, ad quos virtus corporũ
cœlestium nullo modo sufficere potest, puta quum loquũtur lingua ignota, vel diuer
sis linguis, quas antea non didicerunt, sicut etiam virtus dæmonis apparet in necro
manticis quando faciunt statuas loqui & moueri. ¶ Ad eiiciendos autem dæmones a
corporibus & locis necessariis, dedit CHRISTVS potestatem Apostolis an-
te passionem. Mat. 10. vbi dicitur, Et conuocatis duodecim discipulis, dedit eis pote D
statem spirituum immundorum, vt arcerent eos, & post passionem dedit potestatem 27
omnibus fidelibus, vt habetur Marci vltimo, vbi dicitur, Signa autẽ eos qui credide-
Luc. 9 rint, hæc sequẽtur, in nomine, meo dæmonia eiicient, &c. Medium eiiciendi dæmo-
nes a corporibus (vt infra dicitur) est fides imperantium vel petentium, quanuis etiã
legamus aliquos non credentes eiecisse. vt habetur, vidimus quendam in nomine tuo
eiicientem dæmonia, & prohibuimus, quia non sequitur nos, sed hoc erat ad exaltan
dum & magnificandum nomen Christi. Videtur tamen quod fides imperantis egres
sum, non sufficiat absque deuotione eius, ac etiam fide & deuotione petentium. Nã
Matt. 17. parentes dæmoniaci, lunatici obtulerunt eum Christo, & dixerunt quomodo obtule
rant discipulis, qui non potuerant eiicere. Christus respondit, O generatio incredula
& peruersa, vsquequo ero vobiscum? vsquequo vos patiar? Et postquam illud eiecis-
set, dixit discipulis quærentibus quare ipsi hoc potuissent eiicere, Propter increduli
tatem vestram. deinde dixit, Hoc genus dæmoniorũ non eiicitur nisi per orationem
& ieiunium. Ex quo sequitur quod non omnia dæmonia eodem modo eiiciũtur, quũ
ad eiectionẽ aliquorum requirantur ieiunium quod non requitur in eiectione aliorũ.

Ver. 14. *De Casu Angelorum.* A

CIRCA Casum Angelorum duæ a D. Thoma famosæ recitantur opiniones. 27
1.p.q. 63. art.6.de Mal.q.16. Prima est eorum qui dicunt Angelos creatos in puris naturalibus absque gratia, &
tales dicunt in primo instanti habuisse beatitudinem naturalem quam Aristo
teles ponit in contemplatione primæ causæ siue dei. vt est principium naturæ:
Beatitudinem autem super naturalem (quæ in clara dei visione consistit) non habue
runt, & tenentes hanc opinionem dicunt quod non meruerunt in primo instanti,
quia meritum præsupponit gratiam. quæ secundum eos non fuit illis in primo in-
stanti data, quum fuerint creati in puris naturalibus. Et in eodem instanti etiã non
peccauerunt,

peccauerunt, neque peccare potuerunt, quum peccatũ non possit retorqueri in Deũ; nec ei attribui, quod fieret, si poneretur quod peccare possent in primo instanti, quum omne positiuũ quod habet natura, habeat illud à generante, siue a dante naturam, & si creetur a creante, & non a se, quia omne quod est, quando est, necesse est esse. Præterea in primo instanti facta fuit illis promulgatio, ideo non erant in sufficienti libertate, quæ requiritur ad peccandum. Nec est simili de peccato originali, quod contrahitur in primo instanti, quia non est aliquid positiuum, sed contrahitur per vitiatam originem, siue per vnionem ad materiã vitiatã & infectã per Adã. ideo non retorquetur in Deũ, sed in Adam, vt amplius dicetur, quum de peccato originali fiet mẽtio. Dicũt deinde quod angeli in secundo instanti fuerunt in gratia, & habuerunt gratiam, virtutes, & dona, & si cognouerunt Deũ, non solũ vt authorem naturę, sed etiam gloriæ, & boni conuersi sunt in Deum, & meruerunt, & mali auersi sunt, & demeruerunt. Et in tertio instanti boni consecuti sunt beatitudinem tanquam præmiũ meriti, & mali priuati sunt gratuitis, & assecuti sunt pœnas & tormenta, quæ sunt præmiũ auersionis & demeriti. Et sic inter creationem & beatificationem bonorũ, & damnationem malorum, fuit mora intermedia, s. instans in quo meruerunt & demeruerunt. Hæc opinio clara est, & absque difficultatibus. ¶ Secunda opinio est eorum qui sequuntur D. Aug. qui in. 12. de Ciuita. dei dicit, quod deus simul erat in eis condens naturam, & largiens gratiã, secundum proportionem naturalium cuius ratio est, quia gratia cõparatur ad beatitudinẽ, vt ratio seminalis in natura corporali ad naturalem effectum. Vnde gratia a D. Ioa. semen dei nominatur, ait. n. Qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quia semen ipsius in eo manet. Sed videmus quod Deus in prima rerum naturalium creatione, plantis & animalibus indidit & impressit rationes seminales, per quas cõsequerẽtur fines suos. Ergo & in productione angelorum indidit & largitus est eis gratiã, quæ est ratio seminalis ad beatitudinẽ cõsequẽdã. Hæc opinio supponit primò, quòd de natura angelorũ sit p vnicũ actum peruenire ad finẽ, quia gratia perficit naturã secundum modum naturæ. Ex quo sequitur, quod sicut ex natura sua habet ordinẽ ad perfectionem naturalẽ ita per gratiã habet ordinem ad gloriam. Sed hoc est, proprium naturæ angelicæ, quod naturalẽ perfectionẽ statim acquirat, & nõ per discursum, ergo angelus post meritum statim cõsequitur beatitudinẽ. Secundo supponit quod plures actus subordinati possint esse, simul, & ideo cum cognitio Dei vt authoris naturæ, subordinetur cognitioni Dei vt authoris beatitudinis, possunt simul esse, & sunt simul in patria. Et sic angeli cognouerunt Deum vt authorem naturæ, & authorem beatitudinis in primo instanti, alias fides frustra fuisset. Si cognouerunt, ergo & per voluntatem in Deum conuersi sunt, gratia & charitate concurrente, & per consequens omnes meruerunt; quia ad meritum (secundum hanc opinionem) sufficit libertas complacentiæ, & status (vt probant) per meritum Christi & D. Virg. stante præcepto affirmatiuo. Ex quo infertur secundum præmissa quod statim post primum instans boni beatificati sunt, & mali damnatis, Et sic nõ fuit mora inter creationem et beatitudinẽ in bonis, quum instantia in angelis sint sibi inuicem immediata, & cum angeli boni dicantur continuasse actum in primo instanti elicitum. Dubitari posset quod fuit secundum instans in eis, quum instans angelorum sit mensura vnius operationis tantum. Si igitur operatio in primo instanti elicita fuit continuata, non erit nisi vnum instans, quum non sit nisi vnica operatio, Respondent, quod fuit vnus actus in esse naturæ, sed prout procedebat ex libero arbitrio, erant plures actus formaliter & in esse moris, siue in esse gratiæ, quia in primo instanti actus ille procedebat a gratia imperfecta, & quum gratia cœpit esse consummata, produxit actum perfectiorem, cuius duratio dicitur aliud instans, quum perfectum, et imperfectum nõ sint simul, vnde sequitur quod fuerunt plures actus formaliter. Dant ad hoc similitudinem de actuante prohibitionem elicito, & post prohibitionem continuato, quia est vnus in esse naturæ, & plures in esse moris, ante prohibitionem bonis, post prohibitionem malus. Sed ad huc manet difficultas, quum esse moris non sit reale, sed rationis, ideò

Angeli fuerunt creati in gratia. 1. p. q. 62. ar. 3. ad 6. 1. Ioan. 3.

1. p. q. 58. art. 3. & eadem p. q. 62. a. 5.

Quod fuit secundũ instans Angelorum.

vnus actus naturæ successiue potest variari. Sed cum diuersa principia & obiecta realia non sit vnus actus in esse naturæ, quũ actus accipiant speciem ab obiecto, principium aũt actus in primo instanti erat fides & charitas imperfecta, & obiectũ erat Deus ænigmaticè præsentatus, & per cognitionem vespertinã, in secundo verò instanti principiũ illius actus erat lumen gloriæ, & charitas perfecta, per cognitionem matutinã, & Deus clare visus obiectũ, ergo alius erat actus in esse naturæ, & per cõsequens non erat cõtinuatus. Potest dici quod ex parte potentiæ & obiecti erat idem actus Et si non in specie saltẽ in genere, & sic fuit cõtinuatus, vel idẽ numero prius imperfectus, & postea perfectus imperfectum enim perfici potest, Quo ad malos est maior difficultas. Dicũt tenẽtes secũdam opinionem, quod angeli mali post primum instãs creationis statim posuerunt impedimẽtũ, ideo in secundo instanti peccauerũt & sic in primo instanti omnes meruerũt tam boni quam mali, sed in secundo instãti boni facti sunt lux, & beatitudinem consecuti, & mali in secundo instanti peccauerunt, &, acti sunt nox & tenebræ, priuati gratia, ac etiam tormenta consecuti. Et sic inter creationem & peccatum non fuit mora, quia inter illa duo instantia nil mediabat, Sed difficultas est an inter peccatum & ipsam damnationem siue detrusionem in infernum fuerit aliqua mora. D. Tho. dicit inter creationem & lapsum secũdũ hanc secundã opinionẽ (quã dicit probabiliorem & sanctorum dictis conformiorem) nullam fuisse moram. Sed nihil dicit aut determinat, an inter peccatum & tormenta siue detrusionem fuerit aliqua mora. Dominus Caietanus dicit, ex sancto Thoma haberi, quod via angelorum est breuior quam hominum, quæ durat vsque ad mortem. Vbi enim ceciderit lignum, siue ad Austrum, siue ad Aquilonem, ibi erit. Et Legistæ dicunt quod voluntas hominis est deambulatoria vsque ad mortem. Via autem angelorum ex duobus instantibus integratur. Et addit Caietanus, quòd primum instans ita est via, quod non est terminus, & secundum instans ita est via, quod etiam est terminus viæ. Est quidem via, per comparationem ad liberum arbitriũ, & terminus, per comparationem ad gratiam consummatam, & perpessionem tormentorum Et per hoc dicit bonos in secundo instanti mereri, & malos demereri, inquãtum illud instans est via, & beatificari vel torqueri, inquantum est terminus viæ. Et per hanc distinctionem soluit omnia argumenta, Hic tamem modus dicendi non videtur omnino conformis fundamentis D. Tho qui dicit meritum habere rationem viæ ad finem, & pari ratione demeritum. & per cõsequens nullus meretur quod iam habet. Ex quo sequitur quod instans, quod est terminus viæ, non potest dici via, nec liberum arbitrium secundum se solum est causa sufficiens merendi, ideo est impossibile, quod quis fruatur, & suam fruitionem mereatur. Ideo Christus in primo instanti non meruit sibi beatitudinem essentialem, eò quòd iam habebat illam, sed bene accidentalem, quam non habebat, vt expresse dicit D. Th in quest. de veritate, & quò ad statum merendi requiritur quod desit id quod mereri dicitur, propterea negamus quod homo in instãti mortis possit mereri & demereri gratiam, quia non videtur ratio quare instans terminatiuum viæ hominis non possit dici via, sicut instãs terminatiuum viæ angeli, maximè quum homo existens in gratia, in instãti mortis (si habeat peccatum veniale) non sit in termino, neque fruatur. Dicere autẽ quod homo in articulo mortis, & in primo instanti quo anima, & extra corpus, possit mereri & demereri gratiam, est absurdum, & contra prædictam authoritatem Ecclesiastici. 11. Vbi ceciderit, &c. Sed magis videtur absurdum, quod angeli qui in primo instanti non demeruerunt, nec potuerunt demereri, in secundo instanti demeruerint tormenta, quæ iam habebant & patiebantur, quia sic nullo præcedente peccato torquerentur, quamuis boni propter meritum præcedens in primo instanti, possint in secundo instanti beatificari. Ponere autem hanc differantiam inter bonos & malos quantum ad mercedem, & dicere bonos prius præmiatos, quam malos punitos, non est de intentione D. Thomæ, quia ipse expresse dicit, quod prima operatio fuit omnibus communis, sed in secunda fuerunt distincti, Ideo in primo instanti omnes fuerunt boni, sed in secundo fuerunt boni & mali distincti

1. p. q. 63. art. 6.

An fuerit mora inter peccatum et tormẽta malorum angelorum.

Quod. 7 art. 8

Eccle. 11.

De veritate q. 29. ar. 6.

De veritate q 29. ar. 6, ad quar-

& ideo

& ideo non est contra mentẽ D. Thom. nec c'ontra secundam opinionem ponere tertium instans, in quo boni fuerunt beatificati, & mali tormentis addicti. Nam in scriptis eius inueniri non potest inter creationem & damnationem nullã fuisse moram, sed solum inter creationem & lapsum, scilicet in peccatum. Et licet quo ad beatos possit sustineri, quod statim post primum instans in quo meruerunt, consequuti sunt beatitudinem, quam etiam diabolus habuisset, si statim impedimentum non posuisset, non potest tamen sustineri quod fuerint simul beati, & quod beatitudinem meruerunt, multo minus quod mali in secundo instanti fuerint damnati, & damnationem demeruerint, quia hoc est contra statum merendi, qui requirit, vt illud quod quis meretur, desit, & eodem modo de statu demerendi. Nisi forte dicatur cum aliquibus Thomistis, quod secundum instans angelorum (cum possit coexistere tempori) diuidatur in aliquas morulas, non tamen in sempre diuisibiles, sicut tempus, sed possunt angeli continuare operationem suam per horam, alterius tamen rationis quam temporis. Et sic dicendum quod in principio secundi instantis, siue in prima morula illius, boni & mali fuerunt complete liberi, libertate contrarietatis & contradictionis, & boni meruerunt, & mali demeruerunt, siue posuerunt impedimentum merito quod habuerunt in primo instanti, & in secunda morula illius secundi instantis boni beatificati sunt, & mali in infernum siue in damnationem & tormenta detrusi, durante continuatione actus in principio secundi instantis eliciti. Secundum hunc modum dicendi posset intelli dictum domini Caietani, quod secundum instans est via & terminus viæ, via quidem in prima morula completę libertatis, & terminus viæ post illam. Et (vt mihi videtur, & supra dictum est) fuit in bonis eadem operatio ex parte potentiæ & obiecti materialiter, quæ adhuc perseuerat & perseuerabit in æternum, & secundum quam non distinguntur instãtia angelorum, sed secundum alias particulares & speciales operationes illi subordinata, siue ad illum finem præstitutũ directas Et (vt ex supradictis patet) mensura illius operationis in supremo angelo beato dicitur æuiternitas sicut, mensura motus primi mobilis dicitur tempus.

Mora fuit in angelis inter creationem & damnationem malorum angelorum.

B
28 *Ver. 15:* *De peccato Luciferi, & aliorum Angelorum.*

LVCIFER In secundo instanti pulchritudinẽ, nobilitatem, & dignitatem suæ naturæ considerans, & se esse super omnes creaturas, non aduertens ad gratiam quã Deus illi dederat, nec considerans media perueniendi ad beatitudinem consummatam & supernaturalem, quam Deus diligentibus se præparauit, in superbiam elatus, illam & eminentissimum cœli Empyrei locum humanitati Christi filii Dei hypostatice vniendæ præparatum, qui locus dextera Dei in sacris literis nuncupatur, appetiit, & humanæ naturæ inuidit, votumque siue desiderium suum omnibus aliis angelis (quibus naturaliter præerat) indicauit. Et quemadmodum in naturalibus omnibus aliis angelis præerat, volens etiam in gratuitis præesse ei, vt ipsum in mediatorem perueniendi ad beatitudinem supernaturalem, loco Christi (qui ab æterno prædestinatus erat caput & medium omnium) eligerent, & illi assentirent, suggessit, dixitq; In cœlum ascendam, super astra Dei exaltabo solium meum. Sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis Ascendam super altitudinem nubium, & similis ero Altissimo. In eodem instanti boni angeli ad gratiam Dei aduertentes, & ex
A
28 fide præuidentes passionem Christi mediatoris, cui ex diuina ordinatione locus ille & officium mediatoris, quod Lucifer rapere & vsurpare præsumebat, iure competebat, eius rapinæ non consenserunt, sed illi restiterunt, & merito passionis Christi præuisæ vicerunt in sanguine agni, conuersionemq; quam in primo instanti partim ex natura, partim ex gratia; & libere, sed incomplete inchoauerant, ex plena atque perfecta libertate continuauerunt. Mali verò angeli ex omnibus hierarchiis & ordinibus aliqui, tertiam omnium angelorum partem facientes, naturæ suæ nobilitatem & pulchritudinem exemplo Luciferi contemplantes, beatitudinem supernaturalem virtute propriæ naturę & Luciferi tanquã dignissimi suffragio appetentes, eius suggestioni acquieuerunt, eiq; applaudentes, & naturæ humanæ inuidentes vnionem

1. p. q. 63. art. 3.
De malo q. 16. art. 3 ad quartũ.
Quod fuit peccatũ Luciferi.
1. p. q. 63: art. 7.
Esai. 14.
Apoca. 12.
Quod fuit peccatũ aliorum malorum angelorum.

& meditationem ac locum illum Lucifero tanquam digniori, potius quàm naturæ humanæ inferioris gradus deberi iudicauerunt. Post morulam illam liberæ & completæ electionis (quæ quandiu durauerit ignoramus) omnipotens Deus bonis claram suæ essentiæ visionem communicauit, malos autem cum capite eorum Luci-

Esa. 14. fero æterno igni adiudicauit, dixitq; Non ascendens, sed descendens, & ad infernum detraheris. Quasi cadauer putridum non habebis consortium, scilicet in cœlis. Eodē instanti angeli boni Michael & Gabriel, aliq; Deo se conformantes, præceperunt

Apoc. 12. Lucifero & angelis eius egressum e cœlo Empyreo, in quo Lucifer & eius complices manere arbitrabantur. Quo præcepto Lucifer cum angelis suis renitentes bonorum imperio, egredi coacti sunt. Et aliqua parte eorum in aere caliginoso & nebuloso, siue in media ac infima aeris regione tormenta secum portante, ad exercitiū futurorum hominum per dispositionem diuinam remanente, reliqui in infernum detrusi sunt, priuati omni nobilitate & dignitate, non naturali, quia (vt ait D. Dion)

Ezech. 28. naturalia in eis manserunt integra, sed gratuitis donis, quæ sunt gratia, virtutes, & B

Ioan. 8. dona quæ Ezechiel uocat delicias paradisi, fuerunt priuati. & sic Lucifer fuit aliis 28 causa damnationis siue mortis æternæ. Vnde Christus apud Ioannem dicit, Ille ho

1. *p.* q. 63. micida. scilicet angelorum, quibus fuit causa mortis æternæ, erat ab initio, hoc est, post

art. 3. initium Et in veritate, in qua fuit creatus, non stetit. ¶ Ex præmissis apparet primo, quòd Lucifer non peccauit appetendo æqualitatem dei, quia sciebat impossibilem esse æquali ideo, cum impossibile sit duo æqualiter esse summe bona, quia neq; vnū neque alterum esse summum siue omni alio maius. Quod enim per superabundantiam inuenitur, in vno duntaxat inuenitur. Et ideo impossibile est quod gradus inferioris naturæ possit transire in gradum superioris naturæ, quia oporteret ipsum corrumpi. Ideo illud non appetiit, cum vnaquæque res appetat conseruationem sui.

2. *de Coelo & mundo.* Nullus enim tendit in hoc quod apprehendit impossibile, vt dicit Philosophus. Vnde Esaias non dicit, Aequalis ero, sed similis, & sic solam Dei similitudinem appetiit.

Esa. 14. ¶ Sed notandum quòd quis dupliciter appetere potest similitudinem Dei, siue se esse similem Deo, Primo in eo in quo quis aptus natus est deo assimilari, ut si quis appeteret in hac uia per iustitiam & charitatem, aut per alias virtutes & dona, & per lumen gloriæ in patria. Si hæc vellet ex dei gratia habere, hoc modo appetere dei similitudinem, non est peccatum. Alio modo potest quis appetere similitudinem Dei in hoc, in quo non est natus ei assimilari, ut si quis appeteret creare cœlum & terram, & alia huiusmodi, quę sunt propria diuinitati. Hoc modo appetere similitudinem Dei, est peccatum superbiæ. Lucifer autem peccauit dupliciter. Primò, quia appetiit beatitudinem supernaturalem, ad quam aptus erat, sed non appetiit eam medio debito, scilicet per gratiam Dei, sed voluit per vires naturales eam habere, ex quo in actu suo non apposuit hanc circūstantiam ex Dei gratia. Et sic peccauit omissiue per inconsiderationem & omissionem alicuius circunstantiæ, quam considerare & ponere tenebatur. Et secundum hoc appetiit quidem bonum, sed non bene. Et (vt

Similitudo Dei dupliciter appeti potest.

Lucifer quid appetiit. D. Anselmus ait) appetiit illud ad quod peruenisset, si stetisset. Secundo, quia (vt D. C Thomas dicit) appetiit præesse multitudini angelorum, non secundum naturalem or 28 dinem dūtaxat, quia secundum illum præerat. sed quantum ad hoc quod alii per eius mediationem consequerentur beatitudinem, quam ipse volebat consequi per suam naturam, sic appetiit vnionem hypostaticam, & mediationem, & locum humanitatis Christi, tanquam melius ei conuenisset, quam naturæ humanæ, quam ex fide cognoscebat vniendam. Et sic secundum rapinam voluit eam habere. Ideo vocatur

Ioan. 10. fur a Christo. Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro. Sed Christus prædestinatus erat ostium, vnde dicit. Ego sum ostium Lucifer ergo qui per eum intrare noluit, sed illi inuidit, & locum eius concupiuit, dicitur fur & raptor. Christi autem humanitas cum id ex Dei gratia & mera liberalitate in primo instanti habuerit; non fuit fur neque raptor. Vnde Apostolus, Qui

Philip. 2. cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem deo, per communicationem idiomatum ratione suppositi, sicut Lucifer. Et sic Lucifer peccauit

cauit dupliciter scilicet omissiue, & cōmissiue, vt dictum est. Alii autem angeli et dupliciter peccauerunt, Primò per inconsiderationem, & omissiue, ut dictum est de Lucifero Secundò commissiue & positiue eligentes Luciferum mediatorem & caput, & nolendo Christum & sic inuiderunt naturæ humanæ. Propter hanc electionem alii mali angeli dicuntur angeli Luciferi. Vnde ait Christus, Ite maledicti in ignem æternū, qui paratus est diabolo, & angeli eius. Et ideo alii dæmones subiiciuntur Lucifero duplici subiectione, scilicet naturali, & uoluntaria. Vnde D. Petrus, A quo quis superatus est huic seruus addictus est. Et Apostolus, An nescitis quòd cui vos exhibuistis seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis? &c. Ideo non est mirum, si sequatur imperium eius. Secundo infertur quòd Lucifer & complices eius tribus peccatis peccauerūt, scilicet peccato superbiæ, inuidiæ & iniustitiæ. Alia autem peccata secundum quòd sunt specialia, non inueniūtur in eis elicitiue, quia non afficiuntur rebus corporalibus, nec vniuntur corpori, nec habēt passiones. Et sic gula, luxuria, ira acedia, non inueniuntur corpori, nec inuidia, prout importat passionem, sed solū prout importat actum voluntatis renitentis bono alterius. Possunt tamen in eis inueniri alia peccata inductiue, quia propter inuidiam inducūt & inducere nituntur homines ad alia peccata, maxime dispositos, ne perueniant ad sedes a quibus ipsi expulsi sunt.

Matt. 25. *2. Petri. 2.* *Rom. 6.* *Lucifer & aly tribus peccatis peccauerunt.* *1. p. q. 63. ar. 2. ad 3.*

§. 3. *De Voluntate Humana.*

D VOLONTAS Humana est inclinatio siue potentia animæ Rationalis, ab
19 eius essentia naturaliter fluens, organo corporeo non alligata, qua anima intellectus cognitionem sequens, fertur in bonum vniuersale, ad quod ordinat particularia bona. Ex quo sequitur quòd est accidens de secunda specie qualitatis quæ dicitur naturalis potentia vel impotentia. Ex hac descriptione voluntatis habetur bonum commune, siue particulare, quod ad aliud ordinatur, esse obiectum voluntatis. Secundo apparet differentia inter voluntatem, & appetitum naturalem, quia appetitus naturalis non præexigit aliquam cognitionem, sicut voluntas. Tertiò apparet discrimen inter voluntatem & appetitum sensitiuum, qui etiā prærequirit cognitionem sed non intellectiuam, & uniuersalem sicut voluntas, sed sufficit illi cognitio particulariū, quæ est sensitiua. Aliud discrimen est, quia appetitus sensitiuus tā irascibilis quā concupiscibilis alligatur organo corporeo, vt dictum est, voluntas aūt non, sed subiectiue est in essentia animæ, & ideo est potentiam mere spūalis, sicut ipsa anima, quia omne quod recipitur, ad modum recipientis recipitur, Tertium discrimen inter voluntatem & appetitum sensitiuum, quia appetitus sensitiuus plurificatur, & diuiditur in plures potentias realiter distinctas, scilicet inconcupiscibilem & irrascibilem, sed voluntas in homine est vna sola potentia. Cuius ratio est, quia potentia quæ ordinatur ad aliquod obiectum secundum communem rationem, non diuersificatur neque multiplicatur per differentias speciales sub illa communi rōne cōtentas sicut potentia visiua, quæ respicit obiectum coloratum, non diuersificatur secundū diuersas species colorum, & sic de aliis. Quinque enim sensus sic diuersificantur, quia obiectum vnius non continetur sub obiecto alterius. Sed appetitus sensitiuus non respicit rationem communem boni, quia immaginatiua quam sequitur appetitus sensitiuus non apprehendit vniuersale bonum, vt dictum est, sed solum particulare. Et ideo secundum diuersas rationes particularium bonorum diuersificantur partes appetitus sensitiui. Nam appetitus concupiscibilis respicit propriam rationem boni, inquantum est delectabile secundum sensum, & conueniens naturæ, secundum quod absque difficultate & arduitate potest adipisci. Irascibilis verò respicit rationem boni secundum quod est repulsiuum, & impugnatiuum boni conuenientis, siue quod infert nocumentum, in quo consistit ratio ardui & difficilis. Voluntas autem respicit bonum sub communi ratione boni, ideo in ea non multiplicantur potentiæ appetitiuæ, vt fit in anima intellectiua, alia potentia irrascibilis, & alia concupiscibilis, sicut etiam ex parte intellectus non multiplicantur potentiç apprehensiuæ, licet multiplicentur ex parte sensus. Ex quo sequitur ꝙ intellectus

1 p. q. 82. artic. 5.

speculatiuus & practicus, & ratio superior & inferior, non sunt diuersæ potentiæ, sed sunt diuersi actus, a quibus intellectus denominatur, et si aliqui sancti doctores; (vt Greg. Nicenus, aut alii) dicant irrascibilem & concupiscibilem esse in rationali appetitu, quorum dicta debent intelligi quo ad actus & simplices effectus absque passione, vel animi concussione, & non quo ad potentia. Quartum discrimen est, quia appetitus sensitiuus non est potentia libera, sed mere naturalis & necessario operatur, sic quòd stante iudicio in fantasia vel æstimatiua de aliquo prosequendo vel fugiendo, appetitus sensitiuus non potest mutare apprehensionem nec iudiciũ, nec potest mere omissiue se habere aut prosequi oppositum, & sic nullo modo est liber, sed in omnibus est determinatus, & quantum ad finem, & quantum ad media. Ideo bruta non habeat liberum arbitrium, cum non habeant collationem vnius ad alterum, ratiocinationem, quæ est radix totius libertatis. Iudicant enim ex sola naturali æstimatione, siue naturali instinctu, & rationem sui iudicii ingorant. Cum ergo iudicium sit determinatum, sequitur etiam, quod appetitus erit determinatus & sic non est liber. Vnde D. Aug. super Gen ad literam, dicit quod mouentur visis. Et Damascenus scribit quod mouentur passionibus. Sed voluntas humana est libera & indeterminata.

Aug. 11. super Gen. ad literam.

Ver. 1. *De Libertate Voluntatis:*

ADEVIDENTIAM Libertatis humanæ, siue liberi arbitrii, notãdũ est primò, quod naturale, & liberum differunt, quia ex hoc aliquid dicitur naturale & necessarium quod est immutabiliter determinatum ad vnum, sic quod non potest retrocedere aut diuelli ab eo nisi impediatur & sic dicimus quod lapis naturaliter tendit deorsum, Liberum autem dicitur id quod non est determinatum ad vnum. Videndum est ergo an voluntas sit determinata, vel indeterminata. Pro cuius intellectu sciendum est quod in omni inferiori inuenitur ratio superioris, & aliquid vltra, quod scilicet non est de essentia siue intelligentia superioris, vt in homine inuenitur sensibilitas, quæ est de ratione animalis quod est genus, & aliquid vltra, scilicet rationabilitas, quæ non est de essentia siue intelligentia animalis, quia animal potest apprehendi absque rationabilitate & sic de aliis superioribus. Voluntas autem & natura se habent sicut superius & inferius, quia volũtas est specialis natura. Ideo voluntati conuenit ratio naturæ, quæ est habere esse determinatum. Omni enim naturæ conuenit quod sit determinata & ordinata a Deo ad aliquod bonum sibi conueniens, iuxta illud ad Roma. 13. Quæ a Deo sunt, ordinata sunt. Et Philosophum. Bonum est quod omnia appetunt. Necesse est ergo voluntatem quum sit natura quædam, esse determinatam a Deo ad aliquod bonum appetibile sibi conueniens quod naturaliter & non libere appetat illud. Hoc autem est finis vltimus, qui est fundamentum & principiũ eorũ quæ sunt ad finem, cũ ea quæ sunt propoter finẽ nõ appetãtur nisi ratione finis & ideo voluntas est omnino determinata a Deo ad finem vltimum, qui est beatitudo, & sic voluntas naturaliter vult beatitudinem, siue bene esse, & non libere tanquam naturali inclinatione determinata quantum ad primum actum. Ideo primus actus cuiuscunque voluntatis attribuitur deo. Et ideo nulla creatura potest peccare in primo actu quum ad illum sit naturalis, & a Deo determinata. Præterea sicut omne mobile potest reduci ad aliquod immobile, sic omne indeterminatum ad determinatum. Sed videmus voluntatem in his, quæ ad finem sunt, indeterminatam, & circa finem esse determinatam, & naturaliter inclinatam, & ideo primus actus eius est omnino determinatus, & mere naturalis, quia quum voluntas non possit velle ea quæ sunt ad finẽ, nisi prius uolito fine sequitur quod si primus actus esset indeterminatus, nihil posset velle quia actus naturalis, præsupponitur aliis actionibus, nec potest deliberare quantum ad primũ, igitur est determinata quo ad primum actum, & quantum ad specificationem, & quantum ad exercitium. Nam omnis omissionis seu priuationis aut negationis oportet assignare aliquã causam, & qualiter aliquod agens aliter se habeat nunc quã prius, sed non potest assignari causa siue rõ cessationis aut suspensionis in primo actu siue ad beatitudinem

1. p. q. 82. art. 1. 1. 2. q. 10. art. 2. De ueritate. q. 22. art. 6.

Naturale & liberum differunt.

Rom. 13. 1. Ethic.

Primus actus uoluntatis est a Deo.

titudinem primò obiectam & præsentatam, sicut in aliis actibus sequentibus, maxime quum voluntas sit natura quædam, sequitur quod quo ad primum actum est totaliter determinata, quantum ad exercitium. Vnde necesse est dicere quod primus actus voluntatis procedat ex instinctu alicuius naturæ exterioris & superioris mouentis, vt Aristoteles concludit Remanet ergo determinata & quantum ad specificationem, & quantum ad exercitium. Quo ad specificationem quidem, quia si habeat actū, necessario erit prosecutiuus, & quantū ad exercitium, quia non pōt cessare ab actu. Sed quo ad alios actus sequentes primum, circa finem vltimum est libera quo ad exercitium, quia potest suspendere actum, sed non quo ad specificationē, quia si ponat actum, ille actus erit prosecutiuus, quo ad media vero est libera, & quo ad exercitium, & quo ad specificationem, quia homo potest multis & diuersis viis peruenire ad beatitudinem, & diuersis hominibus diuersæ sunt viæ perueniendi ad eam. Aliqui per virginitatem alii per matrimonium &c, Ideo circa illa media homines sunt liberi. ¶ Resolutorie ergo dicendum est quod indeterminatio siue libertas voluntatis potest considerari respectu triū, scilicet respectu obiecti, & actus, & ordinis in finem. Quo ad obiectum, inquantum potest velle hoc vel illud, vel eius oppositum, ut velle & nolle positiue, & hæc libertas vocatur a Neotericis Libertas contrarietatis. Quo ad actum, inquantum potest ponere actum, vel non ponere, velle vel non velle negatiue, siue cessare ab actu, & hæc libertas dicitur a Neotericis, Libertas contradictionis. Quo ad ordinem verò finis, inquantum potest velle bonum vel malum, siue apparens bonum, quia voluntas non potest ferri in malum sub ratione mali, quum bonum sit quod omnia appetunt. Et Diuus Dionysius dicit quod nemo intendens in malum, operatur, sed cum voluntas fertur in bonum apparens & non existens, dicitur ferri in malum ex consequenti. Loquendo ergo de indeterminatione siue libertate voluntatis circa obiectum vltimi finis in patria est omnino determinata, siue non est libera, nec quo ad specificationem, neque quo ad exercitium, siue non est libera libertate contradictionis vel contrarietatis, est tamen libera libertate complacentiæ, quia complacet & delectatur in illo obiecto; In via autem quo ad primum actum respectu vltimi finis est determinata, vt dictum est. Quo ad sequentes respectu eiusdem obiecti, est libera libertate contradictionis. siue quo ad exercitium, hoc est, potest suspendere actum. Non est tamen libera libertate contrarietatis, siue quo ad specificationem, quia non potest actum oppositum elicere, nec odisse beatitudinem ei per intellectum præsentatā. Circa autem ea quæ sunt ad finem siue media, est libera vtraque libertate in via. In patria aūt nō potest velle bonū apparēs, & non existēs, siue malum, nec propter hoc amittit aliquid libertatis, quia (vt diuus Anselmus dicit) velle malum non est libertas, neque pars libertatis, quanuis sit quoddam libetatis signum, alioquin Deus non esset liber, quod est hæreticum. ¶ Notandum tamen qnod licet voluntas necessitetur necessitate finis, siue naturalis inclinationis, non tamen cogitur nec necessitatur necessitate coactionis, siue violentiæ, hoc est, non violentatur, quia violentium secundum Phil. est cuius principium est extra, nihil conferente vim passo, sicut quum lapis sursum proiicitur, quia quantum est de se, nullo modo ad motum sursum inclinatur imò habet intrinsecam inclinationem repugnantem ad illum motum, scilicet grauitatem, mouentibus eam creaturis sursum, quia si Deus lapidem sursum moueret, non violentaret, quum quicquid habet creatura insensibilis a Deo, sit ei naturale. Nec tunc sunt duo contraria in eodem, quia si hoc fieret, suspenderetur actiuitas grauitatis, & aliquid in lapide imprimeretur per quod lapis inclinaretur sursum. & sic conferret uim, & per consequens non violentaretur. Omnes enim creaturæ sunt in potentia obedientiali Dei. Sed cum voluntas sit quædam inclinatio, non potest contingere quod voluntas aliquid velit, & eius inclinatio non sit in illud. Et ideo licet corpus & membra, & potentiæ exteriores possint cogi & uiolentari, non tamen voluntas, licet metu & terrore pœnarum possit induci ad aliquid volendum quod alias nollet, quod diminuit de voluntario, hoc est de libero, ut inferius

Lib. de bo. fortuna.

Libertas uoluntatis respectu triū.

B 29

1. Ethi.

C 28

Quicquid creatura habet a Deo est ei naturale.

ferius dicetur quia tamen in his quæ per metum fiunt, voluntas confert vim, ideo non violentatur. ¶ Nec obstat libertati voluntatis, quòd eius motus pendeat à Deo, qui primo prioritate naturæ concurrit cum omnibus causis secundis, & magis ac fortius influit in effectum, quam causæ secundæ. Vnde videtur quòd posito concursu Dei ad actum voluntatis, voluntas non sit libera, vel operatio Dei sit efficax. Dicendum quòd posita illa suppositione, negatur consequentia, scilicet quòd ideo non sit libera, nec quòd voluntas ex necessitate moueatur à Deo, qui (vt dicitur Sapientiæ octauo) attingit a fine vsque ad finem fortiter (hoc est voluntas Dei semper est D
efficax, ita vt nihil possit resistere eius voluntati, vt dicit Apostolus ad Romanos 3●
nono, Voluntati eius quis resistit.) & disponit omnia suauiter. hoc est, mouet quamlibet creaturam secundum modum suum, scilicet naturalia naturaliter & ex necessitate, & libera siue voluntaria liberè & absque necessitate, quia (vt D. Diony. 4 cap. de Diuinis nominibus ait) ad diuinam prouidentiam non pertinet naturam rerum corrumpere, sed seruare, Ideo mouet vnamquamq; naturam secundum conditionem suæ naturæ, vt dictum est. Propter huiusmodi indeterminationem voluntatis dicimus hominem habere liberum arbitrium. Quod tripliciter probari potest. Primò experientia, quia experimur nos esse indeterminatus circa multa & bona & mala, & posse consiliari & deliberare, & ex duobus oppositis eligere quod volumus, & vno solo obiecto oblato posse acceptare vel respuere, vel suspendere actum. Et contra negantes euidentiam experientiæ, non est arguendum rationibus, sed verberibus. vnde si quis negaret ignem esse calidum, potissimum argumentum ad conuincendum eum esset proiicere illum in fornacem ignis. Sic si quis negaret liberum arbitrium esse in homine viatore, fortius argumentum ad eum conuincendum esset plagis & verberibus illius temeritatem arcere. Et si quæreretur, respondendum esset plagis & verberibus illius temeritatem arcere. Et si quereretur, respondendum esset, quòd percussores non essent arguendi, eo quòd non liberè fecissent. Secundò hoc probatur ratione, quia consilium non est nisi eorum quæ in nobis sint, hoc est eorũ quæ sunt in nostra potestate, secundum Philos. tertio Ethicorum. sed homines de suis actibus consiliantur, igitur sunt domini actuum suorum. Præterea præcepta & prohibitiones non debent fieri nisi ei qui potest facere, alias frustra fierent. Sed Deus hominibus dedit mandata & præcepta, ac prohibitiones, igitur in hominum potestate est facere vel non facere, siue implere vel transgredi, Vlterius, nullus debet puniri vel præmiari pro eo quod non est in sua potestate facere. Vnde Philosophus dicit in 2. Ethico. quòd naturalibus non meremur, neque demeremur, sed homo punitur & præmiatur pro suis operibus. Vnde Apostolus ad Roma. 2. Reddet vnicuique secundum opera sua, &c. Et Christus Matth. 25. venite benedicti patris mei, &c. E
&, Ite maledicti in ignem æternum, &c. Insuper, Omnium quæ fiunt, oportet 30
ponere causam immediatam. Sed actum humanorum non possumus semper ponere Deum esse causam immediatam, quia ea quæ à Deo immediatè sunt, non possunt esse nisi bona. Atqui actus humani sunt quandoq; boni, & quandoq; mali, igitur non sunt immediatè a Deo. Nec potest etiam dici quod necessitas sit eorum causa, quia ea quæ ex necessitate proueniunt; semper eodem modo se habent, quod in humanis actibus non videmus. Nec etiam potest dici quod fatum seu stellarum dispositio sit causa immediata, quia illa sunt determinata ad vnum, & eodem modo operantur, sed non est ita in hominibus. Neque etiam fortuna vel casus possunt esse causa immediata humanorum actum, quia fortuna & casus sunt causa eorum quæ raro & præter intentionem fiunt siue accidunt, vt dicitur in 2. Physico. quod in humanis actibus non oportet, cùm sæpe ex intentione agantur. Vnde relinquitur hominem facientem esse principium & dominum propriorum actum. Tertiò probatur ex fide, quia fides hoc asserere astringit pluribus authoritatibus sacræ scripturæ, quibus credere tenemur. Et ne prolixior fiam, paucas hic recitabo. In primis dixit Deus mulieri, Quare hoc fecisti? Si non potuisset non facere, non ueniebat increpanda, & iustè respondisse, quia non poteram non facere. Præterea, Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilii sui. Glossa exponens

1.p. q. 83. art. 1.

De ueritate q. 24. art. 1

Liberum arbitriũ esse in homine tripliciter probatur.

Secũda probatio.

Tertia probatio.

Gen. 1.

Eccle. 15.

exponens dicit, hoc est in potestate liberi arbitrii, prout postmodum declarat subiungens Adiecit mãdata & præcepta sua. Si volueris mandata conseruare, conseruabunt te. Apposui tibi aquam & ignem, ad quodcunque volueris, porrige manum tuam Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placauerit ei, dabitur illi. Non potuit a sapiente clarius liberum arbitrium exprimi; Veruntamen quia Lu *Liberum*
F therani & alii in hac parte hæretici, hoc verum fuisse in statu naturæ integræ & an- *arbitrium*
30 tequam peccaret homo dicunt, sed non post peccatum, post quod dicunt liberum *manet post*
arbitrium factum fuisse claudum, sic quod non potest nisi claudicare, hoc est, pec- *peccatum.*
care, ex aliis passibus scripturæ clare constat oppositum, & quod homo in peccato mortali existens, habeat liberum arbitrium. Postquam Cain decreuisset occidere fratrem suum, & sic esset in peccato mortali, dixit ei Deus, Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris recipies? Sin autem male, statim peccatum tuũ *Gen. 4.*
in foribus aderit, scilicet ad petendam uindictam. sequitur, Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Ex his manifeste apparet Cain peccatorem & post peccatum habuisse liberum arbitrium, & fuisse dominum appetitus sui, & actuum *Num. 30.*
A eius. Præterea de vxore ieiunium aut alias abstinentias vouente Moyses dicit, in
30 arbitrio viri erit si faciat siue non faciat. Insuper in statu naturæ corruptæ omnibus filiis Israel tam iustis quam peccatoribus dictum fuit, Considera quod hodie *Deu. 30.*
proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum, & econtrario mortem & malum, vt diligas dominum Deum tuum, & ambules in uiis eius, & uiuas, & multiplicet te, benedicatq; tibi. Si autem auersum fuerit cor tuum, & audire volueris, prædico tibi hodie quod pereas, & paruo tempore moreris in terra ad quam Iordane transmisso ingred eris possidendam. Et Gad dixit ad Dauid Trium tibi datur optio, elige vnum ex his, vt faciã tibi. Et. 3. Reg. 3. dixit dominus Salomoni, postula quod vis vt *2.Reg. 24*
dem tibi. Et Sapiens Eccl. 31. Beatus est qui potuit transgredi, & non est transgressus. Et Esaias cap. 1. Si volueritis & audieritis, bona terræ comedetis. Quod si nolueritis, & ad iracundiam me prouocaueritis, gladius deuorabit vos. Et Christus Matth. 23 Hierusalem quæ occidis prophetas & lapidas eos qui ad te missi sunt, quotiẽs volui uos congregare, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluistis? Item Matth. 19. Si uis ad vitam ingredi, serua mandata. Et Lucæ 9 Et si- *Luc. 9*
quis vult venire post me, abneget semetipsum Et, Dedit illi tempus pœnitentiæ, & *Apoc. 2*
noluit pœnitere, Et Apostolus, Deponite vos secundum pristinam conuersationem *Ephe 4.*
veterem hominum. Si non poterant, ad quid monebat illos? Dicit pariter, Volunta *Heb. 10.*
rie peccantibus non relinquitur hostia. Et Salomon. Hominis est præparare cor. Et *Prou. 15.*
D. August dicit, Peccatum adeo est voluntarium, quod si non sit voluntarium nullum est peccatum. Et in hyponogsticon tertio ca. dicit, Est igitur liberum arbitrium, *Hiere. 10.*
quod quisquis negauerit, Catholicus non est. vnde in concilio Tridentino canone quinto dicitur, Si quis liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum & exstinctum esse dixerit, & rem esse a solo titulo, imo titulum sine re, figmentum denique a satana inuectum, anathema sit. Nec obstat quod Hiere. dicit, Non est hominis via eius, neque viri vt ambulet & dirigat gressus suos, Nam secundum Grego. Nissenum non intelligitur passus ille de electione operum, quæ in hominis potestate consistit, sed de executione quæ non est in hominis potestate, sed Dei, sua prouidentia gubernãte propositum hominis, quod quandoque ad finem perducit, quandoque vero non. Et quod dictum est electionem esse in potestate hominis, intelligendum est quantum ad substanciam facti, sed non quantum ad modum, vt scilicet meritorie ambulet. Et quamuis merita sint voluntaria, & in potestate arbitrii adiuti gratia, non tamen per liberum arbitrium negamus gratiam Dei, vt Pelagius, sed eam affirmamus, quia gratia non destruit liberum arbitrium, sed facit ipsum multo plura & altiori modo posse, quam antea poterat, vt puta mereri, & promptius bona prosequi, & mala atque inutilia refellere & vitare. Et eodem modo *Rom. 8.*
B intelligendum est illud Apostoli, Non est volentis (scilicet velle) neque currentis
30 (scilicet currere) sed miserentis dei, scilicet quo ad executionem, vel de cursu perfecto

fectovel meritorio, sed non quo ad electionem, non secludendo tamen auxilium
Psal. 58. speci ale, quod dicitur gratia & misericordia præueniens, de qua Apostolus in loco allegato, & Psal. Misericordia tua præueniet me, non tempore, cum simul Deus moueat, & liberum arbitrium moueatur, sed inclinando, & inclinationem iuuando, & non cogendo aut necessitando. Pro resolutione huius materiæ notandum est

Liberum arbitrium in statu naturæ integræ quid poterat. quòd liberum hominis arbitrium in statu naturæ integræ, in quo Adam fuit perfectus in gratia & iustitia originali, poterat se ad vtranque partem determinare, & bene ac meritorie operari, ac etiam peccare. vt rei probauit euentus, sed consentiendo peccato, descendit a Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui spoliauerunt eum, scilicet gratuitis gratia & iustitia originali, ac virtutibus infusis, & donis spiritus sancti, & plagis impositis abierunt eo semiuiuo relicto, hoc est potentis de-
Gen. 6. bilitatis, & ad malũ pronis siue inclinatis, non tamen coactis aut necessitatis, & abierunt eo semiuiuo relicto. Vnde etiam Genes 6. dicitur. Videns Deus quòd multa malitia hominum erat in terra, & cuncta cogitatio cordis humani intenta (hoc est inclinata) in malũ omni tempore. Et Gen. 8. dicitur. Nequaquam vltra maledicam terræ propter hominem. Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. In 6 cap. dixerat Moyses intenta, in octauo cap. exponit & declarat dicens, prona siue inclinata. Non dixit manca. Et in illa similitudine per Christum adducta non dicitur etiam eo manco aut claudo, sed semiuiuo

Liberũ arbitrium. quod perdet per peccatũ relicto. Et sic liberum arbitrium, hoc est, voluntas & intellectus, & aliæ potentiæ per peccatum fuerunt delibitatæ & infirmæ, sed non extinctæ neque claudæ, sed semiuiuæ, scilicet potentes quo ad corporalia & connaturalia, ad quæ natura hominis est per synderesim naturaliter inclinata. Adhuc igitur viuit liberum arbitrium, quod non faceret, si non posset nisi peccare, est tamen debile & infirmum, pronum & inclinatum ad malum, sed non coactum, sicut non cogitur per influentias planetarum, quæ solum exirinsece inclinant, quia solum circa corpus operantur, & non immediate in anima. Sed quoad spiritualia, & opera meritoria fuit omnino prostratum, sic quoad non sufficit per se mereri, imo nec ad gratiam gratum facientem se præparare, quod fit per attritionem, ad quam requiritur auxilium speciale, & miseri D
cordia præueniens: quæ omnibus parata est. modo cessent a peccatis. vnde Apo 30
Apoc. 1. calyp. 1. Ego sto ad ostium, & pulso. Cum ergo liberum arbitrium hominis sit adhuc viuum, sed debile & infirmum, non potest aliqua etiam naturalia perfecte facere absque auxilio speciali, quemadmodum febricitans vel infirmus non potest perfecte surgere & ambulare, potest tamen quodammodo conari eleuare caput, dareque manus, tunc si fuerit adiutus, surgit. Sic ad propositum vnusquisque quantumcunque peccator etiam gentilis per synderesim (quæ dicitur lumen na-
Psalm. 4. turale vultus Dei quod signatum est super nos, & ostendit nobis bona esse facienda, & mala fugienda) cum concursu Dei generali potest cessare a peccato, & aliquo modo conari, ac eleuare caput, porrigereque manus, hoc est, auxilium petere, veruntamen non potest perfecte surgere aut operari. Hanc potestatem liberi arbitrii bene declarat Apostolus Romanorum septimo, vbi ait, Scio quòd non habitat in me (hoc est in carne mea) bonum, scilicet completum & perfectum.
3. li. de lib. arb. cap. 3. Nam uelle (hoc est uelle bonum incomplete) mihi adiacet, hoc est, in mea facultate situm est. Nihil enim (vt D. Augustinus dicit) est tam in hominis potestate, quàm uoluntas saltem incompleta, quæ cum concursu generali in quibuscunque peccatoribus potest cessare a malo, & conari ad bonum. Sed vt D. Thomas dicit illud uelle adiacet homini quasi infirmum, nisi gratia tribuat homini efficaciam ad perficiendum. Ideo subdit, Perficere autem bonum non inuenio. Quod deinde manifestat cum ait, Non enim quod volo bonum, hoc facio (quia vellem non concupiscere, & primo primos motos sensualitatis non habere) sed quod odi malum (hoc est concupiscentiam, & rebellionem carnis, siue motus primo primos contra spiritum, quos nollem habere) hoc ago, id est habeo siue inuenio in me. Propter prædictum conatum dicitur homo facere quod in se est. Sic debet intelligi illud quod

Salomon

Salomon dicit, Hominis est animam præparare, scilicet incomplete, & domini est *Prou.16.*
gubernare linguam, & illud, Cor hominis dirigit viam suam, scilicet incomplete
& imperfecte propter prædictum conatulum, siue propositum quod habere potest,
sed domini est dirigere gressus eius, scilicet perfecte & complete per executionem *1.Reg.7.*
& consummationem. Adhuc conatum hortabitur Samuel dicens: Præparate cor- *Matth.3.*
D da vestra domino. Et D. Ioannes Baptista dicebat, Ego uos clamantis in deserto, *Ezec.18.*
3 parate viam domini. Per hunc conaculum dicitur quis conuerti ad dominum. *Zach.1.*
Hunc conatulum exigit a nobis Deus per Ezechielem dicens, Conuertimini, &
agite pœnitentiam. Et per Zachariam Conuertimini ad me, & ego conuertar ad
vos. Verum hanc conuersionem imperfectam cognoscens Dauid, dicebat, Emitte manum tuā de alto eripe me, & libera me, ac si diceret. Ego quidem conor leuare caput, & porrigere manus, sed non possum complete & perfecte, idcirco emitte domine manum tuam de alto eripe me, & libera me. Dicebat etiam, Conuerte nos Deus salutaris noster. Et Hieremias. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur, scilicet perfecte. Ex hac analogia & expositione pendet solutio multorum argumentorum, & concordia diuersorum passuum sacræ scripturæ, quæ, videntur aduersari libero arbitrio. Inter alios passus et locos est illud Apostoli, Non quòd simus sufficientes ex nobis quasi ex nobis, aliquid cogitare (scilicet perfecte aut meritorie) sed omnis sufficientia nostra ex Deo est. Et illud, Non est volentis neque currentis, scilicet velle & currere perfectum siue consummatum vsque ad finem, sed miserentis Dei, sua misericordia & prouidentia ad finem perducentis, velle tamen imperfectum adiacet. Idem illud pariter Hieremiæ, & non est hominis via eius, nec viri vt ambulet & dirigat gressus suos, scilicet perfecte. Et illud Esaiæ. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine, scilicet perfecta, & non mala & incompleta, quia dei perfecta sunt opera. Vnde Oseas dicit, perditio tua ex te Israel tantummodo in me auxilium tuum. Et Apostolus dicit, Deus est qui operatur in omnibus velle & perficere, scilicet perfectum. & quantum ad executionē & consummationem Ad hunc etiam sensum debet intelligi illud quod dicit Christus, Sine me nihil potestis facere, scilicet perfectum & consummatum. Nec tamen opera nostra perfecta & meritoria sic sunt a Deo, quod nos mere passiue nos habemus, & nullo modo coagamus aut cooperemur, prout dicunt hæretici, quum

Psal.143. *Psal.84.* *Thre.5.* *2.Cor.3.* *Rom.9.* *Hiere.10.* *Esai.64.* *Deute.31.* *Osea.13.* *Philipp.2.* *Ioann.4.*

E D. Mattheus de Apostolis dicat, Profecti prædicauerunt vbique domino cooperante. & sermonem confirmante, sequentibus signis, & D. Ioannes. Nos ergo debe
3 mus suscipere huiusmodi, & cooperatores simus veritatis, & Apostolus, Abundan *1.Ioan.3.*
tius omnibus laboraui, non ego, scilicet solus, sed gratia Dei mecum. Vnde in con *2.Cor.15.*
cilio Tridentino sessione 9. canone sexto, Si quis dixerit non esse hominis in potestate vias suas malas facere, sed mala opera ita vt bona Deum operari, non permissiue solum, sed etiam proprie & per se, adeo vt sit proprium opus Dei, non minus proditio Iudæ quam vocatio Pauli, anathema sit, & sit canone quarto, si quis dixerit liberum arbitrium a Deo motum & excitatum nil cooperari, assentiendo deo excitanti & vocanti, quo ad obtinendam iustificationis gratiam, se disponat atque præparat, sed vult inanime quoddam nil omnino agere, mereque passiue se habere, Anathema sit. Nec obstat quòd nos in operibus bonis nos habeamus vt instrumenta Dei, quia nos sumus talia instrumenta, vt sint in nobis principia agendi & operandi, Operatio enim attribuitur instrumento habenti principium operandi, ut sunt animata secus dicendum est de inanimatis. Non enim calamo attribuitur scriptura, nec secatio serræ licet enim prima causa magis influat quàm secunda, et Deus principalius operatur quam nos effectus tamen magis approximatur causæ proximæ, & ideo attribuitur ei. Vnde & Christo, qui fuit instrumentum diuinitatis, secundum humanitatem attribuitur redemptio naturæ humanæ, & sacerdotibus iustificatio, dicunt enim, Ego baptizo te, Ego absoluo te. ¶ Notandum quòd sancti doctores qui cum ecclesia asserunt liberum arbitrium, non excludunt ab eius operatione gratiam, quæ ipsum non destruit; sed iuuat et perficit,

ne conueniant cum Pelagio, qui non est veritas sic eleuare liberum arbitrium, vt gratiæ dei locum non videatur relinquere, dicit enim in libera potestate hominis esse, etiam omnia perfectionis opera per solum liberum arbitrium perficere. Et hoc solum gratiæ diuinæ tribuit, quod talis naturæ condiderit Deus hominem, vt hoc absque auxilio gratiæ posset quam cum gratia facilius. Illius errorem pluribus voluminibus exterminauerunt D. Hieronymus & Augustinus, qui dixit liberum arbitrium sine gratia nihil valere nisi ad peccandum, non vt Manichæi partes fouerct qui propter peccatum primi parentis liberum arbitrium perisse dicit, vt nemo iam potestatem habeat bene viuendi, sed omnes in peccatum carnis necessitate cogi. Sed præmissa Diuus Augustinus dixit, vt Pelagium omnino reprobaret, & vt ostenderet auxilium speciale Dei (sine quo liberum arbitrium iam infirmum, ad ardua & perfectiora eleuari non poterat necessarium esse. Nec accepit ibi Diuus Augustinus gratiam pro gratia habituali, & gratum faciente, sed pro auxilio speciali, sine quo non possumus vitare peccatum positiue præcipue vbi passiones insurgunt. Ad hunc sensum intelligendus est Diuus Augustinus, non sic quod in omnibus, quæ facit liberum arbitrium siue gratia, vel speciali auxilio, sit peccatum. Et D. Hierony. ad Damasum dicit, Liberum sic confitemur arbitrium, vt dicamus nos semper Dei indigere auxilio. Auxilium speciale inter gratias gratis datas computatur. In eodem auxilio speciali diuersi gradus collocantur, sicut & in concursu generali. Quamuis n. concursus generalis & specialis ex parte dei idem sint ex, parte tamen creaturarum diuersificantur. Concursus quidem generalis, quo ad actiones naturales secundum diuersos gradus creaturarum distinctionem accipit. Vnde concursus quo concurrit cum vegetabilibus, altioris gradus, dicitur, quam concursus quo concurrit cum inanimatis, quemadmodum animalia digniora sunt inanimatis. Concursus etiam cum animalibus est altioris gradus quam cum plantis, sicut & animalium natura dignior est. Eadem ergo ratione concursus quo concurrit cum hominibus sistendo intra gradus naturæ hominis quæ rationalis est, erit altioris gradus, quemadmodum natura est altior & dignior cunctis animalibus irrationabilibus. Quemadmodum ergo inferiora ab homine cum concursu generali dei possint operari ea quæ non excedunt naturam suam sit etiam homo cum concursu generali poterit peragere ea, quæ pertinent ad naturam suam, & ad quæ peragenda difficultatem non habet, vt comedere, bibere, ædificare domos, & plantare vineas, secundum Diuus August. Et in illo statu naturæ integre poterat bonum virtutis acquisitæ, quod non excedebat naturam, appetere, sed ordinare ea in superiorem finem s. beatitudinis, vel de ea cogitare, aut agere ea circa, quæ ex corruptione peccati originalis difficultatem habet, prout reprimere concupiscentias carnis, quæ militant aduersus spiritũ, nõ potest absque auxilio speciali, & gratuito, quod habet diuersos gradus, sicut concursus generalis. Primus est quando quis agit bonum opus morale perfectũ, etiã nõ cogitãdo de fine supernaturali, quia actus moralis perfectus secũdũ omnes circunstantias, est dispositio, nõ quidem meritoria de cõdigno, sed de congruo ad gratiam. Congruũ. n est, vt cũ homo bene vtitur suis naturalibus, Deus etiã circa eum vtatur sua ineffabili bonitate & misericordia, & moueat eum ad supernaturalia propter quæ eum si bene vteretur suis naturalibus, creauit. Ad ordinandum autem ea quæ homo facit in finem beatitudinis supernaturalis, puta cogitare se propter peccata sua offendisse Deum, & dignum esse pœna æterna, deumque esse misericordem, & velle indulgere, modo pæniteat, requiritur altius & nobilius auxilium speciale, quod dicitur gratias præueniens. Ad contritionem, etiam aliud altius auxilium speciales requiritur, quod dicitur gratia gratum faciens habitualis. Ad merẽdum adhuc altius quod dicitur gratia consequens ad perseuerandum vsque ad finem, altius, quod dicitur donum perseuerantiæ, & ad visionem beatificã altius, quod dicitur gratia consummata, Secundum hunc sensum debent intelligi verba D. Aug in loco præallegato, cũ ait quod sine gratia hoc est sine auxilio speciali in his, in quibus patitur difficultatem ex corruptione peccati originalis, quo ad

perfectum

In li. de spiritu & lit. cap. 4.

Bene moraliter agere absque auxilio, speciali quando homo potest

perfectum & meritorium peragendum nihil potest, ac etiam illud quod dicit in libro de Natura & gratia, vbi ait quòd siue gratia (scilicet auxilii specialis) nullũ pror sus bonum siue cogitando siue volendo, aut amando, siue agendo, faciunt homines bonum. scilicet perfectum, & meritorium. Et, sic accipit Apostolus bonum in locis præallegatis, maxime cum ait, Non enim quod volo bonum, hoc ago. Per hæc patet solutio ad obiecta quæ communiter fiunt.

Ver. 3 *De seruitute & libertate peccati & iustitiæ.* Rom. 7.

A AD multorum aliorum passuum sacræ Scripturæ, & sanctorum doctorũ, qui ad
31 versantur, vel aduersari videntur libero arbitrio, intelligentiam, & maxime ad intelligendum illud Ioan. Qui facit peccatum, seruus est peccati, & illud Apostoli, An nescitis quod cui vos exhibetis seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis, *Ioan. 8.* siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? Sed seruitus opponitur libertati. Igitur qui est in peccato mortali non est liber, & per consequens non est liberum arbitrium. Et quod dicit D. Chrys. super illud. Inuenietis asinam alligatam vbi ait, Antequam peccemus, liberum habemus arbitrium ad sequendum voluntatem diaboli, aut non. Quod si semel peccantes obligauerimus nos operibus eius, *Matt. 21.* iam virtute nostra euadere non possumus, sed sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, vbi tempestas voluerit, sic homo diuinæ gratiæ auxilio perdito per peccatum, non quod vult agit sed quod diabolus vult. & nisi dominus valida manu miseri cordiæ suæ soluerit eum, usque ad mortem in peccatorum uinculis permanebit, & quod Apostolus dicit. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me, in lege peccati, quæ est in membris meis, & illud, Non *Rom. 7.* enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum, hoc facio. Sciẽdum est, quod omnia prædicta dicuntur & debent intelligi inductiue siue inclinatiue propter uehementiam passionum allicientium, vel de motibus primo primis, quos habere nolebat Apostolus, & tamen ab eis stimulabatur, & non coactiue. Notandum præterea quod Apostolus seruitutem diuisit in seruitutem peccati, & in seruitutem iustitiæ, Diuisit pariter, & libertatem. s. in libertatem, a peccato, & in libertatem a iustitia, quæ sunt inuicem opposita, ita quod quicunque est seruus iustitiæ, est liber a peccato, & quicunque est seruus peccati, est liber a iustitia. In neutra autem seruitute comprehenditur necessitas coactionis, quia qui est seruus iustitiæ, non necessitatur ad opera iustitiæ, quin possit ab eis cessare, & iustitiam deserere. ergo idem est de seruitute peccati. Seruus. n. peccati non cogitur, aut necessitatur ad peccandum *De ver. q. 24. art. 1.* sed per liberum arbitrium potest a peccatis cessare, & illa deserere. Et sic in utraque seruitue manet liberum arbitrium. Sed uidendum est in quo consistit seruitus peccati, & seruitus iustitiæ, & quam libertatem habeat peccator & iustus. Seruitus peccati secundum D. Thom. consistit in tribus. Primo in inclinatione ad peccandũ, quia peccatum præcedens ex habitu vel dispositione relicta per suggestionem diaboli, cui se quo ad hoc subiecit, inducit ad alia peccata. Vnde D. Grego, Peccatum quod per pœnitentiam non deletur, mox suo pondere ad aliud trahit. Secundo seruitus peccati consistit in macula quæ est testimonium illius seruitutis diaboli, quam homo per suam virtutem delere non potest. Licet enim per solum liberum arbitrium possit peccari, non tamen per solum liberum arbitrium potest surgere a peccato, sicut ille qui sponte cadit in foueam profundam, non potest per se exire. Per hanc maculam sic subiicitur peccato, quod vt dicit. D. Chrys. nisi Dominus valida manu sue misericordiæ soluerit, perpetuo manebit. Tertio seruitus peccati consistit in difficultate ad bonũ, quia per peccatũ priuatur facilitate, quæ procedit ex gratia, & seruitute iustitiæ Libertas autem arbitrii quæ est in peccatoribus, in duobus consistit. *Seruitus peccati in quo consistit.* *Libertas peccatoris in quo consistit.*

Pimo quia est liber a coactione siue necessitate peccandi. Quia non potest diabolus nolentem compellere, aut necessitare ad peccandum, imo potest peccator cessare a peccato, & sic quodlibet peccatum mortale vitare, cum secundum D. August. peccatum adeo sit voluntarium, quod si nõ fuerit voluntariũ, nõ est peccatũ, licet non possit facere, qu od non sit sub peccato quum non possit per se resurgere ab illo.

illo. Et quia peccatoribus cessantibus a peccato non denegatur auxiliũ speciale dei, eũ illo, quia poterit positiue resistere diabolo, & concupiscentis appetitus sensitiui.

¶ Secundò libertas arbitrii in peccatore consistit, in conatulo illo & volitione sine proposito resurgendi in perfectis, de quibus in præcedenti versiculo dictum est. Seruitus autem iustitiæ in homine iusto consistit in inclinatione ad exercenda opera iustitiæ. Nam per gratiam, virtutes, & dona spiritus sancti, & gratiam cooperantem & sequentem inclinatur ad opera meritoria, & ad perseuerandum in illis. Et sic non est tanta nec tam grauis seruitus iustitiæ sicut seruitus peccati, imò seruitus iustitiæ dulcissima est, Seruire enim Deo regnare est. Vnde Christus, Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Per hanc seruitutem iustitiæ perficitur liberum arbitrium, & liberatur a seruitute peccati. Libertas iustitiæ quæ manet in homine iusto non consistit in de obligatione legis seruandæ, vt bene probat Apostolus in loco prætallegato dum ait Peccabimus quia non sumus sub lege sed sub gratia? Absit. Nescitis quòd cui uos exhibuistis seruos ad obediendum, &c. Tandem infert, Liberati ergo peccato serui, facti estis Deo, & per consequens ministris eius. Omnis enim anima potestatibus sublimioribus subdita sit, &c Et alibi. Vos in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem detis in occasionem carnis, sed per charitatem spiritus seruite & obedite præpositis uestris. Et Christus, Qui uos audit, me audit, & qui uos spernit, me spernit, Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit. Sed de iis amplius inferius dicetur. Sed libertas hominis iusti quæ habet per gratiã Christi, siue libertas christiana consistit in quatuor. Primò in liberatione a peccato originali Secundò in liberatione a peccato mortali, & ab inclinatione ad alia peccata similia, necnon etiam a vehementibus suggestionibus diaboli. Tertiò a liberatione legis Moysi, vt probat Apostolus in loco prætallegato, qui cum loquitur de lege, intelligit de lege Moysi. Quartò in liberatione a seruitute corruptionis, quæ erit in resurrectione generali: Vnde dicit, oportet corruptibile hoc induere incorruptionem & mortale hoc induere immortalitatem & alibi dicit, Ipsa creatura liberabitur, a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.

Seruitus iustitiæ in quo consistit. *Mat. 11.* *Libertas iustitiæ siue christiana in quo consistit.* *Rom. 2.* *Galat. 6.* *Luce. 10. cap. 17. uer. 2.* *Libertas christiana consistit in quatuor.* *1. Cor. 15.* *Rom. 8.*

Ver. 4. *De Quiditate & essentia liberi arbitrii.* B

POSTQVAM compertum est liberum arbitrium esse in homine, considerãdum est quid sit, & in quo essentialiter consistat. D August. dicit, quòd liberum arbitrium est facultas voluntatis & rationis, Damascenus dicit quod liberum arbitrium nihil aliud est, quàm voluntas. Philosophus dicit, quod electio est appetitus præconsiliati, Electio autem est actus liberi arbitrii. ergo liberum arbitrium est potentia appetitiua. D. Thom. resoluens hanc materiam dicit, quòd si uis vocabuli accipiatur, liberum arbitrium nominat actum, sed ex vsu tractum est, vt significet principium actus. Cum enim dicimus hominem esse liberi arbitrii, non intelligimus quod actualiter libere iudicet, sed quòd habeat in se vnde possit libere iudicare, & cõcludit quòd est voluntas, & probat sic. Omne principium actus vel est potentia, vel habitus, quia vt Philosophus in 2. Ethicorum dicit, Tria duntaxat sunt in anima. s potentia, habitus, & passio siue actus. Duo prima sunt principium actus, sed liberum arbitrium dicit actum scilicet liberum iudicium, ergo principium eius erit potentia vel habitus. Iudicium autem elicitiuè pertinet ad intellectum, siue rationem, sed quod additur liberum, si excederet vim potentiæ principium eius deberet poni habitus, sed non excedit, quia secundum hoc aliquid libere fieri dicitur quod est in potestate facientis. Esse autem aliquid in potestate nostra, inest nobis per aliquam potentiam. s. voluntatem, & non per habitum, ergo liberum arbitrium est potentia, non absolute, sed in ordine ad actũ qui dicit electio, quæ præsupponit consilium. Et sic liberum arbitrium est essentialiter ipsa voluntas, connotando ordinẽ siue respectum ad rationem siue ad iudicium electionis, quæ est vnus & proprius actus liberi arbitrii. Ex eo enim liberi arbitrii dicimur, quod possumus vnum accipere alio recusato, quod est eligere. Electio autem, vt dictum est, ad voluntatẽ pertinet, præsupponit tñ iudicium, & collationem rationis. Cum ergo omnium potentiarum, actus

3. lib. ca. 4: *2. Eth.* *1. p. q. 83. ar. 3. & 4.* *De Ver q. 24. ar. 45. & 6.* *2. Ethi.*

actus ordinetur ad electionem liberum arbitrium non dicetur plures potentiæ, quia tunc sequeretur quòd in vno homine essent plura libera arbitria, & volũtates, ideo est tantum vna potentia cum actus omnium aliarum potentiarũ referãtur ad liberũ arbitrium mediãte vno actu qui est eligere, qui nõ põt esse actus elicitus a pluribus potẽtiis immediate progrediens, sed duntaxat a voluntate. Quamuis. n. Philosophus videatur relinquere sub dubio cuius potentiæ actus sit electio (dicit enim quòd electio est intellectus appetitiuus, vel appetitus intellectiuus) magis tamẽ declinat quòd sit appetitus intellectiuus, nominans electionẽ desiderium consiliabile. Et huius ratio est, quia obiectum proprium electionis est id quod ad finem, hoc autem inquantum huiusmodi habet rationem boni, quod dicitur vtile, vnde cum bonum inquantum huiusmodi sit obiectum appetitiuæ virtutis siue potentie, sequitur quod electio erit actus appetitiuæ potentiæ & per consequens voluntatis. Nec obstat quòd ratio siue intellectus est principium iudicii, & non voluntas, quia quod dicitur principium alicuius actus aliqualiter fiendi, non oportet quòd sit principium illius actus simpliciter sed aliqualiter significatur esse principium illius, sicut Grammatica per hoc quòd dicitur esse principium recte loquendi, sed non dicitur quòd sit principiũ locutionis simpliciter, quia sine grãmatica homo põt loqui, sed quod sit principium rectitudinis in locutione. Ita potentia qua libere iudicamus, non dicitur illa, qua iudicamus simpliciter (quæ, s. est intellectus) sed quæ facit libertatem in iudicando, quæ est voluntas. Essentia ergo libertatis est voluntas radix aũt eius est intellectus, quia ex hoc voluntas potest ad diuersa ferri, quia ratio põt habere diuersas acceptiones boni, sed essentia libertatis est voluntas Ideo Philosophi definiunt liberũ arbitrium dicẽtes quòd est liberum de ratione iudicium quasi ratio sit causa & radix libertatis. 6. Ethi.

Ver. 5. *De iis in quibus liberum arbitrium inuenitur.*

A

32 LIBERVM arbitriũ inuenitur in Deo, angelis, & hominibus, differẽter tamen. Primò quidẽ requiritur in Deo, iuxta illud Apost. Omnia operatur vnus, & idẽ spiritus, diuidens singulis prout vult vbi glos. exponit pro libero voluntatis arbitrio, nec obstat quòd Deus peccare nõ possit, quia vt dictũ est ex Anselmo, posse peccare non est liberum arbitriũ, neq; pars liberi arbitrii sed potius imperfectio liberi arbitrii, quia de ratione liberi arbitrii non est quod sit flexibile ad malum, sed quòd possit se habere ad plura opposita. Et quãuis Deus naturaliter velit & diligat seipsũ & naturaliter generet filiũ, & spiret spiritũ sanctũ, & sic in operationibus ad intra non sit liber nisi libertate cõplacentiæ est tamen liber in operationibus ad extra, s. in creatione, & productione creaturarum ac gubernatione illarũ. Hæc autẽ libertas ab æterno eicõpetit. Vnde Apost. attribuit ei electionẽ dicẽs, Vt secũdũ electionẽ propositũ dei maneret. Et Alibi dicit, Reliquiæ secundum electionem saluæ factæ sunt. Quod quærebat Israel, non est consecutus, electio autem consecuta est, licet enim consiliũ quod importat collationem successiuam, non attribuatur Deo, attribuitur tamen ei resolutio & determinatio consilii. *1. Cor. 12.* *in lib. de liber. arbi.* *Rom. 9.* *Rom. 11.*

B *Ver. 6.* *De Libero arbitrio Angelorum*

32 ANGELI etiã habent ex natura sua liberum arbitrium, sed flexibile in malum nullius enim creaturæ liberum arbitrium ex puris naturalibus potest esse inflexibile, siue confirmatum in bono, quum de ratione cuiuscunque creaturæ sit, quòd possit deficere vel secundum substantiam, vt elementa, vel secundum operationem, vt angeli, alias ex puris naturalibus essent beati quia nullus impeditur a beatitudine nisi propter peccatum. Potest tamen natura intellectualis per gratiam confirmari in bono, sicut fuerunt angeli boni in secundo instanti. Et sicut anima Christi, quæ ab initio sui fuit beata, & habuit claram diuinæ essentiæ visionem, quæ aufert omnem defectum rationis, & per consequens flexibilitatem arbitrii in malum, quia non potest esse defectus, siue peccatum in voluntate, nisi sit defectus in ratione siue in intellectu, per quem malum siue apparens bonum proponitur volun- *De veri. q. 29. art. 7.* *De Malo. q. 16. ar. 11.*

tati.

tati. Liberū arbitrium in angelis est talis naturæ, quod cuicūq; plene libere adhæret, immobiliter adhæret, vnde boni post electionē fuerunt confirmati, & mali obstinati & indurati, vt dicit D Greg 34. Moralium, expones illud, Cor antiqui hostis sicut lapis indurabitur quia nūquā vlla couersationis pœnitentia mollietur. Et D. Ioan. dicit. Ab initio sui peccati diabolus peccat quod exponens D. Aug. dicit, quod semper peccat ab initio sui peccati diabolus. Angelus enim est medius inter Deum & hominem sed deus habet liberum arbitrium inuertibile ante electionem, & post, homo autem habet liberum arbitrium vertibile ante electione, & post, Ergo angelus, habet liberum arbitrium vertibile ante electionem, & post electionem inuertibile.

1. Ioan 2. 11. De ciu. Dei.

Ver. 7 *De libero arbitrio hominis.*

HOMO et habet liberum arbitrium, vt probatū est, differenter tamē ab angelis, Quia habet vertibile ante, & post electionē, & usque ad mortem, tunc enim confirmatur in bono, vel in malo. Si moriatur in gratia, confirmatur in bono, si verò in peccato mortali, confirmatur in malo. Vnde D. Ioa Me oportet operari donec dies est (scilicet præsentis vitæ) venit nox scilicet mortis, in qua nemo potest operari meritorie, vel demeritorie. Et Eccle. 11. Si ceciderit lignum siue ad Austrum, siue ad Aquilonem, ibi erit, per lignum potest intelligi homo, qui comparatur arbori, iuxta illud. Video homines velut arbores Auster repræsentat statum gratiæ, Aquilo vero statum peccati mortalis ideo in quo statu morietur, ibi semper erit. Hic autem casus fit per mortem. Vnde Damascenus dicit. Quod est in hominibus, mors, est in angelis casus Iuristæ dicunt, quod voluntas hominis est de ambulatoria, vsq; ad mortē. Ex quo sequitur quòd pro statu viæ nemo potest esse obstinatus, neq; et Antichristus. Quia obstinatio perfecta, est firmitas volūtatis in malo, sic quod non possit a peccato reuerti, nec vllo mō cooperari, ad hoc quod resurgat, talis est obstinatio damnatorum, quæ non potest esse in via. quum maneat natura liberi arbitrii, quod non pōt cogi, & sic potest cessare a peccato, & modicū conari ad iudiciū synderesis. Pōt tamen aliquis in via esse imperfecte & inchoatiue obstinatus, & firmatus in malo vt valde difficulter possit cooperari ad hoc, quod resurgat a peccato propter longam peccandi consuetudinem, & taliter erit obstinatus Antichristus, talis obstinatio dicitur induratio. Et sic legimus Exo. 7. induratum fuisse cor Pharaonis, nō tamen perfecte, & ratio est, quia in statu viæ passio soluitur & reprimitur, & habitus non totaliter animam corrumpit. Nec ratio adeo pertinaciter falso inhæret, quin per contrariam rationem possit adduci, sed post statum viæ anima separata non accipit cognitionem a sensibus, & sic confirmabitur sicut angeli. Et in resurrectione corpus sequetur animæ cognitionem, & sic eadem ratio obstinationis manebit.

Ioan. 9. Eccle. 11. Mar. 8. — C 32

1. p. q. 62. art. 2. An aliquis possit esse obstinatus in uia.

Exo. 7.

Ver 8. *De Confirmatione Liberi Arbitrii in bono.*

QVANVIS liberū arbitriū hominis non possit in via confirmari in malo, cū D talis obstinatio nō possit attribui Deo, neq; voluntati, quæ nō pōt per habitū seu cōsuetudinē corrūpi neq; necessitari. Potest tamē cōfirmari in bono per speciale Dei gratiā, quū cōfirmatio in bono possit attribui Deo, qui est causa omniū bonorū, & nō pōt esse causa mali, culpæ, siue peccati Et sic dicimus quòd Apostoli fuerunt confirmati in die Pentecostes, iuxta illud Psal. 74. Ego cōfirmaui columnas eius. Et D. Virgo ab initio etiā fuit in gratia confirmata. Sed difficultas est quid sit, & in quo cō sistat illa cōfirmatio. Ad cuius euidētiā sciendū est quòd aliquis pōt cōfirmari in bono dupliciter. Vno mō simpliciter ita quòd habeat in se sufficiēs cōfirmationis principium, per quod omnino impediatur a peccando. Et sic beati sunt cōfirmati in bono eo quòd mediante lumine glorie, ratio est semper in actu perfecto, & nullus pōt esse defectus in ea. Alio modo dicuntur aliqui confirmari in bono per hoc quòd datur eis aliquod munus gratiæ quo ita inclinatur in bonum quòd non de facili possunt a bono deflecti, non tamen per hoc ita retrahuntur a malo quod omnino peccare non possunt, nisi diuina prouidentia custodiente, sicut dicitur de immortalitate

33

Psal. 74.

De ueri q. 24. artic. 9 Confirmatio in gratia quid sit

te Adæ, qui in statu innocentię erat immortalis, non quod omnino mori non posset ex aliquo dono sibi intrinsecus dato, sicut beati post resurrectionem. Nec poterat protegi ab omni exteriori mortifero, vt puta ab incisione gladii, & aliis huiusmodi, a quibus tamen a diuina prouidentia præseruabatur. Et hoc modo in statu viæ possunt confirmari in bono, & non primo modo, quod sic probari potest. Nam non potest aliquis omnino impeccabilis reddi nisi omnis origo peccati auferatur. Origo autem peccati vel est ex rationis errore, quæ in particulari decipitur circa finem boni & circa vtilia quæ in vniuersali naturaliter apperit vel ex hoc, quod iudicium rationis intercipitur propter aliquam passionem inferiorum virium. Quanuis autem alicui viatori concedi possit, vt ratio nullatenus erret circa finem boni, & circa vtilia in particulari per donum sapientiæ & consilii, tamen quod iudicium rationis non possit intercipi, excedit statum viæ propter duo. Primo, & principaliter quia rationem esse semper in actu rectæ cõtemplationis in statu viæ, ita quod omniũ operum ratio sit, Deus actualiter consideratus, est impossibile. Secundo quia ĩ statu viæ non contingit inferiores vires ita rationi esse subditas, vt actus rationis propter eas nullatenus impediatur, nisi in domino Iesu Christo, qui simul fuit uiator & comprehensor. Sed tamen per gratiam viæ ita potest astringi bono, quod non nisi difficulter peccare poterit. Cum per virtutes infusas, & dona spiritus sancti vires inferiores refrenentur, & voluntas in Deum fortius inclinetur, & ratio perficiatur in contemplatione veritatis diuinæ cuius cõtinuatio ex feruore amoris proueniens, hominem retrahit a peccato. Sed totum quod deficit ad confirmationem, completur per custodiam diuinæ prouidentiæ in illis qui confirmanti dicuntur, vt. f quando cunque occasio peccati se ingerit, eorum mens diuinitus excitetur ad resistendum. 1.2.q.114 artic. 9.
Ex prædictis sequitur quod cõfirmatio non differt a dono perseuerantiæ dato in hac uia. Quod non cadit sub merito, eo quod pendeat solum ex motione diuina quæ est principium omnis meriti. Et ideo perseuerantiæ donũ nihil aliud est, quam specialis assistentia, & motio Dei, qui, quandocunque occasio peccati se ingerit excitat mentem ad resistendum, & implendum præcepta per ipse. Nisi forte dicatur, quod confirmatio præsupponit abundantem, & excellentem gratiam. Nam omnes qui dicuntur in gratia confirmati, dicuntur habuisse excellentem gratiam. Si quæratur quare per donum habituale non possit fieri illa harmonia inter potentias animæ & rationem, & voluntatem ad Deum, vt non possit homo peccare in hac via, sicut per iustitiam originalem fiebat talis harmonia, quod non poterant in statu naturæ integræ, primo peccare venialiter, & tamen iustitia originalis erat donum habituale, dictum est, quod confirmatio excedit statum viæ.

B *Ver.9.* *De Vsu Liberi Arbitrij.*

33 LICET Homo semper habeat liberum arbitrium, cum semper habeat voluntatem, non tamen semper habet vsum liberi arbitrii, vt patet indormientibus, ebriis & furiosis, siue amentibus, ac etiam in pueris, in quibus paulatim crescit usus liberi arbitrii, vt ex actibus illorũ experimur. Quia paulatim incipiunt ratiocinari, & conferre, & reflecti supra actus suos quæ sunt signa quedam ostendentia rationis usum. Tempus complet vsus rationis ad peccatũ mortale sufficiens, ab aliquibus assignatur finis primi septennii, quod non est intelligendum absolute in omnibus, sed in pluribus, quia aliqui habent multum materialem complexionem, & ideo tardius habent completum vsum rationis, quam delicatiores. Nec potest bene regula generalis assignari. Acceleratur tamen aliquando a Deo, vt factũ fuit animæ, Christi, qui in primo instanti, meruit nobis per acceptationem passionis oblatæ. Vnde Esai. Oblatus est, quia ipse voluit. Verisimile est etiam quod beatæ Virgini, cum de lege non detur gratia, nisi per sacramenta vel per motum liberi arbitrii, sed nullum sacramentum fuit oblatum pro D. Virgine in primo instanti conceptionis siue creationis animæ, quæ per gratiam fuit præseruata a peccato originali igitur. Præterea secundum D. Hier. Ansel & Bern. cæteris per partes. Mariæ autem tota sese infudit gratiæ plenitudo. Et sic nil gratiæ fuit aliis collatum, quod D. Virgini non fuerit Esa. 53 Hier. 1. Luc. 1.

1.2.q 124 art.1.ad.1 4.sen.dist. 27.q.2 ar. 2. conceſſum, ſed vſus liberi arbitrii fuit datus Hiere.& D Ioann.Bapt. igitur. An autem deinceps habuerit vſum liberi arbitrii,in vtero exiſtens incertum eſt. Quidã dicunt quòd innocentibus martyribus pro Chriſto occiſis fuit accelleratus vſus rationis D.Tho.tamen non eiuſdem ſententiæ, eò quòd illud excedat communem ſtatum,& non habeatur authoritas ſacræ ſcripturæ,a qua poſſit elici. Non aſſentit etiam dicentibus vſum liberi arbitrii fuiſſe acceleratum puero quinque annorum blaſphemanti,de quo recitat D. Gregorius quòd fuit ſuffocatus a diabolo in præſentia patris,dicit enim viſionem factam patri,cuius exemplo puer blaſphemare didicerat,& filium propter peccatum patris fuiſſe ſuffocatum, ſed non damnatum, patrem verò morte filii punitum, & monitum. Poſt mortem autem homines non habent aliquem vſum liberi arbitrii in ordine ad vltimum finem, præter illum quem ante mortem ſibi præſtituerunt, circa media autem non inconuenit dicere dæmones & damnatos habere vſum liberi arbitrii. Nec per hoc ſequitur, quòd demereantur de nouo,cum ſint determinati in ordine ad finem, & eadem ratione beati non merentur de nouo,& eodem modo dicendum eſt de angelis bonis & malis.

Ver.10. *De differentia Voluntatis ab intellectu.*

INTER Volũtatẽ & intellectũ cõſtat quã plurima eſſe diſcrimina. Primũ,quia volũtas nõ recipit in ſe ſpecies aut ſimilitudines rerũ,in quas tẽdit,ſeu quas vult,prout intellectus, ſicut dictum eſt, Ob hanc cauſam voluntas dicitur cæca, quia nihil ex ſe videt,& nihil vult niſi repræſentetur per intellectum ſub ratione veri vel apparentis boni,& ſic intellectus eſt director,ſiue pedagogus voluntatis,quia dirigit eã. Propter eãdem cauſam dicitur,quòd bonũ & malum ſunt in rebus,& verũ ac falſum ſunt in intellectu, quia intellectus recipit ſpecies rerum, & non voluntas,ideo neceſſe eſt intellectum regulari,& menſurari per exteriores, & non voluntatem, quum in ſe nil recipiat ab eis,ſed regulatur,& menſuratur a voluntate diuina, a qua recipit & eſſe,& motionem, quamuis etiã dici poſſit voluntatẽ regulari per rationẽ ſiue intellectum,inquantum ratio participat,& recipit ab intellectu diuino,ſiue rõne diuina,ea quæ per voluntatem debent obſeruari, quia intantum ratio humana eſt vera,inquantum conformatur veritati diuinæ per ſynderesim, quæ dicitur participatio diuini luminis vel per lumen fidei. ¶ Secundum diſcrimen eſt, quia voluntas eſt eſſentialiter libera,& domina aliarum potẽtiarum,ac etiam ipſius intellectus, ſic quòd mouet eas per modum cauſæ agentis;ideo dicitur inclinatio in aliquid. Inclinatio autem dicitur diſpoſitio mouentis ſecũdum quod efficiens mouet. Sic ergo mouet voluntas alias potentias per modum cauſæ agentis, vt nõ poſſint reſiſtere, niſi forte impediãtur ex indiſpoſitione organorum aliarum potentiarũ,quia turbato cerebro intellectus ad imperiũ volũtatis nõ põt vacare cõtemplationi,intellectus aũt nõ eſt dominus voluntatis. Quia quocunq; obiecto per intellectum voluntati præſentato, poteſt voluntas ex natura ſuę libertatis ceſſare ab actu & imperare intellectui,vt alia obiecta repræſentet. Et ſic intellectus mouet voluntatem per modum finis & obiecti,& non effectiue,voluntas autem mouet intellectum per modum efficientis, & effectiue. Sed difficultas eſt quomodo hoc fiat, & quid cauſet voluntas in ipſo intellectu,quando imperat quod diuertat ab obiectis præſentatis, & quærat ſiue repræſentet alia. Si quæratur an in intellectu per illud imperium cauſetur aliquod iudicium, quia de illo primo iudicio quo modo cauſetur, iterum poſſet eſſe quæſtio,an per aliud iudicium, & ſic in infinitum. Dicendum quòd intellectus in vigilia ſemper præſentat aliquid voluntati quod eſt bonum, verum, vel apparens, & voluntas intuens mouet intellectum ad quærendum media quæ ei placent,ex qua motione effectiua ipſius voluntatis naturali quodam ordine & ſubiectione abſque aliquo alio iudicio cauſato vel impreſſo voluntate in intellectu. Intellectus videns voluntati non placere obiectum præſentatum, reflectitur ſe ſupra ſe, & iudicat alia media præſentanda, & ſic reſpicit ſpecies intelligibiles donec inueniat medium

quod

quod placeat voluntati. Voluntas autem mouet alias potentias effectiue sed non immediate, sed mediante intellectu, qui est promptus executor voluntatis, & imperat fantasiæ, & fantasia appetitui sensitiuo, & appetitus sensitiuus imperat potentiæ motiuæ, & membris exterioribus, excipiuntur tamen a motu & imperio voluntatis vires vegetatiuæ partis. Vnde Christus, Nemo potest cogitando addere ad staturam suam cubitum vnum. Quum autem tam intellectus, quam voluntas sint potentiæ immateriales, competit vtrique quod reflectatur supra se, & vna super alteram, & super essentiam animæ, & super omnes vires eius. Intellectus enim intelligit se, et seipsum intelligere, intelligit etiam voluntatem, & ipsam velle, & essentiam animæ, & omnes alias vires, & actus illarum, similiter & voluntas vult se velle, & vult intellectum intelligere, & vult essentiam animæ, & sic de aliis. Et ideo licet intellectus sit voluntate prior simpliciter, tamen per reflexionem efficitur voluntate posterior, & ideo voluntas primo mouet intellectum, & imperat ei effectiue, & per ipsum deinde aliis potentiis, sicut dictum est. Notandum tamen quod imperium pertinet ad voluntatem & rationem diuersimode, quia pertinet ad voluntatem per modum inclinationis, scilicet prout imperium importat inclinationem quandam & executionem. Ad rationem vero per modum directionis, & secundum quod inclinatio, & motio voluntatis distribuitur & ordinatur ad exequenda per hanc vel per illam potentiam. Ex præmissis apparet quomodo intellectus & voluntas, in nobilitate et præeminentia dignitatis se inuicem excedunt. Matth. 6. Luc. 12.

B Var. 11. *De dignitate intellectus & voluntatis.*

33 ALIQVID potest dici altero eminentius dupliciter, Primò simpliciter & absolute. Alio modo secundum quid. Ad hoc autem quod ostendatur aliquid esse altero nobilius, oportet quod eorum comparatio attendatur circa essentialia, quia secundum accidentalia attenditur vnum alteri præeminere secundum quid. Sicut si homo comparetur leoni, quantum ad differentias essentiales, homo est simpliciter nobilior leone, quia homo est animal rationale, & leo animal irrationale. Si vero comparetur, quantum ad accidentia, puta quantum ad fortitudinem corporalem, leo est nobilior, sed hoc est secundum quid, Ad sciendum ergo an voluntas, & intellectus sit nobilior simpliciter & absolute, ex differentiis essentialibus considerandum est, Perfectio autem & dignitas essentialis intellectus in hoc consistit, quod speciem rei intellectæ in se recipit per quam ipsam intelligit actu, in quo tota eius dignitas consideratur, quia vnumquodque in tantum est ens, in quantum est actu, nobilitas autem, & dignitas voluntatis, & actus eius consistit in hoc, quod anima ordinatur per voluntatem ad aliquam rem nobilem secundum esse, quod res habet in seipsa. Sed perfectius, simpliciter & absolute loquendo, est in se habere nobilitatem alterius rei quam ad rem nobilem extra se existentem comparari. Hinc est quod intellectus simpliciter & absolute est eminentior & nobilior ipsa voluntate: Quod etiã multis modis potest probari. Primo ex imagine Dei, nobilitas enim animæ consistit in hoc, quod est ad imaginem dei, sed hoc est per intelligentiam, vt dicit. D. Augus. inquantum intellectus intelligendo seipsum repræsentat Patrem & filium, quia idem per essentiam est principium & verbum intelligens, & intellectum, & sic magis participat imaginem dei. Præterea actus intellectus est nobilior actu voluntatis, igitur & ipse intellectus antecedens probatur, quia actus intellectus terminatur ad animam, actus verò voluntatis ad res ad extra. Præterea intellectus plus distat ab infimo s. sensum, cum quo aliquo modo conuenit ipsa voluntas, quia vtrunque terminatur ad res ad extra. Præterea regens & dirigens est nobilius recto & directo, sed intellectus est dirigens, igitur, &c. Vlterius actus simplicior est nobilior, sed actus intellectus est huiusmodi, quum abstrahat à materia, & non voluntas. Præterea illud quod est proprium hominis, inquantum homo, est nobilius eo quod est commune homini, & aliis animalibus. Sed intelligere est proprium hominis, & velle aliis animalibus cõuenit. Vnde phil dicit, Quod in volũtario participãt pueri & bruta, Insuper quãto aliqd est propĩquius fini, tãto est nobilius, quũ ex fine sumatur rõ 3. super ge. ad lit. 2. Ethic.

bonitatis in iis quæ sunt ad finē. sed intellectus propinquior est fini vltimo, & prius attingit ipsum cognoscendo, quàm voluntas appetendo, quum appetitus præsupponat cognitionem. Vnde CHRISTVS, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum & quem misisti Iesum Christum. Vlterius, Vita actiua est nobilior vita cō
Ioan. 17. templatiua secundum D. Gregor. iuxta illud, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Postremo Philos. dicit, quod intellectus est optimum eorum quæ in nobis sunt. ¶ Sed si comparemus voluntatem & intellectum ad res ad extra, adhuc distinguendum est, quia si ad res corporales & sensibiles, adhuc intelle-
6. Mora. Luc. 10. 10. Ethic. ctus est nobilior, quia res, quas intelligit, sunt nobiliori modo in intellectu, quàm in seipsis, quum sint in eo immaterialiter & incorruptibiliter, voluntas autem fertur ad res secundum seipsas. ¶ Si autem comparemus intellectum & voluntatem ad res superiores, puta angelos & Deum, tunc voluntas est nobilior, quum feratur in ipsas res secundum quòd in se sunt, intellectus vero secundum quòd sunt in seipso. Sed superiora, puta angelus vel Deus, inferiori modo sunt in intellectu, quàm in seipsis, ideo intellectus circa illa est inferior voluntate, ideo diligere Deum est nobilius, & magis meritorium quàm cognoscere ipsum. Quod intelligendum est in via, vbi intellectus cognoscendo Deum, fertur in speciem siue similitudinem, non quidē expressam, sed abstractam. Sed in patria & visione beatifica quum ipse intellectus feratur in diuinam essentiam secundum se, & non per aliquam similitudinem, & primo attingat, visio erit perfectior fruitione, & si per impossibile cessaret fruitio, adhuc visio faceret, & denominaret & hominem beatum, inchoatiuè, sed quantuncunque volūtas fruatur Deo, non nominat hominem beatū, nisi intellectus clare videat. ¶ Si autem intellectus & volūtas comparetur in esse motis vel motionis & in via, Voluntas est nobilior, quia ipsa est essentialiter libera & diuina, & per eam homo meretur, & nō per intellectum. Item nobiliori habitu perficitur. s. charitate, & intellectus fide. Sed in patria intellectus perficitur lumine gloriæ, quod est nobilius charitate, eo quod primo facit attingere vltimum finem, & importat rationem gratificationis Et sic excessus dignitatis ipsius voluntatis supra intellectum est secundum quid dūtaxat. Nec inconuenit quòd volūtas magis laboret & mereatur, & quod intellectus magis, & primo præmietur, Sicut in forti politico brachia amplius laborant, & tamen caput coronatur. Nec etiam voluntas potest præmiari, nisi mediante intellectu.

§. 4. *De Voluntario & inuoluntario.* C

1. 2. q. 6. ar. 1. & 2. VOLVNTARIVM secundum Greg. Nicenum, Damascenum, & Philo. 34 dicitur actus, cuius principium est intra cum additione scientiæ, hoc est cū cognitione finis operis. Cognitio autē finis est, duplex. s. perfecta & imperfecta, inde est quod duplex est voluntarium. s. perfectum & imperfectum. Voluntarium perfectum est quod sequitur cognitionem perfectam, voluntarium autem imperfectum quod sequitur cognitionem imperfectam. Cognitio imperfecta, finis est, quæ in sola finis apprehensione consistit, absque hoc quod cognoscatur ratio finis, & proportio actus ad finem. & talis cognitio repetitur in animalibus per sēsum & æstimationem naturalem, per quam cum non reflectantur supra se, non cognoscunt proportionem actus in finem, & ideo inuenitur in eis voluntarium imperfectum. Vnde Philos. dicit, quod pueri & bruta animalia communicant in voluntario. Cognitio autem imperfecta finis est, quando non solum apprehenditur res quæ est finis, sed etiam cognoscitur ratio finis, & proportio actus est eorum quæ ordinantur in finem, & talis cognitio conue-
3. Ethi. nit soli intellectuali naturæ, ideo sola talis natura dicitur habere voluntarium perfectum, quod idem est quod liberum, quia secundum illam cognitionem perfectam, homo est dominus actus sui ex hoc quod habet facultatem deliberandi de suis actibus, quia ex quo deliberans se habet ad opposita, voluntas in vtrunque potest de hoc voluntario perfecto, hoc est, libero. Dicit Damas. quod actus voluntarios sequitur laus vel vituperiū. ¶ Ex iis infertur primo, quod lapis aut alia inanimata nullū habet voluntarium, cum non habeant cognitionem, & ideo non dicuntur agere aut mouere seipsa, sed magis āgi & moueri à dirigente naturam, siue ab authore naturæ, sicut

sagitta

sagitta dirigitur a sagittante. Secundò infertur, quod animalia bruta, & pueri qui non habent vsum Liberi Arbitrii, non habent voluntarium perfectum, cùm non habeant perfectam cognitionem, nec possint deliberare Et ideo licet dicantur aliquo modo agere & mouere seipsa, non tamen proprie, & perfecte, cum non habeāt domi nium suorum operum, ideo dicuntur magis agi & moueri, quàm agere, & ideo actus illorum non consequitur laus aut vituperium. Differentia tamē magna est inter bruta & pueros, & quia bruta non sunt apta nata habere cognitionem perfectam, & volū tarium perfectum, sicut pueri qui proficiunt in cognitione & tandem veniunt in volū tarium perfectum. ¶ Notandum tamen, quòd cum voluntarium perfectum a voluntate libera dicatur & volūtas libera dupliciter dicatur aliquid velle. s. directe & indirecte, ita & voluntarium perfectum est duplex. s. directum & indirectum. Voluntas dicitur velle aliquid directe, secundum quod directe tendit in illud, & quòd procedit ab ea & sic volitio dicitur directe volita, sicut a calore calefactio. Indirecte autem & ex consequenti dicitur velle id quod sequitur ex hoc ipso quod non agit, ut nauta dicitur uelle submersionem nauis, ex hoc ipso quod non gubernat nauem quum tenetur, & potest, tunc enim ei imputatur submersio nauis, eo quòd potuit, & debuit velle impedire eam. Et sic voluntarium perfectum potest esse absque actu, aliquando absque actu exteriori cum actu interiori sicut quū vult agere. Quandoque verò absque actu etiam interiori, quum mere omissiue se habet Et sic hoc complexum (non uelle) dupliciter accipi potest, scilicet positiue & negatiue.

Pueri non habent voluntarium perfectum.

Voluntariū perfectum quid et quo duplex sit.

Ver. 1. *De Impedimentis voluntarii.*

A INTER Impedimenta voluntarii, & causas inuoluntarii ponitur violentia siue
34 violentum, quod nihil aliud est, quàm motus cuius principium est ab extrinseco non conferente uim passo. ¶ Et quamuis voluntas quo ad actum interiorem, qui est volitio, non possit violentari, quum uolitio sit inclinatio, si tamen voluntas aliquid velit vel nolit positiue, iam ipsa confert uim, unde D. Aug dicit, Quod sit voluntariæ. nō fit ex necessitate, neque coactione. Sed quo ad actus exteriores qui possent ab ipsa imperari, & quo ad membra exteriora voluntas potest uiolentari, ideo Philos. & Damascenus dicunt, quòd aliquod est inuoluntarium per violentiam, quia fit contra voluntatem, si autem voluntas concurrat, uel secundum actionem uel secūdum passionem non dicitur inuoluntarium simpliciter. Sicut nec generationes nec corruptiones naturales non dicuntur violentæ, eo quòd sunt secundum inclinationem materiæ. Non est etiam inconueniens quod aliquid sit violentum secundum quid, quod tamen est inuoluntarium simpliciter, vt cum aliquis inflectit membra contra naturalem dispositionem, hoc est violentiū secundū quid. s. quantum ad membrum particulare, non tamen simpliciter quantum ad ipsum hominem, sicut in naturalibus quādo animal mouetur sursum ex apprehensione econtra grauitatem suam & quando lapis cum impetu emittitur deorsum. Licet enim quantum ad aliquam celeritatem concurrat, nō tamen quo ad omnem. Quum autem aqua quæ naturaliter grauis est, & deorsum tē dit, in clepsydra ascendit sursum, ne detur vacuum, non uiolentatur, quia principium illius est, ab intrinseco, nō quidem vt aqua est quædam natura, particularis, sed vt est pars vniuersi quod abhorret a vacuo.

1.2.q.6.ar ti. 4.& 5. 5. de ci. dei.

Ver. 2. De metu.

B METVS Siue timor ēt impedit siue diminuit uoluntariū, multa.n per metum
34 agimus, quæ seclusi metu non ageremus Licet autem impediat & diminuat uoluntarium, nunquam tamen totaliter tollit, quia ut Greg. Nicenus dicit, quæ per metum aguntur sunt mixta ex uolūtario & inuolūtario. Tamen si quis recte consideret, sunt magis uolūtaria quā inuolūtaria quia sunt simpliciter uolūtaria in uoluntaria aūt secundum quid, quia unumquodque dicitur simpliciter, esse, secūdum quod est actu, sed id quod est in sola apprehensione, non est simpliciter actu sed secundum quid. Atqui quod metu agitur secundum hoc est actu, secundum quod fit. Actus enim in singularibus est. Singulare autem dicitur inquantum est hic, & nunc. Ideo id quod fit est in actu secundum hic, & nunc dicitur simpliciter esse Et sic quod fit per metum

eſt voluntarium inquantum eſt hic & nunc, prout ſi in hoc caſu eſt impeditiuum mi ioris mali quod timebatur, quemadmodum perfectio mercium in mari tempore tempeſtatis propter timorem periculi imminentis, quæ non fieret niſi immineret periculum. Ideo dicitur voluntaria ſimpliciter, & inuoluntaria ſecundum quid. ¶ Notandum quod differentia eſt inter ea quæ fiunt per vim, ſiue quæ ſunt violenta, & ea quæ fiunt per metū, quia ea quæ fiunt per violentiam, ſunt omnino inuoluntaria, quū voluntas non concurrat. Ideo violentia tollit omnino peccatum. In iis autē quæ fiūt ex metu, non tollitur omnino peccatum, quū non tollatur totaliter voluntariū, quanuis metus excuſet, & diminuat peccatum, inquantum diminuit voluntarium, quia ſub conditione eſt inuoluntarium. Metus enim eſt vis ſiue violentia conditionata. Metus ſecundū Iuriſtas eſt duplex, quidam eſt leuis quo timetur leue vel etiam graue malum, ſed leuiter, hoc eſt ex leui cauſa. Et hic metus cadit in virum leuem, qui timet vbi & quando non oportet, talis metus facit, & denominat illum meticuloſum. Alius eſt metus iuſtus, quo timetur graue malum, & grauiter, & hoc eſt ex probabili cā, & hic metus ſecundum iura vocatur cadens inconſtātem uirū, ſiue incōſtantē mulierem, licet minor metus excuſet mulierem quam uirum vt in Caput. cum locū de iis quæ vi metuſve cauſa fiunt. Graue malum dicitur mors, uel mortis periculum aut verberum, ſeruitutis, vinculorū de honeſtationis perſonæ propriæ aut vxoris, ac filiorum, & perditio maioris partis bonorum temporalium, præſertim cum pauca habet bona, ut dicit Panor. in Cap. Abbas, de iis quæ vi metuſve cauſa fiunt, Et generaliter graue malum dicitur maius reſpectu minoris, quia uir conſtans ſiue uirtuoſus ſuſtinet minus malum, vt euitet maius. ¶ Metus iuſtus, ſiue cadens, incōſtantem uirum licet excuſet a tanto, quum diminuat voluntarium, non tamen excuſat a toto, in iis quæ ſunt de ſe mala, & peccata, quia talia ſunt maxima mala, propter quæ vitanda debet homo potius mori, vt dicitur in 3 Eth. cuiuſmodi ſunt blaſphemare, adulterari, falſum teſtimonium perhibere, & occidere authoritate propria, etiā aggreſſorem. Non enim licet intendere mortem directe, ſed defenſionem, quamuis aliquando ſequatur mors ex conſequenti. Vnde Chriſto dicebat, Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. F 29

Differentia inter uiolēta, & per metum facta.

Metus duplex.

Graue malum, & timor cadens incōſtātem uirū quid dicatur.

Metus cadens inconſtantem uirum non totaliter excuſat. Matth. 10

An lex diuina pure poſitiua in iis quæ non ſunt de ſe mala, inſtante periculo mortis obliget.

1. Macc. 2
2. Mac. 7.

¶ In iis autem quæ non ſunt ſecundum ſe mala ſed ſunt mala, quia prohibita lege diuina pure poſitiua, an metus excuſet a toto, difficultatem habet quia in Caput quod non eſt, de regulis iuris, dicitur, quòd non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum. Nam Sabbatum cuſtodiri præceptum eſt, Machabæi tamen ſine culpa ſua in Sabbato pugnant. Sic etiam hodie ſi ieiunium frangeret ægrotus. reus uoti non habetur, igitur mortis periculum excuſat præcepto legis diuinæ poſitiue de ſeruando Sabbato, & reddendo uoto. In oppoſitum autem eſt hiſtoria vbi habetur, quod ſeptem fratres cum matre eorum, admirabili & bonorum memoria digna crudeliſſimam mortem ſuſtinere elegerunt quam porcinas carnes comedere, quod ſola lege diuina pure poſitiua prohibebatur & non erat de ſe malum, ſed ſolum quia prohibitum. Sic ergò bellantes pro uita, ueniendo contra præceptum Sabbati, quod eſt vnum ex decem principalibus præceptis ſcilicet decalogi, non peccauerunt. Ergo nec etiam peccaſſent ſi comediſſet carnes ſuillas ſiue porcinas, & ſi non peccaſſent comedendo. Tenebantur comedere, quoniam habebant medium licitum ad conſeruandam uitam. Dicunt quidam, & ſatis probabiliter, quod in prima hiſtoria qui in primo bello noluerunt ſe defendere, ſed magis mori in ſimplicitate ſua prælegerunt, non peccauerunt, quia propter honorem Dei ſuſtinebant voluntarie mortem ab iis, ſi qui eos ad ſimulachra adoranda nolebant inducere. Non n. tunc tenebantur ſeruare uitam, quum incertū eſſet, an poſſent. Nec adhuc eis reuelatum fuerat quod poſſent in ſabbato pugnare, Mathatias uero, & reliqui remanentes uidentes ſtragem, & quod ſi omnes ſic facerent, honor Dei diminueretur, & daretur anſa, & cornu peccatori, præmiſſa oratione, inito conſilio, habita reuelatione, prouide & ſapienter cogitauerunt quod ipſi in Sappato ad alios non egrederunt, ſed ſi aggreſſi fuiſſent ab inimicis, pugnarent ſe defendendo, quod etiam

non

non erat contrauenire præcepto Sabbati, quod non prohibebat opera, quæ necessaria erant ad vitam corporalem non solum hominum, sed etiam iumentorum, vnde Christus, Cuius vestrum asinus, aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum in die Sabbati? Postmodum declarat, quod, per hoc non soluebatur lex sabbati. In secunda autem historia inducentes comedere carnes suillas, & etiam intendebant inducere ad adorationem simulachrorum, & ad transgressionem omnium legum dei per Moysen datarũ, & sic talis comestio vergebat in iniuriam dei, & ideo non erat licitum comedere, quia non erat medium, licitum conseruandi vitam. Probabile est tamen quod secluso scandalo, & adueniente metu mortis ab intrinseco, vt puta si moreretur fame nisi comederet escas prohibitas, posset & teneretur comedere per communem regulam, de concursu præceptorum, quæ talis est. Quandocunque concurrunt præcepta inæqualia incõpatibilia seruare in illo casu minus præceptum suspenditur & maius obligat. Sed maius præceptum est de seruanda vita, quam de delectu ciborum, igitur, &c. Vbi autem ex illa comestione, & transgressione præcepti sequeretur scandalum ex infirmitate proximi, præcipue quando metus cadit ab extrinseco, non debet quis comedere, imo tenetur potius mori, iuxta illud. Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternũm, ne fratrem meum scandalizem, ordine.n. charitatis quis plus tenetur diligere animã proximi, quam vitam corporalem. Metus iustus, siue cadẽs in constantem virum in iis, quæ prohibitam sunt iure humano, excusat a mortali secundũ Siluestrũ de Pricrio. Cuius ratio est, quia non est de intentione legislatoris adeo stricte ligare homines. Et de ratione legis humanæ est quod sit rationabilis & possibils quod non videretur, si ita rigide obligaret, nisi forte esse propter aliquod naturale annexum, sed non impure humanis Nec obstat quod dicitur in c. in sacris de iis, quæ vi metusue causa fiunt, vbi videtur dici quod est mortale, participare cum excommunicato, nec ex causat metus, quia loquitur in participatione directa in iis, quæ sunt per se mala, siue quando participat cum excommunicato, in crimine.

Luc. 14.

1. Cor. 8

¶ Excusat etiã metus ab obligatione cõtractuũ in quibus liber consensus, requiritur, vt in matrimonio, & dotis cõstitutione, & aliis de quibus Siluester in summa super verbo metus. §. 7. Iura n. voluerũt quod in cõtractu matrimonii esset plenũ, volũtariũ siue omnino liber cõsensus, vt in c. Quum secundũ, & cap. veniens, & in 2. de spõsa & sic matrimonium cõtractum ex metu cadente in constantem virum aut mulierem, est ipso iure nullum. Alii autem contractus, in quibus non requiritur plene liber consensu, si ex metu fiant, tenent, quia coacta voluntas, voluntas est, vt notatur in lege si mulier. §. fin. ff. quod metus causa. Venit tamen talis contractus rescindendus actione quod metus causa, vt in l officio iudicis. ff. eodem titulo.

Metus excusat ab obligatione contractuum.

¶ Iuramentum autem de re licita metu extortũ, licet ante dispensationem debeat seruari, potest tamen in eo superior dispensare. Et eodem modo dicendũ est de voto quando ex metu proueniente ab extrinseco emittitur, quia si ab intrinseco proueniat, secundum aliquos non cadit dispensatio, nisi aliunde oriatur iusta caula dispensandi.

Iuramentũ de re licita metu extortum seruandum.

Ver. 3. **De Ignorantia.**

C IGNORANTIA aliquãdo secundũ Damascenum & Philosophum causat inuoluntarium, & aliquando diminuit, & aliquando non. ¶ Ad cuius euidentiam vltra illa quæ dicta sunt de Ignorantiam, sciendum est quod error siue ignorantia est duplex, scilicet vincibilis, & inuincibilis. Ignorantia inuicibilis est illa, quam quis non potest vel non tenetur uincere, vt eorum quæ quis non tenetur scire, vel si tenetur scire, adhibitis diligentiis requisitis non potest vt si quis existens in deserto in quo nullus hominum habitare, vel illac transire consueuit, iaciat lapidem, & a casu quidam transiens occiditur, ibi est ignorantia inuincibilis facti. Hæc fuit in Iacob, qui Rachelem duxerat vxorem, & dormiuit cum Lya, a parentibus supposita. Non enim tenebatur portare candelam, sed sufficiebat ambulare in fide probi viri. Ignorantia illa eum excusauit ab adulterio. Et communiter dicitur quod

2 3. §. 5. uer. 5.

Ignorantia uicibilis, et inuincibilis quid sint.

Gene. 29.

talis ignorantia, inuincibilis cauſat in voluntarium, quia priuat cognitionem quæ exigitur ad voluntarium, quia ſi cognitio adeſſet, voluntas non vellet, & talis excuſat a toto. Si verò ex quodam horto, vel prope viam publicam per quam conſueuerunt homines tranſire, quis iaciat telum, & occidat tranſeuntem, ignorantia illa eſt vincibilis, quia tenebatur ſcire & prævidere ne aliquis ſit in uia, & poterat illud ſcire adhibendo diligentiam, & ideo talis non excuſat. Et idem proportionabiliter dicendum eſt de ignorantia iuris, quando ſcilicet aliqua lex eſt promulgata, & illius promulgatio non potuit peruenire in notitiam alicuius Si agat vel omittat contra legem, excuſatur a peccato, ſi verò debuit, & potuit peruenire ad notitiam eius, ignorantia eſt vincibilis, & non excuſat, vt ſi in alicuius abſentia promulgetur lex aliqua, ſi infra tempus datum a iure, hoc eſt, infra duorum menſium ſpacium poſt aduentũ eius infra quos debet diligẽter quærere an aliquid in eius abſentia fuerit ordinatum, non fecerit debitum ſuum, eſt ignorantia vincibilis, quæ non excuſat eum ſi contrauenerit legi.

Ver. 4. De triplici ignorantia.

1. 2. q. 6. ar. 8. ignorãtia antecedens cõcomitans & conſequens quid ſint, & an excuſent a peccato.

IGNORANTIA a D. Thoma aliter diuiditur, ſcilicet in antecedentem, conco- A
mitantem & conſequentem. Antecedens dicitur quæ non eſt voluntaria, & tamen 35
eſt cauſa volendi aliquid cum ea, quam ſi quis non haberet, non vellet ea quę vult cum ipſa, vt cum quis ignorat aliquam circunſtantiam actus, quam non tenetur vel non poteſt ſcire & ex hoc aliquid facit quod non faceret, vt in exemplo dato de Iacob, talis ignorantia a D. Thoma dicitur antecedens, a neotericis autem dicitur ignorantia inuincibilis. Ignorãtia concomitans eſt alicuius quod agitur, & non eſt cauſa actus. ¶ Quia ſi ſciretur, nihilominus ageretur, vt ſi ſub pelle & ſpecie feræ latitaret inimicus alicuius, ipſo ignorante, & credens feram eſſe, occidit inimicum latẽtem, quem nihilominus occidiſſet, ſi ſciuiſſet illum latitare. Talis ignorantia a D. Thoma dicitur concomitans, & a neotericis indifferens, & in ea accidit ſimul factum & ignoratum. Talis ignorantia non cauſat inuoluntarium neque voluntarium, quod præſupponit cognitionem, ideo non excuſat neque accuſat, ſed accidentaliter & impertinenter ſe habet ad actũ, nec aliquis peccat ex hoc quod eſt diſpoſitus facere, ſed ex eo quod facit, alias male habituatur ſemper peccaret, quia ſtante malo habitu eſt diſpoſitus ad mala. Peccaret tamen in exemplo dato, ſi quando venit ad eius notitiam complaceret. Ignorantia conſequens eſt idem quòd ignorantia voluntaria, quæ eſt duplex ſcilicet affectata, & craſſa ſiue ſupina ſecundum iuriſtas. Ignorantia affectata eſt quãdo actus voluntatis fertur in ipſam, ſicut quando aliquis vult ignorare, vt excuſationem habere videatur, vel vt delectabilius peccet, ſicut ii de quibus Iob dicit, Recede a nobis, viam ſcientiarum tuarum nolumus, & talis ignorantia aggrauat peccatum, & poteſt quodammodo dici peccatum in Spiritum ſanctum, quia videntur nolle retrahi a peccato Ignorantia vero craſſa & ſupina dicitur illa, ad quam actus voluntatis fertur, ſed faciliter poſſet vinci, & hæc etiam non excuſat, ſaltem a toto, licet bene a tanto, & hanc ignorantiam conſequentem vocant neoterici vincibilem, quam quis tenetur, & poteſt vincere.

Ignorantia affectata ſiue craſſa, & ſupina quid ſit.

Iob. 2.

Ignorãtia uincibilis venialis, et mortalis quid ſit.

¶ Notandum præterea quod hæc ignorantia vincibilis diuiditur in vincibilem venialem, & in vincibilem mortalem. Ignorantia vincibilis venialis eſt quam quis ſub pœna peccati venialis vincere tenetur. Ignorantia verò vincibilis mortalis eſt, quã quis ſub pœna peccati mortalis vincere tenetur, vt ignorantia eorum quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, ſiue præceptorum & aliorum quæ quis agere tenetur.

1. 2 q 6. art. 7.

Ver. 5.

Ver. 5. *De concupiscentia.*

B CONCVPISCENTIA, quæ aliquádo totaliter tollit vsum liberi ar-
35 bitrii, vt in amentibus & furiosis tollit totaliter voluntarium, quia in his qui vsum rationis non habent, non est voluntarium neque inuoluntarium prope dictum, quia non habent liberam cognitionem Sed quando, quæ in his per quæ per concupiscentiam aguntur, non tollitur totaliter cognitio, quia non tollitur potestas cognoscendi, sed solum cōsideratio actualis in particulari agibili. Et secundum hoc dicit Philosophus, quod delectatio siue concupiscentia delectationis corrumpit æstimationem prudentiæ, & tamen hoc ipsum est voluntarium, secundum quod voluntarium dicitur quod est in potestate voluntatis, quia potest voluntas passioni resistere. Et ideo concupiscentia non causat inuoluntarium, sed auget. Primum patet, quia secundum Damascenum, inuoluntarium est misericordia & indulgētia dignū, & cū tristitia agitur. Sed quæ per concupiscentiam aguntur, non fiunt cum tristitia, imo cum delectatione, igitur. Secundum autem patet, quia aliquid dicitur voluntarium ex eo quod voluntas in illud fertur. Sed per concupiscentiam voluntas magis inclinatur ad id quod concupiscit, iuxta illud, Vnusquisque tentatur a concupiscentia sua, abstractus, & illectus, igitur concupiscentia auget. Nec obstat quod metus siue timor qui est passio, causet inuoluntarium secundum quid, quia timor & aliæ passiones, quæ habent malum, pro obiecto, repugnant & contrariantur voluntati, quæ respicit bonum. Sed non est sic de concupiscentia, & aliis passionibus, quæ habent bonum pro obiecto. Notandum tamen quod concupiscentia non volita sed quodammodo præueniens vsum rationis, quamuis non causet inuoluntarium ex parte inclinationis tamen bene ex parte cognitionis, ideo excusat, non quidem a toto, sed bene a tanto, eo quod corrumpat cognitionem in particulari agibili. Et sic concupiscentia in quātum participat de ignorantia, excusat. Concupiscentia vero imperata aggrauat, quemadmodum ignorantia affectata. Ex præmissis patet quomodo illi qui præparant sibi delicias, & voluptates, grauius peccent, nec excusentur.

6. Ethi.

Iacobi. 1.

§. 5. *De actibus humanis.*

C ACTVS humani, dicuntur actus voluntarii siue liberi aut deliberati directe
35 vel indirecte seu qui deliberari potuerunt. Et dicuntur humani, quia conueniunt homini inquantum homo, hoc est per hoc quod homo differt ab aliis animalibus. s. per rationale, per quod homo est dominus actuum suorum, quod non conuenit aliis animalibus, quæ magis aguntur quam agant, vt dictum est. Reliqui actus quos homo facit, non dicuntur humani, sed hominis, vt fricatio barbæ inopinata, & alii huiusmodi, qui fiunt ex motu primo primo, qui licet fiant propter finē aliquē, nō tamē ex intentione, & deliberatione finis vel eorum, quæ sunt ad finem. Et sic resolutorie: Actus humanus est qui procedit a voluntate deliberata.

1. 2. q. 1. art. 1. Actus humanus et actus hominis quid sint.

Ver. 1. *De Multiplici Actu voluntatis.*

D ACTVS volūtatis prima partitione sunt dupliciter. Quidam sunt eliciti, qui
35 dā sunt imperati. Actus eliciti dicuntur illi qui immediate procedunt ab ipsa voluntate, respectu obiecti sui quod est bonum, & finis vel vltimus vel ad finem vltimum deseruiens, & talis finis non vltimus, & deseruiens ad vltimum, induit rationem boni vtilis siue medii. Actus imperati dicuntur actus aliarum potentiarum, qui non procedunt immediate ab ipsa voluntate, sed eliciuntur, hoc est, procedunt immediate ab aliis potentiis per motionem & impulsum voluntatis. Idem de actibus membrorum, qui etiam mouentur ad imperium voluntatis. Notandum tamen quod duplex est imperium, quoddam est directiuum, & illud pertinet ad rationem siue intellectum, vt inferius dicetur. Aliud est inclinatiuum & motiuum, quod pertinet ad uoluntatem actus voluntatis eliciti sunt sex, tres circa finem, scilicet voluntas, intentio, & fruitio, & tres circa media, scilicet electio, consensus & vsus.

Actus eliciti et imperati quid sint

Actus eliciti et imperati quid sint.

Imperium duplex.

Actus uoluntatis eliciti sex.

Ver. 2.

Ver. 2. *De primo actus uoluntatis circa finem.*

1. 2. q. 8. ar. 1. 2. et. 3 PRIMVS actus voluntatis in finem dicitur voluntas. Ad cuius euidentiã notandum quòd voluntas dupliciter accipitur, vno modo pro ipsa potentia volunta- D 36
Voluntas dupliciter accipitur. tis, cuius proprium obiectum est bonum verum vel apparens apprehensum per intellectum sub ratione veri, & præsentatum voluntati sub ratione boni, siue sit bonum honestum vtile vel delectabile, siue sit verum bonum siue aparens. Et sic illud quod
Voluntatis actus simplex quid sit. non est ens in rerum natura, accipitur aliquando vt ens in ratione. Vnde negationes & priuationes dicuntur entia rationis secundum quem modum futura dicuntur entia, prout apprehenduntur sub ratione boni. Alio modo accipitur voluntas pro simplici actu voluntatis, quia omnis actus nominatus a potentia, dicit & significat simplicem actum illius potentiæ, sicut intelligere dicit primum actum intellectus, qui est simplicium apprenhensio. Sic voluntas dicit actum simplicem, (hoc est non relatum) quod voluntas tendit in hoc quod est secundum se obiectum voluntatis, quod est bonum & finis. Ea vero quæ sunt ad finem, non sunt volita simpliciter & per se, sed per relationem & comparationem ad finem, vnde voluntas non fertur in ea nisi secundum quod fertur in finem. Et quamuis eodem actu voluntas, possit uelle finem, & ea quæ sunt ad finem, sicut visus eodem actu fertur in lumen & colorem, & intellectus in principia vt applicata, & conclusionem, tamen ille actus non dicitur simplex, sic quando appetitus fertur simul in media & in finem, ille actus licet sit voluntatis non dicitur voluntas, siue simplex volitio finis præcise, sicut actus intellectus qui fertur circa principia præcise non applicando ea conclusioni, dicitur simplex, sed quando applicat, dicitur actus scientificus. Et visus quando per lumen videt colorem, dicitur quodammodo compositus, quia non potest videre colorem sine lumine, sed bene lumen sine colore, ideo tunc dicitur actus simplex. Eodem modo est de potentia volitiua quando vult præcise finem, est actus simplex per quem mouet se ipsam quo ad exercitium circa ea quæ sunt ad finem, vt quum aliquis vult sanitatem, per volitionem sanitatis mouet se ipsam quo ad exercitium circa media, & sic voluntas
In actibus uoluntatis. Duplex processus. mota mouet intellectum ad consiliandum de mediis quæ sunt habere medicinam, deinde exequitur. Sed notandum est quod duplex inuenitur processus in voluntate. s. inuentionis & executionis. In processus inuentionis primo per finem mouet se & intellectum ad quærenda media. Finis enim dicitur quoddam principium & quodã modo medium ad inueniendum ea quæ sunt ad finem, quæ sunt uelut terminus, quũ sequantur primam & simplicem volitionem, & ad ea terminetur, sed in processu executionis primo respicit ea quæ sunt ad finem, quæ sunt tanquam media, & deinde finem tanquam terminum. Vnde aliquando contingit sicut in motu naturali, qui aliquando sistit in medio propter aliquod impedimentum, & non pertingit ad terminum, ita etiam in executione voluntatis quandoque aliquis operatur circa id quod est ad finem, & tamen non consequitur finem propter impedimenta, vel propter liberam propositi mutationem.

Ver. 3. *De intentione.*

1. 2. q. 12. art. 1. INTENTIO finis, vt ipsum nomen sonat, importat & significat in aliud tẽdere, vnde primo & principaliter intentio pertinet ad id quod mouet ad finem imperio suo. Cũ ergo voluntas moueat, omnes alias potentia in finem suum, sequitur E 36
quod intentio est actus voluntatis in finem, alius tamen ab actu qui dicitur voluntas, & a fruitione. Appetitus enim intellectiuus siue potentia volitiua tripliciter respicit finem. Primo absolute, vt quum volumus sanitatem, aut aliquid huiusmodi, & secundum hoc actus eius dicitur voluntas. Alio modo respicit & considerat finem prout in eo quiescit, & secundum hoc actus eius dicitur fruitio. Tertio modo considerat finem prout est terminus alicuius quod in ipsum ordinatur, & sic intentio respicit finem. Non n. solum ex hoc intendere dicimur sanitatem, quia volumus eam sed quia volumus ad eam per aliud puta per medicinam peruenire, & sic voluntas tendit primo in finem vt acquisibilem per aliquod medium, & in hoc differt ab electione, & consensu & usu, quia in intentione voluntas primo fertur in finem acquisibilem

sibilem per media, in electione verò & consensu ac vsu primò respicit media, in ordine tamen ad finem. Nec obstat quod dicitur Matth. 6. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, vbi per oculum significatur intentio secundum D. Augu. Sed oculus quum sit instrumentum visus, significat apprehensiuam potentiam, & per consequens intentio non est actus voluntatis, quæ non est potentia apprehensiua, sed appetitiua. Ad hoc dicendum quòd intentio nominatur oculus methaphoricè, non quia ad cognitionem pertinet, sed quia cognitionem præsupponit per quam præsentatur voluntati finis, ad quem mouet formaliter, sicut oculo præuidemus quo corporaliter tendere valeamus. Dicitur etiam intentio lumen, quia manifesta est intendenti. Vnde Apostolus, Omne quod manifestatur, lumen est. Opera mala dicuntur tenebræ, quia licet homo sciat quid intendat, nescit tamen quæ ex operibus malis sequatur vt D. Aug. ibidem exponit, neque voluntas ipsa ordinat sed tendit in aliquod secundum ordinem rationis. Et quia ratio plura ordinat in vnum, ideo licet homo plura per modum plurium non possit intendere, potest tamen voluntas ad plura subordinata & per intellectum ad vnum ordinata intendere. Quũ aũt intentio finis importet ordinationẽ alicuius in finem, quod est propriũ rationis, sequitur quòd animalia bruta quæ non habent rationem non possunt proprie intendere finem, nec habere intentionem, licet agant propter finem, tanquam mota ab alio, sicut sagitta a sagittante intendit finem, non intentione existente in se, sed in sagittante. Sic bruta intendunt finem intentione, & ordinatione authoris naturæ, non quod ipsa cognoscant ordinem mediorum ad finem.

In libr. de serm. do. In monte.

Ephe. 5.

Ver. 4. *De Fruitione.*

A FRVITIO est actus voluntatis, quo quiescit in fine apprehenso per rationẽ.
38 Vnde. D. August. dicit, Frui, est amore inhærere rei propter seipsam, hoc est, non ordinando eam ad aliud. Fructus enim, a quo & fruitio dicitur, est vltimum quod expectatur ab arbore, quod cum quadam suauitate & delectatione accipitur. Et sicut in delectatione duo sunt scilicet perceptio conuenientis, quæ pertinet ad potentiam apprehensiuam, & complacentia in eo quod offertur, quod pertinet ad appetitiuam, in qua delectationis ratio completur, in fruitione igitur præsupponitur apprehensio intellectus, sed essentiale est complacentia voluntatis, quæ quietatur & quiescit in aliud non ordinando. Verum quum nihil aliud adeo sit vltimum simpliciter, nec possit quietare appetitum hominis, omniaq; alia sint in ipsum ordinabilia, & ipse in aliud non sit ordinabilis, quum nihil sit eo dignius, sequitur si quis seruiret Deo propter temporalia habenda, non ordinando ea ad bonitatem Dei, imò etiam si seruiret Deo propter visionem claram, visionem diuinæ essentiæ, quã sperat ab eo habere non ordinando iterum eam ad Deum, peccaret mortaliter, quia vteretur Deo. Peccaret etiam si in aliquo alio quiesceret, siue creaturam sibi constitueret vltimum finem, quod fit, quando complacentia & quies in creatura non ordinatur ad Deũ formaliter, vel saltem virtualiter, vel quando propter complacentiam, quam habet, vel habere intendit, omittit vel trãsgreditur præceptum dei. Tunc fruitio illa est inordinata, & peccatum mortale. Nec obstat quòd quędã alia a Deo sint secundũ se bona, & propter se appetenda, quia D. Ambr. dicit. Si aliqua dicãtur appetenda propter se, non est intelligendum ita, quòd ad vltimum finẽ, siue beatitudinem non referantur, sed quia in semetipsis habent, vnde placere debeãt; prout sunt fructus spiritus sancti, de quibus Apostolus, Fructus aũt spiritus sunt, charitas, pax, & hmõi. Non obstat pariter illud Apostoli ad Pihlemo. Itaq; frater ego te fruar in domino. Quia vt D. Aug. dicit, Si dixisset te fruar, & non addidisset in domino, videretur finem delectationis in eo posuisse, sed quia addit in dño, iõ in domino se posuisse finẽ, atq; eo se frui significauit. Et si alicubi in sacris literis reperiatur frui dici de creatura, accipitur frui pro vti. Vnde notandũ quòd fruitio est duplex. s. propria & impropria. Fruitio impropria est, qua peruenitur in finem particularem cognitũ, nõ cognoscendo tamen quòd sit vltimũ simpliciter, & hoc modo aliquãdo attribuit bru tis. Vnde D Aug. dicit, Frui quidẽ cibo, aut alia uoluptate, non absurdè æstimantur.

1. 2. q. 11. art. 1. *In. 1. de do. Christ. & 10. de Tri.*

Seruiens deo propter bona tempo ralia. præci se peccat.

Galat. 5. *Ad Philemonem.* *1. de doctr. Christ.* *Fruitio duplex.* *In lib. 83.*

& be-

& bestiæ. Fruitio autē propria est, quando peruentū est ad finem cognitum, vt vniuersalem & vltimum, & hæc conuenit soli intellectuali naturæ, quæ quando habet finem vltimum solum in intentione, dicitur quidem frui, sed imperfecte, vt in via, quando vero finis vltimus non solum habetur in intentione, sed etiam in re, tunc dicitur frui perfecte, & sic fruitio propria diuiditur in fruitionem perfectam & imperfectam, siue fruitionem viæ & patriæ.

Ver. 5. *De Consensu.*

1. 2. q. 15. art. 1. Sap. 1. Lib. 2. CONSENSVS proprie accipiendo, est applicatio appetitiuæ virtutis siue voluntatis ad rē cui adhæret, tanquā medio ordinato ad cōsequendū finem præstitutum, & assumit nomen a sensu, tanquā experientiam quandā sumens de re cui inhæret, inquantū cōplacet sibi. Vnde Sapiens dicit. Sentite de domino in bonitate, ideo Dam. dicit, quod si aliquis iudicet, & non diligat, non est sententia, hoc est consensus. Sed diligere est actus voluntatis, igitur & consensus. Et quia eius est applicare appetitiuum motum ad aliquid, in cuius potestate est appetitiuus motus, sicut tangere lapidem, conuenit quidem baculo, sed applicare baculum ad tactum, est tantum eius, ad quem spectat mouere baculum. Quum autem animalia bruta non habeant in potestate appetitiuum motū, sed talis motus in est eis ex instinctu naturæ, sequitur quod ad ea nō pertinet proprie consentire, quia consensus importat aplicaionem & determinationem appetitus non solum passiuam, sed etiam actiuam. Et quanuis quædam animalia faciant executionem operis, non tamen faciunt ex consensu, sed ex impetuo so appetitu, ex instinctu naturæ causato. Differt autem consensus ab electione & vsu, quia electio addit supra consensum quandam relationem, respectū eius cui aliquid præeligitur. Et ideo post consensum adhuc manet electio, pōt. n. contingere quod post cōsiliū inueniātur plura media ad finē cōducētia, quorū cū quod libet placet, in quodlibet eorum consentitur, sed ex multis quæ placent, præaccipimus vnum. Sed si inueniatur vnum solum quod placeat, non differunt consensus & electio realiter, sed ratione tantum vt dicatur consensus, secundum quod placet ad agendum Electio autem, secundum quod comparatur his, quibus non placet. Vsus vero sequitur consensum, & electionem, applicamus n. potentias & rem electam ad operationem, vt perueniamus ad finem. Consensus est duplex. Quidam formalis, siue explicitus seu expressus, qui declaratione non indiget. Quidam autem tacitus, siue implicitus & interpretatiuus, qui est quando ratio sufficienter aduertit de aliquo, & non contradicit, Inde dicitur communiter, & est regula iuris. Qui tacet, cōsentire videtur. Quæ quidem regula quantum ad actus imperatos & in foro exteriori, non semper habet verum, præsertim in actu uituperabili, in quo loqui & contradicere verecundum esset, & quando actus non obstante contradictione teneret, sed tamen quantum ad actus elicitos, & in foro interiori, semper habet verum, quod quando voluntas tenetur, & potest contradicere alicui rei, actui vel passioni, si non contradicit vel resistit, consentire videtur, quia illa sunt voluntaria, vt dictum est, indirecte, & ex consequēti, vt si in aliquo insurgat passio quam tenetur reprimere, & non curat, sed delectatur in ea, censetur consentire ad cognoscendum autem quando consensus sit bonus vel malus, sciendum est quod quando illud cui consentitur, siue sit actus, siue aliquid præcedens actum, vt cogitatio, siue consequens actum, vt delectatio, est bonum & conueniens nullo modo prohibitum, nec inclinat ad malum, siue ad aliquid debitum, consensus est bonus. Si vero sit malum, hoc est prohibitum, aut inclinans ad malum, consensus est malus, & peccatum, siue sit consensus formalis, siue interpretatiuus. Si illud tale supra quod fertur consensus sit prohibitum, venialiter, cōsensus est venialis; si mortaliter, est mortalis. Equidem quantū ad actū, respectu obiecti non est dubium, si quis consentiat mendacio iocoso peccat venialiter, si pernicioso mortaliter. Sed difficultas est de consensu in cogitationem & delectationem. Quo ad cogitationem & delectationem cōsequentem circa obiectum malum, puta homicidii, furti vel adulterii, & similium, distinguendum est, quia vel illa cogitatio est solum speculatiua, & nullo modo practica, hoc est, non inclinat

Differētia cōsensus ab electione et usu.

Consensus duplex.

Consensus et cogitatio quādo dicitur bona uel mala.

Consensus in cogitationem quando sit malus.

B 36

clinat aliquo modo ad operationem, sed solum consistit in contemplatione veri, puta quia considerat quidditatem & essentiam adulterii & deformitates eius, siue circunstantias aggrauantes & diminuentes. Tunc consensus in illam cogitationem, seu delectationem consequentem illam cogitationem speculatiuam, non est de se malus, sed potest esse bonus, si fiat propter bonum finem, scilicet propter cognitionem veritatis, vel doctrinam aut prædicationem. Aliquando venialis, si inutiliter vel nimis curiose speculetur, & aliquando mortalis, si tempore quo ratio tenetur circa alia occupari, illa contemplatur. Si autem illa cogitatio sit practica, hoc est, habeat iudicium practicum, inclinans ad furandum vel adulterandum, & tunc si sit motus primo primus, & natu alis, quantumcunque duret, nō est peccatum, quum ratio nullo modo resistere aut occurrere possit. Si vero sit motus secundo primus, & ratio incipit, vel incipere potest cogitare de repellenda passione illa, sed præualente impetu passionis non plene aduertit, nec repudiat, quia non habuit sufficiens tempus ad plene deliberandum de illa. Sic illa cogitatio siue consensus in cogitationem, & de

E lectationem consequentem illam, est venialis. Si vero voluntas est plene libera, &

37 cognoscit illud iudicium practicum, inclinans ad peccatum mortale, potest quæ non solum nō consentire & complacere, sed etiā resistere positiue per nolitionem, & imperare intellectui vt circa alia aduertat, & tamen negligit, tunc est consensus interpretatiuus, & sic illa cogitatio dicitur morosa, & peccatum mortale, maxime propter periculum, iuxta illud Sapientis; Qui amat periculum peribit in illo. Si autem *Eccl. 3.* ad illam cogitationem morosam sequatur complacentia in voluntate, ad quam sequitur delectatio, quæ est de malo apprehenso, est consensus formalis in illam cogitationem, & per consequens in illam delectationem, & est peccatum mortale grauius, quam consensus interpretatiuus in solam cogitationem etiam absque voluntate exequendi actum cogitatum. Quum vero consentit in executionem actus cogitati, adhuc grauius peccat. Et quum perpetrat actum, tunc peccatum consummatū est grauius. An autem consensus in cogitationem morosam, vel delectationem consequētem pertineat ad rationem superiorem vel inferiorem, quia materia prolixa est, plus habens subtilitatis & intricationis, quam vtilitatis, supersedeo. Si quis autem de his amplius inquirere velit, videat D. Thomam.

¶ Resultat ex præmissis cogitationes aliquando esse bonas, & meritorias in existēte in gratia circa materiam honestam aut præceptam, & circa materiam prohibitā speculatiue, & propter bonum finem seruatis debitis circunstantiis, & aliquādo ueniale, si sint inutiles aut curiosæ. Si autem sint circa materiam mortalem, & ex surreptione motus primo primi, non sunt peccata. Si vero infra limites motus secundo primi, sunt peccata venialia, si uero ratio aduertat, & voluntas sit plene libera, sunt mortales, etiam si non sequatur delectatio, aut executio, ac etiam quanuis non sit consensus formalis in actum exteriorem, & quanto magis, si sit consensus in actum exteriorē, licet actus non sequatur? vnde manifeste apparet error Scribarum & Pharisæorum, qui licet legerent Sap. 1. Peruersæ cogitationes separant a Deo. Et in Eodem casu Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu Et quanuis etiam haberent præcepta, Non concupisces *Exo. 20.* vxorem proximi tui, nihilominus tamen dicebāt, quod in solis cogitationibus interioribus, quæ nullo modo procedebant in actum exteriorem, aut in præparationem ipsius, non consistebat peccatū, & sic glosabant prædicta præcepta, quorum Glosam *Matt. 5.* reprobauit Christus, dicens, Si quis viderit mulierem ad mœcandum eam, iā mœ-

1.2.q.15. ar.4 & q. 74.ar.8.et de ueri. q. 15 art. 3. & 4.

D chatus est in corde suo. Item, De corde exeūt cogitationes malæ, homicidia, adul-

37 teria, fornicationes, furta falsa testimonia. ¶ Hæc si agas ad populum, ad maiorem declarationem graduum peccatorum circa huiusmodi cogitationes poteris adhibere similitudinem quinque mulierum, ad quas decipiendas quidam lasciuus mittit macharellam cum torque aurea, &c. Prima quam primum videt, nullum cogitat malum, non peccat, hæc significat illos qui habent motus primo primos. Secunda, quam primo uidet, abominatur, & repudiat nuntiū & munera, illa meretur. Tertia

respicit

respicit munera, & quodam modo delectatur, licet aliquo modo suspicetur, quòd
malo fine mittuntur, & ideo quando bene consideravit, respuit, illa significat eos
qui infrà limites motus secundò primi consentiunt & delectantur. Quarta quæ re-
spicit, & placent ei munera, tamen quia videt quòd absque infamia non posset, re-
mittit, hæc peior est, & repræsentat illos qui interpretatiue consentiunt cogitatio-
ni, & non consentiunt in actum exteriorem. Quinta respicit munera, placent illi, &
Cogitationes præteritarum delectationum quādo sunt male. acceptat, parataq; est facere voluntatem eius, assignat horam, hæc adhuc peior, &
significat eos qui consentiunt formaliter in actum, &c. ¶ Circa cogitationes verò
præteritarum delectationum distinguendum est, quia vel illæ delectationes erant li-
citæ, vel illicitæ. Si illicitæ, vel illa cogitatio est speculatiua aut memoratiua, cum
quadam cordis amaritudine, seu nolleitate, quia cogitans nollet se illas delectatio-
nes habuisse, talis cogitatio etiam morosa est, & bona, iuxta dictum Esaiæ trigesimo
Esa. 38. octauo, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Si verò il-
la cogitatio sit practica, siue inclinans ad complacendū, si sit morosa, hoc est, plene
libera, est mortalis. Et maxime quum iam insurgunt motus sensualitatis, de quibus
cogitans aduertit. Si vero sistant infra limites motus secundò primi, sunt veniales. Si
verò sunt motus primò primi, non sunt peccata. Si autem cogitationes illæ præteri-
tæ fuerant licitæ, vt si vidua cogitet de delectationibus actus coniugalis aut alter cō
iugum in absentia & distātia, alterius est difficultas. Dominus Gaietanus in summu
la sua dicit quòd nō peccat, quia delectatur de operibus licitis, pro eo tempore quo
fuerunt licita plus enim secundum eum est explicite approbare, quam delectari, sed
constat viduas posse explicite approbare delectationes præteritas, ergo possunt in
eis delectāri, speculatiue & formaliter consideratis. Practice autem hoc est, cum in-
clinatione ad nouas similes si ratio aduertat, & voluntas plene libera sit, efficiuntur
mortales propter periculum voluntariç pollutionis, aut incontinentiæ, ad quam in-
Cauendūa cogitationibus conditionatis. ducunt, maximæ cùm insurgunt motus partis sensitiuæ. ¶ A cogitationibus autem
conditionatis; quæ diaboli artificio suggeruntur, vt tandē ad peccatum mortale per
trahat summe cauendum est, vt cùm suggeritur religioso, si esset vxoratus, aut rex
vel episcopus, aut haberes tot bona, faceres hæc & illa, & aliquando bona, tandem
paulatim inducit ad ambitionem & alia multa mala, huiusmodi cogitationes ab ini
tio videntur esse bonæ, quia ad bonum determinatæ. Sed si consideretur finis &
origo euentus & exitus, quia vt in pluribus perducunt ad diaboli suggestiones, ideo
valde periculosum est circa illas immorari. Et ideo ratione periculi sunt plerūque
mortales, maxime in his qui experti sunt, ex illis cogitationibus conditionatis se in
malas volutiones incidisse Eodem modo dicendum est quum suggeritur professo, si
non essem religiosus, aut professus, &c. quia a solo diabolo procedunt, vt inducat
ad pœnitendum de bono opere, & perdendum merita, & vt ad alia inducat mala, &
sic de similibus.

V.r.6. *De Electione.*

1. 2. q. 13. art. 1. ELECTIO est actus voluntatis, quo voluntas inter duo aūt plura vnū præ- A
accipit, tanquam medium ad peruueniendum ad finem, dimisso alio vel aliis. Scien- 37
6. Ethi. dum quòd nomen electionis duo importat s. aliquid pertinens ad rationem siue in-
tellectum, & aliquid pertinens ad voluntatem. Vnde Philos. dicit, quod electio est
appetitus intellectiuus, vel intellectus appetitiuus. Importat enim collationem si-
Art. 4. ue comparationem mediorum inter se, & in ordine ad finem, quæ collatio dicitur
consilium, de quo in versiculo sequenti. Essentialiter tamen electio est actus volun-
tatis præsupponens consilium. Vnde secundum Philosophum 3. Ethicorum, Ele
ctio est appetitus præconsiliati, & desiderium eorum quæ nobis insunt, hoc est hu-
manorū actuū Nullus enim eligit nisi ea, quæ estimat fieri per ipsum, quia necesse ē
quòd id quòd est ad finem. sit actio vel res aliqua, interueniente aliqua actione, per
quā quis facit id quod est ad finē, vel vtitur eo. Et cum canonicus eligit episcopum
vel principem ciuitatis, eligit nominare ipsum in talem dignitatem, alioquin si nulla
esset eius actio ad constōnem episcopi uel principis, non pertineret ad eum electio.

Et similiter dicendum est, quando aliqua res dicitur præeligi alteri, quod adiūgitur ei aliqua operatio eligētis. Notādū quòd neq; electio, neq; cōsiliū ē impossibiliū. Cuius signū est, quòd cū homines cōsiliando perueniūt ad id quod est impossibile desistūt, quasi nō valētes vltra progredi. Et ratio pōt assignari, quia quū electiones referātur ad nostras actiones, & ea quæ per nos agūtur, sint possibilia, sequitur electiones esse possibiles, & per consequēs cōsiliū quod ad actionē ordinatur. Præterea ratio eligendi id quod est ad finem, est vt ex hoc possimus cōsequi finē, sed per impossibile nō possumus cōsequi aliquē finē, igitur. Apparet hoc ēt manifeste ex processu rationis. Sic enim se habet medium (de quo est electio) ad finē sicut cōclusio ad principiū, sed cōclusio impossibilis non sequitur ex principio possibili. Voluntas enim cōpleta, & efficax non est nisi de possibili, quod est bonū volenti, licet voluntas incompleta, & inefficax, quæ secundum aliquos dicitur velleitas, possit esse de impossibili, quia scilicet aliquis vellet, si esset possibile, sed electio nominat actū determinatum ad id quod est hic, & nunc agendum, ideo electio non pōt esse impossibiliū, & quāuis in tertio. Et hic dicatur, quòd sic se habet finis quo ad agibilia, sicut principia ad cōclusiones. Non tamen sequitur quòd sicut conclusio necessario reducitur, & sequitur ad principia, sic supposita volitione finis ex necessitate sequatur electio, cum voluntas sit libera & indeterminata circa media, & possit cessare a volitione finis, & ea stāte suspēdere executionē. Intellectus autē non est liber circa assensum principiorum. Præterea sententia siue iudicium consilū de rebus agendis est de contingentibus, in quibus conclusiones non sequuntur ex principiis necessariis necessitate absoluta, sed necessitate solùm ex conditione, vt si currit, mouetur, si dicatur quòd vnum præeligitur altero, quia in eo est aliqua ratio boni, quæ non est in alio. Vnde sequitur, quòd si duo sunt penitus æqualia, nulla poterit fieri electio. Et sic famelicus si habet cibum æqualiter appetibilem in diuersis locis secundum æqualem distantiam, non magis mouebitur ad vnum, quam ad aliud, vt Buridanus dicit de Asino, inter duas auenas æquales, quòd moreretur fame. Plato etiam assignans rationem quietis terræ in medio, sicut recitatur in 3. de Cœlo, dicit quòd ideo quiescit, quia non est maior ratio quare moueretur citius ad vnam partem, quàm ad aliam sed multo minus potest assignari ratio, quare plus eligeretur vnum appetibile, quàm aliud nisi sic aliqua ratio boni plus in vno, quàm in alio, & sic videtur quòd electio fiat ex necessitate. Dicendum quòd quantum ad irrationabilia, cum non conferant, non potest contingere, & si accideret mouerentur instinctu naturæ quæ non deficit in necessariis. Quo ad homines verò nil prohibet. Quod si duo æqualia proponantur secundum vnam considerationem, homo potest circa alterum illorum considerare aliquam conditionem, per quam magis emineat, & voluntas magis flectatur in ipsum, quam in aliud. Et eodem modo dicendum est de eo, quòd prima consideratione inuenitur minus quia secundum aliam considerationem erit maius, saltem secundum iudicium eligentis.

Art. 4. *arti. 5.* *ar. 6. ad. 1* *De Asino Buridani.*

Ver. 7. *De consilio.*

B 37 CVM electio sequatur consilium de rebus agendis, in quibus magna inuenitur incertitudo, cum actiones sint circa singularia contingentia, quæ propter eorum uarietatem incerta sunt. In rebus autem dubiis & incertis ratio non profert iudicium absque collatione & deliberatione, & ideo necessaria est inquisitio rationis ante iudicium de agendis hæc inquisitio vocatur consilium. Consilium autem proprie importat collationem siue comparationem inter plura, prout & hoc ipsum nomen sonat, dicitur enim consilium quasi consilium, eo quòd multi sedent ad simul conferendum, & ideo consilium in nobis importat discursum, & præsupponit incertitudinem sententiæ siue iudicii apud consiliantem, licet apud aliquos sapientes aliquando sint certissima, ideo illi ad electionem non egent inquisitione consilii, sed sententia & iudicio, quod est terminus consilii. Et inquantum importat discursum, Deus non cōsiliatur, Ignorantis enim est cōsiliari, & per inquisitionē venire ad certitudinem. Attribuitur tamen Deo consilium ab Apostolo dicente, Qui operatur

1. 2. q. 14. ar. 1.

omnia secundum consilium voluntatis suæ propter certitudinem, quam habet de omnibus effectibus absque omni discursu. Ea enim quæ dicuntur de Deo, accipienda sunt absque omni defectu qui inuenitur in nobis, sicut scientia sine discursu, & consilium absque dubitatione aut ignorantia ¶ Ex prædictis patet quod consilium dupliciter accipitur. Vno modo pro inquisitione, collatione, seu discursu. Alio modo pro resolutione & sententia ipsius vnde dicimus, consilium habet, & dicit hoc siue hæc est resolutio, & sententia consilii talis est. Consilium secundum Greg. Nicenum non est de fine, sed de his quæ sunt ad finem, eo quòd rationes eorum quæ sunt ad finem, sumuntur ex fine Principium autem nō cadit sub conclusione, sed in omni inquisitione oportet præsupponere principia igitur de fine vt finis est, non est consilium quamuis consilium possit haberi de aliquo fine, vt est medium ad alium finem, quia id quod est finis respectu quorundam, potest ordinari ad alium finem, sicut principium vnius demonstrationis pōt ēe conclusio alterius. Consilium secundum Greg. Nicenum est de his quæ sunt, aut fieri possunt in nobis, aut ordinātur ad operationes humanas, Quia quum consilium sit aliquid magnum, & cognitio circa particularia contingentia non sit aliquid magnum sicut cognitio vniuersaliū & necessariorum, ideo nō appetitur per se, sed prout est vtilis ad operationes humanas nostras, vel aliorum. De factis enim aliorum consilium quærimus pro quanto, sicut quodammodo vnum nobiscum, vel per vnionem affectus, sicut amicus sollicitus est de his quæ ad amicum spectant, sicut de suis, & per modum instrumenti, Nam agens principale & instrumentale sunt quasi vna causa, cum vnum agat propter alterum, sic dominus consiliatur de his quæ agenda sunt per seruum. Et consultatio dicitur fieri de futuris euentibus, inquantum homines per futuros euentus cognitos diriguntur ad aliquid agendum vel vitandum erga se, vel alios eis aliquo modo coniunctos. In certis autem & manifestis non requiritur consilium, sed resolutio consilii. Consiliando autem & inquirendo non oportet procedere ex aliquo principio, si principium est prius in esse, sicut in cognitione. Non est processus resolutorius, sed magis compositiuus, quia processus quo proceditur a causis ad effectus, est compositiuus, eo quod causæ sunt simpliciores effectibus. Si autem principiū quod est prius cognitione, est posterius in esse, sicut finis qui est prior in intētione, & posterior in executione, est processus resolutorius, vt pote quum de effectibus compositis indicamus resoluendo in causas simplices. Vnde Philos. dicit, quod ille qui cōsiliatur, uidetur quærere & resoluere. Et sic oportet dicere, quod inquisitio consilii est resolutiua, incipiendo s. ab eo quod in futurum intenditur, donec perueniatur ad id quod statim agendum est. Et prius quærendum est quid conueniat ad ducendum in finem, Quum ergo consilium sit de operibus, & ratio operum accipiatur ex fine sequitur quod ordo ratiocinandi est contrarius siue oppositus ordini operandi, qui incipit a mediis, & ordo ratiocinandi a fine. Ex prædictis patet, quod in inquisitione consilii non est processus in infinitum, sed ipsa inquisitio est finita ex duplici parte s. principii et termini. Accipitur. n. in inquisitione cōsilii duplex principium; Vnum ex ipso genere agibilium, & hoc est finis de quo non est cō silium, sed præsupponitur consilio, vt dictum est. Aliud autem principium est quasi ex alio genere sumptum, sicut in scientiis subalternatis vna sciētia supponit aliqua ab alia, de quibus nō inquirit, huiusmodi autem principia quæ in inquisitione consilii supponuntur, sunt quæcunque ꝑ sensum accepta, scilicet quod sit panis, quod sit ferrum, & quecūque sunt per aliquā scientiam speculatiuam vel practicam in vniuersalis cognita, sicut quod Mœchari est a Deo prohibitum, et quod homo non potest viuere nisi nutriatur nutrimento conuenienti, & de his non inquirit consiliator. Terminus autem inquisitionis cōsilii est id quod est in potestate nostra, vt statim faciamus, sicut enim finis habet rationem principii; ita id quod agitur propter finem habet rationem conclusionis, vnde id quod est primò agendum habet rationem vltimæ conclusionis, ad quam inquisitio consilii terminatur. Nihil enim prohibet consilium in potentia in infinitum esse secundum quod infinita occurrere po-

Eph. 1. *Consilium dupliciter accipitur* *cap. 2.*

Consultatio est de futuris.

In consiliā de duplex processus.

3 Ethi.

Duplex principium consilii.

possunt consilio inquirenda. Singularia enim non sunt infinita actu, sed bene in potentia. Nec obstat quod in singularibus contingentibus non possit esse aliquid certi simpliciter, tamen bene vt nunc. Necessarium enim est Sortem sedere dum sedet. Et quanuis humana actio possit impediri Non tamen semper habet impedimentum ideo non oportet semper consiliari de impedimento tollendo:

Ver. 8. *De Vsu.* *1.2.q.16. ar.1.2. & 4. 10. de tr.*

C 38 VSVS est actus voluntatis Quo applicat rem aliquam, aut potentiam ad operationem. Vnde D. Aug. dicit, Vti est assumere aliquid in facultatem voluntatis. Vsus sequitur electionem. Vnde Damascenus, Post electionem voluntatis impetum facit ad operationem, & sic Vsus mediat inter electionem & executionem operis. Cū motio qua voluntas mouet ad exequendum quæ dicitur vsus sequatur electionem. Non est tamen inconueniens quòd vsus vnius præcedat electionem alterius. Cum autem vti sit applicare principium electionis ad actionem, sicut consentire motum appetitiuum ad aliquid appetendum, & aliquid applicare in ordine ad alterum non sit nisi eius qui habet super illud arbitrium siue dominium, quod non est nisi eius qui scit referre aliquid ad alterum, quod pertinet ad rationem. Et ideo solum animal rationale consentit & vtitur, Ideo D. Aug. Vti nihil potest nisi animal quod est rationis particeps. Differunt autem vti & frui, quia frui importat absolute motum appetitus in appetibile siue in vltimum finem. Vti verò importat motum appetitus in ordine ad alterum Si comparentur ergo vti & frui in ordinem ad obiecta, frui est melius quam vti. Quia illud quod est absolute, acceptabilem est melius, quam id quod est acceptabilem in ordine ad alterū. Sed si comparentur quantum ad vim apprehensiuam præcedentem, maior nobilitas requiritur ex parte vsus. Quia ordinare aliquid ad alterum, est rationis apprehendere aliquid. Absolute est sensus. Et quanuis animalia bruta per sua membra aliquid agant, hoc faciunt instinctu naturæ, non quod cognoscant ordinem membrorum ad illas operationes, vnde non dicuntur proprię applicare membra, nec vti membris.

In li. 8 3. q. Differētia inter usum et fruitionem.

§. 6. *De actibus imperatis a Voluntate.* *1.2. q.17.*

A 38 ACTVS Humani dicuntur imperati ab imperio, imperium autem est actus rationis præsupposito actu voluntatis. Ad cuius euidentiam, sciendum est quod actus voluntatis & intellectus supra se inuicem possunt ferri, quia intellectus ratiocinatur de volitando, & voluntas vult intellectum ratiocinari de actu suo. Et aliquando contingit quod actus rationis siue intellectus præuenit actum voluntatis, sicut quū præsentat & ostendit ei finem. Et aliquando actus voluntatis præuenit actum intellectus, scilicet cum ostenso fine voluntati voluntas mouet intellectum ad quærenda media & consiliandum de illis In illa pręuentione actuū virtus prioris actus remanet in actu sequenti Et sic ex ostensione finis quem intellectus facit voluntati, remanet in voluntate virtus ad mouendum intellectum, ad perquirenda media, quibus præsentatis, si non est nisi vnum, voluntas consentit, si duo, voluntas eligit. Ex vi illius consensus, siue electionis, si sit efficax, intellectus mouetur a volūtate ad intimandum sine denuntiandum ei, hoc est tibi faciendum, fac ergo hoc. Ille actus intellectus vocatur imperium, quod potest sic definiri. Imperium est actus rationis ordinātis & mouentis ac necessitantis voluntatem ad aliquod particulare faciendum, supposito actus ipsius voluntatis scilicet consensu siue electione efficaci, in cuius virtute intellectus mouet per imperium voluntatem, ad exercitium actus. Sed quum hæc motio fiat ab intellectu non virtute propria, sed virtute voluntatis, proprie loquendo, voluntas mouet & necessitat seipsam quo ad exercitium. Et sic imperare proprie dictū, non est mouere quocunq; mō, sed cum quadā intimatione denunciatiua. Vnde sequit̄ quod non conuenit brutis. licet. n. in brutis vis appetitiua moueat mēbra, non tamen cū intimatione & denunciatione, ideo non est proprie imperatiua. Et licet in brutis corpus habeat unde obediat, anima tamē non habet vnde imperet, quia nō habet vnde ordinet, Et ideo impetus in eis ad opus quum fiat ex instinctu naturæ non habet rationem imperii, sicut in hominibus, qui faciūt impetū per ordinationē

Imperium in moralibus quid sit.

art. 3. rationis. Et quia impetus ad operationem præcedit vsum, quum per imperium fiat impetus ad operationem. Imperium enim natura est prius quam imperio obediatur, & aliquādo etiam prius tempore. Imperium tamen, vt dictum est, sequitur electionem vel consensum, & sic mediat inter duos actus voluntatis.

Imperium & actus imperatus sūt vnus actus Vlt. c. de Divi. no. Vnum & multa simpliciter & secundum quid quæ dicuntur.

¶ Notādū præterea quod imperiū & actus imperatus sunt simpliciter vnus actus humanus, quia secundum Phil. ubi est vnū propter alterum, ibi est vnum tantum, sed actus imperatus non est nisi propter imperium, igitur non est nisi vnum simpliciter. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod non est inconueniens, quod aliqua sint multa secundum quid, & finis vnum simpliciter. Et aliqua sint multa simpliciter, & unū secūdum quid. Quinimmo omnia multa sunt vnum secundum quid, vt dicit D. Dionys. Vnum autem quum conuertatur cum ente eodem modo dicitur scilicet simpliciter & secundum quid. Ens vero simpliciter est substantia, sed ens secundum quid est accidens, ideo quæcunque sunt vnum, secundum substātiā sunt simpliciter vnū, & multa secundum quid. Sicut totum in genere substantiæ compositum ex suis partibus integralibus vel essentialibus est vnum simpliciter, vt domus & homo, partes vero sunt entia & substantiæ in toto, Quæ vero sunt diuersa secundum substantiā, & vnum secundum accidens sunt multa simpliciter, & vnum secundum quid, vt multi homines sunt vnus populus, & multi lapides vnus aceruus: Similiter multa in diuidua quæ sunt vnum genere vel specie, ut dictū est, sunt simpliciter multa, & unū secūdum quid, nam esse unū genere uel specie, est esse unum secundum rationem. Sicut autem in genere rerum naturalium aliquod totum componitur ex materia & forma, ut hō qui est unū ens naturale, ita etiam in actibus humanis actus inferioris potētiæ materialiter se habet ad actum superioris, inquātū inferior potētia agit in virtute superioris mouētis ipsum. Sic. n. actus mouētis primi se habet ad actū instrumēti. Vn̄ patet quod imperium & actus imperatus sūt vnus actus humanus, sicut quoddā totū, sed secūdū partes est multa. Actus verò diuersarum potentiarum ad inuicē non ordinati sunt simpliciter multa, & vnum secundum quid, pro quanto illæ potentiæ sunt in vno supposito.

Ver. 1. *De Actu Voluntatis Imperato.*

1. 2. q. 17. ar. 5. INTER Actus imperatos numeratur actus voluntatis non quidem primus actus voluntatis, cum sit ex instinctu naturæ aut superioris causæ. Nec etiam omnes actus voluntatis circa finem, sed solum sequentes electionem efficacem, a qua ratio sumit virtutem imperandi. Cum enim imperium nil aliud sit quam actus rationis ordinantis cum quadam motione ad agendum, & ratio ordinat de actibus sequentibus electionem efficacem cum quadam motione & non de aliis præcedentibus electionem. Sequitur quod actus voluntatis qui sequitur electionem, vt vsus sit imperatus, & non præcedentes, cum ratio non possit mouere ad exercitium voluntatem nisi uirtute electionis aut consensus. Dictum est autem post electionem uel consensum efficacem, quia D. Aug. dicit. Animus quando perfecte imperat sibi ut uelit, iam uult, sed quod aliquando imperet & non uelit, hoc contingit quia non perfecte imperat. Imperfectum ante imperium contingit ex inefficaci electione, quæ ideo est inefficax, quia intellectus diuersis rationibus agitatus, fluctuat inter duo, ideo non sequitur efficax electio aut consensus. Procedere etiam potest a libertate uoluntatis. quæ cessare potest ab electione maxime cum intellectus inter media quodammodo fluctuat. Si dicatur quod ei soli conuenit imperare, cui conuenit imperiū intelligere, dicendum quod sicut in membris corporalibus quodlibet membrum operatur non sibi soli, sed toti corpori, ita in potentiis animæ. Nam intellectus intelligit non solum sibi, sed etiam pro aliis potentiis, & singulariter pro voluntate quam habet dirigere, ideo operatur sibi ipsi actum voluntatis, inquantum est intelligens & volens. Imperium autem quum necessitate mouet voluntatem quo ad exercitium, hoc facit in virtute voluntatis, & sic duplex est imperium, scilicet directiuum: & tale pertinet ad intellectiuum, & motiuum, & hoc pertinet ad voluntatem.

B 38

8. Confes.

Imperium duplex.

Versiculo

Ver. 2. *De Imperio actuum rationis.* 1. 2. q. 17. art. 6.

C CVM autem ratio reflectatur supra se, ut dictum est, consequens est quòd sicut
39 potest ordinare actus aliarum potentiarum, ita etiam possit ordinare de actibus suis & ex electione voluntatis virtutem mouendi & se necessitandi accipere, ergo actus intellectus subiacent imperio voluntatis quantum ad exercitium actus, non tamen quantum ad assensum, maxime circa principia quæ sunt naturaliter siue ex terminis nota. In aliis autem probabilibus mouere potest, vnde fides est ex pia affectione, & circa opiniones affectio voluntatis plurimum facit, & medio opinatiuo facit firmiter adhærere, vel suspendere iudiciũ Resolutorie ergo dicendũ est quòd quo ad primum actũ rationis, qui est simplicium apprehẽsio, voluntas non habet imperium, quia talis actus est naturalis, vnde & pueri abstrahunt species intelligibiles, & admirantur, secundum Phil. Quo ad 2m verò in necessariis propositionibus quo ad specificationẽ etiam non habet voluntas imperium stante obiecto, licet bene quo ad exercitium, quia potest diuertere, & circa alia intellectum occupare. Quantum verò ad tertium actum qui est ratiocinari & inquirere, habet voluntas potestatem imperandi Nec est inconueniens quòd ratio imperet sibi ipsi, sicut non inconuenit quòd voluntas moueat & necessitet se ipsam, vtraque enim potentia reflectitur supra seipsam, & supra actum alterius, & ex vno tendit in aliud.

Simplicis apprehensio imperari non pot.

Ver. 3. *De Imperio actuum appetitus sensitiui.*

D ACTVS etiam appetitus sensitiui subiacent imperio rationis, & obediunt ei. Vn
39 de Gregorius Nicenus dicit quod obediens rationi diuiditur in duo, scilicet in desideratiũ & irascitiuum, hoc est in appetitum concupiscibilem & irascibilem, qui subiacẽt rationi, per hoc quod apprehensio fantasiȩ & imaginationis, quȩ est particularis, regulatur apprehensione rationis, quȩ est vniuersalis, sicut virtus actiua particularis a virtute actiua vniuersali. Quia tamen alligantur organo corporeo quod subiacet aliquibus qualitatibus quib⁹ disponitur, sicut visio ex dispositione oculi per quã iuuatur & impeditur, & quia talis qualitas & dispositio corporis non subiacet imperio rationis, hinc ē quod ex hac parte impeditur motus appetitus sensitiui, ne totaliter subdatur imperio rationis. Contingit etiam quandoq; quòd motus appetitus sensitiui subito concitantur ad apprehensionem imaginationis, vel sensus, & tunc illi motus sunt prȩter imperium rationis, quamuis potuissent impediri a ratione si præuidisset. Et hoc modo qualitas præcedens non subiacet imperio, quia vel est ex natura, vel præcedenti motione, quæ statim quiescere non potest, sed qualitas consequens sequitur imperium rationis. Vnde Philos. dicit in primo Politicorum, quod ratio non præest irascibili, & concupiscibili principatu despotico, qui est domini ad seruum, sed principatu regali, qui est liberorum, qui non totaliter subduntur imperio. 1. 2. q. 17. art. 7.

Ver. 4. *De Imperio actuum sensuum.*

E ACTVS pariter sensuum nõ semper sunt in potestate nostra, eo quòd ab appre
39 hensionem sensuum exteriorum requiritur exterius sensibile præsens, Præsentia autem & absentia sensibilium non semper sunt in potestate nostra igitur. Sed quando in potestate nostra est facere sensibile exterius præsens, vel absens, tunc sensus exteriores subiacent libero arbitrio quũ voluerit, nisi sit impedimentum ex parte organi. Inter sensus exteriores visus magis obedit imperio rationis propter palpebras, quæ mouentur ad nutum, & per ea non præstatur impedimentum obiectis præsentibus. Apprehensio autem imaginationis subiacet imperio rationis secundum modum uirtutis uel debilitatis imaginatiuæ potentie. Quod enim homo non possit imaginari, quæ ratio considerat, contingit ex hoc quòd non sunt imaginabilia, sicut spiritualia.

Ver. 5. *De Imperio appetitus naturalis & partis Vegetatiuæ.*

F ACTVS appetitus naturalis qui non sequuntur apprehensionem, non subiacent 1. 2. q. 17.
39 imperio rationis, & per consequens, nec actus vegetatiuæ virtutis, Vnde Greg. Nycenus dicit quòd id quòd non persuadetur a ratione, est nutritiuum, generatiuum, art. 8.

H 2 &

& augumentatiuum. Et Christus Matt.6. Nemo potest cogitando ad staturam suæ addere cubitum vnum. Hoc autem est ex imperfectione virium & potentiarum vegetatiuæ, quæ non habent apprehensionem siue cognitionem propter earum materialitatem. Quantò enim aliquis actus est immaterialior, tanto nobilior & magis subditur imperio rationis. Et quamuis anima sit in corpore sicut Deus in mundo, & ideo homo dicatur Microcosmus hoc est, minor mundus, quia erat esse toti corpori, sicut Deus mundo, non tamen omnes partes corporis subiacent animæ, sicut omnes partes mundi subiacent imperio Dei, quia similitudo non attenditur quantum ad omnia, quum anima non sit extra corpus, sicut Deus extra mundum, quum cœli cœlorum eum capere non possint. Præterea Deus creauit mundum & non anima corpus. Ideo non subiacet totaliter eius imperio, sed attenditur similitudo quantum ad aliquid, quia sicut Deus mouet mundum, sic anima corpus. Et quia actus appetitus naturalis & potentiarum vegetatiuæ non subiacent imperio rationis, ideo nec laus nec vituperium debetur illis.

Homo quare dicitur Microcosmus.

Ver.6. *De Imperio Membrorum.*

MEMBRA exteriora nisi impediantur à dispositione corporis aut ab extrinseco, subiacent imperio rationis despoticè, hoc est, ex necessitate, sic quòd non possunt contradicere. Vnde D. Aug. ait, Imperat animus vt moueatur manus, & tanta est facilitas vt vix a seruitio discernatur imperium. Notandum tamen quòd D. Aug. dicit. Hoc quòd motus genitalium membrorum non semper obediat rationi, est ex pœna peccati, vt scilicet anima suæ inobedientiæ ad Deum, in illo præcipue membro pœnam patiatur, per quòd originale peccatum ad posteros traducitur. Sed quia per peccatum primi parentis natura est sibi relicta subtracto supernaturali dono, quod ei diuinitus collatum erat, ideo consideranda est ratio naturalis quare motus huiusmodi membrorum specialiter rationi non obediant. Arist. dicit inuoluntarios esse motus cordis & membri pudendi, quia scilicet ex aliqua apprehensione huiusmodi membra commouentur, inquantum scilicet intellectus & fantasia repręsentāt aliquia ex quibus consequuntur passiones, ad quas consequitur motus horum membrorum. non enim tunc mouentur secundum rationis aut intellectus imperium, quia scilicet ad motum horum membrorum, requiritur aliqua alteratio naturalis, puta caliditas, aut aliqua alia, quæ alteratio non subiacet imperio rationis. Specialiter autem hoc accidit in duobus membris prædictis. quia vtrunq; illorum membrorum est quasi quoddam animal separatum, inquantum est principium vitæ, principium autem in virtute est totum. Cor enim est principium sen suum, & ex membro genitalis exit virtus seminalis, quæ est virtute totum animal. ideo habet proprios motus naturales, quia principia oportet esse naturalia, vt dictum est.

1.2. q.19. art.9. *8. Confes.* *14. de ciui. dei. ca. 17.* *Li. de cau. mo. aīal.* *Membrū genitale est quasi quoddā animal separatum*

A 39

Ver.7. *De Circunstantiis Humanorum actuum.*

QVVM de integritate accidentali humanorum actuum sint circunstantiæ, ideo de his aliquid dicendum est. Ad cuius euidentiam supponendum est primo quòd quemadmodum res naturales specificantur & accipiunt speciem à forma, ita & actus naturales & humani recipiunt speciem & essentiam ab obiecto, sicut & actus sensuum, visus a colore, auditus a sono. Sic etiam actus humani, virtutum scilicet & vitiorum. Temperantia a moderatione cibi & potus ac venereorum, iustitia a redditione debiti, furtum ab acceptione rei alienæ inuito domino. Secundò supponendum est quòd quemadmodum res naturales corporales habent aliqua accidentia conuenientia, quæ non sunt de essentia siue quidditate eorum, sic homo habet quinque sensus exteriores, & actus illorum, qui non sunt de essentia hominis, illis tamen sic perficitur quòd absque illis non esset perfectus perfectionibus sibi conuenientibus & debitis & quolibet illorum deficiente homo esset deformis. Ita actus humani siue liberi, qui speciem & perfectionem essentialem accipiunt ab obiecto, ad perfectionem suam in esse moris, hoc est ad bonitatem seu laudabilitatem suam, vltra perfectionem essentialem, hoc est vltra bonitatem obiecti requirunt aliqua accidentia conuenientia, quæ vocantur circunstantiæ conuenientes.

B 39

1.2. q.7. *articulo.2.*

Et.

Et sic ad hoc quod aliquis actus humanus sit perfectus, hoc est bonus moraliter, requiritur quod habeat non solum obiectum bonum & conueniens, sed etiam quòd habeat circunstantias conuenientes, ita quòd si una desit, licet actus sit perfectus ex obiecto. & in genere naturæ: nō tamen est perfectus in genere moris, hoc est bonus siue laudabilis. Circunstantia ergo est conditio quæ est extra substantiam actus, & tamen attingit aliquo modo actum humanum, hoc est conuenit illi & perficit ipsum, accidentaliter tamen. s. in esse moris, quum sit extra substantiam siue essentiam ipsius ideo circunstantię humanorum actuum dicuntur accidentia eorum. *Circunstantia definitio.*

¶ Sed notandum est quòd aliquid dicitur accidens alicuius dupliciter. Vno modo quia in est ei, & sic album dicitur accidens Sortis. Alio modo quod simul est cum eo, & in eodem subiecto, & sic dicitur quòd album accidit medico quia albedo & medicina conueniunt in eodem subiecto. s. Sorte medico & albo. Et per hunc modum circunstantiæ dicūtur accidētia humanorum actuū, quia sunt cū illis, & in eodē subiecto, quāuis nō subiectiuè in actibus ipsis, sicut albedo & musica in sorte Vlterius notandū est, quod accidēs dicitur accidere accidēti propter cōuenientiam in subiecto dupliciter. Vno modo secundū quòd aliqua accidentia comparantur ab vnum subiectū absque aliquo ordine, vt albū, & musicū in Sorte. Alio mō cum aliquo ordine, quia subiectum recipit vnum accidens alio mediante, sicut substātia recipit qualitatē mediante quantitate. Albedinem mediante superficie. Vtroque autē mō circunstantiæ se habent ad actum, nam aliquæ circunstantiæ ordinate pertinent ad agentem non mediante actu, puta locus, tempus, & conditio personæ. Aliquæ vero mediante ipso actu, sicut modus agendi. Circunstantiæ a Philosopho numerantur octo, scilicet quis fuerit, quibus auxiliis siue instrumentis fecerit, quid fecerit, vbi fecerit, cur siue propter quid fecerit, quo modo fecerit, quando fecerit. Et circa quid fecerit, quæ est vltima, quæ a Cicerone comprehenditur sub quia. Ex his circumstantiis tres sunt ex parte actus, duæ circunstantiæ contingunt actum per modum mensuræ, scilicet tempus & locus, siue ubi, & quando. Vna verò contingit actum per modū qualitatis, vt modus scilicet fortiter vel remisse, tarde vel velociter. Ex parte effectus, est vna scilicet quid fecerit. Ex parte causæ finalis accipitur alia, scilicet cur vel propter quid fecerit. Non quòd finis qui dat speciem actui, sit circunstantia, sed aliquis finis adiunctus, sicut quòd fortis fortiter agat propter bonum fortitudinis non est circunstantia. Et ita intelligendum est in circunstantia ex parte effectus, scilicet quid fecerit. Nam quòd aliquis perfundens alium aqua, abluat ipsum, non est circunstantia, sed quod infundendo infrigidet vel calefaciat, sanet vel ægrotare faciat, hæc est circunstantia quid fecerit. Ex parte causæ materialis siue obiecti, accipitur alia circunstantia, scilicet circa quid, non quòd illa conditio causæ, ex qua substantia actus pendet, dicatur substantia, sed aliqua conditio adiuncta, sicut in obiecto furti quod sit alienum, non dicitur circunstantia, sed quòd sit magnum vel paruum, dicitur circunstantia circa quid, Ex parte uero causæ principalis accipitur alia circunstantia. s. conditio personæ non est tamen intelligendam, quod conditio personæ quę transit in vim obiecti, sit in circunstantia, sed illa quæ non dat speciem actui. Ex parte uerò causæ instrumentalis accipitur alia circunstantia, scilicet quibus auxiliis siue instrumentis, bene autem uel male non sunt circūstantiæ, sed cōsequūtur omnes circunstantias vel defectus illarum. Inter omnes circunstantias secundum Gregorium Nicenus duę sunt principalissimæ, scilicet cuius gratia agitur, quæ dicitur circunstantia finis, siue cur, aut propter quid. Et circūstantia ex parte effectus scilicet quid est quod agitur. Philosophus uero dicit, quod principales circunstantiæ sunt propter quid, & ea in quibus est operatio, per quæ Philosophus non intellexit tempus aut, locum, sed ea quæ adiunguntur actui, sed idem dicit cum Gregor. Quia per hoc quod dicit ea in quibus est operatio, intelligit id quod Gregor. intelligit per circunstantiam quid est quod agitur, & sic non aduersantur. Quum ergo actuum humanorum obiectum sit finis, circunstantia quæ dicitur cuius gratia, siue finis, adiunctus erit principalior, secunda verò quæ attingit substantiam actus.

3. Ethic. Circunstantiæ quot sunt.

3. Ethic.

Aliæ autem circumſtantiæ ſunt magis vel minus principales, ſecundum quod ad iſtaſ magis vel minus appropinquant. Nec obſtat quod accidentia videntur eſſe præter conſyderationem artis cum nulla ars conſyderet id quod eſt per accidens, vt dicitur in ſexto Metha. Quia non omnia accidentia ſe habent ad ſubſtantiam per accidens, ſed ſunt per ſe accidentia, & tale ſunt circunſtantiæ actuum humanorum in doctrina morali, ideo ſunt de eius conſyderatione. Notandum inſuper, quod licet circunſtantia manens, circunſtantia non det ſpeciem actui, nec ineſſe naturæ, nec ineſſe moris. Tamen ſi vna illarum deficiat, ſpecies actus mutatur non quidem in eſſe naturæ, ſed moris, ſicut homo per hoc, quod efficitur cæcus, non variatur eſſentialiter, aut ſi prius talis erat, & efficiatur videns vel audiens, non eſt alterius ſpeciei eſſentialis, ſed bene accidentalis, ſcilicet pulchri vel deformis, quia, vt D. Dionyſ. ait, bonum eſt ex integra cauſa, & malum ex ſingularibus defectibus, & ſimiliter pulchritudo, &c Sic in actibus humanis coniuncto viri & mulieris eſt eiuſdem ſpeciei in eſſe naturæ, & idem effectus ſequitur ante matrimoninm & poſt, tamen ineſſe moris ſunt actus diuerſi, quia ante matrimonium eſt actus malus, & poſt bonus, & ſic de aliis. Veruntamen ſi circunſtantia tranſeat in vim obiecti, tunc dat nouam ſpeciē moris actui, & actus ille qui eſt vnus in eſſe naturæ, erit plures in eſſe moris, & tot ſpecierum quot circunſtantiæ tranſeunt in vim obiecti. ¶ Dicitur autem circunſtantia tranſire in vim obiecti, quando reſpicit ſpecialem ordinem rationis, vel ſecūdum rationem, vel contra hoc manifeſtum eſt in his quæ habent ſpeciale præceptum vel prohibitionem, vt dare eleemoſynam pauperi propter pietatem naturalem, & vt præſeruet à peccato mortali, eſt actus miſericordiæ ex obiecto, & ex parte finis eſt actus charitatis, & ſi fiat propter honorem Dei, erit religionis. Sic in malis accipere rem alienam. eſt actus malus, ex obiecto & furtum. Sed accipere in loco ſacro, vel rem ſacram de loco non ſacro aut tempore ſacro, tempus & locus tranſeunt in vim obiecti, & conſtituunt actum ex obiecto malum in duabus ſpeciebus moris, hoc eſt dat ei duas malitias ſiue deformitates aut deordinationes: Si accipiatur alienum ad adulterandum vel occidendum circunſtantia, finis trahit ipſum ad adulterium vel homicidium. Circunſtantia quæ ex ſe non habet, nec reſpicit ſpecialem ordinationem rationis in bono vel in malo, niſi præſuppoſita aliqua alia conditione, à qua actus habet ſpeciem boni vel mali, non mutat ſpeciem, licet aggrauet, ſicut tollere aliquid in magna vel parua quantitate, ex ſe non habet, nec reſpicit ſpecialem ordinem rationis, ſed eſt indifferēs. Suppoſita tamen conditione per quā actus habet bonitatem vel malitiam, vt in eleemoſyna & furto, dare vel tollere in magna quantitate vel parua non diuerſificat actum in bonitate vel malitia, auget tamen bonitatem in eleemoſyna, & aggrauat peccatum in furto.

Circunſtantia quando tranſeat in uim obiecti

§.7. *De Bonitate & malitia humanorum Actuum.*

Matth.26. EX Sacris literis conſtat aliquos actus humanos eſſe bonos, & aliquos malos. De bonis habetur Matthæ.26. Vbi iudas murmurabat contra Magdalenam tanquam male feciſſet. Chriſtus eam defendit dicens. Quid moleſti eſtis huic mulieri? Bonum enim opus operata eſt in me. &c. Deinde prædixit eam pro illo remunerationem accepturam, cùm opus illud haberet bonum obiectum, & omnes circunſtantias requiſitas Et ipſa in ſtatu viæ & in gratia, ergo meritorium. Et Gen. 4. dicitur: Reſpexit deus ad Abel & munera eius, ad Cain autem & munera eius, non reſpexit. Ille reſpectus ad munera nil aliud erat quam acceptatio & approbatio ſacrificii eius. Et Ionæ. 3. Vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt. Et Matth. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Et. 1. ad Tim. Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonus teſtimonium habens. Et. 1. Pet. 2. Vt in eo quod detractant de uobis tanquam malefactoribus ex bonis operibus, vos conſyderantes glorificent. Deum in die uiſitationis. Et Rom. 2. Reddet unicuique iuxta opera eius iis qui ſecundum patientiam boni operis gloriam & honorē. de malis operibus non eſt dubium ex eodem textu Et Ioan. 2. Et dilexerunt homines magis tenebras

Gen.4. *Iona.3.* *Matth. 6.* *1.Tim.5.* *1. Pet.2.* *Rom.2.* *Ioan. 2.*

b.ras quam lucem. Et aliis pene innumeris passibus, quam recitare prolixum esset.

¶Ex prædictis apparet quam detestabilis sit error Lutheranorum, qui non verentur dicere, quod homo iustus in omni opere bono peccat, & quod omne opus bonum est peccatum, ex quo sequitur quod deus respexit, consulit approbat & remunerat peccata, quod nullus vnquã sanæ mẽtis affirmauit, nec obstat illud Esa.64. vbi ait, Omnes iustitiæ nostræ tanquã pãnus menstruatæ, quia intelligitur de bonis operibus infectis malis circunstantiis, vt amplius dicetur, cum agetur de merito.

Ver. 1. *De multiplici bonitate uel Malitia.*

A DE bono & malo in actionibus oportet loqui proportionabiliter, sicut de bo-
40 no & malo in rebus In rebus autem intantum aliquid habet de bono, inquantum habet de esse, siue inquantum est eos, quia ens & bonum conuertuntur, & intantum aliquid est malum, inquantũ differt a plenitudine sui esse siue ab esse sibi conuenienti secundum naturam suam, sicut ad plenitudinem esse humani requiritur quod sit compositũ ex materia & forma, siue ex anima rationali & corpore, habens omnes potentias & instrumenta siue organa cognitionis & motus conuenientis humanæ naturæ, vnde si aliquid horum deficiat homini deficit illi aliquid de plenitudine sui esse, & per consequens de bonitate & inquantum deficit a bonitate dicitur malum, sicut Sortes cæcus dicitur habere malum naturæ suæ. naturam deficientem, & si sit surdus amplius, & sic consequenter de aliis. Manet tamen essentialiter homo, sed deformis. Sic proportionabiliter dicendum est de actu humano, ad cuius esse plenitudinem requiritur primo quod obiectum circa quod cadit, & per quod specificatur, sic bonum hoc est conueniens dictamini rectæ rationis, siue quod sit consultum vel præceptum, vel laudabile, siue honestum. Requiritur pariter quod sit vestitus prædictis octo circunstãtiis debitis. s. quod conueniat personæ. Non. n. omnibus omnia conueniunt, & quod conueniat tempori, loco. &c. Cum autem actus habet, vt præmissum est, obiectum bonum, & omnes circunstantias prædictas debitas, dicitur bonus bonitate moris siue laudabilis. Quum vero habet obiectum malũ, hoc est non conueniens, puta prohibitum, vel deest aliqua circunstantiarum prædictarum, est malus, & di fformis, deordinatus, siue vituperabilis cum bonum secundũ D. Dionys. sit ex integra causa malum autem ex singularibus defectibus. Si vero plures circunstantiæ deficiant, erit peior, & tanto peior, quanto plures deficiũt. Erit tamen actus secundum substantiam ipsius, siue inquantum habet esse, vel est eius bonus bonitate naturæ, siue bonitate entitatiua & transcendentali. 4.ca.Diui.no.

Ver. 2. *De Bonitate uel malitia ex obiecto.* Ozee.9.

B MALITIAM prouenire actui ex obiecto testatur Ozeas dicens, Facti sunt 1.2.q.18.
40 abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt, sed homo fit abominabilis Deo propter malitiam suæ operationis, & placidus siue gratus & acceptus ex bonitate suæ operationis, ergo bonitas vel malitia operationis suæ est secundũ obiectũ, Sicut. n in naturalibus prima bonitas prouenit ex forma, quæ dat speciem, sic in actibus moralibus prima bonitas moralis prouenit ex obiecto conuenienti a quo recipit speciem, sicut motus a termino, & hæc bonitas dicitur bonitas generis moris, genere pro specie accepto, prout vt dicitur humanum genus, & quando actus habet hanc bonitatem obiectiuam, siue ex obiecto, dicitur bonus ex genere, vt dare eleemosynam, & qñ habet obiectum malum dicitur malus ex genere, vt accipere rem alienam inuito domino. Et quamuis res exteriores quæ sunt obiecta actuum, sint in seipsis bonæ, non tamen semper habent debitam proportionem, siue conuenientiam ad hanc vel hanc actionem, siue ad operantem secundum dictamen rectæ rationis Ideo inquantum consyderantur vt obiecta talium actionum vel agentium non habẽt rationem boni. Et ita proportio actionis inter obiectum & rationem siue dictamen eius est causa, vel ratio bonitatis vel malitiæ ipsius, quia secundum D Dio. 4. cap. de Diui. no Bonum hominis est secundum rationem esse, mali autem quod est præter vel contra. Ex quo patet quod ratio est principium humanorum & moralium actuum. art.2. 1.2.q.19. art.1.ad.3.

Actus malus ex genere non pōt effici bonus bene tamen econuerso.

¶Sed differentia est inter actus ex genere suo,siue ex obiecto bono, & actus ex genere,siue ex obiecto malo,quia actus malus ex genere siue ex obiecto per quascunque substantias bonas non potest effici bonus.cum essentialiter & intrinsece sit malus manente prohibitione obiecti, vt blasphemare & adulterare, furari, & facere contra aliquam legem humanam, manente obligatione legis. Sed actus ex genere bonus,per vnam malā circunstantiā potest vitiari, quum bonum sit ex integra causa. Verum in his quæ lege humana sunt prohibita potest fieri continuatio actus, & in cōtinuatione potest prohibitio cessare vel etiā in his quæ sunt prohibita iure naturali,stāte eodē obiecto materiali actus in specie naturæ, obiectum potest formaliter mutari,& sic idem actus in esse naturæ erit bonus & malus successiue, sicut si in continuatione coniunctionis soluti & solutæ interueniat consensus matrimonii in,& continuatione acceptionis rei alienæ res ipsa detur,& accipiens efficiatur dominus. Prius erat furtum,postea vero non, manente tamen actu & obiecto prohibito, actus & essentialiter & intrinsece malus,& non potest bene fieri.

Art. 3. De Bonitate,& malitia ex Circunstantiis.

BONITAS vel malitia secundario & extrinsece conuenit actui ex circun- C

1.2.q. 18. ar.3,& 4. stantiis,vt dictum est,Principaliter autem ex circunstantia finis qui dat bonitatem 40 actui circa obiectum indifferens, quod scilicet non est bonum neque malum, siue ex se non habet conuenientiam vel disconuenientiam ad ratione, vt puta quia non est obiectum,cōsultum vel præceptum, aut prohibitum,vt iacere lapidem, ambulare,& alia huiusmodi,in quibus habet verum maxima D. Boetii in Topicis dicentis,cuius finis bonus est,ipsum quoque bonū est, & cuius finis malus est, ipsum quoque malum est.In his autem quæ non sunt indifferentia, sed sunt bona vel malā ex obiecto, finis malus adueniens actui bono ex obieto uitiat. Et circunstantia finis adueniens actui malo ex obiecto non bonificat neque rectificat ipsum. Vnde Apostolus Rom.3.Et non sicut blasphemamur, & sicut quidam aiunt nos dicere,faciamus mala, vt ueniant bona, quorum damnatio iusta est, finis tamen bonus aduenieēs actui bono,addit ad bonitatem obiecti. Et similiter finis malus adiunctus actui malo addit ad malitiam, differenter tamen, quia cum finis refertur ad actum exteriorem, se habet vt circunstantia, cum accidat actui exteriori, quod ad talem vel talem finem ordinetur,& ideo bonitas finis comparata ad actum exteriorem, comprehenditur in bonitate circunstantiarum,& eodē modo malitia,ut si quis mœchetur ut furetur. Furtum,secundum Dominum Caietanum, est circunstantia. Si uero finis referatur ad actum interiorem uoluntatis, non est circunstantia, sed obiectum actus interioris, & ideo pertinet ad substantiam actus specificatiue concurrens,Ad cuius euidentiam sciendum est quod actus dicuntur humani, inquantum sunt voluntarii, ut dictum est. In uoluntario autem aliquando inuenitur duplex actus.s.actus interior & exterior,& uterque illorum habet obiectum suum. Finis autē proprie est obiectum uolūtatis Obiectum autē actus exterioris est id circa quod actio exterior uersatur.Sicut igitur actus exterior recipit speciem ex obiecto exteriori, circa quod uersatur, sic actus interior uoluntatis recipit speciem a fine sicut a proprio obiecto,sed,ut dictum est,id quod se tenet ex parte uoluntatis se habet,ut formale & principale ad id quod se tenet ex parte exterioris actus, quia uoluntas utitur membris ad agendum,sicut instrumentis, nec actus exteriores habent ratione mortalitatis (hoc est laudis uel uituperii) nisi inquantum sunt uoluntarii,

5. Ethic. ideo species actus humani formaliter et principaliter consideratur secundum finem. Materialiter autem secundum obiectum exterioris actus. Ideo Philosophus dicit quod ille qui furatur ut mœchetur, per se & proprie loquendo magis est adulter quam fur. Nec obstat quod id quod est per accidens,non constituit speciem sed accidit actui,quod ordinetur ad talem finem, igitur, quia licet accidat actui exteriori ordinari in talem finem, non tamen accidit interiori actui uoluntatis, qui cōparatur ad exteriorē,sicut formale ad materiale. Et quamuis finis sit causa extrinseca debita,tamen proportio & relatio in ipsum finem inhæret actioni,& sic si actus

exterior

exterior ordinetur ad diuersos fines disparatos, erit in diuersis speciebus moris disparatis, si vero ordinetur ad diuersos fines subordinatos actus, exterior erit in diuersis speciebus moris subordinatis, quarum vna continetur sub alia, vt si quis reddat depositum vt se tueatur ab inimicis, vel vt facilius possit seruire Deo, & honorare eum, sunt plures actus morales subordinati, & principalis est actus religionis, quæ versatur circa honorem Dei, quia quanto finis est posterior, respondet vniuersali agentis, sicut victoria, quæ est vltimus finis exercitus, est finis intentus a summo duce, ordinatio huius aciei, vel illius est finis intentus ab aliquo ducum inferiorum. Sic est de fine voluntatis, quæ est vniuersale mouens omnium aliarum potentiarum. Et ideo ipsæ potentiæ inferiores, & actus earum continentur & reducuntur ad actũ voluntatis ¶ Ex præmissis apparet quod in actione humana quadruplex bonitas considerari potest. Prima est naturalis & entitatiua siue transcendentalis. Secunda bonitas est ex obiecto quod dat speciem actui. Tertia bonitas est ex circunstantiis, quæ sunt accidentia quædam actui debita & proportionata. Aliquando tamen D. Th. sub bonitate obiecti comprehendit bonitatem circunstanriarum, dicit enim quod supposito quod volũtas sit boni, mala circunstantia potest eam facere malam, quia velle facere aliquid, quando non debet fieri seruatis aliis circuustantiis non est velle bonum. Et impossibile est aliquem velle bonum, quando non debet, quia semper debet homo velle bonum, nisi forte per accidens. Quarta bonitas, quæ considerari potest in actibus humanis est secundum finem, quasi secundum habitudinem ad bonitatis causam. Nihil tamen prohibet actioni habenti vnam prædictarum bonitatum deesse aliam vel alias. Et secundum hoc contingit, quod actio est bona secundum speciem vel circunstantias, & ordinari in finem malum, & econuerso. Non est tamen bona simpliciter, nisi omnes bonitates cõcurrant, quum (vt dictum est) bonũ sit ex integra causa. Et tamẽ alia bonitas adueniens, quæ dicitur meritoria, quæ est per gratiam, de qua postmodum dicetur, sine hac tamen actus mortalis potest dici simpliciter bonus. Et quemadmodum dictum est de bonitate, sic proportionabiliter opposito modo dici potest de malitia, hoc dempto, quod nulla est malitia entitatiua, cum actus quantumcunque malus sit in esse naturæ & entitatis, bonus.

1.2.q. 18. art.4. — *Bonitas quadruplex* — *1.2.q. 19. ar.2. ad 2.*

Ver. 4. *De indifferentia Actuum humanorum secundum speciem.* — *1.2.q.18. art.8.*

D CVM actus humani accipiant speciem ex obiecto sequitur quod si obiectum 41 sit indifferens quo ad bonum vel malum (hoc est secundum se non conueniat nec repugnet rationi) actus circa ipsum elicitus vel imperatus, erit indifferens, hoc est, non erit bonus neque malus, vt leuare festucã, iacere lapidem ambulare, & alia huiusmodi. Vnde D. Aug. dicit, quod sunt quædam facta media, quæ possunt bono vel malo animo fieri, de quibus est temerarium iudicare, Nec obstat quod D. Aug. dicit malum esse priuationem boni, & secundum Philosophus priuatio & habitus sunt opposita immediata, quia duplex est. Priuatio quædam consistit in priuato esse, hæc nihil reliquit de habitu, vt cæcitas & mors inter hanc priuationem & habitum non potest esse aliquod medium circa proprium susceptibile. Alia est priuatio quæ, consistit in priuari, sicut ægritudo est priuatio sanitatis, non quod tota sanitas sit sublata, sed quia est quasi via ad totalem ablationem. Et ideo cum talis priuatio aliquid relinquat, non semper est immediata cum opposito habitu, & hoc modo malum est priuatio boni, vt simplicius dicit in libro Prædicamentorum, quia eo quod malum non aufert totum bonum, sed aliquid reliquit, ideo potest esse aliquod medium inter bonum & malum Nec oportet quod omnis finis vel obiectum habeat aliquam bonitatem vel malitiam moralem, quæ consideratio per comparationem & rationem, quanuis oporteat quod habeat aliquam bonitatem vel malitiam, saltem naturalem & entitatiuam. Si dicatur quod omnis actus, vel habet debitam perfectionem bonitatis, & sic est bonus, vel aliquid deficit, & sic est malus, ergo nullus indifferens. Dicendum est quod consequentia non valet, quia non quicquid habet actus, pertinet ad speciem eius. Vnde si in ratione suæ speciei non contineatur quicquid

Lb. de ser. Do. in mõ.

pertinet

pertinet ad plenitudinem bonitatis ipsius, non propter hoc est ex specie sua malus, vel bonus, sicut homo secundum speciem suam non est virtuosus neque vitiosus. Et cum dicimus actum esse indifferentem, intelligimus secundum suam speciem.

Ver. 5. *De Indifferentia Actuum secundum Indiuiduum.*

1.2.q.18. art.9. OMNIS actus humanus secundum indiuiduum, siue in indiuiduo aut singulari, est bonus vel malus, & nullus est indifferens, quia cum actus humanus non solum habeat bonitatem ex obiecto, sed etiam ex circunstantiis & fine. Et omnis talis in indiuiduo existens habeat aliquam circunstantiam per quam trahatur ad bonum vel ad malum, ad minus ex parte intentionis finis Cum n. rationis sit ordinare, actus a ratione deliberata procedens, si sit ordinatus in malum finem, est malus, si vero in bonum finem, est bonus, iuxta regulam D. Boetii, Cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est, dum tamen non vitietur aliunde & per oppositum. Cuius finis malus est, ipsum quoque malum est. Sed si sit ordinatus in finem indifferentem ex hoc ipso repugnat rationi, & habet rationem mali, cum sit otiosus. Vnde Christus Matth. Matt. 12. 12. dicit, De omni verbo otioso, quod loquuti fuerint homines, reddent in die iudicii rationem: Eadem ratione de facto, quod dicitur otiosum secundum D. Grego. quando caret vtilitate rectitudinis, aut ratione iuste necessitatis. Si dicatur quod nulla species est, quæ non contineat, vel cotinere possit sub se aliquod indiuiduum, ergo si aliquis actus est indifferens secundum speciem, aliquis actus indiuidualis sub illa specie contentus, poterit esse indifferens, quum indiuiduum prædicetur de omnibus, de quibus prædicatur sua species. Negatur consequentia, quia aliqua bonitas conuenit actui in indiuiduo secundum se, siue inquantum indiuiduum est, quia non conuenit ei secundum speciem, puta bonitas circunstantiarum, & ex intentione finis, & quantum ad illam prædicationem dici potest, quod hæc est vera, Deambulatio Sortis est indifferens secundum speciem & sic indiuiduum prædicatur de omnibus, quæ conueniunt speciei, tamen deambulatio Sortis in se considerata, non est indifferens, quemadmodum hæc est vera, Sortes est quantus secundum speciem. Sed hæc non est vera, Sortes est tantæ quantitatis secundum speciem, quia habere tantam quantitatem non conuenit speciei, nec olim contento sub tali specie, sed ex indiuiduatione materiæ, quæ est per quantitatem. Vel dicendum quod aliquem actum esse indifferentem secundum speciem dupliciter potest intelligi. Vno modo sic, quod ex sua specie debeatur ei, quod sit aliquod obiectum humani actus, quod non possit ordinari ad bonum vel malum finem. Alio modo potest intelligi actus indifferens ex specie sua, eo quod ex sua specie non habet quod sit bonus, vel malus. Sicut homo ex sua specie non habet, quod sit albus, vel niger, vel tantæ quantitatis, conuenit. n. homini in indiuiduo non ex principiis speciei, sed ex principiis indiuiduationis, vel per accidens.

4. Ethico. *Nullus habitus est indifferens.* ¶Ex his infertur quod nullus habitus potest esse differens, quum causetur ex actibus indiuiduis. Nec obstat quod Philosophus de placidis & prodigis dicit, quod non sunt mali, & tamen constat, quod non sunt boni, quum recedant a virtute, quia Philosophus proprie nominat hominem malum, qui est aliis hominibus nociuus. Hic autem accipitur malum communiter pro eo, quod est recte rationi repugnans, & bonum quod est conueniens rationi, quia vt dictum est, bonum hominis est secundum rationem esse, & malum, præter vel contra rationem esse.

Nullus actus bonus in habente gratiam est indifferens quantum ad meritum vel demeritum. ¶Notandum etiam quod sicut actus humanus in indiuiduo non potest esse indifferens, quantum ad bonum vel malum morale, sic nec in existente in gratia potest esse indifferens quantum ad meritum, vel demeritum, modo habeat vsum rationis, quia omnis actus humanus in existente in gratia est meritorius, vel demeritorius, quia ex quo charitas actu, vel virtute concurrit in actibus moraliter bonis virtute primi actus charitatis, per quem diligit Deum super omnia, & ordinat in eum se & omnia sua bona præsentia vel futura, actus ille est gratus & acceptus deo, & dignus mercede, & per consequens meritorius. Vnde Gen. 4. dicitur, quod

quòd respexit Deus ad Abel & munera eius. Si verò ponatur impedimentum vel mala circunstantia inanis gloriæ, aut aliqua alia, est venialis & demeritorius, & contra illud Apostoli, Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Actus autem eorum, qui sunt in gratia, & non habent vsum rationis, sunt extra genus moris, & per consequens extra genus meriti vel demeriti. quum non sint humani, neque morales. Bonitas enim meritoria præsupponit moralem, in habentibus autem usum rationis & existentibus in pecato mortali, possunt esse actus boni moraliter & ciuiliter laudabiles, qui tamen non sunt meritorii nec demeritorii respectu gloriæ aut pœnæ æternæ. Si quis enim existens in peccato mortali habituali, seruatis omnibus circunstantiis moralibus debitis, honoret patrē vel det elemosinam ex pietate naturali, vel subleuat eum qui submergitur, non meretur, neque peccat. Primum patet quum non sint in gratia, quæ est principium, & fundamētum meriti, iuxta illud Apostoli, Gratia Dei vita æterna. Quòd autem nō peccet mortaliter neque venialiter, probatur, quia omne peccatum, est actus malus, prædicti autem actus non sunt mali, quum habeant obiectum bonum, & omnes circunstantis morales debita in esse. Non enim ad actum moraliter bonum requiritur relatio actualis neque habitualis, imò nec secundum aliquos virtualis in vltimū finem supernaturalem, sed sufficit relatio aptitudinalis, scilicet quòd sit aptus natus referri, & quòd non referatur actualiter in finem malum, siue quòd non habeat aliquid repugnans rectæ rationi, vt in actibus prædictis, ergo exercens taliter opera prædicta, non peccat, & per consequens actus est moraliter bonus, quum omne peccatum sit actus moraliter malus, quum sit contra dictamen rectæ rationis. Nec obstat quod dicitur, Omne quod non est ex fide, peccatum est. Vbi Glos. Omnis vita infidelium peccatum est, quum non sit ex fide, quia Apostolus accipit ibi fidem pro conscientia, vel si accipiatur pro uirtute fidei, illa negatio tenetur contrarie, vt sit sensus, Omne quod est contra fidem vel conscientiam, peccatum est. Et ad Glo. illam quæ attribuitur D. Augustino, potest dupliciter responderi. Primo, quòd omnis vita infidelium peccatum est, hoc est, exigit cum peccato, scilicet infidelitatis. sed non quòd quolibet actu peccent. Secundò, quòd omnis uita & actio infidelium ex infidelitate procedens, peccatum est. Vnde Apostolus ad Titum. 1. Coinquinatis & infidelibus nihil mundum est, sed inquinatæ sunt eorum mens & conscientia. Multos tamen bonos actus faciunt, qui non procedunt ex infidelitate. Ideo obstetrices Hebræorum præseruantes filios masculos, non peccauerunt, licet essent idolatræ, eam ob rem edificauit illis Deus domos. Nec tamen ex illa glos. sequitur, quòd omnis vita fidelium, & existentium in gratia, sit meritoria, iuxta illud Apostoli, Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, quia aliter se habet fidelis ab bonum, & infidelis ad malum, nam in homine qui habet fidem. Formatam, nihil est damnationis æternę, iuxta illud Roma. 8. Nihil ergo damnationis est iis, qui sunt in Christo Iesu, & non secundum carnem ambulant; sed bene damnationis temporalis, scilicet culpa venialis & reatus pœnæ temporalis, esse potest, sed in homine infideli, & in infidelitate existente, est bonum naturæ, & ideo quum infidelis ex dictamine rationis facit aliquod bonum, non referendo in malum finem, non peccat, licet opus eius non sit meritoriū, quia non est gratia informatū.

1. Cor. 10. — Rom. 16. — Rom. 14. — ad Tit. 1. — Exod. 1. — Rom. 8. — Rom. 8.

Si dicatur, quòd quemadmodum fidelis primò actu charitatis per fidem, refert se & omnia opera sua futura in DEVM, ratione cuius relationis cętera bona opera in gratia facta sunt meritoria, etiam si non referantur actualiter propter illam relationem virtualem primi actus. Quum ergo infideles per actum infidelitatis suæ retulerint se, & omnia opera sua futura in idolum suum, sequitur quòd omnia opera sua sequentia, etiam si actualiter non referantur, sunt demeritoria & peccata. Negatur consequentia, & ratio est. quia omnia bona opera ex se sunt ordinabilia in Deum. Ideo sufficit prima relatio vniuersalis, in qua virtualiter continentur omnia bona opera futura in existente in gratia, sed opera bona ex se non sunt referibilia in idolum, sed solum ex malitia referentis, &

ideo

ideo ad hoc quòd sint peccata, non sufficit relatio virtualis vel habitualis, sed requiritur actualis, quum ex se sub illo fine non contineantur.

Ver. 6. De Bonitate uel malitia actus interioris.

5. Ethi. BONITAS vel Malitia actus interioris voluntatis pēdet primo ex obiecto suo. B
1.2.q.19 Vnde Philosophus dicit, quòd Iustitia est secundum quam aliqui volunt iusta, & vir 40
art.1. tus est secundum quam aliqui volunt bona. Sed bona voluntas est illa quæ est secundum virtutem, ergo bonitas voluntatis est ex hoc, quòd aliquis vult bonum. Nec obstat quòd actus aliarum potentiarum, & exteriores accipiant bonitatem ex circunstantiis, præcipue ex fine, sicut dictum est obiectum voluntatis, & non aliarum potētiarum aut actum exteriorum, ideo omnes circunstantiæ requisitę ingrediuntur obiectum actus interioris voluntatis. Quapropter D Tho. dicit, quòd supposito ꝙ voluntas sit boni nulla circunstantia. s. subsequens, potest facere malam. Et quum bonitas voluntatis pendeat ex bonitate voliti, necesse est quòd pendeat ex intentione finis, qui est obiectum voluntatis, & ratio volendi ea quæ sunt ad finem. Si vero intentio finis consequitur actum voluntatis existentem, puta si aliquis vellit aliquid facere, & postea referret in Deum, tunc prima bonitas voluntatis non pendet ex intentione sequenti, nisi quatenus reiteratur actus, nec per malam intentionem finis sequentem deprauatur actus, qui præcessit, sed actus voluntatis, qui iteratur est malus. Quum autem obiectum proportionetur voluntati per rationem, quia bonū intellectum est obiectum proportionatum voluntati, sequitur quòd bonitas voluntatis eo modo pendet a ratione, quo pendet ab obiecto. Obiectū enim volūtatis quod est bonum, & finis, non pertinent ad genus moris, nisi inquantum cadit sub ordine rationis. Ratio autem est primum principium formale intrinsecum humanorum actuum. Et licet bonum sub ratione boni & appetibilis prius pertineat ad voluntatē, quam ad rationem tamen bonum sub ratione veri prius pertinet ad rationē. Et quan
6. Ethi. uis Philos. dicat, quo obiectum intellectus practici consiliatiui eorum quæ sunt ad finem, sit verum conforme appetitui recto, quia circa media rectitudo rationis in cōformitate ad appetitum finis debiti, tamen ipse appetitus finis debiti præsupponit rectam apprehensionem de fine, quæ est per rationem. Et licet voluntas moueat rationem secundum vnum modum scilicet quantum ad exercitum, & effectiuè, ratio tamen alio modo mouet voluntatem scilicet formaliter, hoc est per præsentationem obiecti, & sic quantum ad specificationem, ideo bonitas voluntatis pendet a ratione in genere moris.

Ver. 7. De Dependentia bonitatis lege æterna.

1.2.q.19. CVM in causis ordinatis effectus plus pendeat & procedat a prima causa quā se C
art.4. cunda, quia secunda non agit nisi in virtute primæ, & ratio humana, quæ est regula 41
Psal. 4. & mensura voluntatis humanæ, pendeat a lege æterna, quæ est ratio diuina & mensura rationis humanæ. Vnde Dauid dicit, Multi dicūt, quis ostendit nobis bona? subiungit, Signatum est super nos lumen vultus tui domine. q. d. Lumine rationis, quod nobis ex lumine vultus tui prouenit, datum est quòd possumus cognoscere bona, & nostram voluntatem regulare. Ex quo non sequitur quod bonitas uoluntatis humanæ magis pendet a lege æterna, quam a ratione humana, licet enim unius rei non sint plures mensuræ proximæ, tamen bene subordinatæ, & mensuram propriam oporteat esse homogeneam hoc est eiusdem rationis siue unius generis, cum intellectus & uoluntas sint eiusdem rationis & generis, quia ambę sunt potentiæ spirituales connexæ, supra se inuicem reflectentes, sed hoc oportet inmensura remotæ. Lex enim æternæ siue ratio diuina non est eiusdem rationis & generis cum uoluntate humana, & quanuis lex æterna sit nobis ignota secundum quòd est in mente diuina, innotescit tamen nobis per rationem naturalem, quæ ab ea deriuatur, uel per aliquam reuelationem.

Ver 8.

Ver. 8. *De Discordia voluntatis à Conscientia erronea.* *1.2.q.19. art.5.*

A VOLUNTAS discordans ratione etiam errante est mala, quia ratio etiam er-
42 rans siue iudicium practicum erroneum est conscientia, quæ nil aliud est, quàm ap- *De Verit. q.17 ar 4*
plicatio scientiæ ad aliquem actum. Sed omnis voluntas, quæ est contra conscien-
tiam, est mala, iuxta illud, Omne quod non est ex fide peccatum est, vbi gl. expo- *Rom. 14.*
nit, hoc est, Omne quod est contra conscientiam, ædificat ad gehennam. Ex quo se- *Cõscientia*
quitur quòd conscientia obligat non solù quando dictat quòd illud quod est malum, *errans obligat.*
non est faciendum, & quòd illud quod est bonum, & sub præcepto, est faciendum,
quia tunc non errat, sed êt ligat quando errat. Et non tantum quando dictat opera in
differentia, vel etiam quæ sunt sub cõsilio, esse sub præcepto, & debere fieri sub pœna
peccati mortalis, sed êt quando dictat & iudicat quòd illud quod est peccatum morta
le, est sub præcepto, & de necessitate salutis faciendũ sub pœna dãnationis æternæ.
Cuius rõ est, quia voluntas se illi discordans, quantum in se est, habet volitionẽ faciẽ
di id quod est illicitum, uel omittendi, quod facere tenetur sub pœna dãnationis æ-
ternæ, cum voluntas non possit ferri in obiectũ, nisi præsentatũ per rõnẽ, & rõ præ-
sentat quasi præceptũ vel prohibitum lege æterna. Ideo quantum est ex se, facit vel
omittit, quod est contra legẽ æternã, ideo dicit Apostolus, Qui aũt discernit si mãdu *Rom. 14.*
cauerit, damnatus est, quia non ex fide, hoc est non secundum conscientiã, quã spre *Ad Tit. 3.*
uit. & sic delinquit, proprio iudicio condẽnatus. Voluntas ergo discordans a consciẽ
tia errante, est mala, quia vult malum non quòd nolitũ sit malũ secundũ se, sed per
accidens propter apprehensionem rationis. Ideo Philos dicit quòd per se loquen- *7. Ethi.*
do, inconueniens est, nõ sequi rõnem rectã, per accidẽs autem, non sequi rationem
falsam siue errantem. Vnde dicendum est simpliciter quòd omnis voluntas discor-
dans a ratione dictante sub peccato, siue recta siue errante, semper est mala. Licet
enim iudicium rationis errantis non deriuetur a Deo, tamen ratio errans proponit *Voluntas discordans a ratione errãtes sẽp est mala.*
iudicium, vt verum & a Deo (a quo est omnis veritas) deriuatum. Nec obstat quod
D. Augustinus dicit, Præceptum inferioris potestatis non obligat, si contrarietur
præcepto superioris potestatis, sed rõ errans est inferior potestas contraria legi æ-
ternæ, igitur, quia dictum illud habet locum, quando cognoscitur quòd inferior po-
testas præcipit aliquid contra præceptum superioris. Tunc enim dicendum esset cũ
D. Petro, Obedire oportet Deo magis, quã hominibus. Sed si aliquis credat quòd præ
ceptum inferioris, puta Proconsulis, esset præceptum superioris, puta Imperatoris, *Act. 5.*
contemnendo præceptum Proconsulis, contemneret præceptum Imperatoris. Simi-
liter si homo cognosceret quòd ratio humana dictat contra præceptum Dei, non te-
neretur rationem sequi, sed tunc ratio non esset omnino & totaliter errans, sed
quando ratio totaliter errans proponit aliquid, vt præceptum Dei, tunc idem est cõ-
temnere dictamen rationis & præceptum Dei, & reducitur illa malitia ad malitiam
apprehensionis, quia ratio apprehendit aliquid mali, & sub ratione mali, prout con-
trariatur diuino præcepto, vel prout scandalum vel aliquid huiusmodi sequitur. &
tunc ad talem speciem malitiæ reducitur talis mala voluntas.

Ver. 9. *De Concordia Voluntatis cum ratione errante.*

B VOLUNTAS concordans cum ratione errante, non est semper bona, quia cùm *1.2.q.19. art. 6.*
42 bonum sit ex integra causa, ad bonitatem voluntatis requiritur quòd vellit illud
quod vult sub ratione boni & propter bonum. Præterea voluntas occidentium Apo
stolus erat mala, vt notum est, & tamen concordabat cum ratione errante ipsorum,
secundum illud Ioannis. Venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obse- *Ioan. 16.*
quium præstare Deo. Et sic apparet quòd conscientia erronea non excusat, quando
est error circa id quod quis scire tenetur, vt si ratio errans dictat quòd quis tenetur
ire ad uxorẽ alterius, sicut quibusdam mulieribus Lutheranis nostri temporis, quæ
habebant conscientiam dictantem quòd ipsæ quanuis vxoratæ, debebant se cõicare
aliis a marito, si id peterent propter charitatem. Voluntas concordans huic rationi
erranti, est mala, ex eo quòd error iste procedit ex ignorantia legis Dei, quam scire
tenetur. Si autem error sit inuincibilis, & causet inuoluntarium, vt si ratio in hoc er-
ret,

ret, vt credat aliquam mulierem submissam, quæ non est sua, esse vxorem suam, vt Iacob, & ea petente debitus cognoscit eam, quod non faceret si sciret nõ esse suam, tunc talis error causat inuoluntarium, & excusat a peccato, & sic voluntas se conformans illi conscientiæ erroneæ, non est mala. Nec ex præmissis sequitur quod sit dabilis aliquis casus, in quo quis sit perplexus, quia licet quis discordans a ratione errante dictante de adulterando peccet, ac etiam se illi conformans, non tamen est perplexus, quia habet aliud remedium ad vitandum peccatum. Potest enim & debet conscientiam deponere, quòd si nolit, non est inconueniens quòd aliquis ex culpa sua sit perplexus, quia sicut in syllogismis uno inconuenienti dato, necesse est alia sequi, Ita etiam in moralibus vno inconuenienti posito, ex necessitate alia sequuntur. Non tamen potest simpliciter quis esse perplexus, quia potest & tenetur consciétiam erroneam deponere, nec illis credendum est qui se non posse illam deponere dicunt, & quòd habeant conscientiam reflexam, quòd sub pena peccati mortalis non deponant conscientiam dictantem de adulterio perpetrando, quia ex synderesi iuuantur, & si recurrant ad Deum, illuminabit illos. Deus enim & natura non deficiunt in necessariis, nisi ex culpa. Concordans tamen cum conscientia errante in in differentibus, non peccat.

Ver. 10. *De ligamine conscientiæ & præcepti prælati.*

CVM conscientia non liget nisi ui præcepti diuini, vel secundum legem diuinã C
De ver. q. 17. ar. 5. scriptam, vel secundum legem naturæ inditam, sequitur quòd ligamen conscientiæ 43 maius est, quam ligamen præcepti prælati, vnde cum præceptum diuinum sit maius precepto prælati, sequitur quod ligamen conscientiæ est maius eo. Et sic conscientia ligat, præcepto prælati in contrarium existente Circa hoc tamen aduertendum est, quia conscientia recta & erronea diuersimode se habent quantum ad vim obligatiuam. Conscientia enim recta perfecte & simpliciter obligat contra prælati præceptum simpliciter quidem, quia eius obligatio auferri non potest, quum sine peccato non possit deponi talis conscientia. Perfecte autem, quia conscientia recta non solùm hoc modo ligat, vt ille qui eam sequitur, peccatum non incurrat, sed etiam ille qui eam sequitur, sit immunis a peccato, quantuncunque prælati præceptum sit in contrarium. Sed conscientia erronea obligat contra præceptum prælati in indifferentibus secundum quid & imperfecte, quia non obligat in omnem euentum, sed sub conditione suæ durationis. Potest enim & debet quis talem conscientiam deponere. Imperfecte autem, quia ligat quantum ad hoc quòd ille qui eam sequitur, peccatum non incurrit. Non autem quantum ad hoc quòd ille qui eam sequitur, peccatum euitet, cum præceptum prælati habet contrarium, si tamen ad illud indifferens prælati præceptum obligat, in tali casu peccat, si non faciat, quia contra conscientiã agit. Et si faciat, pariter peccat. quia prælato est inobediens. Magis autem peccat, si non faciat conscientia durante, quod conscientia dictat, cum plus liget quàm præceptum prælati. Non enim per hoc soluitur ille qui vouit, ab his ad quæ bonum obedientiæ se extendit, nec iterum soluitur a ligamine conscientiæ propter obligationẽ voti, sed manet in eo contraria obligatio, nec tamen est perplexus, quia potest & debet conscientiam illam deponere. Et quanuis subditus non habeat iudicare de præcepto prælati, habet tamen iudicare & discernere de impletione præcepti eorum quæ ad ipsum spectant, vnusquisque enim actus suos examinare debet secundũ scientiam quam habet a Deo, siue sit naturalis, siue acquisita, siue infusa, omnis enim homo debet secundum rationem agere.

Ver 11. *De conformitate voluntatis humanæ ad diuinam.*

AD HOC quòd voluntas hominis sit bona, oportet quòd conformetur voluntati diuinæ, quia nihil est rectum nisi conformetur suæ regulæ, quum vnumquodque intantum sit rectum, inquantum attingit suam regulam, & mensuram. sed voluntas diuina est regula & mensura voluntatis humanæ, quia illud quod est primum in vnoquoque genere, est metrum & mensura omnium illorum, quæ sunt illius generis, sed voluntas diuina est prima in genere voluntatum, igitur est

1. 2. q. 19. art. 10. De veri. q. 23. art. 7. & 8. D 43

est regula. Vnde Gloss.super illud Psal. Recto, decet collaudatio, dicit, Rectum cor habet, qui vult quod deus vult. Igitur quicunque habet voluntatem repugnantem voluntati diuinæ, non habet voluntatem rectam, & per consequens malam. Insuper Gloss.super illud, Non adhæsit mihi cor prauum, dicit, Tortum cor habet qui non vult quæ Deus vult, sed quilibet tenetur cordis tortitudinem & prauitatem vitare. Igitur, &c. Vlterius secundum Ciceronem, Amicorum est idem velle, & idem nolle. Postremo Christus fuit nobis datus in exemplum, regulam, & mensuram in omnibus actib humanis. Sed Christus maxime virtuosus, dicit. Non sicut ego volo, sed sicut tu. Igitur Hæc argumenta sufficienter probant, nos debere conformare voluntatem nostram voluntati diuinæ in volito formali. Sed an teneamur nos conformare voluntatem nostram voluntati diuinæ in volito materiali, & particulari, est difficultas. Ad cuius euidentiã sciẽdum est primo, quod licet in Deo non sit nisi vna voluntas, quia omnia vult, tamen quia volita & rationes volitorum secundum nostrum modum intelligendi sunt diuersa, ideo vnum dicimus volitum materiale, & aliud volitum formale. Volitum formale Dei dicitur bonum commune totius vniuersi, quod est apprehensum ab eo, qui est vniuersi factor & gubernator, hoc bonum commune, quod consistit in ordine totius vniuersi. Deus principaliter vult, & omnia alia, quæ vult, ordinat ad hoc bonum commune. Apprehensio autem alicuius creaturæ particularis in Deo, est consideratio boni proportionati illi creaturæ, secundum suam naturam, & hoc volitum dicitur materiale.

Psal. 32. *Psal. 100.* *Matt. 26.*

Voluntas hominis debet conformari voluntati diuinæ in uolito formali sed non semper in materiali.

Volitum formale.

Volitum materiale.

¶Resolutio ergo huius materiæ est, quod nos tenemur conformare voluntatem nostram voluntati diuinæ cognitæ in uolito formali, nec esset recta voluntas alicuius hominis volẽtis aliquod bonum particulare, nisi referret in bonum commune, sicut in finem aliqua relatione, saltem aptitudinali. Velle enim aliquid sub ratione boni, est velle propter summum bonum, si ad ipsum sit ordinabile. Naturalis enim appetitus cuius libet partis ordinatur in bonum totius, & ex fine accipitur ratio volendi illud, quod est ad finem siue medium, sed quia aliquid contingit esse bonum, secundum rationem vniuersalem, & non secundum particularem, quia pro conseruatione vitæ leonis, qui est pars vniuersi, bonum est quod occidatur asinus, & detur illi in cibum, quod tamen non est bonum asino. Ideo contingit quod aliqua valuntas, volens aliquid secundum rationem particularem consideratum, quod Deus non vult secundũ rationem vniuersalem consideratum, est bona Vnde D. Au. in Enchi. cap. 11. dicit, quod bonus filius bona voluntate vult patrẽ viuere; quem Deus vult mori. Ideo Apost. dicebat, Cupio dissolui & esse cum CHRISTO, & tamen Deus hoc non volebat, vnde subditur, Scio autem quod manebo propter uos. & sic placebat D. Paulo dissoluit esse cum Christo, tanquam bonum sibi, & contrarium in ordine ad bonũ commune, & finem vniuersalem. Idem dicendum est de D. vir. Quæ dolebat & tristabatur de morte Christi, secundum vnã, rationẽ, secundum aliã volebat, Sic & christus, vnde dicebat, Transeat a me calix iste. veruntamẽ nõ sicut ego volo, sed sicut tu & tamen sciebat Deum velle cum mori. Hinc est quod possunt esse diuersæ & oppositiuæ voluntates diuersorum hominum, imò etiam vnius circa oppositi bona, prout sub diuersis rationibus volunt hoc esse, vel non esse. Iudex enim iuste vult latronem mori eo quod nocet reipublicæ, quem vxor iuste vult viuere, quia vtilis sibi, & ideo non est semper necesse voluntatem nostram conformari voluntati diuinæ in volito materiali, siue in particulari.

¶Sed quando, & quãdo non, inquirendum est. Ad huiusmodi autem clariorẽ notitiam supponenda sunt quatuor. Primo quod nemo tenetur ad impossibilem. Vnde D. Hieron. dicit, Si quis dixerit deum præcepisse impossibile, anathema sit. Ideo Christus dicit, iugum meum suaue est, & onus meum leue. Et D. Ioannes Mandata eius grauia non sunt. Ex quo sequitur quod nullus tenetur conformare volũtatem suã volũtati diuinæ per equiparãtiã, siue secũdum modum tendendi in obiectum ita intense, aut secundum conatum, sed solum tenemur conformare per imitationem, quemadmodum voluntas veri obedientis conformatur voluntati præcipientis.

Quando voluntas humana debet conformari diuinæ in volito materiali.

Secun-

Matt. 11. Secundo præsupponendum est quod cum uoluntas non possit ferri in incognitum,
1. Ioan. 5. nullus obligatur, nisi ad cognita, & per intellectum præsentata. Et per consequens, non tenetur se conformare uoluntati diuinæ, siue in volito materiali siue formali, nisi illam cognoscat, vel cognoscere possit, & teneatur. Tertio supponendum est, quòd non est necesse quemlibet conformare uoluntatem suam uoluntati diuinæ in omni volito & cognito, eo quod deus multa vult, saltem voluntate beneplaciti, quæ prohibuit nobis illa velle, vt peccata. Quarto supponendum est, quod tene- A
mur conformare voluntatem nostram voluntati diuinæ, quantum ad vtrunque uo- 43
litum. s. materiale & formale. In his solum, de quibus nobis constat, & notum est deum velle nos conformari sibi, cuius ratio duplex assignari potest. Prima ratio est, quia voluntas diuina est regula voluntatis humanæ, in hoc quod vult eam aliquid velle, cum in habentibus cognitionem & libertatem vnum non regulet aliud, nisi quatenus proponit, vel imponit quid & qualiter agat. Vnde sequitur quod uoluntas diuina non est regula voluntatis humanæ, nisi per hoc quod proponit ei, quid & qualiter velit, cum per alia quæ Deus vult, propter quamcunque causam, vel finem velit, non regular voluntatem humanam, nisi indicet ei, quod vult eam id velle. Sed si ipse Deus velit nos aliquid, velle, voluntas nostra regulatur illa volitione, vult enim filium velle vitam patris, & tamen ipse vult patrem mori. Vnde Anselm. in lib. de li. arb. c 6 dicit, Nulla est iusta voluntas, nisi quæ vult illud quod deus vult illam velle. Voluntas autem diuina nobis in notescit per præcepta & prohibitiones, & per consilia & reuelationes, quæ sunt signa voluntatis antecedentis. Et sic tenemur velle quæ Deus præcipit, & nolle quæ prohibet. Quod autem consulit, non tenemur velle, quia hoc nostro relinquit arbitrio. Non enim per hoc quod consulit virginitatem, innotescit nobis quod præcipiat siue velit nos velle absolute & necessario, sed quod expedientius est ad profectum, & nostrum commodum. Idem est de his, quæ Deus vult nos velle, voluntate consequente, siue beneplaciti, si innotescat per exteriorem & sufficientem reuelationem, vel per euidentem interiorem inspirationem, quod Deus velit nos illa uelle. Non enim apparet alius modus, per quem innotescat, quod Deus velit nos talia velle, quam per operationem in re existentem, vt cum domus comburitur, bene apparet quod Deus vult domum comburi voluntate beneplaciti effectiua, & similiter in aliis bonis vel indifferentibus, & in malis vult solum voluntatem permissiua. Non tamen per illam operationem, quã efficit, vel permittit, innotescit nobis quod Deus velit nos B
illa velle, imò ex præceptis datis in sacris literis & de iure naturæ apparet opposi- 43
tũ. Qua propter videns domum suam vel proximi cõburi, non tenetur velle, imò tenetur occurrere & impedire propter bonum proprium vel proximi, & filius curam gerere patris infirmi, & maritus impedire ne vxor committat adulterium, vel ne Sortes occidat eum, quem occideret, si non impediretur Secunda ratio, qua idem probatur, est a posteriori, quia subditus non tenetur conformare voluntatem suam uoluntati prælati de aliquo faciendo, nisi prælatus illud ei notificet, quum promulgatio sit de ratione legis. Quod autem non teneamur velle ea, quæ fiunt voluntate beneplaciti, sub pœna peccati, probat Durandus. Et assumit hoc volitum s. damnationem patris. non tenetur filius illam velle ex natura rei, quia si sic, teneretur eam
1. sen. dist. 48 q. 2. velle, etiam si Deus nollet. Non tenetur etiam ex præcepto Dei, qui habet ex præcepto charitatis & naturæ velle oppositum, nec visum est aliquando Deum præcepto contraria dedisse, cum Deus non destruat ordinem naturæ, aut charitatis. & sic hoc fieri non potest de potentia ordinata. Ex præmissis soluuntur multa
De Verit. q. 23. ar. 8. ad. 2. argumenta, & patet quod Deus non potest de potentia ordinata alicui reuelare damnationem suam & si reuelet, non tenetur eam velle, quia quum non possit esse sine peccato, teneretur velle peccatum, & sic Deus præciperet illi, quod vellet peccatum, quod est impossibile. secus esset de solis tormentis absque peccato D. Tho- C
mas dicit quod quanuis Deus de potentia absoluta possit alicui suam damnatio- 34
nem reuelare, non tamen hoc potest de potentia ordinata, quia talis reuelatio cogeret

geret eum desperate. Et si alicui talis reuelatio fieret, non deberet intelligi secundum modum prophetiæ prædestinationis vel præsentiæ, hoc est quod infabiliter eueniret, sed per modum prophetiæ comminationis, quæ intelligitur supposita conditione demeritorum. Sed dato quod esset intelligendum per modum præscientiæ, adhuc nō teneretur ille, cui talis reuelatio fieret, velle suam dānationē absolute, sed secundum ordinem diuinæ iustitiæ, quo Deus vult persistentes, & perseuerātes in peccato, damnari. Non enim vult ex parte sua aliquem absolute damnari, cum velit omnes homines saluos fieri, primæ Timor. 2. secundum quod ex nobis est. Vnde illo posito, Velle suam damnationem non est conformare voluntatem suam voluntati diuinæ, sed voluntati peccati. Notandum tamen quod quum in patria omnes sancti videant clare in singulis quæ vident, ordinem eorū ad quem Deus circa ea vult, & ideo non solum formaliter, sed etiam materialiter in omnibus voluntatem suam voluntati diuinæ conformant. Et sic si de potentia absoluta communicaret visionem claram suæ essentiæ Iudæ, Iudas videndo suam damnationem futuram sub illo ordine, non tristaretur, forte Deo nō concurrente. Nō tamē teneretur eam velle, & in hoc se conformare, sicut in omnibus aliis In viatoribus autem qui non clare vident, motus voluntatis retardatur per vires inferiores, ideo Deus non obligat eos sub pœna peccati, ad se conformandum illi in volito materiali, etiam si reuelet ordinem diuinæ prouidentiæ. Ideo sufficit non repugnare diuinæ ordinationi seu voluntati. Nec oportet gaudium de hoc experiri. sicut Philosophus dicit de forti, quod sufficit eum non tristari in periculis mortis, quamuis non gaudeat. Si dicatur quod sic se habet intellectus humanus ad intellectum diuinum, sicut voluntas humana ad volūtatem diuinam, ergo si homo tenetur conformare voluntatem suam voluntati diuinæ, ita etiam intellectum suum intellectui diuino Et sic quandocunque assentiret falso, peccaret, quia disformaret se intellectui diuino, qui est semper verus. Negatur cōsequentia, quia non est simile, cum volūtas sit libera & non intellectus, defectus n. intellectus nō semper est in potestate nostra, sicut defectus voluntatis, quum aliquā do organa sensuum, a quorum actibus actus intellectus pendet, sunt indisposita. 3. Ethic.

Ver. 12. *De Bonitate actus exterioris.*

D BONITAS Actuum interiorum redundat in exteriores, & e conuerso. Ad cuius euidentiam supponendum est quod duplex est bonitas, scilicet entitatiua, transcendentalis, conueniens omnibus rebus inquantum habent esse. Hæc bonitas in actibus humanis est ens absolutum, & de prædicamento qualitatis, & in tertia specie, est enim operatio elicita vel imperata a voluntate, tanquam a causa mouente, & sic eius bonitas & entitas manifeste procedit & pēdet a voluntate, cuius est effectus. Alia est bonitas moris siue moralis, cuius subiectum est operatio humana, quæ proformali & abstractio nihil aliud est, quam relatio quædam, quæ dicitur rectitudo siue conuenientia operationis in attractione ad suam regulam. Regula autem humanorum actuum est ratio, ideo bonitas moralis consistit in debita proportione actuū humanorum ad rationem siue ad iudicium prudentiale, per quod regulantur & sequunt rectā rationem, hoc est verum iudicium rationis practica. Vnde D. Dio. dicit Bonum hominis est secūdū rationem esse. Hoc autē proportio conuenit obiecto & circunstantiis ac fini, diuersimode tamen, & cum ex actu interiori, & exteriori constituatur vnus actus humanus, vt dictum est, sequitur quòd bonitas actus exterioris redūdat in interiorem, & è conuerso, secundū quādam analogiam, vt primò sit in vno & secundario ordine quodam in alio. vt sanitas in animali medicina & vrina, Sed videndum est cui primo conuenit. D. Tho. dicit, quòd actus exteriores possunt dici boni vel mali dupliciter, Vno modo secundū genus siue obiectū, quod dicitur materia debita, & secundum circunstantia in ipsis consideratas sicut dare eleemosynam. & hæc bonitas non deriuatur a voluntare, sed magis a ratione, quia prius non pendet a posteriori. Obiectum autem debite circunstantionatū prius conueniens est rationi rectæ & ordinatur per eam, cùm voluntas procedit in actuum, qui quandoque intrinsece, hoc est ex natura sua est bonum, vt directio dei super omnia, & alii actus in

43 1.2.q. 20. 4.c. de Diui. Nom. 1.2.q. 20. arti. 1.

Actuum exteriorum et interiorum quæ bonitas prior sit.

trinsece boni, aliquando autem extrinsece, vt actus ex præcepto superioris & eodem modo dicendū est de malo. Et ideo si consideretur bonitas actus exterioris, secundum quod est in apprehensionem & ordinatione rationis, prior est bonitas actus exterioris, quam bonitas voluntatis. Et sic illa bonitas deriuatur ab obiecto apprehenso per rationem ad ipsam voluntatem. Sed si consideretur secundum quod est in executione operis, sequitur voluntatem, quæ est principium operatiuum eius. Et sic illa bonitas primo est in obiecto debite circunstātionato, secundo in actu voluntatis, tertio in executione operis, siue in operatione actuali exteriori, & loquimur hic de prioritate naturæ. Alio modo actus exterior dicitur bonus per ordinem ad finem remotum. s. vltra obiectum quod habet rationem finis. Quum autem finis & bonū sint obiectum voluntatis, sequitur quod bonitas vel malitia, quam habet actus exterior in ordine ad finem, per prius inueniatur in actu voluntatis, & per eā deriuetur ad actum exteriorem. Et quia bonitas finis per prius est in ratione, quum quemadmodū actus exterior ordinatur per rationem ita & finis; alias actus non esset bonus. Ideò tā bonitas obiecti, quam finis, per prius conueniunt rationi, tanquam primo principio immediate regulanti. Et bonitas, finis tanquam regulat, conuenit voluntati & actui exteriori, primo tamen volūtati, deinde actui exteriori, bonitas vero obiecti regulati primo conuenit actui exteriori, deinde voluntati. ¶Ex præmissis infertur, quod nonnunquā sunt duę bonitates in actu exteriori. s. bonitas obiecti & finis. Non tamē semper, quia aliquādo voluntas nō ordinat actum eleemosynæ in vlteriore finē. & tunc tota bonitas ex obiecto Aliquādo etiam voluntas elicit actū indifferētem ex obiecto, & ordinat in bonum finem. Et tunc tota bonitas actus pendet ex fine. Sed sunt duæ bonitates vel malitiæ, quandò actus exterior est bonus vel malus ex obiecto, & ordinatur in alium bonum vel malū finem, vna tamen illarum pendet principaliter ex actu exteriori, & deriuatur siue redundat in voluntatem. alia principaliter pendet ex voluntate, & redundat in actum exteriorem. Sed in duobus primis casibus non est nisi vna bonitas in actu interiori & exteriori, nec obstat quod idem accidens non pōt esse in duobus subiectis, quod esset in dictis duobus casibus, si bonitas vnius actus deriuaretur ad alium, quia hoc verum esset si deriuaretur, sicut ex causa agēte vniuoca, vt quum calidum calefacit, alius numero est calor in calefaciente & calefacto. Secus si secundum analogiam, vt dictum est de sanitate, quæ est subiectiue in animali, & per redundantiam in vrina tanquam in signo. Bonitas autem moralis subiectiue est intellectu, & per redundantiam in voluntate & actu exteriori, sed diuersimode, vt dictum est.

1.2.q.20 artic. 4.

Ver. 13. *De additione bonitatis uel malitia ex actu exteriori.*

SI Loquamur de bonitate vel malitia actus exterioris, quam habet ex fine, tunc actus exterior nihil addit ad bonitatem vel malitiam, nisi contingat voluntatem ex actu exteriori secundum se fieri meliorem in bonis, & peiorem in malis. Quod quidem tripliciter contingere potest. Vno modo secundum numerum, puta quum aliquis vult facere aliquid bono fine vel malo, & tunc non facit. Postmodum vult & facit, duplicatur actus voluntatis & sic sunt duo actus voluntatis, moraliter boni vel mali, Alio modo secundum extensionem, puta cum aliquis vult facere aliquid bono fine vel malo, & propter impedimentum desistit, alius autem continuat motum voluntatis, quousque opere perficiatur. Manifestum est quod huiusmodi volūtas est diuturnior in bono vel malo, & secūdum hoc melior vel peior. Tertio secundū intēsiones. sunt. n. quidam actus exteriores, qui inquantū sunt delectabiles vel pœnosi, nati sunt intendere vel remittere voluntatem, vt actus fornicationis & martyrii Constat. n. quod quando voluntas intensius tendit in bonum vel malum, tanto est melior vel peior. Si vero loquamur de bonitate actus exterioris, quam habet ex obiecto, siue secundum materiam, & diuersas circunstantias, sic comparatur ad voluntatem, vt terminus & finis, & hoc modo addit ad bonitatem vel malitiam volūtatis. Quia omnis inclinatio vel motus perficitur in hoc, quod cōsequitur finē; vel attingit terminū vnde non est perfecta voluntas, in quæ oportunitate data operetur. E 44

Si autem

Si autem possibilitas desit, voluntate existente perfecta, defectus perfectionis, qui est ex defectu actus exterioris, est simpliciter inuoluntarius, inuoluntarium autem sicut non meretur pœnam vel præmium in operando, ita nil tollit de præmio, vel pœna, si homo simpliciter voluntariè deficiat a faciendo bono vel malo. ¶ Ex præmissis patet quomodo voluntas est duplex scilicet efficax & inefficax. Voluntas efficax dicitur perfecta, quia ea posita necessario sequitur actus, secluso impedimento. Voluntas inefficax dicitur imperfecta, & qua posita non necessario sequitur actus, ét secluso impedimento. Actus exterior addit bonitatem vel malitiam in volitione inefficaci, & intelligendum est de bonitate vel malitia essentiali, quia certum est quòd semper actus exterior addit bonitatem vel malitiam accidentalem, quia qui efficaciter vult in gratia facere bonum actum, & non potest, non gaudebit de actu bono exteriori, sicut ille qui voluit & fecit, & eodem modo non paritur de malo. Nec tamen propter hoc sequitur quòd peccator non teneatur confiteri de peccato exteriori, nec quod sufficiat dicere sacerdoti docto, quòd habuit voluntatem efficacem furti, adulterii vel homicidii. Quia peccator tenetur in confessione clarè manifestare peccata sua, sicut vulneratus ad mortem, debet clare ostendere vulnera medico, siue chirugico, vt possit facilius & perfectius curari. Sic peccator propter medelam, vt recundam, humilitatem, cautelam, & vt sacerdos debitam pœnitentiam iniungere possit, ac scire an penitēs teneatur ad restitutionem & illam iniūgere, (ad hæc enim sacramentalis confessio est instituta) clare debet confiteri. Nec obstat pariter quòd actus sacramentorum in suscipiente disposito causent gratiam, & tamen sunt actus exteriores, quia sunt actus priuilegiati ex diuina institutione, nec addunt bonitatem vel malitiam ex opere operantis, sed ex opere operato, vt infra dicetur. Si dicatur, quòd hoc fauet hæresi Albaldini, qui dicebat quòd homo non efficitur deterior operibus malis. Dicendum quòd ille omnino negabat bonitatem & malitiam in operationibus exterioribus. quod longe est a proposito. Ad argumentum quod posset fieri de fornicatione et martyrio, patet ex dictis, quia illi actus dicuntur addere propter intensionem.

Voluntas efficax, & inefficax quid sit.

Ver. 14. *De additione Bonitatis vel Malitiæ per euentum.*

A EVENTVS sequens aut est præcogitatus siue præuisus, aut non Si primum, 1. 2. q. 20 art. 5.
44 manifestum est quòd addit ad bonitatem vel malitiam, cum enim aliquis cogitat quòd ex opere suo multa mala possunt sequi; non propter hoc dimittit, ex hoc appa ret quod voluntas eius est magis de ordinata, & sic euentus transit in vim obiecti. Si autem euentus sequens non sit præcogitatus, distinguendum est, quia si euentus sequitur per se, & vt in pluribus, secundum hoc euentus sequens addit ad bonitatem vel malitiam actus. Manifestum est enim meliorem actum esse ex genere suo, ex quo possunt plura bona sequi, & peiorem, ex quo plura mala. Si verò per accidens, & vt in paucioribus, tunc euentus sequens non addit bonitatem vel malitiam super actum. Non enim datur iudicium de re aliqua, secundum quòd est per accidens, sed solum secundum illud quod est de per se. Et sic euentus sequens non facit actum malum, qui prius erat bonus, neque bonum eum, qui prius erat malus. Puta si aliquis det eleemosinam propter Deum, & ille abutatur ad peccatum, nihil deperit ei, qui eleemosynam facit. Similiter si aliquis patienter ferat iniuriam sibi factam, non propter hoc excusatur ille qui fecit.

Euentus per se sequens addit ad bonitatem, et malitiam.

Ver 15. *De iis quæ consequuntur Bonitatem uel Malitia.*

B ACTVM humanorum propter bonitatem consequuntur tria, a quibus etiā de- 1. 2. q. 21.
44 nominatur, scilicet rectitudo, laudabilitas, & meritum, & actum malī, alia tria scilicet peccatum, vituperium, & demeritum. Rectitudo prouenit ex eo quòd est conformis rationi & legi æternæ. Et sic bonum in plus est quam rectum, quia bonum importat omnem operationem, & omne ens. Rectum autem, quòd sit conformæ suæ regulæ, in his quæ aguntur ver voluntatem humanam, regula proxima, est humana ratio, regula verò suprema est lex æterna, a qua actus malus discordat, Ideo non est rectus, sed obliquus & deordinatus; ex quo habet rationem peccati,

Rectitudo actus humani

22. contra Faustum. Laudabilitas & vituperium.. quod a D. Augustino dicitur esse dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam. Laudabilitas est imputabilitas siue attributio boni. Et Vituperium imputabilitas mali & sic laudare aliquem, est imputare vel attribuere ei bonitatem, & vituperare, est ei imputare malum vel malitiam. Actus autem imputantur agenti, quando sunt in potestate sua Hoc autem est in omnibus actibus voluntatis, quia per voluntatem homo habet dominium sui actus. Ideo Philosophus dicit quod opera virtutũ sunt laudabilia & opera contraria, hoc est vitiorum, sunt vituperabilia siue culpabilia Meritum & demeritum dicitur in ordine ad retributionem quæ fit per iustitiam, Meritum, & demeritum actus humani.. retributio autem fit alicui ex eo quod agit in profectum vel nocumentum alterius. Est autem cõsiderandum quòd vnusquisque in aliqua societate uiuens, est pars siue membrum totius societatis. Quicunque ergo agit aliquid in bonum vel malum alicuius existentis in aliqua societate siue cõitate, reddundat in totam societatem, sicut quicũq; lædit manu uel pedẽ lædit hominem, & ideo cũ aliquis agit in bonũ vel malum alicuius particularis personæ uiuentis in cõitate, cadit ibi dupliciter rõ meriti, vel demeriti, uno modo, s̃m quòd debetur ei retributio a singulari persona, quã iuuat uel offendit Alio modò secũdũ quod debetur ei retributio a toto collegio. Qñ uerò aliquis ordinat actum suum directè in bonum uel malum totius collegii retributio debetur ei primò a toto collegio, secundario uero ab omnibus collegii partibus. Cum autẽ aliquis agit in bonum uel malum proprium, etiam debetur ei retributio, inquantum. s. hoc uergit in bonum uel malum collegii & cõitatis, cuius ipse est pars, licet non debeatur ei retribuitio, in quantum est bonum vel malum singularis personæ quæ est eadem agenti, nisi forte a seipso secundum quandam similitudinem, prout est iustitia hominis ad seipsum. Sic igitur patet quod actus boni vel mali habent rationem rectitudinis & peccati, siue de ordinationis secundum ordinem ad regulam, habent etiam rationem laudabilis vel culpabilis siue vituperabilis. secundum quod sunt in potestate voluntatis, habent præterea rationem meriti vel demeriti, secundum rationem iustitiæ ad alterum. Quod autem actum humani habeant rationem meriti vel demeriti in ordine ad deum, inferius dicetur.

12. q. 49. §. 8. *De iis quæ consequuntur Actio intellectus, & uoluntatis.*

CVM omne agens finitum habens in se principium actiuum & passiuum, in agendo repatiatur (recipit enim actionẽ suam) consequens est quod potentia quæ agit, cum sit indeterminata ad actus oppositos, per actus simile, & frequentatos determinetur, quia per actum aliqua qualitas relinquitur in ea, per quã inclinatur ad similẽ actum, ut si intellectus assentiat aliqui proprositioni practicæ uel speculatiuæ, ille assensus relinquit in eo aliquam qualitatem inclinantem ad similem assensum, & si bis vel ter, aut quater intellectus reiteret illum assensum, illa prima qualitas inclinans ad similem actum intenditur, & per continuationem sic determinat intellectum, quod prompte, faciliter, & delectabiliter, & quasi quodam modo immobiliter assentiet illi propositioni. Et eodem modo experimur de actu voluntatis & appetitus sensitiui. Illam qualitatem remanentem ex actibus, determinantem & inclinantem potentiam ad simile actus, vocant morales dispositionem. Quæ licet sit incorruptibilis ex partes subiecti, scilicet intellectus & voluntatis, quia tamen intellectus & voluntas, ac appetitus sensitiuus possint recipere actum contrarium eiusdem conatus, siue actiuitatis, aut maioris, illa qualitas præcedens corrumpetur, aut saltem diminuetur. Et similiter dicendum est, si per plures actus illa qualitas fuerit radicata vel intensa, per contrarios actus diminuitur, & per similes intenditur, siue magis vel intimius radicatur. Et cum per plurimos actus illa potẽtia fuerit exercitata & determinata ad prompte, faciliter, & delectabiliter. & quodammodo immobiliter operandum simile actus, & difficiliter exeundum in actus contrarios, tunc quum ad prædictam perfectionem prædicta qualitas peruenerit, vocatur habitus qui est qualitas de difficili mobilis, ex assuetudine causata, agens in modum naturæ, hoc est faciens prompte, faciliter, & delectabiliter, ac immobiliter operari, nisi impediatur. Ideo cõiter dicitur, quod in repentinis cognoscitur habitus,

Habitus quid..

bitus, & quod consuetudo est altera natura, & quòd difficile est assueta relinquere. Ex prædictis apparet quod dispositio est qualitas de facili mobilis inclinans & determinans potentiam ad similes actus. Apparet etiam quòd eadem qualitas numero, quæ prius erat dispositio, fit habitus, sicut calor in aqua principio est tepidus, & per continuationem actionis ignis fit feruidus, & sic sunt idem essentialiter. Apparet etiã quod habitus est determinatio potentiæ. *Dispositio quid sit, & quomodo fiat habitus.*

Ver. 1. *De definitione & diuisione Habitus.*

D VT Quidditas habitus, de quo hic loquimur, perfectius intelligatur, consyde-
45 randum est quod dicit Philosophus loquens de habitus corporis, quòd habitus est dispositio perfecti ad optimum. Dicitur autem vnumquodque perfectum, quod est dispositum secundum naturam. Optimum dicitur operatio eius, & in tertio Metha. dicit quòd habitus est dispositio, scilicet de difficili mobilis, vt dictum est, secundum quam aliquid bene vel male disponitur secundum se (hoc secundum naturam) aut ad alliud (scilicet ad operationem:) Quæ quidem dispositio, quando est conueniens naturæ rei dicitur bona, quando verò non est conueniens, dicitur mala. Per hæc Philosophus sufficienter dat intelligere quòd duplex est habitus. Quidam est dispositio seu determinatio naturæ, secundum esse bene vel male corporis vel animæ, vt sanitas, quæ consistit in debita humorum proportione, est habitus secundum bene esse corporis, & infirmitas, quæ est qualitas prædominans, causans disproportionem humorum, dicitur habitus secundum male esse, quæ est de difficili mobilis. Sanitas etiam est de difficili mobilis, quia seclusa violentia non subito homo infirmatur, sed paulatim disponitur, & tandem vltima dispositio in virtute præcedentium causat habitum, sicut gutta cauat lapidem, quanuis aliqui hæc ignorantes arbitrentur sanitatem esse de facili mobilem, & per consequens non esse habitum. Secundum animam veró ad bene esse. Theologi ponunt vnum habitum in essentia animæ quem vocant gratiam gratum facientem, quæ perficit ipsam essentiã animæ, in qua est subiectiue, & facit gratum & acceptum. Hic habitus ex se, & secundum se nõ ordinat immediate ad operandum, quamuis ex consequenti per virtutes, quæ fluunt ab ipsa in potentiis, vt inferius amplius dicetur. Secundum verò male esse aliqui ponunt maculam in essentia animæ, quam dicunt esse gratiæ priuationem, sicut infirmitatem sanitatis priuationem, & sic dicunt maculam habere aliquid positiuum. f tenebrositatem & obnubilationem quandam, quo mediante peccator redditur abominabilis, coram Deo Ex illa tamen macula nihil imprimitur in potentiis, sed remanent debilitatæ & inclinatæ ad malum propter defectum virtutum & donorum, quæ fluunt ab essentia animæ, sed de his amplius inferius. Alius est habitus, qui est dispositio seu determinatio potentiæ ad aliud, hoc est ad operationem secundum bene vel male. Quando actus vel operatio est rationi conueniens dicitur bona, & habitus bonus, qui a theologis & philosophis moralibus vocatur virtus. Quando vero operatio est disconueniens rectæ rationis, seu inordinata, dispositio illa dicitur mala, & habitus malus, qui à theologis & moralibus dicitur vitium, vt intemperantia, & alia huiusmodi, Aliter diuiditur habitus, quia quidam est naturalis, quidam acquisitus, quidam infusus Habitus naturales dicuntur, qui insunt à natura, & hoc modo in angelis multi sunt habitus naturales, quia omnes species per quas cognoscunt, sunt eis connaturales, hoc est fluunt a natura, siue essentia ipsorum, sicut risibilitas ab essentia hominis, secundũ quosdam, ideo sunt inseparabiles & incorruptibiles, vel dicuntur habitus naturales, quia simul cum natura inditi vel concreati sunt. Ex talibus habitibus non inueniuntur in homine nisi duo vnus in intellectus speculatiuo, qui dicitur intellectus principiorum, & vnus in intellectu practico, qui dicitur synderesis, quibus paulo post dicemus. Nullos alios habitus siue species intelligibiles in intellectu hominis innatas Philosophus astruit dicens, quòd anima ab initio est tãquam tabula rasa, in qua nihil depictum est, dipingibilis tamen virtutibus, & scientiis. Habitus infusi dicuntur, qui ordinant actus potentiarum in finem supernaturalem, ideo per actus humanos acquiri non possunt; sed a solo Deo infunduntur. Huiusmodi

7. Phy.

Habitus duplex.

Sanitas & infirmitas quid sint, et quomodo sunt, habitus de difficilis mobiles.

Gratia est habitus in essentia animæ.

Macula quid Virtus est habitus bonus. Vitium est habitus malus.

Habitus multiplex. habitus naturalis.

3. de Aia. Habitus infusus quid.

Habitus acquisitus quid.

sunt, fides, spes, charitas, & dona spiritus sancti, de quibus suo loco dicetur Habitus acquisiti sunt, qui per actus humanos acquiruntur. Ex prædictis patet quòd triplex est causa habituum, scilicet natura vel Deus vt author naturę, & actus humani, & Deus vt autor beatitudinis. Habitus acquisiti sunt virtutes & vitia quæ Philos. 2. Ethic. docet ab actibus causari.

1.2 q. 51. art 2. et. 3. 2. Ethic.

Ver. 2. De causatione habitus per actum.

QVANDO In agente est solum principium actiuũ sui actus, vt in igne, nõ A potest aliquis habitus causari ex proprio actu. Inde est quòd res naturales non pos- 45 sunt aliquid assuescere aut dissuescere, vt habetur in 2. Ethic. sed agens, in quo est principium actiuum & passiuum sui actus, sicut in actibus humanis, ex illis actibus possunt aliqui habitus causari. Non quidem quantum ad principium actiuum sed quantum ad principium actus, quòd mouet motum. Nam omne quod mouetur & patitur ab alio, disponitur per actum agentis. Vnde ex multiplicatis actibus aduenit quædam qualitas in potentia passiua, vt mota ab obiecto, quæ nominatur habitus.

Intellectus et voluntas quo ad receptionem habitus differunt.

¶Sed aduertendum, quòd differentia est inter intellectum & voluntatem, quia intellectus speculatiuus per vnum actum demonstrationis acquirit habitum scientiæ, eò quod uirtus actiua principiorũ euidentium totaliter conuincit intellectum ad assentiendum conclusioni, & sic determinat totaliter, & causat habitum, qui tũc solum se extendit ad illam conclusionem demonstratam. Et adueniente demonstratione non causatur secundus habitus, sed primus extenditur ad assensum sequentis conclusionis, & sic consequenter. Sed per propositiones probabiles aut practica non totaliter vincitur, ideo ad causandum habitum in ipso intellectu, requiruntur multi actus. Sed voluntas quum sit omnino indeterminata, non potest totaliter superuinci per vnum actum, quum se habeat diuersimodè ad multa. Et cum per intellectum iudicatur aliquid appetendum secundum diuersas circunstantias, ideo per vnũ intellectus non potest totaliter superuinci, vt feratur in idem, vt in pluribus, & per modum naturæ. Ideo Philos. dicit, quod vna hirundo non facit ver, neque vna dies æstatem; itaque nec fœlicem vna dies, aut paruum tempus. Habitus tamen corporales possunt causari ex vnico actu, si actiuum fuerit magne virtutis. Sicut quandoque vna medicina fortis statim inducit sanitatem, & vnus magnus excessus ægritudinem. In actibus autem aliarum potentiarum quantumcunque sint intensi non potest esse sufficiens virtus in vno actu ad totaliter determinandũ potentiam, quæ se habet ad multa, & opposita, & diuersimodè, quamuis ex actu intensiori causetur intensior qualitas, quàm ex actu remissio. Nec inconuenit apud aliquos, quòd sit aliquis habitus minus intensus in esse qualitatis, quam aliqua dispositio, quæ ex vno vel duobus actibus est causata, Aliud enim (vt dicunt) est inesse, aliud terminare.

1. Ethic.

1 2. q. 51. art. 4. ad. 3 q. de virtu. art. 10. ad 19.

Ver. 3. De actibus habituum infusorum.

CIRCA Causalitatem siue virtutem actuum habituum infusorum D. Thomas B videtur esse varius problematicus. Nam in prima secundæ dicit, quòd actus qui pro- 45 ducuntur ex habitu infuso, non causant aliquem habitum, sed confirmant habitum præexistentem, sicut medicinalia remedia adhibita homini sano, per naturam non causant aliquam sanitatem, sed sanitatem prius habitam corroborant. Et ratio est, quia si causarent aliquẽ habitum, vel ille esset eiusdem speciei vel alterius, non secundum, cum actus non sit causa æquiuoca, sed vniuoca. Nec primum, quia tunc duo habitus eiusdem speciei, solo numero differentes, essent in eodem subiecto, quod est impossibile, quum accidentia indiuiduentur per subiecta. In quæstionibus tamen disputatis vbi quærit an conscientia sit actus vel habitus, respondet quòd est actus. Argumentatur in oppositum, dicens: Ex actibus multiplicatis generatur habitus, ergo si aliquis frequenter operetur secundum conscientiam, causabitur habitus conscientiæ: Respondet quòd ex his actibus, non generatur aliquis habitus alterius modi ab illo habitu a quo eliciuntur, sed vel aliquis habitus eiusdem rationis, sicut ex actibus infusæ charitatis generatur aliquis habitus dilectionis acquisitus, vel præexistens, augmẽtatur. Sicut in eo qui habet habitum temperantię

De ver. q. 17. arti. 1. ad. 4.

perantiæ acquisitum, ex actibus sequentibus augmentatur habitus. Pro hac parte est experientia, quæ apparet in his qui ex charitate dilexerunt se, & altero illorum peccante mortaliter, & perdente charitatem, adhuc faciliter, prompte, & delectabiliter diligunt se, & non habitu charitatis infuso. Igitur ex alio habito acquisito ex actibus charitatis infusæ, quum non appareat unde veniat illa facilitas aliunde. Insuper hæreticus discredens uni articulo, non habet fidem de aliis, & tamen assentit prompte faciliter, & delectabiliter, igitur actus fidei infusæ reliquerunt illam promptitudinem. Communis tamen opinio Thomistarum est, quod non causetur habitus. Nec D. Thomas contradicit sibi ipsi cum loquatur sub distinctione. Et ad experientiam dicunt quod hæreticus ex reuolutione librorum acquirit aliquam promptitudinem & facilitatem, & hoc modo ex aliis actibus qui uidentur similes actibus charitatis, qui tamen sunt puræ potentiæ causatur habitus, qui dicitur amicitia nõ enim mutuo diligentes se cogitant de deo semper nec assentientes propositionibus fidei assentiunt, quia reuelatum a Deo, ideo non est necesse, quod habitus infusus concurrat semper elicitiue ad actum puræ potentiæ circa eundem obiectum materialiter tantum consideratum, & non formaliter.

Ver. 4. *De Subiecto habituum.*

C 46 CVM aliqui habitus, vt dictum est, determineant naturam secundum esse bene, vel male consequens est quod corpus animalis sit subiectum habitus disponentis naturam corporalem. Vnde Philosophus in Prædicamentis sanitatem corporis, & infirmitatem insanabilem habitum nominat, Sanitas autem pro materiali, sunt qualitates proportionatæ & pro formali est illa relatio proportionis inter eas, quæ sunt in corpore. Infirmitas uero pro materiali est qualitas, prædenominans & causans disproportione, & pro formali est relatio disproportionis humorum ad inuicem, quæ etiam est in corpore. Essentia etiam animæ est subiectum gratiæ gratum facientis, per quam anima efficitur particeps alicuius superioris naturæ, iuxta illud D. Petri, Vt simus consortes diuinæ naturæ, & eodem modo anima est subiectum maculæ, eo modo quo oculus cæci dicitur subiectum cæcitatis. Priuatio enim & habitus habent fieri circa idem. Potentiæ uero aliquæ sunt incapaces habituum operatiuorum, vt quinque sensus exteriores, & aliæ quæ operantur ex solo instinctu naturæ, & non subiacent imperio rationis vt potentiæ animæ uegetatiuæ, & sensus communis, prout & membra corporis, quæ aliquando propter aliquas qualitates non subiacent despotice imperio rationis, vt experiuntur organistæ, qui per assuetudinem remouent impedimenta sed non causant habitum. Memoria autem secũdum Philos. in hominibus est capax habitus. Dicit. n. quod frequens meditatio cõfirmat memoriam. Appetitus autẽ irascibilis & cõcupiscibilis, si considerentur secundũ quod operãtur ex instinctũ naturæ, vt in motibus primo primis, sic non suscipiunt habitus, quia vt dicitur in 5. Ethic. habitibus operamur cum volumus. Sed secundum quod subiacent imperio rõnis, habituantur. Vnde Philos. dicit quod aliquæ uirtutes, s. temperantia, & fortitudo, sunt irrationabilium partium. In uoluntate autem ponitur iustitia & partes eius, & opposita earum uitia, secundum Philos. Quamuis in ea non subiectiuentur fortitudo aut temperantia, eo quod uoluntas ex sua natura est sufficienter determinata ad obiectum proprium quod respicit temperantia & fortitudo, & non quo ad bonũ alterius, ci ca quod uersatur iustitia. In intellectu etiam humano tam speculatiuo, quã practico, subiectiuantur plures habitus acquisiti & infusi, & duo connaturales. In angelis autem solum inueniuntur habitus connaturales, siue inditi, aut concreati, aut infusi, sed non acquisiti, quum sint circa naturalia determinati.

1. 2. q. 50.

2. par. 1.

Quæ potentiæ sunt incapaces habituum operatiuorum.

2. de anima.

3. Ethic.

5. Ethic.

Angeli nõ habent habitus acquisitos.

D Ver. 5. *De Actibus Intellectus Speculatiui.*

46 INTELLECTVI speculatiuo impressit Deus in sua creatione unum habitũ naturalem indelebilem, quo dirigitur circa speculabilia, hoc est circa ueritatem uel falsitatem omnium compositionum, & diuisionum, siue propositionum ad operationem non ordinatarum, quem sequendo errare non potest, neque falso assentire, aut dissentire uero. Omnia enim speculabilia continentur in principiis, circa quæ

1. p. q. 79. art. 13. De Veri. q. 16. art. 1. & 2.

versatur hic habitus, qui dicitur intellectus principiorum, & in illo resoluuntur, &
Principiū quid. ad eum reducuntur omnia. Ideo per illud debite ordinatum & applicatum potest
homo peruenire in cognitionem omnium naturalium. Principium autem dicitur pro
positio ex terminis nota apud omnes, ita quod quicūque terminos illius intelligit, sta
tim assentit, nec dissentire potest, vt hæc propositio, Omne totum est maius sua par
te. Et licet quælibet scientia habeat sua principia, quæ ab aliquibus leges, & ab aliis
Primum principium quid. canones, seu regulæ dicuntur, ab aliis verò præcepta, ab aliis autem maximæ. Om
nia tamen in primum principium resoluuntur, hoc est, per primum principium pro
bantur, Primū autem principium, a quo omnia alia pendent, apud omnes dicitur hæc
propositio, Quodlibet est, vel non est, vel (ut dicunt dialectici) lex contradictoriarū,
scilicet quòd duæ propositiones contradictoriæ in nulla materia possunt simul esse
ueræ uel falsæ, siue vt Philos dicit, de quolibet est affirmatio, aut negatio, & de nul
lo ambo simul per hoc principium probantur alia. Per hunc habitum connaturalem
necessitatur intellectus, & quo ad specificationem, & quo ad exercitium, ad assen-
tiendum primo principio, & aliis propositionibus notis ex terminis quæ dicuntur,
etiam principia, sic quod stante apprehensione illorum non potest non assentire ne
que cessares ab actu, non oppositis assentire. Circa media uerò aut conclusiones non
habet habitus concreatos, neque circa contingentia; sed determinatur per habitus
acquisitos ex actibus, ex quibus intellectus speculatiuus generat in se habitum sapien
1.2. q.57. ar.2. ad 1. tiæ, & scientiæ, quæ in hoc conueniunt, quia sapientia est quædam scientia, inquan-
tum habet id quod est cōmune omnibus scientiis, scilicet ut ex principiis cōclusiones
Habitus intellectus speculatiui quot sint. demonstret, sed quia habet aliquid circa alias scientias, inquantum de omnibus iudi-
cat, non solum quantum ad conclusiones, sed etiam quantū ad principia earum, ideo
habet rationem perfectionis habitus & uirtutis, quam scientia. Ponuntur autem in
in intellectu speculatiuo septem genera habituum, scilicet intellectus principiorum,
sapientia, scientia, fides, opinio, suspicio, & error, de quibus dictum est.

Ver. 6. *De Sinderesi.*

1.p.q.79. artic.12. QVEMADMODVM dedit Deus homini ab initio unū habitum natura B
lē, inditum siue concreatum, quo circa speculabilia dirigeretur; sic etiam dedit vnum 46
alium habitum connaturalem, quo dirigeretur circa agibilia, & quem sequendo in
eis errare saltem imputabiliter non posset. Talis habitus a Theologis dicitur Sin-
Prima principia agibilium. deresis, quæ quum non possit se habere ad opposita, non dicitur potentia naturalis
animæ, quia omnis talis habet, vel habere potest ad opposita, sed est habitus incli-
nans hominem per intellectum practicum ad bene agendum & operandum, ac ad
Matt.7. assentiendum principiis agibilium, quæ debent dirigere & regulare omnes opera-
tiones humanas, & non solum inclinat ad assentiendum primis principiis, sed etiam
his quæ concluduntur ex eis, & dissentiendum oppositis. Prima principia agibilium,
quæ debent regulare omnes operationes humanas, sunt istæ duæ propositiones.
Bonum est faciendum, & prosequendum, & Malum est fugiendum, & uitandum. Ex
his sequuntur alia duo, de quibus Matt.7. Omnia quæcunque vultis ut faciant vo-
bis homines, & vos facite illis. Et quæcunque non vultis vt faciant vobis homines,
nec uos faciatis illi. Et ex his omnis lex pendet & Prophetę, hoc est decem præcepta
decalogi. Quæ sunt conclusiones primorum principiorum. Si esset dominus, & bene
factor, uelles tibi credi, amari, & honorari sequitur quod est credendum Deo, & quòd
est diligendus & honorandus, & sic de aliis præceptis tam primæ quam secundæ ta-
bulæ, quorum deductio ex prædictis principiis facilis est, ac etiam eorum applicatio
ad particularia agibilia occurentia. C

Ver.7. *De Officiis Sinderesis.*

De uer. q.16. art.3. Esa. ult. Rom.1. SINDERESIS habet tria officia. Primum est assentire primis principiis a- A
gibilium, & dependentibus ex illis. Secundum est dissentire oppositis. Tertium est 46
murmurare, & increpare si oppositum fiat, & secundum tertium officium dicitur,
uermis Esa. vlti. Vermis eorum nō morietur in sempiternum. Dicitur etiam ab Apo
stolo lex naturalis, & a Psal. Lumen vultus Dei, Multi dicunt, Quis ostendet no-
bis

bis bona? ſequitur, Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine, propter quod *Pſal. 4.*
peccatores ſunt inexcuſabiles. Hoc lumen, licet poſſit offuſcari, non poteſt tamen
extingui.

Ver. 8. *De Conſcientia.*

B QVIA Sindereſis eſt mater conſcientiæ, ideo de conſcientia dicendum eſt. Et *1.p.q. 79*
46 primo ſciendũ quod conſcientia non eſt potẽtia naturalis, neque habitus, prout ipſũ *art. 13.*
nomen ſonare videtur, quia conſcientia nominat ſcientiam cum collatione & appli- *1.2.q. 19.*
catione. eſt enim conſcientia applicatio ſcientiæ, hoc eſt cognitionis per principia *art. 5 & 6*
agibilia ex ſindereſi habita, ad aliquod particulare opus Et clarius loquendo, eſt iu- *De ver. q.*
dicium de aliquo particulari agibili, an ſcilicet fiendum ſit, vel non, & an bene vel *17. art. 1.*
male egerimus. Vnde Sapiens, Scit conſcientia tua, quod tu crebo maledixiſti aliis. *Conſcientia*
Et Gen. 43. Non eſt in noſtra conſcientia, quis poſuerit pecunias in marſupiis no- *quid.*
ſtris. Item iudicium quo iudicamus quod tenemur aliquid facere vel non facere, & *Eccl. 7.*
quo iudicamus aliquid eſſe bene vel male factum: Omnia iſta iudicia concluduntur. *Gen. 43.*
ex ſindereſi, hoc modo, Bonum eſt faciendum dare eleemoſynam indigenti eſt bonũ,
ergo faciendũ. Nullum malum eſt faciendum, auferre alienum eſt malum, igitur non
eſt faciendũ. Præterea quicunque implet præceptũ, bene facit, ſed qui dat eleemoſynã
extreme indigenti implet præceptũ, igitur, &c. & vltra, Ego dedi, ergo, &c. Quicũq;
tranſgreditur præceptum, male facit, ſed ego, &c. Iudicium præmiſſarum prædicto-
rum ſyllogiſmorum eſt ex ſindereſi, & iudicium concluſionis eſt conſcientia. Et ſic
conſcientia eſt actus intellectus, quo applicatur ſcientia, ſiue cognitio, quæ per ſin-
dereſim haberi poteſt ad aliquod particulare agibile, largo tamen modo conſcientia
accipitur pro ſindereſi D. Hieronymus ſuper Ezech. Sindereſim nominat conſcien-
tiam. Et Baſilius, Naturale iudicatorium. Et Damaſcenus dicit, quod eſt lex intelle-
ctus. Ex premiſſis primo apparet facilis deductio præceptorum decalogi, a primis
principiis ſindereſis, nec non applicatio eorum ad particularia agibilia occurrentia.
Secundo quod dormiens non habet proprie conſcientiam, quia non habet actum,
neque illam applicationem Et quod homo etiam vigilans poteſt eſſe ſine conſcien-
tia, quando ſcilicet non iudicat aliquid faciendum, quando tenetur facere, habet ta-
men ſemper homo radicem conſcientiæ, quæ eſt ſindereſis, & ſic ſemper habet con
ſcientiam radicaliter.

Ver. 9. *De triplici conſcientia:*

CONSCIENTIA eſt triplex, quædam bona, quædam mala, quædam er- *Conſcientia*
C ronea. Bona eſt, quando iudicium de particulari agibili eſt verum, vt nunc reſtituen *bona.*
46 dum eſt alienum, nunc ſeruandum eſt tale præceptum. Mala conſcientia eſt, quando *Conſcientia*
iudiciũ de particulari agibili eſt falſum, vt nunc ad euitandam reſtitutionem, aut pau *mala.*
pertatem peierandum eſt: Conſcientia erronea licet ſit eadem aliquando cum mala, *Conſcientia*
cũ omnis mala cõſcientia ſit erronea, eo quod habeat iudicium falſum de aliquo agi *erronea.*
bili, quod quis tenetur facere vel uitare, veruntamen quia multa ſunt indifferentia,
ad quæ quis non tenetur, vt certa hora dormire vel ſaltare, ſi iudicet quod nunc me-
lius eſt ſaltandum, quam dormiendum, errare põt, quia ſaltando fortaſſe frangetur
eius tibia. Sed proprie conſcientia erronea eſt, quæ dictat vel iudicat aliquid eſſe fa-
ciendũ ſub pœna peccati, quod tñ nõ eſt verũ, ſiue quando iudicat aliquid eſſe præ-
ceptũ, quod nõ eſt præceptum, vel prohibitum, quod nõ eſt prohibitum. Error con *Conſcientiæ*
ſcientiæ procedit ex ſubſumptione minoris falſæ, vel ex mala applicatione. Sicut *error unde*
in ſyllogiſando aliquis dupliciter peccat, primo in materia, quando vtitur falſis pro- *procedit.*
neris Secundo in forma, quando non recte ſyllogiſat. Si cum conſcientia ſit conclu-
ſio particularis ſyllogiſmi, dupliciter erit erronea. Primo quando minor eſt falſa,
vt hic, nullum lege diuina prohibitum, eſt aliquo modo faciendum, ſed iuramentum
in omni caſu eſt prohibitum lege diuina, ergo nec adueniente præcepto iudicis
eſt aliquo modo iurandum, minor eſt falſa. Secundo per malã applicationem, vt hic
Omne bonum eſt proſequendum, fornicari eſt bonum delectabile, ergo nunc eſt *Conſcientiæ*
fornicandum. ¶ Notandum quod conſcientiæ attribuuntur tria officia. Primum eſt *officia.*

teſtifi-

testificari Roma. Testimonium reddente illis conscientia. Secundum est instigare, & ligare, quando dictat aliquid faciendum, vel omittendum sub pœna peccati mortalis, tunc ligat. Sic quod stante tali dictamine, peccat mortaliter, se disformando illi, & venialiter, sic dictet sub pœna peccati venialis, vt dicit Glos. super illud, Omne quod non est ex fide, peccatum est. vbi Glo. Qui facit contra conscientiam, ædificat ad gehennam. Quia secundum Damascenum. Conscientia est lex priuata hominis, sed facere contra legem, peccatum est, ergo & facere contra conscientiam.

Rom. 14

¶Sed difficultas est, quomodo conscientia erronea, quæ dictat non esse faciendum sub pœna peccati mortalis, id quod ex se est mortale liget, quia tunc aliquis esset perplexus, sic quod non potest vitare peccatum mortale, quocunque se vertat, & sic obligatur ad impossibile. D. Tho. dicit. quod quandiu conscientia erronea durat, tenetur se illi conformare, & facere quæ dictat, quia si non faciat, quantum est ex se, ex hoc ipso quod contradicit, habet voluntatem contrariam legi diuinæ, quam conscientia erronea repræsentat. Sed non est perplexus, quia, vt dictum est, potest, & tenetur talem conscientiam deponere, & aliunde syllogizare, diuersimode tamen ligat conscientia recta & erronea. Quia recta obligat simpliciter in omnem euentum. Erronea vero secundum quid; & per accidens, scilicet ipsa durante, & non in omnem euentum, quia vt dictum est, potest illam deponere. Tertium officium conscientiæ; est murmurare, reprehendere, & accusare, seu excusare. Hoc officium tangit Apostolus postquam dixit. Testimonium reddente illis conscientia subdit. Et inter se inuicem cogitationibus accusantibus & defendentibus. Argumentatur enim conscientia hoc modo Q. uicunque fecit contra præceptum Dei, miser est, & dignus pœna æterna, sed tu fecisti, igitur &c. Item quicunque inuincibiliter ignorans malum fecit, est dignus venia. Sed tu inuincibiliter ignorans fecisti, ergo dignus es, venia, & ideo propter hoc non damnaberis.

Conscientiæ ligamen unde procedit. De veri. q. 17. ar. 4

Rom. 2.

Ver. 10 De Habitibus Intellectus Practici. D

Ars quid sit,

Res factibiles.

Ars mechanica quid.

Artes mechanicæ sunt septem

IN intellectu practico ponuntur alii habitus acquisiti, vel infusi. Acquisiti sunt, 46 ars & prudentia. Ars est recta ratio, siue conceptio rerum a nobis factibilium. Res factibiles dicuntur, quæ fiunt per actionem transeuntem in exteriorem materiam, vt domus, gladius, quæ fiunt per artem domificandi & fabricandi. Circa factibilia intellectus practicus diuersas artes adinuenit, circa quas contingit homines habituari, & prompte ac delectabiliter operari. Huiusmodi artes circa res factibiles dicuntur mechanicæ; quia faciunt intellectum mœchari; hoc est intendere operationi minus vtili, relicta propria operatione, quæ est speculatio, cum intellectus sit principaliter creatus ad spiritualia contemplanda: Vnde D. Aug. dicit. Deus creauit hominem vt summum bonum intelligeret, &c. Artes mœcanicæ communiter ponuntur septem, quæ his versibus continentur. Lana, nemus, miles, nauigatio, rus, medicina, his ars fabrilis connumerari potest. sub qualibet illarum plures continentur. Pistoria vero sub Medicina. Pictoria autem & ars scribendi sub fabrili, sed de his hactenus. Parum enim deseruiunt proposito nostro, quum non sint virtutes, vt pote se habentes ad bonum & malum. Prudentia vero (quæ est ratio agibilium, hoc est, operationum immanentium, quæ non transeunt in exteriorem materiam) est virtus, ideo de ea ac aliis dicendum est.

Ver. 11. De Diuisione, Distinctione, et subiecto Virtutum.

Virtutis diuisiones.

CVM virtus sit habitus bonus, consequens est, quod secundum diuisionem & distinctionem habituum bonorum, diuidantur & distinguantur virtutes. Habitus autem prima sui diuisione diuiditur in habitus intellectuales, & appetitiuos, siue morales. Sic etiam virtutes quædam sunt intellectuales, quædam morales Intellectuales dicuntur, quæ subiectantur in intellectu. Et hæ sunt in duplici differentia; Quædam enim sunt speculatiuæ, quæ sistunt in cognitione & contemplatione ueritatis, non ordinando illam ad praxim, siue ad operationem, ideo dicuntur contemplatiuæ, vt intellectus, sapiencia & scientia. Ex quibus vna a principio indita, & indelebilis est. s. intellectus principiorum Sapientia E 46

verò & scientia sunt acquisitæ & delebiles per actus & habitus oppositos, scilicet per errores, & hæ subiectiuantur in intellectu speculatiuo. Quædam verò sunt practicæ, hoc est operatiuæ, ordinantes cognitionem ad operationem immanentem, vt synderesis & prudentia, quarum prima est naturalis & indelebilis, & principium primum omnium virtutum moralium. Prudentia verò cum partibus suis est acquisita, & deleri potest per vitia opposita. Hæ duæ subiectiuantur in intellectu practico. Virtus verò appetitiua siue moralis secundum Philosophum, est habitus electiuus in medietate consistens, prout sapiens determinabit. Et hæc perficit appetitum rationalem, vel sensitiuum. Et quia tres sunt appetitus in homine, scilicet voluntas, appetitus concupiscibilis, & irascibilis, ideo virtutes morales ad tria genera virtutum reducuntur. Iustitia cum partibus suis perficit voluntatem & subiectiuatur in ea. Fortitudo cum partibus suis perficit appetitum irascibilem, & subiectiuatur in eo. Temperantia verò perficit appetitum concupiscibilem, & subiectiuatur in eo. Diuiditur etiam virtus in tota sui communitate, in virtutem perfectam & imperfectam. Virtus perfecta secundum Philos. est quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Et D. August. definiens virtutem, dicit: Virtus est bona qualitas mentis (accipiendo mentem pro anima, cum potentiis eius, etiam sensitiuis, & non proprie pro intellectu aut voluntate) qua recte viuitur, & qua nullus male vtitur. s. efficitiuè, qua obiectiuè quis virtutibus male vti potest, quando de illis quis superbit. Vnde idem August. in Regula: Superbia verò bonis operibus insidiatur, vt pereant. Virtus verò imperfecta est, quæ inclinat ad actum bonũ, sed non facit, neque reddit bonum habentem, saltem simpliciter, licet bene secundum quid; Et tales sunt virtutes intellectuales speculatiuæ, & omnes artes mechanicæ. Non enim omnis bonus clericus, vel artifex est bonus vir simpliciter. Restat ergo quod solum sint quatuor propriæ, & perfectæ virtutes acquisitæ. s. prudentia, iustitia, fortitudo, & temperantia. Prudentia differt ab aliis tribus, primo quia subiectiuatur in intellectu, qui est nobilior potentia. Aliæ verò subiectiuantur in appetitu. Secundo dignitate, quia dirigit alias ideo dicitur moralis directiuè, & auriga virtutum, essentialiter autem est virtus intellectualis. Et quia aliæ tres diriguntur a prudentia, ideò aliquando dicuntur intellectuales participatiuè. Iustitia post prudentiam cæteris nobilior est, quia in nobiliori subiecto. s. voluntate, aliæ autẽ duæ in appetitu sensitiuo. Differt etiam ab aliis obiectiuè, quia iustitia est circa operationes, quæ sunt ad alterum. Fortitudo verò & temperantia sunt circa passiones in ordine ad seipsum. Post iustitiam fortitudo excellit, quia est circa passiones irascibilis, quæ sunt circa arduas: temperantia vero circa passiones appetitus concupiscibilis, qui non versatur circa aut difficilia. D. Ambros. perfectionem harum quatuor virtutum considerans vocat eas Cardinales, hoc est principales. s. inter acquisitas & non infusas, quia illæ excellunt ratione causæ & finis. Virtutes infusæ dicuntur, quæ virtute naturali acquiri non possunt, excedunt n. capacitatem naturalem, sed a Deo infunduntur, & ordinant hominem in finem supernaturalem, & diuiduntur, quia quædam sunt theologicæ, hoc est quæ habent Deum pro obiecto & sunt tres. s. fides, quæ est in intellectu spes & charitas in voluntate, maior autem horum est charitas. Morales infusæ sunt quatuor, quæ eodem modo nominantur, subiectiuantur, & distinguuntur, sicut quatuor cardinales acquisitæ, a quibus differunt, quia ordinant obiecta in finem super naturalem de his, ergo per ordinem dicendum est.

2. Ethi. Virtutes morales, quæ, et quot sunt.

Virtus perfecta quid. 1. Ethi. In lib. de liber. ar. Virtus imperfecta quid.

Prudentia aliis virtutibus nobilior quõ differt ab eis.

Iustitia differt ab aliis virtutibus. Fortitudo differt ab alijs virtutibus. 1.

Virtus cardinalis q̃d. Virtus infusa definitur & diuiditur. Virtus theologica quid. 1. Cor. 13.

DE PRVDENTIA

CAP. IIII.

1. Cor. 11. 22. q. 47. PRVDENTIA est recta ratio agibilium, hoc est virtus inclinans & dirigens A actiones immanentes, quæ subiectiue in operante, & non trafeunt in exteriorem 47 materiam vel sitranseunt, non considerãtur, prout transeũt, sed secundum, quòd oriu tur & procedunt ab agente, & sic obiectum prudentiæ est agibile humanũ, per quod differt a virtutibus speculatiuus, et actibus qui sunt circa factibilia, vt dictum est.

Ver. 1. *De his quæ prudentia moderatur.*

Actus & officia intellectus practici. Finis duplex. Ioan. 17. INTELLECTVS practicus circa humanas, & particulares operationes pro B prias habet plures actus. Primus est præstituere seu ostendere finem. Ad cuius cui 47 dentiam sciendum est, quòd finis hominis est duplex f vltimus, & non vltimus. Finis vltimus dicitur, qui non ordinatur in alium finem & hic est duplex, vt dicit Phil. 5. Metha scilicet finis cuius, & finis quo. Finis cuius est res in qua ratio summi boni inuenitur, & talis est solus Deus. Finis quo dicitur id quod mediante homo attingit vltimum finem scilicet Deum, & est actus intellectus, scilicet visio, & cogni tio dei clara, per quam intellectus speculatiuus immediate attingit finem, & coniungitur illi vnde Christus, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Ad finem vltimum omnes alii fines debent ordinari. Finis non vltimus est, qui terminat actum voluntatis, siue propinquus, siue distans magis, ac magis secundum diuersitatem materiæ & approximationem ad vltimum finem. Omnis talis dicitur finis, inquantum terminat actum voluntatis, inquantum verò ordinatur in vlteriorem finem dicitur medium, & sic non inconuenit quòd idem sit finis & medium respectu diuersorum A Eger pro fine habet sanitatem, ad illam consequendam pro mediis habet abstinentiam, vel potionem amaram, aut aliquid huiusmodi, & quia sanitatem ordinat ad cultum dei, vel subuentionem proximi, ideo secundum hanc ordinationem sanitas, quæ primò erat finis, efficitur medium, quo melius, & facilius possit intendere diuinis, aut subuentioni pauperum. Et sic cultus dei, & subuentio proximi, dicitur finis, & sic cõsequẽter. Intellectus igitur practicus habet primo præstituere siue ostendere finẽ vltimum prosequendum, & non solum illum, sed ẽt fines intermedios, ad quos virtutes morales ordinantur. Vnde D. Thomas dicit, quod prudentia non solum dirigit
1. 2. q. 66. ar. 3. ad 3 virtutes morales in eligendo ea, quæ sunt ad finem; sed etiam in præstituendo finẽ. Finis autem cuiuslibet virtutis moralis est attingere medium in propria materia, quod medium determinatur secundum rectam rationem prudentiæ, vt dicitur in 2. & 6. Ethic. & sit prudentia habet ostendere iustitiæ finem suum, quod est reddere vnicuique quod suum est, pro loco & tempore, sed præstituere finem remotum perti net ad finderesim.

§. 1 *De Actibus prudentiæ circa media.*

1. 2. q. 47. CIRCA media Intellectus practicus habet plures actus, circa quos potest ha C bituari & determinari. Illi habitus, & determinationes dicuntur virtutes, quæ 47 reducuntur ad prudentiam, circa media quæ futura sunt, est prouidentia, quæ importat respectum quendam alicuius distantis, ad ea, quæ de præsenti occurrunt & ordinanda sunt ad finem, & hæc prouidentia est principalis pars prudentiæ, quum sit circa magis difficilia, vtpote a cognitione nostra remota, & quę multipliciter variari, mutari, & contingere possunt. D Thom. ponit tres actus circa media. Primus actus est inquirere media, & consiliari de illis. Præstituto enim fine aliquo, si voluntas acceptat, acceptando mouet intellectum ad quærendum medium, vel me-

vel media, & comparandum ea ad inuicem. si sint plura, & inquirendum quod illorum habet maiores commoditates, & quum circa talem inquisitionem & cōsiliationem possit habituari, habitus ille est virtus quæ vocatur a Philoso. Eubolia, quæ est bene consiliatiua.

Ver. 1. *De Secundo actu Prudentię.*

D SECVNDVS actus circa media est bene iudicare de mediis. Facta igitur in-
47 quisitione & comparatione aut collatione mediorum, cessat inquisitio & actus Eubolię, Tūc iudicandum est de illis. Ad bene iudicandum ponit Philos. duas uirtutes, propter diuersos actus occurrentes. Aliqui enim bene iudicant de communibus, secū dum quod sunt lege aliqua determinata, qui non bene iudicant in casu nouo emergē ti, in quo deficit lex. Non enim potest legislator omnia præuidere & exprimere. Plura enim occurrunt negotia, quam vocabula. Ad iudicandum secundum communem legem ponitur Sinesis, & ad iudicandum in his in quibus deficit lex communis, ponitur una alia virtus, quæ dicitur Gnomin. Notandum tamen quod licet inquisitio & iudicium de mediis pertineant proprie ad intellectum speculatiuum, quia tamen ordinantur ad operationem, attribuuntur intellectui practico. Et ideo Eubolia, Sinesis, & Gnomin pertinent ad intellectum practicum & prudentiam.

Ver. 2. *De Impero Rationis.*

E TERTIVS & principalis actus intellectus practici, est præcipere, & impera-
47 re, siue exequi. Facta enim inquisitione & collatione de mediis, & habito iudicio de illis, frustra esset inquisitio, nisi executioni demandaretur, Vnde Iuristæ dicunt. Frustra est iura condere, nisi sint qui ea executioni demandent. Aliqui enim sunt bene inquisitiui, consiliatiui, & iudicatiui, qui tamen non sunt executiui, quia in executiōne est maior difficultas, & ideo necesse est quòd ad bene exequendum & imperādum aliquis habituetur, vt possit prompte, faciliter, & delectabiliter, ac immobiliter imperare. habitus ille ex pluribus actibus imperandi acquisitus ad hoc inclinans, dicitur prudentia. Cuius actus essentialis ad quem ordinatur, est præcipere & imperare, qui sequitur electionem vel consensum, vt dictum est, ex cuius virtute necessitate voluntatem ad mouendum potentiam motiuam, siue executiuam ad ponendum actū in exterioribus agendis. Nec obstat quòd voluntas est domina potentiarum, & per cōsequens non potest ab aliis necessitari. Quia, vt dictum est, intellectus non necessitat voluntatem in virtute propria, sed voluntatis, & sic proprie uoluntas necessitat seipsam. Quia, vt dictum est, actus voluntatis & intellectus possunt supra se inuicem ferri. Intellectus enim ratiocinatur de volendo, & voluntas vult intellectum ratiocinari de actu suo. Et aliquando contingit quòd actus intellectus siue rationis præuenit actum voluntatis, sicut cum præsentat & ostendit finem, & aliquando actus voluntatis præuenit actum intellectus. scilicet cum offenso fine voluntas mouet intellectum ad quærenda media, & consiliandum de illis. In illa præuentione actuum virtute prioris actus remanet, in voluntate vis mouendi intellectum ad media perquirenda. Quibus præsentati, si non est nisi vnum, voluntas consentit, si duo, eligit. Ex vt illius consensus siue electionis, si sit efficax, intellectus mouetur a voluntate ad intimandum et denuntiandum voluntati, hoc est tibi faciendum, fac igitur hoc. Ille actus intellectus denunciatiuus, siue intimatiuus, & præceptiuus, vocatur imperium, quod sic potest definiri, imperium est actus rationis ordinantis et mouentis, ac necessitantis voluntatem ad aliquod particulare faciendum, supposito actu ipsius voluntatis, scilicet consensu uel electione efficaci, in cuius uirtute ratio mouet voluntatem ad exercitium actus, & necessitat eam. Et quando tale imperium est conueniens regulis & legibus datis rationi, tunc per multiplicationem & frequentationē causat habitum qui dicitur prudentia. Et quando est dissonum regulis prædictis, causat habitum oppositum, qui dicitur imprudentia.

Prudentia quid.

Actus prudentiæ. 1.2. q. 17. art. 1.

Imperium quid.

§. 2.

§. 2 *De Partibus integralibus Prudentiæ.*

2.2. q. 48. art. 1. PARTES prudentiæ sunt triplices, scilicet integrales subiectiuæ, & potentiales. Partes integrales sic se habent ad perfectum actum prudentiæ, sicut partes integrales domus ad ipsam. Partes integrales domus sunt, fundamentum, parietes, & tectum, sine quibus domus perfecta non est. Sic octo requiruntur ad hoc quod quis perfecte prudenter agat, ergo octo sunt virtutes, quæ dicuntur partes integrales prudentiæ. Primo necessaria est Memoria, quæ est cognitio præteritorum, ex quibus aliquid concludit circa futura. cum ex pluribus experimentis fiat vnum vniuersale, vt habetur in 1. Metha. Secundo requiritur intelligentia, quæ accipitur hic pro cognitione præsentium necessariorum, vel contingentium, quia omnis deductio rationis ex aliquibus procedit. Tertio requiritur Docilitas, qua quis fit disciplinæ susceptiuus, vt rectam opinionem requirat ab aliis. Vnde Philosophus 6. Ethi. dicit, quod opportet attendere expertorum, seniorum, & prudentium denuntiationibus & opinionibus, non minus quam demonstrationibus. quum circa particularia agibilia sint penè infinitæ diuersitates, quæ ab vno homine non possunt sufficienter considerari, nec per modicum tempus, sed per temporis diuturnitatem adipisci. Vnde Prouer. 3. dicitur: Ne innitaris prudentiæ tuæ. Et Ecclesiast. 6 In multitudine presbyterorum, hoc est seniorum & prudentium sta, & sapientiæ illorum coniungere. Quarto requiritur quod sit inuentiuus, & quod bene coniecturet. Et ad hoc ponitur Eustochia, quæ est bona coniecturatio, siue æstimatio ex quibusdam mediis communibus. Huius autem pars, vt dicitur 6. Ethi. dicitur Solertia, quæ est quintum requisitum, & est bona, prompta, & facilis coniecturatio medii, siue adinueniendi media in agibilibus. Vnde Solertia est habitus, per quem ex repentino inuenimus quod congruit, quando. s. ex improuiso occurit aliquid agendum. Et per hoc differt ab Eustochia, qua quis coniecturatur in communibus, in quibus, vt dicitur. 6 Ethic. oportet omnia consiliari tarde, & non velociter. Sexto requiritur quod sit bene ratiocinatiuus. s. quod ordinet aliquid accommodate in finem & ad hoc ponitur vna virtus, quæ dicitur Ratio, vel Ratiocinatio. & pertinet ad prouidentiam, quæ est circa futura. Septimo requiritur, vt attendat circunstantias negocii, prout quando, quantum, ubi, & secundum quod oportet. Contingit enim aliquid secundum se considera tum esse bonum, & conueniens fini, sicut ostendere signa amoris, tamen ex aliquibus circunstantiis erit inconueniens. s. si contingat in animo illius superbia, vel suspitio adulationis. & ad hoc ponitur Circunspectio. Octauo requiritur quod vitet impedimenta, quia sicut veris potest admisceri falsum, ita & malum potest admisceri bono, propter multiformitatem operabilium, in quibus bona plerunque impediuntur a malis. Et ad hoc ponitur cautio, de qua Ephe. 5. Videte quomodo cautè ambuletis. Ex præmissis apparet quod ad perfectum actum prudentiæ (qui dicitur perfectus, quando prompte, faciliter, & delectabiliter, ac immobiliter in omni materia, casu, & euentu fit) requiritur quod homo sit dispositus octo habitibus, quos vocamus virtutes, partes integrales prudentiæ.

Ad pruden ter agendũ 8. necessaria. *Memoria quid sit.* *Intelligentia quid.* *Docilitas.* *Eustochia quid sit.* *Solertia quid.* *Ephe 5.* *Actus prudentiæ quomodo perfectus fiat.*

F 47

Vtr. 1. *De partibus subiectiuæ prudentiæ.*

2.2. q 50. PARTES subiectiuę prudentię sunt species eius, & secundum hoc vna specie dicitur Prudẽtia, qua quis regit seipsum, Alia species est qua quis regit multitudinẽ. & istæ duæ prudentiæ differunt. Aliqui. n sunt qui bene regunt seipsos, qui non bene regunt familiam, ciuitatem, aut regnum. Et iterum prudentia regitiua multitudinis diuiditur in diuersas species, secundũ quod reperiuntur diuersæ species multitudinis. Multitudo enim est collectio aliquorum in vnum finem. Et sic aliqua est multitudo ordinata ad aliquod speciale negotium, & ad tempus, sicut multitudo militum ad pugnandum, quorum regula est prudentia militaris. Alia est ordinata ad totam, vitam, sicut multitudo vnius domus vel familiæ, cuius regula est prudentia Oeconomica Quædam vero est multitudo vnius ciuitatis. Alia vnius prouinciæ. Alia vnius regni, cuius regula dicitur prudẽtia regitiua siue regnatiua in principe, et in subditis dicitur prudentia politica. Ex his apparet quod multæ sunt spẽs prudentiæ,

Prudentia multiplex. *Multitudo quid et quã uaria.* *Prudentiæ species diuersæ.* *Regimen multiplex.*

G 48

tiæ.s.sui ipsius absq; cohabitatione hominum, quæ dicitur eremitica, & alia cũ cohabitatione aliorum, & hæc est multiplex.s.domestica, œconomica, vici, pagi, ciuitatis prouinciæ, regni, & monarchia, hoc est totius mundi. Quantum ad regitiuam pro terminorum declaratione notandum, quòd multiplex est regimen, quoddam est despoticum, quo reguntur serui, & animalia, quæ sunt instrumenta animata hominis, quibus non licet, neq; possunt cõtradicere, & hoc regimen est in utilitaté ipsius regentis, quia quicquid acquirit animal uel seruus, acquirit domino. Hoc regimen inter homines liberos dicitur tyrannicum, quando vnus vel pures regunt siue gubernant alios ad suam, & non ad subditorum utilitatem est regimen tyrannicum Aliud est regimé paternum siue liberorum. qui reguntur ad utilitatem ipsorum subditorum & quibus aliquando licet contradicere. Et diuiditur hoc regimen paternum siue liberorum, in regale & politicum Regimen regale est regimen vnius, quando unus solus regit regnum magnum uel paruum. Politicum vero est regimen plurium. Et quia diuersimode plures possunt regere, ideo regimen politicum diuiditur in regimen Aristocraticum, & Tymocraticum Regimen Aristocraticum est regimen paucorum.s.quando fit per paucos & prudentes, ut olim in urbe Romana, expulsis regibus per duos consules & dictatorem regebantur Romani. Regimen uero Tymocraticum est regimen plurium seu multorum quando.s.per multos ueluti consules dictatores, senatores, & tribunos in vrbe Roma processu temporis factum fuit vsque ad tempus Iulii Cæsaris. Qui prostratis hostibus s. Pompeio, & filiis eius occisis, subiugatoq; orbe sibi assumpsit dominium, & monarchiam, conuertitq. regimen politicum in despoticum siue tyrannicum, in contemptum senatorum. Ex quo prouocati maiores vrbis, ipsum in cap 24 pugionibus perforauerunt, authoribus Bruto & Cassio, plurimoque senatu, prout refert D.Thom. Diuiditur etiam regimen regale, in sacerdotale siue spirituale, & imperiale siue temporale, & in regimé mixtum siue compositum ex iis. Regimen sacerdotale siue spirituale est quod ad cultum dei, ordinatur regimen vero imperiale siue temporale est quod ad bonum temporale, & pacificum conuictum temporalem ordinatur. Mixtum vero vel cõpositum, quod comprehendit vtrunque sicut regimen Christi, qui fuit sacerdos, & rex regum, qui post resurrectionem suam dixit Mat. vltimo, Data est mihi omnis potestas, &c. Tale regimen D Tho 4 lib. de regimine principium, attribuit summo pontifici, Christi vicario qui plura desiderat videre circa huiusmodi regimina, videat Aristotelem in 8.lib Polit. & D.Tho. in quatuor libris de regimine principum, vbi dicit quod rector multitudinis debet intédere, vt pacis vnitatem, & subditorum vtilitatem procuret. Et quòd sicut regimé regis est optimum, ita tyranni pessimum Et quemadmodum in regimine iusto quando regens est magis vnus, tanto regimen vtilius. Sic econuerso in tyrannide quanto regens est magis vnus, tanto regimen est magis noxium. Et quòd regimen illud est peius, quod habet maius periculum dominantis, licet aliquando sit bonum, regimen monarchicum conuerti in Aristocraticum, & econuerso Et an in regimine politico bonum sic rectores perpetuari, D.Thomas rationes hinc inde adducit. Ex præmissis resultat, quod partes subiectiuæ prudentiæ sunt multiplices, reducũtur tamen ad quatuor, scilicet eremiticam, œconomicam, politicam, & regalem.

Regimen despoticum. *Regimen tyrannicũ.* *Regimen paternum.* *Regimen regale et politicum.* *Regimen Aristocraticum, & Timocraticum.*

Iulius Cæsar in capitolio pugionibus perfossus.

4.li. de Regimine principum ca. 1. *Regimen sacerdotale imperiale siue temporale & mixtũ.*

4.de Regi. prin cap 4. *prudentiæ partes ad 4 reducuntur* *2.2 q. 51.*

Ver. 2. *De partibus potentialibus Prudentiæ.*

A PARTES potentiales prudentiæ sunt, quæ ordinantur ad aliquos secundarios 46 actus, siue materias, quasi non habentes totam potentiam principalis virtutis, sicut potentiæ naturales animę non habent totam virtutem ipsius animæ & sic sunt tres, Eubolia, Synesis & Gnomin. Prudentia vero est circa principalem actum, qui est præcipere. Est præmissis apparet concordia multorum Philosophorum & Theologorum, qui diuersimode assignauerunt partes prudentiæ. Patet etiam quomodo prudentia complectitur sexdecim virtutes, octo, quæ sunt partes integrales quatuor quæ sunt partes subiectiuæ, & tres, quæ sunt partes potentiales, & ipsa, quæ est circa principalem actum.

1.2.q. 53. art. 1. et 2. — Imprudentia duobus modis sumitur.

§ 3. *De uitiis oppositis prudentiæ.*

PRVDENTIAE opponitur imprudentia Et quia prudentia includit plures partes & virtutes, ita ad imprudentiam reducũtur multa vitia, quæ sunt opposita partibus prudentiæ. Aduertendũ tamen quod imprudentia dupliciter accipitur, primo priuatiue, & tunc imprudentia est carentia siue defectus prudentiæ ad quamquis aptus natus est, & eam debet habere, & secundum hoc siue hoc modo reducicitur peccatum negligentiæ, quæ est speciale peccatum quod opponitur solicitudini, quæ est specialis actus rationis. Alio modo accipitur imprudentia positiue, hoc est, pro actu opposito prudentiæ, puta quando imprudens spernit inquisitionem, consilium iudicium & præceptum, & habet actus oppositos s. malam inquisitionem, quia inquirit de malis mediis ad actum malum, consiliatur de illis, iudicat, & præcipit, & hoc modo habet tot vitia, quot prudentia habet partes integrales. Notandum tamen quod imprudentia, si accipiatur large, prout (dicitur iudicium practicum, erroneum agendis, aut fugiendis inuenitur in omnibus peccatis quia omnis malus imprudẽs, & in omni actu malo est iudicium erroneum. Si vero accipiatur pro iudicio erroneo contrario iis, quæ pertinent ad prudentiam, & partes eius, sicut imprudentia est speciale peccatum, sicut prudentia est specialis virtus, & sicut dictum est, sunt tot vitia quot partes imprudentiæ, imo plura, quia vni virtuti plura vitia opponuntur. Bonũ .n vt dictum est ex D. Dion est ex integra causa, & malum ex singularibus defectibus de aliquibus tamen communioribus dicendum est. B 48

Imprudẽtia omnium peccatorum comes.

1.2.q. 53. art. 3. — *Præcipitatio realis, quæ.*

Ver. 1. *De Præcipitatione.*

PRAECIPITATIO est peccatum prudentiæ oppositum, quo ad partes integrales, & habet quandam similitudinem cum præcipitatione reali, quæ nil aliud est, quam descensus subitus absque gradibus, quando aliquis subito impellitur a summo vsque ad profundum, Sic proportionabiliter imprudentia, ratio est summum, operatio exercita est infimum, gradus medii per quos descendendum est ad bene consiliandum, sunt memoria præteritorum, intelligentia præsentium, solertia, & reliquæ partes prædictæ. Si quis ergo per imperium voluntatis, vel impulsum passionis feratur in operationem sine aliquo predictorum, dicitur præcipitatio, quæ est nouerca virtutum. C 48

2.2.q. 53. art. 4. — *Incõstãtia opponitur prudentia.*

Ver. 2. *De inconsideratione.*

ALIVD peccatum contra prudentiam est inconsideratio, quando aliquis in recte cogitando deficit ex hoc quod contemnit vel negligit (data opportunitate) attendere ad ea ex quibus rectum iudicium procedit, Aliud peccatum prudentiæ oppositũ est Inconstantia, quæ nil aliud est, quam recessus & desistentia a bono proposito, & licet ad vim appetitiuam pertineat tamen attribuitur intellectui quantum ad consummationem. Quia nemo desistit a bono proposito, nisi propter aliquid quod sibi inordinate placet, & sic ratio fallitur in hoc, quod repudiat id quod recte acceptauerat, & ideo si non resistit impulsui passionis, hoc est ex debilitate ipsius, qui non se tenet firmiter in proposito concepto. Resultat ergo quod sicut præcipitatio est ex defectu circa actũ consilii, ita inconsideratio circa actum iudicii, & inconstanti, circa actum præcepti Prædicta autem tria vitia secundum D. Gregorium, oriuntur ex luxuria, quia secundum Philos. 6. Eth Delectatio maxime corrumpit existimationem prudẽtiæ, & præcipue delectatio venereorum, quæ totam animam absorbet, & trahit ad sensibilium delectationem, in cuius abstractione consistit perfectio prudentiæ. D 48

31. Mora. 6. Eth.

Ver. 3. *De Negligentia.*

NEGLIGENTIA proprie importat defectũ debitæ solicitudinis siue diligẽtiæ, & quia omnis defectus actus debiti habet rationem peccati, sequitur quod negligentia sit peccatum, speciale eo modo quo solicito est virtus specialis. Nec obstat quod negligentia inueniatur in pluribus peccatis, quia non est speciale peccatum ratione materiæ, sed habet specialitatẽ actus se extendentis ad omnia vitia, quæ sunt circa actum rationis, quæ se extendit ad quamlibet virtutem moralem Et quum solicito E 48

2.2.q. 54. artic. 1.

citudo sit specialis actus rationis, & pars prudentiæ, vt dictum est, ideo negligentia est speciale peccatum oppositum prudentiæ. Vnde Eccl 20. dicitur Lasciuus, & imprudens non obseruant tempus, sed non obseruare tempus pertinet ad negligentiam, igitur, &c: Et differt a pigritia, & torpore, quia negligentia consistit in defectu interioris actus. Pigritia autem & torpor pertinent ad executionem. Ita tamen quod pigritia importat tarditatem ad exequendum, torpor verò remissionem quandam in ipsa executione. Et ideo conuenienter torpor ex acedia oritur, quia. Acedia est tristitia aggrauans, hoc est, impediens animum ab operando. Differt etiam à peccato omissionis, sicut causa ab effectu. Quia omissio pertinet ad exteriorem actum debitum, & ideo opponitur iustitiæ, & est effectus negligentiæ, sicut etiam executio iusti operis est effectus rationis. Et quanuis timor Dei faciat vitare negligentiam, secundum illud Salomonis, per timorem Domini declinat omnis à malo non tamen ita quod negligentia timore opponatur, sed inquantum timor excitat hominem ad actus rationis, vnde timor facit consiliatiuos: Est autem negligentia peccatum mortale, quando per eam prætermittitur id quod est de necessitate salutis, siue sit actus siue circunstantia, ac etiam si in tantum sit remissa circa ea quæ sunt Dei, vt totaliter à charitate deficiat. Et hoc contingit quando neglientia prouenit ex contemptu. Sic intelligitur illud Prou. 19. Qui negligit viam suam, mortificabitur. Et illud Hier. 48. Maledictus qui facit opus Dei negligenter. Si verò negligentia sit in prætermissionem alicuius actus, vel circunstantiæ, quæ non sit de necessitate salutis, nec hoc fiat ex contemptu, sed ex aliquo defectu feruoris, qui interdum impeditur per aliquod peccatum veniale, non est peccatum mortale, sed veniale.

[margin: B d. 10. — Prou. 15. — Negligentia quando sit peccatum mortale. — Prou. 19. — Hier. 48.]

Ver. 4. *De Prudentia Carnis.*

F SVNT Etiam aliqua peccata opposito prudentiæ, quæ habent aliquam similitudinem cum ea Primum est Prudentia Carnis Quia sicut prudētia dirigit circa ea 49 quæ sunt ad finem totius vitæ, qui est beatitudo, ita prudentia carnis dirigit bona carnis, quæ habet pro vltimo suæ vitæ fine, ideo circa finem suum seruat regulas prudentiæ, de hac Christus Filii huius seculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua, hoc est prudentes sunt ad faciendum mala, & quærunt media, & consiliatur de eis vt possint venire ad intentum suum, bona autem facere nescierunt; Quod aūt prudentia carnis sit peccatum patet, quia quis per eam inimicus Dei constituitur, iuxta illud Rom 8 Prudētia carnis inimica est Deo. Et Sap. 14. Simul odio sūt Deo impius & impietas eius. de hac prudentia carnis D. Iaco. ait. Nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem, non est enim ista sapiētia de sursum descendens, sed terrena, animalis, & diabolica, diabolus enim tentat de gloria, cupiditate, gula ac luxuria. Ideo quo ad gloriam dicitur diabolica, quod ad bona huius seculi, dicitur terrena, quo ad gulam & luxuriam, dicitur animalis siue carnis.

[margin: 2. 2. q. 55. ar. 1. & 2. — Luc. 16. — Rom. 8. — Sap. 14. — Iaco. 3.]

Ver. 5 *De Astutia.*

A ALIVD Peccatum simile prudentiæ dicitur Astutia, & hoc est, quando ali-46 quis ad consequendum finem excogitat simulatas & apparentes, & non veras vias, et media, & est peccatum, etiam si finis sit bonus, quia non solum bona sunt facienda, sed et bene & medio debito ac licito. De hac Apo. Abdicamus occulta dedecoris (hoc est ea quæ hominem turpem & dedecorosum faciunt) & omnem immunditiā, non ambulantes in astutia (hoc est simulationem & hypocrisi) neque adulterantes verbum Dei. Quod dupliciter fieri potest. Primo permiscendo doctrinæ Christi falsam & simulatam doctrinam. Secundum prædicando propter lucrum aut gloriam propriā & non propter Deum, his duobus modis sunt astuti hæretici, & adulterantur verbum Dei.

[margin: 2. 2. q. 55. artic. 3. — 2. Cor. 4. verbum dei dupliciter adulteratur]

Ver 6. *De Dolo*

B ALIVD Peccatum est dolus, qui importat executionem astutiæ, siue sit ver 46 bo siue facto. Et fraus importat etiam executionem astutiæ, secundum quod fit per facta. Et sic dolus est superius ad fraudem.

[margin: 2. 2. q. 55 artic. 5.]

2.2.q.55. Ver.7. *De Solicitudine.*

art.6.et.7. ALIVD Peccatum oppositum prudentiæ (licet videatur simile illi) est Solicitudo quæ importat superfluum studium ex timore deficiendi, & ex diffidentia prouueniens ad procuranda temporalia, propter, quæ homo retrahitur a spiritualibus, quibus homo principalius debet inseruire. de hac Christus. Nolite soliciti esse, dicentes, quid manducabimus?&c. Vbi D Hiero. dicit, Labor quidem exercendus est, solicitudo (siue timor deficiendi & diffidentia) tollenda, alias esset tentare Deum. Quatuor vltima peccata (secundum D. Greg. 31. Moralium) oriuntur ex auaritia. Ex præmissis apparet quod sunt octo vitia & peccata nominata, opposita prudentiæ, alia vel sunt innominata, vel ad ista reducuntur.

C 49

Matt. 6.

30. Mora.

§.4. *De præceptis prudentiæ:*

2.2.q.59. CIRCA Præcepta prudentiæ, notandum quod quum præcepta decalogi sint circa fines humanæ vitæ, & prudentia non sit circa finem, sed circa ea, quæ sunt ad finem, siue media non fuit conueniens quod in decalogo ponerentur præcepta ad prudentiam pertinentia. Et quamuis prudentia sit principalior virtus iustitia, quia tamen iustitia respicit rationem debiti, ideo in decalogo ponuntur præcepta ad iustitiam pertinentia, licet omnia decalogi præcepta quodam modo pertineat ad prudentiam, secundum quod ipsa est directiua omniũ virtuosorum actuum. Sed quia omnis doctrina veteris testamenti ordinabatur ad præcepta decalogi sicut ad finem, prout concludit Malach. vlt. Cap. dicens, Mementote legis Moysi serui mei, quã mandaui in Oreb. Ideo conueniens fuit quod in aliis documentis veteris testamenti, legem concernentibus homines inducerentur & instruerentur de prudentia, & de actibus eius præcepta darentur. Specialiter hoc fit in lib. Salamonis. Vnde in Prou. hortatur ad intelligenda verba prudentiæ. &. 2. Cap. dicit consilium custodiet te, & prudentia seruabit te, vt eruaris a via mala &. 3. cap. Ne innitaris prudentiæ tuæ. &. 4. Cap. Palpebræ præcedant gressus tuos. &. Cap. 7. Prudentiam voca amicam tuã & 9 Cap. Relinquite infantiam, & ambulate per vias prudentiæ. &. 10. Qui moderatur labia sua, prudentissimus est &. 16. Cap. Acquire prudentiam, quia preciosior est argento, &. Cap. 19. Custos prudentiæ inueniet bona, & Cap. 23. Prudentiæ tuæ pone modum & Eccl. 22. Vbi multa consilia, ibi salus & Eccl 32. Fili, sine cõsilio nihil facias, & post factum non pœnitebis Et in aliis innumeris passibus.

D 49

Mala. vlt.

Prou. 2.

Eccl. 22.

DE VIRTVTIBVS MORALIBVS

CAP. V.

1.2. q.64. VIRTVS Moralis non dicitur solum a more, hoc est ab assuetudine, quia tunc omnes virtutes essent morales, quod patet esse falsum, quum sit aliqua intellectualis, quæ vnico actu causatur. Sed dicũtur morales, quia sunt in potentiis appetitiuis, ad quas pertinet mouere. Phil. in 2. definit virtutẽ moralẽ, & dicitur, Virtus moralis est habitus electiuus in medietate consistens; hoc est in adæquatione & cõformitate ad suã regulã & mensurã, quæ est ratio, sic quod non excedat neque deficiat. Et quũ inter excessũ, & defectũ medium sit æqualitas, ideo inquantũ passionẽ siue appetitũ reducit ad illam æqualitatem rõnis, dicitur cõsistere in medio Ideo dicit Phi ibi, quod virtus secundum suam substantiam siue essentiam medietas est licet pro materiali sit qualitas siue habitus, pro formali tamen & in esse virtutis est respectus, siue importat respectum mediationis siue æqualitatis & conformitatis ad regulã & mensurã rationis, vt nõ excedat neque deficiat ab ea, quod est mediare. Medium aũt est duplex. s. rationis & rei. Medium rationis, dicitur, quod a rõne constituitur in aliqua materia, puta circa cibũ & potũ, & venerea, audacias, & timores. Et illud

E 49

2. Ethic.

Medium est duplex, scilicet rationis & rei.

hud medium in fortitudine & temperantia, non oportet esse medium rei secundum proportionē arithmeticam vel geometricam, ut .s. tantum pugnet, uel comedat unus quantum alter, quia quod est multum uni, est parum alteri. Quod enim parū fuisset Miloni gyganti multū fuisset Pigmeo, unde dicitur cōmuniter. Respice persōnam, & pone pro duobus. Quū ergo homines diuersimodè se habeant ad passiones, non oportet quòd medium illarum virtutum si medium rei, secundum proportionē quo ad nos ideo Philo. sibi dicit, quòd virtus moralis in medietate consistit quo ad nos, ratione determinata. Sed quia iustitia est circa debitum & operationes quæ sunt ad alterum, ideo medium in ea est medium rei simpliciter, ut, s. quantum quis debet tantum reddat dat enim vnicuique quod debet, non plus nec minus. In habitibus autem speculatiuis, quorum mensura est uerum absolute, medium est conformitas rei ad intellectum, excessus est affirmatio falsa, defectus est negatio falsa. Sed in uirtutibus intellectus practici bonum earum est verum per conformitatem ad appetitum rectum, cuius medium aliquando est quo ad nos, vt in temperantia. & fortitudine, aliquando est etiam rei, vt in virtute iustitiæ. Virtutes autem Theologicæ si comparentur ad regulam diuinam, non habent medium. Nemo enim potest excedere in credendo, uel diligendo Deum. Sed quia debemus opera illarum habere secū dum mensuram conditionis nostræ, ideo per accidens, & ex parte nostra in virtute theologica potest considerari medium, & extrema.

Medium in iustitia est med. um rei.

An uirtutes theologicæ consistãt in medio.

§ 5. *De Iustitia.*

F IVSTITIA (ut dicunt iuristæ) est constans & perpetua voluntas ius suū (hoc
49 est id quod debetur uel debitum) vnicuique tribueris. Hæc definitio uidetur esse de actu. veruntamen quia habitus cognoscuntur per actus, per eam satis datur intelligi quid sit iustitia virtus s. quòd sit habitus inclinans voluntatem ad constanter, faciliter & immobiliter reddendum vnicuique quod ei debetur. Et sic uera ratio iustitiæ consistit in debito fine. s in ratione debiti quod est obiectum eius, & in æqualitate ad alterum Vnde sequitur quòd inter eos, inter quos nihil est debitum neque æqualitas, non est propria ratio iustitiæ. Quum ergo Deo, & parentibus non possumus recompensare æquiualens, neque iustum perfectum reddere, sequitur quod iustitia non est proprie inter nos & Deum ac parentes. Propter hoc est lex diuina non dicitur proprie ius, sed fas, quia uidelicet sufficit Deo, vt impleamus, quod possumus, ut homo quantū potest recompenset, totaliter animā ei subiicens Materia uero siue subiectum iustitiæ sunt actiones, & res exteriores, secūdum quod per eas vnus homo ordinatur ad bonū commune immediate, vel etiam ad bonum particulare personæ Et nō accipimus hic iustitiā pro gratia Dei, quæ iustificat peccatorem, vt habetur Roma. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, nec pro omni bono opere, quòd potest ordinari ad gratiam uel præmium, vt Matth. 6. Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Sed accipitur hic iustitia prout est virtus moralis. Notādum quòd iustitia cōmuniter accepta, est virtus generalis, non per essentiā, cum sic virtus specialis habens specialem materiam. s bonum cōmune uel particulare debitum secundum æqualitatem. Sed est virtus generalis, per imperium & ordinationem, eo quòd moueat & ordinet actus omnium aliarum virtutum in finem suū eo modo quo aliæ virtutes quæ ordinant actus aliarum virtutum in finem suum dicuntur virtutes generales, sicut charitas quæ habet pro obiecto bonum diuinum, & ordinat ac refert actus omnium aliarum virtutum in Deum & religio, quæ habet cultum & honorem Dei pro obiecto, & ordinat actus aliarum virtutum in honorem, & gloriam Dei, iuxta illud, 1. Cor. 10 Omnia in gloriam Dei facite. Ita etiam iustitia ordinat actum aliarum virtutum in bonum commune. & secundum hanc ordinationem omnes aliæ virtutes possunt dici iustitia, non per essentiam, seu prædicationem, sed per participationem, & ordinationem. Et sic actus quo fortis fortiter agit propter bonum commune, est actus duarum virtutum, elicitus, hoc est, immediatè productus a fortitudine, quæ est in appetitu irascibili, & imperatus siue ordinatus a iustitiam in finem suum. Iustitia ergo generaliter, & communiter capta

2.2.q. 58. ar. 1. et. 1. 2

Iustitia definitio.

Iustitiæ ratio in duobus cōsistit, s in ratione debiti, et æqualitate.

Rom. 3.

Matth. 6.

1. Cor. 10.

habet pro obiecto bonum sub ratione debiti, siue illud bonum sit cōmune, siue priuatum & singularium personarum.

Ver. 1. *De prima Diuisione Iustitiæ.* G

1. 2. q. 58. artic. 5. — Iustitia præ clarior, alijs moralibus.

IVSTITIA communiter dicta prima sui diuisione diuiditur in iustitiam generalem, & iustitiam particularē. Iustitia generalis est quæ respicit & habet pro obiecto bonum cōe, vt commune est. iustitia vero particularis habet pro obiecto bonū priuatū vel cōe in ordine ad priuatas personas. Et quia bonum cōmune præminet bono particulari, hinc est quòd iustitia generalis præclarior est inter omnes virtutes morales, ut dicit Philosophus 5. Eth. Et neque est esperus neque lucifer admirabilior. 49

Ver. 2. *De secunda Diuisione Iustitiæ.* H

Iustitia legalis quid.

IVSTITIA generalis diuiditur in iustitiam legalem, & Epichæiam. Iustitia enim legalis respicit obseruantiam legum, quæ habent dirigere ad bonum commune 50 & sic iustitia legalis est virtus qua quis inclinatur ad bonum commune per legum obseruantiam, obtemperando verbis. Epichæia vero respicit bonum commune, etiam prætermissis verbis legis. sequitur enim id quod requirit iustitiæ ratio, & communis vtilitas. Contingit enim aliquando quòd lex vt in pluribus sit iusta, & ad bonum commune, ad quod legislator intendit proficua, & in particulari casu deficiat, non enim legislator præuidere omnes particulares casus, quum sint pene infiniti. Et tunc si lex in aliquo particulari casu occurrente seruetur, erit nociua reipublicæ, vt puta lex de deposito reddendo, siue quòd deposita reddantur, vt in pluribus iustum est. Sed quum accidit quod qui deposuit gladium, repetit quando est in furia, vel si aliquis repetat depositum ad patriæ impugnationem. in his ergo casibus & similibus malum est sequi legem positam, & bonum est prætermissis uerbis legis sequi id quod requirit iustitiæ ratio & communis vtilitas ad hoc ordinatur Epichæia & sic Epichæia est uirtus inclinans ad aliquid faciendum vel omittendum, prætermissis uerbis legis, in casu in quo seruatur principalis intentio legis & legislatoris, quæ est bonum commune. Et ideo Epichæia est superior regula humanorum actuum, & regulans iustitiam legalē. Vnde Cato dicit, quòd ipsæ etiam leges cupiunt. vt iure (hoc est æquitate) regantur. & ideo Epichæia est dignior iustitia legali.

Epichæia. — 2. 2. q. 12. art. 1. et 2. — Epichæia quid sit.

Ver. 3. *De iustitia particulari.* A

1. 2. q. 61. — Iustitia distributiua.

IVSTITIA perticularis diuiditur in iustitiam distributiuam, & in iustitiam 50 commutatiuam, quæ sunt partes subiectiuæ eius. Iustitia distributiuā est virtus inclinans & dirigens hominem erga bonum commune, non simpliciter, sed in ordine ad priuatas personas, per distributionem, secundum conditiones quas personæ habent ad bonum commune. Et quia aliqui malè habent ad bonum commune, turbando uel fraudando communitatem uel personas communitatis, ideo iustitia distribuit eis pœnas, & tormenta, secundum quantitatem delicti, iuxta illud Deut. 25. Secundum mensuram delicti erit & plagarum modus. & Apoc. 18. Quantum se glorificauit, & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Alii uerò sunt qui bene se habent ad bonum commune, ipsum defendendo, promouendo, & augendo, & tales sunt remunerandi muneribus, & honoribus officiis, & beneficiis communitatis, vnusquisque secundum suam virtutem, & conditiones, ac labores, vt in parabola de talentis Matth 25. & Luc. 16. vbi qui magis operatus est, maiorem remunerationem accepit. & hæc iustitia dicitur remuneratiua.

Deut. 25. Apoc. 18. — Mat. 25. Luc. 16.

Ver. 4. *De iustitia Commutatiua.* B

Iustitia cōmutatiuæ definitio.

IVSTITIA cōmutatiua respicit personas particulares, ut particulares sunt, 50 vt in contractibus, & potest sic definiri. Iustitia commutatiua est virtus inclinans hominem ad reddendum debitum particularibus personis, vt particulares sunt Differunt autem in distributiua & commutatiua dupliciter. Primo quia iustitia commutatiua respicit particulares personas, vt particulares sunt, distributiua uerò respicit particulares personas in ordine ad quasdam conditiones, quas habent ad bonum commune siue reipublicæ: Secundo differunt, quia in iustitia cōmutatiua medium attenditur

attenditur secundum proportionem aritmetmeticam, quæ est secun dum parem & æqualem excessum quantitatis ad quantitatem. Sed iustitia commutat iua est secundum æqualem excessum rei ad rem, nullo habito respectu ad co nditionem personarum, vt in venditione tantum detur de re, quantum valet Et si augeatur valor vel æstimatio valoris augetur etiam proportionaliter precium. Ideo si rex emat, tantum debet dare, quantum plebeius. In iustitia verò distributiua medium non attenditur secundum proportionem geometricam. vt æquali ter & tantum detur vni de communitatem sicut alteri, sed secundum conditiones & meri ta personarum, vt qui magis meriti sunt de Republica, plus habeant, & qui minus, minus, non enim omnes qui male agunt contra Rempublicam, debent æqualiter puniri, vbi demerita & peccata non sunt æqualia, sed secundum quantitatem delicti, nec etiam tantum debet dari vni quantum alteri, secundum quòd circa bonum commune laborauerint, vel defendendo, vel promouendo. Et hoc vocant proportionabilitatem arithmeticam, in qua attenditur æquale non secundum quantitatem, sed secundum proportionem, vt si dicamus, sic se habent sed ad 4. sicut tria ad duo, quia vtrobique est. sexquialiter proportio in qua maius continet totum minus & mediam partem eius, vt senarius quaternarium. & ternarius binarium, & mediam partem eius. Excessus tamen non est æqualis, quia ternarius non excedit binarium, nisi in vna vnitate, senarius verò excedit quaternarium in duabus vnitatibus, & duodenarius octonarium in quatuor. Sic procedendum est in distributione bonorum communium. secundum maius meritum & dignitatem, vt, scilicet dignioribus digniora, minus, dignis minora dentur officia & beneficia. Christus quo ad hoc dedit prælaris & rectoribus communitatum exemplum, non enim fecit omnes Apostolos. sed ex multis discipulis duodecim digniores elegit. Et cum præfecit Petrum, ter interrogauit, Diligis me plus his? Tandem dixit, Pasce oues meas. Ex quo sequitur quòd peccant hodie rectores communitaté & prælati, qui indignos præferunt dignis, & minus indignos dignioribus Et quanuis canonistæ dicant quòd sufficit eligere dignum & idoneum; ne super maiori vel minori idoneitate processus, & lites oriantur, multaque resurgant mala, Theologi tamen dicunt opinionem canonistarum habere locum in foro exteriori vel contentioso, sed non in foro interiori. Vnde dicunt quòd scientes, & oppositum facientes, non sunt excusati apud Deum.

Proportio geometrica

Proportio arithmetica

Luc. 6.
Ioan. 21.

Ver. 5. *De differentia iustitiarum.*

C IVSTITIA Distributiua differt a generali siue legali, & Epichæia, quia iusti 50 tia generalis & eius partes subiectiuæ respiciunt siue versantur circa bonum commune, simpliciter & absolute tanquam finem & ad eas pertinet ordinate ea quæ sunt priuatarum personarum in bonum commune iustitia verò distributiua respicit bonum commune, sed non absolute & simpliciter siue finaliter, sed vt distribuendũ per sonis particularibus. Iustitia distributiua punitiua siue uendicatiua, respicit pœnas & tormenta turbantibus bonum commune debita, remuneratiua uerò respicit honores & munera dignitates, & officia & beneficia distribuenda dignioribus & vtilioribus Reipublicæ.

2. 2. q 61. art. 1. ad 4. & artic. 2.

Ver. 6. *De actibus iustitiæ commutatiuæ.*

D IVSTITIAE Commutatiuæ plures sunt actus, scilicet emptio & venditio 50 vbi est translatio domini hinc inde, motuum, ubi transfertur dominium cum debito recuperandi simile & tantundem in specie. Ideo dicunt iuristæ quòd mutuum dicitur, quia de meo fit tuum. Alius actus dicitur usus fructus, in quo transfertur dominium in fructibus rerum quæ fructificant, cum debito recuperandi rem ipsam sine retentione, dominii & proprietatis Et idem sonat usus in his quæ expediunt usurario familiæ, sed differentia est, quia usufructuarius facit omnes fructus suos, usurarius autẽ non solum eorum, quæ expediunt sibi & familiæ huiusmodi autẽ vsusfructus & usus uendi possunt, sed communiter gratis dantur uel legantur. Alius actus est locatio, quæ est rerum mobilium cum debito reddendi, & aliquid pro usu acc piendi. Alius est conductio, quę est rerum immobilium sub certo precio, & cum debito

2 2. q 61. artic. 3.
Mutuum.
Vsusfructus.
Vsus.
Locatio.

Conductio reddendi, in rebus verò quæ fructificant, dicitur Arrentamentum. Alius actus dici-
Depositum. tur depositum in quo traditur res non ratione vsus sed conseruationis, Impignora-
Fideiussio tio, cùm traditur res non ratione vsus, sed cùm debito recuperandi, soluto eo, pro-
Promissio pter quod pignus datur. Alius actus est fideiussio, in quo fit promissio soluendi vel
simplex. reddendi rem aliquam pro alio cum debito indemnitatis, Alius actus est promissio
simplex. quæ est cùm non præcedit petitio promissionis. Alius actus est stipulatio,
Stipulatio. quæ est promissio alicuius rei facta ad petitionem promissarii, vt quum Sortes dicit
Platoni, Promittis mihi centum? Plato respondet Promitto. Alius actus est tran-
Transactio sactio, quæ est concordia rei litigiosæ. Et generaliter omnia pacta & conuentiones
pertinent ad iustitiam commutatiuam. Et omnes contractus innominati, qui sunt,
Contractus innominati 4. 4. scilicet do vt des, facio vt facias, do vt facias, & facio, vt des, similiter restitutio est
actus iustitiæ commutatiuæ, donatio verò pertinet ad liberalitatem, ad quam redu-
Donatio. citur legatum hæredis institutio, & bonorum vltima dispositio fidei commissum ve-
Fideicommissum. rò, quod est rogatio reddendæ hæredis post mortem hæreditatis, siue substitutio, vi-
detur ad iustitiam cõmutatiuam pertinere, & ad restitutionem reduci debet. Et quia
de his omnibus iuristæ diffuse tractant, sufficit nobis terminos declarasse, & aliqua
de restitutione secundum quod Theologum tangunt, amplius prosequi.

Ver. 7. **De Restitutione.**

2.2.q.62. artic.1. RESTITVTIO Est actus iustitię cõmutatiuæ. & est iterata statuito alicu- E
ius in possessione seu dominio rei suæ quæ ei debetur, quia si non debetur, non di- 50
citur restitutio, sed potius noua donatio. Et licet restitutio secundum primam no-
minis impositionem, videatur solum habere locum in rebus exterioribus quæ ma-
nent eadem secundum substantiam, translatum est tamen vocabulum ad actiones vel passio-
nes, quæ pertinent ad reuerentiam vel irreuerentiam, commodum vel incommodũ
personæ. Deriuatur etiam restitutionis nomen ad res transeuntes, quæ manet quo-
dammodo effectu corporali puta cum ex percussione læditur corpus, vel in effectu
reali, vel in effectu qui est in opinione hominum sicut quum aliquis verbo oppro-
brioso remanet infamatus vel minoratus in suo honore. Ad ampliorem autem huius
materiæ elucidationem octo sunt nobis consideranda, quæ in hoc versu continen-
tur. Quis, quid, cui, vbi, per quos, quomodo, quando.

Ver 8. **Quis Restituere Teneatur.**

2.2.q.62. artic.6. REGVLA Generalis est, quòd omnes qui indebite detinent alienum, siue iustè F
siue iniustè acceperint, tenentur ad restitutionem. Et non solum qui detinent, sed 50
etiam quicunque iniuste abstulit vel consumpsit, aut alio quouis modo alium in-
iuste damnificauit. Sciendum tamen quod circa illum qui accipit rem alienam, duo
Acceptio rei alienæ tripliciter cõsiderari potest. possunt considerari, primum, est res accepta, secundum, est acceptio. Quo ad pri-
mum, tenetur eam (quandiu habet apud se) restituere, quia de iure naturæ vnicuiq;
habenti vltra suum debet subtrahi, & dari ei cui deest. quo ad secundum verò, ipsa
acceptio rei alienæ potest tripliciter se habere. Primò quando est iniuriosa, scilicet
existens contra voluntatem eius, qui est rei dominus, vt in furto, & rapina,
& aliis huiusmodi, & tunc tenetur ad restitutionem non solum rei, sed etiam
iniuriosæ acceptionis, etiam si res apud ipsum non remaneat. Sicut enim qui iniu-
ste percutit aliquem tenetur recompensare iniuriam passo quamuis apud ipsum ni-
hil maneat, sic etiam qui furatur vel rapit, tenetur recompensare damnum illatum,
etiam si nihil apud eum maneat, & vlterius pro iniuria illata debet puniri. Secundò
aliquis accipere potest rem alterius in vtilitatem suam absq; iniuria, vt pote cùm
voluntate eius cuius res est. sicut patet in mutuo & commodato, & tunc ille qui ac-
cepit, tenetur ad restitutionem eius quod accepit, non solum ratione rei, sed etiam
acceptionis, & ideo tenetur recompensare ei qui gratiam fecit, etiam si rem amise-
rit. Tertiò aliquis potest accipere rem alterius absque iniuria alterius, & non pro sua
ipsius vtilitate, vt patet in depositis, ideo ille qui se accepit, in nullo tenetur rationẽ
acceptionis, imo accipiendo impendit obsequium, tenetur autem ratione rei. Et ideo
si res subtrahatur ei absque culpa sua, non tenetur ad eius restitutionem, secus autẽ
esset,

esset, si esset culpa sua rem depositam amitteret. ¶Ex præmissis sequitur, quod quicunque est causa iniustę acceptionis tenetur ad restitutionem. Quod intelligi potest dupliciter, scilicet directe et indirecte. directe quidem, quando inducit alium ad accipiendum, & hoc tripliciter. Primo mouẽdo ad acceptionem, quod fit præcipiẽdo consulendo, laudando, aliquem, quasi strenuum, de eo quod aliena accipit. Secundò ex parte ipsius accipientis, quia. s. eum receptat, vel aliter quocunque modo auxilium præbet. Tertiò ex parte rei acceptæ, scilicet, quia est particeps furti vel rapinæ, vel quasi socius maleficii. Indirecte vero, quando quis non impedit, quum potest & debet impedire, vel quia subtrahit suum auxilium. quo posset obsistere, vel quia occulta post factum. quæ his versibus comprehenduntur, Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus. Participans, mutus, non obstans, non manifestans, Sciendum tñ quod quinque premissorum semper obligantur ad restõnem. Primò iussio, quia ille qui iubet, est principaliter mouens, ideo principaliter tenetur ad restituendũ. Secũdò cõsensus in eo sine quo rapina vel furtũ fieri nõ põt. Tertiò recursus, qñ. s. aliquis est receptator latronũ, & eis patrocinium præstat. Quartò participatio, s. quãdo quis participat in crimine latrocinii siue rapinæ. Quintò ille qui non obstat quũ obstare potest, & tenetur. sicut principes, & illi qui tenentur custodire iustitiam in terra. quia redditus quos habẽt, sunt quasi stipendia ad hoc instituta, vt iustitiam conseruent in terra, nec eis propter hoc imminet periculum. Illi vero, quibus non incumbit ex officio, non semper tenentur ad restitutionem, si non obstent vel non reprehendãt, maxime quando eis imminet periculum, quia licet possit, non tenentur se exponere periculo ad hoc vt rem alterius saluent. In aliis autem casibus enumeratis non semper obligatur quis ad restituẽdum, non enim semper consilium vel adulatio vel aliquid huiusmodi est efficax causa rapinæ vel furti. Vnde tunc solum consiliator aut palpo, hoc est adulator, ad restitutionem tenetur, quando probabiliter existimari potest, quod ex huiusmodi causis fuerit iniusta acceptio subsecuta quo modo autem, & quo ordine teneantur restituere, inferius dicetur.

¶Vt autem prædicatoribus, & confessoribus, ac unicuique pateat via sciendi qui sunt restitutioni obnoxii, viginti manus diaboli (quarum quælibet habet quinque digitos siue modos, quas D. Antho. archiepiscopus Florentinus in secunda partæ suæ summæ. tit. 1. ca. 1. §. 2 & in sequentibus scripsit) nos hic succincte, alio tamen ordine, & omissis allegationibus, duximus inferenda, in quibus centũ reperiuntur casus obnoxii restitutioni, & vt iudiciũ incipiat a domo dei, ab Eccle. inchoabimus.

¶Prima Manus dicitur sacrilega. Primus digitus, quum auferuntur vasa sacra, calices, paramenta, cruces, reliquiæ aut alia huiusmodi, quę sunt diuino cultui mancipata, de loco sacro vel non sacro secundus, quando non sacra auferẽtur de sacro. tertius quando fit incendium, vel effractio in loco sacro, vel etiam inferuntur damna Ecclesiis aut Ecclesiasticis personis, exigendo gabellas aut pedagia. quartus, quum clerici male tractant bona Ecclesiarum, dilapidando. dando meretricibus, ludendo, vel indebitẽ alienando, in præiudiciũ Ecclesiæ vel pauperum aut successorum, quintus digitus, quum subtrahuntur legata facta Ecclesiis, vel retinentur decimę, vbi consueuerunt solui. vel quum sine iusto titulo fructus ecclesiæ recipiuntur.

¶Secunda Manus dicitur Simoniaca. Primus digitus, accipere pecuniam vel alia temporalia pro sacramentis administrandis, aut beneficiis siue officiis Ecclesiasticis conferendis, per modum precii, & non per modum eleemosynæ. tales tenentur accepta erogare pauperibus vel Ecclesiæ. Secundum est accipere pecuniam appretiatiue pro sacramentalibus, vt pro consecratione Ecclesiæ vel altaris sepulturis, iure patronatus, ingressu religionis aut aliis huiusmodi Tertius, pro spiritualibus exercitiis pro prædicatione, oratione, electione, cõfirmationis ac aliis hmõi. Quartus, accipere simoniacẽ benificiũ quodcũq;. Quintus procurare, seu mediare circa præmissa:

Tertia Manus dicitur bellatoria. Primus digitus, quũ aliquis dominus vel cõitas assumit vel inducit iustũ bellũ secundus, sunt illi qui ad hoc concurrũt, adiuuãdo cõsulẽdo vel cooperando. tertius, iniustum bellum habens, res alienas vel subditorum

 capiens.

capiens, destruens, uel facere permittens quartus, iustum bellum habens bona ecclesiarum non incastellatarum, aut clericorum, uel etiam uiatorum, aut peregrinorum rapiens quintus. iustū bellū habens, ex sua inertia, & crassa negligentia non defendens.

¶Quarta manus dicitur raptoria. Primus digitus consistit in usurpatione dominiorum, castrorum, & uillarum. secundus, in talliis, aut aliis impositionibus iniustis. tertius, in pædagiis, & gabellis noui absque authoritate vel necessitate quartus, in latrocinis & rapinis terrestribus, vel maritimis, vt raptores, & pyratæ cōsueuerūt quintus, in personis liberis capiendis & vendēdis.

Quinta Manus dicitur proditoria. Primus digitus, quando quis castra, populos & terras aufert à suo domino, & proditorie dat alteri qui ius non habet, secundus quando tradit amicum uel alterum in manus inimici ad occidendum, vel alio modo uexandum. tertius quando terras, aut alia bona domini procurat uenire in manus inimicorum, aut associat aliquem vt spolietur. quartus, quando segreta reuelat. quintus, cum quis utitur insidiis, non seruando promissa pacta, etiam hosti, dum ipse seruat ei fidem, & non alias.

Sexta manus dicitur iniuste iudicatoria. Primus digitus, quando iudex dat ex certa scientia iniustam sententiam vel si accipiat pro sportulis & vacationibus vltra debitum & curiæ stilum. secundus, quando ex ignorantia crassa. tertius, quando ex notabili negligentia eius aliqua pars detrimentum notabile patitur. quartus, quando accipit pecuniam pro iudicando bene vel malè, uel non iudicando aut differendo. quintus, cum non vult iudicare & dare sententiam prout potest & debet, ne displiceat iniustam causam habenti

Septima manus dicitur in iudicio iniustè assistoria. Primus digitus, est consiliarius scienter præbens malum vel fraudulentum consilium. secundus, est aduocatus vel procurator assumēs vel defendens causam iniustam, & obtinens victoriam. tertius actor qui iniustā causam prosequitur. quartus, notarii & apparitores concutientes partes, vltra stylum capiendo. quintus, est testis falsum deponens testimonium.

Octaua Manus dicitur falsificatoria. Primus digitus est in testamentis vel aliis instrumentis aut scripturis falsificatis. secundus, in bullis aut literis principium falsificatis, aut per obreptionem & subreptionem obtentis: tertius, in falsis & diminutis monetis pro legitimis scienter vtendo. quartus, in falsis ponderibus, & mensuris. quintus, in falsis siue suppositis partibus.

Nona Manus dicitur fœneratoria. Primus digitus, quando quis pro mutuo vtitur pignore accepto pro eo secundus, cum quis dat pecuniam mercatori uel campsori, vt utatur ea, accipiens aliquid, capitali semper saluo, tertius, quum venduntur merces vltrā iustum precium, ratione dilationis solutionis, & quando emitur res minus iusto precio, ratione accelerationis precii, vt quum tempore ueris, uili precio emitur triticum colligendum. quartus in camptionibus, & affectis assecurationibus, vt in cābiis, quæ dicuntur perueneris: quæ fiunt in curia Romana pro bullis. quintus in mutuis, cum expressis lucri pactionibus.

Decima Manus dicitur fraudatoria. Primus digitus consistit in rerum quidditate quum venditur vna substantia pro alia, aqua pro uino secundus in quantitate, scilicet pondere, numero & mensura diminutis. tertius, in qualitate, quum scienter uenditur res defectuosa uel corrupta pro sana quartus, in precii inæqualitate, cum scienter uenditur res plusquam ualeat, vel multo minori precio emitur propter necessitatem, quintus, in gabellæ debitæ vel suffragii subtractione.

Vndecima Manus dicitur locationis vel conductionis vitiatoria. Primus digitus est, quando quis locat alteri rem quam nouit esse vitiosam, vt æquum umbraticum, vel domum ruinosam secundus, quando notabiliter nimis exigit, maxime propter necessitatem. tertius, quando quis conducit alium ad operandū nimis paruo pretio quartus si cōductus ad operas, ex festinatione vel negligentia non fideliter operatur. quintus, quando malè tractat rem sibi locatam aut conductam.

Duodecima Manus dicitur furatoria. Primus digitus est occulta rerum usurpatio,,

patio, secundus inuentorum retentio, tertius illicita præscriptio, quartus rei impignoratæ vel depositæ usus, quintus religiosorum proprietas.

¶ Decimatertia Manus dicitur participatoria. Primus digitus est participatio rei alienæ iniuste acceptæ per donationem, secundus per victationem ut familia, tertius per conductionem, quartus per emptionem, quintus per legatum vel hæreditationem aut conseruationem.

¶ Decimaquarta Manus dicitur damnificatoria Primus digitus dicitur iussio, secundus consilium, tertius consensus, quartus palpatio, quintus recursus.

¶ Decimaquinta Manus dicitur impeditoria Primus digitus est, quando quis impedit aliquem a consecutione boni, vel sine iusta causa procurat priuari. secundus, quando impedit fructus prouenturos agri vel uineæ aut alterius rei, tertius quia faciunt statuta vel capitula, ne vsuræ solutæ possint repeti, quartus, qui dat literas debitoribus absque sufficienti causa, ne possint cogi a creditoribus ad soluendum. quintus, iniuste impedientes, ne quis possit exequi sua negotia honesta, occultando instrumenta uel scripturas per quas ius manifestatur.

¶ Decimasexta Manus dicitur lusoria. Primus digitus est, quum quis decipit in ludo per falsos taxillos aut cartas copulatas. secundus, quando decipit mentiendo. tertius quando lucratur ab his qui alienare non possunt, vt sunt serui, filii familias, pupilli, religiosi, & mulieres uxoratæ, quartus, quando lucatur ab eo quem multa importunitate ad ludum traxit quintus, quando lucratur in locis in quibus prohibetur ludus. & per leges mandatur fieri restitutio, nisi fuerint abrogatæ.

¶ Decimaseptima Manus dicitur turpiter lucratoria. Primus digitus prouenit ex opere carnali meritricio, secundus, ex arte uel actu prohibitio, ut ex arte faciendi taxillos, & mulierum fucos, aut diuinandi, siue incantandi, aut huiusmodi tertius lucrando in tempore prohibitio, ut diebus festiuis. quartus negotiando in locis prohibitis, ut in ecclesiis, vel mittendo victualia aut arma. Saracenis quintus, intentione meræ cupiditatis uacare negotiationi, intentione introducendi caristiam.

¶ Decimaoctaua manus dicitur detractoria. Primus digitus est falsa criminis impositio in iudicio, secundus, extra iudicium criminis veri sed occulti reuelatio. quartus criminis reuelati augmentatio. quintus, reuelatio ex auditu a notabilibus psonis.

Decimanona Manus dicitur personæ læsoria. Primus digitus uitam iniuste auferens, secundus membrum mutilans, tertius vulnerans, quartus iniuste percutiens, quintus in exilium iniuste mittens.

Vigesima Manus dicitur animarum prædatoria. Primus digitus, quando quis impedit religionem intrare, vel reuocat ingressum secundus quando quis persuadet aliquid crimanale blandiendo decipiat, & multo magis, quando uirginitatem aufert. tertius, quando quis suo sermone trahit ad errorem fidei, ut hæretici. quartus prælati uel patres familias ex sua negligentia permitentes gregem perire, & multo magis cum suis exemplis prouocant. quintus, quum homines suis malis exemplis scandalizant, & mulieres suis ornatibus, tripudiis, vel risibus ad malum inducunt.

Ver. 9. *Quid restituendum sit.*

A REGVLA generalis est quòd omnis res aliena indebite accepta vel detenta, 91 si fieri potest, reddenda est, & omne damnum reparandum & recompensandum. Ad cuius euidentiam sciendum est quod aliquis potest alium damnificare in quatuor, scilicet in anima, corpore, honore seu fama & bonis temporalibus.

¶ Primo pōt hō dānificare proximū quo ad animā, cum est causa perditionis gratiæ & virtutum, quando scilicet est causa & occasio peccati alterius, & quamuis voluntas in qua peccatum consistit, cogi non possit & D. Aug. dicit, Omne peccatum adeo est voluntarium, quod si non fuerit voluntarium, non est peccatū Corpus quidē (vt supra dictum est) violentari potest. Sed si uoluntas non consentiat, homo non peccat imo meretur. Vnde D. Lucia dicebat. Si me inuitā uiolari feceris, castitas mihi duplicatur ad coronā. ideo D. Ambro. dicit. Non est quod cuiquam nostrum ascribamus.

Nullus potest esse sufficiens causa peccati alterius.

bamus ærumnam, potest tamen aliquis esse occasio peccati alterius, ideo, dicitur causa, & tenetur ad restitutionem plus quàm de damno corporali, cum ipsa anima plusquam esca, hoc est corpus, quod est esca vermium. Ideo dicitur in ca. si culpa, de iniuriis, & damno dato. Qui occasionem damni dat damnum dedisse videtur. Potest autem quis esse causa, & occasio peccati alterius dupliciter. Primò, inducendo, suadendo, consulendo, præcipiendo aliquid quod est peccatum mortale. talis inducendo &c. peccat mortaliter, iuxta illud Roma. 3. Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Vnde D. Aug dicit: Si fratri tuo male persuades, occidis illum, scilicet quo ad animam, vt in can. noli, de pœniten. distinct. 1. & tenetur restituere siue recompensare damnum modo possibili, scilicet inducendo eum efficaciter ad pœnitentiam, & satisfaciendo aliis, qui ad præceptum, vel consilium, aut inductionem suam fuerunt læsi & damnificati, ut infra amplius dicetur.

Dupliciter potest quis esse occasio peccati alterius.

¶ Secundò potest quis damnificare alium quantum ad animam, reuocando aliquẽ a meliori bono, vt quum quis reuocat ab ingressu religionis & quum non professum reuocat ad seculum, tenetur non solum illi, sed etiam religioni illum quidem tenetur inducere ad intrandum uel reuertendum, religioni verò, si ille nolit tenetur inducere alium æque idoneum ad intrandum, & si non inuenerit ipsemet tenetur intrare, quum professum uel de propinquo professurum reuocauit, quia abstulit seruum a Deo, & a religione. Si verò nondum intrauerat, vel dispositus erat, non tenetur religioni, quia pluribus modis poterat impediri præcipue si absque dolo hoc facit, ut si conuenentius esset difformatus, ut prouideret ei de meliori loco vel si cognoscat inconstantiam intrare volentis, aut tenuitatem deuotionis tenetur tamen inducere illum quẽ reuocauit, ut intret. ¶ Tertiò potest quis dãnificare alium quantum ad animam, scandalizando, ut prælati subditos suos pompis & aliis moribus suis, & mulieres uiros suis superfluis ornatibus, fucis, & crepudiis, & generaliter alio in publico loco, & aliorum assistentia peccantes, maxime quando hoc intendunt. vel paruipendunt scandalum aliorum. Tales primo tenentur orare pro scandalizatis, vt Deus dignetur eos ad pænitentiam reuocare. Secundo tenentur inducere bonis exemplis manifestis & publicis, sicut publice peccauerunt & scandalizauerunt, non tamen tenentur ad pœnitentiam solẽnem aut publicã ut D Anthoninus ait ¶ Quartò potest quis dãnificare animã alterius seducendo, ut qui seduxit uirginẽ dominicq; cũ ea dotabit eã, & habebit uxorem, aut reddet ei iuxta modum dotis quã solent uirgines accipere, vt habetur Exo. 22. Abstulit enim talis thesaurum irreparabilẽ, & inæstimabilẽ iuxta illud Eccl 26. Omnis ponderatio non est digna animæ continentis. Ideo tenetur ei ad restitutionem possibilem, saltem castitatis coniugalis, accipiendo eam in uxorem, uel dotando eam. Idem & amplius facere tenetur si rapuit eam. & quamuis ea, quæ de Exodo dicta sunt, non ligent prout sunt ex lege Moysi, ligant tamen ut sunt moralia, & deducuntur a lege naturæ, & vt assumpta pro statuto ab Ecclesia.

Retrahens siue reuocans aliquem a religione ad quid tenetur.

Scandalizantes ad quid tenentur.

Exod. 22.
Eccle. 26.

¶ Corpus hominis quatuor modis potest per aliquem damnificare Primo per iniustã occisionem, per quam fit præiudicium animæ, uxori, & liberis, necnon & reipublicæ, qua orbauit vno supposito. Hoc damnum non potest homo æqualiter recompensare, cum non possit resuscitare tenetur tamẽ mõ possibili Et quidem quo ad animam tenetur orare pro illa, & suffrag. a fieri facere. Quo ad uxorem verò liberos, aliosq; parentes, tenetur primo placare eos, & eis reconciliari. Secundò eis prouidere quantum fecisset occisus, quo ad republicam autem satisfacit sustinendo mortem a iudice indictam, nõ tamen tenetur se offerre, sed captus nõ debet se defendere, licet inuenta opportunitate possit a carceribus fugere. Aliqui dicunt quod tenetur exponere vitam suam in bello iusto licet ad hoc non sit cogendus. Prouocans ab ortum in fœtu animato, etiam satisfacere debet, & pænitentiis placare Deum super illius animæ damnatione. Secundò potest quis damnificare corpus hominis per mutilationem membri. Et pro huiusmodi non est statuta pœna in ecclesia, nisi pecuniaria, quæ debet respondere nõ solum damno, quòd quis incurrit per mutilationẽ membri pro toto tẽpe futuro, quo vsurus erat membro absciso, sed etiam expẽsis expositis in curatione

Homicida ad quid tenetur.

Abortum prouocans ad quid tenetur.

tione. Et vltra tenetur ad placationem læsi, & consolationem ipsius afflicti, quantũ in ipso est. Plus autem ponderanda est mutilatio pauperis quàm diuitis, si magis egebat parte abscissa ad victum necessarium, vt si amputetur manus dextra scriptori. Tertiò potest quis lędere corpus proximi, vulnerando vel percutiendo, & talis tenetur ad expensas curationis, & placare percussum eique reconciliari, ac etiam ad interesse pro iniuria ad arbitrium boni viri. Medici autem ac chirurgici, qui ex ignorantia crassa, vel negligentia, aut auaritia prolongant, augent, vel procurant vulnera, aut infirmitates, etiã tenentur ad interesse ad arbitrium boni viri. Quartò quis potest lædere corpus proximi, indebite incarcerando, aut violenter detinendo, aut exiliando. Et talis primò tenetur ad reconciliationem, expensas, & interesse.

Mutilator ad quid tenetur.

Medici & chirurgici ignorantes ad quid tenentur.

¶ Honorem & famam proximi quatuor modis quis lædere potest. s. per contume-
B liam, conuitiũ, improperium, vel irrisionẽ, de quibus infra suo loco. Et talis tenetur sa-
52 tisfacere proximo læso, ipsum placare, & ei reconciliari, petendo veniam coram illis qui erant præsentes, & si falsum dixit, tenetur dicere se falsum dixisse, & iniuste eum læsisse, vero si subditis vt pater filio, dominus seruo, maritus vxori, magister discipulo dicit verba contumeliosa, si hoc faciat ad eius correctionem, non tenetur petere veniam a tali, sed a Deo, Vnde D. Aug. in regula: Si etiam modum vos excessisse sentitis, non a vobis exigitur, vt a nobis subditis veniam postuletis, ne apud eos quos oportet esse subiectos, dum nimium seruatur humilitas, regendi frangatur authoritas, sed petenda est venia ab omnium Domino, qui nouit eos quos plus iusto forte, corripitis, quanta beneuolentia diligatis. Si autem faceret multum iniuriose & liuore uindictæ, tunc tenetur petere veniam, & reconciliari eis. Sed si contumeliam accipiens postmodum domestice, & familiariter conuersetur, & loquitur cum contumeliante, ostendit se iam remisisse, & per consequens contumelians non tenetur ad veniam petẽdam a contumeliam passo. Aliqui tamen dicunt secus esse in extraneis, quia aliquis ad horam propter societatem, ne scandalizet, aut ostendat rancorem vel vindictam, familiariter loquetur, qui tamen non remittit iniuriam & non obstãte illa
C familiari locutione tenetur petere veniam, & reconciliari, donec illum sciat remisisse.
52 Secundo potest quis lædere honorem & famam proximi detractionem, quod potest fieri dupliciter. s. directe, & indirecte, vt infra suo loco dicetur & ibi eius restitutio declarabitur. Tertiò per recitationem detractiones auditas coram aliis recitando, & si non asserendo, neque tanquam certum dicendo, non addendo, quòd a personis fide dignis audierit, sed solum refert crimen de aliquo prout audiuit, quod audientibus eum ignorabatur, non tenetur secundum Angelum de Clauasio satisfacere, quia si propter hoc audientes credant illum criminosum esse, ex sola relatione de auditu malefaciunt, & si leues ostendunt, iuxta illud Eccl. 10: Qui cito credit, leuis est corde. Verum quia a scandalo pusillorum cauendum est, iuxta illud Matth. 18. Qui scandalizauerit vnum ex his pusillis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur in collo eius mola asinaria, &c. Ideo periculosum valde est referre mala audita de aliis coram pusillis, & si fiat mala intentione s. lædendi, non excusatur a mortali. Et si tali ex relatione ille de quo est sermo, incurrat notam infamiæ, aut uehementis suspitionis, tenetur recitans famam illius restituere coram illis coram quibus recitauit. Sed si non sit secuta infamia nec orta vehemens suspitio non tenetur, maxime si ex leuitate vel inconsideratione retulit. Quarto potest quis lædere honorem & famam, proximi, per iniustam accusationem, & talis tenetur ad petendam veniam, & restituendam famam, necnon ad damna, & interesse. Si quis autem propter tormenta quæstionis dixerit aliquem esse criminosum vel conscium criminis, qui non est, tenetur extra quæstionem dicere se falsum dixisse, a fortiori si se aliquod crimen commisisse confessus fuerit, quòd tamen non commisit, quum magis teneatur ad famam
D suam quam alterius. ¶ *Res exterior rapta vel furata.* Aut aliter indebite detenta ea-
52 dem numero (si fieri potest) restitui debet nec potest dari alia pro ea etiam eiusdem bonitatis, contra voluntatem damnificati, nisi forte res rapta, vel furata, corrupta vel consumpta esset, quia tunc debet restitui alia eiusdem bonitatis in specie. Si

Remissio iniuriæ aliquando fit per familiarem conuersationem.

Detractio quot modis fieri potest.

An recitãs auditas detractiones teneatur ad restitutionem.

Eccle. 10. Matt. 18.

Referre mala audita periculosum est.

autem

Fructus rei qui dicãtur. autem res fit deteriorata, debet alia eiusdem bonitatis in specie restitui, vel si damnificatus maluerit, precium deteriorationis cum re ipsa, precium autem & æqualitas bonitatis ad arbitrium boni viri debent æstimari. Notandum tamen quod si res ablata aut iniuste detenta est fructificans, tenetur restituere cum fructibus inde perceptis, & qui percipi potuerunt a diligenti possessore Fructus autem dicuntur ea, quæ ab ipsa re percipiuntur, deductis expensis necessariis, & non superfluis. Si quis vero equum locari consuetum furatus fuerit, non sufficit reddere equum, sed etiam interesse, quod arbitrio boni viri determinandum est maxime vbi prædictum equum per longa tempora & plures annos fur detinuisset. Notandum insuper quod quum plures concurrunt ad furtum vel damnificandum, quod vnus non faceret sine altero, quilibet illorum tenetur restituenti pro sua parte. Notandũ præterea quod aliquis potest dupliciter damnificari. vno modo quãdo aufertur ab eo quod actu habebat. & tale damnum semper est restituendum secundum compensationem æqualis, puta si aliquis damnificauit aliquam domum, tenetur ad tantũ, quantum valebat illa domus. Alio modo potest damnificari impediendo ne adipiscatur bonum, ad quod bonum percipiendum erat in uia. & tale damnum non oportet recompensare ex æquo quia minus est aliquid habere in dispositione & via, quam in actu. & ideo si redderetur ei, vt haberet hoc in actu plus restitueretur ei, quam fuerat ablatum. quod non est de necessitate restitutionis, quæ est iterata statuito in possessione, vt dictum est. tenetur tamen aliquam recompensationem facere secundum conditionem personarum. Notandum vlterius quod aliquis etiam potest alium impedire, ne habeat præbendam, aut aliud bonum, dupliciter. Vno modo iuste, intendendo honorem Dei, vel procurando bonum Ecclesiæ, vt scilicet detur personæ digniori. & tunc nullo modo tenetur ad restitutionem, vel aliam recompensationem. Alio mõ iniuste, puta si intendat nocumentũ eius, impedit propter odiũ vel aliquid huiusmodi. Et tunc si impedit ne præbenda detur digno, consulens quod non detur, antequam sit firmatum in animo conferentis illam eidem dare, tenetur quidem ad aliquam recompensationem, pensatis conditionibus personarum ac negotii, secundum arbitrium sapientis, non tamen tenetur ad æquale, quia ille nondum fuerat assecutus, & poterat multipliciter impediri. Si vero iam firmatum erat quod ei daretur, & propter indebitam causam procuret quod reuocetur, idem est ac si iam habitam ei auferret, & ideo tenetur ad restitutionem æqualis secundum possibilitatem. Quod est bene notandum pro resolutione multarum difficultatum & scrupulorũ, qui accidunt, maxime in hæreditatibus, legatis, testamentis, codicillis, & collationibus beneficiorum.

2.2.q. 62. ar.7.ad.2.

Participantes in furto ad quid & quomodo teneantur.

art.4.

Impediens a bono consequendo ad quid teneatur

2.2.q. 62. ar.2.art. 4

2.2.q.62. art. 5. Matt. 22.

Ver. 10. *Cui facienda est restitutio*

DIVVS Paulus Rom 13. dixit. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum cui vectigal, vectigal, &c. Ex quo sequitur, quod restitutio fienda est ei, a quo res ablata est vel indebite detenta. Vnde Matt. 22. reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. E

¶ Ad cuius ampliorem euidentiã sciẽdũ est quod aliquid põt esse illicite acquisitũ tripliciter. Primo modo sic, quod illud quod est illicite acquisitũ, debetur ei a quo est acquisitum, vel acceptum, vt in furto, rapina, & aliis huiusmodi & sic intelligendum est prædictum corollarium, quod est maxima quædam in materia restitutionis Secundo quãdo aliquid datur alteri illicite, & eius acceptio & datio est illicita, & contra legem, vt patet in eo, qui Simoniace aliquid dedit. Ideo non debet fieri restitutio ei qui dedit cum voluntarie & contra legem dederit. Et quia ille qui accipit, etiã illicite, & contra legem accipit, non potest retinere, restituendum ergo est Ecclesiæ in cuius iniuria datum est, vel pauperibus erogandum. Tertio aliquis aquirit aliquid illicite qui alius illicite dat, puta propter malum finem, vel propter rem illicitam. non tamen contra legem, quia lex non prohibet talem dationem neque aceptionẽ, vt cum datur meretrici propter meretricium In talibus illicite acquisita nõ sunt illis e dantibus restituenda, eo quod libere dederũt. Et possunt etiam iuste retineri, licet

cet melius fortet ea pauperibus erogare. Et ſic meretrix poteſt licite retinere quod ei propter meretricium datum eſt, niſi ſuperflue & per fraudem vel dolum extorſiſſet, quia tunc teneretur ei reſtituere. Idem dici poteſt de acquiſitis in ludo ab his qui alienare non poterant, & etiam ab his qui alienare poterant, dummodo non fuerint importunitate impulſi, & ceſſet omnis fraus & dolus. Idem etiam dici poteſt in aliis turpiter acquiſitis, vt ex duello vel torneamentis. ¶ Notandum tamen quòd prædicta maxima eſt intelligenda, quum damnificatus eſt uiuus & notus, quia ſi ſit mortuus, reſtitutio debet fieri hæredi vel hæredibus, aut legatio cui res illi iniuſtè ablata, legata fuit, & ſi ſint plures legatarii, debet reddet cuilibet pro quota, ſicut quum ſunt plures hæredes. Si uerò damnificatus ſit ignotus, & præmiſſa diligenti inquiſitione, notitia eius haberi non poteſt, pauperibus eſt eroganda, vel in alios pios uſu conuertenda

Ver. 11. *Cur facienda eſt reſtitutio.*

A IVRE naturalis & diuino reſtitutio rei alienæ fieri debet iure quidem natura- 2.2.q. 62.
53 li, quum ſit actus iuſtitiæ, ad quã exercendam quilibet tenetur. Vnde Rom 13. Red- artic. 2.
dite omnibus debita, &c. & Chriſtus. Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Rom. 13.
Dei, Deo. Et D. Augu. & habetur in ca Si res aliena 14. q. 6. vbi dicitur, Si res aliena Matt. 22.
propter quam peccatum eſt reddi poteſt, & non redditur pęnitentia non agitur ſed In epiſt.
ſimulatur. Non enim remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Ideo Tobias au- Ad Mace.
diens vocem balãtis hędi, aut, Videte ne furtiuus ſit. Reddite eum dominis ſuis, quia Tobi 2.
non licet nobis edere aut ex furto aliquid contingere. Sicut enim qui malo ſanguine abundant, ſanari non poſſunt, niſi per fleubotomiam ſanguis ille corruptus emittatur, ſic qui aliena detinent, niſi fleubotomia reſtitutionis curentur, ſaluari non poſſunt. Hoc etiam manifeſte natura oſtendit in virtute digeſtiua, quæ ad omnia membra tranſmittit, & reddit ea quæ ad quodlibet ipſorum pertinent. Et ſi propter aliquam indiſpoſitionem membrum aliquod particulare retineret alimentum alterius, inflatum & monſtruoſum eſſet. Sic in corpore myſtico, ſi aliquod membrum, hoc eſt particularis perſona, detinet quod eſt alterius, eſt monſtrum, quod in corpore myſtico dicitur peccatum.

Ver. 12. *De loco in quo reſtitutio facienda eſt.*

B RESTITVTIO rei alienæ fienda eſt in loco; a quo fuit accepta, niſi forte
53 accipiens, & is a quo accepta eſt, mutaſſent domicilium, & ſi manerent in eodem loco tunc in illo. Si uerò damnificatus mutat domicilium damnificans mittet damnificato rem acceptam expenſis illius. Si uerò damnificatus multum diſtat, & non expectatur eius aduentus, monendus eſt per literas, & interim res debet deponi, & domino conſignari, maxime quando res eſt magni ualoris, & difficilis tranſlationis. Si verò res ſint parui ualoris, ſic quòd oporteat plus exponere pro tranſlatione, quàm ipſæ res valeant, poterit opportunitas expectari; quòd ſi nullã ſperetur opportunitas, tunc ſunt pro ſalute illius pauperibus erogandæ. Si autem damnificans mutat domicilium tenetur ſuis expenſis mittere damnificato, quia fuit in mora & culpa, quum non reddiderit in loco a quo accepit.

Ver. 13. *Per quos facienda eſt reſtitutio.*

C RESTITVTIO contumeliæ aut iniuriarũ, in præſentia perſonæ factarum, Reſtitutio
53 eſt perſonalis, & debet fieri per eum qui læſit, & non per alium, nec etiam, per lite- iniuriarũ
ras, ſi læſus adiri poteſt, & uelit reſtitutionem perſonalem. Vnde Chriſtus. Si offers eſt perſona-
munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quòd frater tuus habet aliquid aduer- lis Matt. 5
ſum te relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Notandum eſt verbum, Vade, non. n. dicit, mitte vel ſcribe, ſed perſonalem expreſſit acceſſum, poſſibilem tamen, ſi ſeſe obtulerit opportunitas. Si verò non eſt opportunitas, vt quia damnificans eſt infirmus aut in aliqua alia neceſſitate impediente conſtitutus, vel damnificatus eſt multum diſtans, tunc per votum accedat, & proponat perſonaliter accedere, cum opportunitas ſeſe obtulerit. Mandatum enim domini cum ſit iugum ſuaue, non aſtringit ad impoſſibilia.

Math. 11 sibilia aut valde difficilia. Si verò læsus (qui potest renuntiare iuri suo) contentatur literis vel nuntiis, tunc per nuntium vel literas fieri potest ¶ Restitutio tamen detra-

Restitutio detractionis quomodo fit.

ctionis, quę fit coram aliis in absentia læsi, si fieret coram illis personaliter, esset magis meritoria potest tamen fieri per literas & certum nuntium, quia æque bene poterit remoueri falsum iudicium impressum aliis per literas vel nuntium, modo ille qui detractionem audiuit, sciat nuntium esse fidum, vel sciat literas a detractore signatas. Licet enim detrahendo, & falsum iudicium causando, iniuriam audienti fecerit materialiter, non tamen formaliter, cum non intenderet malum eius, nec audiens hoc pro iniuria accepit: Ideo non tenetur ei se personaliter præsentare, sed sufficit quod falsum iudicium, quod impressit, quocunq; modo auferat. In his.n. & similibus tenet regula iuris. Qui per alium facit, per se ipsum facere videtur. De restitutione vero rerum corporalium, non est dubium quin per alium fieri possit. Cauendum est tamen ne infideli committatur, & ille aliquid sibi aliquid retineat, quia tunc secundum D Antoninum Florent. damnificans non esset liberatus, ideo non est fidendum omnibus, nec omni spiritui credendum quare ex postulanda est

1. Ioan. 4

cedula, per quam possit certior fieri damnificatum recepisse tantam restitutionem per manus talis. Si autem is qui damnificauit, morte præuentus, non restituit, cum hæres teneatur ad omnia onera defuncti, inquantum sufficit hæreditas, tenetur ad restitutionem, vt habetur in cap. Michael de vsur. eadem ratione hæres hæredis. Nec excusantur hæredes scientes dubitantes aut dubitare debentes ex fama publica, vel scripturis, aut fideli testimonio siue relatu, testatorem illicitos contractus fecisse ex hoc quod nullus ponit querelam, quia forte per læsos probari non potest debent enim diligenter inquirere, alias eorum negligentia crassa est, & affectata. Restitutionē externarum rerum, quarum dominus ignoratus, quidam ad episcopum

2 2.q.62. ar.5.ad.3.

pertinere dicunt, tanquā ad dispensatorē eorum, quæ pertinent ad diuinū cultum, & ad pios vsus pauperum quorū pater existit, quia tamen nullo iure cautum est, eā ob rem famosi doctores tenent restitutionē rerum incerto domino restituēdarum, fieri posse per detentorem & per eos quibus ipse commiserit, & huius opinionis videtur esse D. Thom. Licet enim episcopi sint dispensatores rerum datarum ecclesiis, & quo ad diuinum cultum, & quo ad pauperes, non tamen sequitur quod sint dispensatores omnium quæ ad diuinum cultum, & in pauperes sunt eroganda, sed solum eorum quæ iam illis in diuinum cultum, vel vsus pauperum, ecclesiæ data & ordinata sunt. Nec obstat ca. quum sit. de vsuris, quia loquitur de Iudæo & non de Christiano. Excipiuntur tamen incerta, quæ per publicos vsurarios ex vsuris sunt acquisita, quia circa illa est specialiter determinatum in cap quanquam. de vsuris, lib.6.

D. Anto. flo.2.p. sū. tit.2.cap.7

Ver. 14. *De Ordine, & modo Restituendi.*

OMNINO certa restitutioni obligata, quum sciuntur personæ quibus fiēda est restitutio, sunt eis integraliter restituenda, antequam restituantur incerta. maxime quum scitur vel dubitatur bona restituentis non sufficere ad omnia exoluenda, quia creditoribus vel damnificatis certis tenetur satisfacere iure humano, & diuino, & ad hoc potest cogi. Incerta autem licet iure diuino teneatur restituere, aut pauperibus erogare, non potest tamen in foro exteriori compelli, & sic maiori obligatione astringitur ad restituendum certa. Certorum etiam restitutio fieri debet ordine quodam. Nam primò rapta vel furtiua restitui debent, quum in eorum ablatione maior facta fuerit iniuria, quam in usura aut aliis contractibus illicitis & iniustis, quæ sunt quodam modo voluntaria. Quia in restitutione non solum seruanda est iustitia, sed etiā, iniuria facta Deo & proximo, amouenda siue emendāda, & ideo ea in quibus maior fit iniuria, & sic primò rapta, secundò furtiua, tertiò usuraria, quartò quæ aliis illicitis contractibus sunt acquisita, quod intelligendum est data paritate temporis, quia iure humano determinata est regula Qui prior est tēpore, potior est iure. Ordo etiam seruandus est inter eos, qui simul aliquem damnificant, quia licet omnes teneantur in solidum, vt dictū est, tamen illi qui principaliter in dānificatione operati sunt, primò restituere debent. Et quāuis vnus propter aliū

Ordo seruādus in restitutione et ꝑ ser.

non

non excusetur, tamen vnus magis, peccat, quàm alius, non restituendo. Et ideo qui principalius damnificauit primò debet totum damnum resarcire, quo facto alii tenentur restituenti pro quota ipsos contingente.

Ex qui simul damnificauerunt.

¶ Modus autem quo facilius restitutio contumeliæ & aliarum iniuriam fieri potest, ne terreantur qui restitutioni sunt obnoxii, talis est, vt primò per amicos, vel literas amicorum, aut preces eorum tentetur reconciliatio, & iniuriam ac contumeliæ restitutio. Per hæc media facilius redire poterunt ad amicitiam se humiliando ac cognoscendo culpam suam. Si vero læsi nolint remittere, nisi ledentes personaliter compareant, tenentur personaliter comparere, bonum tamen erit ad placandū iniuriati animum, aliquem amicorum ipsius habere qui sit mediator amborum, qui pacem componat, & nouas coleras, aut rixas impediat.

2.2 q. 62. ar. 7. ad 2.
Facilis modus restitutionis iniuriarum.

¶ Modus verò quo mulier, quæ concepit ex adulterio, satisfacere siue restituere possit marito, & aliis filiis legitimis, est valde difficilis & intricatus propter multa pericula, quæ contingunt. Eam ob rem adulterium maxime est detestandum & deterrēdæ vxoratę, ne animas suas his periculis illaqueant. Veruntamen quum miserationes domini sint super omnia opera eius, non est illis qui in hanc foueam inciderint desperandum, neque laqueus eis iniiciendus, quia cum (vt inferius dicetur) impotentia & periculū infamię ac maioris mali excusent a restitutione, ideo mihi magis placet opinio eorum, qui dicuntur quòd nunquam talis mulier debet reuelare viro, nec filio, cuiuscunque conditionis existant etiam si ipsa fuerit in periculo mortis. Quia cum tempora mutentur & ipsa sanari possit, impossibile est periculum vel maius malum euitare. Sed absque diffamatione & periculo tentare debet, omnibus viis & modis licitis, vt filius ex adulterio natus ingrediatur religionem, & non curet de hæreditate, & si nolit, ipsa suggerere pōt viro, vt alios præferat, caute, tamen ne per hoc in suspitionem venire possit, & de suis bonis ac dote quantum poterit faciat eos indemnes, & id procuret fieri ab adulterio quantum possibile fuerit absque tamen continuatione adulterii, residuum relinquens misericordiæ & bonitati diuinæ, quam instāter ieiuniis, vigiliis, & orationibus debet interpellare. Potest tamen, & secundū aliquos debet committere confessori. vt post mortem dicat filio sic concepto eius originem, vt alio modo viuere satagat, & de hæreditate non curet, eo quòd fama non est homini post mortem adeo necessaria, nec tantum de ea curare debet sicut in vita. Verum si filius qui non tenetur illi nec matri credere, assentire nolit, debet (vt dictum est) misericordię Domini relinquere, propter scandalum quod sequi posset si manifestaret, Deus enim qui nunquam obligat ad impossibile, sua ineffabili bonitate prouidebit, hæc consului, sed non publice prædicari debent.

Mulier concipiens ex adulterio quomodo restituere debet.
Psal. 144.

Ver. 15. *Quando restituendum est.*

2.2. q. 62. ar. 8.

E ALIORVM restitutio quàm primum fieri potest, sub pœna noui peccati,
35 fiēda est, quia qui debet alienum quod potest restituere, & nō restituit, facit ei cuius est iniuriam, & ideo si non restituat, peccat, quia priuat siue impedit eum vsu rei suæ, sicut cum furatur, sed non licet etiam per modicum tempus in peccato immorari, secundum illud Sap. Quasi a facie colubri fuge peccatum, ergo tenetur statim restituere, vel dilationem petere. Vnde Leu 19. Non morabitur opus mercenarii tui apud te vsque mane ergo nec in aliis restitutionibus faciendis debet fieri dilatio. Et quamuis præceptum de restitutione facienda sit affirmatiuum, implicat tamen in se vnum negatiuum, quo prohibemur rem alterius detinere, & sic est peccatum in iustæ detentionis. Prædicta tamen conclusio intelligenda est, nisi in quatuor casibus. Primus est, quando fieri non potest. Ipsa enim impotentia absoluit seu excusat eum ab instanti restitutione, cùm secundum regulam iuris impossibilium nulla sit obligatio, debet tamen remissionem vel dilationem, petere per se, vel per alium, ab eo cui debet. Quod si creditor nolit, doleat debitor, & petat a Deo, qui est omnium dominus & misericors, datq; omnibus affluenter, & non improperat. Secundus casus est, quando restitutio statim facta vergeret in infamiam restituentis, tunc enim

Restitutio statim fieri debet.
Eccle. 12.
Leui. 19.
Restitutio in quatuor casibus differri potest.

enim differre poteſt, donec opportunitate habita reſtituat, ſaltem per confeſſorem cui iure, diuino dicere & manifeſtare tenetur. Tertius caſus eſt, quando ſtatim facta eſſet damnoſa ei cui debet fieri. Sicut ſi deponenti arma ſuperueniat lis aut rixa cũ cholera, eſtq; periculum, quòd ſi depoſitarius ſtatim reddat, ſequetur ſcandalum, tũc poteſt licite differre, eo quod reſtitutio eſt ordinata in commodum, & non in detrimentũ eius cui fieri debet. Idem dicendum eſt circa luſores & laboratores tabernarios, vxore, & filiis oneratos tempore ludi, vel quo ſunt in periculo prodigè exponendi. Quartus caſus, eſt quando obnoxius reſtitutioni, eſt valde pauper, oneratus vxore, & filiis, ac filiabus. Si is cui debet, eſt ditiſſimus, nec ex dilatione patitur detrimentum, & debitor ſit in periculo incidendi in extremam paupertatem, Tunc ſi debitum ſit publicum, tenetur petere dilationem vel remiſſionem, & ſi non poſſit obtinere, poteſt licitè differre, ſe abſentando, ſi debitum eſt ſecretum, petat dilationem a Deo, qui eſt omnium dominus, & excuſabitur a peccato, ſed non ab executione iuſtitiæ humanæ, debet tamen habere propoſitũ ſatisfaciendi, quum peruenerit in pinguiorem fortunam.

Ver. 16. *De peccatis circa Reſtitutionem occurrentibus.*

CIRCA reſtitutionem multa peccata contingere ſolent, quæ mundani quibuſdã coloribus excuſare nituntur. Quidam enim reſtitutionem ſe velle facere dicunt, & blandis ſermonibus ſic differunt, vt tandem interim teſtes, cedulæ, & alia documẽta pereant, & probatio fieri non poſſit. Tales non excuſantur a peccato. Alii ſunt qui ſe excuſant, dicentes quod illi quibus debẽt, intantum, vel plus tenentur eis, ſed quia probare non poſſunt, aut quia pars potens eſt, vel cui fauet iudex, ideo eos in iudicium vocare non audent. De talibus dicit D. Thomas. Quod ille qui furtiue accipit rem ſuam apud alium depoſitam, grauat depoſitarium, qui tenetur ad reſtituendũ eam, vel oſtendendum ſe eſſe innoxium. Vnde manifeſtum eſt quod peccat, & tenetur ad reuelandum eũ. Qui vero furtim accipit rem ſuam apud aliũ iniuſte detenta, peccat quidẽ, non quia grauat eum qui detinet, & ideo non tenetur ad reſtituẽdũ, ei ſed peccat contra cõmunem iuſtitiam, dum ipſe ſibi vſurpat ſuæ rei iudiciũ, iuris ordine pretermiſſo. Et ideo tenetur Deo ſatisfacere, & dare operam vt ſcandalum proximorum, ſi inde ortum fuerit ſedetur. Alii verò ſe excuſant beneficia improperantes, vt quidam nobiles defundatione per prædeceſſores eorum facta eccleſiis quas deuorant, ſeu bona illarum, & tutores pupillorum ſe excuſant propter labores verum eorum excuſatio non eſt legima, quia propter prædeceſſorum fundationes, aut beneficia voluntaria non poſſunt aliquid exigere, & tutores nil niſi redditis & calculatis computis & præſtito quod reliquum eſt, & quod per iudicem, aut deputatos taxatum fuerit, recipere poſſunt, & non amplius. Alii reſtituunt, ſed nõ integre, recuſantes ſed propter nonnullas tranſactiones, metu vel timore nihil habendi, factas importunitate quadam aut etiam neceſſitate, illa excutio nihil facit, quin teneantur reſiduum ſupplere & reſtituere, ſaltem in foro conſcientiæ & in foro Dei. Alii ſe excuſant propter ſententias abſolutorias vel adiudicatorias. Quæ ſi propter defectum probationis dolo & fraude partium interceptæ fuerit, aut propter periuriũ partis aliiſq; habilitatibus contra ius ſtylumq; curiarũ, ſubreptitiæ, & indebite obtentæ fuerint, non exſuſant in foro Dei, quantumcunque in foro hominum tranſierint in rem iudicatum. Nec excuſantur etiam in foro Dei minores. 25. annorum, & maiores 14. ſufficientem vſum rationis habentes, qui ex diſtractione rerum ſuarum acceperunt pretia, quæ ſatis prodige expoſuerunt, & poſtmodum impetrant literas caſſationis inſt umentorum, & beneficium minoritatis, vt reſtituantur in integrum in foro ſeculari, quanuis non peccent principes, & curia cancellariæ, & iudices, huiuſmodi literas concedendo, & contractus annullando, ſeu nullos declarando, propter bonum & perficium conuictum, & ad cautelam iuuenum, & renationemq; cupiditatis multorum, qui pro vili & minimo pretio adoleſcentium corruptioni fauentes, nituntur eos ſpoliare bonis propriis. Licet etiam his qui ſemel bona

A 47

2. 2 q. 66. art. 5. ad 3.

na sua ante vigesimum quintum annum distrahentes, recuperare volunt & beneficio minoritatis.quo semel vsi sunt abutentes, secundas literas petunt, quæ non deberent concedi. Hæ enim secundæ literæ incentiuum præbent delinquendi & alios decipiendi. Quicquid sit de iudicibus & curis ipsi minores viginti quinque annorum non excusantur, sicut nec a furtis & aliis peccatis, neque in potestate iudicium temporalium est eos à peccatis quæ per solam liberam voluntatem committuntur, excusare. Nec etiam excusantur hi qui eos ad hæc facienda stimulant, pactum de quota litis habentes, aut aliud lucrum sperantes. Multominus iudices, qui in hac parte aliquando contra omne ius diuinum & humanum faciunt se consultores, directores partes, & indices, & solicitatores, quos euidentissimum est non solum peccare, verum etiam de indebite acceptis pro huiusmodi teneri ad restitutionem minoribus ac aliis de iniustis vexationibus. Aliis se excusant, paruitatem a quolibet particulari allegantes, vt tabernarii & macellari, sed excusatio eorum parum valet quia reddendum est vsque ad nouissimum quadrantes. & timendum est eis ne accidat illis sicut Hericio, qui acubus suis onerat se pomis, & licet in qualibet nõ habeat nisi vnũ tamen quum sic onustum insequuntur canes, non valens intrare cauernam suam, capitur & discerpitur Alii tantum differunt, quod in vita non satisfaciunt, sperantes committere heredibus, quibus aliquando secrete commictunt, hi sunt valde periculosi. Quia licet hæredes teneantur, raro tamen satisfaciunt, nec ipsi peccatum omissionis euitãt, nec reatus pœnæ euacuatur praticaturq; illud quod dicitur in lege fin digestis de in Ius vocando. Qui non habet in ære, luat in corpore. Matth. 5.

§. 2 *De Vitiis iustitiæ Oppositis.*

B IVSTITIAE Opponitur iniustitia, quæ generaliter accepta in omni peccato (sicut iustitia in omni virtute) inuenitur, quia in omnis peccato inuenitur defectus 2 2. q. 55. artic. 1.
54 subiectionis & æquitatis debitę. Ideo vt dicitur. 1. Ioan. 3. Omne peccatum mortale dicitur iniquitas, hoc est, inæqualitas, vel contra æquitatem. Et quemadmodum iustitia, licet sit virtus generalis per participationem, tamen est specialis secundum essentiam, ita & iniustitia licet inueniatur in omni peccato, & sic sit vitium generale per participationem, est tamen peccatum speciale, pro quanto ordinat alia peccata, in malum cõitatis, quod est proprium eius obiectum, & sic opponitur iustitiæ generali. Et sicut iustitia diuiditur, vt supra dictum est, sic oppositum modo iniustitia, & opposito modo se habet ad quamlibet partem iustitiæ. 1. Ioan. 3. eodem c. §. 1. uer. 2.

Ver. 1. *De Acceptione Personarum.*

C ACCEPTIO Personarum est peccatum iustitiæ distributiuæ oppositum, 2 2 q. 63. artic. 1.
54 & circa iustitiam distributiuam puniciuam dicitur esse, quãdo est maior punitio siue pœnæ inflictio, quam peccatum mereatur, propter aliquam causam, quæ non facit ad rem, puta si aliquis acrius puniatur, quia non vult indebite placere superiori, vel alia causa, fauore pecunia, timore, vel quum prælatus graue peccatum subditi dissimulat vel supportat, fingens se nescire quod tamen scit, & exasperat denunciantes, & propter deordinatum affectum corrigere omittit, aut valde leuiter punit propter inordinatum affectum, quem habet ad eum qui puniendus est, vel ad alium propter quem ipsum delinquentem, corrigere secundum demerita omittit. In huiusmodi est acceptio personarum, in remuneratiua uerò iustitia acceptio personarum est indigni promotio. Sed notandum quod dignitas alicuius personæ potest attendit dupliciter. Vno modo simpliciter & secundũ se. Et sic ille est in maiori dignitate, qui magis abundat in spiritualibus gratiæ donis. Alio modo per cõparatione ad bonũ cõmune. Cõtingit.n quandoq; quod ille qui est minus sanctus & sciens, potest magis cõferre ad bonũ cõmune per potentiã vel industriã secularem, vel aliquid huiusmodi, quam ille qui est sanctior & sciens. Et quia dispensatores spiritualium debẽt attendere ad cõem vtilitatem, iuxta illud Apostoli. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Ideo absque acceptione personarum in dispẽsatione spiritualium, illi qui sunt simpliciter minus boni, sunt tamen meliores quo ad hoc. 1 Cor 2 Idoneus simpliciter & quo ad hoc.

L Quare

Quare perferuntur dignioribus simpliciter, & minus idoneis quo ad hoc. Sicut etiam Deum gratias gratis datas minus idoneis. & Christus Ecclesiæ suæ non præfecit Ioannem, qui erat melior simpliciter, cum in maiori charitate, cum esset discipulus ille quem diligebat Iesus. sed præfecit Petrum qui erat robustior & idoneor, quo ad hoc. Si vero aliquis præponat aliquem propter aliquam causam, quæ non facit ad rem, vt puta quia notus vel amicus, aut consanguineus duntaxat, est acceptio ne personarum, licet vbi consanguinei sunt idoneiores, vel æque idonei, essent præferendi. Quia saltem in hac re præeminent, quod magis in eis confidere potest, quod vnanimiter secum negotia Ecclesiæ tractent. Vnde & Christus quinque ex consanguineis elegit in apostolos, scilicet D. Ioannem, & Iacobum fratrem eius, filios Zebedæi, & Iacobum minorem Simonem & Iudam Thadæum. Et quia acceptio personarũ opponitur iustitiæ quæ versatur circa debitum, sequitur quod vbi non est debitum non est acceptio personarum, sicut si sint duo qui non egent recreatione, & prælatus vocat vnum secum ad recreationem, non est acceptio personarum, sed liberalitas & libertas prælati. secus si illi egerent & illis omissis daret alteri. Quemadmodum faciens eleemosynam vni, qui non extreme eget, alio qui etiam extreme eget, omisso.

Ver. 2. *De Acceptione Personarum in Iudiciis.*

PERSONARVM Acceptio in iudiciis inueniri potest. Ad cuius euidentiã sciendum est, quod iudicium potest ad iustitiam distributiuã & commutatiuã pertinere quia potest iudicio definiri, qualiter aliquid commune sit distribuendum in multos, & qualiter vnus debeat restituere alteri quod accepit ab eo. sciendum præterea quod quantum ad primam nominis impositionem, iudiciũ importat determinationem & applicationem iustorum. Ampliatum est tamen ad significandum rectã determinationem in quibuscunque rebus, tam speculatiuis, quam etiam practicis. In omnibus tamẽ ad rectũ iudicium duo requiruntur, Vnum est ipsa virtus proferens iudicium, & sic iudicium est actus rationis dicere enim & definiri aliquid, ad rationẽ pertinet. Aliud est dispositio iudicantis, ex qua habet idoneitatem ad recte iudicandum, & sic in his quę pertinent ad iustitiã, procedit dispositiue a iustitia, sicut in his, quæ ad fortitudinẽ pertinent, iudicium dispositiue pendet ex fortitudine. D 54

22 q. 61. artic. 1.

Ver 3. *De Peccatis Circa Iudicium.*

CVM Iudicium dispositiue pendeat a iustitia, intantum est iudiciũ licitum, inquãtum est iustitiæ. Ad hoc autẽ quod iudicium sit actus iustitiæ, tria requiruntur. Primo quod procedat ex inclinatione iustitiæ. secundo quod procedat ex authoritate præsidentis. Tertio, quod proferatur secũdum rectam prudentiæ rõnem, Quodcunque horum deficiat, iudicium erit vitiosum & illicitum Primò quidem modo, qñ est cõtra rectitudinem iustitiæ, vt pote contra legum determinationem, & tale iudicium dicitur peruersum & iniustũ. Alio mõ qn iudicat de his in quibus non habet authoritatẽ. & tale iudiciũ vsurpatiuũ dr ac abusiuũ, quia (vt dicũt iurisf.) Nullus maior abusus, quam potestatis defectus. Tertio modo quando deest certitudo rõnis puta quum aliquis iudicat de his quæ sunt dubia vel occultas, & tale iudiciũ dicitur temerarium. Et quia D. Aug. dicit, In istis temporalibus legibus quanquam homines iudicent quum eas instituunt, quum tamen fuerint institutæ, non licebit iudicibus de eis iudicare sed secundũ ipsas. Et super Psal. dicit, Bonus iudex nil ex suo arbitrio facit, sed secundũ leges & iura pronunciat. Cũ ergo secundũ leges debeat iudicare iuxta allegata & probata, vt habetur in .l illicitas §. veritas. ff. de offic. præsi. sequitur quod iudex poterit condemnare innocentem, probatum nocentem, & sic contra veritatem & conscientiam, quod non est absque difficultate & controuersia, Ideo pro huius difficultatis resolutione, & argumentorum dilatione notandum, & supponendum est, quod cum iudex ex natura sua, siue vt particularis persona, non habeat potestatem iudicandi, sed accipiat ab alio, & possit deponi, sic potest dupliciter considerari. Primo vt persona priuata, scilicet vt Ioannes, Guilelmus, & vt iudex, siue vt persona publica, quæ fungitur authoritate publica totius communitatis, ita etiam duplex A 54

2.2. q. 60. artic. 1. et 2. *Ad iudiciũ tria requiruntur.*

2.2 q. 60. artic. 5. in li. de ue. relig.

2.2. q 68. artic. 2. *An iudex possit condemnare innocentem, probatum nocentem*

plex

plexi ideo potest considerari scientia, & conscientia. priuata & publica. Scientia priuata est notitia quam accipit a sensibus, & secundum quam format conscientiam priuatam, hoc est iudicium de his quæ agere debet, ut particularis persona. Secunda scientia, siue notitia dicitur publica, quam habet ut iudex, uidelicet ex allegatis, & productis & aliis actibus publicis per tabellionem retentis, ex qua format conscientiam siue, iudicium practicum de his quæ agere debet, ut iudex, siue vt persona publica. Eodem modo dicendum est quòd duplex est ueritas, scilicet priuata, quæ est conformitas rei ad notitiam priuatam, & publica, quæ est conformitas siue adæquatio rei ad intellectum habens notitiam publicam ex actis curiæ acceptam. His suppositis, resolutio est, quòd vbi occurrit casus in quo aliquis conuincitur de crimine capitali per falsos testes omni exceptione maiores, & iudex ex certa scientia scit oppositum (vidit alium quam conuictum committentem crimen illud,) debet prius ex officio testes diligentius & separatim (vt Daniel fecit inueteratos) interrogare, & districte examinare. Et si hoc modo non possit eum liberare, debet negotium alteri judici, siue locum tenenti delegaret qui etiam ex officio multa poterit facere, & iudicem in testem audire, vel superiori remittere, vt salua vtraque notitia veritate, & conscientia, negotium valeat expediri. Si uero princeps supremus remittat negotium ad ipsum præcipiens vt ipse sub pœna priuationis officii sui, habeat prædictũ negotium per seipsum & non per delegatum exercere tunc iudex non tenetur renuntiare officio suo. sed potest absque quocunque peccato innocentem probatum nocentem, secundum allegata & probata condemnare. Nec tunc iudex occidit innocentem, sed testes, qui sunt primi iudices (quos sequi tenetur inquantum iudex) occidunt illum. Et authoritates sacræ scripturæ, quæ videntur dicere oppositum, exponi & glosari debent per prædictas diuisiones scientiæ siue notitiæ, ueritatis, & conscientiæ, ut quòd dicitur Exo. 23 Non suscipies uocem mendacii, & ne sequaris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt a uero deuies, sequitur, Insontem & iustum non occides, & Deute. 17. Iudicabunt tibi ueritatem iudicii. Nec est simile de iudicio humano & diuino, quod est secundum veritatem rei, vt habetur Deuter. 1. & Esa. 11. prædicitur de Christo. Non secũdum uisionem occulorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes, quia Deus iudicat secundum authoritatem propriam, & non alienam, prout homo. Ideo dirigitur secundum cognitionem propriam, non alienam, & per consequens est iudex & testis, ut dicitur Hieremiæ, 29. Eadem ratione Christus, qui est uerus Deus & homo. Alii autem iudices inferiores non iudicant secundum propriam authoritatem, sed ab aliis acceptam. Ideo debent indicare secundum scientiam & notitiam ab aliis acceptam, & non possunt esse iudices, & testes. Nec iudices iudicando secundum allegata & probata, in illo casu iudicant cõtra legem superioris scilicet Dei. Quia quemadmodum non facit contra uoluntatem Dei, qui uult ea, quæ Deus vult eum uelle, quanuis ipse Deus in se nolit, vt dictum est, sic nec contra legem Dei facit, qui secundum allegata, & probata iudicat, quia Deus uult eum sic iudicare, licet Deus non ita iudicet, ratione iam dicta. Solutio per hæc patet ad alia, quæ obiici possunt. Suspicio (secundum Ciceronem) importat opinionem mali, vt quando ex leuibus iudiciis & signis procedit. Quod contingit ex tribus. Primo ex hoc quòd aliquis in seipso malus est, & ex hoc quasi conscius suæ conscientiæ & malitiæ, faciliter malum de aliis opinatur, iuxta illud Sapien. In uia stultus ambulans, quum ipse sit insipiens, omnes stultos æstimat. Secundò procedit ex hoc quòd homo male afficitur ad alterum. Quum enim quis contemnit, vel odit aliquem, aut irascitur, uel inuidet ei, ex leuibus signis opinantur mala de ipso. Quia vnusquisque faciliter credit, & iudicat quod appetit. Tertiò prouenit ex longa experientia. Vnde Philosophus, 2. Rheto, dicit, quod senes sunt maxime suspiciosi, quia multoties experti sunt aliorum defectus. Primæ autem duæ suspicionis causæ manifeste pertinent ad peruersitatem affectus, & sic iudicium ex illis prouenien in grauibus, est peccatum mortale

Marginal notes: 2 2 q. 64. a 5. 0. ad 3 — Exod. 23. — Deut. 17. — Deu. 1 — Esa. 11 — Hiere. 29. — Suspitio quid. — Eccle. 10.

exactio excusant a respondendo ad intentionem exigentis, sed potest intelligere iuramentum suum quod non commisit adulterium in tali loco. Et sic respondent ad Isidorum, qui dicit quòd deus accipit iuramentum non sicut iurans, sed sicut, is cui iuratur intelligit, si recte & debite ac libere exigat. Hæc difficultas problematica est, & in scholis disputanda, sed non est plebiis prædicāda. Peccat etiam, reus, scienter & indebite appellando Si autem iniuste & indebite grauatur, vel probabiliter dubitat de grauamine, appellando non peccat. Peccaret tamen, si mediis illicitis & iniuriosis in libello appellatorio insertis, procederet, vel via facti violenter resisteret. Quia (vt dicitur Rom. 13) Qui resistit potestati, ordinationi dei resistit. Debet enim obedire & pati propter scandalum, ne cæteri in omni casu non declarato presumant resistere potestati, quia ex hoc eneruarētur vires iustitiæ Christus enim (vt dicitur 1. Petri. 2) tradidit se iudicanti iniuste. Nō tamen tenetur reus cooperari ad mortem suam, quia ad hoc non potest iuste condemnari, cum habeat præceptum intrinsecum naturaliter impressum. de conseruanda vita. Et ideo si fuerit condemnatus ad moriendum fame, habito pane potest in necessitate nō obstante præcepto iudicis absque peccato comedere, & aperto ostio carceris fugere. Et secundum dominium Caietanum, carceres ēt infringere, cum voluntate proposito satisfaciendi damnum infractionis Nec per hoc (vt dicit) vlla iniuria fit iudici, qui debet de illo esse securus, nec præcipere potest, ne infringat carceres, licet possit eum ligare compedibus & manicis ferreis, aut ligneis, & omnes occasiones infractionis tollere. Natura enim ad saluandam vitam ad hoc inclinat, & ideo si non sequeretur illam inclinationem absque alicuius iniuria videretur cooperari ad mortem suam. Nec propter infractionem prædictam fit iniuria carceribus quia non sunt capaces iniuriæ, quum sint res inanimatæ. Peccaret tamen, si personis & ministris iustitiæ violenter resisteret, quando est iuste condemnatus Quia licitum est iudici eum resistentem impugnare, & sic si resistat, ex parte eius illicitū bellum, & sic faceret iniuriam Reipublicæ, cuius bonū plus tenetur diligere, quàm proprium, cum mors eius sit bonum Reipublicæ. Sed si reus manifeste & circa vel cōtra iuris ordinem condemnatur licitum est ei etiam violenter talibus resistere, quia tale iudicium est simile violentiæ latronum, secundum illud Eze 22. Principes eius in medio illius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem. Et ideo quemadmodum licitum est resistere latronibus, ita licet in tali casu principibus, nisi forte propter periculum vel scandalum vitandū, cum ex hoc aliqua grauis turbatio totius Reipublicæ timeretur, ad quam attendentes Iuristæ infractionem præmissam, & talē resistentiam non approbant. Vide Syluestrum de Prierio in Sūma super verbo, Fugere.

Appellans quando peccat & quādo non.

Roma. 13.
1. Petr. 2.
Reus nō tenetur cooperari ad mortem. Reus an possit fugere & carceres frangere.

2. 2 q 69. artic. 4.

Ezec. 22.

Ver 7. *De Peccatis Testium.*

A 55 TESTIS Dicitur, qui ad confirmandam assertionem in iudicio allegatam vocatur Et talis requisitus & adiuratus authoritate iudicis veritatem plene & integre absque fucis & coloribus, dicere tenetur, prout nouit, Quòd si recusat, aut si aliquod substantiale omittit, vel falsum in toto, vel in parte dicit, vel ea quæ dubia & in certa sūt pro ueris & certis asserit, uel econuerso quacunque causa hoc faciat, peccat. Si tamen non requiritur, uel iuridice non interrogetur, tacendo ueritatem, non peccat.

2. 2. q. 70.

B 54 *Ver. 8.* *De peccatis procuratorum & aduocatorum.* *2. 2. q. 71. artic. 3.*

ADVOCATI, Procuratores, seu Solicitatores, qui ad rei, uel actoris causam defendendam, siue promouendam vocatur, peccant commissiue iniustam defendendo, aut promouendo, siue consulendo Cooperantur enim peccato alterius, & faciunt contra illud 2. Paral. 19. Impio præbes auxilium, idcirco iram Domini merebaris. & vt D. Tho. ait tenetur ad restitutionem, sicut præbentes auxilium & consilium latrocinio. Secundo peccant commissiue, vtendo mediis indebitis, producendo falsos testes, aut instrumenta, siue alia documenta, aut subterfugiendo, & dilationes frustratorias petendo. Tertio vltra debitum, & contra styllum, & supra meritum exigendo, ac etiam recipiendo oblata, præcipue a pauperibus, vel mediocribus, qui quodam ti-

more etiam vltra debitum offerunt. A potentibus,& diuitibus tamen libere oblata, seruatis debitis circumstantiis accipere possunt. Omissiue etiam peccant primo acceptam causam negligendo. Et si eorum incuria aliquod incommodum clientulo suo acciderit,resarcire tenetur secundo,negando patrocinium pauperibus & miserabilibus (quas vocant)personis,pupillis viduis,& peregrinis calumniam passis,& iustam causam fouentibus. Maxime vbi aduocati & Procuratores ex munere publico stipēdiati recusant & negligunt,& ipsi ad victus sufficientiam habentes, intendere possunt tūc enim etiam dilatis diuitum negotiis,qui sibi aliunde prouidere possunt,tenentur, sperare tamen possunt debitum salarium a parte succumbēte, & a Deo remunerationē.

Ver. 9. *De peccatis scribarum siue Notariorum.*

SCRIBAE Sunt Notarii, vel Graffarii,& eis adhærentes clerici,qui publicā agunt personam,& vtrique parti,actori scilicet & reo,tenentur primo deducta in iudicium fideliter scribere,secundo actus publicos partibus sub moderato secundum stylū curiæ salario expedire. Peccant aūt falsa scribendo,aut vera omittendo actoris vel rei partes agendo,aut solicitando, dietas frustratorias multiplicando,vel multiplicari faciendo,expeditionē actorum partibus negando,vel differēdo, amore timore,fauore aut auaritia,Secreta curiæ reuelando,& partibus communicando,& vltra debitū salarium directe vel indirecte exigēdo,& à pauperibus paupertatem iurantibus,salarium consuetum exigendo,possunt tamen exigere a diuite pauperibus parte,succumbente. C 56

Ver. 10. *De peccatis iudicum.*

IVDEX Aūt & ei assistentes Consiliarii,vltra tres prædictos modos in ver.3 huius §.2.descriptos,in multis offendere possunt. Primo index in præsumptione,si indignus officio,vtpote ignorans officium iudicis assumpsit, Si negligēs sit purgare prouinciam malis hominibus,& processum bene & diligenter examinare negligit, aut suspectos ac fauorabiles alteri parti,in iudicando admittit. Præterea accipiendo munera vel pecuniam,vt iudicet,etiamsi iuste iudicat. Si non seruat ordinem iuris Si dilationes frustratorias concedat.Si indignis & corruptis hominibus iurisdictionem delegat.Si rei interrogationes captiosas,& ad quas non tenebatur,facit Si allegationes friuolas admittit Si pauperibus nō prouidet de aduocato. Si propter causam indebitam differt prolationem sententiæ,aut eius expeditionem,ac executionem.Si in sententia ponit clausulam obscuram,vt ille contra quem dabatur, possit se defendere,vel executionem differre contra iustitiam.Si fraudes,dolos,cautelas, ac alia aduocatorum & procuratorum vitia non corrigit.Siconsilium partibus dat Si secreta reuelat.Et secundum ius ciuile,siue canonicum & municipale, tot committit peccata,quot transgreditur prohibita.hæc summarie dicta sufficiant.Si probationes horum habere velis,vide Summistas,vel applica fundamenta prædicta. D 56

§.3. *De peccatis iustitiæ commutatiuæ oppositis.*

IVSTITIAE Commutatiuæ multa peccata extra iudiciū sunt opposita,quæ ad tria genera reducuntur.Quædam enim sunt cōtra integritatem personæ, quædam cōtra integritatē honoris & famæ,quædam vero circa exteriores siue bona tēporalia. Cōtra integritatem personæ sunt duo,scilicet homicidium,& membrorum mutilatio. E 56

Ver. 1. *De Homicidio.*

2. 2 q.64.
art. 3. HOMICIDIVM Est hominis occisio,authoritate priuata facta,quæ pro- F 56
Exo 20. hibetur Exod 20.Non accidens.Dicitur authoritate priuata,quia authoritate publi-
Exo.22. ca iudex aut lictor vel miles in bello iusto occidendo non peccat, cum sit præceptum Exo.22 Maleficos non patieris uiuere. Item vim ui repellendo,cum moderamine inculpatæ tutelæ,non tamen intendendo mortem, sed solum defensionem , ut cum non potest aliter euadere, tunc occidendo non peccat Ex præmissis sequitur quód illicitum est seipsum occidere , quia quilibet plus tenetur se conseruare in

ille,

esse, quàm alios. Præterea interficiendo se, facit iniuriam communitati & Deo, qui uitam sibi dedit, & mortem sibi reseruauit, iuxta illud Deut. 32. Ego occidam, & ego uiuere faciam. Hoc reatu tenentur non solum occisores materiali gladio, sed etiam præcipientes, consentientes, auxiliantes, & non impedientes; qui absque uitæ periculo possunt, maxime autem qui curam Reip. habent, qui etiam dissimulando, & homicidas non puniendo, peccant, & ut homicidæ censendi sunt. Ad hoc genus pertinent uenefici, qui per intoxicationem occidunt, & mulieres siue uiri abortum procurantes, siue consulentes, aut materiam scienter ministrantes, & secundum D. Aug. generationem impedientes, & secundum D. Ambro. pauperi in extrema necessitate eleemosynam non dantes Ait enim. Pasce fame morientem, si non pauisti. occidisti, & tenentur ad restitutionem possibilem, ut dictum est. Suntq; irregulares omnes homicidæ, etiam procurantes abortum, si fœtus fuerit animatus anima rationali. Casualiter uerò occidere hominem quum fit præter intentionem, & uoluntatem, dando operam rei licitæ, & adhibitis diligentiis, non est peccatum, cùm non sit uoluntarium. Si autem dabat operam rei illicitæ, vel non adhibitis diligentiis, peccatum est. Vnde & propter hoc Lamech reus fuit homicidii. De his amplius superius dictum est cùm de euentu ageretur. Deut. 32. 2.2.q.65

Ver. 2. *De membrorum mutilatione.*

G MEMBRORVM mutilatio authoritate priuata, est peccatum. Excusantur
65 tamen aliqui, qui faciunt se mutilare propter salutem corporis, quando. s. toti corpori non potest aliter subueniri. Et quia saluti spirituali semper potest aliter prouideri, cum peccatum subiaceat voluntati, ideo non licet alicui pro salute spirituali, membrum præscindere propter peccatum uitandum. Ideo D. Chrysost. exponens dictum Christi Sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum Dei, dicit, Non per membrorum abscisionem, sed per malarum cogitationum interemptionem, Maledictioni enim est obnoxius, qui membrorum abscindit, etenim homicidæ sunt qui talia præsumunt. Postea subdit, Neque enim concupiscentia mansuetior ita fit, sed molestior. Aliunde enim procedit qui in nobis est fomes, & præcipue a proposito incontinenti, & mente negligente. Nec ita abscisio membri comprimit tentationes, vt cogitationis frenum. Vnde secundum statuta uetera Niceni concilii, Qui se castrauerunt propter castitatem seruandam, reprehenduntur. Matt. 19.

¶ Percutere autem & uerberare siue disciplinare seipsum, vt sensualitatis subiaceat rationi, uel ad satisfaciendum pro peccatis, est uirtuosum, si moderate fiat. Vnde D. Paulus 1. Cor 9. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo &c. Alium autem disciplinare licitum est eis quibus incumbit cura, ut parentibus, & pædagogis ab eis commissis, seu de eorum expressa aut præsumpta licentia, ut a maiori malo retrahantur, imo licitum est hominem liberum ad horam ligare in uehementi passione existentem, ut ab aliquo opere illicito statim perpetrando retrahatur. Sicut quum aliquis detinet aliquem, ne se præcipitet, uel ne alium feriat, sed simpliciter aliquem, includere uel ligare pertinet ad eum solum, qui habet disponere de actibus & uita alterius, quia per hoc non solum impeditur a malis faciendis, sed etiam a bonis agendis. *Percussio, & quibus, & quando licita.* *1. Cor. 9.* 2.2.q 72.

Ver. 3. *De contumelia.*

H CONTRA integritatē honoris, & famæ sunt multa peccata, quæ reducuntur
65 ad duo genera. quia uel in præsentia, uel in absentia. In præsentia potest proximus dehonorari sex modis. Primo per contumeliam, eum quis mala culpæ uerbo, uel signo, aut literis, profert in præsentia proximi animo, iniuriandi, seu dehonorandi, ut puta dicendo, tu es fur uel adulter, &c. Et si culpa sit falsa uel uera, sed occulta, est etiam detractio, & sic unus & idem actus est contumelia & detractio, respectu diuersorum inquantum profert in præsentia, dicitur contumelia, inquantum uerò aliis præsentibus, dicitur detractio. Et si culpa quæ profertur est mortalis, est peccatum mortale, si uenialis, ueniale, nisi forte ex illo grauiter confunderetur, vel ab aliquo magno bono impediretur, aut læderetur. quia tunc esset mortale. Sustinendæ tamen sunt contumeliæ in præparatione animi, sicut ea quæ contra nos *Cōtumelia* *Detractio.*

In lib. de sermo. Domini in mõte. fiunt, vt D. Aug. exponens illud. Si quis te percusserit in vnam maxillam, &c. Idem Psalm. Ego tanquam surdus non audiebam. Non tamen semper expedit. Vnde nec Christus aliam exhibuit, sed percussorem reprehendit Sic est de contumeliis. Expedit aliquando ad reprimendam audaciam. Vnde Prouer. 26. Responde stulto iuxta
Matth. 5 stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur. Et aliquando propter multorum bonum,
Luce. 6. quod quandoque propter contumelias impeditur. Tacere autem ad dandum locum
Psal. 38. iræ, laudabile est, sed tacere ad prouocandum ad iracundiam, pertinet ad vindictam,
Ioan. 18. & sic est peccatum.
Prouer. 26 Ver. 4 *De conuitio.*

POTEST secundò dehonorari proximus propter conuitium, cum quis malũ I
2. 2 q. 72. art. 1. ad. 3 pœnæ obiicit in præsentia eius. Et differt conuitium a contumelia, quæ est repræ- 56
sentatio defectus culpæ. Conuitium verò est quando obiicitur malum pœnę animæ vel corporis, vt ignorantia, cæcitas, fatuitas, claudicatio, aut aliquis defectus naturæ, propter quem nullus est vituperandus, vt habetur in 2. Ethic. & est peccatum
2. Ethic. mortale, quando notabiliter confunditur. Vnde Christus. Qui verò dixerit, Fatue,
Matt. 6. reus erit gehennæ ignis.

Ver. 5. *De Improperio.*

POTEST tertiò quis dehonorare proximum, quum obiicit alteri in præsentia K
2. 2. q 72. ar. 1. ad 3. tia defectum minorationis, siue indigentiæ, vt egestatem, vel commemorat auxi- 56
lium aut beneficium factum ei in egestate necessitatem patienti, sicut plerique faciunt, vocando eum pediculosum, fame mortuum, si non subuenissem tibi esses miser, vel mortuus inedia, aut fame, aut aliquid huiusmodi. Circa prædicta tria vitia, & multa sequentia notandum, quòd talia uerba in grauibus formaliter dicta, hoc est ex intentione dehonorandi, vel diminuendi, siue deprimendi famam vel honorem, est peccatum mortale. Si vero materialiter tantum, hoc est non intendendo dehonorationem, &c. Si pro correctione (sicut sæpe fit a superiori & maioribus) non est malum Si verò ab aliis, est veniale. Necessaria tamen est discretio, vt moderatè homo talibus verbis utatur. Quia potest esse tam graue conuitium per incautelam prolatum, quòd auferet honorem eius, contra quem proferretur, & tunc esset mortale, etiam si non intenderet dehonorationem. Sicut etiam si aliquis incautè ex ludo percutiens grauiter lædat culpa non caret. Si. verò non ad contristationẽ sed magis delectationis aut ioci causa, potest esse sine peccato, si debitæ circunstantiæ obseruentur. Si quis verò non reformidet contristare eum in quem profert huiusmodi iocosum conuitium, dummodo risum excitet, vitiosum est:

2. 2. q. 75. Ver. 6. *De Irrisione.*

POTEST quartò dehonorari proximus per derisionem, & hoc dupliciter. s. A
verbo vel signo. Primò verbo cum quis malum culpæ vel pœnæ, aut egestatem & 56
defectus naturæ cachinnis in ludum & iocum accipit, intendens eum paruipendere, & tam uilem eum existimare, vt de malo eius non sit curandum, sed qua pro ioco, & ludo sit habendus, volens eum qui irridetur pro patuo & nihilo haberi, vt erubescat, & inter homines comparare vereatur. Et talis dehonoratio est peccatum mor-
Iob. 12. tale, & grauius quam contumelia, quia contumeliosus videtur accipere malum alterius seriose, irrisor verò in ludum. Et sic est maior contemptus & maior dehonoratio, & est contra illud Iob Deridetur iusti simplicitas. Si irrisio fit in rebus diui-
Esa. 37. nis, puta in Deum vel sanctos aut Ecclesiam, non est simplex irrisio, sed blasphemia, iuxta illud Esa Cui exprobrasti, & cui blasphemasti, & super quẽ exaltasti vocem tuã? Postea subditur. Ad sanctum Israel, Si uerò fit de modicis in ordine ad pro-
Sub sanna tio quid. ximum, & materialiter, hoc est, absque intentione dehonorandi, contristandi, vel confundendi sed ad risum dumtaxat concitandi, est peccatum veniale, & vbi proximus qui irridetur non contristatur, sed potius gaudet, absque peccato fieri põt, cum volenti non fiat iniuria. Secundò potest fieri irrisio per signa, vt rugando nasum, vel aliquod aliud signum spretiuum faciendo, talis derisio vocatur subsannatio, quæ in tantum peccatum est, in quantum est, proximi contempus vel despectio,

Ver. 7. *De Maledictione.*

B POTEST quinto dehonorari proximus per maledictionem. Pro cuius intel 2.2.q.76. art. 1.
57 ligẽtia aduertendum est quod maledicere idem est quod malum dicere. Contingit autem tripliciter maledicere, & ideo triplex est maledictio. Primo aliquis potest maledicere & loqui de aliquo per modum enunciationis, indicatiuo modo. Et sic maledicere nil aliud est quam malum alterius referre. & sic contumelia, conuitium, improperium, & detractio dicitur maledictio, ac etiam susugratio. Secundo modo causaliter & imperatiue, iubendo vt alicui fiat malum, & hæc maledictio pertinet ad peccatũ facti siue mali, quod quis iubet fieri proximo. Tertio modo potest aliquis maledicere optatiue siue imprecatiuè, optando vel increpando alicui malum, quod imprecatur. Si vero aliquis optet alicui malum, non sub ratione mali, sed sub ratione boni, vt quia hoc iustum vel vtile est sibi vel aliis, vt si quis optet peccatorem manifeste peccantẽ, pati iustitiã, vt alii emendentur, vel pati ægritudinem vel aliud impedimentum, vt emendetur, vel a nocumento cesset, non est maledictio per se loquendum, sed per accidens, quia principalis intentio dicentis non fertur in malum, sed in bonum. Et sic iuste iudex maledicit, hoc est imperat malum inferri criminoso, & Ecclesia etiam anathematizando maledicit. Et prophetæ in scripturis quandoque imprecatos fuisse mala leguntur, quasi conformantes voluntatem suam diuinæ iustitiæ. Licet huiusmodi imprecationes possint per modum prænunciationis intelligi, & quamuis Glo super illud Num. 23. Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? dicat quod non potest esse iusta maledicendi causa, vbi peccantis ignoratur, affectus, quia intelligi debet de occultis. Et secundum finalem reprobationem non possumus scire cui maledicat Deus, possumus tamen cognoscere ex aliquo peccato exteriori, pro quo pœna est intelligenda, & secundum reatum pœnæ.

Maledictio triplex.

Nu'ne. 23

¶ Notandum præterea quod illicitũ est maledicere tempori, vento, pluuiæ, imo & diabolo, quum natura eius bona sit. Vnde D. Iudas in canonica sua dicit, quod quum Michael archãgelus cum diabolo disputans, altercaretur de Moysi corpore non ausus est iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit, Imperet tibi Deus. Licet eius culpa possit a viro iusto maledici, hoc est optari, vt pœna debita eidem reddatur. Iuxta illud Iob, Maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare. Leuiatham. Sed quum peccator maledicit diabolo propter culpam, simili ratione quum ipse sit in culpa, iudicat se maledictione dignũ, iuxta illud Eccle. 21. Quum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. D. Tho. dicit quod maledicere creaturis irationabilibus, inquantum sunt creaturæ Dei, est peccatum blasphemiæ. Maledicere autẽ illis secundũ se cõsyderatis, est otiosum & vanũ, & per consequẽs illicitũ. Potest etiã proximus lædi & turbari verbo in præsentia, per contentionem, sed de illa erit sermo, quũ de vitiis, charitati oppositis, agetur infrà c. 12. §. 3. ver. 6.

Maledicere tempori uento, pluuiæ et diabolo non licet.

Iudas

Iob.

Eccl. 21.

Ver. 8. *De Detractione.*

C IN absentia læditur proximus verbo per detractionẽ & susurrationem. Detra-
57 ctio est denigratio famæ, hoc est bonæ æstimationis siue reputationis proximi, per verba occulta, quæ denigratio fit per mala culpæ & pœnæ. & dicitur per verba occulta non simpliciter, sed per comparationem ad eum de quo dicuntur, cum intentione denigrãdi, corrumpendi, vel diminuẽdi famam, quod est formale detractoris. & hoc modo est peccatũ mortale, quia si materialiter, hoc est si aliquis dicat aliqua verba, per quæ fama alterius minuitur, propter aliquod bonum vel necessariam causam, debitis circũstantiis obseruatis, vt quando fit propter emendationem, vel propter punitionẽ & bonũ iustitiæ, prout in accusatione, non est peccatũ, neque potest dici detractio. Si vero ex animi leuitate, vel propter causam non necessariã, non est peccatũ mortale, nisi forte verbũ quod dicitur, sit adeo graue, quod notabiliter famã alicuius lædat. Potest autẽ fieri detractio dupliciter. scilicet directe & indirecte. Directe fit quatuor modis. Primo, quãdo quis falsũ imponit alteri. Secũdo, quãdo peccatũ occultũ reuelat. Tertio quando auget suis verbis. Quarto, quando illud quod est bonum, dicit mala intentione factum. Indirecte autem, uel negando bonum alterius,

2.2 q. 73. art. 3.

Detractio quid et quando peccatũ sit.

Detractio multipliciter fieri potest.

rius, vel malitiosè reticendo, aut minuendo, vel detractionem, audiendo, absq; resistē tia, si resistere possit ciuiliter loquendo, vt quia prælatus vel maior in societate, tunc enim non resistendo detractori consentire videtur, & maxime si impellit. Si verò aliquis ex timore vel verecundia detractoribus resistere omittat, non peccat, vel saltem minus. Detractor in tribus primis casibus, & quando impellit ad detrahendum, tenetur ad tria. Primò, ad reparationē damni, quod diffamatus incurrit. Secundò ad reparationem famę, vt ad omnes apud quos detraxit vadat, & si falsum imposuit, dicat se falsum imposuisse. Si verum dixit diffamando, dicat se male dixisse, & iniuste diffamasse. Debet autem detractor, vt dictum est, ire ad eos, apud quos detraxit, nisi in sequentibus casibus, quos excipit Syluester de Prierio. Primò, si facta diligentia non habeat in memoria. Secundò, quando sequeretur maior infamatio, vt puta quū amplius illi non recordantur. Tertiò, si fieri potest, & si pateat securus accessus. Quartò, quando dicit his quibus debet. Quintò, quando ea quæ dixit, non erant ex sua natura diffamatoria, puta quia interpretari poterant de peccato veniali. Sextò, quādo dixit se audiuisse, nihil addendo quod faceret ad credulitatem, de hoc dictum est supra, quum de restitutione famę & honoris ageretur. Septimò, cum is cui dixerat sciuit postea per aliam viam. Octauò, quando ille erat infamatus de eodem crimine apud illum cui dixit. Et quia murmuratio ad detractionem pertinet, ideò aliquid de ea pro terminorum declaratione subiungendum est. Murmuratio secundum aliquos dicitur per similitudinem ad mutire, quod est propriè mutorum, vel loqui nō audentium. Et accipitur dupliciter, Vno modo large, pro omni submissa & clanculosa loquutione de aliquo. Et hoc modo potest esse peccatum, & sine peccato. Sicut dicitur de Christo, quòd murmur multus erat de eo. Quidā dicebant quia bonus est alii verò dicebant, non, sed seducit turbas. Secundò accipitur propriè pro submissa & clanculosa locutione impacientis, querelantis se de re iusta, vt filii Israel, qui conquerebantur de Manna, vel de re iniusta, modo tamen indebito, hoc est, vbi, quando, quomodo, & coram quibus non oportet, vt communiter religiosi, quū aliquando patiuntur iniustè, & non exponunt rationem suam prælatis, sed aliis quorum non est eis prouidere, & hoc modo semper est peccatum veniale vel mortale, secundum qualitatem obiecti & intentionem animorū, ac conditionem personarum murmurantium, & contra quas est murmuratio, & eorū qui audiūt murmurationē. Et potest sic definiri. Murmuratio est iniusta, patientis clamosa ac clāculosa querela de re iniusta vel iusta, indebito modo facta dicitur iniusta, murmuratio est species detractionis, & secundum rem detradit illi, contra quem murmurat, tanquam iniustè, & irrationabiliter se habuerit vel habeat. Et ideo si fit contra Deum per displicentiam, eò quòd non tribuat prosperitatem, vt filii Israel de defectu aquæ, vel quia immittit tribulationes, vel quia non regit mundum ad votum & nutū nostrum includit blasphemiam dicitur, impatientis quia si per modum denunciationis vel admirationis fieret, non esset propriè murmuratio. Dicitur etiam clanculosa, siue in absentia facta, quia si fieret in pręsentia, non esset murmuratio sed potius improperium.

Detractor ad quid tenetur. *Detractor quando a restitutione famæ excusatur.* *Murmuratio quo[d]upliciter accipiatur.* *Ioan. 5.* *Murmurationis difinitio.*

¶Ex his patet quòd murmurator est iniustus, & impatiens, magis tamen iniustus, & tenetur ad restitutionem, si intulerit notabile documentum famæ, & honoris, aut aliarū rerum. Grauitatē huius peccati declarat Apostolus. Neque murmurraueritis, sicut quidā eorū murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Secundum iura verò canonica pœna murmurationis est, vt alienus sit a fratrum vnitate, & opus eius abiiciatur, vt habetur in ca. alienus. 90. dist vbi gl dicit, quòd opus clerici præcipue est oratio, laici verò, oblatio. Et sic videtur quod si sit clericus, debeat quasi excōicatus separatus esse ab aliis in oratione. Et si sit laicus, non recipitur eius oblatio.

Murmurator quando tenetur, ad restitutionem. *1. Cor. 10.* *Murmuratoris pęna*

Ver. 9. *De Susurratione.*

2. 2. q. 74. *Susurratio quid sit, & quomodo*

SVSVRRATIO est locutio qua quis malum dicit de proximo, vel D omne quod potest mouere intellectum ad tollendam amicitiam, & formale susurrationis est intentio tollendi amicitiam, Et inquantum dicit malum, est detractor, & inquantum intēdit tollere amicitiā, ē susurro. Et cùm amicitia sit inter duos susurronitius

nititur ex vtraq; parte amicitiam dissoluere. Ideo duabus linguis vtitur vni dicens malum de alio, eam ob rem dicitur bilinguis, & grauius peccat quam detractor, aut contumeliosus, quia maius bonum aufert a proximo. Quum amicitiam inter exteriora bona præemineat, quia sine amicis nullus viuere potest, vt habetur. 8. Eth. & Sap. dicit, Inimico fideli nulla est comparatio, & fama (quæ per detractionem tolli tur) ad hoc est maxime necessaria, vt homo idoneus ad amicitiam habeatur. Et sic quum finis sit potioris quæ sunt ad finem, sequitur quod amicitia præeminet famæ ideo susurro grauius peccat quam detractor, licet detractor peiora dicat. Ideo in catalogo sceleratorũ præponuntur susurrones hoc est secundum Greg. inter amicos discordiam seminantes de quibus Sap. Sex sunt quæ odit Deus, & septimum quod detestatur anima eius. scilicet eum qui seminat inter fratres discordias, & Eccl. Susurro, & bilinguis maledictus est, multos enim turbauit pacem habentes. Criminator siue calumniator differt a susurrone & detractore, quia criminator est qui publice aliis crimina imponit, vel accusando, vel denunciando, quod non pertinet ad detractorem aut susurronem. qui ad restitutionem tenentur modo possibili.

differt a detractione — 8 Eth. — *Eccl. 6.* — Rom. 1. — Prouer. 6. — Eccl. 28. — *Susurro differt a criminatore, et tenetur ad restitutionem.*

Ver. 10 *De Adulterio.*

B Potest etiam lædi proximus per peccata in personam coniuncta, & tanto gra-
57 uius, quanto persona quæ deprædatur est magis coniuncta. Vnde qui deprædatur, vel decipit filium, aut iniuriam ei facit magis offendit patrem, quam si deprædaretur seruum vel illi iniuriam faceret. Et cum vxor sit valde coniuncta viro, maiorem iniuriam facit uiro, qui eam uiolat vel aliquam iniustitiam facit, quam si faceret alicui alteri mulieri sanguine iunctæ viro. Sed si vxor consentiat in adulterium, minoratur peccatum & iniuria ex parte ipsius mulieris. Non tamen propter hoc tollitur iniuria ex parte viri, quia uxor non habet potestatem sui corporis, sed vir. Et quia adulterium nõ solum opponitur iustitiæ, sed etiam castitati, ideo de ipso erit locus aliquid dicendi, cùm de intemperantia agetur. Notandum tamen est quod quanto aliqua iniuria in plures redũdat cæteris paribus, tanto grauius est peccatum. Et inde est quod grauius peccat percutiens principem, quam priuatam personam, quia redundat in iniuriam multitudinis.

1. Cor. 7. c. 7. §. 7. ver. 2.

Ver. 12. *De Furto.*

A CIRCA res exteriores opponuntur iustitiæ commutatiuæ quatuor vitia. s.
75 furtum rapina, fraudulentia, vsura. Furtum, est occulta acceptio rei alienæ domino principali irationabiliter inuito, quia si dominus esset irrationabiliter inuitus, non esset furtum, vt in extrema necessitate, si abundans panibus nollet dare indigenti, posset occulte, imò & manifeste & cùm violentia auferri, cùm iure naturali omnia sint communia. Tunc enim accipit rem suam ab iniquo detentore, ideo non dicitur fur neque raptor. Ius enim ciuile, quo rerum proprietates & dominia sunt inuenta, suspenditur adueniente iure naturali, & omne ius positiuũ cessat. Leges tamen & canones tales puniunt, propter incertitudinem extremæ necessitatis, & ne detur aliis non extreme indigentibus, ansa simulandi extremã necessitatem, & sic turbandi Rempublicam, verum Deus, cui nihil incertum est, non punit.

2. 2. q. 66. *Furtum quid sit.* *Extremè indigens, accipiens violenter panem punitur ab hominibus, sed non a Deo.*

¶ Olim fur occultus tenebatur ad duplum, & manifestus ad quadruplum, uerum quia iudicialia præcepta in morte Christi consummata sunt, & nunc non ligant, ideo sufficit nunc reddere simplum & interesse damni emergentis. Et vltra hoc in iudicio condemnatur fur pro primo furto, ad fustigationem, pro secundo ab scinditur vna auricula, pro tertio alia, & aliquando suspẽditur tamen commune est quod in quarto suspendatur. Si vero furtum sit qualificatum, & committatur in rebus priuilegiatis. & furtum sit æquale tribus, suspenditur pro primo furto, maxime quã do sequitur turbatio pacis, vt habetur in Auten. de treug. & pac. Notandum tamen quod accipere a domino priuatò inuito, cum consensu supremi domini, scilicet Dei, non est furtum, ideo filii Israel, qui iussu domini spoliauerunt Aegyptios, furati non sunt, nec peccauerunt. Furtum autem ex genere suo est mortale, efficitur tamen veniale propter modicitatem aut surreptionem.

Deo. Restitutio rei furtiuæ. *Pœna furti.* *Exod. 22.* *Furtum est ex genere mortale.*

Ver.

2.2.q. 66. ar.8. Ver. 12. *De Rapina.* B

RAPINA tripliciter accipitur, Primo, pro quacunque vsurpatione rei alienæ 58 téporalis vel spiritualis Et hoc modo accipitur Phil 2. vbi de Christo dicitur. Nō rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, prout Lucifer. Secundo, pro quacunque vsurpatione illicita rei temporalis, & sic accepit D. Ambros. dicens, qui vsuram accipit, rapinā facit, vt habetur in c. qui vsuram 14. q. 4. Et D. Aug. Si quid inuenisti & nō reddidisti, rapuisti, Tertio, proprie, & stricte, vt diuiditur contra furtum & vsuram, & sic accipiendo, Rapina propriæ est iniusta & violenta ablatio rei alienæ. Ex his sequitur quod non est rapina si quis rem suam violētem accipiat ab eo qui aufert. s. fure vel raptore. Nec etiam si res aliena violenter accipiatur in bello iusto. Nec etiam si violenter accipiatur authoritate publica, iustitia existente, contra voluntatem priuatorum propter Reipublicæ necessitatem. Rapina grauius peccatum est quam furtum, quia per rapinam non solum infertur alicui damnum, sed etiam infertur personæ iniuria. Licet magis verecundetur quis deprehensus in furto, quam rapina, eo quod homines sensibilibus inhærentes magis gloriantur de virtute exteriori, quæ amplius manifestatur in rapina, quam in furto.

Rapina est peccatum grauius furto.

Ver. 13. *De fraudulentia.*

FRAVS siue fraudulentia & dolus se habent sicut superius & inferius, quia C fraus est deceptio proximi. quæ fit, per facta duntaxat. Dolus autem est deceptio pro- 58 ximi, siue fiat per verba, siue per facta, & sic omnis fraus est dolus, sed non econuerso. Differūt etiam, quia dolus aliquando accipitur in bonam partem, est. n. quidam bonus dolus, qui idem est cum solertia, quæ est pars prudentiæ, vnde dicitur aliquis bonę indolis, hoc est dolum bonum intus habens, siue bonū ingeniū, siue solertiā, sicut Salomon in iudicando meretrices, adhibuit bonū dolū, & idem sic quando quis tacite simulat, vt se vel sociū seruet indemnem, vel vt bonum alterius procuret, prout D Paulus dicit, Omnia omnibus factus sum vt omnes facerem saluos, & quum essem astutus dolo cepi vos. Sępius tamē dolus inuenitur accipi in malā partē, pro circunuentione & deceptione proximi. De. qua. 1. Thes. 4. Et ne quis super grediatur aut circumueniat in negotio fratrem suum, quoniam vindex est dominus de omnibus his. Et sic accipiēdo definiri, in l. 1. ff. de dolo. Dolus malus est omnis calliditas, fallaciam seu machinatio, ad circumueniendum, fallendum, vel decipiendum alterum. Dictum est calliditas, in animo tacendo, fallacia vero mentiendo, machinatio arte verborum, fraus aūt semper accipitur in malum vtrunque tamē siue fraus, siue dolus dupliciter accipi pōt. Primo, vt importat executionem astutiæ, & hoc modo pertinet ad imprudentiam, vt dictum est quū de vitiis prudentiæ oppositis ageretur. Secundo accipitur, inquantū fraus, & dolus, adhibetur ad hoc, quod aliquid plus vel minus iusto pretio vendatur, locetur, aut conducatur aut alio modo commutetur. Ad cuius euidentiam supponendum est quid dicatur iustum pretium alicuius rei, & a quo institui debet. Iustum pretiū est ęqualis valor rei, siue pro redetur pecunia, siue quodlibet aliud quod pecunia siue numismate (quod, vt dicitur in. 5. Eth. ad mensurandū valorem & pretium rerum inuentum est) æstimari potest, sic quod valor rei venditæ sit tantus, quantus est valor pecunię vel alterius rei loco iustæ pecunię datæ. Verum quia valor rerum corporalium propter mutabilitatem temporis conditionis, siue affectus personarum incertus est, nulla potest dari certa regula in particulari, quanuis in generali dicatur in l. pretia rerum ad Falcid. ff. vbi dicitur quod pretia rerum non est affectu singulorum, sed communiter, hoc est, vt plures de communitate iudicant, æstimantur. Communitas autem hominum circa huiusmodi pretia propter diuersas occurrentes causas idem in specie non æstimat in puncto siue in athomo sicut videmus in tritico, non enim conueniunt omnes in pretio determinatio, sed quidam parum plus, quidam parum minus æstimant & emunt, & sic diuerso pretio venditur in foro. Si vero eiusdem commercii sunt mercantiæ, & res vendi-

2.2.q. 77.
Fraus et dolus differūt
3. Reg. 3.
1. Cor. 9.
1. Thes. 4.
Dolus malus.
Fraus semper accipitur in malam partē et fur. quid importat.
Iustum pretiū quid sit

vendibiles in aliquo loco, in quo non est communitas (quia forte vnus solus habet) iustum pretium determinari debet arbitrio bonorum mercatorum, qui considératis in re mobili debitis circunstantiis, arbitrabuntur iustum pretiū nō in athomo, sed parum plus aut minus. In re verò immobili arbitrabuntur secūdum fructus, locū & tempus, scilicet belli vel pacis. Ex hoc sequitur quòd iustum pretium quandam latitudinē habet plus vel minus continentē, quod est valde notandū pro decisione multarum difficultatum. D. Tho. dicit quòd de emptione & venditione, dupliciter loqui possumus. Vno modo secundum se, & quo ad hoc, cum emptio & venditio introducta sit pro cōmuni vtilitate, dum vnus indiget re alterius, & econuerso, vt dicit Philos. consequens est quòd non debet esse magis in grauamen vnius, quàm alterius. Vnde sequitur quòd secundum æqualitatem rei contractus inter homines debent cōstitui. Quantitas enim & valor rei mensuratur secundum pretium, & ideo si pretiū excedat quantitatem valoris rei, vel è conuerso res extedit pretium, tollitur iustitiæ æqualitas. Et ideo carius emere seu vilius uendere rem quàm valeat, siue econuerso, est secundum se iniustum & illicitum. Alio modo possumus loqui de emptione & venditione, secundum quod per accidens cadit in vtilitatem vnius, & in detrimentum alterius, puta cum aliquis eget aliqua re, & alius læditur si ea careat. In tali casu iustum pretium erit, vt non solum respiciatur ad rem quæ venditur, sed etiam ad damnum quod venditor incurrit ex venditione, & sic licite potest vendi aliquid plus quam valeat secundum se, licet non plus quàm valeat habenti, vt si aliquis propter defectum equi quem habet, qui est valde vtilis alteri, detrimentum patiatur, & alius iuuetur, vtpote quia habet longum iter peragrare, poterit carius vendere. Si verò aliquis multum iuuetur re alterius quam accipit, & ille qui vendit, non damnificetur carendo illa, non debet eam superuendere, quia vtilitas quæ acrescit alteri, non est ex venditione, sed ex conditione euentus. Nullus autem debet vendere alteri quod non est suum, licet possit ei vendere damnum quod patitur, ille autem qui ex re accepta multum iuuatur, potest propria sponte aliquid vendenti supererogare, quod pertinet ad eius honestatem. Ex præmissis apparet falsitas duarum regularum, quas mercatores pro fundamento palliationis suarum fraudium (instigante diabolo) sibi præstituunt. Prima est, quòd tantum valet res, quanti vendi potest. Secunda est, quòd licet contrahentibus se inuicem decipere, ambæ enim sunt contra æqualitatem iustitiæ commutatiuæ. Et quanuis leges humanæ (quæ non possunt cohibere omnia uitia quæ sunt contra virtutem, sed sufficit eis quòd cohibeant ea quæ destruunt pacificum conuictum (non puniant, propter hoc non approbant, licet permittant duntaxat, nisi forte quando est nimius excessus, vt quum venditur res vltra dimidium iusti pretii, tunc dant actionem rescindende venditionis. Sed lex diuina nil impunitum relinquit, quod sit virtuti contrarium. Ideo tales qui æqualitatem iustitiæ deprauat, punit, & ad restitutionē necessitat. Angelus de Clauasio in summa sua dicit primam regulam habere locum, seruatis quatuor conditionibus. Quarū prima est scientia, sic quòd nulla sit deceptio ex vtraque parte, vt scilicet qualibet partium sciat qualitatem rei & valorem eius. Secunda est libertas hoc est quòd non faciat ex tali necessitate, quòd excludat rationem voluntarii, quemadmodum quando tales res pertinent ad necessitatem vitæ, sicut triticum, vinum, vestes, domus & alia huiusmodi, quæ non possunt vendi ad libitum, sed secundum iustum pretium, vel quando res venditur timore incurrendi damnum. Tertia conditio est prudentia, quia mentis leuitas redderet contractum illicitum. Quarta, quod ille quibus debito emit, possit donare. In talibus enim superexcessus censetur donari propter esse etiam valoris, qui sciens rem parum valentes, quam alius non tenetur vendere, excesiuo pretio emit. Secundum apparet ex dictis, quod quandocunque in commutationibus est defectus latens alteri parti, siue in re siue in pretio, fraus committitur, quę est ex genere peccatum mortale nisi excusetur propter, imperfectionem actus vel modicitatem obiecti. ¶ Notandum tamen quod in rebus triplex potest inueniri defectus, vnus est secundum speciem rei, quando scilicet vua substantia pro alia venditur.

1. Polit.

Duæ regulæ falsitatis mercatorū.

Occultans defectus rei uēditæ fraudat.

Triplex defectus rerū uendibiliū

ditur. iuxta illud Esa. 1. Argentum tuum versum est in scoriam, & vinum tuum mixtum est aqua. Alius defectus est secundum quantitatem quæ consistit in pondere, numero, & mensura, iuxta illud Deut. 25 Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus, neque erit in domo tua modius maior & minor. Postmodum subditur. Abominatur enim dominus eum qui facit hæc. & aduersatur omnem iniustitiã. Tertius defectus est ex parte qualitatis, puta si aliquis vendat aliquod animal infirmum pro sano, ædificium ruinosum pro firmo & stabili, res corruptas pro bonis. Ex his sequuntur innumera colloraria & resolutiones in casibus conscientiæ, inter alia quòd venditor tenetur reuelare emptori defectus latentes rei uenditæ. idem proportionabiliter dicatur de emptare quo ad uitia monetæ, siue quo ad pondus, siue quo ad substantiam vel proximam reprobationem, quam nouit, venditore ignorante. Et generaliter vbi non seruatur æqualitas quocunque modo illicito fiat, maxime si ex monopolio, seu coniuratione vnius vel plurium, & dicatur rem plus valere quam valeat fraus committitur. sequitur etiam quòd non licet tanti vendere rẽ, quanti empta est puta quum disponitur ad corruptionem, vel quando pretium per communitatem diminuitur. Si plura circa hanc materiam desideras, & quid sit negotiatio, & an ars negotiandi, quæ est solum propter lucrum uili emere. & statim absque translatione aut mutatione facta in te, carius uendere, sit licita, vide Tho. in questione annotata, & maxime art. 4.

Esa. 1.
Deut. 25.
2. 2. q. 78.

Ver 14. *De Vsura.*

VSVRA & fœnus idem sunt, & in sacris literis multipliciter accipiuntur, quãdoque metaphorice pro super excrescentia spiritualium quam exigit Deus, uolens vt bonis ab eo acceptis proficiamus ad vtilitatem nostram, sed non suam. Et sic accipitur Luc. 19. vbi reprehenditur ille, qui abscondit & reposuit talentum sibi creditum in sudario. Et dictam fuit illi Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam & ego ueniens cum vsuris utique exegissem illam? Quandoque uero accipitur pro abundantia rerum, propter quam aliquis alteri mutuare potest Et sic fuit promissa filiis Israel in premium pro obseruatione legis, iuxta illud Deut. 28 Fœnerabis gentibus multis, & ipse a nullo fœnus accipies, hoc est, tam abundans eris, quòd poteris mutuare gentibus, & a nullo mutuum accipies Tertiò accipitur proprie, & sic Vsura est lucrum siue crementum ex mutuo vero vel interpretatiuo proueniens, siue illud crementum sit pecunia, siue aliud quod pecunia æstimari possit. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod mutuum est contractus, in quo transfertur dominium rei cum debito recuperandi tantundem in specie, & non in numero. Ideo dicitur mutuum, quia de meo fit tuum. Et consistit in rebus usu comsumptibilibus, siue quarum vsus non distinguitur ab ipsis, vt bladum, uinum, oleum, pecuniæ & alia huiusmodi. Vtendo enim blado ad cibum, consummus, similiter & vinum, ac pecunias. Quia vsus principalis eius consistit in distractione. Ex quo patet quod licet in rebus in quibus vsus distinguitur a proprietate, fraus & dolus committi possint, non tamen vsura, cum in illis non inueniatur ratio mutui. Vsura; siue dare ad vsuram, hęc tertio modo accipiendo usuram, peccatum est ex suo genere mortale, tam in antiqua, quam in noua lege, ac etiam lege naturæ prohibitum. Primo in antiquo testamento Si pecuniam tuam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum non urgebis eum, quasi exactor, neque vsuris opprimes eum Et Dauid. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescis in monte sancto tuo? Sequitur. Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. Et Exechiel. Si ad vsuram non accommodauerit, & amplius non acceperit, uita viuet. Nec obstat quod scribitur Deuter. 28. Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram, pecuniam, neque fruges, neque quamlibet aliam rem, sed alieno Quia per hoc quod prohibet dare ad vsuram fratri, sufficienter dat intelligere, quòd dare ad vsuram cuicunque homini, est simpliciter prohibitum. fratris enim nomine omnis homo intelligitur. Vnde Christus. Omnes vos fratres estis. Et ideo Dauid & Ezech. absolute locuti sunt. Quod autem addit Moses, sed alieno, non concessiue, sed permissiue dixit, ad duritiam

Luc. 19.
Deut. 28.
Mutuum quid sit.
Vsura siue dare ad usuram, est peccatum omni lege prohibitum
Exod. 22.
Psal. 14.
Ezech 18.
Deut. 28.
Matth. 24

cordis eorum sicut de libello repudii & lege talionis, ad maius malum vitandum, ne a iudæis Deum colentibus vsuras acciperent, propter auaritiam quam habeant. Quod vt que fecissent, si accipere ab alienis non fuisset permissum. Et eodem modo respondendum est, si obiiciatur de legibus ciuilibus, quæ dant actionem vsurariis, non approbando, sed solum permittendo ad duritiam cordis, ad curandum maius malũ, nam nullo alias modo subueniret necessitatem patientibus. Secundo prohibetur lege noua, Luc 6. Mutuum date nihil vnde sperantes. Tertiò prohibetur iure naturæ quo iniustum est vendere quod non est, cum inter ens & non ens non sit proportio, & per consequens nec æqualitas, vendere etiam bis aliquid est de iure naturali illicitum, cum in secunda venditione vendatur non suum, sed alterum horum facit vsurarius, quia vendit vsum rei qui non est distinctus a proprietate, & sic accipitur pro eo quod non est, in quo est plus quàm manifesta inæqualitas. Et si illud lucrum accipiatur pro proprietate, iam bis accipit pro illa, primo tantundem, secundo lucrum, & sic bis accipit. Hæc est ratio Philosophi. Præterea pecunia mutuo accepta transit in dominium debitoris, ita quod sit sua, vt dictum est, sed valde iniustum & inæquale est, vt quis quærat fructum in re quæ est alterius, Igitur &c. Quidam etiam dicũt quod in vsura venditur id quod est commune. s. tempus Insuper fit cõtra misericordiam, cuius natura est, vt eius opera gratis fiant, alias non esset misericordia. Christus autem ponit mutuum inter opera misericordiæ. Nec obstat quod aliquãdo dare mutuum sit de consilio, quia mutuũm semper sequitur præceptum negatiuum, quo prohibetur ne quid vltra sortem non solum accipiatur, sed nec etiam speretur. Ex quo sequitur, quod vsura pure mentalis est peccatum, non solum in lege noua siue euãgelica, sed etiam in lege naturę prohibitum quum omnis volitio interior libera, quæ fertur supra materiam indebitã siue obiectum prohibitum, sit mala, & peccatum, Eadem ratione adulterium pure mentale, est peccatum.

Luc 6.

5. Ethi.

Luc. 6.

Ver. 15. *De diuisione vsuræ.*

A VSVRA diuiditur in mentalem & extrinsecam Vsura extrinseca consistit in
59 hoc quod est lucrari ex mutuo, interueniente pactione explicita vel implicita. Mentalis consistit in spe lucri, absque vlla conuentione. Pro resolutione multarum difficultatum circa vsuram extrinsecam notandum quod ad lucrum vsurarium requiruntur & sufficiunt duæ cõditiones ex parte ipsius lucri. Prima est, quod sit aliquid pecunia æstimabile. Secunda quod lucrum non sit suum, s. mutuantis. Ex prima sequitur, quod si aliquis mutuat alteri vt fiat amicus, non est vsurarius Ex secunda sequitur, quod si aliquis mutuat alteri vt re habeat suum, vel vt redimat vexationẽ, quia si nõ mutuaret, forte debitum negaret, vel se ad iudicium trahi faceret, quod nõ faciet propter mutuum, nõ est vsura Neque etiã si mutuans deducat in pactum, damnum emergẽs quod incurrit, est peccatum quia non est lucrum, Sed si obliget ad remutuandum, vel molendum in mola sua, vel ad sumendum aliquid ex officina sua, vsura est quia illa obligatio pecunia æstimari potest. Discernendum est tamen hic lucrum ab illicito, lucrum n. licitum est pretium pro mola vel aliis mercibus, & hoc non est vsura, nec subiacet restitutioni. Illicitum vero est obligatio, ideo tenetur ad relaxandum vinculum obligationis, & ad recompensationem illius ad arbitrium boni viri. Sequitur etiam, quod si aliquis locat aut vendit pecuniam, quod fieri potest quantum ad vsum secundarium, cum pacto accipiendi plus, moderate tamen, non est vsura, quum non sit mutuum, vt si quis mutuat pecuniam ad ostentationem, vel si locat aureos ad ponendum in brodio, vel nummos aureos vendit pro argentea & parua moneta, vt emptor leuius & securius ambulet, non est vsura. Sicut enim vasa aurea & argentea, & argentum & aurum non monetarum, potest locari & vendi, sic pecunia quo ad vsus secundarios. Sequitur etiam quod si aliquis accipiat pœnam conuentionalem propter moram debitoris, non est vsurarius, quia non ex mutuo, sed ex mora. Quod limitandum est, nisi creditor probabiliter æstimaret debitorem futurum esse in mora, aut mallet debitorem incurrere pœnam,

Ad lucrũ vsurarium requirantur & quę requisufficiunt.

56 CIRCA Redditus & census annuos an sit licitum eos emere, & an & quãdo in talium emptione committatur vsura, est difficultas. Pro cuius resolutione aduertendum, est, quod cum omnia quæ possunt pecunia æstimari, emi & vendi possint modo seruetur æqualitas inter rem venditam, & pretium, sequitur quod redditus & census annui, qui pecunia æstimari possunt, sunt vendibiles, & venditio & emptior eorum est licita, dum modum iustum pretium seruetur. Si uero viliori pretio emantur, & non est pactum de retro vedendo, non est quidem vsura quũ non sit mutuum nec explicitum nec implicitum, est tamen iniustitia, propter inæqualitatem pretii, tenetur que emptor iustum pretium resarcire. Si vero redditus vel census annui emantur minori pretio cum pacto de retrouendendo, vsura est, quia ibi est mutuum implicitum. & emptio illa sub minori pretio, & pactum de retrouendẽdo est quoddam velamen in fraudem vsurarum, & sic non habet efficaciam. Nam (vt dicunt Iuristæ) plus valet quod agitur, quam quod simulate concipitur. Vbi autem annui redditus & aliæ quęcunque res iusto pretio emuntur, pactum de retrouendendo non viriat, imò pertinet ad liberalitatem emptoris, qui ad hoc se astrinxit, quod non potest exigere simul omnes pecunias datas manẽte debitore libero ad dandum sortem vel redditum annuum, Ex his patet quid dicendum sit de redditu annuo tritici, vini, ac olei. Sed aduertendum est bene ad pretium iustum, quia variatur, & uix reperiri potest propter sterilitatem & pericula occurrentia, nec pretium iustum taxare pertinet ad Theologum, sed ad communitatem, uel principẽ communitatis iõ. pertransco. Puto tamen excusari eos qui sequũtur edictum principis uel parlamentorum, dummodo quando pro loco & tempore ex causa rationabili uariẽt edicta & augent pretium, etiam ab emptoribus augeatur.

Ver 18. De Vsurarum restitutione. 2.2.q.78 artic.3.

A Vsurarii extrinsece lucrum accipientes ex mutuo siue explicito, siue impli-
56 cito, tenentur ad restitutionem acceptorum, & ad interesse damni emergentis. Non tamẽ tenentur ad restitutionem eorum quæ ex pecunia usuraria acquisierunt Quũ licite quilibet tenere possit quod legitime acquisiuit Prout in hoc casu, quum pecunia non faciat ex se fructus. Sed si id quod per usuram acquisitum est, faciat fructus, vt domus vineæ, prata, tenetur non solũ ad restitutionem domorum, vinearum, & pratorum, per vsuram acquisitorum, sed etiam fructuum. Quando autem pure mentalis vsurarius restituere teneatur, dictum est, cum de vsura mentali ageretur.

Ver. 19. De Acceptione ad Vsuram.

B ACCIPERE Ad vsuram a parato dare ad illam, & qui non consueuit ali- 2.2.q.78
56 ter mutuare, in casu necessitatis vel rationabilis vtilitatis secundum se nullum est artic.4.
peccatum, quia nil aliud est, quam mutuum accipere & vsuram pati, quorum neu 5.Ethic.
trum habet rationem mali culpæ, quia secundum Philos. Qui iniuriam siue iniustitiam patitur, non peccat sed vsurarius dando sub vsuris facit iniustitiam, ergo qui accipit. & patitur non peccat. Licitum est enim peccato alterius in bonum suum vti, in Ench.
quia Deus vtitur omnibus peccatis ad aliquod bonum, vt ait D Aug. Potest tamẽ esse peccatum, si quis absque rationabili causa patiatur hoc damnum, & alterius iniquitate vtatur inducere vero non paratum, vel a parato petere mutuum sub vsura, peccatum est, quia nullo modo licet inducere alium ad peccatum, neque comparari seu consentire aut complacere peccato alterius, quia quanuis aliquid sit dispositus & paratus dare ad vsuram, non tamen semper cogitat, & ex illa petitione qua illicitũ petit, prouocat, ad denuo consentiendum peccato, ad quod erat antea dispositus. Non autẽ prouocat, quando solum mutuũ petit, quia quod det ad vsuram, non sequitur per se petitionem mutui, cum possit absque vsura dare ideo per accidens est, & ex malitia sua prouenions, quod offerat sub vsura, & non alias. Sicut si a debitore idolatra negante debitum, & parato peierare, creditor petat quod iuret per idolũ suũ, peccat quia petit aliquid, quod alius non potest facere sine peccato. Si vero

ro petat solum iuramentum,cum illud licite. præstare possit per Deum verũ, sicut dare mutuũ sine vsuris,non cõsentit neque cooperatur peccato alterius. Licet ille ex malitia sua incidat in peccatũ, ad quem præseruandum non tenetur relinquere vtilia & necessaria sibi, licet bene teneatur ad præseruandum a peccato ex infirmitate prouenientc,quod est bene notãdum,quia hinc pẽdet solutio multarũ difficultatum.

2.2.q.79. §.4. *De partibus integralibus iustitiæ.*

Psal. 36. PARTES Integrales iustitiæ sunt duæ scilicet facere bonũ, & declinare a malo. Iuxta illud Psal. Declina a malo, & fac bonum. Non tamen accipitur hic bonum vel malum large siue communiter. Quia ad omnem virtutem pertinet facere bonum & vitare malum,nisi forte accipiatur iustia prout est omnis virtus. Quamuis iustitiam hoc modo accepta,respiciat quãdam specialem rationẽ boni, prout est debitum in ordine ad legem diuinam vel humanam. Sed iustitia particularis respicit bonum in ordine ad proximum, & sic facere bonum ponitur pars iustitiæ sub ratione debiti ad proximum & vitare malum oppositum quod est proximo nociuum. Ad iustitiam vero generalem facere bonum debitum in ordine ad communitatem & vitare malum oppositum. Et dicuntur partes integrales, quia vtraque earum requiritur ad perfectum actum iustitiæ Et ponuntur, duæ quia in operationibus & rebus exterioribus, circa quas est iustitia, aliud est facere æqualitatem, aliud æqualitatem factam non corrumpere. Non enim declinare a malo importat negationem puram hoc est non facere malum quia per hoc non meretur palmam, sed euitat pœnam sed importat motũ volũtatis repudiãtis malum Et hoc in ipsum vocabulũ declinationis importat. Et hoc est meritorium, præcipue quum aliquis impugnatur vt malũ faciat,& resistit. Et inter hos actus perfectior & principalior ac completiuus iustitiæ,est facere bonũ declinare autem a malo,est actus imperfectior & secundarius. C 60

Ver.1. *De Peccato Transgressionis siue commissionis.*

2.2.q.79. artic. 2. HIS Duabus partibus integralibus opponuntur duo vitia. Declinationi a malo opponitur trangressio. Operationi boni opponitur omissio, Quo ad primum sciẽdum quod transgressio accipitur dupliciter. Primo large, & importat violationem cuiuslibet præcepti siue affirmatiui, siue negatiui & sic non diuiditur contra omissionem, imo est aliquid cõmune omni peccato Secundo. accipitur proprie & stricte, & sic importat contrauentionem præcepti affirmatiui duntaxat. Et sic opponitur omissioni. Quia transgressio est per actum directe oppositum præcepto negatiuo. Omissio vero de se non importat aliquem actum directum, precepto affirmatiuo oppositum, sed solum defectum actus debiti. & prætermissionem præcepti affirmatiui. Inter hæc duo peccata,simpliciter & absolute loquendo, peccatum transgressionis est grauius, propter directam repugnantiam cum præcepto. Vnde non adeo grauiter peccat filius,qui non exhibet debitam reuerentiam patri, sicut qui facit irreuerentiam. Licet aliqua omissio possit esse grauior aliqua transgressione, propter circunstantiam aliquam,vt in eo qui tenetur custodire portas ciuitatis,& eius omissione hostes ingrediuntur,& diruunt omnia. D 60

Transgressio dupliciter accipitur.

Ver.2. *De Peccato omissionis.*

2.2.q.79. artic. 3. CIRCA Peccatum omissionis est difficultas, an sit dabilis pura omissio, an semper habeat actum adiunctum. Et quoad hanc difficultatem certum est, quod non est necesse semper habere actum annexum concomitantem. Quia tempore impletionis præcepti potest quis dormire,& tunc omittit & nullum actum concomitantem habet. Certum est etiam quod si habeat actum directum concomitantem, vtpote nolle implere præceptum affirmatiuum, tunc non est pura omissio, sed est peccatum mixtum,comprehendens trãsgressionẽ, & omissionem cum omne præceptũ negatiuum includat affirmatiuum. Sed difficultas pendet in hoc, an præcepti omissio possit esse absque quocunque actum cõcomitant vel præcedẽte,qui sit causa eius. Et respõdetur quod semper habet vel habuit actum præcedentem,qui fuit causa eius vt si his qui tenetur ire ad matutinas, se inebriauit de sero, vel in aliis se occupauit, vnde impossibilitauit se ad surgendum ad matutinas, peccatum omissionis non imputa- E 60

An præceptum omissio possit esse absque quocunque actu.

imputatur ei pro tunc, qui si aliquis violenter excitaret eum & iret ad matutinas, nō omitteret, Et sic omissio non incipit ei imputari ad culpam, donec uenit tēpus in quo debet & tenetur operari. Licet peccauerit in causa, se impossibilitando.

§. 5. *De partibus potentialibus Iustitiæ.*

F PARTES potentiales adiunctæ iustitiæ sunt multæ. Ad quarum euidentiam
60 supponendum est primo, quod in virtutibus quæ adiunguntur alicui principali, duo sunt consideranda. Primò, quòd virtutes adiunctæ in aliquo conueniunt cum principali cui adiunguntur, secundò, quòd in aliquo deficiant a perfecta ratione ipsius. Secundo supponendum est, quòd iustitia est ad alterum, & ratio iustitiæ consistit in hoc quod reddat alteri quod ei debet secundum æqualitatem. Et sic debitum & æqualitas sunt de perfecta rōne iustitiæ. A ratione æqualitatis deficiunt quatuor uirtutes, scilicet religio, quæ est in ordine ad Deum, cur non potest reddi æquiualens. Item pietas, quæ est in ordine ad parentes, quibus etiam non possumus reddere æquiualens. Item obseruantia, quæ est erga virtuosos, & in dignitate constitutos, deficit ab æqualitate, cùm virtus ab homine recompensari non possit, ut patet per Philo. Et huic adiungitur Obedienti. Ad sciendum autem quæ virtutes deficiant a ratione debiti iustitiæ notandum est quod secundum Phil. duplex est iustum siue debitum, scilicet legale & morale. Iustum & debitum legale est, ad quod reddendum aliquis aliqua lege astringitur in exteriori foro. Et tale debitum legale respicit iustitia, quæ est principalis virtus. Iustum uerò siue debitum morale est, quod ad reddendum, quis non astringitur aliqua lege in foro exteriori, sed illud aliquis debet ex honestate virtutis. Hoc debitum non est tantum, sicut debitum legale. Et ideo virtutes quę sunt ad alterum sub ratione debiti moralis & honesti, deficiunt a ratione iustitiæ ex parte debiti, licet non ex parte æqualitatis. Debitum autem morale habet diuersos gradus, & secundum hoc assignantur diuersæ virtutes annexæ iustitiæ. Primus gradus debiti est, ex cuius ratione insurgit necessitas, quando. s. est sic necessarium, quòd sine eo morum honestas conseruari non potest. Et iste gradus debiti potest attendi dupliciter. Primo ex parte debentis. Et sic ad hoc debitum pertinet, ut homo talem se exhibeat alteri in verbis & factis, qualis ipse est. Et sic adiungitur iustitiæ veritas, in qua includitur fides siue fidelitas, per quam fiunt & seruantur, quæ dicta sunt, & promissa. Secundo, potest attendi ex parte eius cui debetur, prout aliquis recompensat alicui secundum ea quæ fecit, siue in bonis, siue malis. Quo ad bona adiungitur iustitiæ vna virtus, quæ dicitur Gratia seu Gratitudo, quæ ab aliquibus dicitur Eucharistia Quo ad mala vero ponitur alia virtus, quæ dicitur vindicatio, per quam (vt Tullius ait.) Omnino quod obscurum est, aut defendendo, aut ulciscendo propulsat. Secundus gradus debiti, quod dicitur necessarium largo modo, sicut conferens ad maiorem honestatem. Circa hoc debitum uersatur liberalitas. Affabilitas, & amicitia, & alia huiusmodi, de quibus per ordinem dicendum est.

4. Ethic. 8. Ethic. *Indebitum est duplex* *Debitū morale.* *Debitum morale habet diuersos gradus.* 2. 2. q. 81. art. 1.

Ver. 1. *De Religione.*

RELIGIO est virtus disponens hominem ad colendū & honorandū Deū.
G Ad hanc ordinantur tria prima præcepta decalogi, quæ sunt de actibus eius, Actus
60 religionis eliciti, siue ad quos religio immediate inclinat sunt octo, duo interiores, & sex (vt in pluribus) exteriores. Et quia finis religionis est superior ad alias virtutes, ideo potest actus omnium aliarum virtutum imperare, hoc est ad finem suum ordinare.

Ver. 2. *De deuotione.*

PRIMVS actus religionis interior, est deuotio, quæ nil aliud est, quam prompta voluntas tradendi se ad ea quæ pertinent ad Dei famulatum, cultum, & ho- (2. 2. q 82. art. 1.) (Exo. 35.)
H
60 norem. Vnde Exod. 35. dicitur, Quod multitudo filiorum Israel mente promptissima atque deuota offerebat primitias domino. Et sic patet quòd deuotio pertinet, ad voluntatem. Causa enim intrinseca est Deus, causa uero intrinseca est contemplatio & meditatio, qua quis concipit quòd se tradit diuino obsequio. Vnde Psal. (Psal. 38.)

In meditatione mea exardescet ignis. effectus uero eius est interior cordis lætitia. Vnde in collecta Ecclesiæ dicitur, Vt quos ieiunia uotiua castigant, ipsa quoque deuotio sancta lætificet.

Ver. 3. *De oratione.* I

2. 2. q. 83. artic. 1. SECVNDVS actus religionis est Oratio, quæ dupliciter accipitur. Vno modo large, pro qualibet bona operatione Vnde sup illud 1 Thess. vltimo, Sine intermissione orate, dicit Gl Semper orat, qui semper bene facit Et sic accipitur Luc. 18. vbi dicitur, Oportet semper orare, & nunquam deficere. Alio modo strictè, prout est applicatio mentis ad Deum. Et sic secundum Damascenum, Oratio nil aliud est, quã quidam ascensus animi, siue quædam mentis eleuatio in Deum. & secundum D. Aug. est petitio decentium a Deo. Et ex his duabus definitionibus conficitur vna tertia. scilicet, oratio, est ascensus, siue eleuatio, & ordinatio mentis siue animi ad Deum, cum quadam decentium petitione Licet enim Deus multa etiam non petita liberaliter nobis largiatur, tamen aliqua vult dare nobis petentibus, propter vtilitatem nostram, vt s. fiduciam quandam accipiamus recurrendi ad eum, & vt cognoscamus eũ esse bonorum nostrorum authorem & largitorem. Et quum per orationem homo exhibeat reuerentiam Deo, inquantum ei se subiicit, & orando protestatur se egere eo, sicut authore naturæ & largitore bonorum suorum, sequitur quod oratio est actus uirtutis religionis, ad quam pertinet honorem & reuerentiam deo exhibere. Et quanuis oratio sit elicitiue ab intellectu, & ideo secundum Cassiodorum oratio dicitur, quasi oris ratio, est tamen imperatiue a voluntate, in qua est religio, quæ ordinat actum voluntatis & aliarum potentiarum ad dei reuerentiam. Et quia ad orationem perfectam tria requiruntur, s. eleuatio mentis in Deum, & ratio impetrandi, quæ ex parte Dei dicitur sua sanctitas per quam petimus exaudiri, secundum illud Danielis nono. Propter temetipsum inclina Deus aurem tuam ex parte vero petentis est gratiarum actio Hinc est quòd oratio plura nomina sortitur. Vnde & Apostolus dicit Obsecro igitur primum fieri obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones, Inquantum orãs accedit ad Deum quem orat, dicitur Oratio Inquantum petit aliquid a Deo determinate, dicitur Postulatio, si uero indeterminate, vt cum quis petit adiuuari a Deo, dicitur Suplicatio. Et si solum factum narretur, vt Ioan. 11. Ecce quem amas infirmatur, uocatur Insinuatio. quantum autem ad rationem impetrandi ex parte dei, dicitur Obsecratio, ex parte verò petentis, dicitur Gratiarum actio Et ideo Glos. 1. Thimoth. 2 dicit, quod in Missa obsecrationes sunt, quæ præcedunt consecrationem, in quibus quædam sacra commemorantur. Orationes sunt in ipsa consecratione, in qua maxime debet mens in Deum eleuari. Postulationes autem sunt in sequentibus. Gratiarũ verò actiones in fine. In pluribus etiam Ecclesiæ collectis hæc quatuor possunt attendi, sicut in collecta sanctæ Trinitatis. Quia quum dicitur. Omnipotens sempiterne Deus, pertinet ad orationem. Quòd verò dicitur. Qui dedisti famulis tuis, pertinet ad gratiarum actionem. Quum autem dicitur, Præsta quæ sumus omnipotens Deus, pertinet ad postulationem, & quod ponitur in fine, Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c pertinet ad obsecrationem.

Luca. 18. 3. lib. Lib. de Ver. de. 2. 2. q. 83. artic. 17. Dan. 9. 2. Tim. 2. Ioan. 11.

60 A 60 B

Ver. 4. *De Necessitate orationi.* 60

2. 2. q. 83. ar. 3. ad 2. ORATIONEM esse de necessitate salutis & de præcepto patet per illud Mar. 14. Vigilate. & orate, vt non intretis in tentationem, & Luc. 11. Petite, & accipietis, Ratione potest probari. Quia necesse est aliquando se subiicire Deo. Dicitur enim Esa 45 Mihi curuabitur omne genu, & secundi Mach. 9. Antiochus coactus, & manifestam Dei virtutem in se contestans, ita ait. Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo. Sed per orationem (vt dictum est) homo se subdit, eo, ideo Psal. Subditus esto Domino, & ora eum. Hæc subiectio est duplex, scilicet. Exterior, & Interior Interior dicitur oratio mentalis Exterior, quæ fit verbo, dicitur oratio uocalis. Inter has mentalis est principalio, quia vocalis sine mentali non placet Deo. Vnde Matth. 15. Populus hic labiis me honorat,

Mar. 14. Luc. 21. Esa. 45. 2. Mac 9.

cor

cor autem eorum longe est à me. Sine causâ me colunt. Ad euidentiam tamen huius necessitatis, sciendum est quòd quum præceptum de oratione sit affirmatiuum, non obligat semper, sed pro tempore. Inuestigandum igitur nobis est quo tempore teneamur orare, & quas orationes dicere. Et quidem quantum ad orationem vocalem communem, quę per ministros Ecclesiæ in persona totius populi fidelis Deo offertur necesse est quod innotescat toti populo, quod fieri non posset nisi esset vocalis. Ideo rationabiliter statutum est ab Ecclesia præceptum, vt ministri Ecclesiæ voce pronuntient orationes, quas pro populo faciunt. Et sic tenentur temporibus determinatis orare Sic quòd peccarent mortaliter habentes curam Ecclesiarum collegiatarum & monasteriorum, si prætermitterent aliquod officium e s ex fundatione, seu ex statutis, per superiores approbatis & iuratis, ordinatum. ¶ Septem autem ho-
C rx canonicæ (quæ sunt matutinale officium. 3. 6 9. vesperæ, & completorium) di-
61 uinitus inspiratæ secundum illud Psal. Septies in die laudem dixi tibi, fuerunt ab Apostolis obseruatæ. Vnde Act. tertio dicitur. Pet & Ioã ascenderunt in tẽplum ad horam orationis nonam Et deinde ab Ecclesia fuerunt præceptæ, vt omni die dicãtur à ministris existentibus in sacris ordinibus, ad laudandum Deum, & gratias agẽdum de beneficiis. Inter quæ maximum est beneficium creationis & redemptionis. quorum primum septem diebus completum fuisse dicitur. Secundum verò beneficium septem quo lam modo horis peractum est, vt habetur in officio sanctæ crucis, quod dicentibus Ioan 22. dedit. 40 dies indulgentiarum, vt D. Antoninus Flor. dicit in tertia parte suæ summæ, titulo 13. Cap. 4. Præceptum harum horarum habetur in Cap. dolentes, de celebratione Miss. Tenentur pariter ad eas beneficiati, etiam non existentes in sacris, vt habetur in Cap. clericus. 91 Distin Tenentur etiã religiosi professi, ac etiam conuersi religionis approbatæ per Ecclesiam, eo quod sint instituti non solum ad orandum pro se particulariter, sed etiam pro vniuersali vtilitate fidelium. Et eo etiam quod sint totaliter applicati ad cultum dei Ideo dicuntur habere beneficium interpretatiue, scilicet viuendi ex eleemosynis, vel ex redditibus, monasterii, vel collectis quæ eis conceduntur ab Ecclesia, ratione applicationis prædictæ. Tenentur & prædicti ad officium Diuæ Virginis & defunctorum, psalmorum, letaniarum, nocturnorum secundum quòd in eorum statutis cauetur. In his enim vnaquæque prouincia & religio abundat suo sensu. Hæc obligatio procedit ex generali consuetudine Ecclesiæ vel religionis, cuius officium dicunt. Clerici verò in minoribus ordinibus constituti, vel solo clericatu, non tenentur ad aliquas orationes vocales ex præcepto Ecclesiæ. Prædictæ autem horæ debent conuenienti tempore dici, vt habetur in Cap. 1. de celebratione Miss. Quod intelligendum est secundum
D morem patriæ & ordinationem statutorum. Possunt tamen ex causa præueniri vel
62 retardari, sicut cum facienda est processio uel prædicatio. Nec debet accipi hora punctualiter, alioqui non posset dici tertiæ post primam, quod tamen in pluribus Ecclesiis & religionibus approbatis seruatur. Officium verò priuatum, quod scilicet dicitur non officiando in Ecclesia, debet si fieri potest, propriis horis dici. Quod obseruant Charthusienses Si uerò non possit commode propriis horis dici propter occupationes possunt præueniri vel retardari, melius tamen est præuenire. Solent curiales & alii occupati, de mane persoluere officium vsque ad vesperas & de sero dicere vesperas cum completorio. & hoc consulitur in Caput 1. de celebratione Missarum. Matutinas etiam si quis diceret de sero diei præcedentis propter honestam occupationem, vt propter lectionem vel prædicationem, non male faceret. Nam & hoc in Ecclesiis cathedralibus quandoque fieri solet, quia quum officium ecclesiasticum incipiat a vesperis, si de sero post completorium dicatur, censetur ad sequentem diem pertinere. Nec tenetur repetere, nec in crastinum a celebratione cessare, qui post matutinale officium de sero dictum bibit dummodo post mediam noctem non bibat, quia tunc teneretur a celebratio cessare, vt habetur in Cap. si constiterit. de accusa. quum debeat ieiunio stomaco communicare, & dies quo ad ieiunium a media nocte incipiat. Si vero matutinas de sero diceret,

Psal. 36. Matth. 15

Quo tẽpore teneamur orare.

Psal. 118.

Act. 3.

Septem horæ canonicæ diuinitus inspiratæ, & per Apostolos fuerunt obseruatæ.

Gen. 1. et. 2

Qui tenentur ad horas canonicas.

Horę canonica debẽs competenti tempore dici.

Horæ canonica possũt aliquando præueniri & retardari.

Officium priuatum quo tempore dici pot.

Officium matutinale de sero dici potest.

Quodli. 5. arti. 28.

Bibens de sero post officiũ matutinum non

netur repetere. vt quietius somno vel voluptati vacaret non esset absque peccato Quia in his considerãda est intentio dicentis, quantuncumque tamen retardet, non videtur mortaliter peccare secũdum Diuum Antoninum Floren. dummodo terminet circa mediam noctem. in qua quantum ad hoc videtur dies terminari. Qui autem prætermisſa vna hora aliam dicit, puta, post primam sexta, tenetur dicere quod omisit, non tamen tenetur repetere quod dixit, licet debeat de negligentia siue omissione pœnitere Qui vero nondum dictis matutinis missam celebrat, mortaliter peccat, secundum Guilelmum & Hostiensem, licet post celebrationem dicat. Et hoc ideo, quia facit contra generalem & approbatam consuetudinem ecclesiæ, iuxta Caput in his 11. dist. Qui autem celebrat antequam dicat primam, non peccat, cum in multis Ecclesiis plures missæ dicantur ante primas. Nec tamen tantum peccat, qui dimittit vnam horam, sicut qui dimittit totum officium, licet mortaliter peccet. Qui verò totum officium dimittit, non peccat septem peccatis mortalibus, quia dicere totum officium cadit sub vno præcepto. Grauius tamen peccat, qui plus dimittit. Si quis autem propter infirmitatem dimittit quia dicere non potest, non peccat, neque tenetur repetere æquiualens, quia Deo authore (qui non præcipit impossibile, neque valde difficile) infirmitatem patitur. Ideo pro tempore infirmitatis de obligatur a præcepto Ecclesiæ. Si verò propter paupertatem vel necessitatem, quia forte libro caret, etiam de obligatur, tenetur tamen recompensare per Psal. vel per orationem dominicam sæpius repetitam. Non tamen quis euadit graue peccatum, quando ad libitum suum sine causa rationabili mutat officium in Ecclesia vel religione sua dici consuetum, aut ordinatum, quamuis propter prædicationem vel lectionem, de licentia prælati, vbi Chorus facit de feria, liceat dicere officium de aliquo sancto trium lectionum, quia causa est rationabilis Ideo non peccat. Qui tamen in choro horas dicunt, non tenentur totum dicere, sed sufficit quod ea quę ad eorum Chorum pertinent, persoluant, quum propter charitatem censeantur esse vnum, nec etiam qui vnũ versum aut Psal. omittit, totum officium tenetur repetere sed sufficit postea omissum supplere. ¶ An autem qui tenentur dicere officium, si miserunt, teneantur repetere, & an possit confessor talem omittentem confessum, pure relaxare, aut cum vno vel duobus psalmis commutare, difficultas est non modica, eo quòd si quis tenetur determinatio die dare Sorti vel communitati centum aureos, si dare omiserit il la die, non est liberatus, nec potest sacerdos minuere, vel commutare, quum sit in præiudicium tertij. Sic quum officium sit institutum in vtilitatem totius populi, videtur quod non sit liberatus. Circa hoc D. Thomas dicit, quòd in omni officio diuino est hoc commune, quòd pertinet ad dei laudem, & suffragium fidelium. Sed distinguitur vnum officium ab alio, secundum diuersitatem temporum & locorum. Et ideo sicut in officiis diuinis exoluendis obseruanda est congruentia diei, & temporis, quæ quidem obseruari non posset, si oporteret iniungere dimittenti, vt horas diceret quas omisit. forte enim in completorio diceret. Iam lucis orto sydere. Et in tempore Paschali diceret officium dominicæ Passionis quod videtur absurdũ. & ideo non videtur esse iniungendum ei qui omisit diuinum officium, quòd horas easdem repetat, sed aliquid loco illius ad diuinam laudem pertinens, puta septem psalmos, vel aliquid amplius secundum quantitatem omissi, dicat. Ex quo sequitur quod tenetur ad æquiualens, & per consequens sacerdos non potest obligationem diminuere licet possit pro reatu omissionis pœnitentiam arbitrariam dare Prædicta autem obligatio laudandi Deum, & faciendi suffragium Ecclesiæ, non est reatus nec ex reatu pendens, sed ex pręcepto Ecclesiæ. Igitur simplex sacerdos non potest diminuere aut commutare. Nec est simile de ieiunio ab ecclesia pręcepto omisso. Quia illud præceptum directe immediate ordinatur ad particulare bonum personæ & non ad vtilitatem aliorum, sicut diuinum officium, vt dictum est. Ideo sacerdos nõ tenetur iniungere, vt ieiunia omissa suppleat. D. Antoninus Florentin. in hoc fuit satis scrupulosus, in tertia parte summę titulo decimo tertio, Cap. quarto, [illegible] dominum Petrum de Palude in quarto dicentem, quòd dei vicarius potest commutare.

Marginalia: *An prætermittens ordinem horarum teneatur repetere.* — *Celebrans non dictis matutinis peccat.* — *Dimittens officiũ propter infirmitatem non peccat, nec tenetur repetere.* — *An liceat mutare officium.* — *In choro dicent officiũ non tenetur nisi ad unã partem.* — *An omittens officiũ uno die teneatur repetere alio die.* — *Quodli. 3. ar. 24.*

& condonare restitutionem Deo faciendam. Ideo si quis per totum annum dimittit officium, nō oportet, quòd totum duplicet. Quia magis placet Deo minus cum deuotione & cordis alacritate, quàm æquiualens cum tædio Allegat dictum diui Hieronymi, quod habetur in can. non mediocriter, de consecratione dist. 5. vbi dicitur, Melior est quinque psalmorum decantatio cum cordis puritate & spirituali hilaritate, quàm totius Psalterij modulatio cum cordis tristitia & anxietate. Verum ex doctrina diui Thomæ habetur, quòd immediatus Christi vicarius, pōtifex. s. maximus, qui regimen & curam habet totius Ecclesiæ, hoc potest. Quia ea, quæ ad ecclesiam pertinent. eius subiacent dispositioni, & ideo debitum ecclesiæ potest commutare, imo omnino remittere, ne detrectantur peccatores omittentes, & ne desperent. Sicut enim potest dispensare ne canonicus in duabus ecclesiis teneatur bis officium dicere, licet, aliquid in diuino officio taliter dispensatus in hymnis vel psalmis teneatur superaddere, ita in officio per ecclesiam ordinato Papa potest dispensare. Inferiores verò eo non possunt nisi ex eius commissione. Ideo non sine causa in indulgentiis Apostolicis hic casus exprimitur. Quod non fieret, si Episcopus, vel simplex curatus posset. Quam ob rem timendum est negligentibus, quia si hic non satisfecerint, vel summo pontifice indulgentiam non obtinuerint, reddituri sunt usque ad minimum quadrantem in purgatorio. Potestas n: curatorum limitata est, neque in his quæ ad totam Eccl. siam pertinent, se extendit. Vnde si commutent vel condonent, ponunt falcem in messem alienam. Ideo commutantes peccant, & etiam absoluentes, non iniungentes æquiualens.

Papa potest commutare & condonare officium. Quodl. 1 ar. 13.

A 61

¶ Ad alias autem orationes vocales ministri Ecclesiæ prædicti, aut alii laici vel clerici simplices sub præcepto siue sub pœna peccati mortalis, non tenentur, nisi ratione voti, vel acceptionis in confessione, vel præcepti Ecclesiæ. Quia si ipsa Ecclesia vel caput eius propter aliquam causam rationabilem orationes vocales indiceret & præciperet, tenerentur subditi. Nec obstat quòd Dominus dicit quum oratis, dicite, Pater noster, &c. Quia orans oratione mentali, sufficienter dicit, iuxta illud Psal. Tibi dixit cor meum. Et quum curatus ius præcipiendi non habeat, sed nudum sacramentorum ministeriū, & præceptorum episcopi executionē, si ipse authoritate sua (vt fieri solet in diebus dominicis) aliquas particulares orationes iniūgat, licet sub eius cura degentes, bene faciant obediendo, quia tamē talis iniūctio, non est, neq; esse potest præceptoria, sed solum exhortatoria, omittentes non peccant mortaliter.

An et quādo laici teneantur no caliter orare. Matth. 6. Psal. 26.

¶ Multum tamen conueniens & congruum est vocaliter orare, triplici ratione. Primo ad excitandam animi interiorem deuotionem, quia quandoque mens orantis uel orationem vocalem magis eleuetur in deum, propter vnionem animę & corporis Sicut. enim affectionis animę redundat in corpus, vt experimur, quando audimus læta gaudia paradisi, cor dilatatur. Et cum audimus terribilia inferni tormenta, cor-
B restringitur Vnde Psal. Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum, & ali-
61 bi. Læratum est cor meum, & exultauit lingua mea, Ita motus & affectiones corporis excitant animum, vt experimur in aspersione aquæ benedictæ, genuflexione, & manuum iunctione, ac oculorum in cœlū eleuatione. Vnde D. August dicit, quòd verbis & aliis signis, ad agendum desiderium sanctum, nos ipsos acrius excitamus. Et de ipso legimus, quod flebat vberrime in hymnis & canticis, suaue sonantis Ecclesiæ vocibus vehementer affectus. Eam ob causam inuentus est cantus Ecclesiasticus, & introducta sunt organa Quia secundum diuersas melodias sonorum animi hominū diuersimode disponuntur, Vbi vero ex voce cantu, vel organis nō excitatur deuotio, sed tædium crescit ex labore, vel ignorantia cantus, vel nimia melodia animos ad voluptates carnales trahitur, omnia huiusmodi exteriora signa omittenda sunt. Vnde D. Hierony. & habetur in ca. cantantes, nonagesima secunda distinctione, Deo non voce, sed corde cantandum est, nec in tragœdiarum modum guttur, & fauces modulatione leniendæ sunt, vt in Ecclesia theatrales moduli audiantur, & antica qua in signis gaudii non est communicandum cum peccatoribus. Vnde D. Gregorius & habetur in ca. In sancta. 92. dictione, Plerunque fit, ut, dum blan-

Vocaliter orare est congruum & valde utile. 2. 2. q. 83. art. 12. Psal. 83. Ad probā.

da vox quæritur, congrua vita negligatur, & cantor minister Deum moribus stimulat, quũ populum vocibus delectat. D. etiam Aug. in lib. Confessionum dicit, Quoties me plus delectat cantus, quam verba, fateor me peccare,

Organistæ et mimi aliique musici pulsantes, vel cantantes in ecclesiis cantilenas nõ excusantur a peccato.

¶ Ex quo sequitur quod non excusantur organistæ, nec mimi, aut alii musici, qui in Ecclesiis personant cantilenas & sonos ad leuitatem, tripudiationem, & dissolutiones animos hominum inducentes. Neque illi qui prohibere possunt, & permittunt. Idẽ dicendũ de aliis signis exterioribus quod qñ tædiũ generant, & deuotionẽ diminuũt, & attentionem impediunt, sunt omittenda, vt genuflectio, tunsio pectoris, discoopertio capitis, & alia huiusmodi. Quæ & si aliquãdo deuotionẽ excitant, a pa- C 62 rticularibus tamen personis in ecclesia & locis communibus prætermitenda sunt, ne ad vanam gloriam inducãt, vel aliorum deuotionem impediant, vel suspicionem vanæ gloriæ ingerant. Vnde Christus dicebat, Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrẽ tuum, qui videt in abscondito, &c. Vbi D. Chrysost. dicit, Puto non ad locum referri, quod dominus ait, sed ad propositum orantis. Eo ergo proposito vetat orare, vt a conuentu videatur. Vnde subditur. Vt videantur ab hominibus. Orans ergo nihil faciat, ad quod aspiciant homines, vel clamando, vel pectus percutiendo, vel manus extendendo. In particulari tamen & secreto loco hæc signa & facta fieri possunt, inquantum orantis deuotionem excitant. Si vero mens per hæc distrahitur, vel qualitercunque impeditur (quod sæpe contingit in his, quorum mens absque huiusmodi signis est sufficienter parata) cessandum est. Vnde Psal. Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, & 1 Reg. 1. de Anna legitur, quod loquebatur in corde suo. Secundo congruum est vocaliter orare, ad exhibendũ deo maiorem reuerẽtia, vt. s. homo se subiiciatur deo totũ, secundũ illud quod habet ab eo, sed non solum habet animã a deo, sed etiam corpus igitur se debet illi subiicere secũdum corpus. quod fit orando vocaliter, quod præcipue cõpetit orationi, secundum quod est satisfactoria. Vnde Oseas dicit, Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Tertio congruum est vocaliter orare rationem affectus explicandi. Sunt enim nonnulli, qui nisi exterius loquantur, nescirent conceptus suos interiores ordinare, subitoq; distraherentur. Mentaliter tamen orare est præceptum iuris naturæ & diuini obligans omnes, sicut se subiicere Deo, & petere ea, quæ sunt ad salutem necessaria. Quæ omnino nostram excedunt capacitatem. Vnde Apostolus, Nõ quod sufficiẽtes simus cogitare aliquid a nobis tanquam a nobis ipsis, sed omnis sufficientia nostra ex deo est. Maxime autem orare, & petere tenemus quotiescunq; contingit articulus necessitatis corporalis, vel spiritualis, vel sumptionis sacramenti, aut aliquid huiusmodi. Si extreme inops nollet petere eleemosynam, & ideo moreretur fame, esset homicida sui ipsius, & peccaret mortaliter, quum petendo posset euitare. Similiter si a latronibus circundatus clamando, & petendo auxilium, posset liberari & clamare non curaret exponeret se periculo mortis, & esset homicida sui ipsius. Sic quum aliquis est in articulo mortis vel vehementis tentationis constitutus, quando aduersarius noster diabolus circuit, quærens quem deuoret, & ingruit colluctatio aduersus carnem & sanguinem, vel aduersus principes & potestates tenebrarum harum, quibus nulla potestas in terra comparari potest, si non clamat ad eum qui potest & vult exaudire, saltem quo ad animam & meliora quo ad corpus dare (si quæ petit expediẽtia sunt iuxta illud Psal. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulationes, eripiam eum, & glorificabo eum) exponit se periculo mortis æternæ, Et ideo omittendo peccat mortaliter. Occurente autem periculo dicendum est cum Exechia, Domine vim patior, responde pro me, quid dicam, aut quid respondebo, quum ipse fecerim? Et cum Iosaphat, Quum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum nobis est residui vt oculos dirigamus ad te (sicut habetur. 2. Paral. 20. capi) Tunc fidelis deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Et non solum tenemur orare pro nobis ipsis, quum sumus in tali periculo, sed etiam pro proximis, quando eos in simili periculo.

Matth. 6.

Psal. 26.

Oseæ ulti.

Oratio mentalis quando est sub præcepto.

2 Cor. 3.

1 Pet. 5.

Ephe. 6.

Iob. 41.

Psal. 90.

Esa. 38.

2. Par. 20

1. Cor. 10.

riculo videmus. Sicut enim tenemur ex præcepto iuuare extreme indigentem corporaliter, & illi eleemosynam corporalem dare, sic extreme indigenti spiritualiter dare eleemosynam spiritualem, quæ est oratio, & medium ad hoc directè ordinatum, quum anima sit plus quam esca. Matt. 6. Vnde Iaco 5 Orate pro inuicem vt saluemini. Tenentur præterea omnes Christiani diebus dominicis orare, cum teneãtur diem dominicum, & animam suam sanctificare, ac de beneficiis gratias agere, quæ absque oratione fieri non possunt, vnde ad inducendum populum ad huiusmodi præcepti diuini obseruantiam, Ecclesia præcepit omnibus audire missas diebus dominicis, vt in ca Missas, de consecratione, dist 2 Aliqui voluerunt, dicere, quòd tenemur sub pœna peccati mortalis, singulis diebus orare, quia singulis diebus egemus diuina misericordia, & pane quotidiano, de quo in oratione Dominicali Verū quia huius obligationis extra casum necessitatis non inuenio fundamentum neque doctorem autenticum, ideo non audeo affirmare de mortali. Vix tamen potest quis (si prætermittat) excusari a veniali. Auiculæ enim quotidie quum egent cibis, aperiunt os, & clamant ad parentes, quanto magis homo, quum quotidie egeat? Ideo CHRISTVS in oratione quam docuit, inseruit, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie Ideo Psal ait, Oculi omnium in te sperant domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno.

Math 6. Iacob 5. Math 6. Psal. 144.

Ver. 5. *De Orationis Duratione.*

D 32 CVM desiderium charitatis, vnde procedit oratio, debeat in nobis esse continuum, vt actu uel virtute siue habitu maneat in nobis, eo quòd omnia quæ facimus ex virtute desiderii faciamus, secundum hoc oratio debet esse in nobis continua. Vnde D. Aug dicit, In ipsa fide & charitate cõtinuatio desiderio semper oramus Et sic intelligitur illud Lucæ Octauo, Oportet semper orare, & non deficere. Et illud. 1. Thes. 5 Sine intermissione orate. Verum quia sicut idem ibi dicit Aug. quia oportet in aliis operibus occupari, ideo per certa interualla horarum & temporum etiã verbis rogamus deum, vt nos ipsos admoneamus, quantum in hoc desiderio profecerimus, nobis ipsis innotescamus, & ad hoc accendendum nos ipsos acrius excitemus. Vniuscuiusque autem rei quantitas debet esse proportionata fini, sicut quantitas potionis medicinæ ipsi sanitati. Et ideo conueniens est, vt ipsa vocalis oratio tantum duret quantum vtile est, ad excitandum interioris desiderii feruorem. & quando hanc mensuram excedit, ita quòd vix sine tædio durare non potest, est prætermittenda. Vnde D. Augustinus scribens ait dicuntur fratres in Aegypto crebras quidem habere orationes, eas tamen breuissimas & raptim quodam modo iaculatas, ne illa vigilanter erecta, quæ oranti plurimum necessaria est intentio, per productiores moras euanescat, ac per hoc etiam ipsi satis ostendunt hanc intentionem, sicut non esse obruendam si perdurare potest, ita si perdurauerit, non cito esse rumpendam. Et sicut hoc est attendendum in orationis particulari per comparationem ad intentionem orantis, ita etiam in oratione communi pro populo, ad eiusdem populi deuotionem, Nec obstat quod dominus ait, Orantes autem nolite multum loqui sicut Ethnici faciunt. Putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur. Nolite assimilari eis Scit enim pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eū. Quia ut idem Augustinus ibi dicit, Non est hoc orare in multiloquio, si diutius oretur, aut multa petantur. Aliud enim sermo multus, aliud diuturnus affectus. Nam & de ipso Domino scriptum est, quòd pernoctauerit in orando, & quòd prolixius aliquando orauerit, vt nobis præberet exemplum Et postea subdit, Absit ab oratione multa locutio, sed non desit multa deprecatio, si feruens perseuerat intentio. Nam multum est in orando loqui, rem necessariam superfluis agere uerbis. Plerunque autem hoc negotium plus gemitibus quam sermonibus agitur. Nec CHRISTVS instituit orationem dominicam, vt his solis verbis vti debeamus in orando, sed quia ad hæc sola impetranda debet tendere nostræ deuotionis intentio, qualitercunque ea proferamus vel cogitemus. Aliquis autem semper continue orat per continuitatem desiderii charitatis actu, virtute, vel habitu, quando non interrumpitur per pecca-

2. 2. q. 83. art. 14. Ad probam Luc. 8. Ad probã Matt. 5. Luc. 22.

tum

tum mortale, (vel vt fit distributio accommoda, quia sic non sintermittitur statutis temporibus orare.

Ver. 6. De Loco Orationis.

Psal. 67. ORATIONIS communes & publicæ, quum fiant pro populo, debent fieri in determinato loco, vt possint innotescere. Vnde Psal In Ecclesiis benedicite Dominum, Quo ad priuatas vero non est locus determinatus ex necessitate præcepti vel efficaciæ, quia potest quilibet vbilibet orare, sicut de adoratione inferius dicetur. Quia Deus vbique audit, vbique videt est enim vbique per essentiam, præsentiam & potentiam, iuxta illud Psal. Si ascendero in cœlum, tu illic es. si descendero ad infernum, ades. Congruentius tamen in Ecclesia oratur quadruplici ratione. 1. dicitur institutionis. Vnde D. Aug in Regula, & habetur in c. in oratorio 43. disti. In oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod factum est. vnde & nomen accipit, & Christus, Domus mea, domus orationis uocabitur. Secunda ratio dicitur incitationis, quia videndo alios orantes, & laudes diuinas cantantes, incitamur ad idem faciendum. Tertia ratio est contentorum in Ecclesia, in qua est sacramentum altaris, & vasa sacramentorum, imagines, & angeli qui circunstant. Vnde Psal Præuenerunt principes coniuncti psallentibus. Sicut enim quum titiones sunt vniti facilius accenduntur sic nos quando iungimur aliis in charitate existentibus, & præcipue angelis, qui sunt velut carbones igniti, secundum illud Psal Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignē vrentem. Quarta ratio dicitur consecrationis. Vide orationē Salomonis in consecratione templi quæ habetur. 3. Reg. 8. & quomodo fuit exaudita. Si ad Salomonis præces talia priuilegia concessit Deus templo Hierusalem, quanto magis ad preces Ecclesiæ per Episcopum factæ, basilicis consecratis, in quibus sunt non arca & alia figularia quæ erant in templo Hierosolymitano, sed Christus, verus Deus, & verus homo? si obiiciatur de cubiculo, in quod Christus nos debere intrare, & ostio clauso orare consuluit, ad hoc dictum est. Potest etiam dici quod illud non est ex necessitate, sed congruitate, præcipue infirmis.

Marginal notes: Psal 138. In Ecclesia conuenientius oratur. Mat. 21. Psal. 67. Psal. 103. 3. Reg. 8. — A 62

Ver. 7. De Petendis in Oratione.

DIVVS Aug. ad Probam dicit, quod si recte & congruenter oramus, nil aliud dicere aut petere possumus, quam quod in oratione dominica continetur, Quum enim oratio sit desiderii nostri interpres, illa solum recte petimus, quæ desyderare possumus Sed illa quæ desiderare possumus, continentur in oratione Dominica, igitur, &c. Oratio enim Dominica non solum continet quæ desiderare possumus, sed etiam quo ordine desiderare debemus. Et ideo non solum instruit postulare, sed etiā totius affectus nostri est informatiua. Et quia hæc oratio est perfectissima, ideo ab omnibus amanda, intelligenda, & frequenter dicenda, tanquam a diuina sapientia ordinata & composita, Vnde Diuus Cyprianus Amica & familiaris est ista oratio, Dominum de suo orare, Et D. Chrysostomus super Matth. O quam fidelis & beata hæc oratio cuius ordinem nobis doctor vitæ & magister cœlestis instituit, vt in ea maiorem fiduciam haberemus, Et D. Aug. ait. Pater maxime diligit orationem. quam filius miro artificio dictauit. Primò enim tanquam summus orator docet captare beneuolentiam, quam capitamus, laudando, & virtutes, dignitates, ac beneficia cuius humiliter recognoscēdo & recitādo hoc Christus in hac oratione docuit. Ait enim. Cum oratis, dicite Pater noster qui es in cœlis D. Chrysost. dicit. Vide qualiter suscitauit auditorem, vt omnis rememoraretur beneficii. Qui enim patrem dicit, & creatorem, & nutritorem, & gubernatorem, redemptorem, peccatorum remissorem, & glorificatorem dicit. Cum autem addit (noster) fraternitatem, quæ est per vnigenitum & spiritus sancti largitionem & hæreditatem, per hanc vnam confessus est nuncupationem. Vide ergo quid dicis, quando profers. Pater noster, &c. Non dicit, Domine, quia dominus est nomen timoris, sed Pater, quod secundum Hieronymum est nomen amoris & officiorum atque pietatis. Nec dicit, Pater mi, vt D. Cyprianus ait, vt induceret nos ad amorem

Marginal notes: B 62. 2. 2. q. 83. art. 9. Oratio dominica continet petenda, & ordinem petendorum.

& pa-

& pacem fraternalem. Publica enim & communis est hæc oratiô, in qua non solum tuum, sed omnium patrem confiteris Non tamen propter hoc prohibuit, quin aliquando possumus dicere. Pater mi, & pro nobis particulariter, & singulariter orare. Quemadmodum & ipse fecit Ioannis. 17 & Lucæ. 22 Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste. Cum autem dicis (in cœlis) confiteris potentiam, quæ non solum ad terram, sed etiam ad omnes, & vltra omnes cœlos se extendit, & quod habet sedem in cœlis, hoc est seipsum. Ibi clare manifestat bonis quibus cælorum sedes pro mercede & retributione præparauit. Deinde septem quæ sola desiderare debemus, ordinatissime insinuat. manifestum est n. quod primum cadens in desiderium hominis, est finis eius. Finis autem noster est Deus, in quem affectus & desiderium nostrũ tendit vno modo, prout volumus gloriã dei, quod pertinet ad dilectionẽ, qua deum diligimus in seipso. ideo prima ponitur prima petitio, per quam petimus gloriam Dei, dicendo, ¶ Sanctificetur nomen tuum. Per hoc (vt dicit D. Aug ad probam) actu admonemur, vt nomen eius, quod in se sanctum est, apud homines semper sanctum sit, & nota sit eius sanctus mundo. Secundum Glos &. secundũ D. Chryso. Per vitam nostrã sanctitas tua manifestetur, & glorificetur. hoc est, da & fac nos ita viuere, vt uos ipsi semper te glorificemus, & per nos vniuersi te glorificent. Alio modo desiderium nostrum tendit in Deum, & secundum quòd volumus fui gloria eius. & secundum hoc ponitur secunda petitio. ¶ Adueniat regnum tuum. Hoc dicendo tria petimus Primo gratiam dei, quæ dicitur regnum eius. Vnde Luc. 17. Regnum dei intra uos est. Gratia dicitur regnum, quia per illam ius habemus ad regnum. Secundo per regnum dei intelligitur Christus, de quo Luc. 11. Porrò si indigito dei eiicio dęmonia, profecto peruenit ad vos regnum dei, hoc est Christus & Messias in lege promissus, qui recte regnum dicitur, quia eius merito introducimur in regnum dei, Et sic petimus Christum & meritum eius. Tertio petimus gloriam dei, & vitam æternam, quæ consistit in clara visione dei, vt habetur Ioan. 17 Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Vnde Matth. 25. Venite benedicti patris mei, possidere paratum uobis regnum a constitutione mundi. Secundo cadunt in desiderium hominis media & ea quæ ordinantem in fine. Ad finem autem nos ordinat aliquid dupliciter. Vno modo per se, alio modo per accidens per se quidem. bonum quod est vtile in finem. Ad finem vero beatitudinis aliquid est vtile dupliciter. vno modo di recte & principaliter, secundũ meritum quo beatitudinem meremur obediẽdo Deo, & secundũ hoc ponitur tertia petitio. ¶ Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Hoc est da nobis gratiam implendi omnia præcepta & mandata tua, & tuæ voluntati nos in omnibus, & super omnia semper conformare, & nullo ei displicere, sicut & angeli boni & alii beati in cœlo in omnibus se conformant voluntati tuæ, & in nullo tibi displicẽt. Sic faciamus & nos in terra. Alio modo aliquid est vtile ad finẽ beatitudinis iustitiæ mentaliter, & quasi coadiuuans nos ad merendum & quantum ad hoc ponitur quarta petitio. per quã petimus omnia conducentia & expedientia ad merendũ, siue sint spiritualia, siue tẽporalia, dicẽdo, ¶ Panem nostrum quotidianũ da nobis hodie. Panis noĩe (secundũ D. Aug. ad Probam) omnis sufficientia victus intelligitur. Et sic quo ad ınẽtũ spiritualẽ panis est sacramentum Eucharistiæ, cuius quotidianus vsus proficit homini ad uitæ spiritualis conseruationem augmentum, & cõfortationem & expresse hunc panem declarat Christus apud Marcum cum ait, Panem nostrũ quotidianũ supersubstantialem, hoc est præcipium Eucharistiæ sacramẽtũ, & dei verbũ (vt D. Hiero exponit) Quo ad vitam vero corporalem requiritur non solum cibus aut potus, sed & vestes, & alia necessaria Vnde Apostolus 1. Timo. 6. Habentes alimenta & quibus tegamur, &c Et Eccl. 29. Initium vitæ hominis, panis, & aqua, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem. Non docet petere, aut rapere aliena, sed nostra, hoc est, debemus petere, vt det nobis gratiã iuste acquirendi temporalia, vt vitẽ ad eius, obsequium, laudem, honorem, & reuerentiã, sustinere possimus corporalẽ Nõ docet pariter petere superflua. neque ad longũ tempus.

Luc. 17. Regnum Dei triplex.

Luc. 11. Ioan. 17.

Matth 25 Panis nomine omnis sufficiẽtia intelligitur.

Prouer.30 tempus solicitos esse, sed necessaria & quotidiana. Vnde quo ad primum inspirauerat
2.2.q.83. Salomonem dicere Mendacitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum vi
art.5. ctui meo necessaria Ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam, Quis est Do- D
Quæ non sunt absolute in oratione petenda minus?aut egestate compulsus, periurem nomen Dei mei. Quare dicunt doctores, 62
quod non debemus hæc temporalia, nec ea quæ possunt malum euentum habere,
absolute petere, sed sub conditione, inquantum, s. subseruiunt ad uitam æternam, &
non aliter. Quia (vt Valerius Maximus refert Socratem dixisse) Nos plerunque id
Quæ possunt absolute peti. notis expetimus, quod non impetrasse melius foret. Diuitiæ enim multis exitio fuere. Honores etiam quam plures pessundarunt; & regna, quorum exitus sæpe miserabiles cernuntur Sunt tamen quædā bona, quibus homo male vti non potest, quæ scilicet malum euentum habere non possunt Hæc autem sunt, quibus beatitudinem meremur, quæ quidem sancti orando absolute petunt, secundum illud Psal. Ostende faciem tuam, & salui erimus, & alibi, Deduc me domine in semita mandatorum tuorum. Quo ad secundum de solicititudine dicitur Matt.6 Quid soliciti estis, &c. sufficit.n. diei malitia, ideo in hac oratione panem quotidianum docet petere, non decem annorum, Non vt prouidentiam de futuris, sed solicitudinem & diffidentiam interdicat. Vnde D.Hiero. Labor quidem exercendus est solicitudo tollenda. Qui enim dat in præsenti, dabit etiam in futuro, modo primum quæramus regnum Dei, & iustitiā eius Hæc omnia, inquantū expediens fuerit, adiicientur nobis. Quod
Psal.84. autem dicitur? Da nobis hodie, exponitur, hoc est pro vita præsenti, quę parum durat, & vix comparatur vni diei. Vnde Psal. Mille anni tanquā dies hesterna quæ præterit. Per accidens autem ordinantur aliqua ad beatitudinem, tanquam remouentia prohibens, ne ad beatitudinē perueniamus, quæ sunt tria, Primum quidem pecca
Tria impedimēta beatitudinis. tum, quod directe excludit a regno, secundum illud Apostoli, Neque fornicarii, neque idolis seruientes, regnum Dei possidebunt, & quantum ad hoc ponitur quinta
1.Cor. 6. petitio, per quam petimus peccatorum remissionem, dicentes, ¶ Et dimitte nobis E
Iaco. 3. debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quia (vt D. Iacobus ait) 63
1. Ioan. 1. in multis offendimus omnes, & 1.Ioā.1. Si dixerimus quod peccatum nō habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nō est. Ideo qui quilibet habet occasionem dicendis pro se, vt dimittantur peccata, quo ad culpam & reatum peccatorum. Et si quispiam sit pro aliquo tempore absque peccato existat, nihilominus verificatur pro aliis, qui sunt in peccatis. Vnde D.Virgo hāc orationem, quo ad hanc petitionem, non dicebat pro se, sed pro aliis, qui erant, in via peccatores. Et vt amplius
Mar.11. inclinemus Deum ad misericordiam, nos etiam debemus secundum ordinationem eius facere misericordiam, & dimittere debita, hoc est offensas eis qui, offenderunt nos.sic.n ipse ordinauit, Quum statis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquē, vt pater uester qui in cœlis est, dimittat nobis peccata uestra. Quod si non
Mat.18. dimiseritis, neque pater uester cœlestis dimittet uobis peccata vestra, sed dicet. Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, nonne ergo & te oportuit misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Ideo tradet te tortoribus, (hoc est dæmonibus) donec reddas vniuersum debitum subiunxit.n. Sic & pater meus cœlestis faciet uobis si non remiseritis vnusquisque frati suo de cordibus uestris. Secundum quod impedit nos peruenire ad beatitudinem, est tentatio, quæ nos impedit ab obseruantia diuinæ voluntatis, & quantum ad hoc ponitur sexta petitio,
Eccl. 34. ¶ Et ne nos inducas in tentationem. Per quam non petimus, vt non tentemur; quia
Psal.25. (ut dicitur Ecclesiastici 34) Qui non est tentatus, quid scit? Non cognoscitur corda balistæ, nisi sit tentata. Vnde Psalmista dicebat, Proba me domine, & tenta me. Et uix possibile est quin tentemur a carne. & a diabolo, qui accepit officium tentandi, & Deus hæc permittit ad humiliandum nos, vt de Apostolo, legimus, &
2. Cor. 12 hoc ad profectum & meritum nostrum. Vnde Iaco.1.dicitur, Beatus vir qui suffert
Iac.1. tentationem, &c. Sed petimus vt a tentationem non vincamur, siue ne tentationi succumbamus, aut tentationi consentiamus. Tertium quod impedit nos peruenire ad beatitudinē, est pœnalitas, quæ impedit sufficientiam vitæ, & quantum ad hoc ponitur

tur

tur septima petitio, quia dicimus ¶ Sed libera nos a malo. Et quum dictio (malo) distribuatur secundum dialecticos, intelligitur ab omni malo & sic non solum petimus liberationem a malo pœnæ siue corporali, sed a malo spirituali, uidelicet a tentatione & diabolo vnde D. Aug. exponit, a diabolo & ab omni impedimento beatitudinis.

Ver. 8. *De orationis directione.*

A ORATIO dirigi potest ad aliquem dupliciter. Vno modo, quasi per ipsum implenda, & hoc modo soli Deo orationem porrigimus, quia omnes orationes nostræ dirigi debent ad gratiam vel gloriam consequendam quam solus Deus dare potest, secundum illud Psal. Gratiam & gloriam dabit dominus. Secundò modo oratio potest dirigi alicui, per ipsum impetranda Et hoc modo porrigimus sanctis angelis, & ominibus, non vt per eos Deus (qui omnia nouit antequam fiant) nostras petitiones cognoscat, sed vt eorum meritis, & precibus orationes nostræ sortiantur effectum. Et ideo Apoc 8. dicitur, quòd ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum, & de manu Angeli coram Deo. Et hoc etiã patet ex ipso modo, quo Ecclesia vtitur in orando. Nam a sancta Trinitate petimus, vt nostri misereatur, ab aliis sanctis angelis & animabus petimus vt orent pro nobis. Nec propter hoc aliis quam Deo religionis cultũ exhibemus, quia non petimus ab eis, ut dent quod oramus. Neque protestamur ipsos esse bonorũ nostrorum authores seu largitores, sed duntaxat vt intercessores Exemplum datur de illo qui uult officium a rege, petit & sollicitat amicos regis, non vt dent, sed vt sint intercessores. Neque petimus vt diuinam prouidentiam siue dispositionem immutemus, sed vt impetremus quod Deus disposuit se daturum nobis per Sãctorum orationes. Vnde D. Greg ait, Obtineri nequaquam pñt, quæ prædestinata non sunt quæ aũt Sanctorũ precibus impetrantur, sic prædestinata sunt, vt eorũ orõnibus obtineantur. Et si dicatur ꝙ nõ sunt porrigendæ, nisi his qui eas cognoscunt sed Sãcti nõ cognoscũt cogitationes cordium, ergo nec orationes mentales, igitur, &c. Dicendum quòd nobis in hoc mundo conceptus nostri interiores duplici clauduntur obstaculo. Primò volnutate, quæ conceptum mentis potest retinere interius, vel exterius ordinare. & quantum ad hoc mentem vnius vel alterius nullus alius potest videre, nisi Deus, quia quæ sunt hominis (scilicet interiora) nemo nouit, nisi spiritus hominis, qui in ipso est. Secundò clauditur mens hominis ab alio homine, propter grossitiem. Vnde cum voluntas ordinat conceptum mentis ad manifestandum alteri, non statim cognoscitur ab alio homine, sed oportet aliquod sensibile exhibere, vt vocem, vel scripturam, vel aliquem nutum, vt patet in nutis. Secundum obstaculum non impedit Angelos, neque sanctos, qui fruuntur verbo, & primũ obstaculum remouetur per ordinationem voluntariam ad eos, ideo ipsi vident & cognoscunt Et secundum D Gregorium manifestatur eis in uerbo omne quod decet eos cognoscere de his quæ circa eos aguntur. Maxime autem ad excellentiam eorum decet, vt cognoscant petitiones ad eos factas uoce vel corde, alias non essent perfecte beati. Et ideo petitiones quas ad eos dirigimus, Deo manifestante cognoscunt. Ideo orant dupliciter. Primo, oratione expressiua, dum uotis suis aures diuinæ clementiæ pulsant. Secundò oratione interpretatiua, quia eorum merita quæ sunt in conspectu Dei, non solum cedunt illis in gloriam, sed sunt nobis suffragia & orationes quædam sicut sanguis Christi dicitur veniam petere pro nobis. Et licet non sint in statu merendi aut satisfaciendi, sunt tamẽ in statu impetrandi, sicut milites bellando merentur, vt post triumphum exaudiantur, quando petunt, quia uõ semper petunt, sed secundum ordinem diuinæ iustitiæ, ideo semper exaudiuntur.

¶ Et quia hodiernis temporibus hæretici circa orationes Sanctorum fideles molestant, ideo videndum est quid ex sacris literis & Ecclesiæ determinationẽ tenendum sit. In primis certum est & adeo manifestum, vt nulla tergiuersatione celari possit, Sanctorum in hac mortali vita viuentium orationes aliis posse suffragari, & ad eos posse recurri. Habetur enim Gen 20. de Abimelech, Nunc ergo redde viro suo uxorem, & orabit pro te, quia propheta est, & uiues sequitur. Orante autem Abraham,

Margin notes: 2. 2. q 83. arti. 4. — Psal. 83. — Apoc. 8. — 1. Cor 2. — 12. Moral. — Oratio duplex, s. expressiua et interpretatiua. — Orationes sanctorum in uia aliis possunt suffragari. — Gen. 20. — Exod 8. & 9.

Abraham, sanauit Dominus Amibelec, & orante Moyse cessabant plagæ AEgypti, & propter orationes Moysi sæpe pepercit dominus populo Israel. Et filii Israel venerunt ad Moysen, dicentes Ora pro nobis, vt tollat a nobis serpentes. Et Iob. 42. dominus dixit ad amicos Iob Itē ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum. Iob autem seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suspiciam, vt non uobis imputetur stultitia. Orationes etiam Ecclesiæ. D. Petrum eripuerunt de carcere. Et Apostolus fatetur se sine intermissione pro Romanis orasse, & eorum orationes expostulauit. Et 1. Timoth 2. obsecrationes fieri. Et Heb. 5 ait. Omnis pontifex ab hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Sed ad quid ista, nisi prodessent & suffragarentur? Certum est etiam quòd Sancti post hanc vitam suis orationibus nobis opitulari possunt Geneas enim quadragesimonono dicitur. Iacob etiam benedicens filiis dicebat Deus in cuius conspectu ambulauerunt pater nostri, Abraam, & Isaac, Deus qui pascis me ab adolescentia mea vsque in præsentem diem, Angelus, qui eripuit me de cunctis malis, benedicat pueris istis, & inuocetur nomen meum super eos. Nomina quoque patrum meorum. Abraham, & Isaac. Iacob petebat benedictionem angeli, quæ non poterat esse nisi per orationem. Petebat etiam vt inuocaretur nomen suum post mortem suam, & ipse viuens inuocauit nomina patrum suorum. Abraham, & Isaac, qui mortui erāt. Et Moyses (vt habetur Exo. 32.) dicebat. Recordare Abraam, Isaac, & Iacob Sed ad quid, nisi vt Deus per orationes & merita ipsorum benediceret eis, eosque crescere faceret, & peccata indulgeret? Si ergo licitum erat Moysi recurrere ad Abraham, Isaac, & Iacob, & nomina eorum inuocare, dicens. Recordare, &c. Quare non licebit nobis inuocare nomen diuæ Virginis, & Apostolorum, ac aliorum Sanctorum, & dicere, Recordare? &c. quum si deo chariores, & familiariores? Vlterius Iudæ Machabeo apparuerunt Onias & alius vir gloria & ætate mirabilis, & Iudæ petenti, quis esset ille alius, respondit Onia, Hic est fratrum amator, & populi Israel. Hic est qui multum orat pro populo Israel, & vniuersa Sancta ciuitate, Hieremias propheta Dei. Et exauditionem declarat. Quia extendit Hieremias dexteram, & dedit Iudæ gladium, dicens. Accipe gladium, sanctum munus à Deo, in quo delicies aduersarios populi mei. Si in lymbo existentes orabant, & orationes illorum vtiles erant, a fortiori Sancti in patria. Si dicatur quòd Sancti hoc faciebant, quando nondum datus erat vnus mediator Dei & hominum Christus Iesus (ut dicit Apostolus primæ Timothæi secundo,) & quum adhuc non fuisset constitutus aduocatus ille, de quo primo Ioannis secundo. Si peccauerit quis, aduocatum habemus Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Hæc euasio non elidit præcedentia, maxime quum tempore quo diuus Paulus postulabat orationes aliorum. Christus esset iam constitutus aduocatus & mediator. Cur ergo diuus Paulus alios quæsiuit mediatores & aduocatos? Et cur se fecit mediatorem? Præterea diuus Petrus dicebat. Certus sum quòd velox est despositio tabernaculi mei, secundum quod Dominus noster Iesus Christus significauit mihi. Dabo autem operam, & frequenter habere vos post obitum meum, vt horum memoriam faciatis, hoc est exequamini monita mea. Diuus Petrus constituto aduocato, & mediatore Christo, pollicitus est se daturum operam post obitum, & non poterat nisi per orationem & intercessionem, ergo sciebat se post obitum suum oraturum, & intercessurum. Christus etiam dicebat. Venit hora cum non in prouerbiis loquar vobis, sed palam de patre meo annuntiabo vobis. In illa die in nomine meo peteris Vbi Beda Ibi veraciter in nomine Iesu petunt electi, dum pro nostra fragilitate intercedunt, quatenus ad saluationis sortem pertingamus. Et quanuis sit vnus mediator & aduocatus principalis non tamen oramus eum, vt ipse oret pro nobis. Nec dicimus, Iesu Christe ora pro nobis neque, Agnus Dei qui tollis peccata mundi, ora pro nobis, sed miserere nobis. Quia quum oratio sit actus quidam, & actus sint suppositorū si dictas orationes diceremus absque alio addito, uideretur ad personā Christi referri.

Marginalia: Exod. 32. — Num. 21. — Iob. 42. — Actu. 12. — Rom 1. — Rom. 15. — 1. Timo. 2. — Heb. 5. — Gen. 49. — Exod. 32. — 1. Mac. 15 — 1. Tim. 2 — 1. Ioan. 2. — 2. Pet. 1. — Ioan. 16. — Non precamur Christum

Et ita videretur approbari error Nestorii, qui distinxit in Christo personam filii hominis a persona filii Dei, vel error Arrii, qui posuit personam filii minorem patre. Ideo Ecclesia ad euitandos huiusmodi errores non dicit, Iesu Christe ora pro nobis, sed, Christe audi nos vel miserere nobis. Præterea licet Christus sit aduocatus principalis, secundum. D. Ioannem, non tamen negat nos posse habere plures ad uocatos secundarios & (vt ita dicam) intercessores minus principales, siue solicitatores, tam Sanctos, qui adhuc in hac mortali vita viuunt, quam eos qui sunt in patria. Vnde D. Hieron in epistola contra Vigilantium ait, Si Apostoli, & martyres adhuc in corpore constituti, poterant orare, imo orabant pro cæteris, quando adhuc pro se debebant esse soliciti, quanto magis post coronas, victorias & triumphos? Si Apostoli viuentes valuerunt dæmonia eiicere, & morbos ac languores curare, dum adhuc in corpore mortali viuerent, quinimo & peccarent, quare nunc per confirmatam gratiam nobis auxiliari non possunt? Quid commiserunt obsecro? Quid perdiderunt postea quam iam effecti sunt ciues Sanctorum, & domestici Dei omnipotentis, Angelorumque consortes, vt eis facultas, sit adempta, quam omnis fides

ut intercedat pro nobis, sed ut misereatur

E & ratio suadet non esse ademptam, sed adauctam? Nec obstat quòd obiiciunt, san-

57 ctos esse extra viam merendi & impetrandi quia verum est pro se, aliis autem & si mereri non possint, pro aliis tamen impetrare valent. Meruerunt enim, dum hic viuerent, vt post mortem aliis suffragari possent, vt dictum est de militibus. Aliud enim est mereri, aliud per orationes & preces alteri suffragari. Quia meritum iustitiam respicit, oratio autem & impetratio amici innititur liberalitati idcirco alicui conuenire potest opitulatio, cui non conuenit meritum. Cum igitur Christus in hac vita amicus esset sanctis Apostolis, & per consequens aliis, prout ipse testatur, dicens, Iam non dicam vos seruos, sed amicos, & ad illorum preces aliis multa largitus sit, quanto magis in patria vbi amicissimus? nec per inuocationem sanctorum aufe rimus gloriam a Deo, sed illi gloriam damus. Quia nos humiliantes honoramus eos, quos & ipse honorat, & eos a nobis iubet honorari. Dicitur enim Ioannis. *Ioan 15.*

12 Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, &c. Psalmista, Laudate Dominum in sanctis eius. Et si Diuus Paulus Rom. duodecimo docet, morta- *Ioan. 12.* *Psal. 148.*

A les se inuicem honore præuenire, quanto magis Diuos? Præterea cum nos sanctos

57 ad intercedendum pro nobis destinamus, nos & ipsos ad Dei gloriam ordinamus. Vnde constat gloriam Dei non auferri, aut minui, sed potius augeri. Et quanuis Deus Sanctis suis sit liberalior & familiarior, nosque magis quam Sancti & diligat, at tamen humilitem hanc, quum nos indignos arbitramur ipsi nos præsentare, cum ad illos quos scimus illi amicissimos, recurrimus, adeo diligit, vt Centurionis humilitatem, qua Centurio seniore præmisit, & fidē laudauerit, & eū cæteris filiis Israel prætulerit. Si adducatur historia filii prodigi, quoniam ad patrem non ad amicos primò venit, vbi & aliqui sancti doctores dicunt, vide quomodo ad patrem, non ad Sanctos accessit, Dicendum in primis, quòd ad ostendendum Dei familiaritatem hoc dicunt, vt non terreamur ad Deum primò accedere, & vt non arbitremur necessarium esse intercessores destinare. Possumus enim primò ad illum accedere. Preterea responderi potest, quòd argumentum quo arguitur ab authoritate negatiue (quo maxime vtuntur hæretici) purum sophisma est. Quanuis etiam dici possit, quòd recurrendo ad Sanctos, licet posterius tempore, tamen primo & principaliter ad Deum recurrimus. Primò quidem, quia timemus eum, nos indignos esse audiri ab eo propter peccata nostra arbitrantes Principaliter verò, quia ab eo, & non a Sanctis gratiam & dona expetimus, a Sanctis autem solam intercessionem. Ideo non abs re D. Seruatius Christo sanguine iunctus, ab Episcopis Galliæ ad sepulchrum diui Petri & Pauli Apostolorum eos interpellaturus, in primordiis Ecclesiæ Christianæ, legitur esse destinatus. Insuper sancta mater Ecclesia in pluribus generalibus conciliis, præcipue Gangrensi, huic controuersiæ, finem imposuit, & Sanctos (vt præmisimus) orādos determinauit, & letanias instituit, in quibus plena cōfidētia exoratur Pater, & filius, & Spiritus Sanctus. Deinde ad patrocinīū itur Sanctorum.

Matth. 7. *Matt 8.* *Luc. 15.*

Demum

4. *fen. dis.* Demum iterato fit ad deum precatio. Hoc etiam inuenitur in Ecclesię Collectis, &
45. q 3 ar. vnam gratia exempli afferemus. Concede misericors deus fragilitati nostræ præsi-
2. ad 2. dium, vt qui sanctę dei genetricis memoriã agimus, intercessionis eius auxilio a nr̃is
Non solum iniquitatibus resurgamus, per Christum dominum nostrum. Nec tamen sequitur
superiores, quòd solos superiores Sanctos interpellare debeamus, quum eorum orationes sint
sed etiam magis acceptę. eo quòd superiores Sancti sunt deo acceptiores, quam inferiores. Vti-
inferiores le tamen est minores Sanctos interdum interpellare & orare, multiplici ratione. Pri
sanctos ora mo ex hoc quòd aliquis quandoq; habet maiorem deuotionem ad minorem Sanctũ,
re debemus quam ad maiorem & ex deuotione magis pendet orationis effectus. Secũdò, propter
In *Add.* 3 fastidium tollendum. Assiduitas enim vnius rei fastidium parit. Per hoc autem quòd
p q. 72. ar. diuersos Sanctos oramus, quasi in singulis nouis feruor orationes excitatur. Tertiò,
2. ad 2. quia aliquibus Sanctis datum est in aliquibus causis præcipue patrocinari, vt beato
1. *Reg.* 1. Antonio circa ignem & beato Dominico circa febres. Quartò, vt omnibus debitus honor exhibeatur a nobis. Quintò, quia plurium orationibus aliquando aliquid impetratur quod vnius oratione non impetraretur, figura de Ionatha. 1. Regum. 14. cui Saul. sua obsecratione indulgere nolebat, multorum tamen precibus acquieuit. Ideo Ecclesia in oratione omnium Sanctorum dicit, vt multiplicatis intercessoribus largiaris.

Ver 9. *De animabus in purgatorio existentibus, orandis, uel non orandis.*

2 2. q 83. CVM frustra porrigatur oratio ad eos, qui orationem non cognoscunt, & san- B
ar. 4. *ad.* 2 cti qui sunt in purgatorio, non fruantur visione verbi, ideo non possunt cognoscere 64
ea, quæ nos cogitamus, vel dicimus. Quare eorum suffragia non imploramus, orationes nostras ad ipsos dirigendo. Ignorant enim (secundum diuum August.) ea quæ circa nos aguntur, licet per subleuationem pœnarum sentiant pro eis suffragia in cõmuni, & aliquando in particulari per reuelationem Angeli custodis. Si dicatur quòd diues Epulo in inferno orauit pro fratribus suis ergo a fortiori in purgatorio, Dicendum quod illa oratio non fuit ex charitate, sed ex timore, ne pœna eius augeretur, si illi veniret in locum tormentorum, propter malum exemplum & occasionem peccandi illis datam ab eo. Prædicta autem oratio procedebat ex synderesi & verme conscientiæ, ipsum de scandalis, & occasione peccandi fratribus suis data torquente. Quidam tamen dicunt quòd recordantur amicorum, & cum habet reuelationem ab Angelo custode de benefactoribus. non sunt ingrati. Cum ergo sciant pericula, saltem communia, in quibus amici & benefactores, aliiq; viatores sint constituti, ex charitate orat pro ipsis. Allegant historiam quæ habetur secundi Machabeorum 15. vbi di-
2. *Mac.* 15 citur de Hieremia. Hic est fratrum amator, & populi Israel. Hic est qui multũ orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate, Hieremia propheta dei Ac etiam quòd olim inuocabantur nomina eorum qui erant in lymbo, Exo. 32. Recordare Abraham,
Exod. 32. Isaac, &c. Et tamen non erant in patria sed adhuc in pœna, per longum tempus expectantes liberari per passionem Christi. Sic animæ quæ sunt in purgatorio, cum sint in gratia, licet sint in pœna ad tempus, a qua sperant liberari per satisfactionem vel suffragia Ecclesiæ, orant pro suis benefactoribus, amicis, & viatoribus, saltem in communi, & eorum orationes sunt gratæ, quum sint in gratia Dei & amicæ ipsius. Et quanuis non orent pro se, propter ordinem diuinæ iustitiæ, quem cognoscunt, orant tamẽ pro aliis, saltem in communi, cum eis nõ sit interdictum. Vnde D. Greg. in 4. Dialogorum refert, quòd multi ad eas affecti, & pro eis orantes, illasq; inuocantes, adiuti sunt. Hanc quæstionem exercitii gratia relinquo problematicam.

O. ... ut l:tates: Eccl. 38.

Ver.10. *De Dignitate & efficatia Orationis.*

C 64 OFFICIVM Orandi est valde honorabile,& sanctis viris, imò & a Christo frequentatum. Est pariter delectabile his qui deuote orāt, ac etiam valde vtile. Oratio enim ad multa valet Primò ad sanandas infirmitates non solum illorum qui orāt;sed etiam aliorum. Ideo Sapiens monet. Fili in tua infirmitate ne despicias teipsum,sed ora Dominum, & curabit te. Oratio Centurionis sanauit puerum suum. Oratio discipulorum,socrum Simonis,Et,D. Iacobus in vlt.Cap.dicit Oratio fidei saluabit infirmum. Secundò oratio prolongat vitam. Esa.38 de Ezechia dicitur. Audiui orationem tuam. Sequitur. Ego adiiciam ad dies tuos annos quindecim. Tertiò oratio liberat ab inimicis. Vnde Baruc.dicit. Clamate ad Dominum,& liberabit vos de manu principum iniquorum. Quartò oratio pacem & abundantiam tribuit, iuxta illud Psalmistæ: Rogate quæ ad pacem sunt & idem. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis Hanc virtutem sciebat Simon Oniç filius, qui Ecclesiastici. 50. dicebat. Da pacem Domine in diebus nostris. Quintò oratio tempore belli dat victoriam. Exod. 17. Quum Moyses leuaret manus vincebat Israel. Sextò pluuiam adducit. 1. Regum 18. & Iaco vlt Multum valet deprecatio iusti assidua. Helias homo erat similis nobis, &c. Septimò oratio steriles generare facit Exemplum de Sara & Anna 1.Reg 1. Octauò oratio ab opprobriis liberat, vt patet de Anna filia Bathuelis Tobiæ. Nono a falsa accusatione & iniqua sentētia liberat, vt patet de Susanna. Danielis. 13. Decimò malas cogitationes fugat Marc. nono. Hoc genus dæmoniorum non eiicitur, nisi in ieiunio & oratione. Vndecimo hominem illuminat, & media vitæ & bene agēdi tribuit, vt pericula euadat, vt patet de Iosaphat, qui dicebat. Quum ignoramus quid agere debemus hoc solum debemus residui, vt oculos dirigamus ad te. Duodecimò oratio iram Dei placat Exod. trigesimosecundo. Dimitte,me vt irascatur furor meus, decimotertiò oratio cœlos, & vitæ æternæ aditum aperit Luc. secundo. Iesu baptizato & orante, apertū est cœlum & latroni oranti in cruce, paradisus. Et pro resolutione non est officium delectabilius, honestius, & vtilius siue magis lucratiuum homini viatori, quam oratio, per quam paruo tempore in instanti lucrari potest regnum æternum, igitur amandum & frequentandum est. Sed quod aliqui non sentiant huiusmodi virtutem & efficaciam, hoc est, quia non habet conditiones bonæ orationis de quibus dicendum est.

Luc. 4. Matth. 8. Iaco. ult. Esa. 38. Baruc. 44. Psal. 131. Eccle. 50. Exod. 17. 1. Reg. 18. Iaco. 5. 1. Reg. 1. Tob. 8. Dan. 13. Marc. 9. 2 Par. 20. Luc. 2.

Ver. 11. *De conditionibus bonę Orationis, & modo orandi.*

D 64 PRIMA Orationis conditio est pœnitentiæ virtus. Salomon enim dicit. Iustus prior est accusator sui. & Christus. Primùm quærite regnum Dei & iustitiam eius, hoc est gratiam petendo misericordiam. Chananæa se habuisse hanc conditionē ostendit, cum clamando dixit. Miserere mei domine, fili Dauid, &c. Absque pœnitentia enim oratio non est efficax. Vnde Esa. 1. Quum multiplicaueritis orationes vestras, non exaudiam, dicit Dominus, quia manus vestræ plenæ sunt sanguine Oportet igitur orantem primò lauari a sanguine peccati. Hierem 18. Non est anima mea ad populum istum, quia scilicet manus plenæ sunt sanguine. & Psalm. Iniquitatem si aspexi in corde meo, nō exaudiet Dominus, Si dicatur, ergo non oportet peccatores orare. Dicendum quod duo sunt genera peccatorum, qui orant. Quidam sunt peccatores cum proposito perseuerandi in peccato. & tales non exaudiuntur. Vnde Chrysostomus super Matt. Qui orat & peccat, vel est in proposito peccandi, nō orat Deum, sed deludit. Tales sunt similes militibus Pilati, qui genus flectebant, & dabant alapas Christo. Alii sunt peccatores qui detestantur peccata & petunt a Deo misericordia, & postea petunt alia, & tales exaudiuit Deus vt patet de filio prodigo, & publicano. Vnde D. August. dicit. Si deus peccatores non audiret, frustra Publicanus ille dixisset. deus propitius esto mihi peccatori. Ideo cum cæcus natus dixit. Peccatores Deus non audit, dicit idem August Nondum erat vnctus, hoc est circa huiusmodi illuminatus. Peccatores ergo ab hac conditione pœnitentiæ, cum orare volunt, oportet inchoare. ¶ Secunda conditio orationis est præpara-

Prou. 18. Matth. 6. Matth. 15. Esa. 1. Hier. 18. Psal. 65. Luc. 15. Luc. 18. Ioan. 9. Eccle. 18.

tio, iuxta illud Ecclesiastici 18. Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat Deum. Quia qui non se præparat, dimittendo si qui habet aduersus aliquem, vel alias ad deuotionem non se disponit, non facit quod in se est, vt audiatur, & ideo quasi interpretatiue tentat Deum. Et quamuis huiusmodi interpretatiua tentatio videatur ex præsumptione vel indescriptione procedere, tamen hoc ipsum ad irreuerentiam Dei pertinet. vt homo præsumptuose & sine debita diligentia se habeat in his quæ ad Deum pertinent. Dicitur enim. 1. Pet. 5. Humiliamini sub potenti manu Dei. Et 2. ad Thimoth. 2. Solicite cura teipsum exhibere Deo. Ex quo sequitur quod non se præparans, non excusatur ab irriuerentia Dei, & per consequens nec a peccato. ¶ Tertia conditio orationis est fides debet enim orans firmiter credere, quod Deus dabit illi quod petit, si expediat, & si non expediat, dabit melius, vnde Iacob. 1. Si quis eget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Postulet autem in fide, nihil hæsitans. Non enim debet esse orans sicut Petrus, qui orauit dicens. Domine iube me venire ad te super aquas & cum impetrasset, & vidisset ventum validum, dubitauit. & cœpit mergi. Ideo audiuit, Modice fidei, quare dubitasti? Vnde diuus Bernardus. Cœlesti benedictione indignus conuincitur, qui Deum dubio quærit affectu. Quarta conditio orationis est deuotio. Quæ nihil aliud est, quam feruens ad Deum cũ fide promptissima affectio. Ex qua sequitur delectatio, quæ tenet operantem in opere, & orantem in oratione, & facit eum frequenter orare. Hanc autem deuotionem & delectationem poterimus habere per attentionem. & oculorum subleuationem, & manuum iunctionem Vnde. Ioan. 17 Subleuatis Iesus oculis, orabat & Psalmista. Extollite manus vestras in sancta. Attentio enim est mater deuotionis & deuotio mater delectationis. & ideo si quis non habet matrem, non habebit filiam; Oportet ergo quod orans sit affectus & attētus, Si enim cor eius alibi, sic dicetur ei. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me, sine causa me colunt. Vnde D Bern. Ante deum stantes, ne sitis corde vagantes. Dum cor non orat, in vanam lingua laborat:

1. Pet. 5. *2. Tim. 2.* *Iacob. 1.* *Matth. 14* *Deuotio quid sit.* *Deuotionũ causa est attentio.* *Matth. 15* *2. 2. q. 83. art. 13.*

A ¶ Si quæratur an sit semper peccatum rogare Deum ore & non corde, quod idem est quærere an intentio sit de necessitate præcepti in oratione, Dicunt doctores 64 quod aliquis potest esse dupliciter dist-actus. Vno modo, scienter se occupando aliis. & aliquando malis cogitationibus, & tunc absque quocunque dubio est peccatum mortale ex genere, quia talis irreuerētiam facit Deo. Si enim loquens cum rege, diuerteret se ad fatuitates, iniuriam faceret regi, a fortiori loquens cum Deo, &c. Secundo aliquis orando potest esse distractus ex fragilitate, quæ visis tangitur, vel ex astutia diaboli, qui vult impedire deuotionem & orationis fructum: Tunc si quando aduerrit, tristatur, non peccat, nec perditur fructus orationis debitus omnibus actibus charitate formatis, qui est mereri. Sufficit enim ad meritum vis primæ intentionis, qua aliquis accedit ad orandum, quę orationem meritoriam reddit in habente gratiam nec impeditur fructus spiritualis & proprius orationis, qui est impetrare & satisfacere præcepto Ecclesiæ de horis dicendis, vel præcepto voti, iuramenti, vel iniunctionis. Et si post initium totaliter (sine culpa tamen) distrahitur vsque ad finem, sitque taliter distractus, quod ignorat an psalmos & antiphonas intermedias dixerit, nō tenetur repetere. Qui enim scit se fuisse in vno termino a quo, & se inuenit in termino ad quem, debet præsumere se ambulasse per mediũ, nisi sciat se saltasse. Sic in proposito, qui scit se inchoasse horas, & postea se inuenit in fine, debet præsumere totum dixisse, nisi sciat se omisisse siue saltasse, Quia etiam ad hunc effectum sufficit prima intentio, quam deus principaliter respicit. Si autem prima intentio desiit, tunc oratio non est meritoria, neque satisfactoria nec imperatoria, illam enim orationem Deus non audit, quũ ille qui orat, non intendit. vt d. Gregorius dicit. Distractus, etiam sine culpa perdit effectum orationis, quem, ipsa oratio attenta actu facit, qui est spiritualis dulcedo, & refectio animæ, siue delectatio mentis. Vnde. 1. Cor. 14. dicitur. Si orem lingua, mens mea sine fructu est. Et sic attentio virtualis in oratione est necessario ad meritum & impetrationem.

An attentio sit de necessitate orationis. *Distractio duplici ex causa contingere potest.* *1. Cor. 14.*

Actualis.

Actualis uerò est necessaria ad spiritualem dulcedinem & refectionem.& sic ex suppositione, non est tamen necessaria simpliciter, quia aliquando est possibile ipsum habere. vt patet in exemplo Diui Bernardi, qui iactanti se posse habere attentionem per totam orationem dominicam,promisit equum. At ille quum fuit in medio, quæsiuit de sella & apparatu equi. vnde manifeste ostendit se non fuisse attentum. *Habere actualem de notione est difficile.*

B ¶ Notandũ tamen quòd triplex est attentio,quæ orationi potest adhiberi. Prima, 65 qua attenditur ad verba, ne aliquis in eis erret. Secunda, qua attenditur ad sensum verborum. Tertia, quia attenditur ad finem orationis.s.ad Deum & rem, pro qua oratur,hæc est maxime necessaria Et hãc possunt habere idiotæ,quæ quãdoque adeo abundat,ut etiã omniũ aliorum mens obliuiscatur,ut dicit Hugo de sancto Victore. Ex premissis infertur quod latina oratio idiotarum qui nõ habent attentionẽ uerborũ,quę non intelligunt, dummodo habeant intentionem ad Deum,non caret fructu Quem igitur tertia intentio sit laudabilis & fructuosa, sequitur quòd non est despicienda,nec arguenda,nec reprehendendi sunt idiotæ, si dicant orationem Dominicã latine.& maxime quando aliquo modo est eis declarata. Et sic non est necesse eam transferre in linguam uulgarem, quia oratio Dominica latina adeo facilis est idiotis propter assuetudinem & declarationem,sicut in lingua vulgari,Si enim curia temporalis admitti & exaudit supplicationes idiotarum, quas ipsi non intelligunt, a fortiori Deus & curia cœlestis, quæ clementior est.¶ Quinta conditio orationes est humilitas. Christus.n humiliter & positis genibus orat a D. etiam virgo humillime precabatur. Ideo profitetur dominum eã respexisse Luc.1.Et Eccle.35.dicitur, Oratio humiliant se se penetrat cœlos.Multi sunt qui propter defectum huius conditionis non obtinet quod petunt, ut Pharisæus, qui stans orabat dicens, Gratias ago tibi Deus,quia non sum sicut cæteri hominũ,&c.Et illi qui amabant in angulis plateարũ stantes orare.¶ Sexta conditio orationis est perseuerantia. vnde Matt.24.Qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit, sunt aliqui similes Leopardo, qui si primo, uel secundo saltu prædam non obtineat, amplius non prosequitur. Ideo Christus dat similitudinem,Quis uestrum habet amicum,&c.Et si perseuerauerit pulsans,dabit ei quotquot habet necessarios panes. Si litigantes ad habendum arrestũ perseuerant solicitando,quanto magis Christiani solicitare & perseuerare debẽt orãdo? &c. Matt.15.habetur,qũo Chananæa perseuerans, nõ solum fuit exaudita,sed facto laudata. Differt.n Deus dare quod petimus aliquando propter doni commendationem. Qui dona citò data uilescunt, diu uero desiderata dulcius obtinentur. Aliquando vero vt orantis animus accendatur, & feruor augeatur. Faciat.n vt faber,qui ad amplius igniendum ferrum, aquam aspergit.sic Deus ad accendẽdam desiderium,aspergit aquam dilationis. vnde D. Greg.dicit, Desideria dilata crescunt, si uero deficiunt, desideria uera non fuerunt. Aliquando autem differt propter maius bonum,s.meritum perseuerantiæ.Vnde d Greg. 12. Moralium dicit. Nemo quod tardius auditur, arbitretur quòd a suprema curia negligatur sæpe.n nostra desideria celeriter nõ exaudiuntur,& quod concite petimus,ex ipsa melius tarditate prosperatur. *Attẽtio est triplex.* *Luc.22.* *Luc.1.* *Eccle.35.* *Luc.18.* *Matt.25.* *Matt.24.* *Luc.11.* *Matt.15.* *Quare deus non statim dat quod petimus.* *3.p.q.25.*

Ver.12. *De Adoratione.*

C PRIMVS actus exterior religionis est adoratio,per quam aliquis corpus suũ 65 exhibet ad honorandum deum,sed circa hoc aduertendum, quod duplex secundum doctores inuenitur adoratio. s latriæ & duliæ. Adoratio autem duliæ est duplex, scilicet communis,quę retinet nomẽ commune, & specialis,quæ dicitur hyperdulia. Adoratio latriæ est aliquod signum exterius adhibitus in recognitionem supremi dominii,ex interiori mentis affectus & deuotione proueniens. Si loquamur de adoratione latriæ propriæ dicta & cõpleta,duplex actus requiritur,s.interior recognitio, exterior signi interioris recognitionis protestatiua exhibitio. hæc dicitur adoratio latriæ perfecta & completa, eo quòd per eam homo animam, & corpus exhibet ad honorandum deum. Incompleta vero esse potest solo actu interiori. Vnde Ioan.4. dicitur. veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, sed non complete. Ideo subiungit. Et veritate, veritas enim voluntatis est conformitas interioris *Duplex adoratio.* *Ioan.4.*

Adoratio est species honoris.

actus ad signum exterius, siue ad opus exterius, ei correspondens, quemadmodum ueritas intellectus est adæquatio, & conformitas apprehensionis ad rem exteriorem apprehensam. Et sic voluntas dicitur vera siue perfecta & complera & efficax, respectu alicuius exterioris uoliti, quando secluso impedimento exit in opus exterius D
volitum. Cum ergo Adoratio sit species honoris, & honor (secundum philos.) sit te 65
stimonium exterius virtutis, vel alicuius excellentiæ aut dignitatis, quòd testimoniũ sit signum aliquod reuerentiale adhibitum, consequens est quòd veri adoratores non solum adorent, hoc est testimonium dent solo spiritu, siue actu duntaxat interiore, sed etiam in veritate operis exterioris corrispondentis testimonio & recognitioni interiori. Hæc adoratio latriæ soli Deo debetur, quũ ipse solus sit supremus Dominus. Vnde Exod. 2. Non adorabis deos alienos, &c. Et Apost. 1. Tim. 1. Regi seculorũ immortali, inuisibili, soli Deo honor & gloria Et hoc modo prohibebat se angelus adorari, dicens Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum & fratrum tuorum. Alia est adoratio duliæ, quæ nihil aliud est, quam recognitio alicuius uirtutis uel excellentiæ signo exteriori protestata. Hic honor duliæ debetur virtuosis hominibus, & in dignitate constitutis, etiam in hoc mundo existentibus, a fortiori Sanctus, qui sunt in patria, & in maiori dignitate Hæc adoratio pertinet ad obseruantiam, vt infra dicetur, Qui uerò supereminent virtute, excellentia, aut dignitate, supra communem statum aliorum dulia speciali, quæ hyperdulia dicitur, digni sunt honori, prout D. Virgo Maria, quæ Dei maternitate, & virtutibus plusquam heroicis eminentiorique gratia donata est. Amplius Christi humanitas, si per possibile vel impossibile separaretur a diuinitate. Quia quandiu est vnita diuinitati, non est alia adoratione quàm latriæ adoranda, ratione suppositi diuini cui est vnita honor enim non est nisi suppositorum, hoc est, non terminatur nisi ad supposita, & non ad naturam solam Hæretici tamen moderni dicunt Sanctos quidem esse uenerandos, sed non adorandos. Verum quia sacra scriptura honorem mortalium adorationem vocat, non simpliciter & propriissimè (vt sacri doctores exponunt) sed duliç communis vel speciali. Nos honorem sanctis debitum adorationem duliæ, & honorem D. Virgini debitum, adorationem hyperduliæ nominabimus. Et iudicio meo tota controuersia est de nomine, quæ pertinacibus est relinquenda. Nos igitur antiquorũ, & sanctorũ patrum ac scripturæ sacræ nominibus vtemur, habetur enim 1. Reg. 20. quõ Abigail adorauit Dauid, procidítque coram eo, & cecidit ad pedes eius. Et 3. Reg 1. Nathan propheta adorauit Dauid pronus in terram. quòd si fieri non debuisset, Dauid qui erat secundũ cor Dei non permisisset. Notandum tamẽ quòd principale in adoratione est interior recognitio Et ideo signa exteriora debent referri ad intentionem. Et cum signa exteriora de se sint æquiuoca, possunt diuersis intentionibus deseruire. Ideo non inconuenit, quòd eodem signo exteriori adoretur Deus latria, & Sancti dulia, Sicut uidemus quòd eodem signo exteriori honorátur reges, duces, & alii inferiores nobiles. Nec per hoc sequitur, quòd quis tantum honorem exhibeat duci, sicut regi Sic licet quis eodẽ modo genuflectat propter honorẽ Christi, D. Virginis, & D Petri, uel candelam accensam offerat, vel eorum imagines osculetur, nõ sequitur quòd tantũ honorẽ faciat D. Petro, sicut D Virgini, nec illi, sicut Christo. Quia actus interiores, quib. idẽ signũ exterius respondet, sunt diuersi. Genuflectit n. & offert candelam accẽsam corã imagine D. Petri, recognoscendo interius ipsum virtuosum, amicum, & familiarẽ Dei & cum illo esse in lumine gloriæ cælestis D. Virgini vero genuflectit vel E 65
offert candelam recognoscendo & protestando supereminentes virtutes eius, & gratiam diuinamq; propinquitatem propter maternitatẽ Christi Christo autem genuflectit & offert candelam, recognoscendo: & protestando eum esse verum Deum, & hominem, creatorem, gubernatorem, & redēptorem. Ex hoc sequitur, quod maior honor exhibetur Christo, offerendo vnam candelam cum prædicta intentione, quam quingenta milia D Petro aut D Virgini. ¶ Idem dicendum est de imaginibus & instrumentis passionis Ea enim quæ non sunt de se honore digna, sed solum propter repræsentationem, prout imagines & instrumenta passionis, ex antiquo ritu

Adoratio latriæ soli deo debetur Exod 20. 1. Tim. 1. Apoc. 22.

Adoratio duliæ.

Adoratio hyperduliæ.

Honor Sanctis debitus uocatur adoratio duliæ.

1. Reg. 20. 3. Reg. 1.

Eadem signa exteriora respondere possunt diuersis adorationibus exterioribus.

De adoratione imaginum.

Ecclesiæ

Ecclesiæ adorantur ea adoratione, qua adorantur res per ipsas repræsentatæ. Et sic imago D. Petri adoratur dulia, & imago D. Virginis, hyperdulia. Imago verò Christi & instrumenta passionis adorantur latria. Nec fit iniuria Christo, quia (vt Damascenus ait) honor imaginis pergit vsque ad prototypum & exemplar. Quia idem numero est motus animi, qui fertur in imaginem & imaginatum sicut visus eodem actu numero fertur in aerem illuminatum & colorem, in aerem illuminatum tanquam
F medium, & ad colorem tanquam in terminum. Sic imago vt imago est, & non vt
66 ex auro vel lapide, & medium, & ratio formalis & res represẽnta est terminus. Vnde proprie loquendo, non est adoratio imaginis sed rei repręsentatæ coram imagine. Motus enim non denominantur à termino a quo sed a termino ad quem, vt dicitur in. 3. Phisiocorum Et sic clare loquendo, est adoratio Christi coram imagine, crucifixi quæ ad memoriam reuocat. Et idem dicendum est de imaginibus, & reliquiis sanctorum modo superius expresso. Nec applaudere debemus erroribus, qui sanctorum, imo & Christi domini memoriam a cordibus fidelium delere nituntur, dicendo imagines esse delendas fuerunt enim tales condemnati in concilio Niceno. 2. sub Gregor. 5. Seruius pariter episcopus Massilienñ. & Leo Imperator quartus. qui imagines deleuerant, communione priuati sunt. Et in eodem decretum fuit, Si quis dixerit imagines esse delendas, anathema sit & in C. venerabiles imagines, de consecra. distin. 1. dicitur, Venerabiles imagines non deos Christiani appellant, nec seruiunt eis vt diis. Sed ad memoriam & recordationem primitiuorum venerantur eas & adorant. Sed non seruiunt eis diuino cultu, neque alicui creaturæ. Nec obstat illud Exod 29. Non faciens tibi sculptile, neque omnem imaginem eorum quæ sunt in cœlo desuper, neque eorum quæ in terra deorsum, neque eorum quæ in aquis sunt sub terra, non adorabis neque coles ea nec quod dicitur Baruch. 6. vbi monentur Iudæi vt caueant a cultura deorum mortuorum, aureorum, argenteorum, aut lapideorum, quos Babylonii colebant, & humeri deferebant, prout Christiani imagines in processionibus. Quia in Exod. non prohibebat imagines fieri absolutem & simpliciter siue ad memoriam & repręsentationem, cùm Exod. 25. præceperit Deus Moysi, vt faceret duos Cherubin aureos. Et Numeri: 21. præcepit facere imaginem serpentis, de quo Christus, Sicut Moyses exaltauit serpentem, &c. Sed prohibebat sculptilia fieri, vt adorarentur adoratione latriæ, & colerentur pro diis, vt faciebant Babylonii. hoc autem non faciunt Christiani. Diuus Thomas dicit, quòd in antiquo Testamento non poterat fieri imago Dei. Quia (vt Damascenus ait) insipientiæ summæ & impietatis est figurare quod diuinum est. Sed quia in nouo testamento Deus homo factus est, potest figurari, & in sua imagine corporali adorari. Eusebius refert Christum Abbagaro regi Edissænorum, nolentem satisfacere eius effectui, detersa facie Imaginem suam transmisisse Impressit pariter linteo Veronicę, quæ adhuc Romæ asseruatur, & in eius ostensione miracula multa facta sunt. Illa imagine sanatus Tyberius Cæsar, decreuit fieri Christo honorees diuinos. Verum quia hoc inscio senatu fecerat Senatus prohibuit (vt ait Suetonius) Item D. Lucas depinxit duas imagines. D. Virginis, quę adhuc Romæ asseruantur, Item apud sanctum Ioannem Lateranen. in sacello quod dicitur Sancta Sanctorum est imago Saluatoris, mirabili artificio a D. Luca, Christo manum conducente, depicta, vt patet in qua dam tabella ibi posita. D. Tho. dicit quòd Apostoli familiari instinctu Spiritus sancti quędam Eccle. tradiderunt seruanda, quæ in scripturis non reliquerunt. Sed in obseruatione Ecclesiæ per sucessionem fidelium remanserunt. Vnde. 2. Thessal. 2. habetur, Tenete traditiones quas didicistis siue per sermonem, ore probatum, siue per epistolam transmissam & inter huiusmodi traditiones est imaginis Christi adoratio. Quæ in pluribus vniuersalibus conciliis fuit approbata scilicet Niceno secundo, Constantinopolitano sub Hyrenæo. & in tribus conciliis Lateranen. & in concilio Francfordensi. Et si dicatur quòd imagines præbent occasionem idololatriæ, & ideo non sunt permittendæ, sed potius delendæ, quum etiam imago serpentis ænei a Deo heri mandata, ab Ezechia rege zelo fidei (de quo laudatur) fuerit confracta, vt habetur.

Exod. 29. Exo. 25. Num. 2. Ioan. 3. 3. p. q. 25 artic. 3. Li 4. Hist. Ecclesia. ad. 4.

betur 4. Reg 18. vbi dicitur, Ezechias fecit quod bonum erat coram Domino, iuxta
4. Reg. 18 omnia, quæ fecerat pater eius, Ipse dissipauit excelsa, & contriuit statuas, succidit lucos, confregitque serpentem æneum quem fecerat Moyses. Si quidem vsque ad illud tempus filii Israel adolebant incensum, & in Ca. per latum. de consecra. dist. 1. laudatus fuit episcopus Massilien. a Greg 3. eo quòd prohibuerat imagines adorari. Respondetur quòd nunc populus est satis edoctus circa cultum imaginum, & omnes sciunt quòd nihil numinis est in imaginibus. & sic nullum est periculum, neque occasio Idololatriæ, sicut tempore Ezechiæ, quo populus Israel mores gentium, quæ in circuitu erat, sequens, adorabant idola, & alia intentione venerabantur serpentem æneum, quàm fuisset institutum a Deo per Moysem. Ideo Ezechias inter alia simulachra reperiens, confrectum. Tēpore ēt episcopi Massilien. populus non erat sufficiēter instructus, & erat periculū idololatriæ. Ideo fuit laudatus quòd prohibuerat adorare, & vituperatus fuit, & communione priuatus, eo quòd deleuerat eas. Quia prius ab eo instruendus erat populus, & vbi casus similis contigeret, ad tempus posset suspendi adoratio imaginum, donec populus esset sufficienter instructus. Nec debent imagines Christi & Sanctorum, idola nuncupari. Magnum enim discrimen est inter imaginem & idolum. Quia licet vtrumque sit alterius repræsentatiuum, differēter tamen. Nam idolum est simulachrum repræsentans rem, quæ nullam virtutem vel dignitatem habet, Sic quod non est digna honore, sed vituperio, vt simulachrum Veneris & Dianæ cæterorumque deorum gentium. Imago autem est simulachrum repræsentans id quod habet in se virtutem vel dignitatem siue excellētiam & est digna honore, vt D. Petrus D. Virgo, Christus. Ideo eorum simulachra dicuntur imagines.

Ver. 13. *De Oblatione Sacrificii.* A 66

1. q. 85. 86. & 87. Psal. 50. Exod. 22. SECVNDVS Actus exterior religionis dicitur oblatio sacrificii quia offertur deo aliquid exterius in recognitionem supremi domini, ad significandū sacrificiū quo anima seipsam offert deo. iuxta illud Psal. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. & sic persolutio decimarum, & primitiarum ad religionem pertinet. Sacrificium offerri soli deo debet cum solus sit supremus Dominus, Vnde Exod. 22. Qui immolat diis, occidetur. Et omnes iure naturæ tenentur ad offerendum sacrificium Deo, saltem interius. Ad exterius vero Sacrificium aliter tenebantur illi qui erant in lege naturæ, aliter qui in lege Moysi, & aliter qui sunt sub lege gratiæ. Illi qui erant sub lege naturæ, tenebantur ad offerendum sacrificium indeterminate, quia nondum erant determinata sacrificia. Illi vero qui erant sub lege Moysi, tenebantur ad offerendum sacrificium in lege Moysi determinatum. Et qui lege gratiæ, ad offerenda sacrificia per Christum, vel ecclesiam determinata. Ad oblationem sacrificii quatuor requiruntur. Primò, quòd offerens sit Christianus. Quia ab infidelibus ecclesia non accipit sacrificii oblationem. Secundo, vt is cui offertur, sit ecclesia, vel repræsenter ecclesiam. Quia quod offertur priuatæ personæ, non est oblatio, sed donatio. Tertio, quòd res oblata sit licite acquisita. Quia illicite acquisita non accipiuntur ab ecclesia, siue sint illicite acquisita contra iustitiam, puta ex furto rapina, fraude, & vsure, siue mediante peccato aliquo siue ex turpi lucro, siue meretricio. Quarto, quod voluntarie iuxta illud Ab homine qui offert vltroneus accipieris Exo. 25 Potest tamen contingere, quòd aliquis diuersimode teneatur. Primo ex conuentio propter fundum. secundò ex deputatione seu promissione tertio propter necessitatem ecclesiæ, vel ministrorum si non habuerint vnde sustententur. quarto propter cōsuetudinem quia tenentur fideles ad consuetas oblationes in solennitatibus. In duobus vltimis casibus adhuc sunt voluntarii, quantum ad quantitatem, uel speciem rei oblatæ. Et licet cogi possint qui oblationes debitas non faciunt, per subtractionem sacramentorum, non tamen per ipsum sacerdotem cui faciendę sunt, ne uideantur pro sacramentorum exhibitione aliquid exigere aliâ sacramenta vende sed per superiorem aliquem. Differt autem, oblatios a decima & primitia. Quia oblatio sacrificii fit immediate deo, Decima verò non offertur deo immediate, sed ministris eius sustentandis vel dispensaturis, est tinitia autem est oblatio de pręcipuis. fructibus.

Ad oblationem sacrificii diuersa obligatio secundum diuersitatem temporum.

Ad oblationem sacrificii quatuor requiruntur.

Exod. 25.

Oblatio decima, et primitia quomodo differunt.

fructibus cum quadam professione seu protestatione, quod a Deo percepti sunt iuxta illud 1. Paralip. vlt. Quæ de manu tua percepimus, dedicimus tibi. Et sic oblatio se habet ut magis commune ad decimam & primitiam, quia omnis decima, & primitia est oblatio. sed non econuerso. Quo ad decimas & primitias notandum (secundum D. Tho.) quòd præceptum de decimis & primitiis est partim morale, & partim ceremoniale, s. quantum ad quotam. Et ideo in lege noua non tenentur ad determinatam quotam, nisi ex conuentione uel institutione Ecclesiæ, aut consuetudine. Ad decimas prædiales, hoc est ex fructibus prædictorum, tenentur omnes etiam pauperes, & Iudæi prædia Ecclesiæ possidentes aut detinentes, vt dicitur in ca de cæteris 16. q. 1. Ad decimas uero personales, hoc est lucrorum industriæ personalis tenentur, vbi est consuetudo, & vt ubi non sunt prædiales, & tenentur illi ecclesiæ, vbi audiunt diuina, & percipiunt sacramenta, ut in cap quæsiuisti, 16. q. 1. Prædiales vero ecclesiæ in cuius parochia prædium situm est, habetur in c. vlti. de Paro. & in c. quoniam, de decimis, extra &c. si quis laicus 6 quæst i. 1. Par ult. 2. 2. q. 87. art. 1.

Ver. 4. De Voto.

B ALIVS actus religionis est uotum, quod potest sic definiri. Votum est delibe-
67 rata & discreta, ac possibilis promissio ab existente in libertate. Deo facta de bono consilii, uel præcepti, cum proposito siue intentione seruandi, & ad id se obligandi. Ad cuius euidentiam partes huius definitionis sunt declarandę, & bene notandæ, pro multorum difficultatum resolutione. In prædicta definitione ponuntur quinque, quæ sunt de essentia voti. ¶ Primum quod notandum est, materia voti, quæ est id quod vouetur quod oportet esse bonum præcepti uel consilii, quod etiam dicitur obiectum uoti. Bonum præcepti est id, ad quod quis tenetur præcepto affirmatiuo vel negatiuo, ut honorare parentes, & non furari, Cum ergo illa placeant Deo, possunt promitti. Talis promissio dicitur uotũ, large accipiendo uotum. Hæc promissio facit quòd opus præcepti (quod est alicuius uirtutis, puta pietatis) pertineat ad religionem s imperatiue, & fit magis meritorius, & oppositus fit peior, & fit in duabus speciebus peccatorum s. impietatis & irreligiositatis, si uotum sit de honore parentum. Proprie autem uotum dicitur de meliori bono, hoc est de bono consilii, ad quod quis antea non tenebatur. quod ideo dicitur melius bonum, quia est super erogationis, & quia inducit ad perfectionem, vt castitas, paupertas, & obedientia iuxta illud Mat. 19. Si uir perfectus esse, & uade & uende omnia quæ possides, & da pauperibus & sequere me. Ex iis sequitur primò quòd omne illicitum, siue quod est contra præceptum, non potest esse materia voti, siue non potest uoueri ut inhonorare parentes, occidere, uel mutilare hominem, aut se vindicare. Talia n. vouens peccat, qui facit iniuriam Deo promittendo quod ei displicet, & ideo non tenetur seruare, imo tenetur rescindere. Vnde D. Ambro. In male promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum. Secundò sequitur, quòd omne quod est contra consilium diuinũ, nõ potest esse materia uoti, sicut si quis voueret non dare eleemosynam, vel nõ intrare religionẽ. Quia talis promittit aliquid, cuis contrarium placet Deo, qui illa nobis ad prefectionem consulit. vnde talia vouens, nõ tenetur seruare. Sicut neq; etiam votum consilii, cui adiunxit malam circunstantiã finis, vt dare eleemosynam ad seducendã mulierem pauperem. Tertiò sequitur quòd id quod est secundũ se indifferẽt ad bonũ uel malũ, hoc est. quod nõ est prohibitũ, aut præceptũ neque cõsultũ nõ põt esse materia uoti. quũ de se nil habeat quod possit redundare in gloriam Dei, ut nõ facere barbã, uel canẽ fricare, aut leuare festucam, hæc n. & similia nullo modo redundat in gloriã Dei, sicut adimpletio consiliorum & præceptorum. Aduertẽ tamen quòd si ea quæ ex se sunt indifferentia, ex aliquo respectum fieret moralia, & bona, possent uoueri, si mala, posset oppositum uoueri. Prout ire uel non ire ad domum Ioannis, de se est indifferens, tamen sit in ea domo fiat aliquid virtuosum, quod potest prouocare ad bonum puta si ibi interpretatur euangelium, potest vo ueri. Si uerò sunt ibi ludi & meretrices, prouocantes ad malũ, si quis voueat non ire, vt sibi caueat, uotum est validum & cessante rõne boni vel mali, cessat obligatio voti.

a 2. q. 88. Voti definitio.

Materia uoti est bonum præcepti uel consilij.

Votum proprie est de meliori bono scilicet bono consilij.

Matth. 19.

Contrariæ consilius diuinis non possunt esse materia uoti.

In differentia non sunt materia uoti secundum se.

sic etiam de barba, si propter austeritatem, absque fucatione & uoluptate, vt cōmuniter fit. Quia si propter delitias adinuentas aut gloriam fieret, uotum esset illicitum. Nec Christus ad delitias aut voluptatem barbā detulit, sed propter austeritatē & vt obseruaret ceremonias legis. Ideo clerici qui barbā nutriunt, eius exēplo se defendentes, iudaizare uidentur, & si ad solū Christi exemplū respiciāt, eadē rōne se circuncidere possent, quæ tamen Christus non ad imitationem, sed legis impletionem fecit.

Discretio requiritur ad uotum. Deliberatio duplex. Votū factum ex motu primo, primò. et secundo primò non tenet:

¶Secundum quod requiritur ad votum, est discretio, & deliberatio, quæ est duplex, una, quæ importat actum deliberatum, & modum deliberandi, quando cū magna maturitate, & diuturna deliberatione discurritur & concluditur, siue promittitur aliquid faciendum. Hæc deliberatio, non est necessariò requisita ad votum. Alia est deliberatio, quæ non est cum tanta præmeditatione, sed cum sufficienti deliberatione, quæ sufficeret ad peccandum. Ex his sequitur primò, quòd votum factum ex motu primo primò, vel secundo primo, non tenet propter surreptionem & defectum plenæ deliberationis. Secundò sequitur quòd uotum factum ex motu tertio primò, quum fiat ex sufficienti deliberatione, quæ inducere posset peccatum, est ualidum quanuis fiat ex timore repentinorum malorum, aut ex magno dolore, aut ex animi leuitate aut pronitate ad uouendum. Quia tamen tale uotum non est bene cōpletum, ideo faciliter commutatur, & in eo dispensatur.

Votum ex mora tenete sed facilis in eo cadis dispensatio

Qui uouere non possunt Nu. 30 An religiosi uouere possint.

2. 2. q. 88 art 8. ad 3.

Tutores nota pupillorum possunt irritare.

Nullus uoto suo potest alium obligare ad aliquid personale.

¶Tertium requisitum ad uotū est libertas. s. quod ille qui uouet, sit sui iuris, & non in alterius potestate. Non enim uult Deus honorari cum iactura alterius. Ex hoc sequitur quòd filii & filiæ familias, vxores, serui, & religiosi uouere non possunt, licet habeant libertatem voluntariam sufficientem ad peccandum, quia persona eorum non est libera extrinsece. ideo votum ab illis emissum, obligat quidem eos usque ad reuocationē seu irritationē factā per illum, in cuius protestate sunt, ut habetur Nume 30. Non peccat tamen vouens, in alterius potestate existens. Quia in voto sicut & in iuramento subintelligitur conditio si placeat superiori, uel si superior non contradicat. Et ideo conditione stante, tenetur implere. Si tamen pręsumeret de voluntate superioris, vel de opposito certus esset, peccaret vouendo id quod non est in sua potestate. Dicunt tamen aliqui, quod religiosi, & consequenter alii qui sunt in alterius potestate, vouere possunt ea quę non præiudicāt alterius potestati, ut actus interiores, & dicere aliquo psalmos D. Thom. tamen videtur dicere oppositum, eo quod nullū sit tēpus in quo prælatus non possit religiosum circa aliquid occupare, Ideo nullū votu religiosi est firmum, nisi de consensu prælati, sicut nec uotum filiorum familias, sine cōsensu patris, aut tutorum, qui possunt vota pupillorū maxime realia irritare. Puto tamē dictum D Tho. intelligi de exteriorioribus tēpore & loco determinato promissis. Quia si vouit ea condōne, quod si non occupetur a prælato implebit, eadem condōne stante obligatur, quum nulli fiat præiudicium. Notandum tamen quod nullus uoto suo potest alium obligare ad aliquid personale, nisi ipse vel aliquis de eius mandato cōsentiat, vnde licet pater & mater possint hortari filium ad religionem vel ieiunium, non tenetur tamen filius, nisi consenserit Potest tamen testator ad aliquid reale obligare hæredem suum, s. ad soluendum decem quæ vouerat Ecclesiæ, & ad aliquid personale conditionaliter. s. si velit esse hæres.

Possibilitas. intelligatur in uoto.

Qui non potest implere uotū per seipsum, nō

¶Quartum requisitum ad votum est possibilitas. Quia in omni promissione intelligitur generalis conditio, si potero, vt notatur in cap. quemadmodum, extra de iureiurando. & in cap. Beatus 22. q. 2 quæ si non stat, obligatio tollitur, vel saltem suspenditur pro tempore, & pro ea parte duntaxat, qua possibilitas deficit. Hinc est quod si habens votum simplex castitatis, contraxit matrimonium tenetur reddere debitum vxori, sed petere non potest, quia ex ea parte seruari potest uotum castitatis Et stante impossibilitate implendi per seipsum, non tenetur implere per alium nisi illud in voto expressisset. ¶Quintum requisitum ad votum est promissio, cum intentione seruandi & obligandi, quia si simulare voueret, non intendendo vouere, seu promittere, aut se obligare, non esset verum, neque obligaretur, peccaret tamen fraudulenter vouens. Et si uerbo promitteret se aliqua daturum Ecclesiæ, posset

com-

compelli. Quia fraus aut dolus nulli debent patrocinari, vt habetur in l i. ff. de dolo. Si autem intenderet vouere & non seruare, peccaret mortaliter, nec minus tenetur coram Deo seruare votũ, quàm si vouisset cum intentione seruandi. Quia ex suo iniquo proposito non debet reportare commodum seu exemptionem a vinculo, cui se subiecit. Votum obligat vouentem duplici iure, scilicet naturæ & diuino. Primò, iure naturæ. Quia promissio homini facta iure naturali, seruanda est, & ad hoc compelli potest, & non seruare pertinet ad perfidiam, quæ est vitium contra virtutem veritatis & Fidelitatis. à fortiori, iure naturæ promissio facta Deo, seruanda est, & si non seruetur, est non solum contra virtutem veritatis, sed etiam fidei religiosæ, ad quam pertinet quòd promissio facta Deo de re illi grata, seruetur, quum magis obligemur Deo, quam homini. Et per consequens indeligiosę perfidię est violare uotum factum Deo. Secundo votum obligat iure diuino. Quia Numero. 30. dicitur. Si quis votum Domino uouerit, aut se constringerit iuramento, non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promissit, implebit. Et glo super illud Psalmistæ. Vouete & reddite, dicit. Vouere est uoluntatis, & reddere autem necessitatis, iuxta illud Eccles 5. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. displices enim ei infidelis & stulta promissio. D. etiam Paulus de viduis, quæ in primitiua Ecclesia se deuouebant solenniter ministerio Ecclesiæ & Christianorum, promittentes obseruare castitatem, ad quam seruandam tenebantur sub pœna damnationis æternæ, ait. Viduas adolescentiores deuita, hoc est, recipere noli. Quum enim luxuriatæ fuerint iu Christo, hoc est, abundantes factæ, fuerint in ministerio Christianorum, nubere volunt, habentes damnationẽ, quia primã fidem, hoc est primam promissio

C nem, irritam fecerunt. Et Act 5. Ananias & Saphira propter transgressionem pau-

67 pertatis promissę, morti adiudicati sunt, Circa tamen voti obligationem notandæ sunt duæ regulæ Prima est D. Thom. Quandocunque occurit casus, in quo illicitum esset vouere, voto emisso & simili casu occurrente & durante, obligatio uoti pro illo tempore suspenditur. vt puta si quis uouit ieiunare aliquo determinato die, in qua perdit sanitatẽ ita quòd abstinere essèt ei illicitũ, & sic runc illicite uouerret, suspenditur obligatio voti, veniente & durante impedimento Secũda regula est. Quòd quãdocũq; aliquod votũ est maioris boni impeditiuũ, non ligat, vt si quis post votũ Hierosolimitanũ uult ingredi religionẽ, adimplere prædictũ uotum esset impedimentũ melioris boni iõ talis potest ingredi religionẽ, nõ curando de priori voto.

¶ Votum est duplex. s. simplex & sollenne. Votum simplex est quod priuatim fit, hoc est absque solennitate exterius adhibita, & absque persona publica recipiente & acceptante. Votum verò solenne opposito modo definitur, quod scilicet publicè emittitur, adhibita solennitate extrinseca, & coram persona publica recipiente & acceptante. Et hoc modo fiebat uotum solenne paupertatis & obedientiæ in primitiua Ecclesia, quia ponebatur præcium possessionum ad pedes Apostolorum. Sic etiam viduæ fidem publice dabant inter manus Apostolorum. Nunc autem in ecclesia uotum tripliciter sollennizatur scilicet per susceptionem sacramenti baptismi sacramentorum ordinũ, & professionem religionis. Primò in baptismi susceptione emittitur votum solenne legis euangelicæ obseruandæ, licet non exprimatur. Quia quemadmodum omnes accipientes circuncisionem, ipso facto etiam absque expressione verborum, promittebant seruare legem Moysi, eò quòd circuncisio erat primum sacramentum; ianua & introitus ad legem Moysi. Vnde Galat. 5. dicitur. Testificor omni homini circuncidenti se, quòd factus est debitor vniuersæ legis faciendæ. Sic per susceptionem sacramenti baptismi, qui est primum sacramentum, & ianua aliorum, & legis nouæ, etiam absque expressione verborum, ipso facto profitetur quis se seruaturum legem euangelicam. Et ideo qui post susceptum baptisma relinquit legem euangelicam, dicitur apostata, sicut religiosus relinquens regulam suam, & religionem ac statum quem professus est. Secundò, per susceptionem sacrorum ordinum solennizatur votum continentiæ & obedientiæ, quæ illis annexæ sunt. Ideo quicunque voluntarie accipit ordinem sacrum, acceptando prin-

cipale,

emetur per alium.

Simulate uouens non obligatur licet peccet.

Votum obligat de iure naturæ, & diuino.

Num. 30.

Eccle. 5.

1. Tim. 6.

Act. 5.

In 4. sent.

votũ factũ eo casu, quo non posset uouere adueniente suspẽditur

Votum impeditiuum maioris Boni non ligat.

Votum est duplex simplex et solenne.

Act. 5.

Votum tripliciter solemnizatur.

Galat. 5.

cipale, acceptat annexa, & recipitur tale votum per episcopum. Tertiò solennizatur votum per professionem religionis approbatæ per ecclesiam, & recipitur per superiorem, coram quo quis se astringit ad seruandam castitatem, paupertatem, & obedientiam, in quibus omnino abnegat semetipsum, & dedicat se perpetuo & totaliter Deo in holocaustum. Qua propter dicitur & reputatur mortuus mundo, & viuens Deo, Et ideo est incapax ad omnes actus & contractus ciuiles exercendos. Aliquando tamen dicunt quod etiam quod ad illos possunt habilitari cum gerunt per firmam communitatis. ¶ Differentia inter uotum solenne sacrorum ordinum, & professionis religionis, triplex est. Prima, quia sacerdos non est obligatus ad paupertatem sicut religiosus. Secunda quia qui scipit sacros ordines, non dedicat se totaliter Deo in holocaustum, sicut profitens religionem. Tertia, quia castitas non est essentialiter annexa sacro ordini, & ideo pro pacificatione regnorum, & augmentatione religionis Christianæ, potest summus pontifex dispensare cum sacerdote, vt contrahat matrimonium, & non cum religioso professo. Quia paupertas, castitas, & obedientia sunt voto religionis solenniter annexa, & separari non possunt, vt habetur in ca. cum ad monasterium, de regula & transeuntibus ad religionem. vbi dicitur, Abdicatio paupertatis, sicut etiam custodia castitatis, adeo est annexa regulæ monachali, vt cùm ea summus pontifex non possit dispensare. & eadem ratione de obedientia. Ex quo sequitur quòd licet summus pontifex possit dispensare cum religioso, vt dimittat habitum, & alia ceremonialia, non tamen potest facere de monacho non monachum, quum habitus non faciat monachum, sed professio sola, & ad rationem & essentiam monachi pertineat tria vota promissa seruare. Ideo fieri non potest quòd quis sit professus alicuius religionis approbatæ, & non teneatur ad tria vota, licet aliqui iuristæ dixerint oppositum. Et quanuis summus pontifex possit religiosum ab obedientia sui prælati eximere, non tamen a sua, quin ei teneatur obedire secundum regulam quam professus est, licet de facto nihil ei præcipiat. Potest etiam summus pontifex concedere beneficium & liberam dispensationem fructuum, non tamen potest illi dare proprietatem, quia ipse pontifex & successor eius potest beneficia & quæcunque bona ab eo auferre quod non faceret, si haberet proprietatem. Quemadmodum non potest ad his qui habent proprietatem Fundamentum huius indispẽsabilitatis est essentialis connexio, & totalis dedicatio in holocaustum. iuxta illud Leui. vlt. Quod semel sanctificatum est Domino, non potest in alios vsus commutari. Et si dicatur quod ratio dispensandi in voto est, quãdo votũ est impeditiuum maioris boni, sed hoc contingere potest in religiose, sicut in sacerdote, & in casu præmisso, s. si aliquod regnum vellet conuerti ad fidem, s. dummodo religiosus acciperet filiam regis. ¶ Diuus Tho. dicit, quòd periculis humanarum rerum obuiandum est per res humanas, & non per hoc quòd res diuinæ conuertantur in humanum usum. Professi autem religionem, totaliter dicati sunt Deo, & mortui mũdo. Vnde non possunt reuocari ad vitam humanam, & ciuilem politiam, occasione cuiuscunque euentu:. Sed huic dicto opponitur prima regula superius data. Tenendo tamen hanc partem dicendum est, quòd regula prædicta non habet locum in voto solenni religionis, propter talem & perpetuam dedicationem in holocaustum. Nec potest votum continentiæ vergere in periculum personæ, sicut votũ abstinentiæ, Eo quòd cibus ordinatur ad conseruationem personæ ex se, & non carnalis commixtio, quia potest aliter subueniri, scilicet per abstinentiam, vel per alia corporalia remedia. Fuerunt nonnulli, & maxime. De sancto Amore, qui nixi sunt vota monastica reprobare, quorum argumentis respondet, & eos confutat D. Tho. in opusculo contra impugnantes religionem, ad quem lectorem remitto ibi argumẽnta modernorum hereticorum inueniet persoluta. & in sacris literis fondatam monachorum professionem, quę hominem constituit in statu perfectionis acquirendæ, præcipue apud Matt. 19. Si uis perfectus esse, &c. & Lucæ 9. Si quis uult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Inchoationem, vsum, & modũ tempore Apostolorũ & inde per sanctos viros. Spiritus sãcti instinctu

Votum professionis religionis, & notũ sacrorum ordinis tripliciter differunt. 2.2 q. 88. ar. 11.

Castitas est essentialiter annexa uoto religionis, quod summus põtifex non potest dispensare sicut in sacerdote Leui. vlt.

2.2. q. 88. ar. 11. ad. 1

B 68

F 68

stinctu inspiratos, vide in actibus Apostolorum. Vni tamen & præcipuo eorum argu mento respondendum duxi. Quo videlicet nituntur astruere vota monastica nō esse de meliori bono, sed melioris boni impeditiua, quo sic argumētantur, Melius est im plere corpus præcepti, quod habet necessitatem, quam consilii, quod non importat necessitatem Igitur quod fit de opere consilii, non est de meliori bono, sed impe dit ipsum ad hoc respondet D.Tho.& triplici ratione probat, quod opus factum ex voto, sit magis meritorium, quam siue voto Primo quia actus procedens ex nobilio ri virtute, est nobilior, & magis meritorius, Sed inter virtutes morales præcipua est latria, ergo actus eius est nobilior. Vnde actus inferioris virtutis est melior &

Vota monastica non sunt melioris boni impeditiua.

2.2 q. 88. ar 6.

Actus factus ex est voto est magis meritorius quam sine voto.

A magis meritorius, ex hoc quod imperatur a superiori virtute, vt actus fidei & spei

68 est nobilior, si imperetur a charitate. Sed quæ sunt ex voto, pertinet ad superiorem virtutem scilicet latriam, & Dei cultum & honorem, Igitur actus abstinentiæ & continen tiæ sunt meliores, & magis meritorii, si fiant ex voto. Quia sic pertinent ad diui num cultum, quasi quædam dei sacrificia. Vnde D. August ait, quod neque ipsa vir ginitas quia virginitas, sed quia Deo dicata est, honoratur, quam fouet & conseruat continentia pietatis, sine qua nullus humanus actus, a quocunque procedat, acce ptus esse potest Deo. Secundo actus qui procedit ex maiori subiectione & humili tate, est nobilior & magis meritorius, quam qui ex minori, Sed ille qui vouet ali quid, & ex voto facit, magis se subiicit Deo, quam qui solum facit, quia non vouet, non solum se subiicit quantum ad actum, sed etiam quantum ad potestatem, quia de cætero non potest aliud facere, sicut plus daret homini qui daret arborem cum fructibus, quam qui daret ei fructus tantum (vt dicit Anselmus.) Et inde est quod etiam promittentibus gratiæ aguntur. Tertiò quia melius est facere aliquid ex vo luntate firmata, quam non firmata, quia ex voluntate firmata in bonum, est melius quam ex voluntate non firmata. Sicut peccare mente obstinata, est grauius pecca tum (vt dicit Philosophus in 2. Ethi.) Sed qui facit aliquid ex voto, illud facit ex vo luntate magis firmata & astricta, quam qui sine voto, igitur melius facit. Præte rea qui facit aliquid sine voto, implet tantummodo consilium. Sed qui facit aliquid ex voto, implet præceptum & consilium, Et melius est implere consilium & præce ptum, quam consilium tantum. Et ad argumentum dicendum, quod votum non impedit a meliori bono, imo impellit ad melius bonum. Et quanuis necessitas co actionis (inquantum est contra voluntatem) tristitiam causet, secundum Philoso phum, Necessitas tamen voti in iis qui sunt boni disposi i (inquantum voluntatem confirmat) non causat tristitiam, sed gaudium quum sit simpliciter & absolute vo luntaria, & ad melius bonum hominem sic vouentem, facilius inducat. Vnde D. Hierony. Fœlix necessitas, quæ ad meliora compellit. Nec per votum paupertatis priuatur quis illa beatitudine, de qua D. Paulus Actuum vigesimo. Beatius est da

In lib. de Virgini.

In lib. de sim.

5. Metha.

B re, quam accipere. Quia profitens religionem, multo plura dat in professione, &

68 post professionem potest dare spiritualia, quæ præeminet temporalibus quæ sunt corruptibilia caduca & momentaneæ durationis.

¶ Circa votorum dispensationem notandum secundum D. Thomam, quod dispen satio eodem modo fit in voto sicut in lege. Lex.n. (vt supra dictū est, & inferius am plius dicetur) ponitur respiciendo id quod in pluribus est bonum. Sed quia contin git huiusmodi in aliquo particulari casu nō esse bonū oportet aliquē superiorem esse per quem determinari possit, in illo particulari casu legem non esse seruandā. Et hoc proprie est dispensare. Nam dispensatio videtur importare quandā cōmensuratā di stributionem alicuius communis ad ea quæ sub ipso continentur, per quem modum dicitur quis dispensare cibum familiæ, & sic dispensatio est determinatio vel potius declaratio absolutionis a lege, siue declaratio quod aliquis propter aliquam parti cularem causam non sit subiectus legi Similiter ille qui vouit, legem quodammodo sibi statuit, obligans se ad aliquid quod secūdū se vt in pluribus bonum est. Potest tñ contingere quod in aliquo casu sit simpliciter malum & inutile, aut maioris boni impeditiuum, quod est contra rationem eius quod cadit sub voto, id circo necesse

Act. 20

2.2. q. 88. ar. 10 de votorum dispensatione.

Dispensatio quid sit.

est

tas,siue importunitas,quę rigorem non patitur. de hac in ca.pro remedio. 1.q.7.Secunda est vtilitas, vt scilicet alii facilius reuertantur ad bonum de hac in ca.ipsa pietas.22 q.1.Tertia est qualitas personæ meriti,& scientiæ,de hac in ca.tali,& ca.didicistis.19.q.7 cum alius æque dignus & sufficiens non sit.Quarta est necessitas. de hac in d.c.tali. Quinta,pietas.Sexta, euentus rei, Septima multitudo sine scandalum multitudinis.de hac in c.vt constitueretur.50.distin Cauendum est enim ne quis nutriatur siue alatur in scandalo.Sed quia casus sunt innumerabiles,nec potest certa regula dari,ideo standum est in hoc arbitrio boni viri,qui si iudicauerit causam esse rationabilem,dispensatio erit licita vt in c.Domino sancto.50.dist.Et causa rationabili existente,prælatus peccat non dispensando.ar.c.quanto in fi.2.q.5.

Septem dispensandi causæ.

¶Si dicatur quòd inferior non potest dispensare in lege superioris,sed obligatio voti & iuramenti est de iure diuino , igitur summus pontifex non potest dispensare.Respondet D.Tho quòd sicut iure naturali & diuino tenetur homo implere votum & iuramentum,ita iure naturali & diuino tenetur homo superiorum legi obedire Et tamen quum dispensatur in aliqua lege humana, non fit vt legi humanæ non obediatur quia hoc est cōtra legem naturæ,& mandatum diuinum,sed fit vt hoc quod erat lex, vel continebatur sub lege,non sit lex,nec contineatur sub lege.Ita etiam authoritate dispensantis fit,vt hoc quod continebatur sub voto,non contineatur , inquantum determinatur in hoc casu illud non esse congruam materiam voti.Et ideo quum prælatus dispensat in voto, non dispensat in præcepto iuris naturalis aut diuini,sed determinat quòd id quod cadebat sub determinatione obligationis humanæ(quæ non potuit omnia circunspicere)amplius non contineatur. Alii clarius soluunt. dicētes quòd duplex est ius diuinum ,quoddam est absolutum,quod non consurgit ex aliquo facto humano.& in hoc prælatus non potest dispensare directe neq; indirecte siue ex consequenti. Aliud est ius diuinum,quod pendet & consurgit ex facto humano,vt obligatio voti & iuramenti,quæ cōsequitur actum humanum,super quem prælatus a Deo authoritatem habet,per consequens super ea quæ ipsum consequuntur, & in hoc licet prælatus non possit dispensare directe, potest tamen indirecte & ex consequenti, ratione actuum humanorum qui subiiciuntur variationi,& super quos habet potestatem,vt dictum est,vel clarius,non dispensat authoritate propria,sed authoritate Dei qui super tale ius dedit ei potestatem ex consequenti, ex quo dedit potestatem super id a quo illud ius pendet,scilicet super factum humanum.¶Notādum præterea quòd irritatio.dispensatio,conciliatio,& redemptio voti,differunt ab inuicem.Quia irritatio est annullatio obligationis voti, etiam sine quacunque causa , vt cum maritus dicit vxori,non placet siue nolo quòd serues hoc vel illud uotum,absque scitu & consēsu meo factum. Dispensatio autem est determinatio vel declaratio ex rationabili causa Commutatio est annullatio obligationis uoti,cum obligatione ad aliquid aliud faciendum. Redemptio vero voti,si distinguatur a commutatione, est annullatio obligationis voti,cum ligamine ad aliquid dandum,puta si ei qui uouit,peregrinationem imponatur eleemosyna , puta tantum dare , quantum exposuisset eundo,vel aliquid huiusmodi . de hac redemptionem voti habetur in tit.de voto & uoti redemp. in antiquis.

Prælatus peccat non dispensando stante causa rationabili.

An papa possit dispē sare in iure diuino.

Ius diuinū duplex.

Irritatio, dispensatio, cōmutatio, & redemptio uoti differunt.

Ver.15. *De iuramento.*

F IVRAMENTVM est alius actus religionis & latriæ & potest sic definiri
69 Iuramentum est inuocatio testimonii Dei, ad confirmationem dicti vel facti præteriti,præsenti,vel futuri.Et sic iurare est deum in testem inuocare & assumere, protestari que eum esse infallibilis ueritatis,& omnium notitiam habere. Secundum aliquos, iuramentum est assertio uel negatio uera de aliquo possibili & honesto sacræ rei attestatione firmata & secundum iuristas, iuramentum,iusiurandum,& sacramentum idem sunt.Theologi tamen aliter sacramentum accipiunt,ut inferius dicetur. Iuramentum est duplex.Vnum iudiciale,hoc est delatum in iudicio a parte vel iudice . & hoc iuramentum aliquando coacte præstatur , cum a iudice præsentatur quia non potest recusari , licet bene quando præsentatur a parte . Aliud est iuramentum exiudi-

2. 2.q.89. ar.4.

Iuramenti, definitio.

Alia definitio.cap.16.

Iuramentū est duplex .

Iurādi mo dus duplex

traiudiciale, quod extra iudicium ex partium conuentione exhibetur. Quo ad modū iurandi D. Tho. dicit quòd duplex est modus iurandi. s. per simplicem contestationem, & per execrationem. Sed quia primus potest diuidi in duos, ideo tres modos iurandi ponere possumus. Primus modus, qui fit simplici verbo, vt dicendo per Deum ita est, &c. Non enim est necesse (secundum Panor in cap. Et si Christus. de iureiurando) quòd dicatur, iuro. Hic modus fit diuersis verbis, de quibus certa regula dari non potest. In Antiquo Testamento iurabant, Viuit Dominus, & Viuit anima mea, & Viuit anima tua. In nouo vero testamento, & in primitiua Ecclesia, Testis est mihi deus, Rom. 1. Et Philippen. 1. &, Testem inuoco Deum. 2. Cor. 1. & Veritatem dico in Christo, & non mentior, Rom. 9. Testis est mihi conscientia mea 22. q. 1 c. Si peccatum. & sic Deus me adiuuet. ut in cap de parentela 35 quæst. 6. Secundus modus iurandi per simplicem contestationem est cum interuenit aliqua res sacra, vt cum iuratur inter manus Episcopi, vel super Euangelia aut crucem, aut reliquias sanctorum tangendo. Et quo ad hunc modum iurandi inuentæ sunt plures solennitates, ad diuinam reuerentiam, & terrorem indiscrete iurantium, ad retrahendum eos a periurio, Tertius modus iurandi est per execrationem, dum. s. aliquis se, vel aliquid ad se pertinens, ad pœnam obligat, vt credatur verum quod dicitur, & cū quis inuocat Deum non solum in testem, sed etiam iudicem & punitorem. vt, Si nō est sic, non sit salus animæ meę. In antiquo testamento iurabant, Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat Et sic iurasse videtur D. Paulus dicens, Ego autem testem inuoco deum in animam meam. Iterum duplex dicitur esse iuramentum, scilicet assertorium & promissorium. Assertorium est propositionis de præsenti vel præterito. Promissorium est respectu propositionis de futuro. ¶ Difficultas est an sit iurare dicendo, in veritate, vel in fide, vel per fidem ita est. Quoad primum sciendum, quod hoc complexum (in veritate) dupliciter accipi potest, s. nominaliter & aduerbialiter. Si accipiatur nominaliter & pro veritate simpliciter & absolute, quæ est deus, iuxta illud Ioan. 14 Ego sum via, veritas, & vita, tunc est iuramentum Si vero accipiatur pro veritate humana, non est iuramentum, quia non accipitur aliquod sacrum: Si autem accipiatur aduerbialiter. vt idem est quod vere siue veraciter & sine defectu, tunc non est iuramentum, sed bonus & serio sus modus dicendi, per quem agnoscimus quod non ioco vel dubitanter loquimur. Hunc modum loquendi docuit Christus, dicens. In veritate dico vobis, quod multæ viduæ erant in diebus Heliæ, &c. & D. Petrus, in veritate comperi, quod non est acceptor personarum deus, Quo ad secundum pariter de fide dicendum est. Quod si dicatur, per fidem theologam, vel per fidem quam habeo erga deum, vel teneo de deo, est iuramentum. Si vero pro fide humana, vel nobilis viri, qua sæpe deficit & fallit ac fallitur, tunc idem est quod fideliter & tunc non est iuramentum, sed quidam modus asserendi, maxime quum non adsit intentio iurandi, quæ requiritur ad iuramentum. Per hæc discutere poteris plures scrupulos timoratarum conscientiarum. B

1 Reg. 14
4. Reg. 4.
Rom 1.
Philip. 1.
2. Cor. 1.
Rom. 9.

An dicere in ueritate uel fide aut per fidem sit iurare.
Ioan. 14.

Luc. 14.
Act. 10.

Iuramentum probatur licitum
Deut. 6.
Heb. 6.

¶ Iuramentum esse licitum maxime in defectu testimonii humani, quod est per 69 testes, vel instrumenta, vel confessionem partis (quæ sunt tria genera probationis) constat ex illo Deuter. 6. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen eius iurabis. Et ex illo Hebr. 6. Homines per maiores suos iurant, & omnis controuersiæ eorum finis ad confirmationem, est iuramentum. Et per alios passus & exempla D Pauli superius allegata. Hoc tamen verum est, dummodo iuramentum habeat tres comites, de quibus Hiere. 4. Iurabis. Viuit dominus in veritate, iudicio, & iustitia Primo in veritate, ut scilicet id quod iuratur, sit verum, vel saltem æstimetur verum. Et ad iuramentum absolutum, hoc est simpliciter & sine addito factum, oportet quod sit iuranti euidenter notum, puta aliquo sensu proprio sensatum. Si vero sit creditum vel æstimatum tantum, debet iurare per verbum Credo vel Aestimo verum. Secundo ad hoc quod iuramentum sit licitum, requiritur iudicium discretionis, vt scilicet non leuiter & absque magna causa iuretur. Si enim quis pro minima causa requireret regis testimonium, iniuriam ei faceret, a fortiori

Hiere. 4.
Tres comites iuramentis.

si requirat Deum testem pro minima causa, hoc enim est assumere nomen Dei in vanum, ideo talis non potest excusari a peccato. Tertiò ad hoc quòd iuramentum sit licitum, requiritur iustitia, quod id quod iuratur fieri non sit iniustum, hoc est prohibitum aut inhonestum, aut in detrimentum alterius, aut etiam inhonestum quantum ad personam suam vel alterius, & hoc præcipue in iuramento promissorio locum habet quia in iuramento assertorio, maxime quod præstatur in iudicio, non attenditur honestas facti super quo iuratur, sed veritas. Vnde testis tenetur super facto adulteri, quòd scilicet est inhonestum, veritatem dicere. Similiter non attenditur an ex depositione testium (dummodo verum dicant) sequatur præiudicium. Quia vt in pluribus propter depositionem testium pars quæ malam causam fouet, læditur. Sed in iuramento promissorio, quod est de futuro agendo, vel non agendo, requiritur iustitia & honestas, vt scilicet non iuret se facturum aliqua illicita, &c. Quia talis peccaret iurando, facit enim irreuerentiam Deo, vocando eum in testem suæ iniquitatis. Nec tenetur implere, quia implendo peccaret, faciendo iniustum, & si iniustum faceret, ad seruandum iuramentum emissum, duplici peccato peccaret, primo, quia iniustum facit, secundo, quia iniustitiam suam placere Deo arbitratur. Quæcunque autem harum conditionum deficiat, iuramentum est illicitum, & peccatum.

Iuramentũ promissoriũ de re illicita nõ ligat & iurans peccat iurãdo et seruãdo.

C ¶Ex his sequitur primò, quòd omne iuramentum, in quo asseritur falsum, vel
96 negatur verum, aut asseritur dubium & incertum est illicitum, quia contra primam conditionem. Secundò, sequitur quòd omne iuramentum indiscretum est illicitum. Dicitur autem indiscretum dupliciter, primò per inconsiderationem, non plene & deliberate considerando quid facit, sed leuiter, nec exibet reuerentiam quam debet. Secundò propter defectum causæ sufficientis Causa autem sufficiens est necessitas, vt cum a iudice præcipitur, aut alias in periculo constituitur, nisi iuret, vel competens vtilitas reipublicæ, aut propria, quæ pensari debet ad arbitrium boni viri. Requiritur ergo ad iuramentum ex parte iudicii discretionis, reuerentia deuotio fides, necessitas, vel vtilitas, & omnia quæ ad debitum modum iurandi pertinent. Hinc est quòd pueri ante annos pubertatis non debent cogi aut admitti ad iurandum, propter defectum huius conditionis, vt habetur in c. pueri. 22 q. 5. Si tamen ante tempus illud habent vsum rationis completum, & iurant absq; conditionibus requisitis peccant mortaliter vel venialiter, secundum qualitatem periurii, quemadmodum & alii, vt habetur in c. 1 de delictis puerorum. Propter candem causam siue defectum repelluntur ii qui fuerunt alias periuri. Quod intelligendum est de conuictis & condemnatis, tales enim repelluntur a iudicio & cõtractibus, vt infames, De periuris autem notoriis ex facto dubium est, cùm tales sint pene innumeri Syl de Prierio dicit, quòd si periurium sit publicum, vt si quis coram multis deliberate iuret super quatuor sancta Dei Euangelia tacta, & de aliquo quod est euidenter falsum, repellitur a testimonio Sed a verba potuerunt esse iuratoria vel non iuratoria, aut si ex ira, vel dubitetur de modo iurandi, & si dubitetur an factum sciuerit esse tali repelli non potest, de iis in c. paruuli. 22. q 5. Propter eadem causam repelluntur furiosi, vt in can. merito. 15. q 5. Dicunt aliqui quòd iuramentum promissorium & indiscretum obligat iurantẽ, dum tamen sit de re iusta & possibili, põt tamen cum eo dispensari. Tertiò, sequitur quòd omne iuramentum quod vergit in detrimentum siue dispendium salutis æternæ vel corporalis, est illicitum, & non est seruandum. Per has conditiones possunt cognosci omnia iuramenta illicita. Concurrentibus tamen prædictis tribus comitibus seu conditionibus, iuramentum est licitum, etiam si sit promissorium, estque obligatorium.

Iuramentum dicitur indiscretũ dupliciter.

Iuramentum promissorium indiscretum de re licita ligat.

D ¶Nec obstat quod Christus Matth. 5. dixit, Audistis quia dictum est antiquis,
69 Non peierabis. Ego autem dico uobis non iurare omnino, neque per cœlum, quia thronus dei est, neque per terram, quia scabellum est pedum eius. Neque per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis, neque per caput tuum iuraueris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum Sit autem sermo uester, est est, Non

non, vt non sub iudicio decidaris: Quia certum est quòd Christus (qui venerat ad honorandum patrem, vt habetur Ioan.8. Ego glorifico patrem meum,) non prohibuit honorem, & reuerentiam dei, quæ fit & datur Deo per iuramentum cum tribus prædictis conditionibus, dictum est enim quòd iuramentum est actus latriæ, & quòd in ipso est protestatio omnis scientiæ & infallibilis veritatis dei. Sed prohibuit assuetudinem iurandi, & ne absque illis tribus comitibus iuretur, quia hoc esset assumere nomen dei in vanum, quod est illicitum. Et hoc declarauit, inquiens, Vt non sub iudicio decidatis. In iudicio scilicet discretionis, si frequenter & absque causa in assuetudinem iurandi veneritis. Noluit ergo dicere quòd adueniente præcepto iudicis ad imponendum finem controuersiis & confirmationem veritatis, aut aliqua alia rationabili cã occurrente, iuramentum esset illicitum. Et quamuis dixerit, Quod amplius est, a malo est, non dixit tamen, malum est, sed a malo non iurantis, sed ex peccato originali talis est orta fragilitas, quod homines illis qui non possunt probare testimonio humano, noluit simplici verbo credere, vel propter cupiditatem, vel fragilitatem veram vel æstimatam.

Creaturæ duplices. An iurare per creaturas sit licitum.

¶ Circa iuramentum per creaturas notandum est, quòd creaturæ sunt duplices. E
Quædam sunt, quæ ex se vel earum nominatione important aliquid diuinum. Et sic sancta quatuor Dei Euangelia, Ecclesiæ sacramenta, & sancti qui sunt in cœlo, 7
gratia & dona supernaturalia, & quicunque per illa iurant, & ea in testimonium vocant non ea vocare censentur, sed Deum, qui in eis relucet. Et seruatis tribus prædictis comitibus, iuramentum per illas factũ nõ censetur illicitum. Animę sunt res non sacræ, & si ponatur deus in obliquo, vt puta per ignem dei, vel aliquid huiusmodi, tunc inuocatur deus conditor earum. Hoc modo prohibuit Christus iurare per cœlum, terram, & alias creaturas, ne eis diuina reuerentia exhiberetur, sed non simpliciter seruatis tribus prædictis comitibus. Iudæi enim per angelos & creaturas iurabant, vt dicit D. Hier. D. Thomas dicit quòd licet iurare per creaturam relatam ad creatorem, prout relucet in ea vestigium ueritatis. Addunt aliqui etiam si non opponatur deus explicite, quando illa creatura est aliquid in quo principaliter sit memoria dei, vt per animam & conscientiam, imò etiam per cœlum, in iuramento facto per simplicem contestationem. In iuramento autem facto per execrationem, indicitur creatura aliqua, in qua diuinum iudicium execratur, vt quum homo iurat per caput suum, aut filium, siue per aliam rem dilectam. Quòd autem Ioseph iurauerit per salutem Pharaonis, utroque modo potest intelligi scilicet per modum execrationis, quasi salutem Pharaonis obligauerit deo, uel per modum contestationis, quasi contestando ueritatem iustitiæ diuinæ, ad cuius executionem principes terræ constituuntur, hoc etiam iuramentum. Per animam & conscientiam meam, per execrationem fieri potest.

In 3. sent. dist. 39.

Gen. 42.

De obligatione iuramenti.

¶ Circa obligationem iuramenti aduertendum est, quòd omne iuramentum, siue F
sit assertorium, siue promissorium, cum tribus prędictis comitibus factum, est ali- 7
quo modo obligatorium, Ligat enim iurãtem, saltem ad hoc ut ueritas seruetur. Sed quia propriè obligatio respicit aliquid fiendum, uel non fiendum, ideo solum iuramentum promissorium de aliquo fiendo, uel non fiendo, per se & non per alias causas dicitur proprie obligatorium, duplici obligatione una erga proximum, secunda erga deum, ob cuius reuerentiam promissum seruandũm est, nisi uergat in peiorem seu deteriorem exitum. Quod contingere potest dupliciter, uno modo a principio, quando id quod iuratur, est per se malum, ut quum iurat se perpetraturum homicidium, uel cum est maioris boni impeditiuum, ut quum quis iurat se non intraturum religionem, uel non facturum eleemosynam aut alio opera consilii, uel est de indifferentibus, puta non loqui Guilielmo, aut nunquam intrare domum eius. In primò casu peccat iurando, & seruando, in secundo uerò, & tertiò casu peccat iurando, quia ponit obicem Spiritui sancto. Non peccat tamen, iuramentum seruando, quum sit de opere consilii, uel indifferenti, melius tamen faceret, si iuramentum non seruaret. Alio modo uergit in deteriorem exitum, propter aliquid quod

Iuramentũ dupliciter uergere potest in peiorem fine deteriorẽ exitum.

de nouo

de nouo emergit quod licet non fuerit præmeditatum, ficut in iuramento Herodis cuius iuramentum, ab initio poterat esse licitum, intellecta conditione si peteret quod dare deberet, sed audita petitione, illicita fuit impletio. Vnde D. Amb. Est contra officium, promissum nonnunquam soluere sacramentum. Et ex hoc formari potest regula generalis, Quod quandocunque aduenit casus, in quo non esset licitum iurare, vel non fuisse iuratum, si fuisse præmeditatum, iuramentum emissum, illo casu veniente & durante, non ligat. Ex quo sequitur, quod non, ligat non stantibus conditionibus appositis uel tacitis, quæ subintelliguntur, uel exprimuntur de iure, de quibus glo in cap. quemadmodum & ca. quinta vallis, de iureiurando. Sunt autem octo conditiones principales, ad quas cæteræ possunt reduci. Prima, si Deo placuerit. de qua in c. beatus. § 1 22. q. 2 Secunda, si superiori placeat. In omni enim iuramento excipitur authoritas superioris vt in ca. venientes & ca eam te. de iureiurando. Tertia si res in eodem statu permanserit, ut in d. c quemadmodū puta si iurauerit accipere Bertam, quæ postea fornicata est, aut effecta leprosa, uel reddere gladium ei qui postea factus est furiosus, Quarta si seruetur fides siue promissum. Vnde dicitur communiter, Frangenti fidem, fides frangatur eidem. de hoc in c. peruenit co. tit. Quinta conditio, si res honesta, & possibilis fuerit, & iurans impossibilitatus nō fuerit, de hac in d c. quemadmodum. & in c. quinta vallis Sexta conditio, si iurauerit reddere pecuniam, intelligitur, si numerata fuerit de hac in l. indubitati. ff de nō numerata pecunia Septima, si iurauerit dare dotē intelligitur, si nuptiæ subsecutæ fuerint, vt. in l. stipulationem. ff de iure do. Octaua si iurauit stare præceptis alicuius. in telligitur si rationabilia, & moderata præceperit. Iuramentum enim non extenditur ad ve isimiliter non cogitata. vt in d c. quemadmodum. Nec obligat vltra consensum, vt in d. c quinta vallis. Ex hoc sequitur quod iuramentum metu vel alias indebite extortum, & in quo quis non habuit animum se obligandi, non ligat quo ad pro ximum, licet obli uo ad Deum, & obtinenda sit dispensatio. Idem de iuramento do lose exacto, vt de Gabaonitis. Non tamen quod obligatio voti maior sit, quam obligatio iuramenti, quia obligatio voti est ex fidelitate, quæ continet reuerentiam dei. Obligatio vero iuramenti est ex reuerentia sola. & sic trangressio voti contra fidelitatem & reuerentiam, est maior transgressione iuramenti, quę est contra reuerentiam tantum. Et sic ex opposito, maior est obligatio voti.

Lib 1 de off. Regula generalis.

Octo conditiones, subintellectæ in omni iuramento.

Iuramentū ui, metu aut alias indebite extortum

In quo quis non habuit animum se obligandi, non ligat quo ad proximū licet bene quo ad Deum.

Obligatio voti est maior quam iuramenti.

¶ Circa interpretationem iuramenti nota resolutionem D. Thom. Quod quando non est eadem intentio iurantis, & eius cui iuratur, si hoc prouenit ex dolo iurantis debet iuramentum seruari secundum intellectum eius cui iuratur, siue iuramētū præstatur. Vnde Isidorus, & habetur in c quancunque arte verborum 22. q. 5. Quacunque arte verborum quis iurat, Deus tamen qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit sicut ille cui iuratur, intelligit, & dupliciter reus, sit quia nomen Dei in vanum assumit, & proximum dolo cap. Si autem iurans dolum non adhibeat, obligatur secundum intentionem suam. Vnde D. Greg. Aures humanæ talia verba nostra iudicāt, qualia foris sonant. Diuina vero iudicia talia foris audiūt, qualia ex intimis proferūtur. Nec iurans sine dolo aliter obligatur, quam secundum intentionem suam interiorem, Sed in foro contentioso, vbi intentio ignoratur, obligatur secundum quod verba accipi solent. ¶ De dispensatione iuramenti eodem modo dicendum est, sicut supra dictum est de dispensatione voti, & hæc in præsentiarium de iuramento sufficiant Si ampliora desideras, vide D. Tho. in prædicta quæstione, & Summistas super verbo, iuramentum.

2. 2. q. 89. ar. 7. ad 4. De interpretatione iuramenti.

27. Moral. De dispēsatione iuramenti.

Ver. 16. *De Adiuratione:*

ADIVRATIO Est alius actus religionis, quæ nihil aliud est, quā inuocatio diuinis nominis, ad inducendū alios ad aliquid agendum vel non agendū. Et fieri
7 potest dupliciter, scilicet per modum decrepationis siue obsecrationis, & per modū cōpulsionis Pimus modus est, per reuerentiā diuini nominis obsecrare, & licitū est inferioribus hoc modo vti erga superiores. Secundus modus est per reuerentiam diuini nominis præcipere vel prohibere. Et hoc modo licitum est vti superioribus er-

2 2. q. 90. ar. 1. 2 et 3 Adiuratio dupliciter fieri potest.

ga subditos, quo quidem modo sæpe vtuntur prælati religiosorum, qui præcipiunt vel prohibent in virtute Spiritus sancti & sanctæ obedientiæ. Dæmones autem non licet adiurare per modū deprecationis, neque cōpulsionis, ad aliquid per eos sciendum vel obtinendum, quia hoc pertineret ad aliquam societatem, quæ prohibita est haberi cum ipsis, iuxta illud. 2. Cor 6. Quæ societas lucis ad tenebras, &c Ex specia li tamen instinctu Spiritus sancti per modum compulsionis licet eos adiurare. sicut legimus aliquos sanctos operatione dæmonum fuisse vsos. D. enim Iacobus per dæmones, fecit Hermogenem ligari, & ad se adduci. Per hunc modum compulsionis possunt Christiani adiurare dæmones secundum potestatem a Christo sibi datā, sci licet vt egrediantur a corporibus obsessis, & ne nobis aut fidelibus noceant. Vnde Mar vlt. S gna autem eos qui crediderint, hæc sequētur. In nomine meo dæmonia eiicient Et Luc. 10. Ecce dedi vobis potestatem supra serpentes, & scorpiones & supra omnem virtutem inimica, & nihil vobis nocebit, ¶ Creaturas vero irrationabiles secundum se non licet adiurare, neque per modum deprecationis neque per modū præcepti qu a non sunt capaces aguntur enim & non agunt. Sed si referatur adiuratio ad Deum qui eas dirigit licitum est per modum deprecationis, quod pertinet ad eos qui miracula faciunt. Si vero referatur ad iuratio ad diabolum, qui irrationabilibus vtitur in nocumentum nostrum, licitum est per modum compulsion's & præcepti. Et talis est modus adiurandi exorcismis Ecclesiæ, per quos demonum potestas excluditur ad irrationabilibus & in sensibilibus creaturis.

Dæmones non sunt ad iurandi per modum deprecationis sed per modum compulsionis.
2. Cor. 6.
Mar. ult.
Luc. 10.
In creaturas irrationabiles an li ceat adiurare.

Ver. 17. *De laude & cantu.*

2. 2. q. 90.
In 2. Libr. retract.

ALIVS Religionis actus ex erior, est assumptio diuini nominis in laudes & B
cantu vocali Et quia fuit quidā Hilarius, de quo meminit D. Aug qui detrahebat 70
cantui Ecclesiastico, & illum sequuti sunt Valden. & post eos Ioannes Vviclefz & neoterici hæretici qui non verentur Ecclesiæ cātores vocare sacerdotes Baal, & boatores. Ideo hic paulum insistendum est. In primis certum est quod de omnibus a Deo datis gratias agere debemus Deo. Iuxta illud. 1. Thess. 5. In omnibus gratias agite, hæc est enim voluntas dei. Rationem autem assignat Diuus Iacobus. 1. Capue suæ canonicæ epistolæ, Q uia omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens a patre luminum, hoc egerunt sancti patriarchæ, Abel. Noe, & Abraham, de rebus exterioribus, ergo a fortiori de corpore, mente, & voce, quum sint maiora dona. Certum est etiam filios Israel transacto mari rubro, & Pharaone submerso, hymnum, Domino modulasse, Exod. 15. Cantemus Domino, gloriose n. &c. 1. Paral 6. Dauid instituit cantores, vt cātarent ante arcam. & Psal. 94. inuitabat oēs, Venite exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro, &c. Et Esa. 6. de Seraphin dicitur, quod clamabat alter ad alterum, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Et in nouo testamento habemus canticum Zachariæ, Simeonis & D. Virginis Insuper Luc 2 in natiuitate Christi, Subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis exercitus laudantium & dicentium, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et Act. 16. de Paulo & Sylla dicitur, quod media nocte ad orantes laudabant Deum, & audiebāt eos qui in custodia erant. Quod & alios Christianos fecisse commemorat Plinius secundus, qui tunc prouinciam administra bat qui in epistola ad Traianum de Christianis scribens, dicit. Hæc fuit summa vel culpæ vel erroris eorum, quod essent soliti ante lucem conuenire, carmenque Christo suo quasi Deo, canere. Et Eusebius Cæsarien dicit, Sed & Christi exemplo inoleuit (scilicet cantus) qui potest cœnam hymnum dixit D. Ignatius D Ioann aposto li discipulus, post D Petr 3 Antiochenę Ecclesiæ episcopus audiuit choros angelorum, antiphonas sancte Trinitatis decantantium. Ideo instituit eas inter Psal. decantari Et in Toleta. concil. C. 12. habetur. Sicut orationes, ita & hymnos ad laudē dei compositos nullus vlterius improbet. & in concil. Agathen. c. 30. fuit. idem decretum & rationē assignat Rabanus, Psal id circo cum melodia cantileuarum suauum ab Eccl. frequentatur, quo po us animi ad compunctionem flectantur. & D August aie

Exod. 15.
1. para 6.
Psal. 94.
Esa. 6.
Luc. 1.
Luc. 2.
Act. 16.
In Hist eccl. libr. 3. c. 32.
de Inst. cle. ca. 76.

Addu-

Adducor cantandi consuetudine approbare in Ecclesia, vt per oblectamenta aurium, animus in affectum pietatis assurgat, & de seipso in nono Confessionum dicit, Fleui in hymnis, & canticis, suaue sonantis Ecclesiæ vocibus acriter commotus Ex præmissis apparet næsania & blasphemia hæreticorum.

§. 6. *De Vitiis Religioni oppositis.* 9. Con.

C PECCATA religioni opposita sunt quinque, scilicet superstitio, tentatio, per 71 iurium, sacrilegium, simonia.

Ver. 1. *De superstitione.*

D SVPERSTITIO est vitium religioni oppositum, secundum excessum non 71 quòd plus exhibeat in cultum diuinum, quam vera religio, sed quia exhibet cultum diuinum cui non debet, uel eo modo quo non debet, & sic, Superstitio est indebitus cultus diuinitatis. Superstitionis duæ sunt species principales. Prima est, qua exhibetur cultus Deo uero, sed modo indebito. Secunda species superstitionis est, quando exhibetur diuinus cultus ei cui non debetur. Quantum ad primam, sciendum quòd aliquis duobus modis post indebitu cultum exhibere Deo vero. Primo quando exhibet cultum perniciosum. Secundo quando cultum superfluũ Cultus perniciosus. Deo exhibetur, quando per cultum exteriorem aliquid falsum significatur. Quod contingit dupliciter. Primo ex parte rei significatæ, a qua discen lit significatio cultus, vt vti sacramentis & ceremoniis veteris legis quibus Christi mysteria figurabantur *(*2. 2. q. 92. art. 1 *Superstitio nis definitio & diuisio.* art. 2.*)*

B 67 talibus enim obseruando quis protestatur Christum nõ uenisse, uel ministerium non impleuisse, & ideo mortaliter peccat. Vnde Galat. 5. Si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit. Euacuati enim estis a Christo, qui in lege iustificamini. Alio modo contingere potest falsitas in exteriori cultu, ex parte colentis, & præcipue in cultu communi, qui per ministros exhibetur in persona totius Ecclesiæ. Sicut enim falsarus esset, qui in aliqua proponeret ex parte alicuius, quæ non essent ei commissa, ita si minister in persona Ecclesiæ exhibet cultum Deo contra modũ diuinæ authoritatis ab Ecclesia constitutum, & in Ecclesia cõsuetum. Vnde diuus Ambro. dicit. Indignus est qui aliter aliud cerebrat mysterium, quam quod Christus, Ecclesia tradidit. Et propter hoc etiam Glo. dicit, ad Collo 2. Superfluus cultus est, quando traditioni humanæ religionis nomen applicatur. Et sic peccant, qui Sanctorum falsas reliquias colendas proponunt, & offerentes uotiuas statuas siue imagines miraculorum seu beneficiorum falsorũ affigentes eas imagini Crucifixi seu sanctorum, alicuius lucri gratia, vt s. alii inde prouocati ad similia offerendum concurrant Tales peccant mortaliter, quia irreuerentiam notabilem faciunt in actu colendi. Et hoc peccato etiam peccare uidentur, qui ad fantasiam certas missas, uel officia componunt, & absque Ecclesiæ authoritate aliis celebranda proponunt. Quo ad superfluum dupliciter, vno modo secundum absolutam quãtitatem, & hoc modo non potest esse aliquid superfluum in diuino cultu quia nihil potest homo facere, quod non sit minus eo quod debet Deo. Alio modo potest esse aliquid superfluum secundum quantitatem proportionis, quia, s. non est proportionatum fini diuini cultus, qui est vt homo det Deo gloriam, & ei se sub iciat mente & corpore. Et ideo quidquid homo facit, quod pertinet ad Dei gloriam & ad hoc quod mens hominis Deo subiiciatur, & etiam corpus per moderationem concupiscentiarum secundum dei & Ecclesiæ ordinationem, & consuetudinẽ eorum cum quibus homo conuiuit, non est superfluum in diuino cultu. Si autẽ aliquid fit quod, quantum est de se, ad prædictum finem non seruit, aut etiam si sit præter Dei & Ecclesiæ institutionem, vel contra cõsuetudinem communem eorum inter quos homo conuiuit, totum hoc reputandum est superfluum & superstitiosum, quasi in exterioribus solum consistens, & ad interiorem dei cultum non pertinens. vnde actiones iocunditatis ad superfluum cultum spectant, vt decantatio cantilenarum per organa, & alia instrumenta musicalia, quæ aliquando auertũt ab interiori cultu. Ad superfluum etiam cultum pertinet, quicquid in Ecclesia dicitur aut fit supra rubricas seu statuta, vt si bis dicatur Allelula, vbi semel scriptum est & si fit in Missa crucis signum, vt non mandatur,

*(*2. 2. q. 93. art. 1 *Cultus perniciosus dupliciter contingit.* Galat. 5 Col. 2. art. 2 *Superfluũ dicitur dupliciter.*)*

& insanias falsas. Vana autem inquisitio futurorum est, quando aliquis futurum præ *Psal. 39.*
cognoscere tentat, Vnde præcognosci non potest.

Ver. 4. *De speciebus diuinationis.*

C DIVINATIONIS Duo sunt genera Primum per expressam dæmonis
71 implorationem siue inuocationem, vel quum præter intentionem hominis dæmon *2. 2. q. 95.*
se occulte ingerit ad prænuntiandum futura, vel pręsentia quædam hominibus igno *art. 3.*
ta, Hæc diuinatio est peccatum mortale, duplici ratione. Primo propter cõicationem
& societatem illicitam, quæ prohibita est, vt supra deduximus ex D. Paulo, Quæ cõ
uentio, &c. & Esa. 28 Dixistis percussimus fœdus cum morte, & cum inferno feci- *2. Cor. 6.*
mus pactũ. Secundò propter periculum, quia dæmon intendit, perditionem hominũ *Esa. 28.*
ex suis responsis, & si aliquando verum dicat, malo tamen fine, scilicet vt homines *Luc. 4.*
assuefaciat ad ei credendum ei. Vnde Athanasius exponens illud quod habetur Luc.
4. Increpauit illum dicens, Obmutesce, ait, Quanuis vera fateretur dæmon, compe-
scebat tamen Christus eius sermonem, ne simul cum veritatem etiam suam iniqui-
tatẽ promulgaret, vt nos etiã assuefaciat, ne curemus de talibus, & si vera loqui videá *Aliud est*
tur Ne fas enim est vt (quum adsit scriptura diuina) a diabolo instruamur. Nota ta- *inuocare dæ*
men quòd aliud est inuocare dæmonem, aliud inquirere ab eo sponte occurente. *monem a-*
Quod quandoque licet per adiurationem, per modum compulsionis diuina authori *lind inqui*
tate, propter aliorum vtilitatem, vt dictum est. quum de adiurationem ageretur. Nũ *rere ab eo*
D quàm tamen licet eos inuocare, quæcunque vtilitas sequatur, quia non potest cópa- *spõte occu-*
71 rari detrimento spiritualis salutis Huiusmodi autem diuinatio quinque modis a dæ- *rente.*
mone fieri consueuit. Primo per præstigium, ex eo quòd oculi hominum dæmonum *Diuinatio*
operationes præstringuntur, dum dæmones præstigiosis factis ac simulatis apparitio- *per dęmo-*
nibus se aspectui & auditui hominum ingerunt. Secundùm per somnia quorum obser *nem quin-*
uatio prohibita est Deuto. 18. Non sit in re qui obseruet somnia. quanuis obseruare *que modis*
somnia quæ fiunt ex diuina reuelatione non sit malum. Deus enim ministerio an- *fieri consue*
gelorum aliqua reuelat hominibus in somniis, vt habetur Num 12 si quis fuerit pro *uit.*
feta Domini in uisione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. Et Matth. *Prestigiũ,*
2. Ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph Tunc seruanda sunt, & faciliter *somniorum*
cognosci possunt, quia post somnium in vigilia instinctu diuino certificantur, quod *obseruatio.*
non fit quando ex solicitudine vel dæmonem illusione proueniunt. Licitum tamen *Num. 12.*
est medicis considerare somnia quia prosunt ad cognitionem corporalis immutatio- *Matth. 2.*
nis infirmorum. Tertiò per mortuorum aliquorum apparitionem. Et hæc species *Somnia ex*
vocatur Necromantia. Quia (vt dicit Isidorus in lib. Ethimologiarum) Necros Græ *diuino in-*
ce. Latine mortuus, Mantia, diuinatio interpretatur Quia quibusdam deprecationi *stinctu fa-*
bus adhibito sanguine videntur resuscitati mortui diuinare. & ad interrogata respon *ciliter co-*
dere. Quartò per homines viuos habentes spiritus siue dæmones familiares in arre- *gnosci pos-*
ptitiis, & hæc diuinatio dicitur Phitonica, siue per phitones, sic dicti, Isidoro authore *sunt.*
a Phitone Apolline, qui dicebatur author diuinandi. Quinto, dęmones futura *Negroman*
prænunciant, per aliquas figuras vel signa, quæ in rebus animatis apparere faciunt Et *tia Geomã*
hoc in diuersis corporibus, præcipue quinque, & secundum hoc aduersis nominibus *tia Hydro*
nuncupantur. Si in ligno. uel ferro, vel lapide polito, vocatur Geomantia. Si autem in *mantia Py*
aqua uocatur Hydromantia. Si in igne, vocatur Pyromantia. Si in aere, Aereoman- *romantia.*
tia. Si autem in uiscenbus animarum immolatorum in aris dæmonum, vocatur Aru- *Aereoman*
spicium Omnes isti nouem modi pertinent ad Negromanticos. *tia Aruspi*

¶ Secundum genus diuinationis est quod fit absque expressa dæmonum inuoca- *cium.*
tione. Istud in duo genera diuitur. Primum est, quum ad cognoscendum futura con- *Septem mo*
sideramus dispositiones & motus aliquarum rerum, & hoc fit septem modis. Primo *di diuina-*
ex consideratione situs & motus stellarum quæ nõ se extendunt ad futura contingẽ *tionis sine*
tia pręcipue humana. Et hoc pertinet ad Astrologos, qui & Genethliaci dicuntur *absque ex-*
propter natalium considerationes dierum de his D. Aug. in. 4. Confessionum ait, *pressa dæ-*
Illos planetarios (quos Mathematicos vocant) consulere non desistebam, quasi nul- *monũ inuo*
lum esset eis sacrificium, & nullæ praeces ad aliquem spiritum ob diuinationem di- *catione.*

 gereretur,

gerentur, quod tamen Christiana, & vera pietas expellit & damnat. Secundò per
Augurium voces auium aut quorumcunque animalium & etiam sternutationem hominum, &
Auspicium hoc vocatur Augurium. Tertiò per motus vel per saltus membrorum eorundem, &
Omen. vocatur Auspicium, ab inspectione auium. Quartò circa verba hominum absque in
Chyromantia. tentione dicta. & hoc vocatur Omen. Si verò considerentur aliquæ figuræ vel li-
neationes in manibus existentes, diuinatio ex eis sumpta Chyromantia vocatur qua-
Spatulamātia. si diuinatio, manus Chyros enim Græce, manus dicitur, & mantia, diuinatio. Si au-
tem considerentur signa in spatula alicuius animalis apparentia, vocatur Spatula-
mantia. Aliud genus diuinationis, quod fit absque expressa inuocatione. est cum ex
consideratione eorum quæ eueniunt ex quibusdam actibus. quæ ab hominibus serio
fiunt proceditur ad aliquid occultum inquirendum, vt si quis furtum, vel malum
aliquod fecerit, vel si quæratur quid agendū, sit vel futurum sit, siue per punctorū
considerationem, siue per considerationem figurarum, quæ proueniunt ex plumbo
liquefacto in aquam proiecto, sine ex quibusdam cedulis scriptis, in occulto reposi-
tis, dum consideratur quam quis partē accipiat, vel etiam ex festucis inæqualibus pro
positis quis maiorem accipiat, vel etiam ex taxillorum proiectione, quis plura pun-
cta proiiciat, vel etiam dum consideratur quid aperienti lib. occurat, quæ omnia sor
tium nomen habent. B

¶ Sors igitur dicitur quum aliquid seriose fit siue statuitur ab hominibus, vt ex ta
eius euentus consideratione aliquod occultum innotescat. Sors (secundum D. Tho
mam) est triplex, scilicet diuisoria, consultoria, & diuinatoria. Sors diuisoria, est quæ
Sors quid sit. ordinatur ad diuisionē aliquarū rerū siue sit res possessa, siue honor siue dignitas siue
actio, siue pœna, Sors consultoria dicitur, quū inquiritur quid agēdū sit. Diuinatoria,
2.2.q.95. artic.8. quum inquiritur quid futurum sit. Et si in his sortibus expectetur euentus a dæmo-
num suggestione, vel secundum dispositiones stellarum, quibus non subduntur actus
Sors triplex humani, erit sors illicita. Prout. Ezec. 21. de rege Babylonis legitur, qui stetit in bi
Sors consultoria. uio, commiscens sagittas interrogauit idola, & exta consuluit. Si verò expectetur a
fortuna (prout cōmuniter fit in diuisoria, in his in quibus non possunt homines facili F
Sors diuinatoria. ter concordari, quasi fortunæ exponentes, quis quid vel quam partem accipiat) non v z
videtur esse vitium, nisi forte vanitatis, quum scilicet fit absque necessitate, vel cum
Ezec.21. leuitate animi. Si autem expectetur euentus a Deo, iuxta illud Prou. 16 Sortes mit
tuntur in sinum, sed a Domino temperantur & talis sors, secundum se, non est illici-
Prou. 16. ta. Tali sorte multos in sacris literis vsos fuisse legimus. Iosue. 7. ex præcepto Do-
mini iudicio sortium puniuit Acham, qui de anathemate surripuerat, Saul etiā sor-
te deprehendit Ionathan mel comedisse. 1. Reg. 14. Ionas pariter propheta a facie
Domini fugiens sorte deprehensus est, & in mare proiectus. Zacharias etiam sorte
Iosue.7. exiit vt incensus poneret, Luc. 1. Circa tamen huiusmodi sortium expectationē euē
1.Reg.14. tus a Deo, ad hoc quòd licitè fiat quatuor obseruanda sunt, quibus, vel altero illorū
Ionę 1. deficiente, peccatum incurritur. Primum, quod sit necessitas, quia si absque necessi
Luc. 1. tate, & vbi humana ratio sufficit, ad sortes recurratur, ad tentationem dei pertine-
In sortibus quatuor sūt obseruanda re videtur. Vnde D. Ambros. dicit super Lucam? qui sorte eligitur, humano iudicio
comprehenditur. Secundum quòd stante necessitate cum reuerentia mittatur sors. vn
de super Act. Apost. dicit Beda, Sed si qui necessitate compulsi, Deum putant sorti-
bus, exemplo Apostolorum consulendum videant hoc ipsos Apostolos non nisi col-
lecto fratrum cœtu, & precibus ad Deum fusis, egisse. Tertium, quòd diuina oracu-
la ad terrena negotia non conuertantur. Vnde D. August. ad inquisitiones Ianuarii:
Act. 1. dicit, Hi qui de paganis euangelicas sortes legunt, & si optandum sit, vt id potius fa-
ciant, quam ad dæmonia consulenda concurrant, tamen ista mihi displicet consue-
tudo, ad negotia secularia, & ad vitæ huius vanitatis diuina oracula velle conuerte-
re.. Quoniam non adhibeantur sortes in electionibus Ecclesiasticis, quæ Spi-
ritus sancti inspiratione fieri debent. Vnde (sicut Beda dicit super Actus A-
postolorum,) Matthias ante pentecosten ordinatus, sorte quæritur, quia,
scilicet nondum erat plenitudo Spiritus sancti in Ecclesia effusa. Septem au-
tem.

tem diaconi postea non sorte, sed electione discipulorum sunt ordinati. Secus autem in temporalibus dignitatibus, quæ ad dispositionem terrenam ordinantur, in quarum electione plerunque homines sortibus vtuntur, sicut & in temporalium rerum diuisione, Hoc vltimum dictum limitat dominus Caietanus in Summula, super verbo Sors, Si absque periculo iustitiæ, aut boni cõmunis fiat, vt si inter idoneos Sortes mittantur, In alijs aũt casibus, si necessitas immineat, licitum est cum debita reuerẽtia sortibus diuinũ iudiciũ implorare, Vnde D Aug. in epistola ad Honoratum dicit, Si inter dei ministros sit disceptatio, qui eorum persecutionis tempore maneant (ne fuga fiat omnium) & qui eorum fugiant, ne morte omnium deseratur ecclesia, Si hæc disceptatio aliter non potuerit terminari, quantum mihi videtur, qui maneãt, & qui fugiant, sorte eligendi sunt. Et in c. de doct. Christiana dicit. Si abundaret aliquid quod oporteret dari eis qui non haberent, nec duobus dari potuisset, Si tibi occurrerent duo, quorum neuter alium, vel indigentia, vel aliqua vrgenti necessitate superaret, nil iustius faceres, quam vt sorte eligeres, cui dandum esset quod dari vtrique non posset. Sed quum ad dæmonem recurritur non solum explicite, sed etiam implicite, vt contingit inquirentibus per sortes, occulta, & non a Deo. & vniuersaliter ea, quæ a sola natura intellectuali sciri aut fieri possunt, ex eo enim quod non quærunt a Deo, neque a natura, neque a fortuna, qui hoc petunt, coguntur (velint nolint) fateri, quòd ade dæmonem implicite recurrant, dum ad sortes recurrunt, de his in c sortes. 26 q. 5 dicitur, sortes quibus cuncta vos uestris discriminatis prouinciis, quas patres damnauerunt, nil aliud, quàm diuinationes, & maleficia decernimus. Quamobrem volumus illas damnari, & vltra inter Christianos nolumus nominari, & ne exerceantur, anathematis interdicto prohibemus.

Ver. 5. *De Superstitione Obseruantiarum.*

B 71 SVPERSTITIO Obseruantiarũ est: quando obseruãtur aliqua ad aliquos euentus futuros, quæ non sunt ad illos causæ naturales, quia licitum est causas naturales obseruare, & applicare ad suos effectus. Si vero res quæ adhibentur ad futuros euentus, non possunt ex natura sua illas causare & producere, non adhibentur tanquam causæ, sed solum quasi signa, & sic pertinent ad pacta significationum cum dæmonibus inita. Vnde D. August. dicit, Alliciuntur dæmones per creaturas, quas non ipsi, sed deus condidit, delectationibus pro sua diuersitate diuersis, non vt animalia cibis, sed vt spiritus signis, quæ cuiusque delectationi congruunt, per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium, carminum & rituum. Et huiusmodi obseruantiæ sunt reliquæ idololatriæ, processeruntque ex uanitate humana, cooperante dæmonium malitia, qui nituntur animos hominum hmõi uanitatibus implere. Huiusmodi obseruantiæ illicitæ sunt penè innumeræ. Nec potest circa eas certa regula dari. Omnes tamen ad tres fines cõiter ordinantur, s. de acquirendam scientiam, vel sanitatem, vel ad euitanda infortunia, siue ad cognoscenda fortunia & infortunia, vt infortunij possint uitari. Primum pertinet ad artem notoriam, quam aliqui Magicam vocant, quæ ad acquirendam scientiam docet certa ieiunia & orationes obseruare, inspectiones figurarum, & prolationes verborum ignotorum. Hæc autẽ ars notoria reprobata est, quia Deu. 18. dicitur. Non inueniatur in te, qui quærat a mortuis veritatem, quę inquisitio innititur auxilio dæmonum. Sed per obseruantias notoriæ artis inquiritur cognitio veritatis per quędam pacta significationem cum dæmonibus per priscos idololatras contracta, quia vtitur quibusdam, quæ non habent secundum se virtutem causandi scientiam, vt ex prædictis patet, Circumspectio figurarũ & prolatio uerborũ ignotorum nõ habent ex se aliquam virtutem, & ideo huiusmodi ars non vtitur vt causis, sed vt signis, non vt signis diuinitus institutis, vt sunt sacramenta. Relinquitur ergo quòd sint signa superuacua, & per consequens pertinent ad pacta quædam significationum cum dæmonibus fœderata, & ideo est penitus repudianda a fugienda Christiano, sicut & aliæ nugatoriæ vel noxiæ superstitiones, vt D. Augu. dicit. Est ẽt inefficax, cum per huiusmodi artem non intendatur

2. 2. q 96. art. 1.

21. de Ciui. Dei.

Superstitio obseruantiarum ad tres fines ordinatur. Ars notoriæ quid sit, & quomodo est reprobata.

Deu. 18.

In 2. de doctri. Christ.

quum aliquid facit eadem intentione. Interpretatiuè, quando non habet intentionem formalem sine explicitam, propositum summendi experimentum de Deo, tamē petit vel facit id quod ad nil aliud vtile est nisi ad probandum dei potestatem, voluntatem, vel cognitionem. Sicut quum quis equum currere facit, vt euadeat hostes non dicitur experimentum quærere de equo. sed tunc, quando currere facit absque aliqua necessitate, vel euidenti vtilitate. Sic ad propositū. Si homo propter necessitatem vel magnam vtilitatem committat se Dei auxilio, faciendo tamen quod potest, ad euadendum periculum, non tentat Deū. Quia (vt habetur 2. Para. 20.) Qūm ignoremus quid agere debemus, hoc solum nobis est residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Sed quando sine causa seu necessitate vel magna vtilitate prætermittit adhibere humana remedia, fidens dei auxilio, tentat Deum, & peccat mortaliter, vt si quis in loco alto constitutus, habens vel habere potens scalam, mitteret se deorsum. Ideo Christus Matt. 4. diabolo ei suadenti. Mitte te deorsum, respondit. Scriptum est, Dominum Deum tuum non tentabis. Et qui nollet laborare vel mendicare, fidens quòd a Deo pasceretur sicut Helias vel nollet comedere, fidens quòd Deus nutriret eum absque cibo, sicut D. Magdalenam, & in aliis huiusmodi, est peccatū mortale, contentū sub irreligiositate. quia talis facit irreuerentiam Deo. 2. Para. 20 Matt. 4.

Ver. 7 De Periurio.

F TERTIVM peccatum contra religionem est periurium, quod communiter sic 2.2.q. 98.
73 definitur. Periurium est mendacium iuramento firmatum. Sed quia aliquis potest mentiri dupliciter. Primo materialiter, puta quando quis dicit falsum, & putat dicere verum. Secundò formaliter, quando scienter falsum dicit, vel verum æstimatum falsum. Sic periurium est duplex, scilicet materiale, & formale. Materiale, quando id quod iuratur, est falsum, & tamen creditur verum. Formale verò, quando id quod iuratur, est falsum, vel creditur esse falsum, & est differentia inter hæc, quia omne periurium formale est peccatum, non tamen materiale, imo aliquando non est peccatum, qū adhibita diligentia credit esse verum, quòd iurat. Notandum tamen quod ille qui iocose periurat, non euitat diuinam irreuerentiam, sed quantum ad aliquid magis auget, & ideo non excusatur a mortali. Ille autem qui ex lapsu linguæ falsum iurat, si quidem aduertat se iurare & falsum esse quod iurat, non excusatur à peccato mortali, sicut nec à Dei contemptu, prout etiam in blasphemia. Si autem hoc non aduertat, non videtur habere intentionem iurandi. Et ideo a crimine periurii excusatur grauius autem peccatum est solenniter iurare falsum per euangelium, quàm per Deum in communi sermone, tum propter scandalum, tum propter maiorem deliberationem. Cæteris tamen paribus, grauius peccat quum iurat per Deum, quàm per euangelium, si falsum iuret, vt dicit diuus Thom. In iuramento assertorio incurritur periurium, quando actu iuratur, & non postea in iuramento verò promissorio dupliciter potest incurri periurium. Primò, quando iuratur, vt quando iurans intendit non implere iuramentum & promissum. Secundò in futuro, quando tenetur & potest implere & seruare iuramentum, & non facit. In iuramento autem comminatorio de malo mortali perpetrando, incurritur periurium, non propter defectum veritatis seu intentionis, quia stat illum habere intentionem perpetrandi malum iuratum, sed quia formatur voluntas ad peccatum mortale, & quia applicatur iuramentum an materiam, quam oportet omnino sanctificare. Si verò sit peccatum veniale quod iuratur, non incurritur simpliciter periurium, quia non deficit veritas, si intendat implere. Nec de necessitate salutis necesse est deficere veritatem futuram in leuibus, quia non est contra, sed præter charitatem. Secundum quid autem est periurium, quia firmatur voluntas ad malum veniale, & irreuerentia quædam fit iuramento, applicando illud ad materiam non obligabilem. Idem est iudicium, si iuramentum fuerit de omittendo bono. In futuro verò non incurritur periurium si iuramentum non impletur, quando iuramentum est de malo, aut maioris boni impeditiuum, vel si postea ex euentu iuramentum vergat in deteriorem exitum, vel si euentus sit impeditiuus maioris boni, vel ex parte modi iurandi,

Periurium quid. Periurium est duplex materiale et formale. 2.2.q. 68 ar. 3. ad 2. Quando incuritur periurium in iuramento assertorio vel promissorio aut comminatorio.

di,vt quum aliqui se honorare volentes, iurant quod vnus non præcedat alium. In his enim & similibus casibus secundum communem & sanum sensum sub intelligitur (quantum est ex me) vt in D. Petri Apostoli verbo. Non lauabis mihi pedes in æternum. Propterea absque peccato periurii statim faciunt oppositum, permittendo se uinci. Item quantum ad modum iurandi, si iuramentum sit vi aut metu extortum de contrahendo matrimonio, videtur ipso iure relaxatum, tutius tamen est relaxationem a superiori habere. Item non incurritur periurium in futuro, si relaxetur iuramenti obligatio ab eo, a quo relaxari potest, vel si in eo dispensetur.

can.13.

Ver. 8. *De Sacrilegio.*

QVARTVM vitium oppositũ religioni, est Sacrilegium, quod nil aliud est, A
quam sacræ rei violatio. Et accipitur violatio largè pro quacunque irreuerentia, etiã 73
si nihil noceat ei cui irreuerẽtiam exhibet, quia quãtum est in se, rem sacram violat, quanuis ipsa non violetur. Sacrum autem dicitur aliquid ex eo, quod est ad diuinum cultum ordinatum siue deputatum. & sic ei quædam reuerentia debetur. Et ideo illud quod fit in irreuerentiam rerum sacrarum, ad diuinum cultum ordinatarum, Sacrilegium dicitur. Et quia triplices res sunt ad diuinum cultum deputatæ. s. personæ, loca, vestes, & vasa, ideo tres sunt species Sacrilegii. Prima, quando fit iniuria personę, vt si clericus aut religiosus siue monialis inhonoretur, percutiatur, vel contra votum castitatis, paupertatis, & obedientiæ in eam agatur, vel si ipsa agat, sacrilegium committit, & quicunque contra votum facit. Et quia populus Christianus per fidem & sacramenta est sanctificatus, iuxta illud. 1. Cor 6. Sed abluti estis. sed sanctificati estis. Et. 1. Petri. 2. Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Et ideo id quod fit in iniuriam populi Christiani, vt Christianus est, sacrilegium dicitur. Secunda species sacrilegii est, quando loco sacro fit iniuria, vt cum aliquid furto, rapina, vel alias indebite subtrahitur, siue sacrum fuerit siue non sacrum, ac etiam sacrum de non sacro, & si ui siue uiolentia a loco immunitatis extrahatur, aut semine vel sanguine humano voluntario polluatur, uel si excommunicatus in eo sepeliatur, aut aliquis occidatur, tunc eget reconciliatione, vt habetur in titulo siue rubrica, de consecratione Ecclesię vel altaris extra. Tertia species sacrilegii est, quando fit iniuria rebus sacris, puta sacramentis & sacramentalibus, hoc est ad sacra deputatis, vt vasis aut vestibus & reliquis Sanctorum, libris sacris, imaginibus Sanctorum, & generaliter omnibus rebus sacris, mobilibus & immobilibus, quæ sunt dicatæ ad ministerium diuini cultus, & usum ministrorum dei. Notãdum tamẽ quod licet omne peccatum, quod persona sacra committit, sacrilegium dici possit materialiter & quasi per accidens, prout D. Hiero. ait, quod nugę in ore sacerdotis sacrilegium esse dicuntur. formaliter tamen & proprie illud solum peccatum sacræ personæ, sacrilegium est, quod directe agitur contra eius sanctitatem, vt sacerdos contra castitatem & obedientiã, religiosi & moniales vltra illa contra paupertatem. Peccato sacrilegii imponitur pro pœna sententia excommunicationis, ut in quo quis peccat, per hoc & torqueatur. vt dicitur Sap. 11. Secundum leges humanas punitur sacrilegium pœna capitali, ut habetur in l. sacrilegii. ff ad legem Iuliam peculatus. secundũ statua vero Ecclesiæ. quæ mortẽ corporalem nõ affligit, ad hoc quod sufficiẽter arceatur, adhibetur pœna pecuniaria, vt saltẽ pœnis tẽporalibus homines a sacrilegis reuocẽtur, vt habetur in cap. si quis. 16. quæst. 4 ubi dicitur, Si quis contumax uel superbus fugitiuum seruũ de atrio Ecclesiæ per vim extraxerit, nongentos solidos componat. postea subditur Si quis inuentus fuerit reus sacrilegii. 300. libras argenti examinati purissimi componat.

2.2.q.99. sacrilegiũ quid sit. Sacrũ quid sit. Tres sacrilegii species.

1.Cor.6. 1.Petri.2.

Nugæ i ore sacerdotis sunt sacrilegium. De pœna peccati sacrilegii.

Ver. 9. *De Simonia* c.

SIMONIA a Simone Mago dicta est, qui (vt habetur Act. 8.) potestatẽ dãdi B
Spiritum sanctum pecunia comparare voluit. vt postea signa, uendendo lucraretur. 73
& ideo tam emptores quã uenditores spiritualiũ, Simoniaci uocatur, quanuis magis proprie emptores. Venditores autem uocantur Gezitæ, a Giezi famulo Helisæi. qui uendidit curationem miraculosam, ideo lepra Naaman adhæsit ei. Simonia

nia(secundum D.Thom.)est studiosa,hoc est libera, & ex electione procedent volū tas emendi vel vendendi spirituale pro temporali pretio. Ad huius definitionis notitiam & multarum difficultatum resolutionem,supponenda sunt tria, Primū, quid per emptionē & vēditionē in hac definitione accipiatur. Secundū quid intelligatur per tēporale pretium, Tertium, quid sit res spiritualis, de qua hic loquimur. Quo ad primū. D.Tho. dicit, quod nomine emptionis & venditionis omnia contractus nō gratuitus intelligitur, & sic emptio accipitur large. vnde nec permutatio præbēdarū aut ecclesiasticorū beneficiorum fieri pōt per partes, absque periculo simoniæ, sicut nec transactio, vt iura determināt in titulis, de permutatione, & trāsactionibus, licet prælatus ex officio & pro causa vtili possit huiusmodi permutationes facere. Intelligitur etiam nomine emptionis redēptio impedimentorum, quā vocant redemptionem vexationis ante titulum & ius acquisitum, quia hoc esset emptio ius spiritualis. Habito tamen prius iusto titulo potest quis pacisci cum his a quibus patitur impedimē

C tum & redimere vexationem suā aliquo temporali bono, & nō spūali, quia hoc esset

73 etiam vendere spirituale. Quo ad secundū sciendū quod (vt Philos. habet) Numisma inuentum est ad statuendū pretia rebus, & ideo pretiū tēporale est pecunia, vel quicquid pecunia æstimari, potest siue sint possessiones, siue dignitates temporales, siue quecunq; munera, siue a lingua, vt laudes adulationes, preces cōmendationes, & alia huiusmodi, siue a manu, vt pecuniæ, & quecunque alia munera, siue ab obsequio, vt seruitia temporalia. Quia pro obsequio spirituali præstito Ecclesiæ, aliquis cæteris paribus est præferendus. Vnde D. Greg. in Registro, Ecclesiasticis vtilitatibus deseruientes, Ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere. Quo ad tertium, quid sit res spiritualis, aduertendū est secundū dominū Caietanum in Summula, quod triplex est res spiritualis, quædam dicitur res spiritualis, quędam cōposita ex spirituali & temporali, tamen spirituale præeminet, & est principale in ea. Quædam composita ex spirituali & corporali, & corporale est principale in ea. Res mere spiritualis (secundum Syluestrum de Prierio in summa § 6.) est duplex, quædam spiritualis quo ad spiritum humanum, vt doctrina, scientia, consilium, quæ non immediate disponunt ad gratiam Spiritus sancti, cum sint & exerceantur ab infidelibus, Paganis, Iudæis, & Sarracenis. Et de istis non intelligimus in hac materia, quia huiusmodi vēdi possunt, & circa eas pacisci. Vnde Iuristæ dicūt, quod licet iurisperito vendere iustum consiliū, & aduocato iustum patrocinium, & pædagogis vendere, aut locare operas suas ad instruendū iuuenes. Aliæ sunt res mere spirituales in ordine ad spiritum sanctum & gratiā spiritus sancti, vt ipsa gratia Dei, dona gratuita, virtutes infusæ, gratiæ gratis datæ, potestas spiritualis tam ordinis, quàm iurisdictionis, sacramentales effectus ius viuendi ex altari, habendi sacrificia, & officia spiritualia, Res spiritualis, cōposita ex spirituali & tēporali, in qua præminet spirituale tanquā princi-

D pale, sunt oīa sacramēta Ecclesiæ in quibus sunt aliqua corporalia, que ordinantur ad

73 gratiā tāquā causæ instrumētales. Irē cōsecrationes virginū, benedictiones nubentiū, sepulturæ, missæ, orationes vocales Ecclesiasticus cultus, laudes diuinæ, prædicatio, oleum sanctum, chrisma, & alia huiusmodi quæ sunt ordinata & dispositiua ad gratiā Spiritus sancti. Res composita ex corporali, & spirituali, in qua corporale est principale vt castrum, cui est annexum ius patronatus, calices aurei & argentei, cruces, officia ecclesiastica temporalia, vt officium bedelli, cāpanarii, oeconomi. His suppositis, notandæ sunt sex conclusiones. ¶ Prima conclusio, Nulla res mere spiritualis in ordine ad Spūm sanctum, vel ad gratiam spūs sancti licite vendi, vel emi, vel pro corporali cōmutari potest. Hæc conclusio probatur dupliciter. Primo, quia res spūales nullo terreno pretio cōpensari pōt, vt de Sapiētia dicit Prou. 3. Preciosior est cunctis opibus Sapientia, & omnia quæ desiderantur, huic non valent cōparari. Id etiā D. Petrus in ipsa radice Simoniacam prauitatem condemnans, dixit Act. 8. Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum dei existimasti pecunia possidere. Secundo probatur. Quia id non potest esse debita materia venditionis, cuius vēditor non est dominus, neq; habet speciale mandatū a domino, Sed prælatus Ecclesiæ non

est.

4. Reg. 5. Simoniæ descriptio.

Quid nomine emptionis, et vēditionis intelligatur.

3. Ethi: Numisma ad quid inuentum est.

Res spiritualis, quid & quotuplex sit.

Res spiritualis vendi non pōt. Prou. 3. Act. 8.

est rerum spirtualium dominus sed solum minister & dispensator (secundum illud
1.Cor.4. 1 Cor 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministerio-
Matth.10 rum dei) Nec habet ad hoc speciale mandatum, imo habet specialem prohibitionem, iuxta illud Matt.10 Gratis accepistis gratis date. Iō aliquis emēdo & vēdēdo rē spiritualē, irreuerentiā facit Deo, & iniuriā rei spirituali. Iō peccat pctō simoniæ, qd continetur sub pctō irreligiositatis. Ex his infertur, quod summus pontifex pōt vitiū Simoniæ incurrere, vt dicit D.Tho. quāuis aliqui dicant verum esse solum in pro
2.2.q.100 hibitis, quia simoniaca, secus in simoniacis, quia prohibita de iure Ecclesiastico huma
ar.1.ad.7. no. Itē dicūt ipsum nō incurrere pœnas iuris, quum non ligetur suis legibus coerciuē.

¶ Secūda cōclusio, quod res cōpositæ ex spirituali & corporali in quibus spirituale est principale, nō possūt absolute vēdi vel emi, vt sacramēta, prædicatio, ordinatio, & alia hmōi, de quibus supra probatur sic, Quia vnūquodque cū absolute tractatur, cēsetur tractari & iudicari secūdū principale, sicut quū tractatur de homine, tractatur de eo fm quod est rationalis, sed spirituale est pricipale, igitur absolute vēdi nō pōt. B 74

¶ Tertia conclusio accipere aliquid temporale pro administratione spiritualiū per modū pretii, Simonia est. Sed recipere sponte oblata secūdum ordinationem Ecclesiæ, vel consuetudinē approbatā per modū eleemosynæ aut stipēdii, sustentationis, & necessitatis, nō est simonia neq; pctū. Prima pars huius cōclusionis probata est in prima, & per c. qui pro pecunia. 1. q 1 vbi dr, Qui pro pecunia quēquā consecrauerit, alienus sit a sacerdotio, & intelligēdū ē directe, vel indirecte, vt in his qui viginti duo denos accipiūt pro literis testimonialibus, in quibus vix quatuor lineæ sunt scriptæ. & in c. quicquid, eadem causa & quæstione, dicitur, Quicquid inuisibilis gratiæ consolatione tribuitur, nunquam quæstibus vel aliquibus suis præmiis vænundari penitus debet, sed omnia huiusmodi spiritualia per inuisibilem gratiam tribuantur, nec vlla consuetudine potest excusari, quia consuetudo non præiudicat iuri naturali aut diuino. Secunda pars huius conclusionis probatur per illud. 1. Cor 9. Quis militat suis stipendiis vnquam? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? & in eodem ca. Nescitis quod qui in sacrario operantur, de his quæ in sacrario sunt, edunt? & qui altario deseruiunt, cum altario participant? Et Glo. D. Aug. super illud. 1. Timo. 5. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt, Accipiāt sustentationem necessitatis a populo, & mercedem dispensationis a Domino. Necessitatis est accipere, vnde viuitur. Charitatis est præbere. Nec propter hoc venale est
3.Reg. 9. euangelium, vt pro his prædicetur. Sic prophetæ olim accipiebant, 1. Regum. 9. &
3.Reg. 13. tertii Reg. 13. Similiter & aliqua temporalia Deum laudantibus in celebratione diuini officii dabantur. Exigere tamen ab inuitis per spiritualem subtractionē, habet quandam venditionis speciem Licet prius administratis spiritualibus licite possint oblationes statutæ & consueræ & alias quicunque prouentus exigi, etiam a nolentibus & valentibus soluere, authoritate superioris interueniente, quia in subsidium ministrorum prouentus, oblationes, & decimæ constitutæ sunt. Et si dicatur quod habēt alias vnde viuere possint, respondetur quod est per accidens. Non tamen vt tales ministri sunt, & propter ea quæ sunt per accidens, non sunt omittenda ea quæ sunt per se. Præterea ad victum multa requiruntur. Et vltra hoc habent ex officio dispensare pauperibus, Si tamen huiusmodi pacto interueniente fiant, aut cum intentione emptionis & venditionis, aut si accipiatur vt pretium, Simonia est. A 74

¶ Difficultas tamen est in cognoscēda intentione huiusmodi, an per modū sustentationis recipiat vel per modum pretii, in eo qui alias non esset celebraturus. Et in canonico, qui propter distributiones canonicas venit ad officium ecclesiasticū, alias non compariturus. Videtur. n. in huiusmodi quod tales recipiunt per modum pretii quum in talis receptione videatur pecunia principaliter intendi, & non honor dei, quum cessantibus distributionibus & pecunia cesset comparitio, & celebratio. Dicendū quod impossibile est nobis de aliorū intētionibus iudicare, ipsi in se videant Hoc cū verū arbitrari possumus, quod in eo qui nō esset alias celebraturus, sed quū offerūt tres duodeni, celebrat, pecunia pōt esse in eo cā finalis, & cā sine qua non. Si pecunia

sit

sit causa finalis, constat eum esse simoniacum. Et signum in huiusmodi est, quando imparatus vel non dictis matutinis aut non promissa confessione celebrat. Et cū canonicus vadit ad officium, nihil cogitat de Deo, sed solum vadit ad fabulandum, vel dormiendum, vel deambulandum per ecclesiam, tunc videntur distributiones esse causa principalis & finalis. Si verò distributiones sint causa sine qua non, vt puta quia non cogitabat, sed per oblationem offerentis tres duodenos, sacerdos excitatur & se præparat. Et per pulsum campanarum canonicus excitatur, & se disponit ad eundum ad officium diuinum, & orandum pro populo & fundatoribus, signum probabile est, quòd pecuniæ non sunt causa finalis, sed causa sine qua non, & sic tales non sunt simoniaci mentales. Quemadmodum si existenti in peccato mortali, qui decreuit confiteri loco tempore debitis, si adueniente graui infirmitate confiteatur infirmus, potest esse causa sine qua non exitatiua, quia scilicet tunc non co-
B
74 gitabat, & illa adueniente habuit occasionem cogitandi. Idem adueniente tempore paschali. Si verò confiteatur ad euitandum damnationem, vt Anthiochus, qui propter timorem mortis pœnituisse & orasse dicitur 2. Machab. 9. tunc infirmitas & dānatio esset causa finalis. Si contra huiusmodi conclusionem arguatur de matrimonio, pro quo licet pacisci de dote, dicendum quòd matrimonium non solum est sacramentum, sed etiam naturæ officium, ad conseruationem speciei, in quo multa sunt onera. Et ideo secundum quod est officium naturæ pacisci potest, & dos recipi, pro supportandis oneribus. Non autem inquantum est sacramentum, ideo secundum iura prohibetur, ne pro benedictione nuptiarum aliquid exigatur. Nec obstat etiam quòd scientiæ liberales sint spirituales, & consilium iurisperitorum, tamen licitum est uendere, quia (vt dictum est) illa ex se non ordinantur in gratiam Spiritus sancti. Nec illa administrantur ex officio, quia per quemlibet idoneū, qui nō est alias obligatus, exerceri possunt quod non fit de spiritualibus ideo non est simile.

¶ Quarta conclusio ex domino Caietano, talis est Locare operas ad exercitia quæ sunt principaliter spiritualia, non est licitum, nisi forte per accidens. Prima pars patet ex secunda conclusione, & hoc quòd locatio (quum sit contractus non gratuitus) est quædam venditio, vt hic accipimus venditionem. Secunda verò pars huius conclusionis, scilicet quòd sit licitum per accidens, hoc est propter adiunctum vinculum, patet ex probata Ecclesiæ consuetudine, Multi enim sacerdotes locant operas suas, ad officiandum in Ecclesiis per annum uel per menses, in quibus habent certis diebus celebrare. Quanuis.n. non liceat operam suam locare ad celebrandum missam, quia hoc (vt dictum est) esset vendere spiritualia, quum principale missæ sit spirituale, licet tamen locare libertatem suam, quia toties habet multa facere, & residere in eodem loco, vt impedimentum præstari possit aliis operibus & oneribus
C
74 suis. & ideo non censentur spiritualia locare, sed libertatem, & onera illa quę sunt temporalia. ¶ Quinta conclusio est, Res composita ex temporali, & spirituali, in qua temporale est principale, absque vitio simoniæ vendi potest, nisi prohibeatur iure positiuo, vt castrum cui annexum est ius patronatus, quod ordinatur ad præsentandum clericos ad beneficia. Similiter cruces argenteæ benedictæ, & calices cōsecrati, vendi possunt, dum tamen propter ius patronatus, consecrationem, aut benedictionem, nil exigatur. Hæc conclusio quo ad primam partem manifesta est ex probatione secundæ. Quo ad secundam autem partem (.s. nisi iure positiuo prohibeatur) patet quia quantumcunque res secundum se vænalis sit, si iura disponunt interuenire simoniam, erit simonia, non secundum se, sed quia prohibita. Oportet enim parere iuri. De multis enim officiis iura sic disponūt, vt nō vendantur, vt de officio Oeconomi & Castal i. ¶ Sexta conclusio, Licitum est locare operas in exercitii rerum compositarum, in quibus principale est corporale, vt patet de officio uicarii, sacristæ, iudicis, doctoris in Theologia, quibus dantur certa stipendia, & possunt in istis interuenire conditiones & pacta de quantitate stipendii, quia de corporali & venali opere pactio fit, & non de spirituali iustitia aut veritate. Non tamen intelligendum est sic de officio vicarii generalis episcopi, quòd possit aliquid dari episcopo,

Simonia du plex. episcopo pro collatione beneficiorum, vel exercitio vicariatus, siue vicariatum (vt communiter dicitur) arrentare, vnde prohibitum est de iure, ne Prælati committant vices suas pro annuo censu. Possunt tamen pacisci, vt pro officio uicarii aliqua stipendia accipiant, quia illa recipere pro residentia & libertate, non est illicitum.

¶ Notandum præterea quòd duplex est Simonia, quædam est interior siue mentalis, quædam vero exterior & conuentionalis, Simonia mentalis, est duplex, quædam quæ in sola mente & proposito consistit. Alia est mentalis quæ non consistit in solo proposito, sed habet aliquem actum exteriorem, coopertum tamen & velatum, vt nō possit bene agnosci, nisi ab operante, vt quum quis seruit tempora iter, aut munus offert pro spirituali consequendo, non tamen declarat suam intentionem, scilicet, D

Simonia mētalis du plex. quòd intentione habendi beneficium hoc facit. Tunc est simonia non pure mentalis, quia est imperatiua actus exterioris, latenter tamen. Tales simoniaci peccant 74

Simonia cō uētionalis. mortaliter, sed non incurrunt pœnas a iure simoniacis inflictas siue indictas. Simonia exterior & conuentionalis, in emptione & venditione rei spiritualis consistit, accipiendo emptionem & venditionē, vt dictū est. Et quia secundum dominum Caietanum emptio & venditio in tribus consistit, s. intentione, conuentione, & executione. Hæc tria sic se habent, quòd vnum potest esse sine alio, intentio absque conuentione, & conuentio absque executione & traditione pretii, vel rei emptæ Sed tūc emptio est consummata, quando hincinde facta est traditio. Et absque his tribus, siue

An simoniaci simonia non consummata incurrant pœnas iuris. nisi hæc tria concurrant, simonia non est consummata. Ex quo infert, quòd illi qui sunt simoniaci simonia non consummata, non incurrunt pœnas iuris. s. non sunt excommunicati, nec tenentur dimittere beneficium, neq; restituere fructus perceptos post cōuētionē, eo quod pœnę sint stricti iuris, & nō sint ampliādę, sed potius restringēdæ, & quod intentio iuris non est punire actus non consummatos, nisi id expresse exprimatur, & sic soluit quod posset allegari cōtra eum ex l. Si quis non dicā rapere. C de episcopis & clericis vbi conatus punitur, etiam si actus nō fuerit cōsummatus, Mihi tamen hæc opinio non placet, eo quod magnam dat ansam criminibus, quibus est præcludenda via. Vnde intentio iuris non solum est punire actus consummatos, verū ēt malos exteriores, qui ad cōsummationē directe disponunt, vt mali arceātur. Non solum.n iura puniunt hæreticos qui alios seduxerunt, sed etiam qui seducere, conati sunt, licet seductionem non consummauerint. ¶ Pœnæ Simoniacorum sunt

Simoniacorum pœnæ quæ sunt. 2.2.q.100 art.6. multæ. Prima est suspensio. Secunda excommunicatio cum reseruatione absolutionis summo Pontifici, vt in extrauaganti Martini quinti, edita in concilio Constantien. quæ incipit, Sacro. & in alia extrauaganti per eundē facta Mantuæ, quæ incipit, Damnabilis. quam extendit ad simoniacos in ordine. Tertia pœna est depositio, quia debent deponi, si in iudicio constiterit. ut in c. Sanè. 15. q 3. Quarta pœna est restituito, quæ secundum Syluestrum solum ligat Simoniacos conuentionales non mentales. Simonia. n. mentalis sola pœnitentia aboletur. Licet secus sit in vsura mentali, ut dictum est, & ratio diuersitatis est, quia ea quæ dantur in simonia mētali, dantur merè libere & voluntarie. Ideo non fit iniuria danti, secus in vsura mētali. Simoniacus autem conuentionalis non debet restituere ei qui dedit, quia turpiter dedit, sed illi Ecclesię, in cuius iniuriam datum est ut in c. de hoc. extra de simonia. Si ab ordinante, dabitur Ecclesię cathedrali. Si vero ab ordinato in titulum alicuius Ecclesię, vel beneficii, illi Ecclesię applicabitur. Circa hæc & alia plura uide D. Tho & Summistas. Hæc pro introductione & terminorum declaratione sufficiant.

2.2.q.101 2.2.q.189 An religiosus professus possit exire claustrum ad subueniendum parentibus.

§ 7. *De pietate.*

PIETAS (quæ in auribus uulgi misericordiam sonat) hic accipitur pro secunda virtute iustitiæ annexa, quæ inclinat ad exhibendum cultum siue honorem parentibus & sanguine iunctis, patrię, & conciuibus omnibus, patriæque amicis, non tamen æqualiter, quia principaliter parentibus deinde propinquioribus, & secundum decentiam personarum. Debitum hoc consurgit ex eo quod parentes, & patria sunt principium. Et quia pater est principium immediatum ideo debetur a filio primò, & per se reuerentia, & obsequium obedientiæ, & famulatus, Per accidēs autē E 74

debet

debet patri, quod decet illum accipere ſecundum aliquod quod ei accidit, puta ſi ſit infirmus, quod viſitetur, & eius curationi intendatur. Si ſit pauper, quod ſuſtentetur, ſic de aliis huiuſmodi, quæ omnia ſub debito obſequi continentur. Tanta eſt hæc obligatio, vt patre exiſtente in neceſſitate victus, filius non poſſit religionem profiteri, imò (vt dicunt aliqui) profeſſus exiſtens in monaſterio, petita licentia (licet non obtenta) tenetur exire ad ſubueniendum patri. Et fundant ſe ſuper vna maxima D. Thom. in quarto, quum loquitur de voto, ait enim, Quandocunque contingit caſus, in quo aliquid vouere eſſet illicitum, illo adueniente, & durante voto emiſſo, votum ſuſpenditur, ſed patre exiſtente in neceſſitate victus, filius non poſſet vouere & commendare illum diuino auxilio, quia quum poſſet, & teneatur humano auxilio prouidere, eſſet tentare Deum. Ergo facta profeſſione votum ſuſpenditur, & ſic poterit exire, & patri ſubuenire. Et huius opinionis eſt D. Thom. in quarto, tamē in 2. 2. & quodlibet tertio, art. 16. tenet oppoſitum, eo quod qui eſt in religione profeſſus, reputatur quaſi mortuus mundo, Vnde non debet occaſione ſuſtentationis parentum, exire clauſtrum, in quo Chriſto conſepelitur, & iterū ſe negotiis ſecularibus implicare. Tenetur tamen (ſalua religionis obedientia & ſtatu) pium ſtudium
F 75 adhibere, qualiter parentibus ſuis ſubueniatur. Confirmat ex facto D. Iacobi, & Ioannis, qui vt habetur Matth. 4.) relictis retibus & patre, ſecuti ſunt Chriſtum. Et Deute. 33 Qui dixerit patri ſuo & matri ſuæ, Neſcio vos, & fratribus, Ignoro illos, & neſcierunt filios ſuos, cuſtodierunt eloquium tuum Et Chriſtus dicenti ſibi, Permitte me ſepelire patrem, reſpondit. Sine vt mortui ſepeliāt mortuos ſuos, tu autem vade, & annutia regnum dei. Ad hæc tamen reſpondent tenentes eū in quarto, quod vbi parentes habent vnde ſuſtententur, vel habent alios ſuſtentatores & ſepelientes, poteſt relictis illis profiteri. Et vbi parentes vellent eum inducere ad malum, tunc ſeruandum eſſet quod allegatū eſt ex Deut. Et illud etiam D. Hieron. in epiſtola ad Heliodorum, Per calcatum perge patrem, per calcatam perge matrem, ad vexillum crucis euola. Summum enim genus pietatis eſt in hac re fuiſſe crudelem. Et quo ad hoc quod dicitur (mortuus mundo) intelligitur quantum ad actus ciuiles, imo etiam quo ad illos poteſt habilitari a ſuperiore, & monaſterio, quum efficitur ſyndicus. Cum ergo obligatio, quæ eſt ad patrem, ſit iuris naturalis & ad alterum, non poteſt per votum tolli, ſicut nec ius vxoris, matrimonio conſummato, per votum viri. Quia ita bene pater habet ius in re ſiue acquiſitum in filio, ſicut vxor in viro, conſummato matrimonio, Licet in his quæ ſunt iuris naturæ, non quo ad alterum, ſed quo ad ſe, per profeſſionem voluntariam quis poſſit priuari, vt puta quia non poteſt contrahere matrimonium, quanuis ſi ipſe moreretur fame in clauſtro, poſſet exire, & pro vita ſua negotiis ſecularibus implicari, ergo etiam pro vita parentis cui iure naturæ illam debet Præterea quum teneatur petere licentiam, vel prælatus conſentiet
A 75 & tunc poterit, ſi neget etiā quia irrationabilis diſſenſus eſt cōſenſus interpretatiuus non. n. poteſt prælatus rationabiliter negare. Et ſic eſt problema in doctore ſancto. Opinio tamen eius in quarto videtur probabilior, & magis conformis rationi.

¶Ex præmiſſis apparet quæ peccata ſint contra pietatem. ſ. omnis irreuerentia inobedientia, & deſertio in neceſſitate. Ad maiorem tamen euidentiam, ſi hæc agas ad populum, Nota quod præceptum de honore parentum eſt vltro citroque obligatoriū. Obligat enim parentes erga filios, & filios erga parentes. Ad curam debitam filiis impendendam, ad quod faciendum inducere debet illud Matth 6 Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Si quis haberet theſaurum, quo poſſet ſe nutrire, & bona multa habere, diligentia cura prouideret de eius conſeruatione & promotione. Parentes, quibus Deus dedit filios vel filias, habent occaſionem reddendi gratias Deo, qui a dedit eis magnum theſaurum, quo poterunt nutriri, & habere ſuſtentationem & conſolationem. dedit etiam baculum ſenectutis, & ſpem poſteritatis Multi voluerunt habere, & non habuerunt. Vnde Pſal Non fecit taliter omni nationi. Ideo debent eſſe peruigiles, & habere curam de eis, ne eorum incuria & negligentia euaneſcant. Si quæratur ad qui teneantur parentes filii & filiabus.

Reſpon-

In. 4. ſen. 2 2 q. 101 art. 4.

Matt. 4. Deu. 33. Luc. 9.

Quæ peccata ſint contra pietatē.

Sermo de filiorum educatione.

Matt. 6. Pſal. 147.

Respondet Sapiens Eccl Filii tibi sunt erudi illos, & a curua eos a pueritia eorum.
Eccl. 7. Filiæ tibi sunt custodi corpus illarum, ne ostendas hilarem faciem tuam ad illas. Trade filiam, & grande opus feceris. Et hominis sensato ad illam. In quibus uerbis Sapiens primo docet parentes de cura filiorum masculorum deinde filiarum.

¶Quo ad masculos, parentes tenentur ad quatuor, Primo nutrimentum, ibi, B
filii tibi sunt. Natura enim omnia animalia docuit suos fœtus generatos nutrire, a 75
Nutrimenti nomine quid intelligatur fortiori homo & nobiliori modo. Nutrimenti autem nomine indumenta & alia necessaria vitæ intelliguntur, non debent tamen eos nutrire nimis delicate, aut pompose, sicut quidã. Ideo euenit eis quod Salomon dicit de seruo. Qui delicate ab initio
Prouer. 29 nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem. Idem est de pueris sicut de pullis equorum, qui cum sint delicate nutriti, recalcitrant. Vnde Deute. 32. Incrassatus est dilectus meus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus. Secundo tenetur duplicem eruditionem, primò & principaliter legis Dei, scilicet quòd diligant deum super omnia, & proximum sicut seipsos, & vt sint deuoti, & ecclesiastici primo quærant regnum Dei, non faciant aliis, &c. Neminem lædant, omnes
Danie. 13. reuereantur, & quantum possibile, est obsequia aliis præstent non sint loquaces, sed pacifice viuant, sicut parentes Susannæ fecerunt. Vnde Danie. 13. dicitur quòd
Eccl. 30. erat timens Deum. Parentes enim eius erudierant eam secundum legem domini. Sic Tobias filium suum. Ideo bene fuit illi. Vnde Eccle. 30 Qui docet filium, laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur. Secundo debent erudire, vel erudiri facere scientiam vel artem, qua possint lucrari vitam suam, &
Psal. 127. eos beatiores relinquet, quàm procurando multa bona temporalia. Vnde Psal. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Temporalia fortunæ bona subiacent multis periculis, & facile perdi, amitti, & tolli possunt incendio, bello falsa accusatione, aut delatione. Et tunc si nullam scientiam, aut artem habeant, oportet eos ire per mendicata suffragia, & tandem veniunt in deteriorem exitum. Igitur, &c. Si autem habuerint scientiam, aut artem aliquam ubi que potuerunt lucrari victum Vnde D. Boetius, quondam consul Romanus, tandem delatus & exul factus, confiscatis boni, dicebat de liberalibus artibus. Has saltem nullus potuit peruertere terror Ne nostrum comites persequerentur inter. Dionysius Tyrannus Socrati interroganti quid prodesset scientia, quam secum iuuenis didicerat, in qua primum non habebat, cum secundum eam minime viueret, & tanta mala faceret, respondit, quod scientia acquisita plus proderat, quam regnum quod a parte acceperat. Nam quia ab inimicis impetebatur, breui se putabat amissurum, & tunc ad partes lõgin quans accedens, scientia illa & victum & honorem lucraretur Multæ magnæ domus propter inertiam filiorum (qui nihil nisi laute viuere & epulari hac exponere nouerant) consumptæ sunt ideo parentes deberent esse diligentes circa hoc &c. Tertio tenentur ad correctionem. Vnde subiungit, Curua C
eos a pueritia eorum. Maxime quum iam incipiunt aliqua facere contra honorem 75
Dei, & in detrimentum proximi, sunt sicut teneræ arbores, quæ faciliter plicantur,
Prouer. 22 sed si plicam susceperint & crescant citius franguntur, quam plicam acceptam re-
Prouer. 13 linquant. Ideo virga vtendum est. Vnde Salomon, Stultitia colligata est in corde
Eccl. 30. pueri, sed uirga disciplinæ effugabit eam, Item, Noli subtrahere a puero disciplinam. Si enim percusseris eum virga non morietur. Tu virga percuties eum, & animam eius ab inferno liberabis. Et Eccle. 30. Qui diligit filium assidua illi flagella, vt lætetur in nouissimo die. Multi filii & filiæ sunt nunc in inferno, qui si fuissent a parentibus correpti, essent in paradiso, multi fuerunt iustitiati, & filię meretrices,
1. Reg. 3 qui nõ fuisset correpti, fuissent optimi & honorati. Ideo parentes intendere debent non solum cohibere verbo, sed etiam corrigere uirgis. Legimus de Heli, quia solum verbo & dulciter correxerat filios suos, ideo punitus fuit. Correctio tamen debet esse moderata, & non crudelis, ut non nullorum, qui baculo & aliis instrumentis cerebrum offuscant, & alia membra torquent adeo ut eos in desperationem, vel timiditatem inducant, & faciunt eos ad proficiendum inhabiles & incapaces. Vnde

Apostolis,

Apostolus, Patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros sed educate illos in disciplina scilicet in uirga, & correptione domini Et Col 3 Patres, nolite ad indignationem prouocare filios uestros, ne pusillo animo fiant. Quarto debent parentes thesaurizare filiis iuxta illud. 2. Cor. 12. Non enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. ne habeant occasionem furandi, sed manutenendi statū pro sustentatione familiæ, & ad præseruandum a malis in annis sterilibus. Vnde Iosephus scribit, quod Salomon in sepulchro Dauid posuit multam pecuniam. Et quanuis Christus prohibuerit thesaurizare in terra, hoc non fecit propter amorē pe-
D cuniarum, & in locis occultis: Quia tales thesauri prestant materiam cupiditatis, &
75 ansam Antichristo, qui dominabitur thesaurorum auri & argenti. Non tamen prohibuit thesaurizare ad subueniendum necessitati familiæ. aut pro Reipublicę vtilitate. ¶ Filiabus autem debent tria parentes vltra duo prædicta. Primum est corporis & honestatis custodia Vnde dicit Sapiens, Serua corpus illarum, f. a macula, corruptione, & inhonestate. Quia cum corpus vnius filiæ corruptum pollutum ve aut maculatum fuerit, honor perditur, matrimonia non inueniūtur. Solicitatur, & vix ad bonum peruenit finem. Hoc officium magis pertinet ad matres, quæ quando filiæ iam incipiunt peruenire ad anos nubiles, nunquam debent eas solas (saltem in loco periculoso) dimittere, nec eas ad colloquium muguetorum siue iuuenum lasciuiorum exponere, imo nec omnibus mulieribus fidere. Tales enim aliquando apparent bonæ matronæ, quæ sunt macarellæ Vitrum facile frangitur, quod non fit in anno fit in hora. Supra modum cauere debent ne exponant eas conuiuiis aut choreis. Ibi enim fiunt pastilli dæmonum. Dina filia Iacob bonam matrem habebat Rebeccam, tamen quia absque eius licentia ad choreas accessit, tandem deflorata est. Ad huiusmodi puritatem, conseruandam, stimulandæ sunt vt deuotæ sint, & nunquam maneant otiosæ bibantque sobrie & temperate, vt scilicet non ponant aquam in vinum, sed parum vini in aquam, sicut oleum in pulmentum, Hispanorum more. Secundo debent docere verecundiā, quia verecundia & reuerentia virginalis est lapis prætiosus, & flos odoriferus in virgine. vnde Seneca in Epistolis, verecundia optimum in adolescente signum. Et D. Bernardus, Nescio si quicquam gratius in iuuenibus verecundia inueniri possit. Verecundia hęc consistit in aspectu oculorum, vt scilicet demissos habeant oculos, & summe caueant ab aspectibus & tactibus virorum, & ab auditu verborum inhonestorum, ac tactibus impudicis non permittant se tangi a viris. Aues enim syluestres & nemorum, quæ se tangi non permittunt, pulchriores sunt quam aues domesticæ quæ permittunt se tangi. Quia tactu semper aliqua pluma perditur. Sic virgines syluestres quæ se tangi non permittunt, honestiores reputātur domesticis, quæ ex tactibus plumas honestatis & famę amittunt. Ideo cauendum est matribus ne eis nimiam familiaritatem ostendāt, sicut quædam faciunt. Nec sequendus est mos illarum quæ dicunt, Si filia mea nesciat loqui & chorizare, nunquā inueniet maritum. O stultum verbum. Officium loquendi cito & nimis faciliter discunt mulieres? filia taciturna, verecūda & honesta quæ chorizare nescit, magis ęstimatur & laudatur ab omnibus, & facilius inuenit maritum, quā loquax, choreatrix. aut dissoluta. Ideo vigilent matres circa huiusmodi. Tertio debent prouisionem & societatem matrimonii cum peruenerint ad annos nubiles, non adeo præmature, sicut quidam faciunt, melius est enim vt prouectæ ætatis. xv. vel xviii. annorum nubant,
E quam in duodecimo. Nec debent attendere parentes ad diuitias virorum, vt tra-
75 dant eas iuuenibus hæredibus & filiis magnarum domorum, sed potius sapientibus & prudentibus. Vnde Sapiens dicit, Trade eam viro, non dixit puero, sed viro, non cuiuscunque conditionis, aut diuiti sed sapienti & sensato, & grande opus feceris. vir enim sapiens parua supellectili prouisus melius & securius nutriet eam, quam iuuenis insipiens & leuis, cuiuscunque domus magnæ. Dicitur communiter, quod supra magnos montes cadunt magna fulgura. ¶ Viso de parentibus, nunc videndum est de filiis & filiabus in ordine ad parentes, ad quid scilicet eis teneantur. Ad cuius euidentiam sciēdum est, quod beneficia & officia parentum in filios & filias, tāta

Ephes. 6.
2. Cor. 12.
13. Antiquitatum.
Matth 6.
Gene. 33.
Sermo de honore parentum.

P sunt

sunt quòd filii & filiæ parentibus satisfacere non possunt: vnde Philosophus, Diis, parentibus, & magris non redditur æquiualens. Et quia impossibilium nulla est obligatio, Deus non obligat eos ad reddendum æquiualens, sed ad reddendũ, quæ possunt secundum proportionem. Primo, quia parentes, sunt principium & dederunt esse dispositiue, ordinauit deus vt filii tenerentur ad honorem & reuerentiam parentibus. Vnde dixit Exod. 20. & Matth. 15. Honora patrem tuum & matrẽ tuã.
Exod. 20. Matth. 15 Hic autem honor multa includit. Primò honorem reuerentialem in verbis & gestibus exterioribus. D. Tho. dicit, quòd post Deum filii intimius & ex maiori affectu tenentur reuereri parentes, quàm principes, quia participant in ratione principii quodam modo esse diuinum, quod non faciunt domini temporales, Hanc rationem tangit Sapiens Eccle. 7. Honora patrem tuum & gemitus matris tuæ ne obli-
Eccl. 7. uiscaris. Memento quòd non nisi per illos natus fuisses. Sunt qui dicunt quòd nihil habuerunt à parentibus, tales sunt miseri. Si haberent manum aut tibiam fractam, essentque in periculo perdendi, & inuenirent medicum qui sanaret eos, recognoscerẽt quanto magis filii qui non solum manum, aut pedem, sed omnia membra & totũ corpus, imo & animam dispositiue (quibus omnia lucrati sunt) acceperunt? Secundò F tenentur ad honorem Obedientiæ. Vnde Apostolus, Filii, obedite parentibus ve- 76 stris in domino. Hoc enim iustum est. Et Col. 3. Filii obedire parentibus per omnia,
Ephe. 6. Col. 3. Hoc enim placitum est in Domino. Hæc obedientia consistit in duobus, scilicet in adimpletione præceptorum parentum ad quam debent semper esse parati, vt Ioseph, qui patri dicenti, Veni & mittam te ad fratres tuos respondit præsto sum Ge
Gene. 37. ne. 37. Secundo in adimpletione voluntatis cognitæ. Non enim solum debent implere mandata quum præcipiunt, verum etiam si non loquantur, modo intelligant voluntatem illorum. Tertio tenentur ad seruitia & obsequia exteriora, secundum quod permittere voluerint. Vnde Eccle. 3. Qui timent Dominum honorant paren-
Eccle. 3. tes, & quasi dominis seruient his qui generunt se. Quanuis sint pauperes, debent eis maiora obsequia, quàm personis dominorum temporalium. Ideo dicit, quasi dominis, ac si diceret, non sicut dominis, sed magis, quam dominis. Quia dominis seruitur timore pœnæ, parentibus autem seruire debent filii timore & amore filiali, qui est maior, &c. Quartò tenentur ad supportationem, maxime quando sunt se-
Eccle. 3. nes & difficiles Vnde Eccl. 3. In omni verbo & sermone & in omni patientia. Non debent eos in aliquo contristare. Vnde in codẽ, Fili, suscipe senectutem patris tui, & ne contristes eum in vita illius. & si defecerit sensu, veniam da illi, & ne spernas eum in virtute tua, quia non spreuit te in virtute sua, quum tu deficeres sensu in pueritia. multo maiora pro te sustinuit. Hæc deberent filii cogitare, & labores matris. Vnde Tobias in testamento suo dicebat filio suo. Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quasi in libro scribe, Quum Deus susceperit animam meam corpus meum sepeli, & honorem habebis matri tuę omnibus diebus vitæ suæ. Memor enim esse debes, quanta passa sit pro te in vtero suo. Quintò filii & filiæ tenentur parentibus (si pauperes sint) ad sustentationem, memores sustentationis, nutrimenti, educationis, & promotionis quæ acceperunt ab eis, alias ostendunt se ingratissimos. Animalia enim bruta recognoscunt beneficia, quanto magis filii, qui sunt rationabiles? Ad hæc vltra naturalem inclinationem in-
Eccle 3. ducunt præmia talibus promissa. Vnde Eccl 3. Eleemosyna patris tui non erit in obliuione, & pro peccato matris tuæ retribuetur tibi bonum, & in iustitia edificabit tibi, & in die tribulationis cõmemorabitur tui. Et sicut in sereno glacies dissoluit, sic dis-
Eccl. 3. soluentur peccata tua. Inter alia bona est vita longior Ecclesi. 3. Qui honorat
Exod. 20. patrem suum, vita viuet longiore. Et Exod 20 Honora patrem tuũ, & matrẽ tuã,
Ephe. 6. si vis longæuus esse super terram. D. Paulus de hoc precepto loquens, dicit quòd hoc præceptum est primum in repromissione. & ratio est ne quis arbitraretur, quòd honoratio parentum non esset meritoria, propter naturalem inclinationem, quæ ad hoc incitat. Secundum bonum multa complectens, est benedictio. Vnde Ec-
Eccl. 3. clesi. 3 Honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio a domino, & benedictio illius

illius in nouissimo mane. Benedictio patris firmat domos filiorũ. Hęc benedictio continet benedictionem spiritualem & temporalem. Primo temporalem, quo ad bona, ad uictum & uestitum necessaria. Secundo quo ad liberos obedientes, quia dabit tibi filios. qui rependent vices. Tertio temporalem quæ consistit in liberatione a periculis, & in fauore temporali, quia tales communiter præseruantur a malis, & communiter benedicuntur & honorantur. Tota scriptura sacra repleta est benedictionibus, quas consequuntur filii honorantes parentes. Ita Per oppositum dicendum est de maledictionibus, quæ poueniunt filiis ingratis & rebellibus, inhonorantibus parentes. Deut. 23. Maledictus vir qui non honorat patrem suum aut matrem suam. & sæpe inculcatur, Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Et Eccle 3. Maledictio patris aut matris eradicat fundamenta, qui cito moriuntur, vel si viuant, priuantur filiis, aut si habeant filios, habebunt malos, qui amplius inhonorabunt illos, & peiora facient, & paupertas ac miseria sequetur eos cum infamia, & in fine maledictio æterna in nouissimo die. Nec mirum, quia magnam iniuriam faciunt Christo, qui ad præbendum exemplum filiis, tanto tempore, s per triginta & tres annos, voluit honorare matrem suam, & patrem putatiuum. Vnde Luc. 2. Et erat subditus illis Vbi Gloss. Quis? Quibus? Dominus, scilicet, Rex regum pauperibus creaturis, a fortiori alii filii. Et ideo qui negligunt & despiciunt, merentur maledictionem. Vnde Gene 9 habetur de Cham, &c qui reuelauit pudenda patris sui Noe dormientis, qui cum enig latus fuit, inspiratus a Deo maledixit illi, & benedixit aliis Maledictus puer Cham, &c. Ideo timere debent filii, qui experimento constat maledictionem Dei eis esse paratam.

Deut. 23. Eccle. 3. Luc. 2. Gen. 9.

§. 8. *De Obseruantia.*

A OBSERVANTIA tertia virtus iustitiæ annexa est, per quã cultus & ho-
76 nor exhibetur personis, in potestate & excellentia ac in dignitate cõstitutis. Vnde 1. Pet. 2. Deũ timete, Regem honorificate. Huic virtuti adiungitur dulia, quæ proprie dicitur seruitus quædam siue honor, quem debet seruus domino, miles duci, discipulus magistro. Communiter tamen ad duliam pertinet exhibere reuerentiam cuicunque homini, ratione cuiuscunque excellentiæ. Et sic continet sub se pietatem tanquam speciem, ac etiam hyperduliam, quæ est potior species duliæ. Maxima enim reuerentia debetur homini ex affinitate, quam habet ad Deum, vt D. Virgini, quæ est mater Dei, sed de hac dictum est, quum ad adoratione ageretur cap 5. §. 5. ver. 12.

2.2.q.102 2.2.q.103

§. 9. *De Obedientia.*

OBEDIENTIA (prout est quarta & specialis uirtus, annexa iustitiæ) est ha
B bitus inclinans uoluntatem ad prompte & faciliter implendum pręceptum & volun-
76 tatem superioris præcipientis. cuius obiectum est præceptum cum intentione obligãdi. Præceptum autem intellige expressum vel tacitum, quod scilicet est voluntas superioris præceptiua, quocunque modo innotescat, & tanto uidetur obedientia promptior & melior, quanto quis præceptum obediendo præuenit. Quo ad obligationem vero nota quod intelligitur quis obligari in licitis & honestis, & in his ad quæ superioris potestas se extendit, & non in aliis. Ex quo sequitur quod nullus homo potest pręcipere actus pure interiores, quum non habeat super eos potestatem, nec potest scire si ponantur uel non ponantur, & per consequens non potest punire transgressores. Actus uero interiores qui habent ordinem ad exteriores, puta quia sunt imperatiui actuum exteriorum (vt sunt contemplatio & recordatio ad prædicationem) præcipere potest. Omnibus autem quæ vult prælatus, non tenetur quis parere, nisi innotescat ratio præcepti, hoc est prælatum uelle obligare, hoc est nisi præcipiat. Sicut non tenetur uelle omnia quæ Deus uult, sed solum ea quæ vult & præcipit nos velle. Accipitur tamen obedientia aliquando large pro executione cuiuscunque quod cadere non potest sub præcepto, ex quacunque intentione procedat, & tunc non respicit rationem formalem præcepti, & sic est virtus generalis;

2.2.q.104

Ver.1. *De Inobedientia.*

2.2.q.105 OBEDIENTIAE opponitur inobedientia,quæ oppositio ad obedientiã du- C 76 pliciter,accipitur,uno modo generaliter & materialiter & sic inuenitur in omni peccato,in quo transgreditur preceptum aliquod,nõ cogitando tamen de ratione formali intentionis præcepti,sed alia voluntate, & intentione puta delectandi. & potest dici contemptus materialis Inobedientia vero(prout est speciale peccatum)est quando ex intentione præceptum contemnit,quando,s.in exequendo intendit agere contra præceptum,uel facere in despectum præcepti superioris.& tali dicitur cõtemptus formalis & speciale peccatum mortale, ex genere,sed propter subreptionem vel imperfectionem actus,fit ueniale.

§. 10. *De gratia siue gratitudine.*

2.2.q.106 GRATIA, siue Gratitudo quinta virtus annexa iustitiæ,est habitus inclinans D 76 hominem ad recompensandam benefactoris gratiam,beneficia,& obsequia Benefactori enim inquantum benefactor est, debetur primo per se honor & reuerentia, eo quòd habet rationem principii, & per accidens debetur subuentio, vel sustentatio, si indigeat, & quantum ad affectum debet recompensare statim, quia scilicet debet habere gratum animum & gratam linguam. Vnde Seneca 2.de Beneficiis,Vis reddere beneficium ? accipe benigne. Sed quantum ad effectum,siue donum, debet expectari tempus, quo recompensatio sit benefactori opportuna. Vnde Seneca 3. de Beneficiis, Qui festinat reddere, non habet animum grati hominis, sed debitoris.& idem in quarto, Qui nimis cito cupit reddere, inuitus debet.Et qui inuitus debet ingratus est.

Ver.1. *De Ingratitudine.*

INGRATITVDO peccatũ est(vt habetur 2.Timo 3.)vbi inter alia pec- E
2.2.q.107 cata enumerat homines semetipsos amãtes,ingratos,&c. Agit enim ingratus contra 76 debitũ morale, eo quod pro beneficio accepto non refert gratias pro loco & tempore, aut non agit lingua laudando, aut non habet in animo recordando, & affectum beneuolum habendo. Et committitur peccatum ingratitudinis dupliciter. Primo formaliter,& per se,siue vt est speciale peccatum,quum quis adeo ingratus est. vt ex intentione vices non rependat, aut malas vices reddat,Hoc enim prouenit ex contemptu beneficii,& est peccatum mortale ex genere,quia contrariatur directe directioni debitæ benefactori. Secundo committitur materialiter, quando, s.agit, vel omittit aliquid necessarium ad gratitudinem, aut committit aliquid offensiuum benefactoris,non eo animo,vt ingratus,seu vt beneficium contemnat,sed vt delectetur, vel alia intentione.& sic in omni peccato inuenitur ingratitudo erga Deum. Et si omittitur aliquid de necessitate salutis exhibendum benefactori,aut committitur aliquid de necessitate salutis cauendum ne fiat in benefactorem,est peccatum mortale. Si vero omittitur aliquid aliter debitum vel committitur aliter vitandum,est veniale,nisi sit offensa notabilis.

Peccatum ingratitudinis dupliciter committitur.

§. 11. *De Vindicatione.*

2.2.q.108 VINDICATIO est duplex prima, quæ fit authoritate publica quæ,s.exer- F
Vindicatio duplex. cetur per principem vel iudicẽ,& hæc est opus sanctum iustitiæ distributiuæ, de qua, 76
1.Pet.2. 1.Pet.2.Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi tanquam præcellenti. siue principibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.
Roma 13. Et Rom.13 dicitur, Dei enim minister est.vindex in iram ei, qui male agit?Secunda uindicatio est priuata qua quis vult malum pœnæ alteri, & si intentio principaliter feratur in malum illius (de quo vindicta sumitur) & ibi quiescit, non est omnino licitum, quia delectari in malum alterius pertinet ad odiũ, quod charitati repugnat. Si uero intentio vindicantis feratur principaliter in aliquod bonum, ad quod peruenitur per pœnam peccantis, puta ad emendationem peccatorum, vel saltem ad cohibitionem eius, & quietem aliorum, & iustitiæ conseruationem, & dei honorem,est uindicta licita,seruatis alis circunstantiis,sicut vim vi repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ,vt aggressor propulsetur. Hoc enim

naturale

naturale est, & irrationabilibus conuenit. Data est enim vis irascibilis ad propulsandum & repellendum nocumenta. In hominibus autem si non fiat intentione nocendi, sed intentione remouendi impedimentum duntaxat, est bonum. Et secundum hoc ponitur specialis virtus, per quam malis recompensatur debitum. & de qua Cicero in Rhetoricis, Vindicatio est per quam vis & iniuria, & omnino quicquid obscurum est, hoc est ignominiosum, defendendo aut vlciscendo propulsatur. & sic licitum est priuato appetere vindictam, non a se exercendam, sed a deo vel iudice, quia Roma. 12. habetur, Mihi vindictam, & ego retribuam. Ideo licitum est petere a Deo per orationem & a iudice per demonstrationem vel accusationem, dummodo non procedat, ex odio, sed vt is qui iniuriam facit emendetur, & alii probi quietius viuant, & mali retrahantur ab excessibus & persecutione bonorum. Roma. 12

§. 12 *De Veritate.*

G VERITAS Accipitur dupliciter, primo, vt est quædam adæquatio vel æqualitas siue conformitas intellectus vel signi ad rem intellectam. Et hæc non est virtus neque habitus, vt dictum est quum de veritate ageretur. Requiritur tamen veritas hoc modo accepta, ad omnem veritatem. Quia ad omnem actum bonum requiritur iudicium prudentiale, quod semper est verum. Secundo accipitur veritas qua aliquis dicitur verax. & talis veritas siue potius veracitas (qua aliquis inclinatur ad dicendum verum, & ostendendum se aliis talem qualis ipse) est specialis virtus & annexa iustitiæ. Quia conuenit cum illa in duobus. Primo, quia est ad alterum secundo quia sicut iustitia æqualitatem quandam in rebus constituit, sic veritas adæquat signa rebus existentibus circa ipsam. Deficit autem a propria ratione iustitiæ, quæ attendit debitum legale. Sed veritas attendit debitum morale inquantum vnus homo debet alteri veritatis manifestationem. Et differt hæc veritas manifestationis a veritate vitæ, iustitiæ, ac doctrinæ. Quia veritas vitæ est, secundum quam aliquis recte viuit in seipso, & secundum quod conformatur vitæ Christi, qui exemplum bene viuendi tribuit. Veritas iustitiæ est secundum, quam aliquis rectitudinem legis in iudiciis, quæ sunt ad alterum, obseruat. vel veritas iustitiæ est, secundum quam aliquis ex iustitia veritatem manifestat, vtputa quum auditur a iudice, iuramento medio. Veritas doctrinæ, consistit in quadam manifestatione verborum, de quibus est scientia. Et sic in tantum aliqua doctrina est vera, inquantum est conformis rationi & doctrinæ Christi. Et quo apparet quòd hæretici non habent neque docent veram doctrinam Sed veritas manifestationis (quæ dicitur specialis virtus) est qua aliquis vita & sermone talem se demonstrat, qualis ipse est, & non alia quam quæ circa ipsum sunt, nec maiora nec minora.

77 2.2 q. 109 *Veritas dupliciter accipitur.* c. 1. § 8 Ver. 5. *Triplex veritas. Veritas vitæ. Veritas iustitiæ. Veritas doctrina. Veritas manifestationis, qua sit.*

Ver. 1. *De Mendacio.*

A VERITATI Opponuntur quatuor vitia, scilicet, mendacium, simulatio siue hypocrisis iactantia, & ironia. Mendacium est falsa enuntiatio cum intentione fallendi hoc est falsum dicendi. Et nota quod in mendacio sunt duo, scilicet materiale & formale. Materiale est falsa enunciatio, formale est intentio fallendi. Et stat quòd aliquando sit mendacium materiale, & non formale, quum quis fasum enunciat, & putat se verum dicere. & tale non est peccatum. Si uerò enuntiatio vera sit, & aliquis intendat fallere, & falsum dicere, est mendacium formale & peccatum, & contra rationem, quia abutitur loquela, ad alium vsum eam ordinando, quam fuerit ordinata. Loquela enim est data ad manifestationem conceptuum iuxta illud Philosophi, Voces sunt notæ earum quæ in anima sunt passiones; hoc est conceptuum vel intellectionum, quæ dicuntur passiones, vt dictum est, & mendax peruertit ordinem illum. Mendacium est triplex, Quoddam iocosum, quod nulli nocet, sed delectandi causa dicitur, & hoc est ueniale. Aliud est officiosum quod absque alterius iniuria dicitur, & alicui prodest, & hoc etiam est peccatum veniale, minus tamen mendacio iocoso. Aliud est perniciosum, quod cum alterius iniuria siue nocumento dicitur, & hoc est peccatum mortale ex genere, sed efficitur ueniale ex subreptione vel propter imperfectionem actus, siue propter modicitaté nocumenti. D. Thom.

77 2.2. q. 110 *Mendaciũ quid sit. Mendaciũ materiale. Mendaciũ formale. Loquela ad quid data est homini. Mendaciũ triple. Mendaciũ perniciosũ. quid et quale peccatum sit.*

dicit quod omne mendacium etiam officiosum est peccatum saltem veniale & probat per illud Eccle. 7. Noli velle mentiri oẽ mendaciũ, probat etiã ratione. Quia id quod est ex genere siue ex se malum, non potest fieri bonum & licitum, ad hoc enim quod aliquid sit bonum, oportet, quod omnia recte concurrant. Quia bonum

2.2.q.110 artic 5. est ex integra causa, malum ex singularibus defectibus, vt dicit D. Dion. Quod autem sit malum ex genere & intrinsece probat, quia est actus cadens super materiam indebitam, cum voces sint signa naturalia intellectionum, innaturale enim est & indebitum, vt aliquis voce significet id quod non habet in mẽte, hoc enim est peruertere ordinem natu.ræ. Vnde Phil. in. 4 Ethic. dicit quod mendacium est per se (hoc est intrinsece) prauum & inordinatum & fugiendum. Nec obstat quod aliquando sancti leguntur fuisse mentiti, poterant enim peccare venialiter. Nec Iudith excusatur a peccato veniali, quamuis aliqui dicant quòd Deus in ea dispensauerit, vel quòd locutiones & signa quæ ipsa dixit aut fecit, alia intentione fuerunt dicta, quam Holofernes accepit. Nec obstetrices AEgyptiorum remuneratæ sunt propter mendacium, sed propter timorem Dei, & misericordiam erga paruulos. Vnde dicitur Exo. 1. Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit illis domos. Nec etiam Iudith laudata est propter mendacium, sed propter affectum quem habuit ad salutem populi. Non enim licet aliqua inordinatione illicita vti propter vtilitatem propriam aut aliorum. sicut non licet peierare propter vtilitatem suam aut aliorum. Nõn enim sunt facienda mala, vt inde veniant bona. Licet sit licitum eligere mutilationem mẽbri minus vtilis, quam corruptionem vtilioris vel totius, Nec propter quodcunque bonum Reipublicæ quis debet venialiter peccare, vt inferius dicetur. Ea autem quæ in sacris literis hyperbolice dicuntur, non sunt mendacia. Omnis enim enunciatio ad id quod enunciat, referenda est vt dicit D. Aug.

Omne mẽdacium est peccatum 4. et. de Diui. Nomi. 4. Ethi. Exod. 1. Rom 3. In lib. contra mend.

Ver. 2. *De Simulatione.*

2.2.q.111. SIMVLATIO Etiam opponitur veritati, qui ad virtutem veritatis pertinet quod quis talem se exhibeat exterius per signa exteriora, qualis est interius, sed signa exteriora non sunt solum verba, sed etiam facta. Et ideo sicut mendacium opponitur ueritati, ita & simulatio perfecta, vt si masculus induatur ueste muliebri. Et notandum quòd sicut in mendacio est materiale & formale, ita in simulatione, & a formali habet quòd sit peccatum, quando scilicet est cum intentione fallendi. Quia si ad aliquem bonum finem, & apud eos qui sciunt, fiat non est peccatum. Simulatio & hypocrisis se habent, sicut genus & species Omnis enim hypocrita est simulator, sed non econuerso. Hypocrisis autem est simulatio, qua peccator simulat personam iusti. Sed si uir iustus simulat se peccatorẽ, non est hypocrita, quia hypocrisis proprie significat simulationem sanctitatis. B 77

Ver. 3. *De Iactantia.*

2.2.q.112 4 Ethi. IACTANTIA Est pars mendacii, & opponitur veritati secundum Phil & est uicium, quo quis verbo plus de se quã sit aut appareat, dicit. Hoc vitium includit multa peccata. Primo mendacium Secundo est laus inordinata Non enim iactator pure narrat, sed tanquam laudans narrat. Tertio est arrogantia, quando est illius iactantiæ efficiens causa Quarto inanis gloria, propter quam se iactat & laudat. Quinto est lucrum indebitum, propter quod quis quandoque se iactat. Sexto est vanitas, ex qua multi se iactant. Et hoc peccatum est communiter veniale, sed in tribus casibus est mortale. Primo, quando se iactat de mortali, vel ad finem mortalem. Secundo quando est in detrimentum notabile proximi. Tertio, quando constituit in ea ultimum finem. C 77

Iactantia includit sex peccata.

Iactantia in tribus casibus est peccatum mortale.

Ver. 4. *De Ironia.* c

IRONIA Est pars mendacii, & opponitur ueritati per defectum, quia asserit de se aliquid vile, quod in se non recognoscit, vel quum negat de se aliquod magnum, quod tamen percipit in seipso. Et est semper peccatum, saltem veniale. Potest

2.2.q.113 tamen aliquis de se minora dicere, vel maiora reticere, salua tamen veritate, dum

Amos. 7. scilicet aliquis minora quæ sunt in seipso, recitat, & maiora reticet Et sic minora de D 77

se di-

se dicere, quæ quis in seipso recognoscit habere, non pertinet ad ironiam. Nec Amos, mentitus est, dicendo se non esset prophetam, quia intelligebat origine. Vnde subdit, Nec filius prophetæ. Nec etiam ad ironiam pertinet ibi culpam recognoscere vbi culpa non est. Non licet tamen homini ad fugiendam superbiam, vel aliud peccatum, dicere mendacium. Vnde D. Aug. Non ita caueatur arrogantia, vt veritas relinquatur, Et D. Grego. ait, Incauti sunt humiles, qui se mentiendo illaqueant. Et potest ironia diuidi in iocosam, officiosam, & perniciosam, sicut & mendacium. *Super 10.* *Ironia triplex.*

§. 13. *De Amicitia.*

AMICITIA quæ affabilitas dicitur, est virtus. Quum præcepta non dētur de actibus virtutum & Eccl 4. dicatur. Congregationi pauperum affabilem te facito, sequitur quod affabilitas est virtus specialis. Quia vbicunque occurrit specialis ratio boni, oportet esse specialem virtutem. Sed sic est in affabilitate, Igitur minor probatur. quia quum bonum in ordine rationis non consistat, & oporteat hominem ad alios conuenienter ordinari in communi conuersatione, tam in factis, quàm in dictis, ut, s. ad vnumquemque se habeat sicut decet, Hoc autem pertinet ad amicitiam siue ad affabilitatem, quæ est annexa iustitiæ. Igitur, &c. Nec obstat quod Philoso. dicit, quòd amicitia perfecta est, quæ est propter virtutem, quia ibi loquitur de duplici amicitia, quarum vna consistit principaliter in affectu, quo vnus alium diligit, quòd pertinet ad charitatem, quæ imperat omnibus virtutibus. Aliam verò amicitiam ponit, quæ consistit in solis exterioribus verbis vel factis, quæ quidem non habet perfectam rationem amicitiæ, sed quandam eius similitudinem inquantum aliquis decenter se habet ad illos cum quibus conuersatur. *2 2 q 114* *Eccle. 4* *8. Ethic.*

Ver. 1. *De Adulatione.*

AMICITIAE opponuntur duo uitia, s. adulatio & litigium. Adulatio est excessiua laus alterius uerbis vel factis in præsentia, in conuersatione ad delectandū ordinata. Et est peccatum mortale tripliciter. Primo ratione materiæ, si quis laudet aliquem de actu peccati mortalis. Secundò ratione finis, ut quum quis laudet alium, vt noceat corporaliter, vel spiritualiter, vel ut eum decipiat. Tertiò cum quis laudando alium præbet ei occasionem peccandi mortaliter. Est autem peccatum hoc valde graue propter peccata maxima, quæ affert humano generi. Hinc enim faciliter (vt D. Hierony. ait) mentes hominum corrumpuntur, & ad ea quæ laudantur tanquam virtuosa accenduntur & assuescunt, intantum vt mala non solum desinant haberi ut turpia, sed habeantur & æstimentur vt bona. & laude, honore, atque præmio digna, quo quid peius? Et etiam propter excessum diuinæ offensæ, iuxta illud, Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suę, & iniquus benedicitur. licet aliquādo possit esse veniale, vt cum de malis venialibus uel de bonis sola complacentia di intentione absque ruina & deceptione, aut etiam si propter aliquam vtilitatem consequendam vel non impediendam fiat. *2 2. q. 115* *Adulatio quando est peccatum mortale.* *Adulatio aliquando est peccatū veniale.*

Ver. 2. *De Litigio.*

LITIGIVM & contradictio opponuntur amicitiæ. Ad cuius euidentiam supponendum est, quòd duplex est litigium, primum. quo quis pugnat contra veritatem, propter personam dicentis, cui contradicens consentire non uult propter defectum amoris. Et tale litigium ad discordiam pertinet, & dicitur contentio, qua quis contra ueritatem ex intentione & proposito litigat. de qua interius dicetur. Aliud est litigium oppositum affabilitati, & amicitiæ, qua homo conuersatur delectabiliter, vt decet & litigiosus in conuersatione humana omnibus se opponit verbo uel motu aliquo, ac per hoc molestam habet conuersationem, vt pote tristitiam ingerens his cum quibus conuersatur. Vnde Philosophus in 4. Ethic. dicit, quod illi qui ad omnia contrariantur causa eius quod est contristare, nec quosc unque curantes, discoli, & litigiosi vocantur. Et dupliciter incurritur hoc peccatum. Primo, formaliter, ex intentione contristandi hominem, contradicendo illi Secundo materialiter absque hmōi intentione, alia voluntate, & vtroque modo peccatum est, quia contra rectam rationem, quæ exigit hominem debere conuersari delectabiliter, vt decet, *2. 2 q 116* *Litigium est duplex.* *c. 12. § 3 Ver. 6.* *4. Ethic.* *Litigium formaliter, & materialiter quid sit, et quale peccatum.*

Et cōter est veniale, propter paruitatem nocumenti intenti, vel subsequentis. Si tamen intenderet aliquis confundere hominem, aut contemptibilem reddere, per huiusmodi contradictiones esset mortale, propter notabile proximi nocumentum. Et quia de litigio loquimur, notandum est, quod litigare in iudicio pro temporalibus rebus sibi iuste debitis quatuor modis est peccatum. Primo si ex irrationabili causa, vt si ex odio uel cupiditate aut auaritia, aut pertinacia quadam, vel oprimendi aut molestandi causa. Secundo ex modo personali, quando contentiose, & quasi inimice litigatur. Tertio, ex modo iudiciali, fraudulenter & peruerse producendo, prorogando, probando, vel alias indebite procedendo. Quarto, propter scandalum pusillorum, vt contingit quando filius contra patrem, vel vxor contra virum, vel frater contra fratrem, vel religiosus contra religiosum, vel religiosi contra laicos grauatos filiis & filiabus, seu alias indigentes, pro leuibus quæ deberent donare aut saltem differe, donec venirent ad pinguiorem fortunam.

Quando litigare in iudicio est peccatum.

2.2.q.117

§. 14. *De liberalitate & beneficentia.* E

4 Ethi. *Pecunia nomen quid importat.* *An Pauperes possint esse liberales.*

LIBERALITAS (quæ alio nomine dicitur beneficentia) virtus iustitiæ annexa, est qua quis inclinatur ad bene vtendum pecuniis & diuitiis, & ad effundendum & dandum illas pro tempore & loco, considerata cōditione personarum, & aliis circunstantiis. Vnde Philoso. dicit, Ad liberalem pertinet esse emissiuum. Vnde & alio nomine Liberalitas dicitur Largitas Largum enim est non retentiuum, & sic obiectum liberalitatis est pecunia, de qua Philosophus, pecunias dicimus omnia quorum dignitas numismate mensuratur. Et non est liberalitas species iustitię, quia iustitia exhibet alteri quod est eius, sed liberalis exhibet quod suum est. tamen conuenit cum iustitia in duobus. Primo, quia principaliter est ad alterum sicut iustitia. Secundo, quia circa res exteriores, sicut & iustitia. Nota tamen quod pauperes (quantum ad executionem) hanc virtutem habere non possunt, sicut nec magnificentiam, possunt tamen eas habere, quantum ad affectum. 77

Ver. 1. *De Auaritia.* A

2.2.q.118 *Auaritia dupliciter accipitur.* *Auaritia est vitium capitale.*

LIBERALITATI duo opponūtur vitia, s. Auaritia, & Prodigalitas: Auaritia autem dupliciter accipitur. Primo, vt significat primam voluntatem acquirendi vel retinendi alienum, & talis opponitur iustitiæ commutatiuæ, & est secundum se peccatum mortale. Et iuxta hunc sensum vsurarios, negotiatores fraudentes, fures, latrones, ac raptores, auaros dicimus, Alio modo accipitur auaritia, vt contrariatur liberalitati, & sic significat inordinatum appetitum pecuniæ & aliorum temporalium, quæ pecunia mensurari possunt, quibus quis non eget, Iuxta hunc sensum auari dicuntur tenaces & parci in dando, de quibus dicitur, quod auaro deest tam quod habet, quam quod non habet, Similiter qui toto die ac nocte in Angustiis & laboribus sunt, vt acquirant ea quibus nō egent. & communiter est peccatum veniale, posset tamen tantus esse affectus ad acquirendum vel retinendum, quod esse peccatum mortale. puta si actualiter præponeret acquisitionem aut retētionem saluti animæ aut præceptis Dei vel Ecclesiæ, non curando illa transgredi. Auaritia est vitium capitale, hoc est a quo originem trahūt alia multa, vel ad cuius finē multa alia ordinantur. præcipue octo, s. & proditio, fraus, fallacia, periurium, inquietudo, furtum, rapina, & obduratio contra misericordiam. 7

Ver. 2. *De prodigalitate.* B

2.2.q.119 *4.Ethi.*

PRODIGALITAS, secundū Philo opponitur liberalitati per excessum sicut auaritia per defectū. Quia prodigus superabundat in dando, & deficit in retinēdo. & est vitium inclinans ad dandū inordinate, absque causa & ratione sufficienti, & non est peccatum mortale ex genere, quia est minus peccatum, quam auaritia & quū neutra agat contra charitatē Dei, & proximi, sed præter illā, constat non esse mortale sed veniale. Si vero prodigalitas aut auaritia sit mixta iniuriæ diuinorum præceptorū, & gñaliter cuicūque alteri uitio puta impietati filiorū aut filiarū, aut intēperantiæ. vt in filio prodigo, qui dissipauit substantiā suā cū meretricibus, Iudicanda est secundū qualitatē vitii cui admiscetur. Ita quod si prodigus mouetur ab appetitu 77

petitu

petitu mortali, prodigalitas est mortalis, si veró ab appetitu veniali, est venialis, vt quum superflue dat propter vanam gloriam venialem vel mortalem.

§. 15. *De præceptis iustitiæ.*

C QVVM ratio debiti quæ requiritur ad præceptum, manifeste appareat in iusti 2.2.q.122
78 tia quæ est ad alterum, quia in his quæ sunt ad seipsum, videtur primó aspectu quòd homo sit sui dominus, & quòd liceat ei facere quodlibet. Sed manifeste apparet quòd in his quæ sunt ad alterum, homo est obligatus ad reddendum quod debet. Ideo oportuit præcepta decalogi pertinere ad iustitiam. Tria prima præcepta primæ Tabulæ sunt de actibus religionis, quæ est potissima pars iustitiæ. Quartum præceptum est de actibus pietatis, quæ est secunda pars iustitiæ. Alia veró sex dantur de actibus iustitię communiter dictæ, quæ est inter æquales. Explicantur autem & declarantur præcepta decalogi per præcepta iudicialia, & per alia documenta veteris legis, vt diffuse prosequitur D. Thomas.

DE FORTITVDINE.

CAPVT VI.

D FORTITVDO est secunda virtus moralis, quę perficis appetitum irascibi- 2.2 q. 123
78 lē, cuius officium est firmare & cōseruare bonū rationis in his in quibus maxime difficile est firmitatē habere, scilicet in periculis arduis & grauibus. Et uersatur circa timores & audacias, quasi timorū cohibitiua & audaciarum moderatiua. cuius actus sunt aggredi & sustinere, & inter hoc principalis est sustinere, & inter sustinentias martyrium. Fortitudo autem non habet partes subiectiuas, quia nō diuiditur in uirtutes specie differentes, sicut iustitia, sed assignantur ei partes quasi integrales, secundū ea quæ oportet coucurrere & integrare siue perficere actum fortitudinis, & potentiales, secūdū ea quæ fortitudo obseruat circa difficilia scilicet pericula mortis. Ponūtur etiam aliquæ aliæ virtutes, secundū ea quæ obseruat erga alias materias minus difficiles, quę quidem virtutes adiunguntur, fortitudini, sicut secundariæ principali. Ad actū aggrediendi duo requirūtur, primū pertinet ad animi præparationē. Et quātū ad hoc Cicero ponit Fiduciā, quæ ē virtus ꝑ quā magnis & honestis rebus multū ipse animus fiducię tū spe collocauit. Secūdū pertinet ad executionem ne quis deficiat in executione illorū, quæ fiducialiter inchoauit. Et quātū ad hoc ponit Cicero magnificentiā, quàm dicit esse rerū magnarum & excelsarum, cum animi ampla quadā & splendida propositione, administratio, hoc est executor vt scilicet amplo proposito administratio non desit. Hæc duo si coarteentur ad pericula mortis, erunt quasi partes integrales, quia sine illis fortitudo esse non potest. Si autem referantur ad aliquas materias, in quibus est minor difficultas, erunt virtutes distinctæ secundum speciē suā, tamen adiunguntur ei sicut secundarię principali. Et sic magnificentia a Philos. in 4. Eth ponitur circa magnos honores. Ad sustinendum autem duo requiruntur. Primum, ne imminentiū difficultate malorū animus frangatur per iustitiam, & decidat a sua cōstātia. Et quātū ad hoc ponitur. Patiētia, quæ est honestatis aut vtilitatis, rerū arduarū aut difficiliū uoluntaria & diuturna perpessio. Secundū, quòd ex diuturna perpessione homo non adeo fatigetur ut desistat, iuxta illud Heb 12. Non fatigemini, animis vestris deficientes. Et quantum ad hoc ponitur perseuerantia, quæ est in passione bene considerata permāsio. Hæc duo si coarteentur ad propriā materiā fortitudinis hoc est ad pericula mortis, sunt quasi partes integrales. Si autem ad alias erunt virtutes secundariæ. Ex his apparet quòd fortitudo habet solū 4 uirtutes adiū-

Fortitudo habet duos actus. *Fortitudo non habet partes subiectiuas.* *Ad actum aggrediendi duo requiruntur.* *Fiducia.* *Magnificentia.* *4. Ethi.* *Patientia.* *Heb. 12.* *Perseuerantia.* 2 2 q. 128

ctas

est rerum spiritualium dominus sed solum minister & dispensator (secundum illud
1.Cor.4. 1 Cor 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministerio-
Math.10 rum dei) Nec habet ad hoc speciale mandatum, imo habet specialem prohibitionem, iuxta illud Matt. 10 Gratis accepistis gratis date. Iō aliquis emēdo & vēdēdo rē spiritualē, irreuerentiā facit Deo, & iniuriā rei spirituali. Iō peccat pctō simoniæ, q̄d continetur sub pctō irreligiositatis. Ex his infertur, quod summus pontifex pōt vitiū Simoniæ incurrere, vt dicit D. Tho. quāuis aliqui dicant verum esse solum in pro
2.2.q.100 hibitis, quia simoniaca, secus in simoniacis, quia prohibita de iure Ecclesiastico huma
ar.1.ad.7. no. Itē dicūt ipsum nō incurrere pœnas iuris, quum non ligetur suis legibus coerciue.

¶ Secūda cōclusio, quod res cōpositæ ex spirituali & corporali in quibus spirituale B est principale, nō possūt absolute vēdi vel emi, vt sacramēta, prædicatio, ordinatio, & 74 alia hmōi, de quibus supra probatur sic, Quia vnūquodque cū absolute tractatur, cēsetur tractari & iudicari secūdū principale, sicut quū tractatur de homine, tractatur de eo ſm quod est rationalis, sed spirituale est pricipale, igitur absolute vēdi nō pōt.

¶ Tertia conclusio accipere aliquid temporale pro administratione spiritualiū per modū pretii, Simonia est. Sed recipere sponte oblata secūdum ordinationem Ecclesiæ vel consuetudinē approbatā per modū eleemosynæ aut stipēdii, sustentationis, & necessitatis, nō est simonia neq; pctū. Prima pars huius cōclusionis probata est in prima, & per c. qui pro pecunia. 1. q 1 vbi dr, Qui pro pecunia quēquā consecrauerit, alienus sit a sacerdotio, & intelligēdū ē directe, vel indirecte, vt in his qui viginti duodenos accipiūt pro literis testimonialibus, in quibus vix quatuor lineæ sunt scriptæ. & in c. quicquid, eadem causa & quæstione, dicitur, Quicquid inuisibilis gratiæ consolatione tribuitur, nunquam quæstibus vel aliquibus suis præmiis venundari penitus debet, sed omnia huiusmodi spiritualia per inuisibilem gratiam tribuantur, nec vlla consuetudine potest excusari, quia consuetudo non præiudicat iuri naturali aut diuino. Secunda pars huius conclusionis probatur per illud. 1. Cor 9. Quis militat suis stipendiis vnquam? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? & in eodem ca. Nescitis quod qui in sacrario operantur, de his quæ in sacrario sunt, edunt? & qui altario deseruiunt, cum altario participant? Et Glo. D. Aug. super illud. 1. Timo. 5. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt, Accipiāt sustentationem necessitatis a populo, & mercedem dispensationis a Domino. Necessitatis est accipere, vnde viuitur. Charitatis est præbere. Nec propter hoc venale est
3.Reg. 9 euangelium, vt pro his prædicetur. Sic prophetæ olim accipiebant, 1. Regum. 9. &
3.Reg.13. tertii Reg. 13. Similiter & aliqua temporalia Deum laudantibus in celebratione diuini officii dabantur. Exigere tamen ab inuitis per spiritualem subtractionē, habet quandam venditionis speciem. Licet prius administratis spiritualibus licite possint oblationes statutæ & consuetæ & alia quicunque prouentus exigi, etiam a nolentibus & valentibus soluere, authoritate superioris interueniente, quia in subsidium ministrorum prouentus, oblationes, & decimæ constitutæ sunt. Et si dicatur quod A habēt alias vnde viuere possint, respondetur quod est per accidens. Non tamen vt 74 tales ministri sunt, & propter ea quæ sunt per accidens, non sunt omittenda ea quæ sunt per se. Præterea ad victum multa requiruntur. Et vltra hoc habent ex officio dispensare pauperibus, Si tamen huiusmodi pacto interueniente fiant, aut cum intentione emptionis & venditionis, aut si accipiatur vt pretium, Simonia est.

¶ Difficultas tamen est in cognoscēda intentione huiusmodi, an per modū sustentationis recipiat vel per modum pretii, in eo qui alias non esset celebraturus. Et in canonico, qui propter distributiones canonicas venit ad officium ecclesiasticū, alias non compariturus. Videtur. n. in huiusmodi quod tales recipiunt per modum pretii quum in talis receptione videatur pecunia principaliter intendi, & non honor dei, quum cessantibus distributionibus & pecunia cesset comparitio, & celebratio. Dicendū quod impossibile est nobis de aliorū intētionibus iudicare, ipsi in se videant Hoc tn̄ verū arbitrari possumus, quod in eo qui nō esset alias celebraturus, sed quū offerūt tres duodeni, celebrat, pecunia pōt esse in eo cā finalis, & cā sine qua non. Si pecunia

sit

sit causa finalis, constat eum esse simoniacum. Et signum in huiusmodi est, quando imparatus vel non dictis matutinis aut non promissa confessione celebrat. Et cũ canonicus vadit ad officium, nihil cogitat de Deo, sed solum vadit ad fabulandum, vel dormiendum, vel deambulandum per ecclesiam, tunc videntur distributiones esse causa principalis & finalis. Si verò distributiones sint causa sine qua non, vt puta quia non cogitabat, sed per oblationem offerentis tres duodenos, sacerdos excitatur & se præparat. Et per pulsum campanarum canonicus excitatur, & se disponit ad eundum ad officium diuinum, & orandum pro populo & fundatoribus, signum probabile est, quòd pecuniæ non sunt causa finalis, sed causa sine qua non, & sic tales non sunt simoniaci mentales. Quemadmodum si existenti in peccato mortali, qui decreuit confiteri loco tempore debitis, si adueniente graui infirmitate confi-
B teatur infirmus, potest esse causa sine qua non excitatiua, quia scilicet tunc non co
74 gitabat, & illa adueniente habuit occasionem cogitandi. Idem adueniente tempore paschali. Si verò confiteatur ad euitandum damnationem, vt Anthiochus, qui propter timorem mortis pœnituisse & orasse dicitur 2. Machab 9. tunc infirmitas & dãnatio esset causa finalis. Si contra huiusmodi conclusionem arguatur de matrimonio, pro quo licet pacisci de dote, dicendum quòd matrimonium non solum est sacramentum, sed etiam naturæ officium, ad conseruationem speciei, in quo multa sunt onera. Et ideo secundum quod est officium naturæ pacisci potest, & dos recipi pro supportandis oneribus. Non autem inquantum est sacramentum, ideo secundum iura prohibetur, ne pro benedictione nuptiarum aliquid exigatur. Nec obstat etiam quòd scientiæ liberales sint spirituales, & consilium iurisperitorum, tamen licitum est uendere, quia (vt dictum est) illa ex se non ordinantur in gratiam Spiritus sancti. Nec illa administrantur ex officio, quia per quemlibet idoneũ, qui nõ est alias obligatus, exerceri possunt quod non fit de spiritualibus ideo non est simile.

¶ Quarta conclusio ex domino Caietano, talis est Locare operas ad exercitia quæ sunt principaliter spiritualia, non est licitum, nisi forte per accidens. Prima pars patet ex secunda conclusione, & hoc quòd locatio (quum sit contractus non gratuitus) est quædam venditio, vt hic accipimus venditionem. Secunda verò pars huius conclusionis, scilicet quòd sit licitum per accidens, hoc est propter adiunctum vinculum, patet ex probata Ecclesiæ consuetudine, Multi enim sacerdotes locant operas suas ad officiandum in Ecclesiis per annum uel per menses, in quibus habent certis diebus celebrare. Quamuis. n. non liceat operam suam locare ad celebrandum missam, quia hoc (vt dictum est) esset vendere spiritualia, quum principale missæ sit spirituale, licet tamen locare libertatem suam, quia toties habet multa facere, & re-
C sidere in eodem loco, vt impedimentum præstari possit aliis operibus & oneribus
74 suis. & ideo non censentur spiritualia locare, sed libertatem, & onera illa quę sunt temporalia. ¶ Quinta conclusio est, Res composita ex temporali, & spirituali, in qua temporale est principale, absque vitio simoniæ vendi potest, nisi prohibeatur iure positiuo, vt castrum cui annexum est ius patronatus, quod ordinatur ad præsentandum clericos ad beneficia. Similiter cruces argenteæ benedictæ, & calices cõsecrati, vendi possunt, dum tamen propter ius patronatus, consecrationem, aut benedictionem, nil exigatur. Hæc conclusio quo ad primam partem manifesta est ex probatione secundæ. Quo ad secundam autem partem (.s. nisi iure positiuo prohibeatur) patet quia quantumcunque res secundum se vænalis sit, si iura disponunt interuenire simoniam, erit simonia, non secundum se, sed quia prohibita. Oportet enim parere iuri. De multis enim officiis iura sic disponũt, vt nõ vendantur, vt de officio Oeconomi & Castal i. ¶ Sexta conclusio, Licitum est locare operas in exercicii rerum compositarum, in quibus principale est corporale, vt patet de officio uicarii, sacristæ, iudicis, doctoris in Theologia, quibus dantur certa stipendia, & possunt in istis interuenire conditiones & pacta de quantitate stipendii, quia de corporali & uenali opere pactio fit, & non de spirituali iustitia aut veritate. Non tamen intelligendum est sic de officio vicarii generalis episcopi, quòd possit aliquid dari episcopo

Simonia duplex. episcopo pro collatione beneficiorum, vel exercitio vicariatus, siue vicariatum (vt communiter dicitur) arrentare, vnde prohibitum est de iure, ne Prælati committant vices suas pro annuo censu. Possunt tamen pacisci, vt pro officio uicarii aliqua stipendia accipiant, quia illa recipere pro residentia & libertate, non est illicitum.

¶ Notandum præterea quòd duplex est Simonia, quædam est interior siue mentalis, quædam vero exterior & conuentionalis, Simonia mentalis, est duplex, quædam quæ in sola mente & proposito consistit. Alia est mentalis. quæ non consistit in solo proposito, sed habet aliquem actum exteriorem, coopertum tamen & velatum, vt nō possit bene agnosci, nisi ab operante, vt quum quis seruit tempora iter, aut munus offert pro spirituali consequendo, non tamen declarat suam intentionem, scilicet, D
Simonia mētalis duplex. quòd intentione habendi beneficium hoc facit. Tunc est simonia non pure menta 74
lis, quia est imperatiua actus exterioris, latenter tamen. Tales simoniaci peccant mortaliter, sed non incurrunt pœnas a iure simoniacis inflictas siue indictas. *Simonia cōuētionalis.* Simonia exterior & conuentionalis, in emptione & venditione rei spiritualis consistit, accipiendo emptionem & venditionē, vt dictū est. Et quia secundum dominum Caietanum emptio & venditio in tribus consistit, s. intentione, conuentione, & executione. Hæc tria sic se habent, quòd vnum potest esse sine alio, intentio absque conuentione, & conuentio absque executione & traditione pretii, vel rei emptæ. Sed tūc *An simoniaci simonia non consummata incurrant pœnas iuris.* emptio est consummata, quando hincinde facta est traditio. Et absque his tribus, siue nisi hæc tria concurrant, simonia non est consummata. Ex quo infert, quòd illi qui sunt simoniaci simonia non consummata, non incurrunt pœnas iuris. s. non sunt excommunicati, nec tenentur dimittere beneficium, neq; restituere fructus perceptos post cōuētionē, eo quod pœnę sint stricti iuris, & nō sint amplīādę, sed potius restringēdæ, & quod intentio iuris non est punire actus non consummatos, nisi id expresse exprimatur, & sic soluit quod posset allegari cōtra eum ex l. Si quis non dicā rapere. C de episcopis & clericis vbi conatus punitur, etiam si actus nō fuerit cōsummatus, Mihi tamen hæc opinio non placet, eo quod magnam dat ansam criminibus, quibus est præcludenda via. Vnde intentio iuris non solum est punire actus consummatos, verū ēt malos exteriores, qui ad cōsummationē directe disponunt, vt mali arceātur. Non solum.n iura puniunt hæreticos qui alios seduxerunt, sed etiam qui seducere conati sunt, licet seductionem non consummauerint. ¶ Pœnæ Simoniacorum sunt *Simoniacorum pœnæ quæ sunt. 2 2.q.100 art.6.* multæ. Prima est suspensio. Secunda excommunicatio cum reseruatione absolutionis summo Pontifici, vt in extrauaganti Martini quinti, edita in concilio Constantien. quæ incipit, Sacro. & in alia ex trauaganti per eundē facta Mantuæ, quæ incipit, Damnabilis. quam extendit ad simoniacos in ordine. Tertia pœna est depositio, quia debent deponi, si in iudicio constiterit ut in c. Sanè. 15. q 3. Quarta pœna est restituito, quæ secundum Syluestrum solum ligat Simoniacos conuentionales non mentales. Simonia. n. mentalis sola pœnitentia aboletur. Licet secus sit in vsura mentali, ut dictum est, & ratio diuersitatis est, quia ea quæ dantur in simonia mētali, dantur merè libere & voluntarie. Ideo non fit iniuria danti, secus in vsura mētali. Simoniacus autem conuentionalis non debet restituere ei qui dedit, quia turpiter dedit, sed illi Ecclesię, in cuius iniuriam datum est ut in c. de hoc. extra de simo-
2.2.q.101 nia. Si ab ordinante, dabitur Ecclesię cathedrali. Si vero ab ordinato in titulum alicu-
2.2.q.189 ius Ecclesię, vel beneficii, illi Ecclesię applicabitur. Circa hæc & alia plura uide D. Tho & Summistas. Hæc pro introductione & terminorum declaratione sufficiant.

An religiosus professus possit extra claustrum ad subueniendum parentibus.

§ 7. *De pietate.*

PIETAS (quæ in auribus uulgi misericordiam sonat) hic accipitur pro secun E
da virtute iustitiæ annexa, quæ inclinat ad exhibendum cultum siue honorem pa- 74
rentibus & sanguine iunctis, patrię, & conciuibus omnibus, patriæque amicis, non tamen æqualiter, quia principaliter parentibus deinde propinquioribus, & secundum decentiam personarum. Debitum hoc consurgit ex eo quod parentes, & patria sunt principium. Et quia pater est principium immediatum ideo debetur a filio primò, & per se reuerentia, & obsequium obedientiæ, & famulatus, Per accidēs autē

debet

debet patri, quod decet illum accipere secundum aliquod quod ei accidit, puta si sit infirmus, quod visitetur, & eius curationi intendatur. Si sit pauper, quod sustentetur, sic de aliis huiusmodi, quæ omnia sub debito obsequi continentur. Tanta est hæc obligatio, vt patre existente in necessitate victus, filius non possit religionem profiteri, imò (vt dicunt aliqui) professus existens in monasterio, petita licentia (licet non obtenta) tenetur exire ad subueniendum patri. Et fundant se super vna maxima D Thom in quarto, quum loquitur de voto, ait enim, Quandocunque contingit casus, in quo aliquid vouere esset illicitum, illo adueniente, & durante voto emisso, votum suspenditur, sed patre existente in necessitate victus, filius non posset vouere & commendare illum diuino auxilio, quia quum posset, & teneatur humano auxilio prouidere, esset tentare Deum. Ergo facta professione votum suspenditur, & sic poterit exire, & patri subuenire. Et huius opinionis est D. Thom in quarto, tamē in 2. 2. & quodlibet tertio, art. 16. tenet oppositum, eo quod qui est in religione professus, reputatur quasi mortuus mundo, Vnde non debet occasione sustentationis parentum, exire claustrum, in quo Christo consepelitur, & iterū se negotiis secularibus implicare. Tenetur tamen (salua religionis obedientia & statu) pium studium adhibere, qualiter parentibus suis subueniatur. Confirmat ex facto D. Iacobi, & Ioannis, qui vt habetur Matth. 4.) relictis retibus & patre, secuti sunt Christum. Et Deute. 33 Qui dixerit patri suo & matri suæ, Nescio vos, & fratribus, Ignoro illos, & nescierunt filios suos, custodierunt eloquium tuum Et Christus dicenti sibi, Permitte me sepelire patrem, respondit. Sine vt mortui sepeliāt mortuos suos, tu autem vade, & annuntia regnum dei. Ad hæc tamen respondent tenentes eū in quarto, quod vbi parentes habent vnde sustententur, vel habent alios sustentatores & sepelientes, potest relictis illis profiteri. Et vbi parentes vellent eum inducere ad malum, tunc seruandum esset quod allegatū est ex Deut. Et illud etiam D. Hieron. in epistola ad Heliodorum, Per calcatum perge patrem, per calcatam perge matrem, ad vexillum crucis euola. Summum enim genus pietatis est in hac re fuisse crudelem. Et quo ad hoc quod dicitur (mortuus mundo) intelligitur quantum ad actus ciuiles, imo etiam quo ad illos potest habilitari a superiore, & monasterio, quum efficitur syndicus. Cum ergo obligatio, quæ est ad patrem, sit iuris naturalis & ad alterum, non potest per votum tolli, sicut nec ius vxoris, matrimonio consummato, per votum viri. Quia ita bene pater habet ius in re siue acquisitum in filio, sicut vxor in viro, consummato matrimonio, Licet in his quæ sunt iuris naturæ, non quo ad alterum, sed quo ad se, per professionem voluntariam quis possit priuari, vt puta quia non potest contrahere matrimonium, quanuis si ipse moreretur fame in claustro, posset exire, & pro vita sua negotiis secularibus implicari, ergo etiam pro vita parentis cui iure naturæ illam debet Præterea quum teneatur petere licentiam, vel prælatus consentiet & tunc poterit, si neget etiā quia irrationabilis dissensus est cōsensus interpretatiuus non. n. potest prælatus rationabiliter negare. Et sic est problema in doctore sancto. Opinio tamen eius in quarto videtur probabilior, & magis conformis rationi.

¶Ex præmissis apparet quæ peccata sint contra pietatem. s. omnis irreuerentia inobedientia, & desertio in necessitate. Ad maiorem tamen euidentiam, si hæc agas ad populum, Nota quod præceptum de honore parentum est vltro citroque obligatorium. Obligat enim parentes erga filios, & filios erga parentes. Ad curam debitam filiis impendendam, ad quod faciendum inducere debet illud Matth 6 Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Si quis haberet thesaurum, quo posset se nutrire, & bona multa habere, diligentia cura prouideret de eius conseruatione & promotione. Parentes, quibus Deus dedit filios vel filias, habent occasionem reddendi gratias Deo, qui a dedit eis magnum thesaurum, quo poterunt nutriri, & habere sustentationem & consolationem. dedit etiam baculum senectutis, & spem posteritatis Multi voluerunt habere, & non habuerunt. Vnde Psal Non fecit taliter omni nationi. Ideo debent esse peruigiles, & habere curam de eis, ne eorum incuria & negligentia euanescant. Si quæratur ad qui teneantur parentes filiis & filiabus.

Respon-

Marginalia: In. 4. sen. 22 q. 101 ar. 4. — F 75 — Matt. 4. Deu. 33. Luc. 9. — A 75 — Quæ peccata sint contra pietatē: Sermo de filiorum educatione. Matt. 6. Psal. 147.

Respondet Sapiens Eccl Filii tibi sunt erudi illos, & a curua eos a pueritia eorum.
Eccl. 7. Filiæ tibi sunt custodi corpus illarum, ne ostendas hilarem faciem tuam ad illas. Tra
de filiam, & grande opus feceris. Et hominis sensato ad illam. In quibus uerbis Sa-
piens primo docet parentes de cura filiorum masculorum deinde filiarum.

¶Quo ad masculos, parentes tenentur ad quatuor, Primo nutrimentum, ibi, B
filii tibi sunt. Natura enim omnia animalia docuit suos fœtus generatos nutrire, 275
Nutrimẽti nomine quid intelligatur fortiori homo & nobiliori modo. Nutrimenti autem nomine indumenta & alia ne-
cessaria vitæ intelliguntur, non debent tamen eos nutrire nimis delicate, aut pom-
pose, sicut quidã. Ideo euenit eis quod Salomon dicit de seruo. Qui delicate ab initio
Prouer. 29 nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem. Idem est de pueris sicut de
pullis equorum, qui cum sint delicate nutriti, recalcitrant. Vnde Deute. 32. Incras-
satus est dilectus meus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus. Secun-
do tenetur duplicem eruditionem, primò & principaliter legis Dei, scilicet quòd
diligant deum super omnia, & proximum sicut seipsos, & vt sint deuoti, & ecclesia-
stici primo quærant regnum Dei, non faciant aliis, &c. Neminem lædant, omnes
Danie. 13. reuereantur, & quantum possibile, est obsequia aliis præstent non sint loquaces,
sed pacifice viuant, sicut parentes Susannæ fecerunt. Vnde Danie. 13. dicitur quòd
Eccl. 30. erat timens Deum. Parentes enim eius erudierant eam secundum legem domini.
Sic Tobias filium suum. Ideo bene fuit illi. Vnde Eccle. 30 Qui docet filium,
laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur Secundo debent
erudire, vel erudiri facere scientiam vel artem, qua possint lucrari vitam suam, &
Psal. 127. eos beatiores relinquet, quàm procurando multa bona temporalia. Vnde Psal.
Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Tempora-
lia fortunæ bona subiacent multis periculis, & facile perdi, amitti, & tolli possunt
incendio, bello falsa accusatione, aut delatione. Et tunc si nullam scientiam, aut
artem habeant, oportet eos ire per mendicata suffragia, & tandem veniunt in de-
teriorem exitum. Igitur, &c. Si autem habuerint scientiam, aut artem aliquam ubi
que potuerunt lucrari victum Vnde D. Boetius, quondam consul Romanus, tandem
delatus & exul factus, confiscatis boni, dicebat de liberalibus artibus. Has saltem
nullus potuit peruertere terror Ne nostrum comites persequerentur iter. Diony-
sius Tyrannus Socrati interroganti quid prodesset scientia, quam secum iuuenis
didicerat, in qua primum non habebat, cum secundum eam minime viueret, & tan-
ta mala faceret, respondit, quod scientia acquisita plus proderat, quam regnum quod
a parte acceperat. Nam quia ab inimicis impetebatur, breui se putabat amissurum,
& tunc ad partes lõgin quans accedens, scientia illa & victum & honorem lucrare-
tur Multæ magnæ domus propter inertiam filiorum (qui nihil nisi laute viuere &
epulari hac exponere nouerant) consumptæ sunt ideo parentes deberent esse dili-
gentes circa hoc &c. Tertio tenentur ad correctionem. Vnde subiungit, Curua C
eos a pueritia eorum. Maxime quum iam incipiunt aliqua facere contra honorem 75
Dei, & in detrimentum proximi, sunt sicut teneræ arbores, quæ faciliter plicantur,
Prouer. 22 sed si plicam susceperint & crescant citius franguntur, quam plicam acceptam re-
Prouer. 13 linquant. Ideo virga vtendum est. Vnde Salomon, Stultitia colligata est in corde
Eccl. 30. pueri, sed uirga disciplinæ effugabit eam, Item, Noli subtrahere a puero discipli-
nam. Si enim percusseris eum virga non morietur. Tu virga percuties eum, & ani-
mam eius ab inferno liberabis. Et Eccle. 30. Qui diligit filium assidua illi flagella,
vt lætetur in nouissimo die. Multi filii & filiæ sunt nunc in inferno, qui si fuissent a
parentibus correpti, essent in paradiso, multi fuerunt iustitiati, & filię meretrices,
1. Reg. 3 qui nõ fuisset correpti, fuissent optimi & honorati. Ideo parentes intendere debent
non solum cohibere verbo, sed etiam corrigere uirgis. Legimus de Heli, quia solum
verbo & dulciter correxerat filios suos, ideo punitus fuit. Correctio tamen debet
esse moderata, & non crudelis, ut non nullorum, qui baculo & aliis instrumentis
cerebrum offuscant, & alia membra torquent adeo ut eos in desperationem, vel
timiditatem inducant, & faciunt eos ad proficiendum inhabiles & incapaces. Vnde
Apostolis,

Apostolus, Patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros sed educate illos in disciplina scilicet in uirga, & correptione domini Et Col 3. Patres, nolite ad indignationem prouocare filios uestros, ne pusillo animo fiant. Quarto debent parentes thesaurizare filiis iuxta illud. 2. Cor. 12. Non enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. ne habeant occasionem furandi, sed manutenendi statũ pro sustentatione familiæ, & ad præseruandum a malis in annis sterilibus. Vnde Iosephus scribit, quod Salomon in sepulchro Dauid profuit multam pecuniam. Et quanuis Christus prohibuerit thesaurizare in terra, hoc non fecit propter amorẽ pecuniarum, & in locis occultis: Quia tales thesauri prestant materiam cupiditatis, & ansam Antichristo, qui dominabitur thesaurorum auri & argenti. Non tamen prohibuit thesaurizare ad subueniendum necessitati familiæ. aut pro Reipublicę vtilitate. ¶ Filiabus autem debent tria parentes vltra duo prædicta. Primum est corporis & honestatis custodia Vnde dicit Sapiens, Serua corpus illarum, s. a macula, corruptione, & inhonestate. Quia cum corpus vnius filiæ corruptum pollutum ve aut maculatum fuerit, honor perditur, matrimonia non inueniũtur. Solicitatur, & vix ad bonum peruenit finem. Hoc officium magis pertinet ad matres, quæ quando filiæ iam incipiunt peruenire ad anos nubiles, nunquam debent eas solas (saltem in loco periculoso) dimittere, nec eas ad colloquium muguetorum siue iuuenum lasciuiorum exponere, imo nec omnibus mulieribus fidere. Tales enim aliquando apparent bonæ matronæ, quæ sunt macarellæ Vitrum facile frangitur, quod non fit in anno fit in hora. Supra modum cauere debent ne exponant eas conuiuiis aut choreis. Ibi enim fiunt pastilli dæmonum. Dina filia Iacob bonam matrem habebat Rebeccam, tamen quia absque eius licentia ad choreas accessit, tandem deflorata est. Ad huiusmodi puritatem, conseruandam, stimulandæ sunt vt deuotæ sint, & nunquam maneant otiosæ bibantque sobrie & temperate, vt scilicet non ponant aquam in vinum, sed parum vini in aquam, sicut oleum in pulmentum, Hispanorum more. Secundo debent docere verecundiã, quia verecundia & reuerentia virginalis est lapis prætio sus, & flos odoriferus in virgine. vnde Seneca in Epistolis, verecundia optimum in adolescente signum. Et D. Bernardus, Nescio si quicquam gratius in iuuenibus verecundia inueniri possit. Verecundia hęc consistit in aspectu oculorum, vt scilicet demissos habeant oculos, & summe caueant ab aspectibus & tactibus virorum, & ab auditu verborum inhonestorum, ac tactibus impudicis non permittant se tangi a viris. Aues enim syluestres & nemorum, quæ se tangi non permittunt, pulchriores sunt quam aues domesticæ quæ permittunt se tangi. Quia tactu semper aliqua pluma perditur. Sic virgines syluestres quæ se tangi non permittunt, honestiores reputãtur domesticis, quæ ex tactibus plumas honestatis & famę amittunt. Ideo cauendum est matribus ne eis nimiam familiaritatem ostendãt, sicut quædam faciunt. Nec sequendus est mos illarum quæ dicunt, Si filia mea nesciat loqui & chorizare, nunquã inueniet maritum. O stultum verbum. Officium loquendi cito & nimis faciliter discunt mulieres? filia taciturna, verecũda & honesta quæ chorizare nescit, magis ęstimatur & laudatur ab omnibus, & facilius inuenit maritum, quã loquax, choreatrix. aut dissoluta. Ideo vigilent matres circa huiusmodi. Tertio debent prouisionem & societatem matrimonii cum peruenerint ad annos nubiles, non adeo præmature, sicut quidam faciunt, melius est enim vt prouectæ ætatis. xv. vel xviii. annorum nubant, quam in duodecimo. Nec debent attendere parentes ad diuitias virorum, vt tradant eas iuuenibus hæredibus & filiis magnarum domorum, sed potius sapientibus & prudentibus. Vnde Sapiens dicit, Trade eam viro, non dixit puero, sed viro, non cuiuscunque conditionis, aut diuiti sed sapienti & sensato, & grande opus feceris, vir enim sapiens parua supellectili prouisus melius & securius nutriet eam, quam iuuenis insipiens & leuis, cuiuscunque domus magnæ. Dicitur communiter, quod supra magnos montes cadunt magna fulgura. ¶ Viso de parentibus, nunc videndum est de filiis & filiabus in ordine ad parentes, ad quid scilicet eis teneantur. Ad cuius euidentiam sciẽdum est, quod beneficia & officia parentum in filios & filias, tãta

[Margin notes: Ephes. 6. — 2. Cor. 12. — D 75 — 13. Antiquitatum. — Matth 6. — Gene. 33. — E 75 — Sermo de honore parentum.]

P sunt

sunt quòd filii & filiæ parentibus satisfacere non possunt: vnde Philosophus, Diis, parentibus, & magris non redditur æquiualens. Et quia impossibilium nulla est obligatio, Deus non obligat eos ad reddendum æquiualens, sed ad reddendũ, quæ possunt secundum proportionem. Primo, quia parentes, sunt principium & dederunt esse dispositiue, ordinauit deus vt filii tenerentur ad honorem & reuerentiam parentibus. Vnde dixit Exod. 20. & Matth. 15. Honora patrem tuum & matrẽ tuã.

Exod. 20. Matth. 15 Hic autem honor multa includit. Primò honorem reuerentialem in verbis & gestibus exterioribus. D. Tho. dicit, quòd post Deum filii intimius & ex maiori affectu tenentur reuereri parentes, quàm principes, quia participant in ratione principii quodam modo esse diuinum, quod non faciunt domini temporales, Hanc rationem tangit Sapiens Eccle. 7. Honora patrem tuum & gemitus matris tuæ ne obli-

Eccl. 7. uiscaris. Memento quòd non nisi per illos natus fuisses. Sunt qui dicunt quòd nihil habuerunt à parentibus, tales sunt miseri. Si haberent manum aut tibiam fractam, essentque in periculo perdendi, & inuenirent medicum qui sanaret eos, recognoscerẽt quanto magis filii qui non solum manum, aut pedem, sed omnia membra & totũ corpus, imo & animam dispositiue (quibus omnia lucrati sunt) acceperunt? Secundò F tenentur ad honorem Obedientiæ. Vnde Apostolus, Filii, obedite parentibus ve- 76 stris in domino. Hoc enim iustum est. Et Col. 3. Filii obedire parentibus per omnia,

Ephe. 6. Col. 3. Hoc enim placitum est in Domino. Hæc obedientia consistit in duobus, scilicet in adimpletione præceptorum parentum ad quam debent semper esse parati, vt Ioseph, qui patri dicenti, Veni & mittam te ad fratres tuos, respondit præsto sum Ge-

Gene. 37. ne. 37. Secundo in adimpletione voluntatis cognitæ. Non enim solum debent implere mandata quum præcipiunt, verum etiam si non loquantur, modo intelligant voluntatem illorum. Tertio tenentur ad seruitia & obsequia exteriora, secundum quod permittere voluerint. Vnde Eccle. 3. Qui timent Dominum honorant paren-

Eccle. 3. tes, & quasi dominis seruient his qui genuerunt se. Quamuis sint pauperes, debent eis maiora obsequia, quàm personis dominorum temporalium. Ideo dicit, quasi dominis, ac si diceret, non sicut dominis, sed magis, quam dominis. Quia dominis seruitur timore pœnæ, parentibus autem seruire debent filii timore & amore filiali, qui est maior, &c. Quartò tenentur ad supportationem, maxime quando sunt se-

Eccle. 3. nes & difficiles Vnde Eccl. 3. In omni verbo & sermone & in omni patientia. Non debent eos in aliquo contristare. Vnde in eodẽ, Fili, suscipe senectutem patris tui, & ne contristes eum in vita illius. & si defecerit sensu, veniam da illi, & ne spernas eum in virtute tua, quia non spreuit te in virtute sua, quum tu deficeres sensu in pueritia. multo maiora pro te sustinuit. Hæc deberent filii cogitare, & labores matris. Vnde Tobias in testamento suo dicebat filio suo. Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quasi in libro scribe, Quum Deus susceperit animam meam corpus meum sepeli, & honorem habebis matri tuę omnibus diebus vitæ suæ. Memor enim esse debes, quanta passa sit pro te in vtero suo. Quintò filii & filiæ tenentur parentibus (si pauperes sint) ad sustentationem, memores sustentationis, nutrimenti, educationis, & promotionis quæ acceperunt ab eis, alias ostendunt se ingratissimos. Animalia enim bruta recognoscunt beneficia, quanto magis filii, qui sunt rationabiles? Ad hæc vltra naturalem inclinationem in-

Eccle 3. ducunt præmia talibus promissa. Vnde Eccl 3. Eleemosyna patris tui non erit in obliuione, & pro peccato matris tuæ retribuetur tibi bonum, & in iustitia edificabitur tibi, & in die tribulationis cõmemorabitur tui. Et sicut in sereno glacies dissoluitur, sic dis-

Eccl. 3. soluentur peccata tua. Inter alia bona est vita longior Ecclesi. 3. Qui honorat

Exod. 20. patrem suum, vita viuet longiore. Et Exod 20 Honora patrem tuũ, & matrẽ tuã,

Ephe. 6. si vis longæuus esse super terram. D. Paulus de hoc precepto loquens, dicit quòd hoc præceptum est primum in repromissione. & ratio est ne quis arbitraretur, quòd honoratio parentum non esset meritoria, propter naturalem inclinationem, quæ ad hoc incitat. Secundum bonum multa complectens, est benedictio. Vnde Ec-

Eccl. 3. clesi. 3 Honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio a domino, & benedictio illius

illius in nouissimo mane. Benedictio patris firmat domos filiorũ. Hęc benedictio continet benedictionem spiritualem & temporalem. Primo temporalem, quo ad bona, ad uictum & uestitum necessaria. Secundo quo ad liberos obedientes, quia dabit tibi filios. qui rependent vices. Tertio temporalem quæ consistit in liberatione a periculis, & in fauore temporali, quia tales communiter præseruantur a malis, & communiter benedicuntur & honorantur. Tota scriptura sacra repleta est benedictionibus, quas consequuntur filii honorantes parentes. Ita Per oppositum dicendum est de maledictionibus, quæ pooueniunt filiis ingratis & rebellibus, inhonorantibus parentes. Deut. 23. Maledictus vir qui non honorat patrem suum aut matrem suam. & sæpe inculcatur, Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Et Eccle 3. Maledictio patris aut matris eradicat fundamenta, qui cito moriuntur, vel si viuant, priuantur filiis, aut si habeant filios, habebunt malos, qui amplius inhonorabunt illos, & peiora facient, & paupertas ac miseria sequetur eos cum infamia, & in fine maledictio æterna in nouissimo die. Nec mirum, quia magnam iniuriam faciunt Christo, qui ad præbendum exemplum filiis, tanto tempore, s. per triginta & tres annos, voluit honorare matrem suam, & patrem putatiuum. Vnde Luc. 2. Et erat subditus illis Vbi Gloss. Quis? Quibus? Dominus, scilicet, Rex regum pauperibus creaturis, a fortiori alii filii. Et ideo qui negligunt & despiciunt, merentur maledictionem. Vnde Gene 9 habetur de Cham, &c qui reuelauit pudenda patris sui Noe dormientis, qui cum euigilatus fuit, inspiratus a Deo maledixit illi, & benedixit aliis Maledictus puer Cham, &c. Ideo timere debent filii, qui experimento constat maledictionem Dei eis esse paratam.

Deut. 23. *Eccle. 3.* *Luc. 2.* *Gen. 9.*

§. 8. *De Obseruantia.*

A OBSERVANTIA tertia virtus iustitiæ annexa est, per quã cultus & honor exhibetur personis, in potestate & excellentia ac in dignitate cõstitutis. Vnde 1. Pet. 2. Deũ timete, Regem honorificate. Huic virtuti adiungitur dulia, quæ proprie dicitur seruitus quædam siue honor, quem debet seruus domino, miles duci, discipulus magistro. Communiter tamen ad duliam pertinet exhiberę reuerentiam cuicunque homini, ratione cuiuscunque excellentiæ. Et sic continet sub se pietatem tanquam speciem, ac etiam hyperduliam, quæ est potior species duliæ. Maxima enim reuerentia debetur homini ex affinitate, quam habet ad Deum, vt D. Virgini, quæ est mater Dei, sed de hac dictum est, quum ad adoratione ageretur cap 5. §. 5. ver. 12.

76 2. 2. q. 102 2. 2. q. 103

§. 9. *De Obedientia.*

OBEDIENTIA (prout est quarta & specialis uirtus, annexa iustitiæ) est habitus inclinans uoluntatem ad prompte & faciliter implendum pręceptum & uoluntatem superioris præcipientis. cuius obiectum est præceptum cum intentione obligãdi. Præceptum autem intellige expressum vel tacitum, quod scilicet est voluntas superioris præceptiua, quocunque modo innotescat, & tanto uidetur obedientia promptior & melior, quanto quis præceptum obediendo præuenit. Quo ad obligationem vero nota quod intelligitur quis obligari in licitis & honestis, & in his ad quæ superioris potestas se extendit, & non in aliis. Ex quo sequitur quod nullus homo potest pręcipere actus pure interiores, quum non habeat super eos potestatem, nec potest scire si ponantur uel non ponantur, & per consequens non potest punire transgressores. Actus uero interiores qui habent ordinem ad exteriores, puta quia sunt imperatiui actuum exteriorum (vt sunt contemplatio & recordatio ad prædicationem) præcipere potest. Omnibus autem quæ vult prælatus, non tenetur quis parere, nisi innotescat ratio præcepti, hoc est prælatum uelle obligare, hoc est nisi præcipiat. Sicut non tenetur uelle omnia quæ Deus uult, sed solum ea quæ vult & præcipit nos velle. Accipitur tamen obedientia aliquando large pro executione cuiuscunque quod cadere non potest sub præcepto, ex quacunque intentione procedat, & tunc non respicit rationem formalem præcepti, & sic est virtus generalis;

B 76 2. 2. q. 104

Ver. 1. *De Inobedientia.*

2.2.q.105 OBEDIENTIAE opponitur inobedientia, quæ oppositio ad obedientiã dupliciter accipitur, uno modo generaliter & materialiter & sic inuenitur in omni peccato, in quo transgreditur preceptum aliquod, nõ cogitando tamen de ratione formali intentionis præcepti, sed alia voluntate, & intentione puta delectandi. & potest dici contemptus materialis Inobedientia vero (prout est speciale peccatum) est quando ex intentione præceptum contemnit, quando, s. in exequendo intendit agere contra præceptum, uel facere in despectum præcepti superioris. & tali dicitur cõtemptus formalis & speciale peccatum mortale, ex genere, sed propter subreptionem vel imperfectionem actus, fit ueniale. C 76

§. 10. *De gratia siue gratitudine.*

2.2.q.106 GRATIA, siue Gratitudo quinta virtus annexa iustitiæ, est habitus inclinans hominem ad recompensandam benefactoris gratiam, beneficia, & obsequia Benefactori enim inquantum benefactor est, debetur primo per se honor & reuerentia, eo quòd habet rationem principii, & per accidens debetur subuentio, vel sustentatio, si indigeat, & quantum ad affectum debet recompensare statim, quia scilicet debet habere gratum animum & gratam linguam. Vnde Seneca 2. de Beneficiis, Vis reddere beneficium? accipe benigne. Sed quantum ad effectum, siue donu m, debet expectari tempus, quo recompensatio sit benefactori opportuna. Vnde Seneca 3. de Beneficiis, Qui festinat reddere, non habet animum grati hominis, sed debitoris. & idem in quarto, Qui nimis cito cupit reddere, inuitus debet. Et qui inuitus debet ingratus est. D 76

Ver. 1. *De Ingratitudine.*

INGRATITVDO peccatũ est (vt habetur 2. Timo 3.) vbi inter alia pec E
2.2.q.107 cata enumerat homines semetipsos amãtes, ingratos, &c. Agit enim ingratus contra 76
debitũ morale, eo quod pro beneficio accepto non refert gratias pro loco & tempore, aut non agit lingua laudando, aut non habet in animo recordando, & affectum beneuolum habendo. Et committitur peccatum ingratitudinis dupliciter. Primo formaliter, & per se, siue vt est speciale peccatum, quum quis adeo ingratus est. vt ex intentione vices non rependat, aut malas vices reddat, Hoc enim prouenit ex contemptu beneficii, & est peccatum mortale ex genere, quia contrariatur directe directioni debitæ benefactori. Secundo committitur materialiter, quando, s. agit, vel omittit aliquid necessarium ad gratitudinem, aut committit aliquid offensiuum benefactoris, non eo animo, vt ingratus, seu vt beneficium contemnat, sed vt delectetur, vel alia intentione. & sic in omni peccato inuenitur ingratitudo erga Deum. Et si omittitur aliquid de necessitate salutis exhibendum benefactori, aut committitur aliquid de necessitate salutis cauendum ne fiat in benefactorem, est peccatum mortale. Si vero omittitur aliquid aliter debitum vel committitur aliter vitandum, est veniale, nisi sit offensa notabilis.

Peccatum ingratitudinis dupliciter committitur.

§. 11. *De Vindicatione.*

2.2.q.108 VINDICATIO est duplex prima, quæ fit authoritate publica quæ, s. exercetur per principem vel iudicẽ, & hæc est opus sanctum iustitiæ distributiuæ, de qua, 1. Pet. 2. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi tanquam præcellenti. siue principibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Et Rom. 13 dicitur, Dei enim minister est. vindex in iram ei, qui male agit? Secunda uindicatio est priuata qua quis vult malum pœnæ alteri, & si intentio principaliter feratur in malum illius (de quo vindicta sumitur) & ibi quiescit, non est omnino licitum, quia delectari in malum alterius pertinet ad odium, quod charitati repugnat. Si uero intentio vindicantis feratur principaliter in aliquod bonum, ad quod pe uenitur per pœnam peccantis, puta ad emendationem peccatorum, vel saltem ad cohibitionem eius, & quietem aliorum, & iustitiæ conseruationem, & dei honorem, est uindicta licita, seruatis aliis circunstantiis, sicut vim vi repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt aggressor propulsetur. Hoc enim F 76

Vindicatio duplex.
1. Pet. 2.
Roma 13.

naturale

naturale est, & irrationabilibus conuenit. Data est enim vis irascibilis ad propulsandum & repellendum nocumenta. In hominibus autem si non fiat intentione nocendi, sed intentione remouendi impedimentum duntaxat, est bonum. Et secundum hoc ponitur specialis virtus, per quam malis recompensatur debitum. & de qua Cicero in Rhetoricis, Vindicatio est per quam vis & iniuria, & omnino quicquid obscurum est, hoc est ignominiosum, defendendo aut vlciscendo propulsatur. & sic licitum est priuato appetere vindictam, non a se exercendam, sed a deo vel iudice, quia Roma. 12. habetur, Mihi vindictam, & ego retribuam. Ideo licitum est petere a Deo per orationem & a iudice per demonstrationem vel accusationem, dummodo non procedat, ex odio, sed vt is qui iniuriam facit emendetur, & alii probi quietius viuant, & mali retrahantur ab excessibus & persecutione bonorum. *Roma. 12*

§. 12 *De Veritate.*

G VERITAS Accipitur dupliciter, primo, vt est quædam adæquatio vel æqua- *2.2 q.109*
77 litas siue conformitas intellectus vel signi ad rem intellectam. Et hæc non est virtus neque habitus, vt dictum est quum de veritate ageretur. Requiritur tamen veritas hoc modo accepta, ad omnem veritatem. Quia ad omnem actum bonum requiritur iudicium prudentiale, quod semper est verum. Secundo accipitur veritas qua aliquis dicitur verax. & talis veritas siue potius veracitas (qua aliquis inclinatur ad dicendum verum, & ostendendum se aliis talem qualis ipse) est specialis virtus & annexa iustitiæ. Quia conuenit cum illa in duobus. Primo, quia est ad alterum secundo quia sicut iustitia æqualitatem quandam in rebus constituit, sic veritas adæquat signa rebus existentibus circa ipsam. Deficit autem a propria ratione iustitiæ, quæ attendit debitum legale. Sed veritas attendit debitum morale inquantum vnus homo debet alteri veritatis manifestationem. Et differt hæc veritas manifestationis a veritate vitæ, iustitiæ, ac doctrinæ. Quia veritas vitæ est, secundum quam aliquis recte viuit in seipso, & secundum quod conformatur vitæ Christi, qui exemplum bene viuendi tribuit. Veritas iustitiæ est secundum, quam aliquis rectitudinem legis in iudiciis, quæ sunt ad alterum, obseruat. vel veritas iustitiæ est, secundum quam aliquis ex iustitia veritatem manifestat, vtputa quum auditur a iudice, iuramento medio. Veritas doctrinæ, consistit in quadam manifestatione verborum, de quibus est scientia. Et sic in tantum aliqua doctrina est vera, inquantum est conformis rationi & doctrinæ Christi. Et quo apparet quòd hæretici non habent neque docent veram doctrinam. Sed veritas manifestationis (quæ dicitur specialis virtus) est qua aliquis vita & sermone talem se demonstrat, qualis ipse est, & non alia quam quæ circa ipsum sunt, nec maiora nec minora.

Veritas dupliciter accipitur. c. 1. § 86 Ver. 5. Triplex ueritas. Veritas uitæ. Veritas iustitiæ. Veritas doctrinæ. Veritas manifestationis, qua sit.

Ver. 1. *De Mendacio.*

A VERITATI Opponuntur quatuor vitia, scilicet, mendacium, simulatio siue *2.2.q.110*
77 hypocrisis iactantia, & ironia. Mendacium est falsa enunciatio cum intentione fallendi hoc est falsum dicendi. Et nota quod in mendacio sunt duo, scilicet materiale & formale. Materiale est falsa enunciatio, formale est intentio fallendi. Et stat quòd aliquando sit mendacium materiale, & non formale, quum quis falsum enunciat, & putat se verum dicere. & tale non est peccatum. Si uerò enuntiatio vera sit, & aliquis intendat fallere, & falsum dicere, est mendacium formale & peccatum, & contra rationem, quia abutitur loquela, ad alium vsum eam ordinando, quam fuerit ordinata. Loquela enim est data ad manifestationem conceptuum iuxta illud Philosophi, Voces sunt notæ earum quæ in anima sunt passiones; hoc est conceptuum vel intellectionum, quæ dicuntur passiones, vt dictum est, & mendax peruertit ordinem illum. Mendacium est triplex, Quoddam iocosum, quod nulli nocet, sed delectandi causa dicitur, & hoc est ueniale. Aliud est officiosum quod absque alterius iniuria dicitur, & alicui prodest, & hoc etiam est peccatum veniale, minus tamen mendacio iocoso. Aliud est perniciosum, quod cum alterius iniuria siue nócumento dicitur, & hoc est peccatum mortale ex genere, sed efficitur ueniale ex subreptione vel propter imperfectionem actus, siue propter modicitatē nocumenti. D. Thom.

Mendaciū quid sit. Mendaciū materiale. Mendaciū formale. Loquela ad quid data est homini. Mendaciū triplex. Mendaciū perniciosū quid et quale peccatum sit.

dicit quod omne mendacium etiam officiosum est peccatum saltem veniale & probat per illud Eccle. 7. Noli velle mentiri oẽ mendaciũ, probat etiã ratione. Quia id quod est ex genere siue ex se malum, non potest fieri bonum & licitum, ad hoc enim quod aliquid sit bonum, oportet, quod omnia recte concurrant. Quia bonum
2.2.q.110 artic 5. est ex integra causa, malum ex singularibus defectibus, vt dicit D. Dion. Quod autem sit malum ex genere & intrinsece probat, quia est actus cadens super materiam indebitam, cum voces sint signa naturalia intellectionum, innaturale enim est & indebitum, vt aliquis voce significet id quod non habet in mẽte, hoc enim est peruertere ordinem naturæ. Vnde Phil. in. 4 Ethic. dicit quod mendacium est per se (hoc est intrinsece) prauum & inordinatum & fugiendum. Nec obstat quod aliquando sancti leguntur fuisse mentiti, poterant enim peccare venialiter. Nec Iudith excusatur a peccato veniali, quanuis aliqui dicant quòd Deus in ea dispensauerit, vel quòd locutiones & signa quæ ipsa dixit aut fecit, alia intentione fuerunt dicta, quam Holofernes accepit. Nec obstetrices AEgyptiorum remuneratæ sunt propter mendacium. sed propter timorem Dei, & misericordiam erga paruulos. Vnde dicitur Exo. 1. Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit illis domos. Nec etiam Iudih laudata est propter mendacium, sed propter affectum quem habuit ad salutem populi. Non enim licet aliqua inordinatione illicita vti propter vtilitatem propriam aut aliorum. sicut non licet peierare propter vtilitatem suam aut aliorum. Non enim sunt facienda mala, vt inde veniant bona. Licet sit licitum eligere mutilationem mẽbri minus vtilis, quam corruptionem vtilioris vel totius, Nec propter quodcunque bonum Reipublicæ quis debet venialiter peccare, vt inferius dicetur. Ea autem quæ in sacris literis hyperbolice dicuntur, non sunt mendacia. Omnis enim enuntiatio ad id quod enuntiat, referenda est vt dicit D. Aug.

Omne mẽdacium est peccatum

4. c. de Dini. Nomi.

4. Ethi.

Exod. 1.

Rom 3.

In lib. contra mend.

Ver. 2. *De Simulatione.*

2.2.q. 111. SIMVLATIO Etiam opponitur veritati, qui ad virtutem veritatis pertinet B quod quis talem se exhibeat exterius per signa exteriora, qualis est interius, sed signa exteriora non sunt solum verba, sed etiam facta. Et ideo sicut mendacium opponitur ueritati, ita & simulatio perfecta, vt si masculus induatur ueste muliebri. Et notandum quòd sicut in mendacio est materiale & formale, ita in simulatione, & a formali habet quòd sit peccatum, quando scilicet est cum intentione fallendi. Quia si ad aliquem bonum finem, & apud eos qui sciunt, fiat non est peccatum. Simulatio & hypocrisis se habent, sicut genus & species Omnis enim hypocrita est simulator, sed non econuerso. Hypocrisis autem est simulatio, qua peccator simulat personam iusti. Sed si uir iustus simulat se peccatorẽ, non est hypocrita, quia hypocrisis proprie significat simulationem sanctitatis. 77

Ver. 3. *De Iactantia.*

2.2.q 112 4 Ethi. IACTANTIA Est pars mendacii & opponitur veritati secundum Phil & C est uicium, quo quis verbo plus de se quã sit aut appareat, dicit. Hoc vitium includit 77 multa peccata. Primo mendacium Secundo est laus inordinata Non enim iactator pure narrat, sed tanquam laudans narrat. Tertio est arrogantia, quando est illius iactantiæ efficiens causa Quarto inanis gloria, propter quam se iactat & laudat. Quinto est lucrum indebitum, propter quod quis quandoque se iactat. Sexto est vanitas, ex qua multi se iactanti. Et hoc peccatum est communiter veniale, sed in tribus casibus est mortale. Primo, quando, se iactat de mortali, vel ad finem mortalem. Secundo quando est in detrimentum notabile proximi. Tertio, quando constituit in ea ultimum finem.

Iactantia includit sex peccata.

Iactantia in tribus casibus est peccatum mortale.

Ver. 4. *De Ironia.*

IRONIA Est pars mendacii, & opponitur ueritati per defectum, quia asserit D de se aliquid vile, quod in se non recognoscit, vel quum negat de se aliquod magnum, 77 quod tamen percipit in seipso. Et est semper peccatum, saltem veniale. Potest
2.2.q 113 tamen aliquis de se minora dicere, vel maiora reticere, salua tamen veritate, dum
Amos. 7. scilicet aliquis minora quæ sunt in seipso, recitat, & maiora reticet Et sic minora de se di-

se dicere, quæ quis in seipso recognoscit habere, non pertinet ad ironiam. Nec Amos, mentitus est, dicendo se non esset prophetam, quia intelligebat originem. Vnde subdit, Nec filius prophetæ. Nec etiam ad ironiam pertinet ibi culpam recognoscere vbi culpa non est. Non licet tamen homini ad fugiendam superbiam, vel aliud peccatum, dicere mendacium. Vnde D. Aug. Non ita caueatur arrogantia, vt veritas relinquatur, Et D. Grego. ait, Incauti sunt humiles, qui se mentiendo illaqueant. Et potest ironia diuidi in iocosam, officiosam, & perniciosam, sicut & mendacium. *Super 10.* *Ironia triplex.*

§. 13. *De Amicitia.*

AMICITIA quæ affabilitas dicitur, est virtus. Quum præcepta non dētur de actibus virtutum & Eccl 4. dicatur. Congregationi pauperum affabilem te facito, sequitur quod affabilitas est virtus specialis. Quia vbicunque occurrit specialis ratio boni, oportet esse specialem virtutem. Sed sic est in affabilitate, Igitur minor probatur. quia quum bonum in ordine rationis non consistat, & oporteat hominem ad alios conuenienter ordinari in communi conuersatione, tam in factis, quàm in dictis, ut, scilicet ad unumquemque se habeat sicut decet, Hoc autem pertinet ad amicitiam siue ad affabilitatem, quæ est annexa iustitiæ. Igitur, &c. Nec obstat quod Philoso. dicit, quòd amicitia perfecta est, quæ est propter virtutem, quia ibi loquitur de duplici amicitia, quarum una consistit principaliter in affectu, quo unus alium diligit, quòd pertinet ad charitatem, quæ imperat omnibus virtutibus. Aliam verò amicitiam ponit, quæ consistit in solis exterioribus verbis vel factis, quæ quidem non habet perfectam rationem amicitiæ, sed quandam eius similitudinem inquantum aliquis decenter se habet ad illos cum quibus conuersatur. *2 2 q 114* *Eccle. 4* *8. Ethic.*

Ver. 1. *De Adulatione.*

AMICITIAE opponuntur duo uitia, scilicet adulatio & litigium. Adulatio est excessiua laus alterius, uerbis vel factis in præsentia, in conuersatione ad delectandū ordinata. Et est peccatum mortale tripliciter. Primo ratione materiæ, si quis laudet aliquem de actu peccati mortalis. Secundò ratione finis, ut quum quis laudet alium, vt noceat corporaliter, vel spiritualiter, vel ut eum decipiat. Tertiò cum quis laudando alium præbet ei occasionem peccandi mortaliter. Est autem peccatum hoc valde graue propter peccata maxima, quæ affert humano generi. Hinc enim faciliter (vt D. Hierony. ait) mentes hominum corrumpuntur, & ad ea quæ laudantur tanquam virtuosa accenduntur & assuescunt, intantum vt mala non solum desinant haberi ut turpia, sed habeantur & æstimentur vt bona. & laude, honore, atque præmio digna, quo quid peius? Et etiam propter excessum diuinæ offensæ, iuxta illud, Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suę, & iniquus benedicitur. licet aliquādo possit esse veniale, vt cum de malis venialibus uel de bonis sola complacendi intentione absque ruina & deceptione, aut etiam si propter aliquam vtilitatem consequendam vel non impediendam fiat. *2 2. q. 115* *Adulatio quando est peccatum mortale.* *Adulatio aliquando est peccatū veniale.*

Ver. 2. *De Litigio.*

LITIGIVM & contradictio opponuntur amicitiæ. Ad cuius euidentiam supponendum est, quòd duplex est litigium, primum. quo quis pugnat contra veritatem, propter personam dicentis, cui contradicens consentire non uult propter defectum amoris. Et tale litigium ad discordiam pertinet, & dicitur contentio, qua quis contra ueritatem ex intentione & proposito litigat. de qua interius dicetur. Aliud est litigium oppositum affabilitati, & amicitiæ, qua homo conuersatur delectabiliter, vt decet & litigiosus in conuersatione humana omnibus se opponit verbo uel motu aliquo, ac per hoc molestam habet conuersationem, vt pote tristitiam ingerens his cum quibus conuersatur. Vnde Philosophus in 4. Ethic. dicit, quod illi qui ad omnia contrariantur causa eius quod est contristare, nec quosc unque curantes, discoli, & litigiosi vocantur. Et dupliciter incurritur hoc peccatum. Primo, formaliter, ex intentione contristandi hominem, contradicendo illi Secundo materialiter absque huius intentione, alia volunrate, & vtroque modo peccatum est, quia contra rectam rationem, quæ exigit hominem debere conuersari delectabiliter, vt decet, *2. 2 q 116* *Litigium est duplex.* *c. 12. § 3 Ver. 6.* *4. Ethic.* *Litigium formaliter, & materialiter quid sit, et quale peccatum.*

petitu mortali, prodigalitas est mortalis, si verò ab appetitu veniali, est venialis, vt quum superflue dat propter vanam gloriam venialem vel mortalem.

§. 15. *De præceptis iustitiæ.*

C QVVM ratio debiti quæ requiritur ad præceptum, manifeste appareat in iusti- 2.2.q.122
78 tia quæ est ad alterum, quia in his quæ sunt ad seipsum, videtur primo aspectu quòd homo sit sui dominus, & quòd liceat ei facere quodlibet. Sed manifeste apparet quòd in his quæ sunt ad alterum, homo est obligatus ad reddendum quod debet. Ideo oportuit præcepta decalogi pertinere ad iustitiam. Tria prima præcepta primæ Tabulæ sunt de actibus religionis, quæ est potissima pars iustitiæ. Quartum præceptum est de actibus pietatis, quæ est secunda pars iustitiæ. Alia verò sex dantur de actibus iustitię communiter dictæ, quæ est inter æquales. Explicantur autem & declarantur præcepta decalogi per præcepta iudicialia, & per alia documenta veteris legis, vt diffuse prosequitur D. Thomas.

DE FORTITVDINE.

CAPVT VI.

D FORTITVDO est secunda virtus moralis, quę perficit appetitum irascibi- 2.2 q. 123
78 lẽ, cuius officium est firmare & cõseruare bonũ rationis in his in quibus maxime difficile est firmitatẽ habere, scilicet in periculis arduis & grauibus. Et uersatur circa timores & audacias, quasi timorũ cohibitiua & audaciarum moderatiua. cuius actus sunt aggredi & sustinere, & inter hoc principalis est sustinere, & inter sustinentias martyrium. Fortitudo autem non habet partes subiectiuas, quia nõ diuiditur in uirtutes specie differentes, sicut iustitia, sed assignantur ei partes quasi integrales, secundũ ea quæ oportet concurrere & integrare siue perficere actum fortitudinis, & potentiales, secũdũ ea quæ fortitudo obseruat circa difficilia scilicet pericula mortis. Ponũtur etiam aliquæ aliæ virtutes, secundũ ea quæ obseruat erga alias materias minus difficiles, quę quidem virtutes adiunguntur, fortitudini, sicut secundariæ principali. Ad actũ aggrediendi duo requirũtur, primũ pertinet ad animi præparationẽ. Et quãtũ ad hoc Cicero ponit Fiduciã, quæ ẽ virtus ꝑ quã magnis & honestis rebus multũ ipse animus fiducię tũ spe collocauit. Secũdũ pertinet ad executionem ne quis deficiat in executione illorũ, quæ fiducialiter inchoauit. Et quãtũ ad hoc ponit Cicero magnificentiã, quàm dicit esse rerũ magnarum & excelsarum, cum animi ampla quadã & splendida propositione, administratio, hoc est executior vt scilicet amplo proposito administratio non desit Hæc duo si coartentur ad pericula mortis, erunt quasi partes integrales, quia sine illis fortitudo esse non potest. Si autem referantur ad aliquas materias, in quibus est minor difficultas, erunt virtutes distinctæ secundum speciẽ suã, tamen adiunguntur ei sicut secundarię principali. Et sic magnificentia a Philos. in 4. Eth ponitur circa magnos honores. Ad sustinendum autem duo requirũtur. Primum, ne imminentiũ difficultate malorũ animus frangatur per iustitiam, & decidat a sua cõstãtia. Et quãtũ ad hoc ponitur. Patiẽtia, quæ est honestatis aut vtilitatis, rerũ arduarũ aut difficiliũ uoluntaria & diuturna perpessio. Secundũ, quòd ex diuturna perpessione homo non adeo fatigetur ut desistat, iuxta illud Heb 12. Non fatigemini, animis vestris deficientes. Et quantum ad hoc ponitur perseuerantia, quæ est in passione bene considerata permãsio. Hæc duo si coartemur ad propriã materiã fortitudinis hoc est ad pericula mortis, sunt quasi partes integrales. Si autem ad alias erunt virtutes secundariæ. Ex his apparet quòd fortitudo habet solũ 4 uirtutes adiũ-

Fortitudo habet duos actus.

Fortitudo non habet partes subiectiuas.

Ad actum aggrediendi duo requiruntur.

Fiducia.

Magnificentia.

4. Ethi.

Patientia.

Heb. 12.

Perseuerantia.

2 2 q. 281

ctas

ctas, tanquam partes, quasi integrales, vel tanquam virtutes secundarias, aliç verò quas ponunt Macrobius & Andronicus, ad has reducuntur, Spes ad fiduciam, & securitas ac cõstantia ad perseuerantiam, & quinque quas ponit Philos. in 5. Eth. scilicet politica, militaris. &c. non sunt diuersæ virtutes, sed diuersi modi fortitudinis, differentes ex parte motiui, & non obiecti. ¶ Notandum tamen quòd fortitudo dupliciter accipi potest. Primò secundum quòd importat quandam animi firmitatem. & secundum hoc est generalis virtus siue conditio conueniens omni virtuti. Quia (sicut dicit Philo.) ad virtutem requiritur firmiter, & immobiliter operari. Alio modo potest accipi fortitudo, prout importat animi firmitatem in sustinendis & repellendis his, in quibus maxime difficile est firmitatẽ habere scilicet in aliquibus periculis grauibus. Vnde Tullius in suis Rhetoricis, Fortitudo, inquit, est considerata periculorum susceptio, & laborum perpessio. & sic Fortitudo ponitur specialis virtus, vtpote materiam determinatam siue obiectum speciale habẽs. Quũ autem ad fortitudinẽ pertineat sustinere, dicitur pertinere ad voluntatẽ dispositiue, ne scilicet retrahatur homo a bono rationis propter timorẽ cuiuscunq; mali corporalis, & cũ maximum malum corporale sit mors, quæ est omnium terribiliũ terribilissimum. Hinc est quod fortido est proprie circa pericula mortis, quia qui stat firmus contra maiora, stabit firmus contra minora. ad rationẽ enim virtutis pertinet, vt respiciat vltimũ (vt dicit Philo. in vlti. de Cœlo.) sed quia foritudo est virtus, ad cuius rationẽ pertinet ꝙ semper tendat in bonũ, consequens est quòd homo pericula mortis non refugiat propter aliquod bonum consequendũ. Et sic in fortitudinis actu duo sunt cõsideranda. Vnũ est bonũ in quo fortis firmatur, & hoc est fortitudinis finis. Aliud est ipsa firmitas, qua quis pro illo bono non cedit periculis mortis, & hoc est essentia fortitudinis. Pericula aũt mortis, quę sunt ex ægritudine, vel ex tempestate maris, vel incursu latronũ, vel si qua alia sunt hmõi, non videntur alicui directe imminere propter aliquod bonũ consequendum. Sed pericula quæ sunt in rebus bellicis, directe imminẽt homini propter aliquod bonum, inquantum. s. defendit bonum commune per iustum bellum. & ideo (secundum Phil.) Fortitudo est maxime circa mortem quæ est in bello. Aduertendum tñ quod duplex est bellum iustum. Vnum est generale, sicut cum aliqui decertant in acie. Aliud est particulare, puta quum aliquis iudex aut priuata persona nõ recedit a iusto iudicio seu a bono rationis, timore gladii imminentis aut cuiuscunque periculi, etiam si sit mortiferũ. Et ideo ad fortitudinẽ pertinet præbere firmitatẽ animi cõtra pericula mortis, non solũ quæ sunt in bello cõi, sed etiam contra pericula cuiuscũq; alterius mortis, quæ imminẽt in particulari impugnatione, quę cõmuni nomine bellũ dici potest. Vnde Heb. 11. de martyribus dicitur, Fortes facti sunt in bello. Potest. n. homo cuiuscunq; mortis periculum subire propter virtutem, puta, cum aliquis non refugit amico infirmanti obsequi propter timorem mortiferæ infectionis, vel cũ nõ refugit itinerare ad aliquod pium negotium prosequendũ, propter timorẽ naufragii vel latronum. Ceterum cũ Fortitudo sit virtus moralis, necesse est quod actus eius ex electione procedat. Et ideo fortis eligit præmeditari pericula, quæ possunt imminere, vt eis resistere possit, aut facilius ea ferre. Quia (vt D. Greg dicit in quadã Homilia,) Iacula quæ præuidentur, minus feriunt. Et nos mala mundi facilius ferimus, si contra ea clypeo scientiæ præmunimur. Et sic fortitudo non est circa repentina quoad electionem. Si vero consideremus actũ siue operationem fortitudinis quantum ad manifestationem virtuosi habitus fortitudo maxime est circa repentina, quia secundũ Philos. In repentinis periculis maxime manifestatur fortitudinis habitus. Habitus. n. agit per modum naturæ. Vnde quod aliquis absque præmeditationem faciat ea quæ sunt virtutis, cum necessitas imminet propter pericula, maxime manifestat, quod sit fortitudo in animo habitualiter confirmata, quamuis aliquis qui habitu fortitudinis caret, possit ex diuturna præmeditatione animum suum contra pericula præparare, qua etiam præparatione fortis vtitur quum tempus adest. De dignitate & pręeminentia virtutis fortitudinis dictum est supra. Nec impedit Fortitudinem esse virtutem, si fortis non delectetur

Fortitudo dupliciter accipi pot.

3. Ethic.

Fortitudo in quibus consistit.

In fortitudine duo cõsideranda.

3. Ethi.

Heb 11.

3. Ethic.

.14: uer. 2.

78 F 8

ctetur delectatione corporali, quæ sequitur tactum delectatur tamen delectatione animali, quæ sequitur apprehensionem animæ, & hæc proprie conse quitur opera virtutum, quia in eis consideratur bonum rönis. Apprehensio autem de actu virtutis.& de fine eius,causat delectationem animalem, licet ex altera parte habeat unde doleat. Vnde.2 Mach.6 legitur, quod Eleazarus dixit Diros corporis sustineo dolores,secundum animam uero propter timoré tuum libenter hæc patiar. Licet enim dolor sensibilis corporis impediat sentire animalem delectatione virtutis nisi forte propter abundantem Dei,gratiam, quæ fortius eleuat animam ad diuina, quibus magis delectatur quam corporalibus pœnis affligatur,vt D. Tribur tius, quum super carbones incésos nudis plantis incederet videbatur ei qđ super flores roseos ambularet. Et D. Laurentius in craticula positus,tyranno dixit, Infœlix,has epulas ego semper optaui. Virtus tamen fortitudinis facit ne ratio absorbeatur a doloribus corporalibus. Tristitiam autem animalem superat delectatio virtutis,inquantum homo præfert bonum virtutis corporali vitæ, & quibuscunque ad eam pertinentibus. Et ideo Philosophus dicit,quod a forti non requiritur vt delectetur.s.corporaliter, quasi delectationem sentiens,sed sufficit quod non tristetur. 3. Eth.

2. Mac.6.

§.1. *De actibus fortitudinis.*

G FORTITVDO (vt dictum est)duos actus habet.s.aggredi & sustinere In 79ter autem istos principalis actus est sustinere. Vnde philosophus dicit,quod in sustinédo tristia maxime aliqui fortes dicũtur. Dicit etiam quod fortitudo est magis circa timores reprimendos,quam circa audacias moderandas.Sed difficilius est timorem,reprimere,quam audacias moderari, eo quod ipsum periculum(quod est obiectum audaciæ & timoris)de se confert aliqu d ad repressionem audaciæ, sed operatur ad augmentum timoris,aggredi spectat ad fortitudinem,prout moderatur audacias Probatur etiam triplici ratione, Primo, Quia sustinere videtur aliquis ab aliquo fortiori inuadente. Quia autem aggreditur,inuadit per modum fortioris, Sed difficilius est pugnare cum fortiori,quam cum debiliori, Igitur, &c.Secundo, quia ille qui sustinet, iam sentit pericula imminentia, Ille autem qui aggreditur,habet vt futura, Difficilius vero est non moueri a præsentibus quam futuris, Igitur,&c. Tertio, quia sustinere importat diuturnitatem temporis Sed aggredi potest aliquis ex subito motu, difficilius est autem manere immobiliter,quã subito motu moueri ad aliquod arduum vnde Philosophus dicit quod,quidam sunt præualentes ante pericula, in ipsis autem discedunt,fortes autem econtrario se habeat. 3. Eth.

2.2.q 123 ar.6.
3. Eth.
Difficilius est timores reprimere, quam audacias moderari.

Ver.1. *De martyrio.*

A INTER sustinentias Martyrium principatum tenet. Martyrium est voluntaria 79mortis perpessio siue tolerantia,propter fidem Christi, vel alium virtutis actum in Deum relatum, Ex hac definitione sequitur primo,quod illi qui non patiuntur mortem corporalem,non sunt martyres completiue. Quia cum martyr Grece, d catur Latine quasi testis fidei Christianæ,per quam visibilia pro inuisibilibus contemnenda proponuntur, Vnde Act.1.Eritis mihi testes in Hierusalem Ideo ad martyrium pertinet,quod homo protestetur fidem opere, se ostendens omnia præsentia contemnere,vt ad futura inuisibilia perueniat. Sed quandiu homini remanet vita corporalis,non ostendit opere se cuncta corporalia despicere apud homines, apud quos testis est. Consueuerunt n homines consanguineos & omnia possessa contemnere, & etiam dolores corporis pati vt vitam conseruent. Vnde Satan contra Iob in lucit, Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua, hoc est pro corporali vita sua. Et ideo ad perfectam rationem martyrii requiritur, quod aliquis realiter mortem sustineat. Et sic per alias pœnas, dolores, & tormenta, puta exiliũ, rapinam bonorũ, flagella, carceres, non sunt proprie martyres, nisi secundum quod ex his sequitur mors, sicut in D Marcello papa, qui in scalore carceris mortuus est. ideo eius martyrium Ecclesia celebrat Nec meritum martyrii est post mortem, sed in ipsa voluntaria mortis sustinẽtia, licet cõtingat quãdoq; quod aliquis post lethalia vulnera vel quascunque tribulationes cõtinuatas vsque ad mortẽ, quas a persecutoribus

2.2.q 124
Martyriũ quid sit.
Qui nõ patiũtur mortem corporalẽ nõ sunt martyres.
Act. 1.
Iob. 1.
Martyrii meritum in quo consistat.

pa.i.ur

patitur, diu viuat. In quo statu actus martyrii meritorius est etiam ipso tempore quo afflictiones patitur. Nec obstat quod D. Hiero. in sermone de assumptione D. Virginis ait, Recte dixerimus quod Dei genitrix, virgo & martyr fuit. Et D. Augu. In sermone: Inter præcipuas, Iure.n.plusquam martyr est, quæ nimio amore vulnerata testis extitit Saluatoris, & præ mœrore cruciatū sustinuit passionis. Quia prę- dictæ authoritate, & aliæ (si quæ sint similes) loquuntur de martyrio incompleto, vel per similitudinem (vt D Tho. ait) Dicitur tamen ab aliquibus, quod D. Virgo est vere martyr, quia tanta dolorū tormēta sustinuit, vt nisi fuisset specialiter præseruata mortua fuisset, vnde & aureolā martirii eidē tribuunt. Quia (vt dicunt) specialis Dei præseruatio non tollit meritum neque præmium. B 79

An D. Virgo fuerit martyr. 2.2.q.124 art.4.ad 1.

An innocētes fuerint martyres. 2.2.q.124 ar.1.ad 1.

Sequitur secundo, quod illi qui dormientes occiduntur, non sunt martyres (nisi materialiter) cum desit voluntas libera, & per consequens. Innocentes pro Christo mortui infantes, nō sunt perfecte & complete martyres, eo quod mortem voluntarie non sustinuerunt, cum non haberent vsum rationis. De his D.Tho. ait, Quidam dixerunt quod innocentibus acceleratus est vsus rationis, ita quod martyrium voluntarie perpessi sunt. Sed quia hoc per autoritatem sacræ scripturæ non probatur. Ideo melius dicendi est quod martirii gloriam (quam in aliis propria voluntas meretur) illi paruuli per dei gratiam sunt assecuti. Nam effusio sanguinis propter Christum, vicem gerit baptismatis. unde sicut in pueris baptizatis, per gratiam baptismalem meritum Christi operatur, Ita in occisis propter Christum. Vnde D. August. in quodam sermone de Epiphania, eos alloquens, ait, Ille de vestra corona dubitabit in passione pro Christo perpessa, qui etiam paruulis baptismum prodesse non existimat Christi. Non habebatis ætatem, qua in Christum passurum crederetis. Sed habebatis carnem, in qua pro Christo passuro passionem sustineretis.

1. Pet. 4.

Tertio sequitur quod qui voluntarie patitur mortem propter demerita sua, non est dicendus martyr. Vnde. 1. Pet. 4. Nemo autem vestrū patiatur quasi homicidia, aut fur, aut aliquid huiusmodi. Si autem vt Christianus non erubescat, glorificet autem deum in isto nomine. Quarto sequitur, quod mulieres quæ integritatē carnis perdunt, vel ad eam perdendam damnatur, occasione fidei Christianæ, non sunt martyres, cum ex illo facto mors non sequatur, & etiā quia non est apud homines manifestū quod hoc mulier patiatur propter fidē, vel magis pro contemptu castitatis. Ideo apud homines non redditur per hoc testimoniū sufficiens, & per cōsequēs nō habet proprie rationem martyrii, quamuis apud deum (qui corda scrutatur) possit hoc ad præmiū deputari. Vnde D. Lucia dicebat, Si me inuitam violari feceris, duplicabitur mihi castitas ad coronam. C 79

Fortis politicus moriens in bello non est martyr.

Quinto sequitur quod fortis politicus voluntarie sustinens mortē propter bonū cōmune, nō referēdo in Deum licet actū martirii exerceat, & martyr politicus possit dici, nō tamē martyr simpliciter. Quia martyr dicitur quasi testis, eo quod corporalibus passionibus suis vsque ad mortē testimoniū perhibet veritati, nō cuicūque sed veritati, quæ secūdū pietatē est, quę per Christū nobis innotuit, vnde martyres Christi dicūt quasi testes ipsius, Huiusmodi aūt veritas est fidei. Ideo cuiuslibet martyrii causa est veritas fidei, ad quam pertinet nō solum ipsa interior credulitas, sed etiam exterior protestatio, quæ non solū fit per verba, quibus aliquis cōfitetur fidē, sed etiā per facta, quibus quis se habere fidē ostēdit vt habetur Iac. 2. Per oppositū de quibusdā dicitur ad Tit. 1. Confitentur se nosse Deū, factis autem negāt. Et ideo omniū virtutū opera, secundū quod referuntur in deum, sunt protestationes quædam fidei, per quam innotescit quod Deus huiusmodi opera a nobis requirit, & nos pro eis remmunerat, Et secūdū hoc possunt esse martyrii causa. Ideo Ecclesia celebrat martyrium D. Ioan. Bap qui non pro fide, sed pro reprehensione adulterii mortem sustinuit. Vnde Christus, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Quicunque enim mortem patitur pro quocunque bono faciendo, vel quocunque malo vitando, referēdo in Deū, potest dici martyr. Quia totum hoc pertinet ad fidei protestationē. Bonum.n. humanum potest effici diuinum, si referatur in deum, & ideo quodcunque bonum humanum potest esse martyrii causa, secundum quod refertur in Deum.

Iacob. 2. Matth. 5. Quodcunque bonum humanum si referatur in deum est martyrii causa.

Ver. 2.

Ver. 2. *De Martirii Obligatione.*

D QVILIBET Christianus quantum ad præparationem animi, est obligatus *Luc. 14.*
79 ad martyrium, debet enim esse in animo sic præparatus & dispositus, vt velit potius sustinere mortem si inferatur, quàm negare fidem, uel prætermittere actum virtutis ad salutem necessarium, aut committere aliquod peccatum mortale. Et sic intelligitur illud Christi, Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem suam, & *Phil. 2.* vxorem, & filios, & fratres, adhuc & animam suam (hoc est vitam) nō potest meus esse discipulus. Hoc enim ad obedientiā Christianorum pertinet. Vnde Apostolus, Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Quo *Mat. 10.* ad executionem vero, martyrium non est sub præcepto, imò licitum est aliquando fugere, maxime imperfectis. Vnde Christus, Si uos persecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. Perfecti uero si uelint, possunt se offerre. Vnde legimus quòd multi sancti ex zelo & feruore deuotionis se obtulerunt ad martyrium, his qui parati erant *2.2.q.124* inferre mortē dicentes se pro fide Christi uelle mori, quanuis D. Thomas dicat quòd *ar. 1. ad 3.* non debet homo dare alteri occasionem iniuste agendi, sed si alius iniustè egerit, ipse moderate tolerare debet. Nec est contra perfectionem martyrii, si in aliquo casu sit de necessitate salutis, sicut D. Augustinus dicit in libro de Adulterinis Coniugiis, quòd aliquis incidit in necessitatem seruandæ continentiæ, propter absentiam vel infirmitatem vxoris.

Ver. 3. *De Martirii Perfectione.*

E QVO ad martyrii perfectionem notandum, quòd actus uirtutis duplicem habe- *2.2.q.124*
79 re potest perfectionem, vnam a uirtute a qua elicitur, siue a qua immediate procedit. & sic actus nobilioris uirtutis est perfectior, quia a nobiliori causa. Et cum iustitia sit nobilior & perfectior fortitudine, consequens est quòd secundum hunc perfectionis modum actus iustitiæ sit perfectior martyrio, quod est actus fortitudinis. *art. 3.* Tolerare enim mortem (in quo consistit actus martyrii) non est laudabile secundum se, sed solum s̄m quod ordinatur ad aliquod bonum, quod consistit in actu virtutis Vnde ille actus virtutis quū sit finis, est nobilior quia finis est potior his quæ sunt ad finē. Aliā perfectionem habet actus virtutis a primo motiuo, quod est amor, qui tanto maior ostenditur circa aliquam rem, quanto magis propter eam rem charius amatam contemnit, & rem magis odiosam diligit. Sed inter alia bona homo magis diligit vitam, & odit oppositum s. mortem, præcipue cum doloribus corporalium tormentorum, quorum metu etiam bruta animalia a maximis delectationibus abstrahuntur *In lib. 83.* (vt D. August. ait) Et ideo martyrium omnes alios actus humanos in perfectione *q. Ioan. 15.* excedit, Vnde Christus, Maiorem ac dilectionem nemo habet, quam ut ponat quis animam suam pro amicis suis. Et sic patet, quod actus martyrii elicitiue est a fortitudine & imperatiue (tanquam a principali motiuo) a charitate. Et inde est quod *2.2.q.124* vtranque virtutem manifestat. Quod autem sit meritorius hoc habet ex charitate, *art 2. ad 2.* sicut & quilibet virtutis actus. Et ideo sine charitate non prodest, iuxta illud Apost. *1. Cor. 13.* Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

Ver. 4. *De Martyrii effectu & præmio.*

F MARTYRIVM duplex meretur præmium. s. essentiale, quod in dei clara *De Veri. q.*
79 uisione consistit secundum proportionem charitatis mouentis, quæ est radix & fundamentum omnium meritorum. Et quia stat quod aliquis cōfessor per multos actus *26. ar 6.* & per longum tempus maiorem charitatem habeat quam martyr, ideo pōtest esse *ad. 8.* quod confessor maius præmium essentiale habeat in patria, quam aliquis martyr. *Præmiū essentiale.* Aliud est præmium accidentale, & istud est duplex, vnum est deletio pœnæ & reatus, quæ dicitur præmium & aureola. Et quia meritum accidentale & satisfactio *Præmium accidentale duplex.* se tenent ex parte generis operis, quod tanto maius præmium meretur, quanto in opere est maior difficultas facti uel obiecti. Cum ergo actus martyrii difficultatem habeat ex parte obiecti, & impossibile sit inuenire maiorem, sequitur quod est maxim meritorius. Ideo D. Thom. dicit quod totus, labor quem sustinet aliquis

con-

confessor longo tempore, non potest (quantum ad genus meriti) adæquari morti, quam martyr sustinet in temporis momento. Nam per mortẽ priuatur eo quod est maxime diligibile s. viuere & esse. Vnde est finis omnium terribiliũ, vt dicit Philos. Et circa eam est maxime virtus fortitudinis, & hoc patet manifeste ex hoc quòd homines diuturnis afflictionibus afflicti, horrent a morte, quasi eligentes magis pati alias afflictiones, quam mortem & ideo Philoso. dicit, quod virtuosus exponit se morti, & magis eligit unam bonã actionẽ & magnam, quã multas paruas quasi ille actus fortitudinis in sustinendo mortẽ, præpõderet multis aliis, virtuosis operationibus. & ideo quantum ad genus operis, plus meretur, quam quicũque confessor. Et hoc sequitur quod martyriũ totũ reatũ pœnæ delet. Quia si cõfessor ex multis actionibus potest mereri absolutionẽ omnis pœnæ, a fortiori mãrty. Probatur ẽt, quia reatus manet in aliquo, eo quòd non perfecte & quantũ põt, detestatur peccatum, quia potest esse tanta contritio, quòd per eam omnis pœna delebitur. vt in Magdalena, Sed martyriũ est maximus actus, quem homo habere potest, Igitur, &c. Præterea professio religionis delet oẽm reatũ pœnæ (vt D. Tho. dicit.) Rationabiliter potest dici quod per ingressum religionis quis consequatur remissionem omniũ peccatorũ. Si. n aliquibus eleemosynis factis homo potest satisfacere de peccatis, teste Daniele, Peccata tua eleemosynis redime, multo magis in satisfactione pro omnibus peccatis sufficit quòd aliquis totaliter diuinis obsequiis se mancipet per religionis ingressum, quæ excedit omne genus satisfactionis, etiam publicæ pœnitentiæ, vt habetur. 33 q. 2. c. admonere. Sicut ẽt holocaustum excedit sacrificium (vt D. Grego. dicit super Ezechielem.) Vnde legitur in Vitis patrum, quod eandem gratiam consequuntur religionem intrãtes, quam consequuntur baptizati. Sed maiorem eleemosynam dant, & in maius holocaustum se offerunt martyres, quàm religiosi in professione, ig tur, &c. Ideo D. Tho. dicit quod sicut in bapt smo aquæ liberatur homo ab omni culpa & pœna, ita in baptismo sanguinis. Dicit etiam quod deletio totalis pœnæ in martyrio, prouenit ex merito passionis Christi, cui martyres perfecte conformantur. Vnde de martyribus dicitur Apoc. 5. Lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni. Et ideo si pueri innocentes, antequam usum rõnis haberent, pro Christo occisi in suo sãguine baptizati, saluantur, a fortiori qui per liberam voluntatẽ sustinent martyrium. Et quamuis pœna illa in aliquibus non esset sufficiens de se, tamen relata ad causam (s. propter Christum) accipit efficaciam a passione Christi, vt ibidem dicit. & in tertia parte dicit quòd vniuersalis absolutio ab omni culpa & reatu pœnæ, fit in baptismo & in martyrio propter quod dicitur quòd in martyrio omnia sacramenta complentur, scilicet quantum ad plenam liberationẽ a culpa, & pœna, sicut in baptismo.

3. Ethic. — *9. Ethic.* — *Quomodo martyr magis mereatur, quam confessor.* — 2. 2. q. 183 ar. 3. ad 3. — *Remissionem omniũ peccatorum operatur religionis ingressus.* — Dan 4. — 4. sen. dist. 4 ar. 3. q. 3 ad. 1. — 3. 1. q. 68. ar. 2. ad. 2.

§. 2. *De Vitiis oppositis Fortitudini.*

FORTITVDINI opponũtur tria vitia, scilicet Timiditas Intimiditas, & Audacia & secundum Dominum Caietanum, Væcordia. Timor opponitur per excessum, similiter & audacia, per defectum verò intimiditas, & væcordia, sed de his amplius suo loco. A 80

Ver. 1. *De Timore siue Timiditate.*

TIMIDITAS est excessus timoris, Timor autem essentialiter esse passio appetitus irascibilis, qua appetitus fugit & retrahitur a malo arduo imminẽte, cui difficulter resisti potest. Et quum passiones secundum se non habeant rationem virtutis, vel vitii, nisi propter ordinationem vel deordinationem, quam habent ad rationẽ. Vnde Philosõ. dicit, Passiones non sunt laudabiles neque vituperabiles, quia non laudantur neque uituperantur qui irascuntur vel timent, sed qui circa hæc ordinate vel inordinate se habent, Consequens est quod timor tunc peccatum sit, quando est inordinatus & difformis rectæ rationi, & si excedat medium dictatum a ratione, dicitur a Philosophis Timiditas. sed recta ratio dictat aliqua esse prosequenda, & aliqua fugienda, & inter prosequenda aliqua esse magis prosequenda, quam alia, puta spiritualia temporalibus, & inter spiritualia maxime Deus, & inter temporalia potiora sũt præferenda vt vita famæ, fama bonis externis, & inter mala fugienda, aliqua B 80

2. 2. q. 125 — 2. Ethic. — *Quæ bona sunt magis prosequenda, & quæ mala sunt magis fugienda.*

aliqua esse magis fugienda quam alia, vt infamia rapinæ bonorum, mors infamiæ, & *Spiritualia*
culpa morti, & inter culpas, mortalis veniali, & inter mortales quæ maiorem ha- *semper tem*
bet deformitatem ac deordinationem. Vnde dicitur cõiter. Deo duobus bonis me- *poralibus*
lius est eligendum, & de duobus malis magus fugiendum. Ergo vbi aliquis timendo *præferenda*
deliberate fugit aliqua mala, quæ ratio dictat esse magis fugienda, quàm bona oppo- *Eccl. 34.*
sita prosequenda, non peccat, sed bene agit, Vnde sequitur quod vbi esset periculum
mortis æternę vel temporalis, debet quis plus timere & fugere mortem ęternam,
quam temporalem, & potius sustinere omnia tormenta, vel ipsam mortem corpora-
lem, quam facere vel omittere aliquid, ex quo sequitur mors æterna. Similiter vbi
esset quęstio de temporalibus vel spiritualibus amittendis, temporalia, & corporalia
sunt cõtemnẽda, inquantũ nos impediunt a spiritualibus, ab amore.s. & timore Dei.
Vnde Sap. Qui timet Deum, nihil trepidabit. Non tamen debent contemni, inquã
tum instrumentaliter iuuant nos ad diuina, & spiritualia, & generaliter in quibuscũ
C que aliis. Timor maioris mali si est ordinatus, non est peccatum, sed potius meritũ.
80 Timor vero de maiori malo, quando quis propter illud desistit a prosequutione ma-
ioris boni, & magis prosequendi, est inordinatus, & dicitur mundanus, & peccatum.
Et si propter timorem temporalium bonorum, vel mortis corporalis negligat quis
vitam æternam, vel si propter temporalia negligat mortem corporalem, vel magis ti *Mat. 10.*
meat regem terrenum quàm Deum, vt Scribæ, & Pharisæi ac etiam Pilatus. Vnde
Christus, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt oc-
cidere. Sed potius timete eum, qui potest animam, & corpus perdere in gehennam.
Et generaliter quandocunque propter timorem alicuius mali temporalis vel corpora
lis quis deliberate desistit a prosequutione boni necessarii ad salutem, venit contra
præceptum vel prohibitionem obligantem sub pœna peccati mortalis, est peccatum *Apoc. 21.*
mortale, quũ pœna æterna nõ infligatur nisi pro peccato mortali, quæ tam timidis in-
fligitur, vt D. Ioan dicit, Timidis autem & incredulis, execratis, &c. pars illorum erit
stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Si autem veniat contra præ
ceptum vel prohibitionem ex surreptione, vel desistat a bono est peccatum venia-
le. Si vero præueniat omne iudicium rationis, & in motu primò, primo nullũ est pec
catũ, cũ non sit voluntariũ Notãdũ tamen quod in peccato transgressionis vel omis-
sionis proueniente ex timore duo sunt, quorum vnũ est omissio, vel trangressio præ *Timor dimi*
cepti, & per hoc actus est malus, & sic timor non excusat a peccato. Aliud est malum *nuit pecca*
imminens quod timetur. & quia illud diminuit de voluntario, licet non totaliter tol *tum.*
lat, cũ ea quæ ex motu vel timore fiũt, sint inuoluntaria simpliciter, quia secluso illo
metu non fierẽt, sunt tamen simpliciter voluntaria. Et ideo timor excusat a tanto, si *Timor du-*
non a toto, quia peccat tali timore agens vel omittens, non tamen adeo grauiter, si- *pliciter acci-*
cut si non esse timor. *pitur.*

¶ Notãdũ præterea quod timor dupliciter accipitur. s. cõmuniter & specialiter, si-
cut & amor, a quo procedit & deriuatur. Omnis. n. timor procedit ex amore, quia nul
lus timet, nisi contrariũ eius quod amat. Amor autem non determinatur ad aliquod
genus virtutis vel vitii. Si amor ordinatus cõmuniter accipiatur inuenitur in quali-
bet virtute. Quilibet. n. virtuosus amat proprium bonum virtutis. Et amor inordi-
natus inuenitur in quodlibet peccato. Ex amore. n. inordinato procedit omnis cu-
piditas & prosecutio. Sic etiam timor inordinatus communiter acceptus, inuenitur
in omni peccato. Auarus n. timet amissionem vel defectum pecuniarum, Intempe-
ratus amissionem voluptatis, & sic de aliis. Sed timor præcipuus, est timor periculo
rum mortis, vt probatur in 3. Eth. Et ideo talis timoris in ordinatio habet specialem
rationẽ timoris, & dicitur anthonomati ce timor vel timiditas, & opponitur fortitu
dini secundum excessum (vt dicit Philos.) De timore seruili initiali, & fillali inferius *3. Ethic.*
dicetur, cum de dono timoris fiet mentio. Differentia est inter peccatum timoris; &
desperationis Quia desperatio quæ opponitur spei, est circa res diuinas, & timor cir
ca pericula mortis, quamuis timor sit principium desperationis, sicut spes est princi-
piũ audaciæ, vnde sicut ad fortem qui vtitur audacia moderata, pertinet habere spẽ

ita

ita econuerſo deſperatio ex aliquo timore procedens, eſt a forti moderanda, ſicut timor a quo procedit.

Ver. 2. *De intimiditate.*

2.2 q.126 INTIMIDITAS eſt defectus timoris debiti, ſiue parũ ſiue nihil timere ea D
quæ timenda ſunt, vbi quando, prout, & quantum oportet. Et eſt vitium fortitudini 80
oppoſitũ per defectũ quia ad fortitudinem pertinet moderari & imperare timo-
Prou. 4. ribus ordinatis. Vnde Salo. Sapiens timet, & declinat a malo, quod ſ. timet, non vt a
iuſtitia recedat, ſed nec per hoc impediatur ab operibus virtuoſis, vel quantum ad ſe,
Intimiditas unde procedit. vel profectum quem in alijs facit, Intimiditas procedit ex defectu amoris. Quod autẽ
aliquis deficiat a debito amore ſuiipſius, & præcipue vitę & bonorum temporalium,
quæ ad illam & ad vltimum finem, ordinantur, vitioſum eſt, quia contra inclinatio
nem naturalem. Nunquam tamen aliquis a tali amore totaliter decidit, quia id quod
Ephe. 5. eſt naturale, totaliter perdi non poteſt. Propter quod Apoſtolus, ait Nemo vnquã
carnem ſuam odio habuit, quando quidem & illi qui ſeipſos interimunt, hoc faciunt
amore carnis ſuæ, quam volunt a præſentibus anguſtijs liberare. Vnde contingere
poteſt quod aliquis minus quam debeat timeat mortem & alia temporalia mala, pro
pter hoc quod nimis debito diligat vitam & bona temporalia, Sed quod totaliter nõ
timeat, non poteſt ex defectu amoris contingere, ſed ex eo quod ęſtimat mala op-
poſita bonis quæ amat ſibi ſuperuenire non poſſe, quod quandoque contingit ex ſu-
perbia animi de ſe præſumentis, & alios contemnentis, ſecundum quod dicitur
Iob. 41. Iob. 41. Factus eſt vt nullum timere, omne ſublime videt. Quandoque autem ex de-
3. Eth. fectu rationis (ſicut Philoſophus dicit, Quod ſtulti propter ſtultitiam nihil timent.
Ex his ſequitur quod intimiditas eſt vitium, ſiue procedat ex defectu amoris, ſiue ex
elatione animi, ſiue ex ſtoliditate, ſiue ex ſtultitia, & defectu rõnis, Et eſt mortale,
Luc. 18. quũ non timẽtur amitti ea quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, & quum procedit, a cauſa
mortali. In his autem quæ non ſunt de neceſſitate ſalutis, ſi intimiditas procedat ex
cauſa veniali, eſt peccatũ veniale. Et ſi ſtultitia ſit inuincibili, excuſat a peccato, non
autem ſuperbia, nec defectus amoris, vnde Luc. 18. Increpatur iudex iniquus, qui
neminem timebat, nec Deum reuerebatur.

Ver. 3. *De audacia.*

2.2.q.127
2. Eth. AVDACIA eſt paſſio appetitus iraſcibilis, qua quis aggreditur periculum E
arduum imminens, propter victoriam, & eſt contraria timori, ſecundum Philoſ. 2. 8
4. Eth. Eth. Et quando audacia eſt regulata ſecundum rationem, non eſt peccatum, imo eſt
actus fortitudinis, quando vero eſt irregulata per exceſſum vel defectum, eſt vitioſa
& peccatum. Et quia ſecundum Philoſ. quædam vitia ſunt innominata, ſimiliter etiã
& quędam virtutes. Ideo opportuit quibuſdam paſſionibus vti nomine virtutum &
vitiorum, ad deſignanda nomina virtutum, vtimur paſſionibus, quæ habent bonũ pro
obiecto, vt ſpes, & amor. Sed ad vitia deſignanda vtimur paſſionibus, quorum obie-
ctum eſt malum, ſicut patet de odio, timore, ira, & audacia quæ ſunt paſſiones, ta-
men per ea deſignamus vitia, & accipimus illorum nomina pro nominibus vitiorũ.
Et ſic audacia ꝑ ſuperabundantiã dicta eſt peccatum fortitudini oppoſitum per ex
ceſſum. Sed difficultas eſt, quod erit peccatũ per defectum circa audacias, Quia ſicut
contingit nimis timere, & parum aut nihil timere, Ideo circa timores ſunt duo vitia
fortitudini contraria. Ita etiam circa audacias contingit nimis audere, & parum uel
nihil audere. D. Caietanus dicit quod vęcordia poteſt poni vitium per defectũ, acci-
piendo vę pro ſine, vt ſit ſenſus, Vęcors. hoc eſt, ſine corde. Et inde uæcordia. D.
Tho. tamen Philoſophum ſequutus, non ponit niſi audaciam per exceſſum, & timidi
tatem per defectum. Quia parum uel nihil audere in aggrediendo aduerſarium, pro
uenit ex ſola concomitantia timoris, vt in pluribus, vel etiam ex deſperatione, vel
defectu ſpei, ut in paucioribus. Quia ſicut ſpes cauſat audaciam, ita defectus ſpei
vel deſperatio cauſat defectum audaciæ. Sed ex his, quæ ſunt ex ſola concomi-
tantia, non eſt propria ars, & propria idea, nec proprium generans, & per conſequẽs
nec proprium vitium aſſignatur, ſicut patet de ſubiecto & propria paſſione. Auda-
cia

tia(secundum D. Caiet. in Summula) si sit pura, est communiter peccatum veniale, sicut immoderata iracundia, & immoderatus timor, quia non contrariantur charitati, sed sunt exorbitantia a recta regula rationis Si vero sit mixta cum arrogantia aut aliis peccatis, secundum mixtionem iudicandum est de illa. Alii communiter dicunt, quod si ex audacia sequatur aliquod periculum animæ, & corporis, vel aliquod notabile damnum, est peccatum mortale, secus si sequeretur aliquod paruum malum, quia tunc esset veniale. *Audacia quale peccatum est.*

§ 3. De Magnanimitate.

F 81 MAGNANIMITAS (Quæ a Cicerone Fiducia dicitur) ex suo nomine importat extensionem animi ad magna. Aliquis autem actus potest dici magnus dupliciter, primò secundum proportionem, & est actus quo quis optime atque mirabiliter in re parua, vel mediocri operatur. Secundò simpliciter & absolute, & est actus qui consistit in optimo vsu maximarum rerum, quæ in vsum hominum veniunt. Inter ea autem quę in vsum veniunt hominum, maximum est honor, cuius signum est quia homines propter honorem consequendum, & vituperium vitandum, omnia alia postponunt. Ideo sicut aliquis dicitur fortis ex his quæ sunt difficilia simpliciter, vt pericula mortis, sic ille dicitur magnanimus ex his quæ sunt magna simpliciter. & per cōsequēs Magnanimitas est extensio animi, siue qua extēditur animus ad ea, quæ sunt magna simpliciter, hoc est, circa magnos honores. Vnde Phil dicit, quod magnanimitas est circa honores & inhonorationes dicit etiam, quod est circa honores magnos, siue ad ea, quæ sunt magno honore digna. Quia qui pñt moderari appetitui circa magna, possunt moderari circa parua, sed non econtra. Et quia honor est præmium cuiuslibet virtutis, ex consequenti magnanimitas, ratione obiecti quod est honor, respicit omnes virtutes. Et quamuis honor non sit passio, est tamen alicuius passionis (puta spei) obiectum, huius actum magnanimitas moderatur, ne quis nimis apprecietur, aut indebite prosequatur, neque contemnat honores, sic quod desistat facere, ea quæ sunt honores digna, vel faciat ea, quæ sunt honori contraria. Non curare tamen de honoribus mundi (dummodo quis non faciat, quæ sunt honori contraria, nec desinat facere ea, quæ sunt honore digna) non est vitiosum, sed virtuosum & ad humilitatem pertinet. Nec aduersantur inter se magnanimitas & humilitas, quāuis differāt ab inuicem. Ad cuius euidentiam notandum quod in homine inuenitur aliquid magnum ex dono Dei, & aliquis defectus, qui competit ei ex infirmitate naturæ magnanimitas facit quod homo se magis dignificet secundum considerationem donorum, quæ possidet ex Deo, sicut si habet magnam virtutem animi, magnanimitas facit non quod superbiat, sed quod ad perfecta virtutis opera tendat. Et similiter dicendum est de vsu cuiuslibet alterius boni, puta scientiæ vel exterioris fortunæ: Humilitas autem facit quod homo seipsum paruipendat secundum considerationem proprii defectus. Similiter magnanimitas contemnit alios ad hunc sensum, quia non eos tantum appreciatur, vt pro eis aliquod indecens faciat, & non honorat illos, eo quod non sunt digni honore, quia deficiunt a donis Dei, aut nō bene vtuntur. Sed humilitas alios honorat, & superiores æstimat, inquantum aliquid inspicit in eis de donis dei. Vnde de viro iusto dicit Psal. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, quod pertinet ad contemptum magnanimi. Timentes autem Deum honorificat quod pertinet ad officium humilis. Et sic patet quod magnanimitas & humilitas non sunt contraria, quamuis in contraria tendere videantur quia procedunt secundum diuersas considerationes.

2. 2. q. 129 Actus potest dici magnus dupliciter. *4 Ethic.* *Magnanimitas est circa magnos honores.* *Non curare honores an sit vitiosum:* *Magnanimitas non aduersatur humilitati*

Ver. I. De Conditionibus Magnanimi.

A 81 AD Magnanimum vt magnanimus est pertinet decem conditiones, secundum Phil. Prima, quod motus eius sit lētus & tardus, eo quod solum intendit ad magna, quæ pauca sunt. Velocitas enim prouenit ex eo, quod homo ad multa intendit, quæ explere festinat. Secunda quod homo habeat vocem grauem. Tertia, quod grauiter & stabiliter loquatur, & non acute neque velociter. Acuitas enim & velocitas vocis *4. Ethic. Decem conditiones magnanimi.*

Q ad

ad eos pertinet, qui de quibuslibet contendere volunt, vt aduocati. Magnanimus autem (vt dictũ est) solũ se interponit de magnis, quæ pauca sunt. Huiusmodi tres conditiones se tenent ex parte corporis, & conueniunt magnanimis secundum modum affectionis eorum. Has dispositiones videmus in his qui sunt naturaliter dispositi ad magnanimitatem. Quarta, quod sit immemor beneficiorum. Non quod obliuiscatur, quia illud ad ingratitudinem pertinet, sed quo ad hoc quod non sit illi delectabile accipere ab aliquibus beneficia quin eis maiora recompenset, quod pertinet ad perfectionem gratitudinis. In cuius actu etiam vult excellere sicut & in actibus aliarum virtutum. Quinta quod sit otiosus & tardus, non quod deficiat ab operando ea quæ sibi conueniunt, sed quia non ingerit se quibuscunque operibus sibi conuenientibus, & circa quæ vocare posset, sed solum magnis, qualia decent eum. Sexta, quod vtatur ironia, non secundum quod apponitur veritati, vt scilicet de se magna quæ habet in se, dicat sed quod non totã suam magnitudinẽ seu magnanimitatem demonstret maxime quantum ad inferiorum multitudinem. Quia (sicut Phi. dicit,) Ad magnanimum pertinet magnum esse ad eos qui in dignitate & bonis fortunæ magni sunt ad medios autem moderatum. Septima quod non possit conuiuere aliis, scilicet familiariter, nisi ad aliquos, quia vita adulationem, & simulationem, quæ, ad prauitatem pertinet. Conuiuit tamen omnibus & magnis & paruis, secundum quod oportet. Octaua, quod magis possideat infructuosa, eo quod magis tendit ad honesta bona, nam in omnibus præponit honesta bona vtilibus, tanquam maiora. Vtilia enim quæruntur ad subueniendum alicui defectui, qui magnanimitati repugnat. Nona, quod nullo indigeat, quia hoc deficientis est. Hoc tamen intelligendum est secundum modum humanum. Vnde addit, vel vix, hoc enim est supra hominem, vt omnino nullo indigeat. Indiget enim primò diuino auxilio, secundo, auxilio humano. est enim naturalis & animal sociale, eo quod sibi non sufficiat ad vitam. Tertio, quod habeat fiduciam de aliis, cum hoc ad excellentiam hominis pertineat, quod habeat alios in promptu, qui possunt illum inducere. Item habet fiduciam de se ipso, inquantum aliquid potest. Decima, quod bona fortunæ. Nam bona fortunæ conferunt & sunt adiumento in animo. Quia per diuitias, potentias, & amicos, datur facultas operandi magna Et quia hominum multitudo (ad quam pertinet honorem exhibere) maxima reputat huiusmodi exteriora bona fortunę (quæ tamẽ magnanimus contemnit, inquantũ non reputat illa magna, pro quibus debeat aliquid facere.) Ideo de eis (si adsint) non multum gaudet vel extollitur, nec in eorum amissione multum deiicitur siue tristatur. Vnde Phil. dicit quod magnanimus in infortuniis non est tristis.

Magnanimus quibus eget.

§. 4. *De Vitiis oppositis Magnanimitati.*

B

MAGNANIMITATI Opponuntur quatuor vitia, scilicet Præsumptio 82 Ambitio, Inanis gloria, & Pusillanimitas.

Ver. 1. *De præsumptione sumpta ciuiliter.*

PRAESVMPTIO Accipi potest dupliciter, Vno modo ciuiliter & iuridice, erga aliud a se. Alio modo theologice, erga seipsum. Primo modo accipiendo Præ 82 sumptio est triplex, quædam iuris tantum quædam iuris & de iure, quædam hominis. Præsumptio iuris tantum est, quando ius super dubio & verisimili præsumit aliquid. & hæc est triplex, prima est naturæ, vt si quis exhæredauerit filium suum præsumitur iniuste exhæredasse, quia est contra naturam. Quia (vt habetur. 2. Cor. 12.) Parentes debent filiis thesaurizare. Ideo hæredi incumbit onus probandi iustam causam exhæredationis, vt in autem, non liceat. C. De in offi testa. Secunda est facti præcedentis ad futura, vt si quis caluminose accusauerit aliquem, & iterum velit accusare, præsumitur iterum velle calumniari. vt in c placuit. 3. q. 10. & in l. si cui. § ibi dem. ff de accusat. Vnde dicitur. Qui semel malus, semper præsumitur esse malus 82 in eodem genere mali. Tertia est facti subsequentis circa præterita, vt si aliqui fuerint accusati de adulterio, quod repellebant prætextu consanguinitatis. si postea

C

D

Præsũptio secũdum iura triplex. 2. Cor. 12. Semel malus quomodo præsumitur esse malus.

se

se coniungant in matrimonium, præsumitur facinus, ut in l.si qui adulteri. C.de adulte. & similiter est præsumptio iuris, si vir diu quo habitauerit cũ vxore, præsumitur quòd fuerit a viro cognita, vt habetur in cap. dixit dominus. 32.q 1.& contra has præsumptiones iuris admittitur probatio, vt habetur in ca.proposuisti extra de præsumpt. vbi puella quæ diu cohabitauerat cum viro, admissa fuit ad probandam virginitatem testimonio septem matronarum, quæ eam esse virginem iurauerunt. præsumptio iuris & de iure est, quando ius super aliquo præsumit & disponit, quod contrarium non admittatur, vt quòd mulier quæ dotem dedit viro, stipulata fuerit, super redittione dotis, casu adueniente, vt in l.vnica.§.1.C.de rei vxo.act.præsumptio hominis, quando contra aliquem hominem præsumitur, est triplex, quædam est violentia quædam probabilis, quædam temeraria. præsumptio uiolenta est ex signis euidentibus & manifestis, ac naturaliter indicantibus factum. & ex illa potest fieri iudicium vt habetur in cap afferte.extra de præsumptionibus, prout tulit Salomon iudicium de infante viuo. Præsumptio probabilis est, quæ oritur ex coniecturis dubiis, tamen verisimilibus, & hæc dicitur apud Theologos suspicio. Et hæc non sufficit ad condemnationem, quia in criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariores, in l.fi. C.de probationibus,& in cap.Epiphanium 5. quæst.6.præsumptio temeraria est, quæ consurgit ex malitia hominum, ex factis, vel signis dubiis, quæ possunt in bonum, & in malum interpretari. Dubia enim sunt in meliorem partem interpretanda. 3. Reg.3.

Ver.2. *De Præsumptione Theologica.*

E PRÆSVMPTIO Theologica,& erga seipsum, dupliciter accipitur, primò 2. 2.q.20.
81 pro præsumptione, qua aliquis inordinate innititur misericordiæ vel potentiæ diuinæ, quia sperat veniam peccatorum obtinere sine pœnitentia, vt neoterici hæretici, qui se sola fide iustificandos arbitrantur. vel qua sperat gloriam absque meritis, vt Lucifer cum complicibus suis. Hæc præsumptio est peccatum oppositum spei theologicæ per excessum, procedens ex superbia, & contrariatur desperationi, & est species peccati in spiritum sanctum, vtpote contemnens auxiliũ spiritus sancti ad pœnitendum, vel merendum, & est peccatum mortale, vtpote derogans diuinæ dispositioni. Quia decretum est non dari gloriam sine merito, neque veniam sine pœnitentia, iuxta illud Apostoli. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit, & Luc.13. Nisi pœnitentiam egeritis, oẽs simul peribitis. Secundo præsumptio accipitur vt opponitur virtuti fortitudinis, & qua quis tentat agere aliquid vt sibi possibile, quod tamen excedit virtutem suam, vt si ignorans scientiam medicinæ, præsumat medicare, vel inscius alicuius doctrinæ præsumat docere, aut inscius sacrarum literarum, præsumat eas interpretari, prædicare, aut confessiones audire, vel curam animarum accipere, vel exercere aliquid, ad quod exercendum non est deputatus, vt si diaconus præsumat dicere missam, & qui non est iudex, vel si iudex, laicus, præsumat clericum iudicare. vel si quis cum peccato mortali præsumat se admiscere sacramentis. Talis præsumptio procedit ex inani gloria, & est peccatum oppositum magnanimitati, & circa spiritualia & valde ardua Et in quibus est periculum de damno notabili, est peccatum mortale, quia contra naturalem & diuinitus institutum ordinem facit. Nullum enim agens naturale, siue animatum siue inanimatum, nititur ad aliquid quod excedit suam virtutem naturalem. Circa actus autem, in quibus paruum sequitur damnum, est veniale peccatum, Tentare tamen virtutem siue vires suas ad bonum finem, absque cuiuscunque incommodo non est peccatum, alias nunquam liceret prædicare, aut confessiones audire.

Præsũptio theologica dupliciter accipitur.

2:Timot.2

2.2.q.130. Ambitio et præsumptio quomodo differunt: Appetitus dignitatis quot modis fit inordinatus.

Ver.3. *De Ambitione.*

F AMBITIO est appetitus inordinatus, honoris. Et quia in dignitate constitu-
81 tis debetur honor, constat inordinatum appetitum dignitatum ad ambitionem pertinere. Si quis autem appeteret dignitatem non ratione honoris, sed propter debitum dignitatis vsum, suam facultatem excedentem, non esset ambitiosus, sed præsumptuosus. Si vero propter fructus, aut prouentus esset cupidus & auarus, Appetitus hono-

honoris est inordinatus quintupliciter. Primo, quando homo appetit honorem de excellentia quam non habet, & hoc est appetere honorem supra suam proportionem. Secundo, quando appetit honorem de re quæ est digna vituperio, vt peccatum. Tertio, quando appetit honorem de rebus quæ non sunt dignæ honore, vt sunt caduca & temporalia. Quarto, quando homo appetit honorem non referendo in Deū, quo habet excellentiam, ratione cuius honoratur. Honor enim principaliter debetur Deo, cuius est excellentia, & non homini, qui eam accipit. Ideo debet referre in Deum, tanquam in excellentiæ authorē. Quinto, quando appetitus hominis quiescit, & finem constituit in honore, non referens honorem ad Deum, uel ad vtilitatem aliorum. Est autem peccatum mortale, quando quis vult honorari propter crimen aliquod præcipue mortale, vel ratione finis, quando, s. constituit vltimum finem in honore, vtputa si ad consequendum honorem nō curat quis offendere Deum mortaliter. sicut si vult haberi sicut Deus, vel præferri aliis, quibus non est præferendus, in distributionibus communium bonorum vel dignitatum. vel vult ob honorem, quodcunque aliud mortale scelus perpetrare, vel honorem desiderat, ad aliquod scelus perpetrandum, puta tyrannide, vel vindictam vel medio indebito & mortaliter prohibito appetit peruenire ad honorem, puta per simoniam vel violentiam, In aliis autē, casibus est vt in pluribus peccatum ueniale.

Ambitio quando est peccatum.

Ver. 4. *De Appetitu Officiorum, aut Beneficiorum.*

ADVERTENDVM quòd quanuis non sit licitum alicui appetere dignitates temporales, seu officia temporalia, ad quorum exercitium non est sufficiens, & multo minus emere, Tamen licitum est appetere dignitates, & officia temporalia, quæ non excedunt suam virtutem, dummodo bono fine & debitis mediis ac circunstantiis id fiat, eo quod aliquis scire potest se esse capacem & sufficientem ad illorum exercitium siue executionem. hoc enim pertinet ad magnanimitatem, vt qui longo tempore studuit & legit in facultate legali, potest appetere cathedram siue regentiam legalem. Et qui expertus fuit in regimine politico, & bene rexit, potest regimen politicum appetere, dummodo propter bonum commune principaliter appetat, & debito modo ac aliis circunstantiis. Et ex consequenti potest appetere honorem, prouentus, & stipendia illa annexa. Et eadem ratione dicendum est in spiritualibus & Ecclesiasticis. Doctus n. & expertus Theologus potest cathedram theologalem appetere, & bonus atque expertus cantor, cantoriam, & clericus debite qualificatus, canonicatum & præbendam, cum possint scire se sufficientes. & idoneos ad illorum officiorum executionem. Et idem dicendum est de aliis officiis & beneficiis ecclesiasticis de quorum idonea & sufficienti executione potest quis esse certus. Verum alia officia seu beneficia, ad quorum idoneum exercitium & sufficientem executionem aliquis non potest se scire capacem non licet appetere, imo appetitus ille videtur esse mortalis, vt puta si aliquis regimen animarum (quod ad debitum exercitium requirit gratiam, iuxta illud Leuiti. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum) appetat. Quia nemo potest scire se habere gratiam dei, iuxta illud eccle 9. Nemo scit in amore vel odio dignus sit, & 1. Cor. 4. Nihil mihi cōscius sū, sed in hoc iustificatus non sum. & Psal. Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me domine, & Iob. 9. Si simplex fuero, hoc ipsum ignorat anima mea & ideo appetens officium vel beneficium habens curam animarum, vel administrationem sacramentorum annexam peccat, quia nimis præsumit de seipso. & si propter honorem annexū illa appetat, est ambitiosus. Si uero propter prouentus est cupidus & auarus. & de his intelligebat Apostolus quum dicebat. Nec quisquam sibi sumat honorem, sed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron, Nec obstat quod dicit Apostolus. Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, Quia Apostolus loquebatur de perfectione ad episcopū requisita, non de primatu aut prouentu, Nam statim subdit, Oportet episcopū irreprehensibilem esse, &c. Episcopatus enim nomen est, operis & non honoris. Vnde postquam dixit, qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, vel (sicut D. Grego. in pastorali dicit.) In illo tempore bonum erat episcopatum quærere, quando

Quæ officia et beneficia appetere licet. A 82 — B 82

Quæ officia & beneficia appetere non licet. Leui. 19. & 20. Eccl. 9. 1. Cor. 4. Psal. 18 Iob. 9. 2. 2. q. 186 art. 1. Heb. 5. 1. Timot. 3 — C 82

quando per hunc dubium non erat quenque ad supplicia grauiora peruenire. Quia de facili non inueniebatur qui hoc onus assumeret. sed appetere propter primatum, ad ambitionem pertinet, quapropter illicitum est. Vnde & Dominus duobus discipulis primatum petentibus, dixit. Nescitis quid petatis. & quū præficeret Petrum, interrogauit eū ter Petre, amas me? Et Petrus respondit, Tu scis Domine. & licet ab initio dixerit: Tu scis Domine, quia amo te, quia ita arbitrabatur, tamen secundo & tertio non est ausus affirmare, quia non erat certus de qualitate requisita. Matth. 20 Ioan 21.

Ver. 5. *De Inani gloria.*

D INANIS Gloria vitium est magnanimitati oppositum per excessum, secun-
82 dum Ciceronem inquientem, Cauenda est autem gloriæ cupiditas, eripit enim animi libertatem, pro qua magnanimis viris omnis, debet esse contentio. Et quanuis inanis gloriæ cupiditas secundum rei veritatem deficiat a magnanimo, quia videlicet gloriatur in his quæ magnanimus parua æstimat, consyderando tamen æstimationem eius opponitur magnanimo per excessum, quia scilicet gloriam quam appetit, æstimat aliquid magnum, & appetit supra suam dignitatem. Ideo excedit in æstimatione. Ad huius vitii intelligentiam aduertenda est differentia inter famam, laudem, honorem & gloriam. Fama est communis opinio vel æstimatio de aliquo, ex coniecturis verisimilibus proueniens, & sic ad famam (quantum ad iuris effectum, seu ad hoc quòd quis dicatur famatus) quatuor requiruntur. Primò credulitas & opinio communis. Secundò, quòd sit ex coniecturis probabilibus. Tertiò quod voce manifestetur. Quarto, quod ab omnibus vel maiori parte. Et differt a rumore, qui est ab incerto authore, & absque credulitate, sine æstimatione nec à maiori parte. Fama se habet ad bonum & ad malum. Vnde & famosum & insignem latronem dicimus quanuis fama in malum, propriè dicatur infamia. Laus verò est loquutio de aliquo cū approbatione, & sic minus generalis est quam fama. Quia fama non importat approbationem, sicut laus quæ semper in bonum dicitur, nec requirit multorum opinionem. Honor autem est signum aliquod exterius in testimonium virtutis aut excellentię. Gloria vero est effectus famæ, honoris, laudis, & secundum Ciceronem in Rhetoricis, Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. Ex hoc enim quòd aliquis laudatur & honoratur, redditur clarus in oculis aliorum. Et secundum diuum Ambr. Gloria est clara cum laude notitiam. Et secundum D. Aug super Ioannem, Gloria claritatem quādam significat. Vnde Gloriari est clarificari & manifestari. Claritas enim & decor quandam manifestationem habent. Vnde Ephe. 5. Omne quod manifestatur, lumen est, Ideo gloria est manifestatio alicuius de aliquo, quod apud homines decorum siue laude dignum esse videtur, & hoc siue illud sit bonum tēporale, corporale, vel spirituale. Et quia illud quod simpliciter est clarum, a multis conspici potest & remotis; Ideo gloria, proprie loquendo, significat quod aliquid decorum & laude dignum de aliquo deueniat in multorum notitiam & approbationem, secundum quod Salustius dicit in Catilinario, Gloriari ad vnum non est. Largius tamen accipiendo gloriam, non solum est in cognitione & approbatione multitudinis, sed etiam in cognitione paucorum, aut vnius, aut simplsius. Hic suppositis notandæ sunt quatuor conclusiones. Prima conclusio, Quod licitum est vnicuique appetere gloriā ordinatā. Quia vnicuique licitum est appetere bonum suum, ad bonum finem, medio debito, cum circunstantiis requisitis. Sed gloria ordinata, est bonum hominis, & inter exteriora & temporalia maximum, igitur licitum est eam appetere. Præterea aliqui prouocantur ad virtutum opera ex appetitu gloriæ humanæ, sicut ex appetitu aliorum terrenorum bonorum. & ideo vniuersitates fundatæ videntur, quanuis, vt D. Augustinus probat. 5. de Ciu. Dei. Non est vere virtuosus qui opera virtutum propter humanam gloriam operatur, ibi insistendo. Quod autem liceat vnicuique appetere approbari ab aliis apparet ex Apost. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est vt sciamus quæ a deo donata sunt nobis. Quod autem liceat appetere bonum nostrum ab aliis approbari, apparet ex

2. 2. q. 132. 1. de Off.

Fama, laus, honor et gloria quō differant.

Ad famā quatuor requiruntur.

Laus quid sit.

Honor quid sit.

Gloria quid sit.

Eph. 5.

Quando liceat honores appetere.

5 de Ciui. Dei.

1. Cor. 10

Matth. 5.

Eccl.4. illo Mat.5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videantur opera vesta bona, & Rom.12. glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Et Eccle.4. Curam habe de bono nomine. Et Ro.12 Prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Sicut enim Deus gloriam suam non quærit propter se, sed propter nos, sic homo potest ad aliorum vtilitatem gloriam suam appetere, ac etiam propter gloriam Psal.4. Dei sed non propter se. ¶ Secunda conclusio, Appetere gloriam inordinatam seu inordinate, est peccatum. Quia omne quod est contra bonum & ordinem rationis, peccatum est, sed gloria inordinata siue inanis. aut vana, est huiusmodi, igitur, &c. Quo circa Psal. tales increpat, dicens, vt quid diligitis vanitatem, &c. Gloria dici tur inanis & vana: triplicitur. Gloria autem dicitur vana siue inanis, tripliciter. Primo ex parte rei, qua quis gloriam quærit, vt puta qui quis quærit gloriam de eo quod non est, vel de aliqua re fragili & caduca, vel de re quę est digna vituperio, vt de peccato. Secundo ex parte eius a quo quis quærit gloriam Psal.83. puta hominis cuius iudicium incertum est, quia appetere gloriam & approbationem a Deo non est illicitum, quum ad eum pertineat illam dare, iuxta illud Psal. Gratiam & gloriam dabit Dominus, Gloria enim, quæ datur a Deo, non est vana, sed vera. & talis repromittitur bonis operibus in præmium. Et ideo D. Pau. Qui gloriatur, in domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem 2.Cor.10. Deus commendat. Tertio ex parte ipsius qui gloriam appetit, quia scilicet appetitum gloriæ suæ non refert in debitum finem, puta ad honorem Dei, & proximi salutem vel in ea constituit vltimum finem. E 82

¶ tertia conclusio, Inanis gloria est peccatum mortale, quando charitati, & amori Dei vel promixi contrariatur hoc autem cõtingit quinque modis. Primo quando præ Inanis gloria quinque modis ē peccatum mortale. ponit se Deo iuxta illud Eze.28 Eleuatum est cor tuum. dixisti Deus ego sum, Contra tales. 1. Cor.4. dicitur. Quid habes quod non accepisti? aut quid gloriaris quasi non acceperis? Secundo quum quis aliquod bonum temporale præfert Deo, iuxta illud Hiere.9. Non glorietur sapiens in sapientia sua nec fortis in fortitudine sua, nec Hier.9. diues in diuitiis suis sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire aut nosse me. Tertio ratione materiæ quum de aliquo peccato mortali, iuxta illud Prou.2. Lætantur quum malefecerint, & exultant in rebus pessimus. Quarto quum quis præfert testimonium hominum testimonio Dei contra quos dicitur Ioan.12. Qui dilexerunt magis gloriam homiuum quam dei. Quinto ratione finis, quando constituit gloriam vltimum finem, hoc est, quando pro ea consequenda aliquid facit vel omittit contra præcepta Prou.2. Dei. Vnde Ioan.5. Quomodo potestis credere. gloriam ab inuicem expectantes, & Ioan.12. gloriam quæ a solo Deo est, non querentes? Ex hoc sequitur quòd quando inanis gloria ordinatur in notabile detrimentum proximi, est peccatum mortale.

¶ Quarta conclusio, Inanis gloria quæ non contrariatur charitati (vt in aliis casibus) est peccatum veniale, periculosum tamen, non propter sui grauitatem, & quia est dispositio ad grauia peccata, quia per vanam gloriam redditur homo præsumptuosus, & nimis de seipso confidens & sic paulatim disponit quod priuetur interioribus bonis, & inducatur ad multa mala.

Ver.6. *De Eminentia Inanis Gloriæ Super alia Vitia.*

DIVVS Greg.31. Mora ponit superbiam reginam omnium vitiorum, & inanē F
2.2.q.132 art.4. gloriam tanquam ab ea procedentem, vitium capitale. Quia superbia (vt inferius dicetur) importat inordinatum appetitum excellentiæ. Sed cum homo in omni bono quod inordinatæ appetit, quandam perfectionem & excellentiam consequi arbitretur ideo finis omnium vitiorum ordinatur in finem superbiæ, & per consequens superbia habet quandam causalitatem super omnia alia vitia Ideo non debet computari inter alia specialia vitiorum principia, quæ dicuntur capitalia, Sed inter excellentias excellentia gloriæ est potior, ideo inanis gloria est vitium propinquius superbiæ, Inanis gloria est prima filia superbiæ. ex cuius appetitu multa vitia oriuntur. 82

Ver. 7. *De Filiabus inanis gloriæ.*

A EX INANI gloria nouem oriuntur vitia, quæ filiæ vanæ seu inanis gloriæ di- 2.2.q.132 ar. 1. 31. Mor.
83 cuntur a D. Gregorio, s. iactantia, irònia, præsumptio nouitatum, simulatio, hypo- *Filiæ inanis gloriæ*
crisis, pertinacia, discordia, contentio, & inobedientia. Et potest sic deduci, Il- *nouem.*
la vitia quæ de se nata sunt ordinari in finem alicuius vitii capitalis dicuntur filiæ eius. Sed hæc vitia sunt huiusmodi, igitur minor patet, Quia finis inanis gloriæ est manifestatio propriæ excellentiæ, ad quam potest homo tendere dupliciter; primo directe siue per verba siue per facta. Per verba dupliciter, primo se ex tollen.o, & sic est iactantia. 2. de se vitia, quæ in se non recognoscit, dicendo, & sic est ironia. Per facta tripliciter. Primo per facta vera aliquam admirationem habentia, & sic est præsumptio nouitatum, quas solent homines magis admirari. Secundo per falsa facta in temporalibus, & sic est simulatio Tertio per falsa facta in spiritualibus, & sic est hypocrisis Alio modo nititur quis manifestare excellentiam suam in directe ostendendo se non esse minorē, & hoc quadrupliciter. Primo quidem quantum ad intellectum & sic est pertinacia, per quā homo nimis innititur suæ sententię, volens acquiescere saniori. Secūdo quantum ad voluntatem, & sic est discordia, quum non vult a propria voluntate discedere, vt aliis concordet. Tertio quantum ad locutionem & sic est contentio, quū aliquis clamorosè contra aliū litigat. Quarto quantum ad factum, & sic est inobedientia, dum aliquis non vult parere superiorum mandatis & præceptis.

Ver. 8. *De Pusillanimitate.*

B PVSILLANIMITAS est deiectio, & paruitas animi, quibus homo retra-
83 hit se a magnis honoribus, quibus dignus est, & a magnis operibus suam facultatem 2.2.q.133
non excedentibus Et opponitur magnanimitati per defectum, sicut præsumptio per excessum, Quod autem sit peccatum patet, quia omne quod contrariatur inclinationi naturali, peccatum est, quum cōtrarietur legi naturę & ordini a Deo indito, sed pusillanimitas est huiusmodi, igitur, &c. Minor patet. Quia vnicuique rei indita est inclinatio ad exequendum actionem commensuratam suæ potentiæ, vt patet in omnibus rebus naturalibus tam animatis, quam inanimatis. Sed pusillanimis deficit a proportione suæ potentiæ, dum recusat in id tendere quod est suæ potentiæ commensuratum ideo agit contra inclinationem naturæ Et inde est, quod seruus qui acceptam domini sui pecuniam fodit in terram, nec operatus est in ea, propter pusillanimitatem siue timorem deficiendi, punitur a Domino. sicuti habetur Matth 25. & Luc. 19. Vnde dicit D. Grego. in pastorali. Quod illi qui prodesse proximorum vtilitati in predicatione refugiunt, si districte iudicentur, ex tantis rei sunt, ex quantis venientes in publicum prodesse potuerunt. Et D. Hiero. in Epistola ad Paulinum, ca. 3 Sancta quippe rusticitas solum sibi prodest, & quantum ædificat ex vitæ merito, tantum nocet, si destruentibus non resistat, Hoc vitium procedit ex ignorantia propriæ conditionis & virtutis, & ex timore deficiendi in his quæ faciliter existimat excedere suam facultatē. quę non excusant, sed accusant, quum sit ignorantia crassa, proueniens ex negligentia discutiendi propriam virtutem, & amplicandi potentiam ad operationem. Peccatum hoc est grauius præsumptione, vt pote magis contrarium & dissimile virtuti magnanimitatis. Est autem peccatum mortale, quando retrahit a magnis quæ sunt de necessitate salutis, vt si quis ex timore peccandi post baptismum, vel pœnitentiam, aut communionem, nollet baptizari pœnitere, aut communicare, vel in casu, in quo quis ex timore deficiendi nollet præceptum sibi officium pastorale acceptare. Quando vero retrahit ab aliis vtilibus, quæ non sunt de necessitate salutis, est veniale, & circa spiritualia, valde graue, & tanto periculosius, quanto sub prætextu & specie humilitatis detinens animū, imbibitur, radicatur, & perseuerat.

Pusillanimitas est grauius peccatum præsumptione

2.2 q.134 §. 5. *De Magnificentia.*

MAGNIFICENTIA est virtus inclinans aliquem ad moderate agendũ aliquod opus magnum factibile, præcipue ad honorem dei vel communitatis, & ex ponendum ad hoc proportionatos sumptus & expensas. Notandum tamen quod licet magnum (circa quod magnificentia uersatur) videatur esse aliquod extremum, cõsiderata quantitate eius, veruntamen secundum quod magnum comparatur ad rationem quæ moderatur, & determinat magnitudinem, secundum quòd oportet, dicitur quoddam medium cui potest fieri additio & diminutio. Et sic magnificentia consistit in medio, sicut & cæteræ virtutes morales. Per hoc autem quòd magnificentia est circa magnum, differt a liberalitate siue beneficentia, quæ versatur circa communem vsum pecuniæ, & est in appetitu concupiscibili. Magnificentia uero circa magnum vsum pecuniæ, qui habet difficultatem ex magnitudine rei, & ideo ponitur in irascibili, quæ vis est propugnaculum concupiscibilis, & inde est quod magnificentia præsupponit liberalitatem, sed non econuerso qui enim nescit moderari communem vsum pecuniarum, non poterit bene moderari magnum vsum circa magna & ardua, tamen qui scit & potest moderari magnum vsum circa ardua, moderabitur communem vsum circa mediocria. Ex quo sequitur, quòd omnis magnificus est liberalis, sed non omnis liberalis est magnificus, licet sit dispositus ad magnificentiam. Est & alia diuersitas, quia aliter se habet liberalis ad vsum pecuniæ, & aliter magnificus. Quia liberalis directe & primo respicit communem vsum pecuniæ. Magnificus autem directe & primo respicit magnum opus factibile, & ex consequenti, sumptus proportionatos, quos oportet esse magnos secundum magnitudinem operis. Vnde dicit Philo quòd magnificus ab æquali (hoc est, a proportionato sumptu) opus facit magis magnificum. Et quia communis vsus pecuniarum est circa particulares personas, quæ videntur parua in comparatione ad aliquid quod conuenit rebus diuinis aut communibus, ideo magnificus non intendit principaliter facere sumptus in his quæ pertinent ad personam suam. non quòd bonum suum non quærat, sed quia non est magnum. Si quid tamen in his quæ ad ipsum pertinent magnitudinem habeat, etiam magnificus magnifice prosequitur, sicut ea quæ semel vel raro fiunt, vt nuptiæ, vel conuiuia, vel aliquid huiusmodi, vel etiam ea quæ sunt permanentia. Et sic ad magnificum pertinet præparare conuenientem habitationem cum conuenientibus recreationibus, vt phil. dicit, pertinet etiam dare dona, & munera, non sub ratione doni, sed sub ratione sumptus ordinati ad aliquod opus faciendum, puta ad honorandum aliquem, vel ad satisfaciendum aliquid, vnde proueniat honor toti communitati. Sicut cum facit aliquid circa quod tota ciuitas studet, vt in receptione Principis, Et cum magnificus intendat magnum opus facere & non sit maius opus circa opera humana, quam honor Dei, eo quod digniorem, & excellentiorem habeat finem, sequitur quod magnificus magnum opus facit, præcipue circa honorem Dei, Vnde Philo. in 4. Ethic. dicit, quòd honorabiles sumptus sunt maxime qui pertinent ad diuina sacrificia, templa, vasa, atque indumenta, & ministrorum multitudinem, atque grauitatem, prout Salomon egit, vt habetur in 3. Reg. & 2. paral. 9. Et Romani in Pantheo, & principes Christiani in templis magnificis. Et ideo magnificentia coniungitur sanctitati, quia præcipuus effectus ad sanctitatem ordinatur. Notandum etiam quòd cum principalior actus virtutis sit interior electio, & eam virtus possit habere absque exteriori fortuna, ideo pauper potest esse magnificus, sicut & liberalis, sed non potest actus exteriores exercere.

Margin notes: C 83 — *Magnificẽtia quomodo differat a liberalitate.* — *4. Ethic.* — *4. Ethic.* — D 83 — *2. Para. 9.* — *Pauper potest esse magnificus.*

Ver. 1. *De differentia magnificentiæ, & magnanimitatis.*

MAGNIFICENTIA per hoc quòd est circa aliquod magnum, conuenit cũ magnanimitate, quæ tendat ad magnũ simpliciter, differt tamen ab ea, quia ad magnanimitatem non solum pertinet tendere ad aliquid magnum, sed etiam in omnibus magnum operari, vel faciendo, vel qualitercunque agendo, seu patiendo, vt habetur in quarto Ethic. Ita quòd magnanimitas hoc refert solum ad rationem magni, aliæ autem virtutes, quæ (si perfectæ sunt) magnum operantur, non tamen B 83

tamen

men principaliter dirigunt intentionem ad magnum, sed ad id quod est proprium vnicuique virtuti. Magnitudo enim sequitur ex quantitate virtutis. Ad magnificentiam verò pertinet non solùm facere magnum, sed ad magnum faciendum tendere animo, & sumptus proportionatos administrare. Vnde Tullius dicit quòd magnificentia est rerum magnarum, & excellentium, cum animi quadam ampla, & splendida propositione, cognitio atque administratio, vt cogitatio referatur ad inferiorem intentionem, & administratio ad exteriorem executionem & sumptus. Vnde oportet quòd sicut magnanimitas tendit in aliquod magnum in omni materia, siue sit agibile, siue factibile, & ita & magnificentia in aliquo opere factibili, & in exteriorem materiam transeunte. Vnde sequitur quod magnanimitas est nobilior & generalior virtus, & ad plura se extendens quàm magnificentia, quæ adiungitur fortitudini, eo quòd conueniat cum ea, quia est circa aliquod arduum, sicut fortitudo, tamen deficit ab ea, quia fortitudo est circa difficiliora, quia circa pericula mortis, quæ sunt difficiliora emissione magnarum pecuniarum, circa quam est magnificentia. *In Rhet.*

Ver 2. *De vitijs oppositis magnificentiæ.*

F MAGNIFICENTIA habet duo vitia opposita, vnum per defectum, *2.2.q.135*
83 & vocatur a Philosopho Paruificentia, quæ opponitur magnificentiæ, quę primo intendit magnum opus facere, secundò intendit magnos sumptus administrare. Paruificus verò econuerso & opposito modo principaliter enim intendit paruitatem sumptus vnde Philosophus dicit quòd intendit qualiter minima consumat, ex consequenti intendit paruitatem operis, quam scilicet non recusat, sumptus magnos negando. Vnde Philosophus ibidem dicit quód paruificus est magna consumens in paruo, quia quum non vult expendere, perdit bonum magnifici operis. Et sic paruificus deficit a proportione, quæ est secundum rationem inter sumptus & opus. Defectus autem ab eo quòd est secundum rationem, causat rationem vitii, igitur paruificentia vitium est, & est mortale, quando est circa ea quæ sunt necessaria ad salutem. *4.Ethi.*

Ver.3. *De Consumptione.*

G CONSVMPTIO est vitium oppositum magnificentiæ per excessum, & *2.2.q 135 art.2.*
83 contrarium paruificentiæ, quia vltra rationis modum multos sumptus facit. Et est maius. quando in re parua, & detestabilius, quando in re illicita. vt de illo qui breui tempore cõsummauit omnia bona sua, viuendo luxuriose. Et dicitur consumptio, animi prodigalitas, & inutilis atq; damnosa expẽsio. Græce autem dicitur banausea, quia videlicet admodũ ignis, qui est in furno, omnia consumit, & in fumum emittit.

§ 6. *De patientia.*

H PATIENTIA est virtus moralis, qua aliquis voluntarie mala ab extrinse- *Patientia quid sit.*
83 co illata, æquo animo (hoc est sine perturbatione animi) tolerat, propter meliora bona quæ sperat, ne videlicet ea perdat. Et sic patientia est malorum seu tristitiarũ tolerantia moderans tristitias & afflictiones, quæ ab extrinseco inferuntur, ne propter eas (quantæcunque sint) homo recedat a bono virtutis. Et per hoc differt a temperantia. ad quam sicut pertinet moderari delectationes tactus, ita & tristitias contrarias ab extrinseco prouenientes, puta ex abundantia ciborum aut venereorum. Et sic materia & obiectum patientiæ sunt tristitię, afflictiones, & tormenta ab extrinseco prouenientia, finis vero est melius bonum, scilicet uirtutis. Nemo enim sponte sufferret quod cruciat, nisi pro eo quod delectat, eo quòd animus secundum se abhorret a dolore & tristitia. Vnde nunquam eligeret ea nisi propter aliquod bonũ, quod est magis volitum: quàm horreantur & odio habeantur mala. Et si hoc fit propter Deum, ad charitatem pertinet. Et sic patientia oritur & fulcitur a charitate licet fortis politicus absque charitate (non tamen absque speciali Dei auxilio) propter bonũ virtutis mala etiã tolerare possit, non tamen adeo Faciliter, sicut cũ charitate, quæ ex memoria passionis & tormentorum quæ Christus sustinuit pro nobis omnia tormẽta tolerabiliora facit, in cuius signum & figuram legimus Exod. 15. *Obiectum patientiæ quod sit. Finis patiẽtiæ quis sit. Exod. 15.*

quòd

Heb. 12. quòd lignum dulcorauit aquas Marat. quæ deglutiri non poterant. Sic lignum cru-
Toleran i t cis (hoc est Christi passio in carne suscepta, & deuote considerata) dulcorat, & facit
tormentorũ po abiles amaras tristitiarum aquas, quas vix bibere possumus Vnde D. Grego Si
in malis pro passio Christi ad memo ia reuocetur, n hil adeo amarum est, quod non æquo ani-
pter pecca- mo tole etur. Ideo D. Paulus nos ad cuis reminiscentiam hortatur, dicens, Recogi
ta non, est tate eum qui talem f stinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem
patientia. vt non fatigemini a i nis vestris deficientes, nondum enim vs ue ad sanguinem re-
strictis ¶ Ex præmissis infertur, quòd tolerantia malorum, quam sustinent mali ad
m ali perpetranda, non debet dici patientia. Vnde D Aug. in lib de Patientia ait, Pa
tien t s proprie dicuntur. qui malunt mala non committendo fere, quam non feren
do commi ere. In illis autem qui mala sustinent ut mala faciant, nec miranda nec
laudanda patientia, quæ nulla est, sed miranda duritia Notandum tamen quòd nõ
est contra patientiæ rationem (cum tormenta inferuntur) voces emittere, plangere
& clamare. Hęc enim naturalia sunt, sicut lachrymas emittere. Vnde non est tur-
pe, neque vitiosum, nisi immoderate fiat Nec est etiam contra rationem patientiæ
quòd aliquis insiliat in eum qui mala facit. Vnde D. Aug. in quadam epistola contra
Marcellinum ait, Præcepta patientiæ non contrariantur bono Reipublicæ, quo con
seruando contra inimicos pugnatur. Et D Chrys. super illud Matt. 4. Vade satanas,
ait. In iniuriis propriis patientem esse laudabile est, iniurias autem Dei sustinere, ni-
mis impium est Vnde legimus Heliam fecisse descendere ignem de cœlo, super eos
4. Reg. 1. qui ad eum capiendum venerant, & Heliseum pueris irridentibus maledixisse, &
in can. Gliffarius. 23. quæst. 4 Syluestrum eos qui eum miseram in exilium, excom
Luc. 6. municasse. Quòd autem dicitur Luc 6. de altera maxilla præbenda, intelligitur
Patientia. in preparatione animi, & quum opus sine expediens fuerit, vel secundum D Aug.
quomodo cõ quando non est iniuriam Dei vel reipublicæ, non contrariatur bono. Patientia
ueniat & quanuis subiectiuetur in appetitu concupiscibili, quum moderetur tristitias quæ in
differat cũ eo sunt, adiungitur tamen fortitudini, quæ est in irascibili dupliciter, primo vt pars
fortitudi. ¶ integralis, prout quis patienter sustinet pericula mortis. Secundò vt pars potentia-
lis, quia conuenit & habet affinitatem cum fortitudine, quum sit circa ardua & dif-
ficilia, sicut fortitudo. Et deficit, ab ea, secundum quod se habet ad quæcunque alia
mala, quę sunt minora periculis mortis.

Ver. 1 *De longanimitate.*

2.2. q. 136 Longanimitas est virtus, qua quis int i a u ad magnum bonum, quod in lon- **B**
art. 5. ginquum distat, ne de stat ab illo prop er distant am siue longinquitatem, si- **83**
Prou. 13. cut Magnanimitas tendit in aliquid magnum. Et ideo magis conuenit cum magna
Rom. 2. nimitate, quam cum pat entia, propter speciem quam ambę habent Conuenit tamẽ
& affinitatem habet cum patientia, quia illa dilatio sine expectatio boni distantis,
ex se causat tristitiam, iuxta illud Prou. 13. Spes quæ differtur, affligit animam. vn-
de in sustinendo huiusmodi passionem potest esse patientia. Ideo Rom. 2. longani-
mitas ordinatur post patientiam, quum dicitur, An diuitias bonitatis eius & pa ie-
tiæ & longanimitatis contemnis? Eadem etiam rõne constantia, quæ proprie est cir
ca diuturnitatem laborum, quos sustinet in continuata operis executione. Quia il-
lud potest apprehendi sub ratione mali, & causare tristitiam, sicut dilatio boni con-
stantia tamen magis pertinet ad perseuerantia quam ad patientiam, vt infra dicetur.

Ver. 2. *De permanentia patientiæ.*

2.2. q. 136 Patientia sicut & cæteræ virtutes morales, remanet in patria, non propter eun **C**
ar. 1. ad 1. dem actum, quia ibi nullum erit malum, nec imperfectio, tunc enim absterget **83**
Apoc. 21. Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum. & mors ultra non erit, neque lu-
1. Cor. 13. ctus, neque clamor, neque dolor erit ultra. & Apost. dicit. Quum venerit quod per
fectũ est, euacuabitur quod ex parte est, hoc est imperfectũ, propter quod aliqui di-
xerunt, quod habitus virtutum moralium non remanebunt in patria, nisi illarũ dũ-
taxat quæ aliquẽ actum habere poterunt, ut iustitia, quæ habet actum subiectionis,
iustum est enim subditum esse Deo. Similiter religio, quia exhibebunt sancti ho-
norem

notem Deo. Aliæ vero quæ nõ possunt habere actum elicitum, vtpote quarum actus imperfectionem important, quemadmodum patientia & pœnitẽtia. Et eadem ratione virtutes theologicæ, spes, & fides, non remanebũt in patria, licet aliqui voluerint dicere, quod manebunt propter ornatum alii, dicũt propter actum, qui erit gaudium de actibus illarum in via habitis, vel ad gratias agẽdas de actibus habitis in vit remanebunt in patria. Sed eadem ratione remanerent fides & spes, cuius oppositum tenet D. Tho. Præterea illud gaudium non elicitur ab habitibus virtutum moraliũ, quæ sunt in irascibili vel concupiscibili Nec obiectum omnium illarum virtutum est gaudium & gratiarum actiones eliciuntur a virtute religionis. Et eadem ratione habitus fidei & spei maneret, cuius contrarium videtur asserere D. Paulus dicens, Quod videt quis, quid sperat? & alias, Nunc manent fides, spes, charitas, &c. &, Quum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Eam ob rem omnibus ponderatis, mihi D. Tho. resolutio placet, qua asserit omnes virtutes morales (quarum actus imperfectionem importãt, vt pœnitentia, patientia, & reliquæ) manere in patria, tanquam in fine & termino, ait n quod actus patientiæ non erit in patria, in sustinendo aliqua, sed in fruitione bonorum, in quæ peruenire volebamus patiendo, Et sic in fine & termino non secundum seipsum, hoc est quantum ad habitum, prout interpretatur Dominus Caietanus, afferens exemplum de militia, quæ remanet in victoria & triumpho, tanquam in termino siue fine propositio, ac præmio & in se. Per hæc pacata manet controuersia inter virtutes theologicas & morales in obiectis imperfectionem importantes, fidei enim tanquam terminus respõdet visio, spei comprehensio. 2.2.q. 18: ar.2. 1. Cor. 13.

Ver.3. *De vitiis patientiæ oppositis*:

D PATIENTIAE (sicut & cæteris virtutibus moralibus) opponuntur duo vi
84tia, vnũ per excessum, aliud per defectum. Vitium per excessum non est nominatum, sed circumloquimur & dicimus esse nimiam tolerantiam malorum, & dolorum ac tristitiarum, quando & pro quibus non oportet, & alio modo inordinate sustinetur, vt puta si quis pro custodia parui boni tẽporalis vult pati mẽbrorũ mutilationẽ aut mortem, in hoc enim casu peccatũ mortale committitur. Et quandocunque sustinetur mala, quæ repelli præcipiuntur, aduertant superiores.

Ver.4. *De impatientia.*

E IMPATIENTIA est vitium oppositum patientiæ per defectum, & est de
84fectus debitæ tolerantiæ, propter quem aliquis desistit a meliori bono Et tunc est peccatũ mortale, quando propter dolores seu labores, afflictiones & tristitias prorumpit in murmurationes aut blasphemias, aut in alia vitia, contra charitatem siue dilectionem dei aut proximi, iniuriando, conuiciando, detrahendo, aut aliquid aliud faciendo uel omittendo quod ad necessitatem salutis pertinet.

§ 7. *De perseuerantia.*

F PERSEVERANTIA tripliciter, accipitur, Primo pro dono spiritus san 2.2.q.137 In lib. de perseue.
84cti actualiter assistentis confirmantis, conseruantis & determinantis eos in bonum usque ad finem Vnde D. Aug dicit, Asserimus donum dei esse perseuerantiam, qua usque in finẽ homo perseuerat in Christo. Et talis perseuerãtia distinguitur a grã gratũ faciente, quia multi habent gratiã gratũ facientem, qui non perseuerant in ea vique ad finem vitæ, quum liberum arbitrium hominis, etiam existentis in gratia, quãdiu est in uia, est uertibile in bonum & in malũ, neque determinatur in bonum, nisi per [illegible] quæ erit in patria, uel per specialem motionẽ spiritus sancti, quæ inclinat & determinat in bonum usque in finem uitæ, ut apparet in confirmatis, & in omnibus qui perseuerant absque interruptione. tales enim censentur esse confirmati in gratia. Ex quo sequitur quod confirmatio in gratia, non est habitus sed specialis assistentia spiritus sancti preuenientis & mouentis eos ad omnes, actus. Et hæc perseuerantia (ut D. Thom. dicit) non cadit sub merito, sed per orationes impetratur, quamuis perseuerantia gratiæ possit cadere sub merito, sicut ipsa gloria & gratia consummata cadit sub merito. Secundo accipitur perseuerantia 2.2.q.114 ar.9.

pro

pro habitu perseuerantiæ infusæ, quæ est connexa gratiæ sicut & cæteræ virtutes morales infusę. Tertio accipitur pro virtute morali acquisita, qua quis eligit persistere in quocunque bono difficili vsque ad finē siue terminum non vitæ sed operis virtuosi, vt si miles perseueret vsque in finem certaminis, & Magnificus vsque ad cōsummationē operis, & sic est virtus specialis. Quia diuturna sustinentia habet specialem rationem difficultatis multi.n. sustinent ad horam, qui non sustinent per annum quāuis firmiter & immobiliter persistere in opere virtutis, requiratur ad omnem virtutem, per comparationem ad habitum. Quia conditio cuiuscunque habitus vt faciat prompte, faciliter, & immobiliter operari quasi in modum naturæ. Nō tamē omnis habitus aut virtus habet ex intentione & proposito immobiliter operari, & persistere vsque in finem operis. Sic perseuerantia adiūgitur fortitudini, quia conuenit cum ea, versatur.n. circa arduum & difficile, sicut fortitudo, & deficit ab ea, quia fortitudo versatur circa pericula mortis, perseuerantia autem circa quodcunque bonum cuiuslibet virtutis Et si perseuerantia determinetur ad pericula mortis, erit pars integralis fortitudinis.

2.2.q.137 art. 3. Ver. 1. *De Constantia.*

CONSTANTIA & perseuerantia conueniunt in fine, quia ad vtranque G pertinet persistere in aliquo bono, differunt tamen circa ea, quæ difficultatem afferunt ad persistēdū in bonis Nā virtus perseuerantiæ proprie facit hominē persistere 84 in bono propter difficultatē quæ prouenit ex ipsa diuturnitate. Et sic laus perseuerantiæ in hoc consistit, quod aliquis non recedit a bono propter diuturnam tolerantiam difficilium & laboriosorum Constantia autem facit firmiter persistere in bono, propter difficultatem, quæ venit ex quibuscūque aliis exterioribus impedimētis Et ideo perseuerantia est principalior pars fortitudinis, potior constantia. Quia difficultas, quæ est ex diuturnitate, est essentialior actui virtutis, quam illa quæ est ex exterioribus impedimentis. Vide definitionem constantię §. pręcedenti, versi. 1.

Ver. 2. *De mollicie.*

2.2.q.138 art. 1. 7. Eth. *Mollis quis dicatur.* 7 Eth. 7 Eth. *Mollicies dupliciter causatur.*

MOLLICIES est peccatum oppositum perseuerantiæ per defectum. Vnde H Philos. Molli opponitur perseuerātiuus. Mollis autem dicitur qui de facili recedit a 84 bono propter difficilia, quæ sustinere non potest. Molle.n. aliquid non iudicatur, quia cedit fortiter impellenti. Nam & muri cedunt machinis percutientibus. Ideo non reputatur aliquis mollis, si cedat aliquibus grauiter impellentibus Vnde Philos. dicit quod si aliquis a fortibus & super excellentibus delectationibus & tristitiis vincitur, non est mirabile. Mollicies, causatur dupliciter, vno modo consuetudine, cum enim assuetus est aliquis voluptatibus frui, difficilius potest earum abstinentiam sustinere. Alio modo ex naturali dispositione, quia habet animum minus constantem, propter fragilitatem complexionis. Et hoc modum masculi, qui faciliter cedunt, cōparantur mulieribus, quæ ex fragilitate complexionis molles sunt (vt dicit Philo.) Et ideo qui de facili cedunt, muliebria pati dicuntur, quasi mulieres effecti. Deliciosi autem seu delicati ac teneri dicuntur, qui non possunt sustinere aliquos labores, nec aliquid quod voluptatem diminuat. Vnde dicitur Deut. 28. Tenera mulier & delicata gradi non potest nec pedis vestigium figere. Tales dicuntur molles, licet mollicies respiciat affectum delectationum & deliciarum. Et sic nimis appetere remissionem, vel quamcunque aliam quietem, pertinet ad molliciem.

2.2.q.133 artic, 2. Ver. 3. *De pertinacia.*

PERTINACIA est vitium oppositum perseuerantiæ per excessum Pertinax (secundum Isidorum in lib. Ethimol.) dicitur aliquis imprudenter tenens, quasi ad omnia tenax, & ideo dicitur pertinax, eo quod imprudenti proposito seu sententia ad victoriam vsque perseuerat, vt sic pertinacia est imprudens persistentia in propria sententia. Et qui huiusmodi sunt, vocantur a Philosopho, hychiponomones, hoc est fortis sententiæ, vel ideonomones, hoc est, propriæ sententiæ. A 84

Et

Et oritur pertinacia ex inani gloria, quia per hoc vult excellentiam sui ingenii manifestare. Pertinax in fide, secundum iura canonica dicitur, qui deprehensus de hæresi, non vult continuo ad arbitrium Episcopi abiurare, aut qui post abiuratione & purgationem canonicam, iterum in hæresim deprehensus fuerit incidisse. Et tales absque ulla misericordia sunt brachio siue curiæ seculari trahendi, vt habetur in ca. ad abolendam extra de hæreticis, & in ca. accusatus, eod. titu. lib. 6 Vide Dominum Cardinalem de Turrecremata in sua summa de Ecclesia, libro 4 parte 2. ca. 16. vbi ponit viginti modos conuincendi aliquem de pertinacia. inter quos ponit duos non prætereundos. Vnus est, quando præuentus de hæresi, persistit in negatiua, & testes idonei non sufficienter obiectati, persistunt in affirmatiua. Talibus non debet dari venia, quum venia non detur nisi correcto, & culpam suam recognoscenti. Alius modus est quum quis negat fundamentum fidei, hoc est Ecclesiæ authoritatem, & sacrorum conciliorum determinationem alios breuitatis causa omitto. Vide ibidem.

Pertinax in fide quis dicatur.

Modi conuincedi pertinacem.

Ver. 4. *De præceptis fortitudinis*

2.2.q.140

B PRAECEPTA actuum fortitudinis reperiuntur tam in antiquo quàm in
85 nouo testamento: In antiquo quidem, Deut. 20. Non formides eos, quia Dominus Deus vester in medio vestri est, pro vobis contra aduersarios dimicabit. & Matt. 11. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et Matt. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. &c. 1. Pet. 5. Aduersarius uester diabolus, tanquã leo rugiens, circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Et Iaco 4. Resistite diabolo, fugiet à vobis.

Deut. 20. Matt. 11. Matt. 10. 1. Pet. 5. Iaco. 4.

DE TEMPERANTIA.

CAPVT VII.

2.2 q.141

C TEMPERANTIA, secundum nominis impositionem, significat quãdam temperiem, hoc est rationis moderationem. Et accipitur dupliciter:
85 Vno modo generaliter, secundum communitatem suæ significationis. Et tunc significat omnem moderationem quam facit ratio in operantibus & passionibus humanis, quod conuenit omni virtuti. Et sic temperancia non est speciali virtus, sed conditio omnium virtutum. Alio modo accipitur anthonomaticè & restrictè, sicut etiam alia nomina communia restringuntur ad ea quæ sunt præcipua inter illa, vt hoc nomen (vrbs) quod significat omnes vrbes, restringitur anthonomaticè pro Roma, quæ est principalis. Sic temperancia, quæ significat omnem moderatione, anthonomaticè restringitur pro moderatione seu refrenatione eorum quæ maxime alliciunt appetitum vt sunt delectatione tactus cibi & venereorum. Et ex consequenti pro refrenatione tristitiarum, quæ proueniunt est defectu siue absentia delectabilium, sicut fortitudo communiter accepta est circa omnes timores, sed anthonomaticè & propriè, circa timores, mortis, qui sunt præcipui, & magis retrahunt a bono rationis. Sic temperantia propriè, secundum Philosophum, est circa concupiscentias & delectationes tactus, quæ sunt præcipuę, quia maximè pertinent ad conseruationem humanæ vitæ, vel in specie, vel in indiuiduo in quibus consyderatur aliquid principale, & aliquid secundarium. Principaliter quidẽ ipse usus necessariorũ, puta fœminæ, quę est necessaria ad conseruationem speciei, & usus cibi & potus, qui est necessarius ad conseruationem indiuidui. Et ipse vsus necessariorum habet quandam essentialem delectationem adiunctam, ne relinquantur necessaria uitæ humanæ, alias homines de necessariis non curarent. vt videmus in infirmis, qui non curant

Temperantia dupliciter sumitur.

3. Ethic. An et quãdo delectatio in usu fœminæ et ciboru sit peccatum.

sunt de cibis, eo quòd non delectentur. Si huiusmodi delectationes sunt moderatæ, non sunt malæ, vtpote à natura inditæ. Secundario circa vtrunque vsum consyderantur ea quæ faciunt ad hoc quòd vsus sit magis delectabilis, vt pulchritudo & ornatus fœminæ, & sapor delectabilis in cibo & potu, ac etiam odor. Ideo téperantia principaliter est circa delectationes tactus quæ consequitur necessarium vsum rerum, quarum omnis vsus est in tangendo. Circa delectationes autem gustus, olfactus aut visus, est temperantia & intemperantia secundario, in quantum sensibilia horum sensuum conferunt ad delectabilem vsum rerum necessarium, quæ pertinent ad tactum. Quia tamen gustus est propinquior tactui, quàm alii sensus, vt dictum est, ideo temperantia est magnis circa gustū, quàm circa alios sensus, sed principaliter circa tactum. Quapropter Isidorus dicit quòd temperantia vel intemperantia videntur gustu parū uel nihil vti, scilicet primo principaliter; licet bene secundario. & intelligit de gustu vt gustus est, scilicet discretiuus saporum, quia vsus saporum, & delectatio ipsum essentialiter consequens tactus est sensus vtens calido, & humido, frigido & sicco. Sed ad gustum per humiditatem pertinet discretio saporum, quę conferunt ad delectationem alimenti, inquantum sunt signa conuenientis nutrimenti.

c. 1. § 7. In libr. Ethi.

§. 1. *De regula Temperantiæ.*

t. 2. q. 141 art. 6.

CIRCA temperantiam quantum ad quantitatem vsus rerum non potest dari certa regula, cum temperantia sic circa actus humanos qui sunt in particulari, particulari autem sunt quasi infinita & varia atque variabilia. Quod enim multum esset Pigmæo, parum esset Miloni giganti. Et circa eundem hominem est variatio temporis, dispositionis, fortunę, status, & officiorum, aliquo enim tempore (puta sanitatis) aliquid est parum, quod alio tempore (puta infirmitatis) est multum & nociuum. Et laudabiliter plus exponit quis, quando habet exteriora bona fortunæ, & est in officio constitutus, quam quando est eis denudatus. Ideo non potest certa regula dari. Sed regula generalis temperantiæ (quam quilibet debet sibi applicare) sumitur ex fine, finis enim est regula eorum quæ sunt ad finem, cum ei debeant proportionari. Sed omnia delectabilia quæ veniunt in vsum hominis, ordinantur ad aliquam huius vitę necessitatem, sicut ad finem, igitur, &c. Finis autem est duplex, scilicet proximus & immediatus ac immediate mouens, & finis remotus siue vltimus, ad quem operatio finaliter ordinatur siue terminatur. vel alio modo duplex est finis, scilicet operantis & operis, sicut patet in ædificatione. Finis ędificationis domus, est protectio ab imbribus, frigoribus, & ventis, ac solis ardoribus. Finis autē operantis siue ædificatoris. est aliquando lucrum. Sic intemperantia, finis operis tēperantiæ siue remotus, est domus æterna siue beatitudo, ad quam omnes actus finaliter debent terminari. Et ideo quicquid in delectabilibus fit contra hunc finem, est contra principalem regulam temperantiæ, & per consequens peccatum, vnde nunquam propter delectationes prætermittenda sunt ea quæ ad honestatem & animæ salutem pertinent, ut sunt pręcepta Dei, naturæ, aut Ecclesię, & superiorum. Vnde Philosophus dicit, quòd in delectabilibus quibus temperatus vtitur (non solum consyderat, vt sunt impedimenta sanitatis, & bonæ vel malæ, ualetudinis corporalis, sed etiam ne preter bonum (hoc est contra honestatem) fiant. Finis autem operantis proximus & immediate mouens ad vtendum delectabilibus, est necessitas huius vitæ, quæ absque illis perseuerare non posset. Vnde D. Aug. dicit, Habet enim temperatus in rebus huius vitæ regulam, utroque testamento firmatam, ut eorum nil diligat, nil per se appetendum putet, sed ad uitę huius atque officiorum necessitatem, quantum satis opus est, usurpet. Necessarium tamen hic non accipitur absolute, pro eo, sine quo res nullo modo esse posset, quia sic maxima parcimonia esset necessaria, quum natura ualde modicis contenta sit. Sed accipitur hic necessarium pro necessario conuenientiæ, pro eo sine quo non posset res conuenienter esse. Ideo diuus Augustinus ad necessitatem uitæ addit officiorum. Vnde Philosophus dicit quòd temperatus appetit delectabile propter sanitatē uel propter bonam habitudinem. Alia uerò quæ non sunt ad hoc necessaria, dupliciter se habere pos-

Finis duplex proximus, & remotus, uel operantis et operis.

3. Ethic.

In lib. de mo. Eccle- siæ.

3. Ethic.

D 85

possunt. Quædam enim sunt impedimenta sanitatis, vel bonæ habitudinis, & his temperatus non vtitur. Quædam verò sunt, quæ non sunt impedimenta, & his moderate vtitur pro loco & tempore ac congruentia eorum, cum quibus conuenit. Ideo Philos. ibi dicit, quòd temperatus appetit alia delectabilia, quæ scilicet non sunt necessaria ad sanitatem, vel bonam habitudinem, non impedimenta his existentia.

Ver. 1. *De vitiis oppositis temperantiæ.*

B Temperantiæ opponitur intemperantia, quæ est quando homo non secundum 2 2 q.142
§ rationem se habet ad delectabilia. Et quia hoc potest fieri vel propter defectum, vel excessum, ideo intemperantia amplectitur duo vitia. Vnum per defectum, quod dicitur insensibilitas, aliud per excessum, quod dicitur bestialitas, de quibus dicendum est.

Ver. 2. *De insensibilitate.*

Insensibilitas est vitiũ, quo aliquis absque rationabili causa fugit delectationes 2.2.q.142
B sensibiles, tanqnam sm se malas. Notanter dictũ est, absq; rõnabili cã, & tanquã art. 1.
§ secundum se malas, quia aliquando abstinere a delectationibus sensibilibus, non, vt secundum se malis, sed propter rationabilem causam, laudabile est, vtpote propter aliquem bonum finem, sicut propter sanitatem corporalem, ac etiam propter alicuius officii executionem sicut athelas milites necesse est a multis delectabilius abstinere, vt officium proprium exequantur. Vnde Apost. Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Similiter & pœnitentes, ad recipiendam animæ sanitatem, vtuntur abstinentia delectabilium, quasi quadam dieta. Et homines volentes contemplationi & rebus diuini, vacare, vt prædicatores, & alii qui hmõi officiũ assumpserunt, vt contemplationi vacent, & quasi quadam spirituali propagatione 1. Cor. 9. art. 1.
bonum spirituale in alios transmittant, a multis delectationibus abstinent, a quibus illi, quibus ex officio competit operibus corporalibus, & generationi carnali vacare, non abstinent. Vnde Daniel dicebat, Ego Deniel lugebam trium hebdomadarũ tempus, panem desiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os Dan. 10.
meum, sed neque vnguento vsus sum. Nec tamen aliquid prædictorum ad insensibilitatis vitium pertinet, quia erat secundum rationem. Hoc vitium est nunc valde rarum. Graue tamen peccatum est, quum sit mortale, maxime cum quis tantum horret a delectationibus sensibilibus, quòd necessaria ad cibãdum seipsum subtrahit, aut negat debitum vxori in casu quo reddere tenetur, & generaliter si alia necessaria prætermitteret, qui ageret contra ordinem naturæ, inditum a Deo.

Ver. 3. *De bestialitate.*

A BESTIALITAS est vitium temperantiæ oppositũ per excessum. Et incurritur quandocũq; quis vtiť delectationibus sensibilibus plusquã oportet secundum 2.2.q.154
§ rõnẽ. tunc enim efficitur similis bestiis, quæ rõne carent & solã delectationẽ in operibus eorum quærunt. Vnde quando cessãt delectatio, cessant ab operatione. Notandũ art. 11. & 12.
tamẽ, quòd cùm Philos. dicit, Nomẽ intẽperãtiæ referimus ad puerilia peccata, non vult dicere quòd intemperantia conueniat solum pueris, sed quia peccatũ intemperantiæ est peccatum superfluæ concupiscentiæ, quę assimulatur puero propter tria. Concupiscẽtia assimulatur puero propter tria 7 Ethi.
Primò quantum ad id quod appetit, quia vterque appetit turpe, hoc est, inordinatũ. Puer enim attendit ordinem rationis, similiter neq; concupiscentia audit rationem (vt dicit Philosophus.) Secundo assimulatur puero quantum ad mentem. Quia quẽadmodum si puer propriæ voluntati dimittatur, erescit in propria voluntate. Vnde sapiens: Equus indomitus fiet durus, & filius remissus euadet præceps. Ita etiam concupiscentia si ei satisfaciat erescit, & maius robur accipit. Vnde D. Aug. in 7. Confessionum, Dum seruitur libidini, facta est consuetudo, & dũ consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Tertiò assimulatur quantum ad remediũ. Puer enim emendatur per hoc quòd coercetur. Vnde Salamon, Noli subtrahere a pue- Prouer. 23
ro di-

3. Eth. ro disciplinam, tu uirga percuties eum, & animam de inferno liberabis. Similiter dum concupiscentiæ resistitur, reducitur ad debitum honestatis modum. Et ideo Philosoph. dicit, quòd quemadmodum puerum oportet secundum præceptum pedagogi uiuere, sic & concupiscibile conformari rationi, & ideo quando deordinatur à ratione, est peccatum, & tunc est mortale, quando propter delectationes huiusmodi fit contra aliquod præceptū, & tanto grauius, & quando contra magis præceptum & grauissimum, quando excedit modum naturæ, ut si quis delectaretur in comestione carnium humanarum, aut potatione sanguinis, aut abuteretur masculis & animalibus brutis, huiusmodi actus excedunt gradum bestialitatis. Bestiæ enim irrationabiles non commiscentur cum alterius generis animantibus, & si oppositum fiat uel malitia hominum uel aliunde, monstra magna oriuntur, & abominationes reputantur.

Gen. 17 Vnde dicitur crimen pessimum de quo Ioseph accusauit fratres suos, sed hoc in genere suo. & non absolute, quia blasphemia Dei, & hæresis sunt grauiora peccata. Notandum præterea quòd licet aliqua peccata sint grauiora intemperantia, ut homicidium, & blasphemiæ. & huiusmodi. Peccatum tamen intemperantiæ inter peccata

3. Eth. ta humana, quæ attenduntur circa passiones appetitus concupiscibilis, est magis exprobabile & abominabile. Vnde Philos. 3. Eth. dicit quòd intemperantia inter alia uitia exprobabilis est. Et D. Gregor. ait, Vitia carnalia, etiam si sint minoris culpæ, sunt tamen maioris infamiæ, ex natura ipsorum & secundum opinionem hominum, nisi propter assuetudinem, quæ aliquando magna uitia facit arbitrari uirtutes. Ex natura

Psal. 48. tura tamen ipsorum sunt grauia duplici ratione. Prima quia maxime repugnant excellentiæ hominis, qui per intemperantiam comparatur iumentis, iuxta illud Psalm. Homo quum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Secunda, quia maxime repugnat claritati & pulchritudini uirtutis. Quia in delectationibus minus apparet de lumine rationis, ex qua tota claritas, & pulchritudo uirtutis procedit ac emanat.

§ 2. *De Partibus integralibus Temperantiæ.*

2.2.q.143 TEMPERANTIA habet duas partes integrales, concurrentes & necessario requisitas ad perfectum actum ipsius s. uerecundiam & honestatem. Verecundia disponit ad hoc quòd quis refugiat turpitudinem, temperantiæ contrariam, Honestas autem disponit ad hoc quòd amet pulchritudinem temperantiæ, quæ sibi uendicat decorem quendam. B 86

Ver. 3. *De Verecundia.*

2.2.q.144 VERECVNDIA, proprie loquendo, est passio appetitus irascibilis, & est C 86
c.1.§. 11. species timoris, ut dictū est. Et est quædā corporalis immutatio, ex qua aliquādo rube
uer. 3. do apparet in facie, ex timore turpitudinis, & exprobrationis proueniēs. Et quia sicut honor importat testimonium uirtutis ita opprobrium, cuius timor est uerecundia, importat testimoniū de defectu alicuius, præcipue ſm aliquām culpam. Et ideo quanto testimonium alicuius reputatur maioris ponderis, tanto ab eo aliquis magis uerecundatur. Testimonium autem reputatur maioris ponderis uel propter certitudinem ueritatis, uel propter effectum. Certitudo ueritatis adest testimonio alicuius propter duo; Primo propter certitudinem iudicii, ut patet de sapientibus & uirtuosis, à quibus homo desiderat honorari. Ideo magis de illis uerecundatur. Vnde à pueris & bestiis nullus uerecundatur. Secundo propter cognitionem eorum, à quibus est testimonium, quia unusquisque bene iudicat quæ cognoscit, & sic magis uerecundatur à personis coniunctis, quæ facta nostra considerant. A peregrinis autem & ignotis, ad quos nostra facta perueniunt, non uerecundamur, quia cito transeunt, sed magis uerecundamur à personis coniunctis & notis, cum quibus semper conuersaturi sumus, quasi nobis ex hoc perpetuum proueniat detrimentum. Ex effectu autem aliquod testimonium est magni ponderis, propter iuuamentum, & nocumentum ha beo proueniens. & ideo magis desiderant homines honorari ab his qui possunt iuuare & magis uerecundantur ab his qui possunt nocere. Verecundia est pro-

ptie

D prię de actu turpi perpetrato, & erubescentia est ne actu turpi comittendo, verum-
16 tamen ista confunduntur, & vnum assumitur pro alio. Vnde Damascenus & Greg. Nazianzenus dicunt, quòd verecundia est de turpi actu perpetrato vel perpetrando. Verecundia in virtuosis non reperitur. Vnde Phil. dicit, Verecundia non est hominis virtuosi, quia uirtuosus contēnit opprobria, quæ sibi inferuntur, pp virtutē, quia indigne sibi inferuntur, vt dicit Phil. de Magnanimis. Et Act. 5. habetur, Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Et si aliquis verecundetur ex opprobriis quæ sibi propter virtutem inferuntur, non est perfectè virtuosus. Quia quanto magis est virtuosus, tanto magis contemnit exteriora bona & mala. Vnde Eze. 5. Nolite timere opprobrium hominum, scilicet bene agendo. Et ideo si propter verecundiam aliquis omitteret facere aliquid quod est super præcepto, non excusaretur a mortali peccato. Si tamen per accidens aliquis verecundetur de operibus virtuosis, inquantum reputantur vitiosa secundum opinionem hominum, vel inquantum homo refugit in operibus virtuosis notam præsumptionis vel inanis gloriæ aut etiam simulationis, non peccat. Quia ad virtuosum non solum pertinet vitare vitia, sed etiam ea quæ habent speciē vitiorum. Vnde 1. Thes. 5. dicitur, Ab omni specie mala abstinete vos. Quòd aūt aliquis non verecundetur de operibus vitiosis, vel magis vitiosis, prouenit ex hoc quòd non existimat malum, vel minus malum, vel quia habet minus de ratione turpis secundum opinionem hominum, vt peccata spiritualia, vel ex excessu boni temporalis aut potestatis. & ideo principes & potentes magis verecundantur de timiditate quàm de audacia, & de furto quàm de rapina. vel etiam quia non existimatur vt possibile, vel saltem vt difficille vitari, vel quia committens non apprehendit in turpitudinem vt possibilem sibi vel quasi non facile vitabilem. Et ideo senes & virtuosi verecundia carent. Sunt tamen ita dispositi, quòd si in eis esset aliquod turpe, verecundarentur. Vnde Phil. dicit, quòd verecundia est ex suppositione studiosi.

Verecūdia et erubescentia quomodo differūt. 4. Ethic.

Ezec 5.

1. Thess. 5.

4. Ethic.

E ¶ Ad sciendum autem an & quomodo verecundia sit virtus, notandum est quòd
16 virtus accipitur dupliciter, scilicet communiter & proprie siue large & stricte. Accipiendo uirtutem proprie & strictè, verecundia non est virtus, quia virtus est perfectio quædam, vt habetur in 7. Eth & in 1. de Cœlo dicitur, quòd virtus est dispositio perfecti ad optimum. Et ideo omne illud quod repugnat perfectioni, deficit a ratione virtutis, siue non est proprie virtus. Sed verecundia repugnat perfectioni, quia est timor alicuius turpis & exprobabilis. Ille autem qui est perfectus secundum habitum virtutis non apprehendit aliquid faciendum exprobabile, nec actu faciat aliquid turpe, vnde opprobrium timeat, igitur uerecundia non est virtus. Præterea omnis virtus est habitus electiuus, sed verecundia est passio, igitur, &c. Et quanuis ex multoties verecundari possit causari aliqui habitus virtutis acquisitæ, per quem aliquis turpia vitet non tamen ut vlterius & magis verecundetur. Sed ex illo habitu virtutis acquisitæ sic se haberet, quòd magis verecundaretur, si materia verecūdiæ adesset. Accipiendo tamen virtutem cōiter & large, prout se extendit ad omne laudabile in humanis actibus vel passionibus, verecundia potest dici virtus, quum sit quædam passio laudabilis, sicut spes & misericordia. Et sic accipiendo virtutem, verecundia dicitur quasi virtus integralis prudentiæ (vt prædictum est) vel secundum Phil. præsuppositiuæ, quia præsupponis temperatum fuisse verecundum, siue refugientem turpia.

An & quomodo uerecundia sit virtus. Virtus dupliciter accipitur.

F Ver. 2. *De honestate.*

26 A D Cognitionem honestatis, supponendum est quid dicatur delectabile, vtile, decorum, & honestum. Delectabile dicitur omne illud quod est cōueniens. & sic delectabile & conueniens idē sunt quemadmodum disconueniens & tristabile. Sicut vnū quodque naturaliter tristatur indisconuenienti, sic naturaliter quiescit, delectatur & gaudet in suo conuenienti, quando habet ipsum. Vnde dicit Phil. quòd ridiculum est quærere propter, quid, aliquis uelit delectari, quum naturale sit omnibus complacere, & quiescere in suo conuenienti. Quietem enim omnia sicut & bonum ap-

2.2.q.145. Delectabile, utile, decorum, & honestum, quid sint et quo differant.

R pe-

7 Eth. petunt. Verum quia duplex est appetitu, scilicet sensitiuus & rationalis, ideo du-
2 Eth. plex est quies siue delectatio, scilicet sensitiua & rationalis. Et quia appetitus sensiti
Galat. 5. uus, & rationalis, aliquando in actibus contrariantur, iuxta illud Galatas quintò.
Caro concupiscit aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem, vt non quæcunque
Vtile quid sit. uultis, illa faciatis. Ideo stat bene quòd aliquid sit delectabile secũdum sensum quod
non est delectabile sed tristabile secundum rationem, ut turpe. Resultat igitur quòd
delectabile quietat appetitum non tamen sequitur quod omne delectabile sit uirtuo
sum & honestum, sed solum delectabile secundum rationem. Vtile dicitur aliquid
inquantum seruit & ordinatur ad aliquid, consequendum, & ratio utilis in hoc con
sistit, quod est ordinari ad aliud, siue si delectabile, siue amarum & tristabile, ut medi
cina ad sanitatem. Et ideò aliquando id quod est utile non est delectabile, ut potio
Decorum et pulchrũ. amara. Aliquando tamen contingit quòd id quod ordinatur ad aliud sit delectabile,
ut com〈e〉stio quæ ordinatur ad uitæ sustentationem. Hoc tamen non habet ut utile
est, siue inquantum ordinatur, sed ut conueniens est decorum & pulchrum idem so-
nant, Et de ratione decori & pulchri est claritas & debita proportio D. Dion. 4. c.
de Diui Nomi. dicit, quòd Deus est pulcher, sicut uniuersorum consonantiæ & cla-
ritatis causa. Vnde pulchritudo corporis in hoc consistit quòd homo habeat mem-
bra corporis proportionata, cum quadam debiti coloris claritate. Color enim est
participatio quædam luminis quòd claritatem facit, similiter pulchritudo spiritualis
in hoc consistit, quòd conuersatio hominis, siue actus eius si bene proportionatus se
cundum spiritualem rationis claritatem siue ueritatem vnde D. Augusti. ait, Hone
Lib. 83. q. statem uocant intelligibilem pulchritudinem, quam spiritualem nos propriè dici- A
mus Et quum honor sit testimonium honesti & virtuosi, & gloria sit effectus hono 86
Honestum decorum, et virtuosum idem sunt ris. (Ex eo enim quòd aliquis honoratur & laudatur, redditur clarus in oculis alio
rum.) constat idem esse honorificum & gloriosum, sicut idem sunt honestum, de
corum, & virtuosum. & per oppositum illud quod est turpe & vitiosum dicitur in-
honestum, Vnde Apost. Quæ inhonesta sunt nostra abundantiorem honorem ha
1. Cor. 12. bent, honesta, autem nostra nullius egent. Apost. vocat ibi inhonesta, membra, tur-
pia, honesta autem membra pulchra. & sic idem sunt pulchrum decorum, honestũ
& virtuosum Honestum enim (vt dictum est ex D August.) dicitur inquantum ha
Honestum. bet specialem decorem ex ordinatione rationis Nec obstat quod de ebris dicitur se-
cundo Ethic. quòd vinum facit præcordia honesta, quia hoc intelligitur secundum
eorum reputationem. videntur enim sibi magni & honerandi. Sed hoc quod est or
dinatum per rationem, est virtuosum igitur honestum est virtuosum. Præterea
quum id quod est ordinatum per rationem, sit naturaliter conueniens homini, &
vnumquodque naturaliter delectetur in suo conuenienti, & delectatio quietet appe
1. Eth. titum, & sit appetibilis propter se, sequitur quod omne honestum & virtuosum, sit
delectabile, & propter se appetibile, vt probat Phil. 1. Eth. Et quia ipsa virtus secun
dum se honesta est, & ordinatur ad fœlicitatem, sequitur quòd est aliquid honestum
Aliquid idem potest dici delectabile & honestum. & vtile. Et sic vnum & idem potest esse simul & semel delectabile, vtile & honestũ.
Et ita se habent, quòd omne honestum est vtile & delectabile, sed non econuerso.
Aliqua enim sunt vtilia, quæ non sunt honesta, & etiam aliqua delectabilia, quæ
non sunt vtilia neque honesta, vt sunt cogitationes malæ. Ex præmissis apparet
quòd honestas, decor, & spiritualis pulchritudo idem sunt, & quod pulchrum & ho-
In li. Topi. nestum temperantiæ attributum opponitur turpi & exprobabili, quod attribui-
tur intemperantiæ, vt dictum est. Et con contraria se inuicem manifestent, iuxta il-
lud Philosophi, Sicut propositum, in proposito, sic oppositum in opposito, Igi-
tur honestas, quæ est turpitudinis opposita, attribuitur temperantiæ, non vt pars
subiectiua, quia temperancia non est pars subiectiua honesti communiter accepti.
Nec etiam est pars potentialis, sed quasi integralis, pro quanto ad temperatum per
tinet amare pulchritudinem, quæ specialiter attribuitur temperantiæ.

§. 3.

§. 3. *De partibus subiectiuis temperantiæ.*

B PARTES subiectiuæ siue species temperantiæ sunt 4. s. abstinentia, sobrietas,
86 castitas, & pudicitia. Duæ primæ moderantur delectationes circa nutrimentum, abstinentia circa cibum, sobrietas circa potum, aliæ duæ moderantur delectationes circa generationem. castitas circa actum generationis, pudicitia uero delectationes circumstantes, puta quæ sunt in osculis, tactibus & amplexibus.

Ver. 1. *De Abstinentia.*

C ABSTINENTIA (secundum impositionem nominis) significat subtractio 2.2.q.146
86 nem uel abstractionem ciborum, Et quia abstractio ciborum dupliciter considerari, potest, ideo abstinentia dupliciter accipitur, uno modo pro subtractione ciborum absolute, vt idem est quod non comedere. Et sic non est virtus, nec actus virtutis, quum sit pura negatio. Alio modo accipitur pro abstractione ciborum ad rationem relata; quæ secundum se est indifferens, quia potest esse ordinata, vel inordinata, sicut vsum ciborum, secundum se non est bonus neque malus, sed indifferens, ideo non pertinet ad regnum dei. & sic intelligitur illud primę Corinthiorum quarto. Non est regnum dei esca & potus, scilicet secundum se. Et illud primæ Corinthiorum octauo. Esca non commendat nos Deo, neque enim si non manducauerimus aliqua vel aliquando, deficiemus, neque si manducauerimus, abundauimus. scilicet spiritualiter. Si fuerit inordinata, erit mala, & pertinet ad vitium. Si vero fuerit ordinata, erit bona, & pertinet ad virtutem. Aduerte tamen quod abstractio ciborum potest dupliciter ordinari & moderari per rationem. vno modo secundum quantitatem vel qualitatem prout refertur ad sanitatem. & sic moderari abstractionem ciborum pertinet ad artem medicinæ, quæ determinat quibus cibis & in qua quantitate, & quo tempore debeat infirmus vti. Alio modo abstractio ciborum moderatur per rationem, secundum quod fit ex fide & dilectione Dei, ad reprimendas concupiscentias, aut delectionem peccatorum, aut animi serenitatem, & eleuationem in Deum & hoc modo pertinet ad regnum Dei, & significat actum vel habitum virtutis, quo homo eligit sibi abstrahere cibos secundum rationem, propter fines prædictos. Vnde D. Augustinus ait, Non interest omnino (scilicet ad virtutem & extra ieiunii tempus) quod alimentorum vel quantum quis accipiat, dummodo id fiat per congruentia hominum & personæ suæ, & pro valetudine sine necessitate, sed quan ta facilitate, & serenitate animi quis valeat, quum oportet & necesse est, carere. Ad hanc nos hortatur Christus dicens. Attendite ne grauentur corda uestra crapula & ebrietate. Et hoc modo D. Petrus connumerat abstinentiam aliis virtutibus, Ministrare (inquiens) in fide vestra virtutem, in virtute scientiam, in scientia autem abstinentiam, Ieiunium est actus virtutis abstinentiæ, ad quod nos hortatur D Paulus, exhibeamus nos tanquam dei ministros, &c. subdit, in ieiuniis, &c. Ad huius euidentiam notandum est, quòd ieiunium est quintuplex, s. spirituale, naturale, morale, pœnitentiale, & Ecclesiasticum. Ieiunium spirituale est abstinentia a peccato, iuxta illud. Esa. 58. Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? dissolue colligationes impietatis, &c. Et ad hoc ieiunium tenentur omnes omni tempore. Vnde Ecclesiastici

Ciborum abstractio dupliciter considerari potest.

In lib. de quæst. Euan.

Luc. 21.

2. Pet. 1

2.2 q 147

1. Cor. 6. & 11.

Ieiunium quintuplex

D 21. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Ieiunium naturæ dicitur omnimoda ab- *ie iunium naturale quid sit.*
86 stractio seu abstinentia a cibo & potu, & vocatur a diuo Thoma, ieiunium ieiunii. Et ad tale ieiunium obligantur sani accidentes ad Eucharistiæ communionem, vt habetur in can. sacram. de consecra. distinct. 1. Ieiunium morale est abstractio cibi & potus ex proposito, propter aliquam causam rationabilé facta. Et de hoc dēt intelligi dictum D. August. & aliorum, qui dicunt nil referre ad ieiunium, quibus cibis, & quibus horis quis vtatur. Ieiunium pœnitentiæ est abstractio ciborum delectabilium, ad placandum iram dei, & impetrandam remissionem peccatorum. Vnde Iohel. 2. dicitur, Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & planctu, & hoc modo ieiunabat Dauid qui dicebat, Genua mea infirmata sunt a ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum. Item, Humiliabam in ieiunio animam,

Ieiunium morale.

Ieiunium pœnitentiæ

Ioel. 2.

Psal.118. meam. Hoc ieiunio ieiunauit Achab, & uiri Niniuitæ. Ex ore regis & principium in
psal. 34. dictum est ieiunium, & Deus misertus est eorum. Et 1. Esdræ. 8 dicitur, ieiunauimus
3. Reg. 21 & rogauimus Deum, & euenit nobis prospere. Et tale ieiunium, & omnia ieiunia Iu
Ionæ. 3. dæorum, de quibus Zach. 8. erant a uespero usque ad uesperum, & sic toto die nil gu
Dan. 10. stabant, & affligebant per diem animam suam. Neque in vespero, quum refectionem
Esa. 58. accipiebant, uescebantur carnibus. Vnde Daniel de ieiunio trium hebdomadarum
dicebat, Panem desiderabilem non comedi, & caro & uinum non introierunt in os
meum alias nō fuisset magna afflictio de qua tamen aliqui iactabant se. Esa. 58. Quare ieiunauimus, & non aspexisti? afflixímus animas nostras, & nescisti?

Ieiunium ecclesiasticum. ¶ Ieiunium ecclesiasticum (hoc est ab ecclesia indictum) consistit in abstinentia carnium, & unica comestione, hora competenti, & est duplex. s. quadragesimale, quatuor temporum, & uigiliarum, quæ differunt inter se dupliciter. Primo quo ad abstractionem ciborum. Quia aliis diebus ieiuniorum a quadragesima, possunt ieiunantes & non ieiunantes uti ouis & lacticiniis, in quadragesima aūt non licet ut habetur in c. denique. 4. distin. Secundo differunt quo ad institutionem, quia ieiunia quatuor temporum & aliorum dierum, instituta sunt a summis pontificibus, sed ieiuniū quadragesimæ habemus ex traditione Apostolorum, ut ait D. Hiero. in epist. ad Marcellam, Nos unam quadragesimam ex traditione Apostolorum toto anni tempore nobis congruo ieiunamus. Et D. Ignatius in quadam epistola dicit se accepisse hanc ordinationem a diuo Ioanne Euangelista Nec legitur aliunde habuisse initium. Neque uerisimile est, quòd ecclesia hanc sarcinam accepisset, & per tot secula obseruasset, nisi a Spiritu sancto, & Apostolis emanasset. Hanc Apostolorum ordinationem prędixerat Christus, respondendo discipulis D. Ioannis Baptistæ, qui induxerat ipsis ieiunia frequentia. vnde dicebant, Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? respondit Christus, Nunquid possunt filii sponsi lugere quandiu cum eis manet sponsus? Veniunt autem dies cum auferetur ab eis spōsus, & tunc ieiunabunt, hoc est, ieiunium ordinabunt, & obseruabunt. De obseruatione ieiunii quo ad eos habetur Act. decimotertio. Ministrantibus autem illis Domino & ieiunantibus, dixit illis Spiritus sanctus, Segregate mihi Saulum & Barnabam ad opus, ad quod assumpsi eos? ¶ Ordinauerunt Apostoli ieiunium quadragesimale propter tria. Primò in memoriam ieiunii Christi, de quo Mat 4 & vt nos ei quodammodo nobis possibili conformemur. Secundo vt decimas temporis domino redderemus. vnde D. Greg. ait, vt qui toto anno nobis viuimus, authori nostro in eius decimis mortificemur. Tertio propter bona, quæ nobis a ieiunio proueniunt. Idem Greg. aliqua assignat in præfatione quadragesimæ dicens, Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentes eleuas, virtutem largiris & præmia. Est præterea placatio diuina reatus deletio, & multa alia bona sequuntur.

Ieiunium quadragesimale ab Apostolis traditū & indictum. — *Matth. 9.* — *Act. 13.* — *Ieiunium quadragesimæ propter tria est institutum.* — *Vtilitates ieiunij.* — E 87

¶ Hic autem Lutheranorum & neotericorum hæreticorum (quibus comessationes & epulę placent) abhorrentium ab abstinentia & ieiuniis, & omnia pœnitentiæ opera improbantium, & aduersus ieiunium ecclesiæ insurgentium, sophisticas rationes ex malo intellectu sacræ scripturæ procedentes, diluere, & iacula refellere operæ pretium est. Prima eorum aggressio procedit ex satisfactione Christi, qui abundantissime satisfecit pro peccatis nostris, ideo superfluere dicunt ieiunia nostra, & passioni Christi fit iniuria, si peccata nostra per ieiunia expiare tentamus. Sed de hac satisfactione & per crucem & pœnitentiam ad Christum conformatione abunde locuturi sumus cap. 16. §. 4. ver. 22. ideo præsentiarum supersedemus. Secunda concertatio procedit ex ciborum bonitate. Gen 1 vidit enim. Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. &, Omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum. & Christus, Non quod intrat in os coinquinat hominem. Et Apost. Esca nos non commendat Deo. Neque enim si non manducauerimus, deficiemus. Neque si manducauerimus, abundabimus, & primò. Corinth. 14. Non est regnum Dei esca & potus, & ad Timoth 4. Spiritus manifeste dicit, quòd in nouissimis diebus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum,

F 87 — *c. 16. §. 4. ver. 22.* — *Gen. 1.* — *Gen. 9.* — *Matth. 15* — *1. Cor. 8* — *1. Cor. 14* — *1. Tim. 4.*

in

in hypocrisi loquentium mendacium, cauteriatam habentium conscientiam suam, prohibentium nubere, & abstinere a cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione, fidelibus & his qui cognouerunt veritatem. Hinc perperam concludunt, quòd delectus ciborum non solum non placet Deo, nec aliquid adfert commodi, imò tanquam à spiritibus dæmoniorum procedens, cauteriatam reddens consciētiam, displicet. Ideo Ecclesiam ieiunium non posse ordinare, neque vsum ciborum prohibere inferunt. Verum conclusio hæc non infertur neque pendet ex authoritatibus prædictis, quæ si eas intrinsecus prospexeris, solum contra illos militant, qui aliquos cibos secundum se malos esse dicebant, vel Ceremonialia legis Moysi, in quibus pp futurorum significationem aliqui cibi prohibeban tur, cum Euangelio obseruanda fore astruebant. quorum neutrum sequitur siue probat imò condemnat Ecclesia. Contra primos militant authoritates Gene. Math. 1. & Corinth. Contra vltimos autem Diuus Paulus in Epistola ad Galat. vbi Petrum dissimulantem manifeste reprehendit. Coloss. 2. dicit. Nemo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum, quoniam illa euacuata sunt. Vnde primæ Corinth. 13. Quum venerit quod perfectum est euacuabitur quo ex parte est. Vtrosque prosequitur Diuus Paulus. 1. Timoth 4 quòd aperte insinuat quum ait. His qui cognouerunt veritatem. Et sic deligere cibos, vel abstinere ab eis tanquam de se malis, vel in lege Moysi sunt prohibiti, procedit ex doctrinis dæmoniorum. Sed abstinere a certis, cibis ad reprimendas concupiscentias, aut ad delendum reatum, siue ad animi eleuationem, aut ad placandam iram dei, seu propter aliquam aliam rationabilem causam, procedit ex doctrina Christi. Nam & diuus Paulus hoc consuluit dicens, Bonum est non manducare carnem nec bibere vinum. Hac delectione vsus est, vnde dicebat, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne quum aliis prædicauerim. ipse reprobus efficiar. 2. Corinth. 11. dicit se abundantius laborasse in ieiuniis multis. Eandem ciborum subtractionem idem Apostolus malum affirmat propter scandalum, vt in Petri reprehensione, vel propter notabile corporis, aut sanitatis detrimentum. Vnde. 1. Thimoth. 5. Modico vtere vino propter stomachum & alias infirmitates tuas. Et Rom. 12. Sit rationabile obsequium verum. Et D. Hieron. Non refert. vtrum magno vel paruo tempore te interimas. Quia de rapina holocaustum offert, qui vel ciborum nimia egestate, vel manducandi, vel somni penuria immoderate corpus affligit. vnde sequitur quòd infirmi in quadragesima carnibus vesci possunt de consilio vtriusque medici. Similiter recta ratio non tantum subtrahit de cibo, vt homo reddatur impotens ad debita opera peragenda. vnde idem Hiero. ait, Rationalis homo dignitatem amittit, qui ieiunium charitati, & vigilias sensus integritati præfert. Ex his apparet quòd præfatæ authoritates non militant contra Ecclesiam, quæ instituit ieiunium quadragesimale, non vt reprobet cibos vt secundum se malos, neque vt Ceremonialia legis Moysi seruet, nec vt corpus interimat, sed ad Christum imitandum, & ad hoc quòd fideles disponantur, ad redemptionis nostræ mysteria deuote recolenda, & ad reprimendas concupiscentias, ac serenitatem & eleuationem animi, nec non ad placandum Deum, & reatum pœnę delendum, Si Diuus Ioannes Baptista potuit indicere ieiunium Discipulis suis. ad fortiori ecclesia, cui obedire Christus præcepit. Si Ecclesiam, inquiens, non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Si Moyses ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vt legem scriptam in tabulis lapideis, mereretur accipere (vt habetur Exod. 24.) a fortiori Christiani. vt authorem legis & gratiam Spiritus sancti mereantur recipere in Paschale. Si filii Israel vt mererentur, ingredi terram promissionis, ieiunauerunt quadraginta annis & quandiu manserunt, in deserto (vt D. Ambros. dicit sermone. 24.) & qui noluerunt ieiunare, & a carnibus abstinere, sed desiderio & actu ieiunium violauerunt, exterminati sunt qui (vt Psa dicit) Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum, A fortiori Christiani, vt mereantur ingredi regnū cælorū, sin

Marginalia: *Argumenti heretico rum soluuntur.* — 1. Cor. 13. — A 87 — Rom. 14. 1 Cor. 9. — 1. Tim. 5. — *Infirmi in quadragesima carnibus vesci possunt.* — *Persuasio ieiunij.* — Math. 18. — B 87 — Psal. 77.

gulis annis &, quandiu sunt in deserto huius mundi, quadraginta diebus a carnibus abstinere & ieiunare debent, nisi ex legitima & rationabili causa excusentur. Et qui in ætate & statu ieiunandi sunt, & excusationem legitimam non habent, vltione diuina digni sunt. Ex his etiam apparet delectum ciborum, & præcipue abstinentiam carnium (quam D. Paulus laudauit, & bonam esse dixit) placere Deo, qui ex
Gene. 2. ligno scientię boni & mali edere prohibuit, Gene. 2. & a multis cibis filios Israel, propter figuram & repræsentationem spiritualium abstinere præcepit, & Danielis ieiunium, & abstinentiam carnium approbauit, con ieiunio Niniuitarum. Et CHRISTVS certum genus dæmoniorum non eiiciendum fore, nisi a ieiunan-
Matt. 9. tibus & orantibus prædicauit. Nec obstat quod allegatum fuit ex Esa. Nunquid tale est ieiunium quod elegi per diem affligere animam suam? Quia ibi non reprobatur ieiunium, sed pessimæ circunstantiæ, quæ meritum ieiunii absorbebant. Vnde dicitur Nolite ieiunare sicut vsque in hanc diem, scilicet ad lites & contentiones, & vbi inue-
Ieiuniū indenumquam reprobatum fuit. nitur voluntas vestra priuata contraria volūtati Dei Ideo Christus Matth 6. Quum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. & in eodem, vt ieiunium approbatū osten deret, conditiones & circunstantias ieiunii declarauit.

¶ Ad rectum Ecclesiæ ieiunium tria requiruntur. Primum est vnica comestio per modum cibi siue sustentationis, quia si per modum medicinæ & electuarii vel ad tollendam alterationem duntaxat, moderate aliquid sumatur, siue ante, siue post
Matth. 6 prandium, non soluitur ieiunium, neque parum panis, aut fructuum, ne vinum vel
2.2.q.147 aqua dissoluat aut dilaniet stomachum, etiam si pluries in die fiat, prout alteratio exi-
art. 6. git neque (vt Dominus Caietanus ait in summula) acceptio plurium fructuum in col- C
quid requiratur ad rectum Ecclesiæ ieiunii. latione more Romanæ, curiæ, quæ id censentur approbasse siue in illo dispensare. 88
Videant tamen qui sumunt, quantum & qua intentione sumant, aut sumere, censeantur. Quia (vt habetur. Gal. 6.) Deus non irridetur, sed ipsi. Secundum requisitum ad ieiunium, est abstinentia carnium & lacticiniorum, quæ etiam præcipitur non ieiunantibus excusatis, nisi sint infirmi. quia tales de concilio vtriusque medici
Collatio in diebus ieiuniorum quomodo fieri potest. (vt dictum est) vesci possunt in dubiis. Vbi vero est euidens causa præsertim consuetudine interueniente, vel quum non potest de facili haberi recursus ad superiorem, tunc absque medici consilio vesci possunt, & vti Epichæia, vt Diuus Thomas dicit. Cauere tamen debent, quantum possibile fuerit, a pusillorum scandalo, vt non videant & si videant, etiam causam necessariam & euidentem ac dispensationem
Gala. 6. cognoscant Butyrum vero, & lacticinia in locis, in quibus consuetudo propter defe-
ar. 8. ctum olei, est introducta, etiam non soluit ieiunium. Tertium requisitum est com-
2.2.q.147 petens hora. Olim competens hora erat post vesperas, deinde successu temporis
ar. 40. post nonam horam, hoc est hora prima post meridiem. Tandem in meridie, & nunc
ar. 7. in vndecima hora. Circa hoc consuetudini patriæ standum est. Vnde Diuus Hiero-
Competens hora prandii in diebus ieiuniorum. nymus de ieiuniis loquens ait. Vnaquæque prouincia abundet suo sensu, & præcepta maiorum Apostolica arbitretur. Et in can. in his. 11 distinctio, ex Diuo Augustino, in epistola ac Casulanum dicitur. In his rebus in quibus nil certi statuit diuina scriptura, mos populi, mos Dei, & instituta maiorum pro lege habenda sunt, & sicut præuaricatores diuinarum legum, sic & contemptores Ecclesiasticarum con-
In Epist. ad Casu. suetudinum coercendi sunt. Vnde dicitur communiter. Quum fueris Romæ Romano viuito more. Et sic intelligendū est de esu carniū in die Sabbati, a festo Natiuita- D
An religiosi possint comedere carnes in die natiuitatis Domini, si feria sexta aduenerit. tis Domini, vsque ad purificationem D. Virginis, in Gallia, & de esu intrinsecorum 88 & extremitatum animalium in Hispania. Quod puto non habere verum in eis, qui ex voto uel regula abstinentiam carnium obseruare habent. Quia in cap explicari, extra de obseruatione ieiuniorum. dicitur quòd illi qui uoto uel regulari obseruantiæ sunt astricti, in sexta feria si festum Natiuitatis Dominis uenire contigerit, carnibus propter festi excellentiam uesci non possunt, secundum consuetudinem. Ecclesiæ generalis, ergo excipi debent a consuetudinibus particularibus. Retardare tamen horam quilibet potest quantum placet. Præuenire uerò non licet absque rationabili causa. Cū rationabili tamen causa peruenire licet ut propter societatem intinerantiū.

¶ Ecclesia

¶Ecclesia vero(quę est pia mater, & non intendit filios obligare ad impossibile, neque ad valde difficile) secundum doctorum interpretationem & iuris præsumptionem,a vinculo ieiunii censetur nonnullos excusare, & maxime octo genera hominum. Primum locum tenent infirmi & debiles, eo quod non possunt sufficienter & salubriter cibum ad sustentationem sumere. Secundum tenent pauperes hostiatim mendicantes, qui hora competenti, non inueniunt sufficienter ad sustentationem naturæ. Si vero sufficienter inueniant, & alias robusti sunt, non puto eos excusatos, nisi forte propter ignorantiam. Tertium tenent mulieres prægnantes & lactantes,qui habent pro duobus cibum sumere,ideo non debent ieiunare. Quia eorum ieiunium tanquam paruulis damnosum,esset sacrificium de rapina. Ideo vix excusati possunt a peccato. Quarti sunt pueri, propter crementum, & sic vsque ad finem tertii septennii secundum medicos, hoc est vsque ad vigesimumprimum annum, non tenentur ieiunare ex præcepto Ecclesiæ. Si tamen procliues sunt ad luxuriam,non tenentur ieiunare & carnem domare,non præcepto ecclesiæ,sed præcepto iuris naturæ & diuini. Quintum tenent senes & decrepiti, in quibus deficit virtus caloris naturalis. Aliquibus videtur quod a septuagesimo anno & supra sunt excusati iuxta illud Psal. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, si autem in potentatibus octoginta anni amplius eorum labor & dolor. Tutius tamen putarē standum esse cuiuslibet talium iudicio & conscientiæ non enim omnes eiusdem complexionis sunt seu æquè fortes. aliqui in 50. anno sunt debiliores, quam alii in 80. Quandiu sunt subiecti passionibus & potentes ad actus venereos, censentur potentes ad ieiunandum & idem censendum est de his qui prætextu debilitatis se a ieiunio volunt excusare. Notent tales illud quod dicitur Esa. 5. Væ qui potentes estis a bibendum uinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem, & opus Domini non respicitis. Vbi tamen sentiretur notabilis debilitas & ad huc manere dubium, consulerem obtinere dispensationem, a superiorem, qua habita non censerem illos obligatos neque teneri ad ieiunium, licet bene ad temperantiam. Sextum tenet laborantes pro victu quotidiano quærendo vel manutenendo secundum statum, cum labor,& ieiunium absque magna difficultate non conueniant. Diuites vero qui aliis diebus non laborant sed per alios opera sua disponunt,& in diebus ieiuniorum laborant,vt a ieiunio excusentur,non puto tutos esse in conscientia. Septimum tenent itinerantes,Equitantes uero,ubi esset magnus labor & difficultas non modica,ieiunandi propter alterationem,etiam censentur excusati. Octauum tenent omnes,qui propter ieiunium impedirentur a maiori bono,vt cantores,qui habent in diuino officio cantando laborare,excusantur,& idem de prędicatoribus,si propter ieiunium impediantur a prædicatione. Si vero sunt fortis naturæ & propter ieiunium non impediuntur a prædicatione,non putarē eos excusatos. Mulieres etiam vxoratæ propter bonū pacis in domo seruandum,excusantur.

Qui excusentur a ieiunio ecclesiæ.

Iuuenes vsque ad 21 annum non tenentur ieiunare ex præcepto ecclesię.

Vr. 3. De Gula.

F GVLA est uitium abstinentiæ oppositum per excessum. Gula autem est inordinatus appetitus cibi propter delectationem inordinatam. Et quia delectatio ordinata non est peccatum, ideo delectari moderate & ordinate in comedendo, non est peccatum. Inordinata autem delectatio & eius appetitus quatuor modis fieri potest. Primo quantum ad substantiam, quando nimis lautos & preciosos cibos quis appetit. Secundò quantum ad qualitatem, quando quęrit cibos nimis accurate, hoc est curiose præparatos. Tertio quantum ad tempus, quando præuenit debitum & competens tempus comedendi,sine causa. Quarto quantum ad modum, vt quando non seruat debitum modum in comedendo, vt quum nimis comedit, vel nimis festinanter,absque debita masticatione. Hos quatuor modus D. Greg. ponit, & Diuus Tho. vocat species gulæ. ¶Gula est mortale peccatum,quando auertit a fine, quando scilicet aliquis constituit vltimum finem in delectationibus cibi & potus ut non curet contrauenire præceptis, vt quum ieiunia contemnit, aut aliud præceptum transgredi paratus est, quia de talibus Philip 3. dicitur. Quorum Deus venter est.

88 2. 2. q. 148

In 31. Mora.

Quatuor modi delectationis inordinatæ. Frequenter tamen veniale est. Ideo D. Augustinus inter minuta connumerat, licet quandoque in suo genere graue sit, maxime quum delectatio cibi allicit ad comedendum vsque ad vomitum vel crapulam, vel quando alia inconuenientia sequuntur, vt infirmitas præuisa, & quum est notabile detrimentum sanitatis præuisum, vel quod preuidere tenetur, est mortale, & quum inducit ad alia mortalia.

Filiæ siue species gulæ 31. Mora. ¶ Gula est vitium capitale. eo quod ab eo multa vitia (quę a D. Greg. filiæ eius dicuntur) originem ducant, & præcipue quinque. Prima respicit rationē, & dicitur *Hebetudo mentis.* hebetudo mentis, quando ex immoderatione cibi potus; rōnis acies & intelligentia obtunditur & offuscatur. Secunda, quæ respicit voluntatem, dicitur inepta *Inepta lætitia.* lætitia, quando, scilicet voluntas supposito rationis gubernaculo: dissoluitur in alias animę passiones. Vnde 2. Esdræ. 3. Vinum omnem mentem conuertit in securitatem. *Multiloquium.* Tertia respicit linguam, & dicitur multiloquium. Vnde D. Greg in pastorali ait, Nisi gulæ deditos nimia loquacitas reperet, diues ille epulo lingua grauius non arde- *Scurrilitas* ret. Quarta respicit inordinatum, & dicitur Scurrilitas, hoc est iocularitas quædam, *Ephe. 5.* proueniens ex defectū rōnis. vnde super illud, Stultiloquiū & scurrilitas. quæ ad rem nō pertinet, &c. dr̄ scurrilitas, hoc est iocularitas, quæ risum mouere solet dr̄. Quinta quæ respicit factum, dicitur immūditia, quę potest attendi secundum inordinatam emissionem, quarumcunque superfluitatum, vel specialiter quantum ad emissionem seminis. vnde super illud Apostoli, Fornicatio autem, & omnis immonditia. nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos, dicit Glos. hoc est incontinentia perti- *Ephe. 5.* nēs ad libidinem quocunque modo. vitium oppositum abstinentiæ per defectum, ad insensibilitatem reducitur, vel dicitur Exinanitio.

Ver. 4. *De Sobrietate.*

2. 2. q. 149 SOBRIETAS est virtus quæ moderatur delectationes potus, maxime vini, B
Ti. 2. quod ex sua famositate natum est caput conturbare. Moderatur ēt delectationes alio 88
1. Tim. 2. rum quæ inebriare possunt. Sobrietas communiter dicta, in quacunque materia repe-
1. Petr. 5. ritur, & nil aliud est quàm mensura & moderatio. vnde ad Titum. 2. Sobrie iuste, &
Eccl. 30. piè viuamus in hoc sęculo, & 1. Timo. 2. Mulieres in habitu ornato, cum verecun-
Eccl. 3. dia & sobrietate sē ornantes. Proprie tamen sobrietas est circa potum, qui inebria-
Cato. re seu caput cōturbare potest. De hac D. Petrus, Fratres, sobrii estote, & uigilate, &c.
Sobrietas Et Ecclesiast. 30. Equa via hominibus vinum in sobrietate potatum, & in eodem.
quibus ma Sanitas animę. sobrius potius vinum enim multum potatum irritationem & iram,
xime necessaria. & ruinas multas facit. Ex his sequitur quod vsus vini non est illicitus. vnde Eccle.
31. vinum in iocunditatem creatum est Sed immoderatus vsus illicitus est. vnde Ca-
1. Tim. 3. to dicit. Nullum crimen vini est, sed culpa bibentis. Quanuis autem omnes debeant
Tim. 2. habere sobrietatem aliquibus tamen propter operationes eorum magis necessaria est, vtpote senibus, episcopis. Ecclesiæ ministris, iuuenibus. & mulieribus. Ideo Apostolus, Oportet, inquit, episcopum esse sobrium, & diaconos non multo vino deditos. Et idem in aliis ministris, & qui habent gubernare populum. Et ad Titum scribens, Hortare senes ut sobrii sint, quia in eis ratio uigere debet pp aliorū eruditionē. Et in eodem, Iuuenes similiter hortare, ut sobrii sint, propter periculum. & propter eandem rationem mulieres, quæ debilioris sunt cerebri. Vnde. 1. Timo. 2. Mulieres similiter pudicas & sobrias.

Ver. 5. *De Ebrietate.*

EBRIETAS dupliciter accipitur. Vno modo pro ligamine rationis, quòd ex A
2. 2. q. 150 vino immoderate peccato accidit. & sic est magis pœna, quàm culpa, Alio modo acci 88
pitur pro appetitu inordinato uini uel alterius rei, ex qua sequitur ligamen ratio-
Gen. 9. nis. Quod contingit dupliciter. Primo propter fortitudinem vini præter opinio-
Ebrietas nem bibentis. & sic ebrietas contingere potest sine peccato, præcipue si ex negli
quādo mortales, vel ue gentia hominis non contingat. & sic creditur Noe inebriatus fuisse propter igno-
niales. rantiam & experientia fortitudinis vini. Alio modo ex inordinata concupiscentia & usu vini, & sic ebrietas est peccatum, & speciale gulæ, quæ diuiditur in comes-
Rom. 1. sationem & ebrietate, quæ prohibentur Ro. 13. Non in comessationibus, & ebrietatibus.

tibus. & Gal. 5. enumerantur inter peccata mortalia. Manifesta sunt opera carnis &c. Ebrietas est peccatum mortale, quando quis aduertit vel aduertere tenetur potum esse immoderatum, & inebriare potentem, & bibit, vultque magis inebriari, quàm a potu abstinere. quia tunc homo scienter inordinate se priuat usu rationis, & se exponit multis periculis. Si verò fiat, potus per regulas medicinæ ad uomitum prouocandum, non est peccatum, quia non est inordinatus. Cum autem est ignorãtia inuincibilis, vt puta cum ignorat fortitudini vini, vel non aduertit, neque ad uertere tenebatur, non est peccatum. Si verò quis aduertat potum esse immoderatum, tamen non existimat potum inebriare potentem, sed capnt modicum conturbantem, est veniale. *Galat. 5*

¶ Ex his sequitur quòd assiduitas inebriandi facit ebrietatem esse mortalem, non propter iterationem actus, sed quia non potest esse quod homo assidue inebrietur, quin sciens & volens inebrietur. Et quemadmodum dictum est quòd sobrietas est magis decens certis personis, scilicet episcopis, & Ecclesiæ ministris, religiosis, senibus, iuuenibus, & mulieribus, ita ebrietas est illis magis indecens, turpis, & exprobrabilis. Vnde in canonibus Apostolorum legitur, Episcopus, aut bresbyter, aut diaconus, aleæ aut ebrietati deseruiens, deponatur. Ebrietas inuincibilis & absque culpa execusat a peccato sequente, quia causat inuoluntarium, ratione ignorantiæ. Si autem sit vincibilis & culpabilis etiam mortaliter, excusat peccatum sequens a tanto propter ignorantiam sequentem, & ligamen rationis, quod aliquo modo causat in voluntarium, tamen non excusat a toto, quia licet peccatum sequens non fuerit particulariter voluntarium, fuit tamen voluntarium in causa. Vnde Philo 6. Ethic. dicit quòd ebrius meretur duplicem increpationem, secundum legem cuiusdã Pythagorici, qui (vt habetur in 2. Politicorum) statuit quòd si ebrii percutiant, plus puniantur. quàm sobrii, quia pluries iniuriantur & turbant pacificum cõuictum. ¶ An autem peccet nouo peccato dubium est, quia si impediretur a percussione, puta si includeretur aut ligaretur, non puniretur vt percussor. Sed in oppositum videtur, quia actus ille in ebrietate factus. nullam habet libertatem. Ideo D. Thomas dicit de damnatis, qui ex necessitate peccant, quòd totum demeritum sequentis culpæ ad primam culpam pertinere videtur. Similis ratio videtur esse de ebriis Veruntamẽ aliud est apud Deum, qui interiora cognoscit & iudicat, aliud apud homines, qui sola exteriora cognoscunt, & de illis solis iudicant iuxta illud, Homines vident quę foris patent, Deus autem cor intuetur. *Ebrietas quibus magis indecens et exprobrabilis.* *6. Eth.* *4. sen. dist. 49. & in Ad 3. p. q 98. ar. 5. ad 3.* *1. Reg. 16*

Ver. 6. *De Castitate.*

C CASTITAS est virtus & species temperantiæ, quæ concupiscentiam moderatur, ne prætereat siue deficiat, neque excedat debitum delectationum vsum circa venerea, Hanc D. Paulus. 2. Cor. 6. connumerat aliis virtutibus. Et diuiditur in castitatem virginalem, uidualem, & matrimonialem. *2. 2. q. 151*

89

Ver. 7. *De Virginitate.*

D VIRGINITAS (prout est virtus) importat pro Positum habituale voto firmatum integritatis carnis perpetuo seruandæ, hoc est nunquam experiri delectationẽ venereorum. In virginitate igitur sunt duo, scilicet materiale & formale. Materiale, est integritas carnis in membris generationi deputatis Formale autem, est illud firmum propositum voto firmatum. Et sic ad completam virginitatem hæc duo necessario requiruntur. Et ideo quolibet illorum voluntarie immutato, non remanet virginitas completa atque perfecta. Si vero non voluntarie, sed inuoluntarie, puta si dormiendo aut per violentiam fieret integritatis carnis corruptio virginitatis perfectæ meritum nõ periret licet caro sentiret & experiretur delectationem veneream dummodo voluntas non cõsentiret. Vnde D. Lucia dicebat, Si me inuitam violari feceris, castitas mihi duplicabitur ad coronam. & D. Aug. dicit, quod ista membra possunt diuersis casibus uulnerata vim perpeti, & medici quandoque saluti opitulantes hoc ibi faciunt, quod horret aspectus Obstetrix etiam, virginis integritatem manu velut explorans, dum inspicit, perdit, deinde subiungit, Non opinor quenquam *2. 2. q. 152* *1. de Ciui. Dei.*

89

quam tam stulte sapere, vt hinc periisse aliquid existimet, etiam de ipsius corporis sanctitate, quamuis membri illius integritas iam perdita sit. Non ergo talis ammittit aureolam, de qua infra dicetur. Si uero uoluntarie, tunc perderetur virginitas, nec posset recuperari per pœnitentiam. sicut virginitas formalis deperdita, potest per pœnitentiam, & actum interiorem reparari, quę admodum per solum actum interiorem deperditur. Sed non materialis, prout si quis consumpserit diuitias suas, aut aliquo alio membro se mutilauerit, per pœnitentiam non restituitur ei membrum, nec diuitiæ consumptæ. Circa materiale virginitatis est aliquid quod miraculose potest reparari diuinitus, scilicet integritas membri. Aliud est quod nec miraculose reparari potest, vt scilicet qui expertus est voluptatem veneream, non sit expertus, non enim fieri potest, vt ea quæ facta sunt, non fuerint facta. Vnde dicitur, quod ad præteritum non est potentia, vt scilicet non sit præteritum implicat enim contradictionem. Ideo D. Hieron. ait, Audacter dicam, cum omnia possit Deus, suscitare tamen non potest virginem post ruinam. ¶ De præeminentia virginitatis ad castitatem coniugalem, dicit D. Aguft. in lib. de Virginitate, Certa ratione. & sanctarum scripturarum authoritate nec peccatum esse inuenimus, nec eas (scilicet nuptias) bono virginalis continentiæ vel etiam vidualis æquamus Et D. Paulus hanc sententiam probat duplici ratione, scilicet propter solicitudinem, & carnis tribulationem, quæ sunt in vxoratis. Castitas enim matrimonialis est, quę inclinat ad abstinendum a voluptatibus venereis extra matrimonium, & in matrimonio ab illicitis. Vnde nō habet excellentiam supra communem castitatem. Ideo non est specialis virtus, sicut uirginitas. Castitas vidualis addit aliquid supra castitatem communem, non tamen peruenit ad id quod perfectum est in ista materia, hoc est, ad omnimodam immunitatem venereæ voluptati, sed sola virginitas. Ideo sola virginitas ponitur uirtus specialis supra castitatem, sicut magnificentia supra liberalitatem.

1. 14. §. 3. uer. 1

In epi. ad eustochium habetur in c. si. Paulus 32. q. 5.

In lib. de uirginit.

Virginitas præstantior est castitate matrimoniali & uiduali.

Ver. 8 ### *De Pudicitia.*

B PVDICITIA a pudore (in quo verecundia significatur) dicta, uersatur circa illa, de quibus homines maxime uerecundantur. Verecundantur autem homines de actibus uenereis (ut Diuus Augustinus ait) intantum ut concubitus coniugalis qui nuptiarum honestate decoratur, uerecundia non careat. Et hoc ideo, quia motus genitalium non subiicitur imperio rationis, sicut motus aliorum exteriorum membrorum, uerecundatur etiam non solum de illa coniunctione, sed etiam de quibuscunque, signis eius (vt dicit Philosophus in secundo Rhetorices) Ideo pudicia (quæ attenditur circa venerea) præcipuæ attenditur circa signa uenereorum, ut sunt impudici aspectus, & tactus, oscula & amplexus, & alia huiusmodi, quæ solent deprehendi. Ideo pudicitia est uirtus, quæ moderatur delectationes circa ea quæ consequuntur seu ordinantur ad venerea. De hac Diuus Augustin ait. Prædicanda est etiā pudicitia ab eo, qui habet aures audiendi, ut nil genitalibus membris illicitum Perpetretur. 89

In lib. de Perseue.

22. q. 153. Li. Ethic.

§. 1. *De Vitiis oppositis Castitati.*

F CASTITIATI opponitur luxuria, quæ est inordinatus appetitus delectationum uenerearum unde Luxuriosus, (secundum Isidorum) dicitur quasi solutus in uoluptates. Voluptates enim uenereæ maxime soluunt appetitum. Ideo circa eas luxuria maxime consideratur. Luxuriam esse peccatum mortale apparet ex illo Galatarum 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, &c. subiungit, & similia quæ prædico uobis, quoniā qui talia agunt, regnū Dei non consequentur. Et quāuis semen sit superfluū alimenti & uirtutis nutritiuæ (vt dicit Philosophus) & in aliarum superfluitatum emissione non sit peccatum, qualitercunque emittantur, salua decentia conuictus humani, tamen in emissione seminis, quæ fit contra ordinem rationis, est peccatum, eo quod, natura eget illo superfluo, & ordinauit ad generationem, & ideo illa emissio est peccatū mortale, quocunq; modo uolūtarie fiat extra matrimoniū, quod est ordinatum 89

In lib. de Gen.

ad

ad generationem aliis autem ſuperfluitatibus natura non eget, nec ordinauit illas
Ideo non refert neque eſt peccatum, quocunque modo emittantur.

¶Luxuria eſt vitiũ, capitale, cum ex eo ſiue propter eius finẽ, qui eſt delectatio Luxuriæ ex ocio.
venereorũ, multa vitia oriantur & perpetrentur. Et Secundum D. Gre. habet octo 13. Mora.
filias ſ. Cecitatem mentis, inconſiderationem, præcipitationem, inconſtantiam, amo
rem ſui, odium Dei, affectum præſentis ſeculi. & horrorem ac deſperationem futu
ri, quando enim inferiores animæ vires vehementer afficiuntur ad ſua obiecta, conſe-
quens eſt vt ſuperiores vires deordinentur in ſuis actibus, cum pendeant ac deriuẽtur
quodam modo ex inferioribus viribus. Per vitium autem luxuriæ appetitus inferior
A ſiue concupiſcibilis maxime intendit ſuo obiecto delectabili, propter vehementiam
89 paſſionis & delectationis, & ideo per luxuriam vires ſuperiores quæ ſunt ratio & vo
luntas maximè deordinantur. Sunt autem quatuor actus rationis in agendis. Primus Quatuor
eſt ſimplex intelligentia, quæ apprehendit aliquẽ finẽ vt bonũ. Et hic actus impedit gradus rationis in a-
per luxuriã, ideo ſequitur eam cæcitas mentis, ſecundum illud Dan. 13. Species dece gendis.
pit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum, & quantum ad hoc ponitur cæcitas men Cecitas mẽ
tis. Vnde Sophonias, Ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt. Secundus tis.
actus rationis eſt conſilium de iis quæ ſunt agenda propter finẽ, & hic etiam impedi Dan. 13.
tur per concupiſcentiam luxuriæ. Vnde Ter. Eunucho, loquens de amore libidinoſo, Sopho. 1.
Quæ res in ſe neque conſilium, neque modum ullum habet conſilio regere non po- Præcipitatio
tes, & quantum ad hoc ponitur præcipitatio, quæ importat ſubtractionem conſilii, ca. 4. §. 3.
vt dictũ eſt. Tertius actus eſt iudicium de agendis, & hic etiã impeditur per luxuriã. ver. 1.
Vnde Dan. 13. de ſenibus luxurioſis, Auerterunt ſenſum ſuum, vt non recordarẽtur
iudiciorũ rectorum, & quantũ ad hoc ponitur inconſideratio, de qua dictum eſt.
Quartus actus eſt præceptum ſiue imperium rõnis de agẽdis, hic actus ẽt impeditur
per luxuriã. inquantũ hõ impeditur impetu cõcupiſcẽtiæ, ne exequatur id quod de- Inconſideratio.
creuit eẽ faciendũ. Vnde Teren. in Eun. de Thraſone milite, qui iactabat ſe receſſurũ ca. 4. § 3.
ab amica, dicit: Hæc verba vna falſa lachrymula reſtringet. & quantum ad hoc poni ver. 2.
tur inconſtãtia. Ex parte aũt voluntatis conſequitur duplex actus, quorũ vnus eſt ap
petitus finis, & quantum ad hoc ponitur amor ſui, quantũ ſcilicet ad delectationem Amor ſui.
quam inordinate appetit & per contrarium ponitur odium Dei, inquantum ſ. Deus Odiu dei.
prohibet delectationem concupitam. Alius actus voluntatis eſt appetitus eorum quæ Affectus
ſunt ad finem, hoc eſt mediorum, & quantum ad hoc ponitur affectus præſentis ſe- præſens ſe
culi, in quo aliquis vult frui voluptate. Et per oppoſitum opponitur deſperatio & culi.
horror futuri ſeculi. Quia dum nimis detinetur carnalibus delectationibus, non cu- Horror futuri ſeculi.
rat venire ad ſpiritualis, ſed faſtidit eas. Iſidorus circa actus inordinatos exteriores ad
delectationem pertinentes, ponit quatuor. Primum circa materiam. Et ſic ponitur multiloquium
multiloquium. Cũ enim ex abundantia cordis os loquatur (vt dicitur Mat. 12.) Lu- Scurrilitas.
xurioſi (quorũ eſt cor turpibus delectationibus & concupiſcentiis plenum) de facili
ad turpia verba prorumpunt. Secundum ex parte cauſæ. Cum enim luxuria inconſi-
derationem & præcipitationem cauſet, facit prorumpere in verba leniter & inconſi-
derate dicta, & ſic ponit ſcurrilitatem, ſiue ſcurrilia verba. Tertium quantum ad fi
nem. Cum enim luxurioſus delectationem quærat, & verba ſua ad delectationẽ ordi Stultiloquum.
net prorumpit in verba ludicra Quartũ quantũ ad ſententiam verborũ, quã peruer-
tit luxuria, propter cæcitatem mentis quã cauſat, prorũpit in ſtultiloquia, vtpote cũ Luxuriæ
præfert delectationes quas appetit quibuſcũque aliis rebus. Luxuria habet ſeptem ſpecies ſeptem.
ſpecies, ſcilicet fornicationem ſimplicem, adulterium, inceſtum, ſtuprum, raptum, ſa-
crilegium, & vitium contra naturam, quia ibi eſt ſpecialis ratio deformitatis, opor-
tet ibi eſſe ſpeciale peccatum, ſed ſic eſt in iſtis (vt patet intuenti) igitur, &c.

Ver. 1. *De fornicatione.*

B FORNICATIO eſt duplex, ſ. ſpiritualis & corporalis. Spiritualis eſt idolo 2. 2 q. 154 ar. 2.
89 latria, quæ habet ſimilitudinem cum corporali, quia ſicut in corporali eſt acceſſus ad
non ſuam, & concubitus cum ea, ſic in idolotatria eſt acceſſus ad non ſuum Deum, Spiritualis
& concubitus cum eo, & hæc etiam poteſt dici adulterium, præcipue in eo qui fidem fornicatio.
dedit

Exod. 16. dedit Deo, vt Iudæi in circoncisione, & Christiani in batismo. Et sic intelliguntur
Hier. 3. multi passus sacræ scripturæ in antiquo testamento de filiis Israel, maxime Eze. 16.
Mat. 12. Multiplicasti forn cationes tuas, & Hier. 3. Tu fornicata es cum amatoribus multis.
Et Christus Matt 12. Generatio praua & adultera signum quærit. Fornicatio corpo
Ephe. 5. ralis est concubitus soluti cum soluta. Fornicationem simplicem esse peccatũ mortale iure diuino manifestũ est per illud quod habetur Eph. 5. Fornicatio autem, &c. subditur, Hoc autem scitote intelligentes quòd omnis fornicator, aut immundus,
Tob. 4. aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet patrem in regno Christi & Dei.
Act. 15. Sed nil excludit a regno Dei, nisi peccatum mortale, igitur, &c. Et Tho. 4. Atten
Gen. 16. de ab omni fornicatione, & præter uxorem tuam ne patiaris crimen scire. Crimen
Gen. 30. autem importat peccatum mortale, igitur, & Act. 15. Abstineatis vos a fornicatio
Mat. 19. ne. Nec obstat quod Abraham legitur uabuisse concubinam, Gen. 16. Iacob pariter
Gen. 38. Gen. 30. quia erant uxores, & cum illis dispensatum fuit super pluralitate vxorum,
Iudas fornicatus est. eo quòd cultus diuinus erat per propagationem naturalem ampliandus, secus in noua lege, in qua fides per miracula propagatur. Et per Christum dispensatio
Oseas uero non. illa reuocata fuit, cum reprobauit libellum repudii, & reduxit matrimonium ad statutum in quo fuerat institutum. Iudas tamen non excusatur a fornicatione cum
c. 1. §. 7. Thamar, Gen. 38. licet Oseas non fuerit fornicatus, eo quod præcepto Domini vxo-
uer: 11. rem accepit meretricem & fornicariam. Et quanuis quælibet inordinata comestio non sic peccatum mortale ex genere, eo quod per vnam comestionem non impeditur bonum totius vitæ, quia si impediretur, esset mortale, Tamen quælibet fornicatio impedit bonum prolis nasciturræ, quum ex vno concubitu generatio fieri possit, & ideo ex ipso genere actus est peccatũ mortale, & sic non solũ iure diuino, sed etiam iure naturæ, quia contrariatur charitati & bono prolis nasciturræ de his amplius, quũ de concubinatu agetur.

Ver. 2. De Adulterio.

2. 2. q. 154 ar. 84. ADVLDERIVM est accessus ad alienum thorum, & committitur, quando C alter illorum est alicui alii matrimonio coniunctus. Hoc autem nulli dubium est, 90 adulterium esse maius peccatum fornicatione, quia in simplici fornicatione nulla fit proximo iniuria sed soli Deo In adulterio autem quanuis non fiat iniuria consentienti, fit tamen coniugi, & Ecclesiæ sacramento, & ideo post homicidium in grauitate adulterium collocatur, non ratione venereorum tantum, quia peccatum contra naturam grauius est, sed propter alias circunstantias. Et quanuis secundum aliquid fit
Adulteriũ an grauius fit in uiro quã in muliere. grauius in viro, eo quod vir sit maioris & viuacioris rationis, absolute tamen simpliciter est grauius peccatum in muliere, propter multa retrahentia & pericula, quibus mulier se exponit, & prolem, de his amplius dictum est c. 5. §. 1. Ver. 14. Hoc peccatum speciali præcepto legis naturæ prohibetur, Non mœchaberis. Exod. 20. Adulterium fieri potest stuprum incestus, sacrilegium, & raptus, si vxoratus ad virginem vel consanguineam, aut monialem, vel violentes accedat. Nec inconuenit (prout dictum est) quòd vnus actus materialiter, sit plura peccata formaliter, propter diuersas deordinationes & prohibitiones quas habet.

Ver. 3. De incestu.

2. 2. q. 154 ar. 9. INCESTVS est, cum quis abutitur consanguinea vel affine, & tanto est pec D catum grauius, quanto sunt proximiores in gradu, de his personis est specialis pro- 90
Leui. 18. hibitio Leuit. 18 Ideo est speciale peccatum. Deordinatio in hoc peccato prouenit ex eo quòd homo naturaliter debet quandam honorificentiam consanguineis, & propter ea affinibus, inquantum quòd apud antiquos (vt refert Valer. Max.) non erat fas filium cum patre balneari, ne se nudo. concupiscerent. Prædicta autem honorificentia non potest seruari in actibus venereis, in quibus est turpitudo maxima.

Ver. 4.

Ver.4: *De Stupro.*

E STVPRVM præcipue consistit in actu, quo virgo etiam volens defloratur. In 2 2 q 154 art. 6.
9° hoc peccato est specialis deformitas, tam ex parte puellæ, quam patris. Ex parte puellæ, quia ex hoc quod violatur, nulla pactione coniugali præcedente, impeditur a legitimo matrimonio consequendo, & ponitur in via meretricandi. talis deformitas non reperitur in viro. Ideo vir virgo primo concumbens, non peccat peccato stupri, vt dicit dominus Caietanus. Ex parte patris, quia opprobrium ei fit, eo quod puella in eius cura & solicitudine sita est. Et ideo Deus duplicem pœnam stuprantibus ordinauerat olim in lege. Patri tenebatur stuprator in quingentis siclis, vt habetur Deutoro.22. Quo ad puellam, habetur Exo.22. Si quis seduxerit virginem necdum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit eam vxorem. Si pater virginis noluerit ei dare, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt. Prædictæ tamen ordinationes (inquantum sunt iudiciales) non obligant, nisi quatenus Ecclesia vel aliqua communitas eas reinstituerit. Quòd si nulla sit reinstitutio vel humana circa hæc ordinatio, tenetur stuprator propter iniuriam factam ad arbitrium iudicis, qui in non moderatis per legem debet arbitrari & non moderari.

Ver.5. *De raptu.*

F RAPTVS (prout est species luxuriæ) est concubitus violentus, siue sit virgo, 2.2.q.154
9° vidua, vxorata, aut monialis. & sic potest concurrere simul cum aliis peccatis, si fiat art.7.
violentia patri, marito, priorissæ vel monasterio. Si violenter abducatur a domo patris, mariti. vel a monasterio, dicitur raptus, qui est graue peccatum & per leges punitur pœna capitali, & eius substantia applicatur raptæ, etiam si non fuerit cognita de his Legistæ in rubrica de raptoribus. C. & in l si quis non dicam rapere. C. de Epis. & Cle. Vir tamen quamuis violentiam inferat sponsæ, excusatur a raptu, eo quòd ius habeat in illa, maxime si contraxit per verba de præsenti.

Ver.6. *De Sacrilegio.*

SACRILEGIVM accipitur dupliciter. Primo, vt est vitium religioni oppo-
G situm, de quo dictum est. Secundo, vt est species luxuriæ. Et tunc dicitur concubitus 2 2.q.154
9° cum persona deo dicata, vt si uir etiam laicus cum moniali, vel mulier cum ordinato art.10.
& dicato deo. Potest etiam ex vtroque extremo committi, & tunc est grauius peccatum, ex suo genere mortale, & magna pœna dignum. c.5 §.6. uer.8.

Ver.7. *De uitio contra Naturam.*

LICET omne vitium sit contra naturam hominis, cuius bonum secundum D.
H Dion. est secundum rationem esse, specialiter tamen abusus qui fit circa venerea con- 2.2.q.154
9° tra modum humanum (sicut si cum masculo vel fœmina extra vas naturale, vel cum art. 11.
alterius generis animantibus) dicitur vitium contra naturam, quia in illis minus obseruatur ratio, quæ est natura hominis, & vocatur a D. Paulo Immunditia, per anthonomasiam vnde ait, Et non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione & impudicitia, vbi Glos. Immunditia est vitium contra naturam. Et habet plures species. Si quis solus, vocatur Mollicies & pollutio voluntaria, quę semper est 2.Cor 12.
peccatum mortale, vt habetur ex illo 1.Cor.6. Nolite errare, neque fornicari, neque masculorum concubitores, neque molles regnum Dei possidebunt. Propter hoc 1.Cor.6.
peccatum, Onam qui fundebat semen in terram, percussit Dominum, eo quod rem Gen.38.
detestabilem faceret, in iniuriam totius naturæ humanæ, cuius semen est ad generationem ordinatum. Hoc vitium in secundam personam valde graue est Ideo Rom. 1. D. Pau. plurimum detestatur masculorum concubitores. Sed vitium bestialitatis est grauissimum in genere suo. vnde super illud Gen. 37. Ioseph accusauit fratres Gen.37
suos apud patrem, crimine pessimo, dicit Glo. quia cum pecoribus commiscebantur. Propter hoc peccatum pluit Dominus ignem & sulphur super Sodomam & ciuitates circumuicinas. Et ideo in huius exemplum & criminis detestationem, de talibus conuicti non immerito flammis traduntur. ¶ Nocturna uero pollutio, quæ contingit in somnis, peccatum esse non potest, quum non sit voluntaria, est tamen Gen.19. *Pollutio in dormiente non est peccatum*

ali-

aliquando sequela praecedentis peccati, puta cum contingit ex vehementi cogitatione praecedente in uigilia. Non tamen est peccatum intrinsece etiam si in vigilia terminetur, dummodo non placeat, quum non sit in facultate hominis impedire. Et eodem modo dicendum est de omnibus aliis deformitatibus, quae contingunt dormientibus in somniis, etiam si a daemonibus vel ex fragilitatem proueniant, dummodo non sit consensu, quia si esset consensus vel complacentia in illo, peccatum esset, & non in somnio, quum non subiaceat libertati.¶ Tactus autem & oscula vel amplexus quamuis ex genere suo non sint peccata mortalia aut venialia, possunt enim absque libidine fieri secundum consuetudinem patriae, vel propter necessitatem aut aliam causam rationale. Si tamen deliberate fiant, propter intentionem corruptam, sunt peccata mortalia, sicut & aspectus, iuxta illud Matth. 5. Si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est in corde suo. Non solum enim consensus in actum peccati mortalis, est peccatum mortale, sed etiam in delectationem vt dictum est, cum de consensu ageretur. Vnde D. Cyprianus ad Pompeium, de Virginitate dicit, Certe ipse concubitus, ipse amplexus, ipsa confabulatio osculatio, & coniacentia duorum turpis, & foeda cognitio, quantum dedecoris & criminis sit cõfitentur. Quod intelligendum est extra matrimonium. Et quamuis non impediant bonum prolis humanae, quia tamen procedunt ex libidine, quae ad illud inclinat & disponit, sunt peccata Qui enim amat periculum, in illo peribit.

Tactus, oscula, & amplexus an sint peccata.

Matth. 5.

Eccle. 3.

§. 5. *De partibus potentialibus Temperantiae.*

DECEM communiter poni solent partes potentiales temperantiae, quae dicuntur uirtutes adiunctae & secundariae, quia conueniunt cum ipsa temperantia in hoc quod moderantur aliquas passiones, uel aliquod pertinens ad eas, sicut temperantia. Deficiunt tamen a ratione temperantiae, quae moderatur passiones maxime allicientes, & non hae decem. s. continentia, mansuetudo, clementia, modestia, humilitas, studiositas, moderatio, eutrapelia, ornatus, parcitas. Aliqui plures ponunt, quas reducunt ad aliquas praedictarum. alii tamen non ponunt nisi quatuor, scilicet continentiam, mansuetudinem, clemẽtiam, & modestiam, quam subdiuidunt in quinque, s. humilitatem, studiositatem, bonam ordinationem eutrapeliam, & ornatum, sub quo simplicitas, de quibus per ordinem dicendum est. A 90

Ver. 1. *De Continentia:*

CONTINENTIA dupliciter accipitur. Vno modo pro ea qua homo ab omni delectatione venerea abstinet. Vnde Apost. Galat. 5 continentiam castitati coniungit. Et sic continentia videtur idem esse cum castitate, & eodem modo distingui siue diuidi potest. Alio modo accipitur continentia quia quis resistit concupiscentiis prauis vehementibus, & hoc modo accipit Philoso. in 7. Ethi. Et hoc modo continentia habet aliquid de ratione virtutis, inquantum firmat rationem contra passiones ne ab eis deducatur. Non tamen attingit perfectam virtutis moralis rationem secundum quam appetitus sensitiuus subditur rationi, sic quod in eo non insurgunt vehementes passiones, sed prompte & faciliter absque difficultate exit in actum. Ideo Philo in 4. Ethic. dicit, quod continentia non est perfecta virtus, sed mixta, inquantum habet aliquid de ratione virtutis, & in aliquod deficit a virtute. Accipiendo tamen large virtutum pro quolibet principio laudabilium operum, continentia potest dici virtus, quae principaliter est circa delectationes tactus, sicut & temperantia, & minus principaliter circa concupiscentias honoris aut irae. Et sic subiectiuatur in voluntate, qua quis eligit non sequi vehementes concupiscentias illicitas. B 90

Continentia dupliciter accipitur.

Continentia non attingit rationem perfectae uirtutis.

Ver. 2. *De incontinentia.*

INCONTINENTIA dupliciter & opposito modo ad continentiam accipi potest. Primo pro ea qua quis libere se immergit delectationibus turpibus. & sic est peccatum generale ad gulam ebrietatem, & luxuriam. Alio modo pro ea qua quis rectam rationem habens, vincitur a vehementi concupiscentia carnalium delectationum, honoris, aut irae. Et talis incontinentia est peccatum personae, non omnino C 90

2. 2. q. 156

Incontinentiae peccatum minus intemperantia.

nino deprauatæ. Ideo est minus peccatum quam intemperantia. Quia intemperati uoluntas magis inclinatur ad peccandum, ex propria electione, quæ procedit ex habitu. In eo uero qui est incontinens, uoluntas inclinatur ad malum ex passione quæ cito transit. Et inde est quod incõtinẽs, statim pœnitet transeunte passione, quod nõ facit intemperatus, imo gaudet se peccasse, eo quod operatio peccati facta est ei connaturalis secundum habitum. Vnde de intemperatis dicitur Proue. 2. Lætantur cum malefecerint, & exultat in rebus pessimis. Hanc rationem tangit Philoso. dicens, quod intemperatus non est pœnititiuus, immanet enim electioni incontinens autem omnis est pœnititiuus, & ideo minus peccat. Incontinentia concupiscentiæ est peior quam iræ aut ambitionis Vnde Philos. dicit, quod minus turpis est incõtinentiæ iræ quam incontinentia concupiscentiæ, propter quatuor. Primo, quia motus iræ participat aliquo modo rationem, inquantum iratus tendit ad uindicandam iniuriam sibi factam, quod aliqualiter ratio dictat, sed non perfecte. Sed motus concupiscentiæ est totaliter secundum sensum, & nullo modo secundum rationem. Secundo quia motus iræ magis sequitur complexionem propter uelocitatem motus coleræ, quæ tendit ad iram, unde magis est in prõptu, quod ille qui est secundum dispositionẽ corporis dispositus ad irascẽdũ, magis, irascatur, quam ille qui est dispositus ad concupiscẽdũ, cõcupiscat. unde frequentius ex iracundis nascuntur iracundi, quam ex concupiscentibus concupiscentes. Quod aũt prouenit ex corporis dispositiones, reputatur magis venia dignũ. Tertio quia ira quærit manifeste operari, & cõcupiscentia quærit latebras, & dolose subintrat. Quarto quia cõcupiscens delectabiliter operatur. Iratus autẽ quasi quandã tristitia præcedente coactus. Tunc incontinentia est peccatũ mortale, quando procedit vsque ad consensum deliberatũ alicuius, quod est peccatum mortale, puta vindictam, fornicationem, &c alias est peccatum veniale. Proue. 2. 7. Eth.

Ver. 3. *De clementia & mansuetudine.*

D MANSVETVDO proprie est virtus, quæ moderatur & frenat impetum iræ. Clementia autem est virtus, quæ moderatur exteriores punitiones. Vnde Seneca Clementia est potentia animi in potestate vlciscendi, Et quia istæ duæ virtutes concurrunt ad eundem effectum, se consequuntur ad inuicem sicut iustitiæ & liberalitas, quæ cohibent aliquem a furto, & conueniunt cum misericordia, quia vtraque fugit & abhorret a miseriã alterius. Ideo clementia misericordia nũcupatur. Differunt tamen quia ad misericordiam pertinet subuenire miseriæ alterius per beneficii collatiõnẽ. Sed ad clementia pertinet miseriam diminuere per pœnarum subtractionem. Clemẽtia & mãsuetudo ponuntur partes temperantiæ, quia imitantur eam in aliquibus materiis secundariis quantum ad modum, ex quo principaliter dependet laus temperãtiæ, cuius est moderari & refrenare concupiscentias vehementissimas. Sic mansuetudo moderatiua est iræ, clementia verò pœnarum. Ideo adiunguntur temperãntiæ, sicut virtuti principali. *2.2.q.157* *In lib. de Cle.* *Clementia et misericordia differunt.*

Ver. 4. *De ira siue iracundia.*

E IRA, proprie loquendo, est passio appetitus a qua vis siue potentia irascibilis nominatur, per quam aliquis appetit vindictam. Et quia vindicta potest bene vel male appeti, sicut & infligi, Ideo ira secundũ se est indifferens, sed secundũ quod moderatur & determinatur per rationem quando oportet, quantum & secundum quod oportet, est bona, vt si pater moderatẽ irascatur contra filium propter culpam vel defectum, vel si prælatus contra subditum. Et similiter appetere vindictam propter correctionem vitiorum, & bonum iustitiæ seruandum (dummodo fiat secundũ ordinem iuris) est á Deo, cuius minister est potestas puniens, & tunc ira non est peccatum, imo est laudabilis. Sic iratus est Christus, cum facto quasi flagello ex funiculis, eiecit ementes & vendentes dẽ templo. Ad hunc modum irascendi hortabatur Psalmographus, Irascimini, & nolite peccare. Hæc ira alio nomine dicitur Zelus, hoc est quæ fit propter amorem, & honorem Dei, ac Reipub: vtilitatem, unde Ioan. 2. Recordati sunt discipuli eius, quia scriptum est. Zelus domus tuæ comedit me: Quando vero ira non est regulata per rationẽ, quocunque modo fiat, est peccatũ mita. *2.2.q.158* *Ira quãdo et quomodo bona.* Rom. 13 Mat. 21. Psal. 4. Ioan. 2.

Ira quãdo mala & quomodo. puta si quis appetit vindictam propter malum eius qui puniendus est, vel si appetat eum puniri qui non meruit, vel vltra quam meruit, vel etiam non secundum iuris ordinem, qui est conseruatio iustitiæ, & correctio culpæ. Est autem peccatum mortale, quando contrariatur charitati, quod est quãdo appetitur notabile damnum seu malum proximi, in persona vel bonis. Fit autem veniale tripliciter. Primo propter imperfectionem actus, vt quãdo malum quod appetitur, non est notabile. Secundo propter subreptionem, quando non ex pleno & libero vsu rationis procedit. sed ex impetu passionis & motu secundo primo. Tertio propter inordinatum modũ, quando quis etiam ex causa licita irascitur, sed nimis ardenter, aut secundum exteriores motus nimis excandescit, est veniale. Posset tamen propter scandalum, fieri mortale, ac etiam si huic excessui addatur aliquid quod sit contra dilectionem Dei & proximi, vt si prorumpat in blasphemiam, vel cõtumeliam, aut aliud crimen. Vnde Mat. 5. dicebat Christus, Ego autem dico vobis, Omnis qui irascitur fratri suo (.s. in corde) reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, Racha (quod sec. D. Chrys. paruipensionis verbum est, sicut cum dicimus, Tu ex contemptu) reus erit consilio. Qui aũt dixerit frati suo, Fatue, reus erit gehennæ ignis. Hi sunt tres gradus iracundiæ, secũdũ processum humani actus, in quo primo aliquid in corde cõcipitur, deinde per exteriora signa manifestatur, tandem peccatum interius conceptum ad effectum perducitur, & vindicta verbo vel facto infligitur. Iracundorum tres modi assignantur a Philosopho, Quidam sunt acuti, qui nimis cito irascuntur, ex qualibet etiam leui causa, tamen cito euanescit ira. Quidam amari, quando irascuntur ex causa iræ, quæ est memoria iniuriæ illatæ, & ex hoc ira diu perseuerat, quia continue memorantur. Vnde ex hoc diuturnam tristitiam concipiunt. Ideo sunt sibiipsis amari. Quidam graues & difficiles, & quasi implacabiles, & isti sunt peiores. Greg. autem Nicenus & Damascenus ponunt tres species irascibilitatis. Primam vocant iram felleam, secundam maniam & insaniam, tertiam furorem. Hæ tres species ordinate respondent tribus modis a Philosopho constitutis. Sed de duabus vltimis facit mentionem Dauid, Dñe, ne in furore tuo arguas me, neque ira tua, &c. Ira est vitium capitale, quia ex ea siue eius modo multa vitia oriuntur, præcipue sex. quæ a D. Grego. filiæ iræ dicuntur. Quæ sunt, indignatio, tumor mentis contumelia, clamor, blasphemia. Ira enim tripliciter potest consyderari. Primo secundum quod est in corde. Et, sic ex ira oriuntur duo vitia, Vitium ex parte eius cui quis irascitur, quem reputat indignũ vt sibi tale quid fecerit, & sic ponitur indignatio. Aliud ex parte suiipsius, inquantum .s. cogitat diuersas vias uindictæ, & talibus cogitationibus animum replet, secundum illud Iob. 15. Nunquid sapiens replebit stomachum suum? & sic ponitur tumor mentis. Secundo consyderatur prout est in ore. & sic ex ira duplex inordinatio procedit. Vna quidem secundum hoc quod homo in modo loquendi iram suam demonstrat, ut dicendo, Racha, siue paruipendendo. Et sic ponitur Clamor, per quem intelligitur alta & inordinata ac confusa locutio. Alia inordinatio est secundum quod aliquis prorumpit in uerba iniuriosa, quæ quidem si sint contra Deum, erit blasphemia si uero contra proximum, erit contumelia, prout complectitur conuitium & improperium. Tertio consyderatur ira secundum quod procedit usque ad factum. Et sic ex ira oriuntur rixę per quas intelliguntur omnia nocumenta, quæ facto proximis inferuntur ex ira, siue in bonis siue in persona, & sic complectuntur detractionem, homicidium, mutilationem, & alia huiusmodi.

Ira fit uenialis tribus modis.

Iracũdorũ tres species 4. Ethi.

Psal 6.

Ira sex filiæ.

31. Mora.

Ver. 5. *De crudelitate.* F

2.2.q.159 CRVDELITAS a cruditate sumitur sicut enim ea quæ sunt cocta & digesta, consueuerunt habere dulcem & suauem saporem & illa quę sunt cruda, habent horribilem & asperum, sic clementia importat siue significat quandam animi lenitatem siue dulcedinem, per quam aliquis est diminutiuus pœnarum, ita crudelitas eius oppositum significat quandam animi asperitatem. Vnde Seneca, Crudelitas (quæ nihil aliud est quam atrocitas animi in expediendis pœnis) clementiæ opponitur. Et sicut clementia pro misericordia communiter sumitur, ita cru- 91

2. lib. de cle.

de-

delitas pro immisericordia, ad quam pertinet beneficia non largiri quanuis dici possit quòd ipsa beneficii subtractio, pœna quędam sit. Conuenit autem crudelitas cum sæuitia, sicut malitia humana cum bestialitate vt dicitur. 7. Ethic. Quia crudelitas in pœnis non significat aliquam culpam eius qui punitur, sed solum eius qui delectatur in hominum cruciatu, sicut animalia fera nocent hominibus, vt ex eorum corporibus pascantur, non ex alia iustitiæ causa. & ideo crudelitas continetur sub bestialitate. Nam talis delectatio non est humana sed bestialis proueniens ex mala consuetudine vel corruptione naturæ, sicut & alię hominum bestiales affectiones. Differt tamen quia, crudelitas non solum non attendit culpam in eo qui punitur, sed etiam excedit modum in puniendo. Ideo ab aliquibus dicitur humanitas, & crudeles vocari possunt inhumani. Opponitur etiam crudelitas remissioni, & dissolutioni, quæ tunc est peccatum, quando prætermittitur ordo iustitiæ, quo aliquis debet puniri propter culpam, quam excludit crudelitas. Vnde D. Greg. ait, Sit timor, sed non emolliens, sit rigor, sed non exasperans, sit zelus, sed non immoderate sæuiens, sit pietas, sed non plus quam expediat parcens.

Ver. 6. *De modestia.*

A MODESTIA Est virtus inclinans ad moderandas passiones & delectationes 2.2.q.160
91 circa mediocria, & quæ non sunt tam difficilis moderationis, sicut delectationes tactus, quas moderatur temperantia. Ideo modestia adiungitur ei, differt autem ab ea, sicut liberalitas a magnificentia. Quia magnificentia esse circa difficiliora & magnos sumptus, & liberalitas circa mediocres. Sic temperantia est moderatio difficiliorum modestia vero mediocrium, in quibus non est excellens difficultas. Hęc mediocria videntur esse quatuor quorum vnum est motus ad excellentiam, quem moderatur humilitas, quæ opponitur superbiæ. Secundum est desiderium eorum quæ pertinent ad cognitionem, & hoc moderatur studiositas, quæ opponitur curiositati. Tertium quod pertinet ad corporales motus & actiones, scilicet vt honeste & decenter fiant tam in seruis, quam in his quę ludo aguntur. Quo ad decentiam personæ & quo ad gestus, ponit. Andronicus bonam moderationem. quæ est scientia decentium in motu. Quo ad alios autem & in his quę ludo aguntur; ponit Phil. Eutrapeliam. Quo ad ea vero quæ pertinent ad exteriorem apparatum, puta in vestibus & in aliis huiusmodi ponit ornatum & simplicitatem, parcitatem, & austeritatem, quæ ad modestiã reducuntur. Ex his apparet quod modestia habet plures species & non solum se habet circa exteriores actiones, sed etiam circa interiores.

Militas. *Studiositas.* *Eutrapelia* *Ornatus.*

Ver. 7. *De Humilitate.*

B HVMILITAS Est virtus moderans appetitum hominis ne immoderate ten 2.2.q.161
91 dat in excelsa & magna præter rectam rõne, vt in his quæ sunt supra se, non tendat propriarum virum confidentiam, & sic significat deiectionem ad firma, secundum ordinem rationis. Quod si fiat solum secundum signa exteriora, aut per fictionem, est falsa humilitas, de qua Eccle. 19. Est qui nequiter se humiliat. Sed quando fit secundum morum interiorem animi & rectam rationem, est virtus, quę non contrariatur magnanimitati aut magnificentiæ, quæ circa magna versantur. Quia in hoc conueniunt quod omnes sunt secundum rectam ratione. Sed differunt, quia ad magnanimitatem & magnificentiam pertinet, quòd aliquis ad magna tendat, ex confidentia diuini auxilii. Ad humilitatem vero pertinet, vt se deiiciat & demitta ad ima, ex cõsideratione defectuum propriarum virium & diuinæ reuerentię, ex qua procedit quòd homo non plus sibi attribuat, quam sibi competat, secundum gradum quem a Deo sortitus est. Et sic humilitas videtur præcipue importare subiectionem nominis ad Deum. Ideo D. August. in lib. de Ser. Do. in monte humilitatem, per quam intelligit paupertatem spiritus, attribuit dono timoris, quo quis Deum reueretur. Humilitas a D. Benedictio in regula distinguitur in duodecim gradus. Quorum primus est, corde & corpore semper humilitatem ostendere, defixis in terram aspectibus. Secundus, vt pauca uerba & rationabilia loquatur, non clamorosa uoce. Tertius ut non sit facilis aut promptus in risu. Quartus, taciturnas usque ad interroga-

Humilitas quid, & in quo sit. *Falsa hu. Eccl. 19.* *Humilitatis, & magnanimitatis differētia.* *In lib. de ser. Do. in monte.* *Humilitatis 12. gradus.*

 tionem,

tionem. Quintus tenere quod communiter habet monasterii regula. Sextus, credere & pronunciare omnibus se viliorem. Septimus, ad omnia indignum & inutilem se fateri & credere. Octauus, confessio peccatorum: Nonus, prompte obedire in duris & austeris Decimus, vt cum obedientia subdat se maiori. Vndecimus, vt voluntatẽ propriam non delectetur implere. Duodecimus, vt Deum timeat, & memor sit omnium quæ præcepit. Aliqui tamen vocant huiusmodi gradus signa & effectus humilitatis, quibus quisque scire potest an humilitatem perfectam habeat necue.

Ver. 8. *De Superbia.*

2.2 q.162 SVPERBIA est inordinatus appetitus suæ excellentiæ, & denominatur ex C
In lib. Eth. hoc quòd per voluntatem aliquis tendit in id quòd est supra se. Isidorus dicit, Superbus dictus est quia super vult videri, quàm est, qui enim vult supergredi quod est superbus est. Subiectũ verò superbiæ est appetitus irascibilis largo modo acceptus, cũ sit circa alquid magnum & arduum: subiectum enim actuum & habituum ex obiecto potentiarum consideratur. Sed notandum quòd appetitus irascibilis dupliciter accipi potest. Vno modo proprie, ut dicit quandam transmutationem & sic est pars appetitus sensitiui, vt dictum est. Alio modo large, prout se extendit ad oẽm appetitum, qui versari potest circa ardua. & sic voluntas dici potest appetitus irascibilis, quia tendit circa arduum. Et ideo quandoque ira animæ attribuitur & Deo & angelis, non secundum passionem, sed secundum iudicium iustitiæ vindicatiuæ & punitiuæ & eodem modo attribuitur superbia Lucifero & angelis eius, qui non habent appetitum irascibilem in eis. Cum ergo obiectum superbiæ (quod est propria excellẽtia) possit esse aliquid spirituale, quod non est sensibile necesse est dicere, quòd superbia (prout est appetitus inordinatus spiritualis excellẽtiæ) sit in voluntate, quamvis secundum quòd est inordinatus appetitus corporalis vel temporalis excellẽtię, sit in appetitu sensitiuo irascibili. Superbia opponitur humilitati per excessum. Ex quo sequitur primo quòd sicut humilitas est virtus, ita superbia est vitium secundò quòd sicut humilitas est specialis virtus ita, & superbia est speciale vitium. Ad cuius ampliorem euidentiam sciendum est primo quod superbia dupliciter considerari pôt. Vno modo secundum rationem sui obiecti, quod est propria excellentia, quæ habet D quandam specialitatem & sic superbia est vitium speciale, cum habeat speciale obiecto. Alio modo potest considerari, superbia secundum quandam redundantiam in alia peccata, quæ possunt ex superbia oriri directe vel indirectè. Directè prout alia vitia ordinantur in finem superbiæ, ad quem potest homo ordinare quicquid inordinate appetit. In omni enim peccato homo propriam excellentiam quærit, inquantum vult quod inordinatum est, & quod est contra voluntatem Dei prohibentis, Indirectè autem & quasi per accidens, in non remouendo prohibens, inquantum homo per superbiam contemnit diuinam legem, per quam prohibetur & retrahitur a peccando iuxta illud. Confregisti iugum rupisti vincula, dixisti, Non seruiam. Et secundum hoc superbia generalitatem quandam habet. Notandum tamen quòd ad generalitatem superbiæ pertinet quòd omnia vitia ex superbia oriri possint, sed non quòd semper oriantur potest enim homo committere omnia peccata ex contemptu legis diuinæ, quòd pertinet ad superbiam. Non tamẽ oportet quòd semper committat ex contemptu formali, siue ex intentione, sed quandoq; ex ignorantia, quandoque ex infirmitate & passione. Et inde est quòd sicut Diuus August. dicit. Multa perperam fiunt, quæ non fiunt superbe. Et quãuis superbiam possit corrumpere actum cuiuslibet virtutis, indirectè & demeritoriè ordinando in finem suũ, & obiectiue abutendo, iuxta illud D. August. in regula, Superbia etiam bonis operibus insidiatur, vt pereant. Et Christus de Scribis, & Pharisæis: Omnia faciunt vt videatur ab hominibus. &, Receperunt mercedem suam, Non tamen corrumpit omnes virtutes directè & effectiue, cum non habeat directam contrarietatem ad quamlibet virtutem, sed solùm ad humilitatem, sicut quodlibet aliud peccatum corrumpit specialem virtutem sibi oppositam, in contrarium agendo: Domi. Caietanus in

Margin notes: Appetitus dupliciter accipitur. c.1.§.10. Superbia præcipue dependet a voluntate. Superbia dupliciter consideratur. Hier.2. In libr. de na. et gra. Math. 23 Math. 6.

in fummula, prædictam fuperbiæ distinctionem declarat, & dicit duplicem effe fu-
perbiam. f. perfectam & imperfectam. Superbia perfecta & confumata tunc eft, Duplex fu-
quando quis adeo feipfum magnificit, vt nolit fubiici diuinæ regulæ, & diuiditur perbia, per-
in quatuor ramos, quos D. Gregorius dicit effe fpecies fuperbię. Primus ramus, fecta, et im-
cum quis bonum quod habet, exiftimat a feipfo habere. Vnde 1. Cor. 12. Quid perfecta.
E habes quod non accepifti? Si autem accepifti quid gloriaris, quafi non acceperis? Ta- 23. Mora.
91 les videntur effe in hoc ramo. qui nunquam cogitant de Deo, & fibi putant omnia Superbiæ
naturaliter aduenifle. Tales contemnunt Deum benefactionem a quo. Omne datum rami fiue,
optimum, & omne donum perfectum. Secundus ramus & fecunda fpecies eft, cum fpecies qua
quis ita fe extollit, vt bona quæ habet a Deo, exiftimet fuis meritis habere. In hoc suor.
ramo videntur effe illi, qui propter nonnulla bona opera quæ fecerunt, affectum fe- Iac. 1.
curum habent in bonis habitis, & quærulum in bonis perditis, aut admiratiuũ quod
non exaudiantur a Deo, quia exiftimant illa effe quafi fibi debita. Tales contemnunt
diuinam gratiam, quia fi ex operibus, iam non ex gratia. Contra tales Chriftus ad
duxit parabolam de domino, & feruo, & deinde concludit: Sic & vos cum feceri-
tis omnia quæ præcepta funt nobis; dicite. Serui inutiles fumus, quod enim debui- Rom. 4.
mus facere, fecimus. Vnde & Efa. Facti fumus vt immundi omnes, & quafi pannus Luc. 17.
menftruatæ omnes iuftitiæ noftræ. Nec propter hæc negantur merita, quæ proce- Efa. 64.
dunt ex gratia aut etiam ex confidentia meritorum, non prout a nobis, fed prout a
gratia procedunt, fed præfumptio meritorum, cum nemo fciat an amore, vel odio
dignus fit, fed omnia in futurum relinquantur incerta. Et ideo Iob. Verebar om-
nia opera mea. Tertius ramus & tertia fpecies eft, cum quis defpectis cæteris appe- Eccle. 9.
tit fingulariter videri fecundum quod habet. Tales contemnunt multiplicatio- Iob. 9.
nem diuinæ largitatis in aliis. In hoc ramo effe videntur illi, qui prompti funt ad
confideranda bona quæ habent, & defectus aliorum. Ideo fupra illos fe exiftimant,
& volunt videri, prout Pharifæus ille qui dicebat, Gratias tibi ago Deus, quod non Luc. 18.
fum ficut cæteri hominum, iniufti, raptores, & adulteri, velut hic Publicanus. Ieiu-
no bis in fabbato, decimas do, &c. Ex verbis fuis manifeftauit fe effe in fecundo,
& tertio ramis, a Chrifto ibi reprobatis. Quartus ramus, fiue quarta fpecies, cum
F quis magnum fe facit, & vult videri fe habere bonum quod non habet. & tales con-
91 temnunt diuinam miferationem. Superbia imperfecta dicitur, quando non ex deli- Superbia
beratione completa, fed propter paffionem, aut aliquid huiufmodi aliquis vult alte- imperfecta
ri præferri, cuius fignum eft, ad proximos crudelitas animi, incompaffio ad alios. quæ fit.
defpectio, irrifio, intolerantia iniuriarum, impatientia, ægræ ferre fe defpici, indigna-
tio, & huiufmodi, quæ monftrant hominem plus de feipfo fentientem, quam fit:
Anfelmus diuidit exaltationem fuperbię in tres gradus, fecundum progreffum cu-
iuslibet peccati, quod primo corde concipitur, fecundo ore profertur, tertio o-
pere perficitur. Diuus autem Bernardus ponit duodecim gradus fuperbiæ oppo- Superbię
fitos duodecim gradibus humilitatis. de quibus in uerficulo præcedenti, quos fa- gradus. 12.
cile eft adaptare, & comparare ad inuicem. Et funt, Curiofitas, leuitas mentis,
inepta lætitia, iactantia, fingularitas in arrogantia, præfumptio, peccatorum de-
fenfio, fimulata confeffio, rebellio, libertas, peccandi confuetudo, quæ impor-
tat contemptum Dei. Differt, autem fuperbia ab inani gloria, & ambitione, quia
fuperbia eft inordinatus appetitus proprię excellentiæ. inanis uero glorię eft in-
ordinatus appetitus gloriæ. Ambitio autem eft inordinatus appetitus honoris.
Superbia vero pręcipue confummata, eft peccatum mortale, & grauiffimum ex par-
te auerfionis, opponitur enim nobiliffimæ virtuti, quæ eft humilitas, quæ proprie
refpicit fubiectionem, hominis ad Deum. Sic fuperbia refpicit defectum huius
fubiectionis, fecundum quod aliquis fe extollit fupra id quod fibi præfixum eft per
diuinam regulam. Ratio ergo & radix fuperbiæ eft nolle fubiici Deo. Ideo dici-
tur. Eccle 10. Initium fuperbiæ, apoftatare a Deo quæ apoftafia manifefte oftendi- Eccle. 10.
tur in inobediẽtia. quãdo quis non vult obedire fuperioribus a Deo ordinatis, Ro. 13. Ro. 13.
Hoc peccatum eft grauiffimum. Vnde Iac. 4. Deus fuperbis refiftit humilibus aũt dat Iac. 4.

Psal. 137. gratiam. Et Psal. Magnus dominus, & humilia respicit. & alta (hoc est superba) a longe cognoscit. potest tamen superbia præcipue incompleta, est peccatum veniale, propter imperfectionem actus aut subreptionem. Superbia non dicitur uitium capitale, nec inter alia specialia peccatorum principia debet uumerari, sed omnium vitiorum origo & regina, iuxta illud Eccle. 10. Initium omnis peccati superbia, a qua pendent alia septem capitalia vitia. Primo inanis gloria, vt dictum est cum de ipsa superius ageretur.

Ver. 9. De Studiositate.

2.2.q.166 STVDIOSITAS est virtus moralis subiectiuata in voluntate, moderans ap A
petitum & desiderium sciendi, quod est naturale. nam (vt dicit Philo. 1. Metha.) om 92
nes homines naturaliter scire desiderant. Illud tamen in desiderium potest esse inordinatum quærendo scire altiora. Vnde Eccle. 3. Altiora te ne quæ sieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Et ideo ad moderandum illud est ponenda studiositas, quæ dicitur a studio. Studium autem est vehemens applicatio mentis (hoc est intellectus) ad aliquid. Mens autem siue intelllectus, non potest applicari in aliquid, nisi ipsum cognoscendo. Ideo studiositas primo tendit circa cognitionem, siue circa ea quibus homo per cognitionem dirigitur. Studiositas est species modestiæ, & adiungitur temperantiæ, & virtus secundaria, inquantum moderatur desiderium studii, quod non habet tantam difficultatem moderationis, sicut delectationes tactus, circa quas est temperantia.

2.2.q.167 Ver. 10. De curiositate.

4.c.de Diui. Nom. CVRIOSITAS est inordinatus appetitus cognoscendi ea quæ non opor- B
tet, siue per intellectum, siue sensum. Et quamuis bonum animæ, secundum D. Diony. 98
non consistat in cognitione veritatis, intelligendum est de summa veritate. & ideo cognitio aliorum verorum siue veritatum, quæ hanc impedit, vel ad ea diuertit, vel vitiosa est. In curiositate duo sunt, scilicet ipsa cognitio, & appetitus siue studium cognoscendæ veritatis. Qua ad primam. s. cognitionem. sciendum est, quòd licet ipsa cognitio de se mala non sit, per accidens tamen potest esse mala, ratione alicuius consequentis, vt quando aliquis de cognitione veritatis superbis, secundum illud. 1. Cor. 8. 1. Cor. 8. Scientia inflat, vel inquantum homo per cognitionem alicuius inducitur, ad peccandum, vt per cognitionem aliquorum secretorum turpium, & eorum quæ habent affinitatem cum ipsis, vt cognitio actus amandi, cautelarum, & eorum quæ subseruiunt ad deceptionem proximi, tam in spiritualibus, quam temporalibus, est mala per accidens. Quo ad secundum, sciendum quòd contingit appetitũ sciendi, siue applicationem animi ad aliquid sciendum, esse peccatum dupliciter, primò, quando applicatur ad ea quæ primò vel ex consequenti siue per accidens habent aliquod malum adiunctum. Ille appetitus siue applicatio est mala, & peccatum mortale, si illud ad quod terminatur, est mortale, vel in hoc se exponit periculo peccati mortalis. Eccl. 3. Quia quis amat periculum, peribit in illo. Si vero sit veniale, vel periculum de veniali, est veniale, & vocatur hæc curiositas. Concupiscentia oculorum, accipiendo large oculum, vt se extendit ad intellectum & ad omnes sensus. De hac curiositate dicitur. Docuerunt linguam suam loqui mendacium, vt inique agerent Hier. 9. laborauerunt. Et Christus. Sine causa me colunt & docentes doctrinas & mandata Matt. 15. hominum, contraria. s. disciplinis, & mandatis Dei. vel inducentes ad male agendum, & contraueniendum præceptis. Alio modo potest esse vitium, ex ipsa inordinatione appetitus ad cognoscendam veritatem, & hoc quadrupliciter. Primo pro quanto per studium minus vtile retrahitur quis à studio, quod ei incumbit ex necessitate salutis vel ex officio. Vnde D. Hier. Sacerdotes dimissis euangeliis & prophetiis, videmus comœdias legere, & amatoria bucolicorum versuum verba cantare. Sic multi, dimissis his quæ scire tenentur, & sunt de necessitate salutis, vt est cognitio articulorũ fidei, & mandatorum dei, & peccatorum ad confitendũ recordatio, vel ex officio pro tutamine eorum, quorum causas, & defensiones suscipiunt, & in aliarum cognitione se applicant.

Curiositas in 4. casibus est peccatum.

plicant. Secundo quando ſtudet diſcere a quo non licet, vt qui a dæmonibus perqui-
runt futurorum aut præſentium occultorum cognitionem. Omnis enim ſocietas &
conuentio cum illis interdicta eſt iuxta illud. Quæ participatio iuſtitiæ cum iniqui- 1 Cor. 6.
tate, aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? Quæ autẽ conuentio Chriſti ad Belial? Ter
tio, quando homo appetit ſcire veritatem circa creaturas, non referendo ad debitum
finem. Quarto, quando quis ſtudet ad cognoſcendam veritatem ſupra facultatem in-
genii proprii, quia per hoc homines de facili in errores labuntur, vt videmus de laicis
artificibus, mulieribus, & aliis imperitis, qui ſecreta, & myſteria ſcripturæ ſacræ ſupra
ſtatum & facultatem ingenii penetrare nituntur, & inde aliis interpretari, aut pro-
nunciare. & defendere præſumunt, contra quos dicitur, Altiora te ne quæſieris, & for-
tiora te ne ſcrutatus fueris. Sed quæ præcepit tibi deus, hæc cogita ſemper, & in plu- Eccl. 3.
ribus operibus eius ne fueris curioſus. Non eſt enim tibi neceſſarium quæ abſcondita
ſunt videre oculis tuis, & in ſuperuacaneis rebus noli perſcrutari multipliciter. Pluri-
ma enim ſuper ſenſum hominis oſtenſa ſunt tibi. Multos enim ſupplantauit ſuſpicio
illorum, & in vanitate detinuit ſenſus illorum. Secundario Curioſitas poteſt inueniri
in verborum compoſitione, inuentione, immutatione veſtium, & in aliis rebus, in ci-
bis præparandis, domibus ædificandis Si curioſitas ſit pura, eſt peccatum veniale, ſi ve
ro mixta, vel adiuncta mortali, eſt peccatum mortale.

Ver. 11. *De moderatione.*

CVM virtus moralis in hoc conſiſtat, quòd ea, quæ ſunt hominis per rationem
C 1 ordinentur, cõſequens eſt, ut circa omnia, quæ per rationem poſſunt moderari, po- 2.2.q.168
17 natur. Sed motus, geſtus, apparatus hominis poſſunt per rationem moderari, quum
membra moueantur & parentur ſiue ornentur per imperium rationis. Vnde D. Aug.
In inceſſu, ſtatu, habitu & in omnibus motibus veſtris nihil fiat, quod cuiuſquam of- *In Regula*
fendat aſpectum. & ideo circa huiuſmodi debent uirtutes aſſignari. Quo ad habitum
ponitur una uirtus, quæ dicitur Ornatus, de qua inferius dicetur. Ordinatio autem
exteriorum motuum poteſt attendi dupliciter & quantum ad duo. Primo quantum *Ordinatio*
ad conuenientiam perſonæ, quæ mouetur & apparatur. Secundo quantum ad con- *exteriorum*
uenientiam, ad alias perſonas, inquantum, ſ. per exteriores motus conuenienter or- *motuum po*
dinatur ad alios. Quo ad primum, in ſerioſis ponitur ab Andronico vna virtus, quæ *teſt duplici*
dicitur bona moderatio. Quo ad ludibria uero, & ea quæ ioco vel ludo aguntur, *ter attendi*
ponit Ariſtoteles, Eutrapeliam. Moderatio igitur eſt virtus menſuratiua motuum,
& geſtuum exteriorum, ſecundum conuenientiam perſonæ. Et quia huiuſmodi mo- *Moderatio*
tuum exteriorũ moderatio eſt ſignum moderationis interiorum paſſionũ iuxta illud, *quid ſit.*
Amictus corporis, & riſus dentiũ, & greſſus hominis, indicãt de illo. Et in eodẽ ca. Ex *Eccle. 19.*
viſu cognoſcitur uir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus, & D. Am. dicit. Hinc ſ. *In lib. de of*
ex exterioribus motibus, hõ cordis noſtri abſconditus aut leuior, aut iactã tior, aut gra *ficiis.*
uior, aut inconſtantior, aut curior, & maturior æſtimatur. Ideo moderatio exteriorũ
motuũ prærequirit moderationem interiorũ paſſionum, quæ in ordine ad alios, habẽt
quandam rõnem debiti. Ideo moderatio motuum exteriorum per comparationem ad
alios, cum interioribus eorundẽ paſſionibus pertinet ad amicitiam, ſiue affabilitatem
& veritatem, ad quas pertinet vt homo decenter ſe habeat in conuerſatione cõi, cum
his cũ quibus cõuiuit, tã in motibus, quã verbis & factis, vt dictũ eſt ſupra. Sed ſecũdũ *c. 5. §. 12*
quod motus geſtus, & verba ſeriò facta, ſunt ſignum interioris moderationis, non ha- *& 13.*
bendo reſpectum alios, ſed ſm quod decenter conuenit perſonæ ſecundũ ſe pertinet
ad veritatẽ. Per hæc poſſunt omnia cõcordari. Aliqua. n. decet ſecũdũ ſe, quæ nõ ſunt
decentia in cõi conuerſatione. Hanc moderationem bonam vocãt cõgruã veritatem.

Ver. 12. *De Eutrapelia.*

EVTRAPELIA eſt virtus moderatiua ludi, non fortunæ (de quo paulo poſt 2 2.q.168
D 2 dicemus) ſed recreationis, qui conſiſtit in verbis vel factis ludicris. Ludicra autem *art. 2.*
17 dicuntur iocoſa & ridicula, quæ ſecundum rationem moderari debent ad refocil- *Ludicra*
lationem fatigationis animalis, prouenientis ex viribus ſenſitiuis. Sicut enim homo *quæ dicun-*
indiget corporali quiete ad corporis refocillationem, quia non poteſt continue la *tur.*

borare, eo quòd habet virtutem finitam, quæ dete rminatis laboribus proportiona-tur. Ita etiam eget ludo, ad refocillationem animæ, cuius virtus etiam finita est & ad determinatas operationes proportionata. Et ideo quando aliquis circa operationes animales seu vires animæ vltra modum tendit, fatigatur, eam ob rem eget remissione & recreatione siue refocillatione, quæ fit per verba vel facta ridicula, siue ad risum & iocunditatem prouocantia. Ideo D. Thomas virtutem quæ huiusmodi ridicula moderatur, vocat iocunditatem, requisitam ad remedium contra fatigationem animalem, intermissa animi intensione ad studium rationis & seriosæ operationis.

Iocunditas est requisita.

In 2. Musse.

Vnde in collationibus patrum legimus, D. Ioann. Euangel. hac virtute inter discipulos vtentem, quidam aduenienti & valde miranti, & arcum in manu sua tenenti dixisse, præcando vt tenderet arcum & iaceret sagittam & cum plureis ad eius preces id fecisset, tandem quieuit. Rogaut vero D. Ioann. vt continuaret, respondit quòd si continue arcum tenderet, & sagittas iaceret frangeretur, arcus. Respondit D. Ioann. Sic animus hominis frangeretur, si nunquam a sua intensione & contemplatione relaxaretur. Ideo Cato dicebat: Interpone tuis interdum gaudia curis. Et D. August. Volo tandem tibi parcas. Nam sapientem decet interdum remittere aciem rebus agendis intentam. Et ad hoc musica & instrumenta musicalia inuenta sunt.

Musica & instrumenta musicalis ad quid inuenta.

Histrionũ, & minorũ ars nõ sem per illicita.

Et cum ludus moderatus sit necessarius ad conseruationem vitæ humanæ, & ad omnia quę sunt vtilia conseruationi humanæ possunt deputari aliqua officia licita. Sequitur quòd histrionum & miuorum officium (quod ordinatur ad solatium hominibus exhibendum) non est secundum se illicitum, dummodo non se exponat periculo personæ, vt in hastiludiis, & aliis digladiationibus periculosis, & dũmodo nõ vtantur aliquibus illicitis vel factis, & non adhibendo negotiis siue locis aut temporibus indebitis, quamuis in rebus humanis non vtantur alio officio, per comparationem ad alios homines. Quia in ordine ad deum, & ad se, & pauperes, habent alias seriosas operationes. Vnde non peccant nec iniuste faciunt, qui mercedem ministerii eorum tribunus, & moderate eis subueniunt. Et ad illud quod Diuus Augustinus dicit. Dare res suas histrionibus vitium est immane dicendum quòd intelligitur quando superflue, vel histrionibus qui illicitis vtuntur.

An liceat dare pecuniã histrionibus.

Super Ioã.

Tria in ludo cauẽda.

Cauenda sunt in ludis tria quorum primum & principale est, quòd prædicta delectatio non quæratur in turpibus factis, vel verbis ad lasciuiam prouocantibus. Quia tales ludi dicuntur theatrales & diabolici, quos D. Chrysosto. propter periculum districte prohibuit non solum exercere, sed etiam inspicere. Quia (vt inquit) pauci a spectaculis redeuntes inueniuntur innoxii. Item etiam cauendum est, ne delectatio siue recreatio quæratur in nociuis: Nociua dicuntur quæ sunt in nocumentum famæ, honoris, personæ, vel alterius boni tam spiritualis quam temporalis, quia tunc esset peccatum mortale ex genere. Vnde Tullius, Vnum iocandi genus est illiberaliter petulans, flagitiosum, & obscœnum. Secundum requisitum est ne totaliter grauitas animæ soluatur, quod fit quando nimium tempus consumitur, vel ex magno & excessiuo affectu tenditur. Vnde D. Ambros. Caueamus ne dum animum relaxare volumus, soluamus omnem armoniam quasi consensum bonorum operum. Et Tullius vbi supra Pueris non omnem ludendi licentiam damus, sed eam quæ ab honestis actionibus non sit aliena. Tertio requisitum est vt congruat personæ, tempori, & loco.

In primo offi.

In 1. offi.

In ludis peccatur bifariam.

4. Ethi.

In ludicris siue ludis contingit peccare dupliciter, scilicet per defectum, & excessum per defectum quidem illi deficiunt in ludo qui non faciunt nec dicunt aliquid ridiculum, & dicentibus aut facientibus molesti sunt, qui scilicet aliorum moderatos ludos non recipiunt. & tales vitiosi a Phil. vocantur duri & agrestes. Secundo peccatur in ludis per excessum, quando scilicet non cauentur prędicta tria. Et tale peccatum dicitur inepta lætitia, quę est filia gulæ. Vnde Exod 32. dicitur. Sedit populus, manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Quòd aliquis in turpibus aut illicitis & nociuis famæ, vel honori, personæ, aut rebus alterius lætetur, vitium ex suo genere mortale est, si illa de quibus lætatur. Sunt mortalia, & si solum sunt venialia veniale. Semper etiam ludicre operari aut loqui vitiosum est. seruandus est

Exo. 32.

enim

enim modus. Et modiculus ludus sufficit ad refocillationem. Excessus iste vocatur dissolutio, & ex genere suo est peccatum veniale, secluso scandalo, & non prætermissis his quæ sunt necessaria ad salutem, hoc est præceptis. Præterea quando non seruantur circunstantiæ prędictæ, scilicet quando ludicra miscentur negotiis non debitis. Ridiculosa enim debent congruere negotiis & personis. Vnde Cicero in 1. Rheto. dicit quod quando auditores sunt defatigati, non est inutile ab aliqua renoua vel ridiculosa orationem inchoare, si tamen rei dignitas non adimit iocandi facultatem, vt sacra doctrina, quæ maximis rebus intendit, secundum illud Prouer. 8. Audite me, quoniam de rebus magnis locutura sum. Ideo ab ecclesiastica abhorrentur regula, quoniam in scripturis sanctis non reperimus quemadmodum vsurpare possimus. Et ideo prædicatores, qui in suis prædicationibus fabulis ridiculosis utuntur, non possunt a peccato excusari. Vnde Apostolus dicit, Ineptas autem & aniles fabulas deuita, Item dicendum est de circunstantia personę. Non enim conueniens est quod presbyteri aut religiosi & hi qui sunt in statu perfectionis acquisitæ, vel acquirendæ, sint histriones, ioculatores, aut mimi Et pariter dicendum est de circumstantia loci, si in ecclesia fiant, quamuis in ea repræsentationes mysteriorum Christi & Sanctorum, non tamen ioculatorio modo, fieri possint. Choreas autem in ecclesia ducere non licet, quia pertinent ad ioculandi genus. Et eadem ratione cantilenas impudicas, aut alia ad leuitatem & ineptam lætitiam inducentia, & deuotionem impedientia, cantare, siue in organis & aliis musicalibus instrumentis personare. Vnde D. August. in regula. In oratorio nihil fiat, nisi ad quod factum est. vnde & nomen accepit, Tales enim irreuerentiam non modicam. Christo, ibi in sacratissimo Eucharistiæ sacramento existente, & aliis rebus faciunt, Ecclesiam ad eius cultum dicatam prophanando. Ideo videant rectores & prælati. Non licet etiam tempore luctus siue pœnitentiæ, prout est quadragesima, huiusmodi ludis intendere, vnde Eccle. 22. Musica in luctu, importuna est narratio. Et Tho. 3. Nunquam cum ludentibus miscui me, scilicet tempore captiuitatis, quod erat tempus luctus, vel etiam alias illicite laudentibus. Et Hiere. 15. dicebat, Non sedi in concilio ludentium & subdit. Solus sedebam, quoniam amaritudinem repleſti me. Et Rom. 12. Flere cum flentibus & psal. 136. Super flumina Babyonis sedimus, & fleuimus, dum recordamur tui Sion, Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos, verba cantionũ, &c. Et Christus. Luc. 6. Væ vobis qui ridetis, quoniam flebitis. Moderatus autem, et bene circunstantionatus ludorum vsus non est illicitus. Vnde Seneca, Sic geras te sapientem, vt nullus te habeat austerum siue agrestem, nec contemnat quasi vilem, hoc est vanis & superfluis ac inutilibus deditum, sed vt eutrapelum laudent, a bona scilicet conuersatione, vt dicta uel facta pro loco & tempore, in solatium & iocunditatem conuertas, quæ est propria ratio eutrapeliæ. Sunt qui aliter ludum accipiunt, & diuidunt in ludum ingenii tantum fortunę tantum; & mixtum. Ludus ingenii tantum, vt est ludus scacorum, qui est valde ingeniosus, vt ex nulla parte innititur fortunæ. Hic ludus de se est bonus & licitus pro loco & tempore, dum tamen non vitietur aliqua mala circunstantia. Ludus fortunæ tantum, est qui soli fortunæ innititur. vt ludus taxillorum & cartarum. Ludus mixtus, vt est ludus tabularum, qui ex parte taxillorum innititur fortunæ, & ex directione tabularum, quæ diuersimode dirigi possunt, ingenio Duo vltimi modi dicitur ludi alearum, hoc est in varietate fortunæ consistentes Tales ludi secundum se non sunt mali. Sed quia multa mala ex eis oriri solent, ut rixæ, iniuriæ, blasphemiæ, cupiditates, & consumptiones bonorum; maxime in assuetis ideo a iure prohibiti sunt, vt habetur in rubrica & l. lex usu & aleatoribus. ff. per totum. Et sic sunt mali quia prohibiti, etiam non secundum se. Ideo secluso scandalo, & mala intentione, ac etiam prohibitione (quæ intelligi debet de immoderatis & male circunstantionatis) non sunt, illiciti, neque peccatum est illis vti pro loco & tempore, deficientibus aliis modis, iocandi, dummodo propter recreationem, vel ad expensas, siue ad esculentum, & poculentum fiant, & aliæ circunstantiæ seruentur, vt scilicet non multum tem-

Dissolutio quid.

Rediculosa prædicare non licet.

1. Timot. 4.

Præsbyteris indecens est Histrionis officium.

Choreæ, & ioculationes in ecclesiis sunt illicitæ & cantilenæ lasciuæ.

Ludus trifariam diuiditur.

pus consumatur, neque rixæ suboriantur, & quòd non mala intentione, puta cupiditatis pecuniarum, absque dolo & fraude fiant, quia tunc ludus esset illicitus. Et si adiungitur fraus, aut dolus, obligat ad restitutionem, ac etiam si quis lucretur a personis non potentibus distrahere, ut sunt religiosi, filiifamilias, mulieres uxoratæ, serui, uel etiam si ab inductis & solicitatis, & quasi quadam verecundia coactis. Tunc enim restituendum est illis, alias non, cum uolenti non fiat iniuria, quia tamen turpe lucrum est, quum ludus non sit ordinatus ad lucrum, sed ad recreationem, consulunt doctores lucrum erogari pauperibus Ex his sequitur quòd hi ludi efficiuntur illiciti ex fine, & aliis malis indebitis circunstantiis. Et quando propter ludum omittitur aliquod præceptum, vel contrauenitur alicui præcepto, est peccatum mortale, ut blasphemando, conuitando, uel totaliter expoliando proximum, vel illi notabile damnum inferendo, quia contrariatur charitati. Alias autem immoderatus ludus est peccatum veniale.

Vers 3. De ornatu.

2. 4. q. 169. ORNATUS est uirtus, qua moderatur homo secundum habitum exteriorem, hoc est circa vestes & alia indumenta, & nitorem siue candorem exteriorem Et C 64
1. Tim. 2. sic ornatus moderatus per rationem, est licitus etiam mulieribus. Vnde 1. Timot. 2. volo mulieres esse in Ecclesia in habito ornato, cum uerecundia, & sobrietate ornantes se. Et ad hoc specula adinuenta, & ordinata uidentur, ut si quæ indecentia sit, videant. Ideo non est illicitum viris, nec mulieribus se moderate prospicere in speculo ad ornandum se, & ad ea quæ sunt indecentia deponenda, vel saltem cooperienda. Vnde legimus Exod. 38. quod Dominus fieri mandauit labium æneum cum
Exo. 38.
Ornatus duobus modis potest esse immoderatus. basi sua, de speculis mulierum, in quibus sacerdotes, & ministri se inspicerent, ne indecenter coram populo procederent. Vnde authoritates quæ in oppositum, reperiuntur, intelligendæ sunt de immoderato & excessiuo ornatu, & speculari inspectione excessiua. Ornatus potest esse immoderatus dupliciter, vno modo per excessum, alio per defectum. Per defectum contingit dupliciter, vno modo ex negligentia hominis, qui non adhibet studium & laborem ad hoc quod cultu decenti, & se-
7. Ethic. cundum quod oportet vtatur. vnde Philos. dicit ad molliciem pertinere, quod aliquis trahat vestimentum per terram, vt non laboret eleuando ipsum. Alio modo D contingit defectus ornatus ex eo quod quis ipsum defectum exterioris cultus ad glo 94
In libr. de ser. do in mon. riam ordinat. Vnde diuus Augu. Ait Non in solo rerum corporearum nitore, atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus lutosis esse posse iactantiam, & eo periculosiorem, quo sub nomine seruitutis Dei decipit. Et Phil in 4 Ethic. dicit, quod superabundantia & inordinatos defectus ornatus ad iactantiam pertinet. Ideo D. Augu in
Ornatus b iando est uitium. Regula mandauit, vestes fratrum lauari, & de se dicebat Nec nimiæ sordes, nec exquisitæ delitiæ mihi placent. Non tamen semper peccatum est indui vilioribus vestibus quàm cæteri, si hoc fiat propter macerationem carnis, vel humilitatione spûs,
4. Reg. 1. vel exemplum, vt in his qui ex officio pœnitentiam habent prædicare, sicut fecerunt
Mar. 1. Prophetæ, de quibus Heb. 11. Circuerunt in melotis, & in pellibus caprinis, vnde de Helia. & D. Ioan. Bap. dicitur quod erant induti pilis camelorum, quare quædam Glo. Mat. 3 dicit. Qui pœnitentiam prædicat, habitum pœnitentiæ prætendit. vnde valde reprehensibiles apparent mendicantes, qui pretiosis vestibus vtuntur contra
Ornatus per excessum multis modis uitiosus red ditur. 3. cōfessio. sua statuta, quæ volunt eos habere vestes grossas, non attonsas. Ornatus per excessum potest esse immoderatus multipliciter ex parte hominis qui immoderate vtitur per comparationem ad consuetudinē hominum cum quibus cōuiuit, quādo quis vult singularitatem seruare, aut nouitatem inuenire, quæ ad curiositatem pertinent. Vnde D. Aug. ait, Quę contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diuersitate vitanda sunt, vt patrum inter se, ciuitatis, & gentis consuetudine vel lege firmatum nullius ciuis aut peregrini libidine violetur. Turpis est enim omnis pars vniuerso suo non
Matt. 10 congruens. Secundo propter pluralitatem, vnde Christus. Nolite possidere duas tunicas, & qui habet duas tunicas, det unam non habenti, quamuis hoc non sit preceptum, nisi in casu extremæ necessitatis, vel apud eos, qui propter duas tunicas habent

das ea,

das, ea quæ sunt de necessitate salutis omitterent, iuxta illud Iob, Nudos dimittunt homines, vestimenta tollentes. Et illud, Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miseriis vestris, quę aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Extra tamen casum necessitatis non est prohibita. Nā Helisæus non reprobauit mutatoria vestimentorum Naaman. Quare quo ad pluralitatem attendenda est qualitas & dignitas personæ, & facultas bonorum, & aliæ circunstantiæ. Ideo non potest dari regula generalis quo ad numerum. Tertio quo ad pretiositatem. Vnde D. Greg. dicit. Si in curtu subtilium pretiosarumque uestium culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quod diues ille epulo purpura & bysso indutus esset. Illi tamen qui in dignitate constituti sunt, vel etiam ministri altaris pretiosioribus uestibus induuntur, non propter sui gloriam,
E sed ad significandum excellentiam sui ministerii, uel cultus diuini. Et ideo eis nō est
64 vitiosum. Quarto propter delicias siue noliciem, secundum quod vestes ordinantur ad corporis fomentum. Quinto propter nimiam solicitudinem, quam apponit quis in se ornando ut aliquando mulieres, quæ nonnunquam intermittuut missas, & ea quæ sunt de necessitate salutis. & tunc peccant mortaliter. Sexto propter indecentiam. vnde Dominus, Non inducetur mulier ueste virili, nec uir veste muliebri. Abominabilis est Domino, qui facit hanc rem, quia est causa lasciuiæ. An autem aliquando liceat, dictum est. Septimo propter fucum oderiferum, uel nitorem extrinsecum superappositum, quod ex duobus prouenire solet. Primo ex nimio affectu humanæ laudis siue pulchritudinis. Secundo ad alliciendum alios ad concupiscentiam. Et talis ornatus dicitur meretricius, & est illicitus, & peccatum mortale, tam in uiris quam mulieribus. De hoc ornato Sal. Ecce mulier occurrit illi in ornatu meretricio. præparata ad decipiendas animas. Potest tamen mulier coniugata se ornare ad hoc, vt placeat viro suo, ne per eius contemptum vir in adulterium labatur. vide. 1. Cor 7. dicitur, Mulier quæ nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Hoc tamen facere debet secundum regulam rationis: Vnde 1. Thimot. 2. Non in tortis crinibus auro, & margaritis, aut veste pretiosa. Et 1. Pet 3. Quarum non sit extrinsecus capillatur aut circundatio auri & argenti, aut indumenti uestimentorum cultus. per quæ secundum D. Thomam datur intelligi, quod sobrius &
F moderatus ornatus non prohibetur mulieribus, sed superfluus, inuerecundus, & im-
94 pudicus. Nec videntur excusari consuetudine, ex quo tam diligenter Apostoli prohibuerunt. Aliqui tamen eas excusant propter dignitatem & facultatem bonorum, quando scilicet in illis inauratis non excedunt dignitatem vel facultatem. Aliquid enim per comparationem ad pauperem vel mediocrem, æstimatur pretiosum, quod æstimatur vile in comparatione ad nobilem vel principem. & dicta Apostolorum debent intelligi communiter, & de his quæ non sunt in excellenti dignitate. Ideo videant vi i & ipsæ, quæ quando cum viris in domibus commorantur, in difformi habitu manent, & cum procedunt in publicum, maximo factu & affectu, etiam fuco ad exteriorem progressionem se ornant, vt pascant oculos aliorum, & aliis potius quam viris placeāt. D. Cyprianus in libro de Habitu virginum, dicit etiam nuptas es se mouendas, ne opus dei & facturam ac psalma illius vllo modo adulterare presumant, adhibito flauo colore, vel nigro, siue rubeo puluere, aut quolibet alio naturalia lineamenta corrūpente medicamine. Manus n deo inferūt, quando id quod ille formauit, reformare contendunt. Impugnatio ista est diuini, operis præuaricatio. Nec hæc fucatio potest sine peccato fieri, teste D. Aug. Fucari figmentis vt quis candidior appareat, adulterina fallacia est, qua non dubito ipsos maritos velle decipi. D. Chrys. super illud Mat 6. Exterminant enim facies suas, dicit eas maiorem iniuriam facere Deo, quam hypocritę, qui extermināt facies suas vt appareant hominibus ieiunantes quia quamuis omnes propter gloriam faciant, hypocritæ tamen ad bonum, illæ autem ad malum inducere videntur, quamuis mulier non debeat abstinere a moderato ornatu, nec ab accessu ad loca debita & opportuna, propter aliorum concupiscentiam, quam non intendit, quia si alii cadant, hoc ex eorum mali-

Luc. 3.
Iob 24.
Iac. 5.
4 Reg. 5.
In usu uestium mul tipliciter cōtingit peccare.
Deut. 22. & ca. 5. §. 12. uer. 2.
Ornatus meretricius quis dicatur.
Pro. 7.
1. Cor. 7.
1. Pet. 3.
Ornatum moderatus non prohibetur.
In epist. ad Basi.

§.2: *Quomodo virtutes connectantur.*

D VIRTVTES imperfectæ siue in esse imperfecto, nō sunt cōnexæ. Videmus 1.2.q.65.
94 enim aliquem ex naturali complexione vel ex assuetudine esse prōptū ad opera liberalitatis, qui non erit promptus ad opera castitatis, & idem de aliis virtutibus, vnde sequitur quòd non sunt connexæ. Virtutes verò perfectæ siue in esse perfecto, sic cōnexe esse dicuntur, vt qui habet vnam, habeat omnes, & qui caret, vna careat omnibus, & hoc duplici modo siue ratione. Primo, destinguendo virtutes morales secū dum quasdam generales conditiones virtutum, vt pote quod discretio pertineat ad prudentiam, in quacunque materia, & firmitas animi ad fortitudinem, in quacunque materia ista considerentur, & moderatio ad temperantiam, & rectitudo ad iustitiam. In hoc apparet manifeste ratio connexionis. Non.n. firmitas animi habet laudem virtutis, si sit sine moderatione, vel rectitudine, aut discretione, & idem de aliis virtutibus. Hanc rationem assignat D. Grego. dicens, quod virtutes si sint distinctæ & separatæ, non possunt esse perfectæ, secundum rationem virtutis, quia temperantia vera non est, quę iusta prudens, & fortis non est, & idem subdit de aliis virtutibus. Similem rationem assignat D. Aug. Secundo idem apparet, distinguendo virtutes secundum proprias materias & hoc modo connexio virtutum assignatur a Philosopho, Quia nulla virtus moralis potest haberi sine prudentia, eò quod proprium virtutis moralis est facere electionem rectam, quum sit habitus electiuus in medietate consistens. Ad rectam autem electionem non solum sufficit habitus in debitum finem, qui est directe per habitum virtutis moralis, sed etiam quod aliquis recte eligat ea quæ sunt ad finem, quod fit per prudentiam, quæ est consiliatiua, & iudicatiua eorum quæ sunt ad finem, vt dictum est. Similiter etiam prudentia perfectè haberi non potest, nisi habeantur virtutes morales, quum prudentia sit recta ratio agibilium, ad quę aliquis recte se habet per virtutes morales. Vnde sicut scientia speculatiua non potest haberi absque principiis, ita nec prudentia sine uirtutibus moralibus vnde sequitur ipsas esse connexas.

ar. 1. — 22. Mora. — 6. de Tri. — c. 4. §. 1. — 1.2.q. 66. ar. 2. — Omnes uirtutes quomodo sunt æquales. c. 4. uer. 2.

¶ Ex his apparet omnes virtutes in quodlibet virtuoso esse ęquale, non secundum dignitatē, quia vna est dignior & nobilior alia, vt dictum est. Neque etiam sunt æquale secundum intentionem quia manifestum est, quod qui magis se exercet circa actū vnius virtutis, magis intendit habitū illius, & hoc cōiter contingit. Quia non ęqualiter occurrunt materiæ virtutum, igitur. Sed sunt ęquales secundum quandam æqualitatem proportionis, inquantum æqualiter crescunt in homine in esse virtutis perfectæ, sicut digiti manus sunt inæquales secundum qualitatem, sed æqualiter crescunt secundum proportionem, quum proportionabiliter augeantur. Ita D. Aug. dicit omnes virtutes esse æquales. Si tñ accipiatur æqualitas ex parte subiecti siue inclinationis ad ipsum actum virtutum, potest vnus homo esse magis promptus ad actū vnius virtutis, quam ad actum alterius, vel ex naturali inclinatione, vel ex assuetudine. Secundo apparet quod pauci sunt perfecte virtuosi (prout Philosophi describunt hominem virtuosum) qui in omni casu & euentu possit prompte & faciliter exire in actum cuiuslibet virtutis, eo quod pauci sunt qui circa materiam omnium virtutum fuerint habituati. Tertio apparet quod qui amittit vnam virtutem, mittit omnes alias in esse virtutis perfectæ, ex quo sunt connexæ, & in hoc quodam modo conueniunt cum virtutibus, de quibus (cum ad nostrum quod assumpsimus negotium amplius subseruiant) dicendum est.

Continuatio dicendorum.

E CVM Dominus Deus (qui non deficit in necessariis) creauerit hominem intel-
94 lectualem & rationalem, dederitque illi vires & potentias ac omnia requisita ad finem naturalem, qui consistit in cognitione & contemplatione ipsius dei, vt est principium & author naturæ, ad quem finem consequendum dedit ei seminaria intellectualium & moralium virtutum, scilicet intellectum principiorum circa speculabilia, & virtutes intellectuales, & sinderesim quo ad agibilia & virtutes morales acquirendas, per quas ad finem naturalem posset peruenire. Verum quia idem plasmator

casum

casum angelorum (quos ad beatitudinem, & fœlicitatem, supernaturalem vocauerat) per homines sua prouidentia, & implere decreuerat, & eos angelis in superna fœlicitate æquare disposuerat. Eam ob rem hominibus suis naturalibus viribus bene vtentibus sua ineffabili elementia, seminaria quædam ad illam supernam fœlicitatem conducentia (quę theologi gratiam, virtutes infusas, & dona nuncupant) impartiri dignatur. Congruum igitur est, vt postquam se seminariis naturalibus virtutum acquisitarum diximus, nonnulla de seminariis, & mediis quibus ad fœlicitatem supernaturalem homo peruenire potest, dicamus, & tractemus, & quæ in sacris literis, & doctoribus ab ecclesia approbatis diffuse tractata inuenimus, institutorio more perstringamus.

DE GRATIA DEI.

CAPVT IX.

1.2.q.109 art. 1. *Gratia tripliciter accipi potest*

D intelligendum mysterium Gratiæ dei, supponendum est ex D. Tho quòd secundum nostrum modum loquendi gratia tripliciter accipi consueuit. Vno modo pro dilectione alicuius, sicut consueuimus dicere, quód iste miles habet gratiam Regis, quando Rex diligit eum, & habet illum gratum. Secundò accipitur pro dono gratis dato, & secundum hoc consueuimus dicere; Hanc gratiam fecit mihi. Rex, cum dedit aliquod donum. Tertiò pro recompensatione siue recognitione beneficii gratis dati: & secundum hoc dicimus gratia agere beneficiorum. Istorum triũ modo ũ secũdus pendet ex primo, & tertius ex secundò. Ex amore enim quẽ aliquis habet erga aliarũ quem habet gratum, procedit, quòd aliquid ei gratis impẽdat, & ex beneficiis exhibitis procedit gratiarũ actio Quo ad duo vltima, & manifestũ est quòd gratia dicit aliquid reale in eo qui accipit gratiam, s. donum gratis datũ, & huius doni recognitio Sed quo ad primum attendenda est differentia inter amorem siue dilectionẽ dei, & amorẽ, & dilectionem hominis, quæ nil aliud est quã velle alicui bonũ. Et quũ voluntas dei beneplaciti sit semper efficax, & omnia possit sequitur quòd quando Deus diligit aliquem, & vult ei aliquod bonum, statim profluit a deo illud bonũ in dilecto. Sed homo non habet semper voluntatem efficacem, neq; oĩa põt, quia voluntas hominis non est infinita, & mouetur ex bono quod est in rebus, hinc est, quod voluntas hominis non causat totaliter rei bonitatem, sed supponit ipsam vel in parte vel in toto. Consequens igitur est, quod ad quãlibet dei dilectionẽ sequatur aliquod bonũ in creatura, quod potest dici Gratia. Dilectio autem dei ad creaturã diuersificatur secundum diuersitatem donorũ Et quia dona sunt duplicia, quædã sunt naturalia,
Sap. 11. quędam verò supernaturalia ideo dilectio dei est duplex, quædam est communis, qua
Iac. 1. omnia diligit, & vult ea habere bona naturalia, Vnde Sap 11. Diligis oĩa quæ sunt
3. Cor. 4. & nihil odisti eorum, quę fecisti. Et sic omnia bona naturalia omnium creaturarũ
Rom. 11. possunt dici gratuita, & ex gratia Dei, large loquendo de ipsa quia gratis ea dat, & eõ seruat. Quia omne datum optimum, & omne donum perfectũ desursum est, descendens a patre luminum, & Apost. quid habes quod non accepisti? & alibi, Quoniam per ipsum, & in ipso, & ex ipso sunt omnia. Alia est dilectio dei specialis, secundum quam trahit rationalem creaturam supra conditionem suæ naturæ, ad participationem diuini boni, quia secundum hanc dilectionẽ vult deus creaturæ bonũ æternum, quód est ipsemet, qui bonum simpliciter, & ideo secundum hanc dilectionem dicitur diligere simpliciter. Et sic patet, quòd per hoc quód dicit homo gratiam habere, significatur quoddam supernaturale donum homini a deo gratis proueniens. Et sic accipitur gratia proprie, strictè, & hoc modo communiter in sacris literis, & apud theologos accipitur licet aliquando accipiatur pro æterna dilectione dei, quæ est ipsemet Deus, Eph. 1. Prędestinauit nos in adoptionem filiorum, in laudem gratię suæ, &c.

§. 1.

§. 1. *De gratia datis data.* 2.2.q.111. art.1.

G GRATIA Dei pro dono supernaturali accepta, diuiditur in gratiam gratis
95 datam,& in gratiam gratum facientem. Gratia gratis data est donum supernaturale gratis collatum rationali creaturæ,sine meritis,disponens ad propriam vel alterius salutem, ut prophetia,& gratia miraculorum, quibus si homo bene utatur, disponi tur ad beatitudinem propriam. Si uero male utatur, Spiritus sanctus ordinat in salute aliorum. Hæc gratia gratis data differt a gratia gratum faciente, primo, quia hæc potest stare cum peccato mortali. & sine charitate, iuxta illud Aposto. Si linguis hominum loquar & angelorum, Charitatem autem non habuero, factus sum uelut æs sonans, & cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouero mysteria o-
A mnia,& omnem scientiam,charitatem autem non habuero,nihil sum. Gratia autẽ 1.Cor. 13.
95 gratum faciens non potest stare cum peccato mortali,neque sine charitate,quia implicat contradictionem quòd aliquis gratus sit,& habeatur odio,quod fit per peccatũ Sap. 12. mortale,iuxta illud. Odio est Deo impius & impietas eius. Secundo differt, quia per 1.Cor.3. gratiam gratum facientem Spiritus sanctus hominem inhabitat,iuxta illud. Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus sanctus habitat in vobis? Quod non facit per gratiam gratis datam,quæ stat cum peccato mortali. Tertio differt,quia gratia gratũ faciens est habitus permanens, gratia autem gratis data non est habitus permanens, sed quædam motio specialis,siue instinctus Spiritus sancti.

Ver. 1. *De multiplicitate gratiæ datis datæ.*

B DIVVS Paulus diuidit gratiam gratis datam in nouem, scilicet in sermonem D. Thom.
95 sapientiæ,scientiæ,fidei,in gratiam sanitatum,operationis,uirtutum,prophetiæ, lin- 1.Cor. 12. guarum interpretationis sermonum ministrationum siue officiorum. Aduertendum tamen est, quòd Apostolus ibi non accipit sapientiam & scientiam (quę sunt dona Spiritus sancti) neque fidem,ut est uirtus Theologa,sed pro gratiis gratis datis, quæ non sunt habitus permanentes, sed speciales motiones & instinctus Spiritus sancti, quo mouentur homines ad manifestationem spiritus,unde non dixit Apostolus, Alii datur sapientia, alii scientia, alii fides, sed sermo sapientiæ, sermo scientiæ. & sermo fidei,debet ergo sic Apostolus intelligi, Alii datur sermo sapientiæ, hoc est, specialiter mouetur,& datur ei facultas utendi dono sapientiæ,si sit in gratia, & si non sit,datur facultas ut abundet sermone, & persuadere possit per causas altissimas ea quæ pertinent ad manifestationem diuinorum. Alii datur sermo scientiæ, hoc est, mouetur & datur ei facultas manifestandi ea,quæ sunt Dei per creaturas. Alii datur sermo fidei, hoc est, mouetur specialiter & datur facultas persuadendi. 12. articulos fidei. Non enim omnes qui sunt in gratia,& habent finem, & dona sapientiæ & scientiæ, hæc possunt. Alii datur gratia sanitatum, hoc est, mouetur ad sanandum per tactum, uel per aliquam applicationem uel orationem, ut his qui sanati sunt, & his qui sanatos uident, per beneficium sanitatis persuadeatur credere. Alii operatio uirtutum, hoc est, alius mouetur a Spiritu sancto ad operanda aliqua magna exrerius.ut quum mare diuiditur, sicut factum fuit tempore Moysi, & quum sol & luna steterunt in cœlo, tempore Iosue. Vnde Galat. 3. Qui tribuit nobis spiritum,& operatur uirtutes in nobis. Alii prophetia,hoc est,mouetur a Spiritu sancto Exod. 14. ad dicendum ea, quæ solus deus cognoscere potest. Alii datur discreptio spirituum Iosue. 10. hoc est,mouetur ad discernendum an hi qui loquuntur, moueantur a spiritu charitatis,uel a spiritu inuidiæ, & hoc ad ueritatem manifestandam. Alii genera linguarum, hoc est, mouetur ad loquendum diuersis linguis, ut audientes facilius persuadeantur. Alii interpretatio sermonum,hoc est,datur facultas interpretandi, & clare exponendi passus difficiliores sacræ scripturæ. Gratie ministrationum & officiorum sunt potestates & iurisdictiones ac etiam ordines, qui licet habeant aliquid positiuum & permanens, scilicet pro materiali, utpote characterem, executio tamen consistit in motione. Omnes istę gratiæ gratis datæ fuerunt eminenter, & non ad mensuram, datæ soli Christo tanquam capiti, & non omnes singulis membris eius. Sicut enim in capite naturali ponuntur omnes sensus, & non in aliis membris,

bris,sic & omnes gratiæ gratis datæ,in Christo. Singulis autem membris diuidit spiritus sanctus prout vult.

Ver. 2. *De Prophetia.* C

2.2.q.171 QVIA inter gratias datas prophetia videtur nobilior, cum comprehendat omnia,quæ pertinẽt ad cognitionem,locutionem, ac operationem, ad quæ tria 96 omnes gratiæ gratis datæ ordinantur, & de ea amplior est sermo in sacris literis, ac

prophetia quid sit. circa eam plures difficultates insurgunt, ideo aliquid de ea nobis dicendum est. Prophetia idem sonat quod visio siue cognitio earum rerum, quæ procul sunt & remo-

In lib.Ethimo. tæ ab hominum cognitione. vnde prophetia dici potest a pro, quod est procul, & phanos,quod est apparitio,quia eis aliqua, quæ sunt procul, apparent. Et ideo dicit

1.Reg.9. Isidorus, quod in antiquo testamento Propheta appellabatur Videns. Vnde olim in Israel sic loquebatur vnusquisque ad proximum, vadens consulere Deum; Venite, eamus ad Videntem. Qui enim propheta dicitur hodie, olim vocabatur Videns. Gentiles autem appellabant eos Vates, a ui mentis Propheta mul

prophetia multis modis accipitur. tipliciter accipitur in sacris literis. Primo pro eo qui annunciat, legit, vel cantat dicta prophetarum. & hoc modo accipitur. 1.Reg 19. Num Saul inter Prophetas? Et hoc modo clerici legentes, vel cantantes dicta prophetarum, possunt dici prophetæ,sed valde large. Secundo pro eo qui habet intellectuale lumen, etiam ad explanandas visiones imaginarias, siue sibi siue alteri factas, uel ad exponenda dicta

D.Thom. 1.cor.14. Prophetarum, uel scripturas Apostolorum. Et hoc modo propheta dici potest

1. Reg 19 omnis qui interpretatur & exponit scripturas sacras; Quia eodem spiritu interpretatur,quo editæ sunt. Sic Ioseph interpretatus somnium Pharaonis, & Daniel, Nabuchodonosoris. dicuntur prophetæ. Similiter,Salomon & Dauid, inquantum habuerunt lumen intellectuale ad clare,& subtiliter intuendum diuina. Nam visio Dauid intellectualis tantum fuit. Et sic doctores, qui hodie sincere & catholicè interpretantur sacram scripturam, possunt dici prophetæ. vnde Ephes. 4. Et ipse de-

Ephe.4: dit quosdam quidem Apostolos, alios autem Prophetas, alios Euangelistas, alios Pastores & Doctores ad consummationem sanctorum. Sic etiam accipitur. 1.

1.Cor.14. Cor.14. Sectamini charitatem,æmulamini spiritualia,magis autem vt prophetetis. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & infra dicitur: Qui prophetat,ecclesiam dei ædificat. Tertiò accipitur pro illo qui cognoscit & prænun-

Mat.11. ciat mysteria incarnationis. & sic accipitur Mat.11. Omnis enim lex & prophetæ usque ad Ioannem. Quarto accipitur propheta proprie pro eo, qui præcognoscit,

Deu. 34. intelligit,& prenunciat futura contingentia, seu ea, quæ soli Deo sunt nota, & ad D eorum confirmationem miracula operatur. Et sic accipitur Deu. 34. Et non surre- 68 xit ultra propheta in Israel, sicut Moses, quem nosset Dominus facie ad faciem, in

Ad prophetam quatuor requiruntur. omnibus signis,atque portentis, quæ misit per eum, vt faceret in terra Aegypti. Et sic Helias,Helisæus,& alii quamplurimi fuerunt prophetæ. Ad prophetam autem, proprie accipiendo, quatuor requiruntur. Primum est visio siue cognitio vera & infallibilis, ænigmatica tamen, futurorum contingentium, siue corũ quæ soli deo no

Christus inquantum uiator, propheta fuit ta sunt, siue fit per imaginationem, siue per intellectum. Ex quo sequitur primò, quòd Christus non fuit propheta eo modo quo cæteri: Quia omnia clare vidit in verbo & in propria persona. Licet secundum rationem inferiorem & inquantum viator,fuerit dictus propheta. Deutero. 18. Prophetam suscitabo eis de medio fra-

Angeli non sunt prophetæ. trum suorum similem tui. Alii dicunt quod non vere, sed similitudinare. Sicut enim in beatis propter coniunctionem non potest esse prophetia, quæ distantiam importat,sic nec in Christo. Quia eius ratio inferior non est alia a superiore, quæ est vnita verbo. Secundo sequitur quod Angeli non sunt prophetæ, quum non habeant

1.Cor.13. ænigmaticam cognitionem, quamuis superiores inferioribus aliqua futura reuelent, vsque ad diem iudicii. Tertiò sequitur quòd in patria non erit prophetia, sicut nec fides Vnde 1.Chorinth.13. Siue prophetiæ euacuabuntur siue linguæ cessabunt. ¶ Secundum requisitum est lumen intellectuale siue intellectio. vnde

Dan.10. Dan. 10. Intelligentia opus est in visione. Ex quo sequitur quod neque Pharao, neque

neque Nabuchodonosor, prophetæ dici debent (licet futura contingẽtia prædixerint) cum ipsi non intellexerint. Eadem ratione nec Cayphas, licet dicatur prophetasse, Ioh. 11. quia non intelligebat quæ dicebat. Vnde dicitur; Hoc a semetipso non dixit sed quum esset pontifex anni illius, prophetauit, materialiter duntaxat. *Ioan. 11. Cayphas quo prophetasse dicatur.*

¶ Tertiũ quod requiritur est audacia & facultas pronũciandi ea, quæ reuelantur a Deo, ad hoc n. Deus reuelat aliqua, vt aliis denuncientur. Vnde Hier. 1. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ex hoc sequitur, quod prophetia non competit mutis. *Hier. 1.*

¶ Quartum requisitum, est operatio verorum miraculorum, quæ sunt ad certitudinem & testimonium veritatis prophetiæ. Ex his sequitur primo, quod prophetia proprie & simpliciter dicta fit per solam diuinam reuelationem, ministerio bonorũ angelorum factam, quum solus Deus possit futura contingentia certitudinaliter scire & reuelare. Et quia (vt dicitur. 1. Cor. 2.) Nemo cognouit quæ sunt Dei, nisi spiritus Dei, vel illi qui habent spiritum Dei, & dæmones non habeant spiritum Dei, sequitur quod non possint, esse causa prophetiæ etiam instrumentalis, sicut boni angeli, quamuis dęmones quædam cognoscant sua naturali cognitione, quæ homines nõ cognoscunt, & sic sunt remota & procul ab hominibus, quibus dæmones possunt *1. Cor. 2. 2.2 q 172 ar. 5.*
E reuelare. Tales quibus dæmones aliquid reuelant, non dicuntur in sacris literis pro-
96 phetæ simpliciter, sed cum additione, puta falsi prophetæ, vel pseudo prophetæ, vel prophetæ idolorũ. Vnde D. Aug. dicit. Cum malus spiritus accipit hominem s. in hac via, aut dæmoniacus facit, aut arreptitios, aut falsos prophetas. Sequitur secundo, astrologos aliqua futura prænunciantes, non dicendos prophetas; Quia non prænunciant certitudinaliter contingentia, imo nec necessaria infallibiliter, cum possint a deo impediri. Et (ut Cassiodorus dicit) prophetia est inspiratio vel reuelatio diuina, rerum euentus immobili veritate denuntians, quod intelligendum est de prophetia absoluta siue prædestinationis, in qua Deus reuelat, sicut cognoscit ea in seipsis, inquantum. s. ipsa præsentialiter intuetur, & talis semper impletur, & sic infallibiliter eueniunt, vt cũ dictũ fuit Esa. 7. Ecce virgo concipiet, &c. Secus est de prophetia comminatoria, quæ a glo. super Mat. 1. c dicitur præscientiæ, quæ (vt dicit) non semper impletur, in qua deus reuelat futura, secundum quod cognoscit ea in causis suis, quæ non sic determinata sunt, quin possint impediri, & tunc quandoque aliter euenit. Nec tamen propter hoc prophetiæ sub est falsum. Quia sensus prophetiæ est, quod inferiorum siue naturalium causarum dispositio hoc habet vt talis effectus eueniat. Et secundum hoc intelligitur verbum Esa. Dispone domui tuæ, quia morieris et non viues hæc indispositio corporis tui ad mortem ordinatur, & secuta fuisset, nisi deus propter pœnitentiam eius impediuisset, vnde additi sunt vitæ eius. 15. anni. Sic etiã intelligitur illud Ionæ, Adhuc. 40 dies, & Niniue subuertetur. Sensus. n. est; De merita Niniuitarum exigunt, vt Niniue subuertatur. Sic pariter intelligendæ sunt omnes prophetiæ de futuro, in quibus fit mentio de aliquo malo venturo. scilicet si non facimus pœnitentiam sicut Niniuitæ. Quia tunc verificatur illud Hierem. 18 Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo quod locutus sum aduersus eam, agam, & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei. Dicitur. n. Deus pœnitere metaphorice, inquantum ad modum pœnitentis se habet. s. prout mutat sententiam ex parte nostri, quamuis non mutet consilium vnde D. Amb. Deus nouit mutare sententiam, si tu mutaueris & correxeris delictum. *12. super. Gen ad lit. 2.2. q. 171 ar. 6. ad 2. prophetia prædestinationis et præscientiæ quid. Esa 38. 4. Reg. 20. Ionæ. 3. Hier. 18. Deus quomodo pœnitere dicatur.*

Ver 3. De modo prophetica cognitionis.

F PROPHETICA cognitio non fit per visionem diuinæ essentiæ, saltem per mo-
96 dum permanentis, licet fieri possit per modum transeuntis, vt in Moyse, & diuo Paulo in raptu. Et quamuis talis cognitio non sit procul ex parte ipsius cognitionis, tamen bene ex parte ipsius cognoscentis, quia procul a sensibus, quibus in ea vti non potest, iuxta illud, In corpore vel extra corpus, nescio, Deus scit. Item quia non est in vltimam perfectionem totaliter adductus. Quamdiu enim sumus in hoc (scilicet mortali) corpore, peregrinamur a domino. Ad sciendum autem quomodo fiat cognitio prophetica, supponendus est modus cognitionis naturalis, quæ inchoatur. *2.2. q. 173 ar. 1. 1. Cor. 12. 2. Cor. 5. ar. 2. prophetica cognitio quo modo fiat.*

cognitio clarior & perfectior, quam in veteri testamento. Et ideo ministri noui testamenti perferuntur omnibus prophetis antiquis. Vnde Matth. 11. D. Ioan. Baptista dicitur a Christo pulsquam propheta, & maior inter natos mulierum, qui fuerũt ante eum. Ideo D. Paulus præfert ministros noui testamenti, ipsi Mosi, dicens. Nos vero reuelata facie gloriam Domini speculantes, transfomamur a claritate in claritatem tanquam a Domini spiritu, & alibi, Aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, scilicet mysterium Christi, sicut nũc reuelatum est sanctis Apostolis eius & Prophetis in spiritu. Inter Apostolos autem in cognitione prophetica excellentior fuit D. Paulus Ideo anthonomatice dicitur Apostolus, qui raptus fuit vsque ad tertium cœlum, quod de aliis non legitur. Inter prophetas vero antiqui testamenti licet Dauid in Aliquo excesserit Mosen, quia plura cognouit, & magis distinctè quàm Moses, de mysteriis incarnationis Christi. Ideo dicebat, Super senes intellexi. Moses tamen simpliciter & absolute dicitur Eximius Prophetarum. Quod patet ex quatuor quæ requiruntur ad Prophetam scilicet, cognitio, intellectio, denuntiatio & confirmatio per miracula. Moses enim vidit diuinam essentiam, sicut D. Paulus in raptu, vt D. Aug ait Vnde Num. 12. Palam & non per ænigmata Deum videt. Secũdo quãtum ad imaginariam cognitionem, quia ad nutum habebat illã. Et non solum audiebat verba, sed etiam in specie dei videbat loquentem exterius, vnde dicitur Exo. 33. quod loquebatur ei Dominus (scilicet per angelum) facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Tertiò quantum ad denuntiationem, quia loquebatur populo ex parte Dei, quasi de nouo legem proponens. Alii autem in persona Dei, vt inducẽtes ad obseruationẽ legis Moysi. Vnde Malach. Mementote legis Moysi serui mei. Quarto quantum ad operationem miraculorum. Vnde Deut. vltimo dicitur. Non surrexit vltra prophetam in Israel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciẽ in omnibus signi atque potentis, quæ misit per eum, vt faceret in terra Aegypti Pharaoni & seruis eius, vniuersæque terræ illius & quanuis aliqua miracula aliorum puta Iosue & Esaiæ fuerint maiora quantum ad substantiam facti non tamen fuerunt maiora secundũ modum faciẽdi. Quia miracula Moysi facta sunt toti populo, & multo plura fecit, quam alii. Nec obstat quod dicit Glos in principio Psalterii, quod Dauid dicitur propheta per excellentiam, quia debet intelligi secundum quid, & non simpliciter. Propheta enim Dauid ex propinquo attigit visionem Moysi, quãtum ad visionem intellectualem, quia vterque accepit reuelationem intelligibilis, & supernaturalis veritatis, absque imaginari visione. Visio tamen Moysi fuit excellentior, quantum ad cognitionem diuinitatis. Dauid vero plenius cognouit & expressit mysteria incarnationis Christi. Nõ tamen legimus Dauidem fecisse miracula, saltem tãta & adeo magna sicut Moyses.

1. Cor. 3. Ephe. 5. D. Paulus fuit Eximius profetarum noui testamenti. 2 Cor. 12. Psal. 18. Moy. fuit eximius prophetarũ antiqui testamenti. 12. super Gen. ad lit. Exo. 33. Mala. 3. Deut. vlt. Iosue. 10. Esa. 38.

C 96

Ver. 5. *De Prophetarum Discretione.*

D 96 DISCERNENDI Sunt prophetæ a non prophetis, & veri prophetę a falsis, nec omni spiritui credendum est, sed probandum est an ex deo sit. Nam Satanas nõnunquam se transfigurat angelum lucis. Ex quo sequitur quod non tenemur credere cuicunque dicenti se esse prophetam, neque etiam omnibus his quæ prophetæ recepti loquuntur, quum possint spiritu proprio loqui. Vnde deutero. 18. Si tacita cogitatione responderis, quomodo possum intelligere verbum quod Dominus non est locutus? Hoc habebis signum. Quod in nomine domini propheta ille prædixerit, & nõ euenerit, hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta cõfinxit. Id circo non timebis eum. Vnde dicunt cõmuniter doctores, quod quicunque asserit se esse prophetam, vel se ad aliquid a deo missum, debet probare vel authoritate sacræ scripturæ, vt fecit D. Ioan. Bap. dum interrogaretur quis esset, respondit. Ego vox clamantis in deserto Dirigite viam domini, sicut dixit Esa propheta. Et Christus etiam hoc modo se probauit esse missum a Deo; Scrutamini, inquiens scripturã quia vos putatis in illis vitam æternam habere, & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. Vel debet probare miraculo. Et ideo quum dominus mitte-

1. Ioan. 4. 2. Cor. 11 Deu. 18. Propheta non recidiẽdus sine testimonio. Ioan. 1. Ioan. 5.

re vellet Moysē in AEgyptum ad Pharonē & filios Israel, vt crederent eī dedit illi signū quo conuerteret virgam in colubrum. Hoc etiam modo probauit Christus se missū a Deo, Ioan.5. Opera quæ ego facio, illa testimonium perhibēt de me De his in c. quū ex iniuncto. extra de hæreticis. vbi glo. super verbo, miraculi, dicit, Nec statim per miraculum credendum est, quia quoandoque miracula fiunt per malos & falsos prophetas. Vnde Mat.24. Surgent pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, Ira vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi subdit, credere. Vndedicendum est miracula saltem æstimara, non sufficiēter probare Dei missionem, præsertim quum quis prædicat contra fidem iam receptam, aut bonos mores, aut vniuersalis Ecclesiæ determinationem, siue eius vniuersalem ritum aut consuetudinem. vt dicit D.Tho. super illud Rom.10. Quomodo prædicabunt nisi mittantur? & allegat illud Deu.13. Si surrexerit in medio tui propheta, & prædixerit signū atque portentum, & euenerit quod locutus est & dixerit, Eamus ad deos alienos, non audies verba illius. Et D. Pau. Gal. 1. Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet vobis præter quam quod euangelizauimus, anathema sit. Et nunc iterū dico vobis. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis (hoc est contra id quod accepistis) Anathema sit. Vnde manifeste apparet, Lutheranis & aliis nouis hæreticis, qui annunciant & prædicant contra fidem receptam, & bonos mores, ac Ecclesiæ determinationem, nullo modo esse credendum, etiam si miracula facerēt. Omnia enim miracula quæ sunt contra fidem receptam aut bonos mores, sunt falsa quum Deus (qui est veritas per essentiam, vt habetur Ioa.6. Ego sum via, veritas, & vita) non possit esse testis falsitatis.

Ver 6 *De Honore prophetis exhibendo.*

4. Ethi. Marci 6. 1 Thess.5. Matth 10

QVVM Honor sit testimonium & præmium virtutis & excellentiæ, vt dicit Philosophus, & prophetia importet excellentiam, consequens est Prophetas esse honorandos. Vnde Christus reprehendens conciues suos dicebat. Nemo propheta acceptus est sine honore, nisi in patria sua. Et D. Pau. dicebat, Spiritum nolite extinguere, & prophetias nolite, spernere Si quæratur quomodo honorandus sit propheta, Dicendum quod tripliciter. Primo eum benigne & humane recipiendo Nam Christus recipientibus prophetas mercedem promisit dicens. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ recipiet. Quod non est intelligendum simpliciter & æqualiter, sed proportionabiliter secundum proportionem receptionis. Secundo honorandus est, de bonis temporalibus ei ad sustentationem vitæ nempe victū, & vestitum ac alia necessaria ministrando Vnde Gala.6. Cōmunicet autem is qui catechizatur (hoc est docetur & eru litur) ei qui se catechizat, in omnibus bonis. Quis enim proprius stipendiis militat vnquam? & infra. Qui in sacrario operātur, de his quæ in sacrario sunt edunt. Et Christus, dignus est mercenarius cibo suo. Tertio & principaliter honorari debet, fidem ei adhibendo, & eius reuelationibus credendo consiliisque obediendo. Vnde Esa. conquerens dicebat. Quis credidit auditui nostro? De priuatione huius honoris quærebatur. Christus Mar.6. vbi etiam pœna inhonorationis scribitur. Et non poterat uirtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit, & mirabatur propter incredulitatem illorum. E 97

Propheta quo sunt honorandi.

Gala 6. 1. Cor. 9 Matth.10 Esa.53. Mat.6.

Ver.7. *De Raptu siue Extasi.*

2 2 q.175 Ezech 8. Psal.115. Act.10.

RAPTVS (Prout est gratia gratis data) est eleuatio mentis a spiritu diuino, F ad aliqua supernaturalia contemplanda, dum abstractione a sensibus, secundum illud 97 Ezec 8. Spiritus eleuauit me inter cœlum & terram. Hic raptus dicitur Extasis. Vnde Glo. super illud Psalm. Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax, ait; Dicitur hic extasis, cum mens nō pauore alienatur, sed aliqua inspiratione reuelationis sursum assumitur. Hoc modo rapti multi sunt, sed differenter. Aliqui, ut contemplarentur diuinam ueritatem per similitudines quasdam imaginarias. Et talis fuit excessus mentis. qui cecidit super d Petrum. Alii, ut cōtemplarentur diuinam verita-

veritatem per intelligibiles affectus, sicut fuit excessus Dauid. Alii, vt contemplarentur eam in diuina essentia, & talis fuit raptus D. Pau. ac etiam Moysi. & satis congruenter. Nam sicut Moyses fuit primus doctor Iudæorum, ita Diuus Paulus Gentium. Vnde D. Aug. dicit. Ipsa dei substantia a quibusdam videri potuit, sicut a Moyse & Paulo. Quod intelligendum est per modum transeuntis & abstractione cognitionis sensuum, & sic interpratandæ sunt authoritates quæ in appositum adduci possunt. sed de his amplius infra, cap. 14. ver. 6. In lib. de Vid. Deo. 2.2.q.176

Ver. 8. *De gratia & dono Linguarum.* Matth. ul. C.1.4.v.6

A QVVM Apostoli, & alii discipuli Christi fuerint ad hoc electi, vt per vniuersum mundum discurrentes, fidem prædicarent, secundum illud. Euntes in mundum
97 vniuersum, docete omnes gentes, &c. Sed non erat conueniens quod qui mittebantur ad alios instruendos, indigerent ab aliis instrui qualiter aliis loquerentur. & quum essent pauperes, non reperissent de facili qui eorum verba fideliter interpretarentur, vel aliorum verba eis exponerent. Ideo conueniens fuit eis subueniri per gratiam siue donum linguarum. Vnde act. 2. Repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis, &c. Et quamuis fieri potuisset vt vna lingua loquentes ab omnibus intelligerentur, aut omnes alias linguas intelligerent, conuenientius tamen fuit ipsos omnibus linguis loqui, quia hoc pertinebat ad perfectionem scientiæ illorum per quam non solum loqui, sed etiam intelligere poterant quæ ab aliis dicebantur. Si autem omnes vnam linguam eorum intellexissent, vel hoc fuisset per scientiam illorum qui eos loquentes intelligerent, vel fuisset quasi quędam illusio, dum eorum verba aliter ad aliorum aures perferrentur, quam ipsi ea proferrent. Vnde Glos. Act. 2 dicit. Maiori miraculo factum est, quod ipsi omnium linguarum generibus loquarentur, & Apost. Gratias ago Deo meo quòd omnium vestrum lingua loquor, scilicet sufficienter quantum requirebat doctrinam fidei, non autem quantum ad omnia quæ per scientiam acquisitam cognoscuntur, inquantum quædam superadduntur arte humana ad ornatum & elegantiam locutionis. Vnde glo. Hebræ. 1. dicit. Non est mirandum quòd Apostolus in epistola ad Hebræos maiore luceat facundia, cum naturale sit vnicuique plus in sua quam in aliena lingua valere. Cęteras enim epistolas peregrino, hoc est Græco sermone composuit. Hoc dono licet Christus perfectissime donatus fuerit, non tamen oportuit ipsum omnibus linguis loqui, quia solum vnigeniti prædicaturus erat. Nunc autem hoc donum non datur omnibus qui Spiritum sanctum recipiunt, quia iam ipsa Ecclesia (vt diuus August ait.) linguis loquitur omnium. Post resurrectionem tamen generalem diuersitas linguarum cessauit, vt Aposto. dicit, & sola prima qua loquebatur Adam (quæ, vt communiter dicitur, est Hebræa) manebit, in qua sancti (vt psal. ait) in secula sæculorum laudabunt Deum. Act. 2. 1. Cor. 14 1. Cor. 13

§. 2. *De gratia Miraculorum.* 2.2.178

B GRATIA miraculorum ordinauit Deus in Ecclesia ad sermonis prolati con-
98 firmationem et credibilitatem. Vnde Marc. vlt. domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis Deus enim qui suauiter disponit omnia, hominem circa supernaturalia dirigere voluit modo suæ naturæ congruenti. Naturale autem est hominem cognoscere veritatem intelligibilem per effectus. Ideo sicut homo ductu naturalis rationis potest peruenire ad notitiam dei, vt est principium & author naturæ, per naturales effectus, ita voluit deus ipsum per supernaturales effectus (qui dicuntur miracula) induci in aliquam supernaturalem cognitionem credendorum. Gratia miraculorum non est aliquis habitus, neque aliqua qualitas permanens in anima eum aliquando fit in corpore mortuo. sicut legimus quod quidam proiecerunt cadauer in sepulchrum Helisæi, cuius cum tetigisset ossa reuixit homo, & stetit super pedes suos, quia tunc instinctu diuino mota sunt ossa. Sic plerunque contingit in reliquiis sanctorum, quæ a Deo vt instrumenta mouentur. Ideo illa motio non est qualitas permanens, sed fluens, & sicut mens Prophetæ mouetur instinctu diuino ad aliquid supernaturale cognoscẽdũ, ita et qui miracula facit Mar. ult. Sap. 8. Gratia miraculorum non est habitus. 4. Reg. 13.

Psal. 137. gratiam. Et Psal. Magnus dominus, & humilia respicit. & alta (hoc est superba) a longe cognoscit. potest tamen superbia praecipue incompleta, est peccatum veniale, propter imperfectionem actus aut subreptionem. Superbia non dicitur uitium capitale, nec inter alia specialia peccatorum principia debet numerari, sed omnium vitiorum origo & regina, iuxta illud Eccle. 10. Initium omnis peccati superbia, a qua pendent alia septem capitalia vitia. Primo inanis gloria, vt dictum est cum de ipsa superius ageretur.

Ver. 9. *De Studiositate.*

2.2.q.166 STVDIOSITAS est virtus moralis subiectiuata in voluntate, moderans appetitum & desiderium sciendi, quod est naturale. nam (vt dicit Philo. 1. Metha.) omnes homines naturaliter scire desiderant. Illud tamen in desiderium potest esse inordinatum quaerendo scire altiora. Vnde Eccle. 3. Altiora te ne quae sieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Et ideo ad moderandum illud est ponenda studiositas, quae dicitur a studio. Studium autem est vehemens applicatio mentis (hoc est intellectus) ad aliquid: Mens autem siue intelllectus, non potest applicari in aliquid, nisi ipsum cognoscendo. Ideo studiositas primo tendit circa cognitionem, siue circa ea quibus homo per cognitionem dirigitur. Studiositas est species modestiae, & adiungitur temperantiae, & virtus secundaria, inquantum moderatur desiderium studii, quod non habet tantam difficultatem moderationis, sicut delectationes tactus, circa quas est temperantia. A 92

2.2.q.167 Ver. 10. *De curiositate.*

4.c.de Diui. Nom. CVRIOSITAS est inordinatus appetitus cognoscendi ea quae non oportet, siue per intellectum, siue sensum. Et quamuis bonum animae, secundum D. Diony. non consistat in cognitione veritatis, intelligendum est de summa veritate. & ideo cognitio aliorum verorum siue veritatum, quae hanc impedit, vel ad ea diuertit, vel vitiosa est. In curiositate duo sunt, scilicet ipsa cognitio, & appetitus siue studium cognoscendae veritatis. Qua ad primam .s. cognitionem. sciendum est, quòd licet ipsa cognitio de se mala non sit, per accidens tamen potest esse mala, ratione alicuius consequentis, vt quando aliquis de cognitione veritatis superbis, secundum illud. B 98

1. Cor. 8. 1. Cor. 8. Scientia inflat, vel inquantum homo per cognitionem alicuius inducitur, ad peccandum, vt per cognitionem aliquorum secretorum turpium, & eorum quae habent affinitatem cum ipsis, vt cognitio actus amandi, cautelarum, & eorum quae subseruiunt ad deceptionem proximi, tam in spiritualibus, quam temporalibus, est mala per accidens. Quo ad secundum, sciendum quòd contingit appetitū sciendi, siue applicationem animi ad aliquid sciendum, esse peccatum dupliciter, primò, quando applicatur ad ea quae primò vel ex consequenti siue per accidens habent aliquod malum adiunctum. Ille appetitus siue applicatio est mala, & peccatum mortale, si illud ad quod terminatur, est mortale, vel in hoc se exponit periculo peccati mortalis. Quia quis amat periculum, peribit in illo. Si vero sit veniale, vel periculum de veniali, est veniale, & vocatur haec curiositas. Concupiscentia oculorum, accipiendo large oculum, vt se extendit ad intellectum & ad omnes sensus. De hac curiositate dicitur. Docuerunt linguam suam loqui mendacium, vt inique agerent laborauerunt. Et Christus. Sine causa me colunt & docentes doctrinas & mandata hominum, contraria. s. disciplinis, & mandatis Dei. vel inducentes ad male agendum, & contraueniendum praeceptis. Alio modo potest esse vitium, ex ipsa inordinatione appetitus ad cognoscendam veritatem, & hoc quadrupliciter. Primo pro quanto per studium minus vtile retrahitur quis à studio, quod ei incumbit ex necessitate salutis vel ex officio. Vnde D. Hier. Sacerdotes dimissis euangeliis & prophetiis, videmus comoedias legere, & amatoria bucolicorum versuum verba cantare. Sic multi, dimissis his quae scire tenentur, & sunt de necessitate salutis, vt est cognitio articulorū fidei, & mandatorum dei, & peccatorum ad confitendū recordatio, vel ex officio pro tutamine eorum, quorum causas, & defensiones suscipiunt, & in aliarum cognitione se applicant.

Eccl. 3.

Hier. 9. Matt. 15. Curiositas in 4. casibus est peccatum.

plicant. Secundo quando studet discere a quo non licet, vt qui a dæmonibus pe: quirunt futurorum aut præsentium occultorum cognitionem. Omnis enim societas & conuentio cum illis interdicta est iuxta illud. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras? Quæ autē conuentio Christi ad Belial? Tertio, quando homo appetit scire veritatem circa creaturas, non referendo ad debitum finem. Quarto, quando quis studet ad cognoscendam veritatem supra facultatem ingenii proprii, quia per hoc homines de facili in errores labuntur, vt videmus de laicis artificibus, mulieribus, & aliis imperitis, qui secreta, & mysteria scripturæ sacræ supra statum & facultatem ingenii penetrare nituntur, & inde aliis interpretari, aut pronunciare, & defendere præsumunt, contra quos dicitur, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Sed quæ præcepit tibi deus, hæc cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium quæ abscondita sunt videre oculis tuis, & in superuacaneis rebus noli perscrutari multipliciter. Plurima enim super sensum hominis ostensa sunt tibi. Multos enim supplantauit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum. Secundario Curiositas potest inueniri in verborum compositione, inuentione, immutatione vestium, & in aliis rebus, in cibis præparandis, domibus ædificandis. Si curiositas sit pura, est peccatum veniale, si vero mixta, vel adiuncta mortali, est peccatum mortale.

1 Cor. 6.

Eccl. 3.

Ver. 11. *De moderatione.*

CVM virtus moralis in hoc consistat, quòd ea, quæ sunt hominis per rationem
C 2 ordinentur, cōsequens est, ut circa omnia, quæ per rationem possunt moderari, po-
17 natur. Sed motus, gestus, apparatus hominis possunt per rationem moderari, quum membra moueantur & parentur siue ornentur per imperium rationis. Vnde D. Aug. In incessu, statu, habitu & in omnibus motibus nostris nihil fiat, quod cuiusquam offendat aspectum. & ideo circa huiusmodi debent uirtutes assignari. Quo ad habitum ponitur una uirtus, quæ dicitur Ornatus, de qua inferius dicetur. Ordinatio autem exteriorum motuum potest attendi dupliciter & quantum ad duo. Primo quantum ad conuenientiam personæ, quæ mouetur & apparatur. Secundo quantum ad conuenientiam, ad alias personas, inquantum, s. per exteriores motus conuenienter ordinatur ad alios. Quo ad primum, in seriosis ponitur ab Andronico vna virtus, quæ dicitur bona moderatio. Quo ad ludibria uero, & ea quæ ioco vel ludo aguntur, ponit Aristoteles, Eutrapeliam. Moderatio igitur est virtus mensuratiua motuum, & gestuum exteriorum, secundum conuenientiam personæ. Et qu a huiusmodi motuum exteriorū moderatio est signum moderationis interiorum passionū iuxta illud, Amictus corporis, & risus dentiū, & gressus hominis, indicāt de illo. Et in eodē ca. Ex visu cognoscitur uir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus, & D. Am. dicit. Hinc s. ex exterioribus motibus, hō cordis nostri absconditus aut leuior, aut iactā tior, aut grauior, aut inconstantior, aut curior, & maturior æstimatur. Ideo moderatio exteriorū motuū prærequirit moderationem interiorū passionum, quæ in ordine ad alios, habēt quandam rōnem debiti. Ideo moderatio motuum exteriorum per comparationem ad alios, cum interioribus eorundē passionibus pertinet ad amicitiam, siue affabilitatem & veritatem, ad quas pertinet vt homo decenter se habeat in conuersatione cōi, cum his cū quibus cōuiuit, tā in motibus, quā verbis & factis, vt dictū est supra. Sed secūdū quod motus gestus, & verba seriò facta, sunt signum interioris moderationis, non habendo respectum alios, sed sm quod decenter conuenit personæ secundū se pertinet ad veritatē. Per hæc possunt omnia cōcordari. Aliqua.n. dece t secūdū se, quæ nō sunt decentia in cōi conuersatione. Hanc moderationem bonam vocāt cōgruā veritatem.

2.2.q.168

In Regula

Ordinatio exteriorum motuum potest dupliciter attendi

Moderatio quid sit:

Eccle. 19.

In lib. de officiis.

c. 5. §. 12 & 13.

Ver. 12. *De Eutrapelia.*

EVTRAPELIA est virtus moderatiua ludi, non fortunæ (de quo paulo post
D 2 dicemus) sed recreationis, qui consistit in verbis vel factis ludicris. Ludicra autem
17 dicuntur iocosa & ridicula, quæ secundum rationem moderari debent ad refocillationem fatigationis animalis, prouenientis ex viribus sensitiuis. Sicut enim homo indiget corporali quiete ad corporis refocillationem, quia non potest continue la-

2 2.q.168 art. 2.

Ludicra quæ dicuntur.

borare, eo quòd habet virtutem finitam, quæ determinatis laboribus proportionatur. Ita etiam eget ludo, ad refocillationem animæ, cuius virtus etiam finita est & ad determinatas operationes proportionata. Et ideo quando aliquis circa operationes animales seu vires animæ vltra modum tendit, fatigatur, eam ob rem eget remissione & recreatione siue refocillatione, quæ fit per verba vel facta ridicula, siue ad risum & iocunditatem prouocantia. Ideo D. Thomas virtutem quæ huiusmo di ridicula moderatur, vocat iocunditatem, requisitam ad remedium contra fatigationem animalem, intermissa animi intensione ad studium rationis & seriosæ operationis. Vnde in collationibus patrum legimus, D. Ioann. Euangel. hac virtute intèr discipulos vtentem, quidam aduenienti & valde miranti, & arcum in manu sua tenenti dixisse, præcando vt tenderet arcum & iaceret sagittam & cum plureis ad eius preces id fecisset, tandem quieuit. Rogant vero D. Ioann. vt continuaret, respondit quòd si continue arcum tenderet, & sagittas iaceret frangeretur, arcus. Respondit D. Ioann. Sic animus hominis frangeretur, si nunquam a sua intensione & contemplatione relaxaretur. Ideo Cato dicebat: Interpone tuis interdum gaudia curis. Et D. August. Volo tandem tibi parcas. Nam sapientem decet interdum remittere aciem rebus agendis intentam. Et ad hoc musica & instrumenta musicalia inuenta sunt. Et cum ludus moderatus sit necessarius ad conseruationem vitæ humanæ, & ad omnia quę sunt vtilia conseruationi humanæ possunt deputari aliqua officia licita. Sequitur quòd histrionum & minorum officium (quod ordinatur ad solatium hominibus exhibendum) non est secundum se illicitum, dummodo non se exponāt periculo personæ, vt in hastiludiis, & aliis digladiationibus periculosis, & dūmodo nō vtantur aliquibus illicitis vel factis, & non adhibendo negotiis siue locis aut temporibus indebitis, quamuis in rebus humanis non vtantur alio officio, per comparationem ad alios homines. Quia in ordine ad deum, & ad se, & pauperes, habent alias seriosas operationes. Vnde non peccant nec iniuste faciunt, qui mercedem ministerii eorum tribuunt, & moderate eis subueniunt. Et ad illud quod Diuus Augustinus dicit. Dare res suas histrionibus vitium est immane dicendum quòd intelligitur quando superflue, vel histrionibus qui illicitis vtuntur. Cauenda sunt in ludis tria quorum primum & principale est, quòd prædicta delectatio non quæratur in turpibus factis, vel verbis ad lasciuiam prouocantibus. Quia tales ludi dicuntur theatrales & diabolici, quos D. Chrysosto. propter periculum districte prohibuit non solum exercere, sed etiam inspicere. Quia (vt inquit) pauci a spectaculis redeuntes inueniuntur innoxii. Item etiam cauendum est, ne delectatio siue recreatio quæratur in nociuis: Nociua dicuntur quæ sunt in nocumentum famæ, honoris, personæ, vel alterius boni tam spiritualis quam temporalis, quia tunc esset peccatum mortale ex genere. Vnde Tullius, Vnum iocandi genus est illiberaliter petulans, flagitiosum, & obscœnum. Secundum requisitum est ne totaliter grauitas animæ soluatur, quod fit quando nimium tempus consumitur, vel ex magno & excessiuo affectu tenditur. Vnde D. Ambros. Caueamus ne dum animum relaxare volumus, soluamus omnem armoniam quasi consensum bonorum operum. Et Tullius vbi supra Pueris non omnem ludendi licentiam damus, sed eam quæ ab honestis actionibus non sit aliena. Tertio requisitum est vt congruat personæ, tempori, & loco. In ludicris siue ludis contingit peccare dupliciter, scilicet per defectum, & excessum per defectum quidem illi deficiunt in ludo qui non faciunt nec dicunt aliquid ridiculum, & dicentibus aut facientibus molesti sunt, qui scilicet aliorum moderatos ludos non recipiunt. & tales vitiosi a Phil. vocantur duri & agrestes. Secundo peccatur in ludis per excessum, quando scilicet non cauentur prędicta tria. Et tale peccatum dicitur inepta lætitia, quę est filia gulæ. Vnde Exod 32. dicitur. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Quòd aliquis in turpibus aut illicitis & nociuis famæ, vel honori, personæ, aut rebus alterius lætetur, vitium ex suo genere mortale est, si illa de quibus lætatur. Sunt mortalia, & si solum sint venialia veniale. Semper etiam ludicre operari aut loqui vitiosum est. seruandus est

enim

Iocunditas est requisita.

In 2. Musi. *Musica & instrumenta musicalis ad quid inuenta.*

Histrionū, & minorū ars nō sem per illicita.

An liceat dare pecuniā histrionibus.

Super Ioā. *Tria in ludo cauēda.*

In primo offi. *In 1. offi.*

In ludis peccatur bifariam. *4. Ethi.*

Exo. 32.

enim modus. Et modiculus ludus sufficit ad refocillationem. Excessus iste vocatur dissolutio, & ex genere suo est peccatum veniale, secluso scandalo, & non prætermissis his quæ sunt necessaria ad salutem, hoc est præceptis. Præterea quando non seruantur circunstantiæ prędictæ, scilicet quando ludicra miscentur negotiis non debitis. Ridiculosa enim debent congruere negotiis & personis. Vnde Cicero in 1. Rheto. dicit quod quando auditores sunt defatigati, non est inutile ab aliqua re noua vel ridiculosa orationem inchoare, si tamen rei dignitas non adimit iocandi facultatem, vt sacra doctrina, quæ maximis rebus intendit, secundum illud Prouer. 8. Audite me, quoniam de rebus magnis locutura sum. Ideo ab ecclesiastica aborrentur regula, quoniam in scripturis sanctis non reperimus quemadmodum vsurpare possimus. Et ideo prædicatores, qui in suis prædicationibus fabulis ridiculosis utuntur, non possunt a peccato excusari. Vnde Apostolus dicit, Ineptas autem & aniles fabulas deuita, Item dicendum est de circunstantia personę. Non enim conueniens est quod presbyteri aut religiosi & hi qui sunt in statu perfectionis acquiræ, vel acquirendæ, sint histriones, ioculatores, aut mimi. Et pariter dicendum est de circumstantia loci, si in ecclesia fiant, quamuis in ea repræsentationes mysteriorum Christi & Sanctorum, non tamen ioculatorio modo, fieri possint. Choreas autem in ecclesia ducere non licet, quia pertinent ad ioculandi genus. Et eadem ratione cantilenas impudicas, aut alia ad leuitatem & ineptam lætitiam inducentia, & deuotionem impedientia, cantare, siue in organis & aliis musicalibus instrumentis personare. Vnde D. August. in regula. In oratorio nihil fiat, nisi ad quod factum est. vnde & nomen accepit, Tales enim irreuerentiam non modicam. Christo, ibi in sacratissimo Eucharistiæ sacramento existente, & aliis rebus faciunt, Ecclesiam ad eius cultum dicatam prophanando. Ideo videant rectores & prælati. Non licet etiam tempore luctus siue pœnitentiæ, prout est quadragesima, huiusmodi ludis intendere, vnde Eccle. 22. Musica in luctu, importuna est narratio. Et Tho. 3. Nunquam cum ludentibus miscui me, scilicet tempore captiuitatis, quod erat tempus luctus, vel etiam alias illicite laudentibus. Et Hiere. 15. dicebat, Non sedi in concilio ludétium & subdit. Solus sedebam, quoniam amaritudinem replesti me. Et Rom 12. Flere cum flentibus & psal. 136. Super flumina Babyonis sedimus, & fleuimus, dum recordamur tui Sion, Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos, verba cantionū, &c. Et Christus. Luc. 6. Væ vobis qui ridetis, quoniam flebitis. Moderatus autem, et bene circunstantionatus ludorum vsus non est illicitus. Vnde Seneca, Sic geras te sapientem, vt nullus te habeat austerum siue agrestem, nec contemnat quasi vilem, hoc est vanis & superfluis ac inutilibus deditum, sed vt eutrapelum laudent, a bona scilicet conuersatione, vt dicta uel facta pro loco & tempore, in solatium & iocunditatem conuertas, quæ est propria ratio eutrapeliæ. Sunt qui aliter ludum accipiunt, & diuidunt in ludum ingenii tantum fortunę tantum, & mixtum. Ludus ingenii tantum, vt est ludus scacorum, qui est valde ingeniosus, vt ex nulla parte innititur fortunæ. Hic ludus de se est bonus & licitus pro loco & tempore, dum tamen non vitietur aliqua mala circunstantia. Ludus fortunæ tantum, est qui soli fortunæ innititur. vt ludus taxillorum & cartarum. Ludus mixtus, vt est ludus tabularum, qui ex parte taxillorum innititur fortunæ, & ex directione tabularum, quæ diuersimode dirigi possunt, ingenio Duo vltimi modi dicitur ludi alearum, hoc est in uarietate fortunæ consistentes. Tales ludi secundum se non sunt mali. Sed quia multa mala ex eis oriri solent, ut rixæ, iniuriæ, blasphemiæ, cupiditates, & consumptiones bonorum; maxime in assuetis ideo a iure prohibiti sunt, vt habetur in rubrica & l. lex usu & aleatoribus. ff. per totum. Et sic sunt mali quia prohibiti, etiam non secundum se. Ideo secluso scandalo, & mala intentione, ac etiam prohibitione (quæ intelligi debet de immoderatis & male circunstantionatis) non sunt, illiciti, neque peccatum est illis vti pro loco & tempore, deficientibus aliis modis, iocandi, dummodo propter recreationem, vel ad expensas, siue ad esculentium, & poculentum fiant, & aliæ circunstantiæ seruentur, vt scilicet non multum tem-

Dissolutio quid.

Rediculosa prædicare non licet.

1 Timot. 4.

Presbyteris indecens est Histrionii officium.

Choreæ, & iocula tiones in ecclesiis sunt illicitæ & cantilenæ lasciuæ.

Ludus trifariam diuiditur.

pus consumatur, neque rixæ suboriantur, & quòd non mala intentione, puta cupiditatis pecuniarum, absque dolo & fraude fiant, quia tunc ludus esset illicitus. Et si adiungatur fraus, aut dolus, obligat ad restitutionem, ac etiam si quis lucretur a personis non potentibus distrahere, ut sunt religiosi, filiifamilias, mulieres uxoratæ serui, uel etiam si ab inductis & solicitatis, & quasi quadam verecundia coactis. Tunc enim restituendum est illis, alias non, cum uolenti non fiat iniuria, quia tamen turpe lucrum est, quum ludus non sit ordinatus ad lucrum, sed ad recreationem, consulunt doctores lucrum erogari pauperibus Ex his sequitur quòd hi ludi efficiuntur illiciti ex fine, & aliis malis indebitis circunstantiis. Et quando propter ludum omittitur aliquod præceptum, vel contrauenitur alicui præcepto, est peccatum mortale, ut blasphemando, conuitando, uel totaliter expoliando proximum, vel illi notabile damnum inferendo, quia contrariatur charitati. Alias autem immoderatus ludus est peccatum veniale.

Vers 3. *De ornatu.*

2.4. q. 169. ORNATVS est uirtus, qua moderatur homo secundum habitum exteriorem, hoc est circa vestes & alia indumenta, & nitorem siue candorem exteriorem Et sic ornatus moderatus per rationem, est licitus etiam mulieribus. Vnde 1. Timot. 2. volo mulieres esse in Ecclesia in habito ornato, cum uerecundia, & sobrietate ornantes se. Et ad hoc specula adinuenta, & ordinata uidentur, ut si quæ indecentia sit, videant. Ideo non est illicitum viris, nec mulieribus se moderate prospicere in speculo ad ornandum se, & ad ea quæ sunt indecentia deponenda, vel saltem cooperienda. Vnde legimus Exod. 38. quod Dominus fieri mandauit labium æneum cum basi sua, de speculis mulierum, in quibus sacerdotes, & ministri se inspicerent, ne indecenter coram populo procederent. Vnde authoritates quæ in oppositum, reperiuntur, intelligendæ sunt de immoderato & excessiuo ornatu, & speculari inspectione excessiua. Ornatus potest esse immoderatus dupliciter, vno modo per excessum, alio per defectum. Per defectum contingit dupliciter, vno modo ex negligentia hominis, qui non adhibet studium & laborem ad hoc quod cultu decenti, & secundum quod oportet vtatur. vnde Philos. dicit ad molliciem pertinere, quod aliquis trahat vestimentum per terram, vt non laboret eleuando ipsum. Alio modo contingit defectus ornatus ex eo quod quis ipsum defectum exterioris cultus ad gloriam ordinat. Vnde diuus Augu. Ait Non in solo rerum corporearum nitore, atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus lutosis esse posse iactantiam, & eo periculosiorem, quo sub nomine seruitutis Dei decipit. Et Phil in 4 Ethic. dicit, quod superabundantia & inordinatos defectus ornatus ad iactantiam pertinet. Ideo D. Augu in Regula mandauit, vestes fratrum lauari, & de se dicebat Nec nimiæ sordes, nec exquisitæ delitiæ mihi placent. Non tamen semper peccatum est indui vilioribus vestibus quàm cæteri, si hoc fiat propter macerationem carnis, vel humiliatione spûs, vel exemplum, vt in his qui ex officio pœnitentiam habent prædicare, sicut fecerunt Prophetæ, de quibus Heb. 11. Circuerunt in melotis, & in pellibus caprinis, vnde de Helia. & D. Ioan. Bap. dicitur quod erant induti pilis camelorum, quare quædam Glo. Mat. 3 dicit. Qui pœnitentiam prædicat, habitum pœnitentiæ prætendit. vnde valde reprehensibiles apparent mendicantes, qui pretiosis vestibus vtuntur contra sua statuta, quæ volunt eos habere vestes grossas, non attonsas. Ornatus per excessum potest esse immoderatus multipliciter ex parte hominis qui immoderate vtitur per comparationem ad consuetudinē hominum cum quibus cōuiuit, quādo quis vult singularitatem seruare, aut nouitatem inuenire, quæ ad curiositatem pertinent. Vnde D. Aug. ait, Quę contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diuersitate vitanda sunt, vt patrum inter se, ciuitatis, & gentis consuetudine vel lege firmatum nullius ciuis aut peregrini libidine violetur. Turpis est enim omnis pars vniuerso suo non congruens. Secundo propter pluralitatem, vnde Christus. Nolite possidere duas tunicas, & qui habet duas tunicas, det unam non habenti, quamuis hoc non sit præceptum, nisi in casu extremæ necessitatis, vel apud eos, qui propter duas tunicas habenda sunt ea,

Marginalia: 2.4. q. 169. — 1. Tim. 2. — Exo. 38. — Ornatus duobus modis potest esse immoderatus. — 7. Ethic. — In libr. de ser. do. in mon. — Ornatus [illegible] est uitium. — 4. Reg. 1. Mat. 3. — Ornatus per excessum multis modis uitiosus redditur. 3. cōfessio. — Matt. 10 — C 64 — D 94

das, ea quæ sunt de necessitate salutis omitterent, iuxta illud Iob, Nudos dimittunt homines, vestimenta tollentes. Et illud, Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miseriis vestris, quę aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra a tineis comesta sunt Extra tamen casum necessitatis non est prohibita. Nã Helisæus non reprobauit mutatoria vestimentorum Naaman. Quare quo ad pluralitatem attendenda est qualitas & dignitas personæ, & facultas bonorum, & aliæ circunstantiæ. Ideo non potest dari regula generalis quo ad numerum. Tertio quo ad preciositatem. Vnde D Greg. dicit. Si in curtu subtilium preciosarumque uestium culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quod diues ille epulo purpura & bysso indutus esset. Illi tamen qui in dignitate constituti sunt, vel etiam ministri altaris pretiosioribus uestibus induuntur, non propter sui gloriam, sed ad significandum excellentiam sui ministerii uel cultus diuini. Et ideo eis nõ est vitiosum. Quarto propter delitias siue noliciem, secundum quod vestes ordinantur ad corporis fomentum. Quinto propter nimiam solicitudinem, quam apponit quis in se ornando ut aliquando mulieres, quæ nonnunquam intermittunt missas, & ea quæ sunt de necessitate salutis. & tunc peccant mortaliter. Sexto propter indecentiam. vnde Dominus, Non induetur mulier ueste virili, nec uir veste muliebri. Abominabilis est Domino, qui facit hanc rem, quia est causa lasciuiæ. An autem aliquando liceat, dictum est. Septimo propter fucum oderiferum, uel nitorem extrinsecum superappositum, quod ex duobus prouenire solet. Primo ex nimio affectu humanæ laudis siue pulchritudinis. Secundo ad alliciendum alios ad concupiscentiam. Et talis ornatus dicitur meretricius, & est illicitus, & peccatum mortale, tam in uiris quam mulieribus. De hoc ornato Sal. Ecce mulier occurrit illi in ornatu meretricio præparata ad decipiendas animas. Potest tamen mulier coniugata se ornare ad hoc, vt placeat viro suo, ne per eius contemptum vir in adulterium labatur. vnde. 1. Cor 7. dicitur, Mulier quæ nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Hoc tamen facere debet secundum regulam rationis: Vnde 1. Thimot. 2. Non in tortis crinibus auro, & margaritis, aut veste pretiosa. Et 1. Pet 3. Quarum non sit extrinsecus capillatur aut circundatio auri & argenti, aut indumenti uestimentorum cultus. per quæ secundum D. Thomam datur intelligi, quod sobrius & moderatus ornatus non prohibetur mulieribus, sed superfluus, inuerecundus, & impudicus. Nec videntur excusari consuetudine, ex quo tam diligenter Apostoli prohibuerunt. Aliqui tamen eas excusant propter dignitatem & facultatem bonorum, quando scilicet in illis inauratis non excedunt dignitatem vel facultatem. Aliquid enim per comparationem ad pauperem vel mediocrem, æstimatur pretiosum, quod æstimatur vile in comparatione ad nobilem vel principem. & dicta Apostolorum debent intelligi communiter, & de his quæ non sunt in excellenti dignitate. Ideo videant vi i & ipsæ, quæ quando cum viris in domibus commorantur, in difformi habitu manent, & cum procedunt in publicum, maximo factu & affectu, etiam fuco ad exteriorem progressionem se ornant, vt pascant oculos aliorum, & aliis potius quam viris placeãt D. Cyprianus in libro de Habitu virginum, dicit etiam nuptas esse mouendas, ne opus dei & facturam ac psalma illius vllo modo adulterare præsumant, adhibito flauo colore, vel nigro, siue rubeo puluere, aut quolibet alio natura lia lineamenta corrũpente medicamine. Manus n deo inferũt, quando id quod ille formauit, reformare contendunt. Impugnatio ista est diuini, operis præuaricatio. Nec hæc fucatio potest sine peccato fieri, teste D. Aug. Fucari figmentis vt quis candidior appareat, adulterina fallacia est, qua non dubito ipsos maritios velle decipi. D Chrys. super illud Mat 6. Exterminant enim facies suas, dicit eas maiorem iniuriam facere Deo, quam hypocritę, qui exterminãt facies suas vt appareant hominibus ieiunantes quia quamuis omnes propter gloriam faciant, hypocritæ tamen ad bonum, illæ autem ad malum inducere videntur, quamuis mulier non debeat abstinere a moderato ornatu, nec ab accessu ad loca debita & opportuna, propter aliorum concupiscentiam, quam non intendit, quia si alii cadant, hoc ex eorum mali-

Luc. 3.
Iob 24.
Iac. 5.
4 Reg. 5.
In usu uestium multipliciter cõtingit peccare.
E
64
Deut. 22 & ca. 5. §. 12. uer. 2.
Ornatus meretricius quis dicatur.
Pro. 7.
1. Cor. 7.
1. Pet. 3.
Ornatus moderatus non prohibetur.
F
94
In epist. ad Basi.

§. 2: *Quomodo uirtutes connectantur.*

D VIRTVTES imperfectæ siue in esse imperfecto, nō sunt cōnexæ. Videmus 1.2.q. 65. ar. 1.
94 enim aliquem ex naturali complexione vel ex assuetudine esse prōptū ad opera liberalitatis, qui non erit promptus ad opera castitatis, & idem de aliis virtutibus, vnde sequitur quòd non sunt connexæ. Virtutes verò perfectæ siue in esse perfecto, sic cōnexe esse dicuntur, vt qui habet vnam, habeat omnes, & qui caret, vna careat omnibus, & hoc duplici modo siue ratione. Primo, distinguendo virtutes morales secū dum quasdam generales conditiones virtutum, vt pote quod discretio pertineat ad prudentiam, in quacunque materia, & firmitas animi ad fortitudinem, in quacunque materia ista considerentur, & moderatio ad temperantiam, & rectitudo ad iustitiam. In hoc apparet manifeste ratio connexionis. Non. n. firmitas animi habet laudem virtutis, si sit sine moderatione, vel rectitudine, aut discretione, & idem de aliis virtutibus. Hanc rationem assignat D. Grego. dicens, quod virtutes si sint distinctæ & separatæ, non possunt esse perfectæ, secundum rationem virtutis, quia temperantia vera non est, quę iusta prudens, & fortis non est, & idem subdit de aliis virtutibus. Similem rationem assignat D. Aug. Secundo idem apparet, distinguendo virtutes secundum proprias materias & hoc modo connexio virtutum assignatur a Philosopho, Quia nulla virtus moralis potest haberi sine prudentia, eò quod proprium virtutis moralis est facere electionem rectam, quum sit habitus electiuus in medietate consistens. Ad rectam autem electionem non solum sufficit habitus in debitum finem, qui est directe per habitum virtutis moralis, sed etiam quod aliquis recte eligat ea quæ sunt ad finem, quod sit per prudentiam, quæ est consiliatiua, & iudicatiua eorum quæ sunt ad finem, vt dictum est. Similiter etiam prudentia perfectè haberi non potest, nisi habeantur virtutes morales, quum prudentia sit recta ratio agibilium, ad quę aliquis recte se habet per virtutes morales. Vnde sicut scientia speculatiua non potest haberi absque principiis, ita nec prudentia sine uirtutibus moralibus vnde sequitur ipsas esse connexas. 22. Mora. 6. de Tri. c. 4. §. 1. 1.2.q. 66. ar. 2.

¶ Ex his apparet omnes virtutes in quodlibet virtuoso esse ęquale, non secundum dignitatē, quia vna est dignior & nobilior alia, vt dictum est. Neque etiam sunt æquale secundum intentionem quia manifestum est, quod qui magis se exercet circa actū vnius virtutis, magis intendit habitū illius, & hoc cōiter contingit. Quia non ęqualiter occurrunt materiæ virtutum, igitur. Sed sunt ęquales secundum quandam æqualitatem proportionis, inquantum æqualiter crescunt in homine in esse virtutis perfectæ, sicut digiti manus sunt inæquales secundum qualitatem, sed æqualiter crescunt secundum proportionem, quum proportionabiliter augeantur. Ita D. Aug. dicit omnes virtutes esse æquales. Si tñ accipiatur æqualitas ex parte subiecti siue inclinationis ad ipsum actum virtutum, potest vnus homo esse magis promptus ad actū vnius virtutis, quam ad actum alterius, vel ex naturali inclinatione, vel ex assuetudine. Secundo apparet quod pauci sunt perfecte virtuosi (prout Philosophi describunt hominem virtuosum) qui in omni casu & euentu possit prompte & faciliter exire in actum cuiuslibet virtutis, eo quod pauci sunt qui circa materiam omnium virtutum fuerint habituati. Tertio apparet quod qui amittit vnam virtutem, mittit omnes alias in esse virtutis perfectæ, ex quo sunt connexæ, & in hoc quodam modo conueniunt cum virtutibus, de quibus (cum ad nostrum quod assumpsimus negotium amplius subseruiant) dicendum est. Omnes uirtutes quomodo sunt æquales, c. 4. uer. 2.

Continuatio dicendorum.

E CVM Dominus Deus (qui non deficit in necessariis) creauerit hominem intel-
94 lectualem & rationalem, dederitque illi vires & potentias ac omnia requisita ad finem naturalem, qui consistit in cognitione & contemplatione ipsius dei, vt est principium & author naturæ, ad quem finem consequendum dedit ei seminaria intellectualium & moralium virtutum, scilicet intellectum principiorum circa speculabilia, & virtutes intellectuales, & synderesim quo ad agibilia & virtutes morales acquirendas, per quas ad finem naturalem posset peruenire. Verum quia idem plasmator

casum

casum angelorum (quos ad beatitudinem, & fœlicitatem, supernaturalem vocauerat) per homines sua prouidentia, & implere decreuerat, & eos angelis in superna fœlicitate æquare disposuerat. Eam ob rem hominibus suis naturalibus viribus bene vtentibus sua ineffabili clementia, seminaria quædam ad illam supernam fœlicitatem conducentia (quę theologi gratiam, virtutes infusas, & dona nuncupant) impartiri dignatur. Congruum igitur est, vt postquam se seminariis naturalibus virtutum acquisitarum diximus, nonnulla de seminariis, & mediis quibus ad fœlicitatem supernaturalem homo peruenire potest, dicamus, & tractemus, & quæ in sacris literis, & doctoribus ab ecclesia approbatis diffuse tractata inuenimus, institutorio more perstringamus.

DE GRATIA DEI.

CAPVT IX.

1.2.q.100 art.1. *Gratia tripliciter accipi potest* AD intelligendum mysterium Gratiæ dei, supponendum est ex D.Tho quòd secundum nostrum modum loquendi gratia tripliciter accipi consueuit. Vno modo pro dilectione alicuius, sicut consueuimus dicere, quòd iste miles habet gratiam Regis, quando Rex diligit eum, & habet illum gratum. Secundò accipitur pro dono gratis dato, & secundum hoc consueuimus dicere; Hanc gratiam fecit mihi. Rex, cum dedit aliquod donum. Tertiò pro recompensatione siue recognitione beneficii gratis dati: & secundum hoc dicimus gratia agere beneficiorum. Istorum triū modo ū secūdus pendet ex primo, & tertius ex secundò. Ex amore enim quē aliquis habet erga aliarū quem habet gratum, procedit, quòd aliquid ei gratis impēdat, & ex beneficiis exhibitis procedit gratiarū actio. Quo ad duo vltima, & manifestū est quòd gratia dicit aliquid reale in eo qui accipit gratiam, s. donum gratis datū, & huius doni recognitio. Sed quo ad primum attendenda est differentia inter amorem siue dilectionē dei, & amorē, & dilectionem hominis, quæ nil aliud est quā velle alicui bonū. Et quū voluntas dei beneplaciti sit semper efficax, & omnia possit sequitur quòd quando Deus diligit aliquem, & vult ei aliquod bonum, statim profluit a deo illud bonū in dilecto. Sed homo non habet semper voluntatem efficacem, neq; oia pōt, quia voluntas hominis non est infinita, & mouetur ex bono quod est in rebus, hinc est, quod voluntas hominis non causat totaliter rei bonitatem, sed supponit ipsam vel in parte vel in toto. Consequens igitur est. quod ad quālibet dei dilectionē sequatur aliquod bonū in creatura, quod potest dici Gratia. Dilectio autem dei ad creaturā diuersificatur secundum diuersitatem donorū. Et quia dona sunt duplicia, quædā sunt naturalia,
Sap.11. quędam verò supernaturalia ideo dilectio dei est duplex, quædam est communis, qua
Iac.1. omnia diligit, & vult ea habere bona naturalia, Vnde Sap 11. Diligis oia quæ sunt
3.Cor.4. & nihil odisti eorum, quę fecisti. Et sic omnia bona naturalia omnium creaturarū
Rom.11. possunt dici gratuita, & ex gratia Dei, large loquendo de ipsa quia gratis ea dat, & cōseruat. Quia omne datum optimum, & omne donum perfectū desursum est, descedens a patre luminum, & Apost. quid habes quod non accepisti? & alibi, Quoniam per ipsum, & in ipso, & ex ipso sunt omnia. Alia est dilectio dei specialis, secundum quam trahit rationalem creaturam supra conditionem suæ naturæ, ad participationem diuini boni, quia secundum hanc dilectionē vult deus creaturæ bonū æternum, quod est ipsemet, qui bonum simpliciter, & ideo secundum hanc dilectionem dicitur diligere simpliciter. Et sic patet, quòd per hoc quòd dicit homo gratiam habere, significatur quoddam supernaturale donum homini a deo gratis proueniens. Et sic accipitur gratia proprie, strictè, & hoc modo communiter in sacris literis, & apud theologos accipitur licet aliquando accipiatur pro æterna dilectione dei, quæ est ipsemet Deus, Eph. 1. Prędestinauit nos in adoptionem filiorum, in laudem gratię suæ, &c.

§.1.

§. 1. *De gratia datis data.* 2. 2. q. 171. art. 1.

G GRATIA Dei pro dono ſupernaturali accepta, diuiditur in gratiam gratis
95 datam, & in gratiam gratum facientem. Gratia gratis data eſt donum ſupernaturale gratis collatum rationali creaturæ, ſine meritis, diſponens ad propriam vel alterius ſalutem, ut prophetia, & gratia miraculorum, quibus ſi homo bene utatur, diſponitur ad beatitudinem propriam. Si uero male utatur, Spiritus ſanctus ordinat in ſalute aliorum. Hæc gratia gratis data differt a gratia gratum faciente, primo, quia hæc poteſt ſtare cum peccato mortali. & ſine charitate, iuxta illud Apoſto. Si linguis hominum loquar & angelorum, Charitatem autem non habuero, factus ſum uelut æs ſonans, & cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & nouero myſteria o-
A mnia, & omnem ſcientiam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Gratia autẽ 1. Cor. 13.
95 gratum faciens non poteſt ſtare cum peccato mortali, neque ſine charitate, quia implicat contradictionem quòd aliquis gratus ſit, & habeatur odio, quod fit per peccatũ Sap. 12.
mortale, iuxta illud. Odio eſt Deo impius & impietas eius. Secundo differt, quia per 1. Cor. 3.
gratiam gratum facientem Spiritus ſanctus hominem inhabitat, iuxta illud. Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus ſanctus habitat iu vobis? Quod non facit per gratiam gratis datam, quæ ſtat cum peccato mortali. Tertio differt, quia gratia gratũ faciens eſt habitus permanens, gratia autem gratis data non eſt habitus permanens, ſed quædam motio ſpecialis, ſiue inſtinctus Spiritus ſancti.

Ver. 1. *De multiplicitate gratiæ datis datæ.*

B DIVVS Paulus diuidit gratiam gratis datam in nouem, ſcilicet in ſermonem D. Thom.
95 ſapientiæ, ſcientiæ, fidei, in gratiam ſanitatum, operationis, uirtutum, prophetiæ, linguarum interpretationis ſermonum miniſtrationum ſiue officiorum. Aduertendum 1. Cor. 12.
tamen eſt, quòd Apoſtolus ibi non accipit ſapientiam & ſcientiam (quę ſunt dona Spiritus ſancti) neque fidem, ut eſt uirtus Theologa, ſed pro gratiis gratis datis, quæ non ſunt habitus permanentes, ſed ſpeciales motiones & inſtinctus Spiritus ſancti, quo mouentur homines ad manifeſtationem ſpiritus, unde non dixit Apoſtolus, Alii datur ſapientia, alii ſcientia, alii fides, ſed ſermo ſapientiæ, ſermo ſcientiæ. & ſermo fidei, debet ergo ſic Apoſtolus intelligi, Alii datur ſermo ſapientiæ, hoc eſt, ſpecialiter mouetur, & datur ei facultas utendi dono ſapientiæ, ſi ſit in gratia, & ſi non ſit, datur facultas ut abundet ſermone, & perſuadere poſſit per cauſas altisſimas ea quæ pertinent ad manifeſtationem diuinorum. Alii datur ſermo ſcientiæ, hoc eſt, mouetur & datur ei facultas manifeſtandi ea, quæ ſunt Dei per creaturas. Alii datur ſermo fidei, hoc eſt, mouetur ſpecialiter & datur facultas perſuadendi. 12. articulos fidei. Non enim omnes qui ſunt in gratia, & habent finem, & dona ſapientiæ & ſcientiæ, hæc poſſunt. Alii datur gratia ſanitatum, hoc eſt, mouetur ad ſanandum per tactum, uel per aliquam applicationem uel orationem, ut his qui ſanati ſunt, & his qui ſanatos uident, per beneficium ſanitatis perſuadeatur credere. Alii operatio uirtutum, hoc eſt, alius mouetur a Spiritu ſancto ad operanda aliqua magna exterius. ut quum mare diuiditur, ſicut factum fuit tempore Moyſi, & quum ſol & luna ſteterunt in cœlo, tempore Ioſue. Vnde Galat. 3. Qui tribuit nobis ſpiritum, & operatur uirtutes in nobis. Alii prophetia, hoc eſt, mouetur a Spiritu ſancto Exod. 14.
ad dicendum ea, quæ ſolus deus cognoſcere poteſt. Alii datur diſcreptio ſpirituum Ioſue. 10.
hoc eſt, mouetur ad diſcernendum an hi qui loquuntur, moueantur a ſpiritu charitatis, uel a ſpiritu inuidiæ, & hoc ad ueritatem manifeſtandam. Alii genera linguarum, hoc eſt, mouetur ad loquendum diuerſis linguis, ut audientes facilius perſuadeantur. Alii interpretatio ſermonum, hoc eſt, datur facultas interpretandi, & clare exponendi paſſus difficiliores ſacræ ſcripturæ. Gratiæ miniſtrationum & officiorum ſunt poteſtates & iuriſdictiones ac etiam ordines, qui licet habeant aliquid poſitiuum & permanens, ſcilicet pro materiali, utpote characterem, executio tamen conſiſtit in motione. Omnes iſtę gratiæ gratis datæ fuerunt eminenter, & non ad menſuram, datæ ſoli Chriſto tanquam capiti, & non omnes ſingulis membris eius. Sicut enim in capite naturali ponuntur omnes ſenſus, & non in aliis membris,

bris, sic & omnes gratiæ gratis datæ, iu Christo. Singulis autem membris diuidit spiritus sanctus prout vult.

Ver. 2. *De Prophetia.*

2.2.q.171 QVIA inter gratias datas prophetia videtur nobilior, cum comprehendat omnia, quæ pertinēt ad cognitionem, locutionem, ac operationem, ad quæ tria C 96
omnes gratię gratis datæ ordinantur, & de ea amplior est sermo in sacris literis, ac circa eam plures difficultas insurgunt, ideo aliquid de ea nobis dicendum est. Prophetia idem sonat quod visio siue cognitio earum rerum, quæ procul sunt & remotæ ab hominum cognitione. vndē prophetia dici potest a pro, quod est procul, & phanos, quod est apparitio, quia eis aliqua, quæ sunt procul, apparent. Et ideo dicit Isidorus, quod in antiquo testamento Propheta appellabatur Videns. Vnde olim in Israel sic loquebatur vnusquisque ad proximum, vadens consulere Deum; Venite, eamus ad Videntem. Qui enim propheta dicitur hodie, olim vocabatur Videns. Gentiles autem appellabant eos Vates, a ui mentis Propheta multipliciter accipitur in sacris literis. Primo pro eo qui annunciat, legit, vel cantat dicta prophetarum. & hoc modo accipitur. 1. Reg 19. Num Saul inter Prophetas? Et hoc modo clerici legentes, vel cantantes dicta prophetarum, possunt dici prophetæ, sed valde large. Secundo pro eo qui habet intellectuale lumen, etiam ad explanandas visiones imaginarias, siue sibi siue alteri factas, uel ad exponenda dicta Prophetarum, uel scripturas Apostolorum. Et hoc modo propheta dici potest omnis qui interpretatur & exponit scripturas sacras; Quia eodem spiritu interpretatur, quo editę sunt. Sic Ioseph interpretatus somnium Pharaonis, & Daniel, Nabuchodonosoris. dicuntur prophetæ. Similiter, Salomon & Dauid, inquantum habuerunt lumen intellectuale ad clare, & subtiliter intuendum diuina. Nam visio Dauid intellectualis tantum fuit. Et sic doctores, qui hodie sincere & catholicè interpretantur sacram scripturam, possunt dici prophetæ. vnde Ephes. 4. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, alios autem Prophetas, alios Euangelistas, alios Pastores & Doctores ad consummationem sanctorum. Sic etiam accipitur. 1. Cor. 14. Sectamini charitatem, ęmulamini spiritualia, magis autem vt prophetetis. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & infra dicitur: Qui prophetat, ecclesiam dei ædificat. Tertiò accipitur pro illo qui cognoscit & prænunciat mysteria incarnationis. & sic accipitur Mat. 11. Omnis enim lex & prophetæ usque ad Ioannem. Quarto accipitur propheta proprie pro eo, qui præcognoscit, intelligit, & prenunciat futura contingentia, seu ea, quæ soli Deo sunt nota, & ad D
eorum confirmationem miracula operatur. Et sic accipitur Deu. 34. Et non surrexit ultra propheta in Israel, sicut Moses, quem nosset Dominus facie ad faciem, in 68
omnibus signis, atque portentis, quę misit per eum, vt faceret in terra Aegypti. Et sic Helias, Helisæus, & alii quamplurimi fuerunt prophetæ. Ad prophetam autem, proprie accipiendo, quatuor requiruntur. Primum est visio siue cognitio vera & infallibilis, ænigmatica tamen, futurorum contingentium, siue corū quæ soli deo nota sunt, siue fit per imaginationem, siue per intellectum. Ex quo sequitur primò, quòd Christus non fuit propheta eo modo quo cæteri: Quia omnia clare vidit in verbo & in propria persona. Licet secundum rationem inferiorem & inquantum viator, fuerit dictus propheta. Deutero. 18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui. Alii dicunt quod non vere, sed similitudinare. Sicut enim in beatis propter coniunctionem non potest esse prophetia, quæ distantiam importat, sic nec in Christo. Quia eius ratio inferior non est alia a superiore, quæ est vnita verbo. Secundo sequitur quod Angeli non sunt prophetæ, quum non habeant ænigmaticam cognitionem, quamuis superiores inferioribus aliqua futura reuelent, vsque ad diem iudicii. Tertiò sequitur quòd in patria non erit prophetia, sicut nec fides Vnde 1. Chorinth. 13. Siue prophetiæ euacuabuntur siue linguæ cessabunt. ¶ Secundum requisitum est lumen intellectuale siue intellectio. vnde Dan. 10. Intelligentia opus est in visione. Ex quo sequitur quod neque Pharao, neque

Marginalia: prophetia quid sit. — In lib. Etymo. — 1. Reg. 9. — prophetia multiis modis accipitur. — D. Thom. — 1. cor. 14. — 1. Reg. 19 — Ephe. 4. — 1. Cor. 14. — Mat. 11. — Deu. 34. — Ad prophetam quatuor requiruntur. — Christus in quantum uiator, propheta fuit — Angeli non sunt prophetæ. — 1. Cor. 13. — Dan. 10.

neque Nabuchodonosor, prophetæ dici debent (licet futura contingentia prædixerint cum ipsi non intellexerint. Eadem ratione nec Cayphas, licet dicatur prophetasse, Ioh. 11. quia non intelligebat quæ dicebat. Vnde dicitur; Hoc a semetipso non dixit sed quum esset pontifex anni illius, prophetauit, materialiter duntaxat. *Ioan. 11. Cayphas quo prophetasse dicatur.*

¶Tertiũ quod requiritur est audacia & facultas pronũtiandi ea, quæ reuelantur a Deo, ad hoc.n. Deus reuelat aliqua, vt aliis denuncientur. Vnde Hier. 1. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ex hoc sequitur, quod prophetia non competit mutis. *Hier. 1.*

¶Quartum requisitum, est operatio verorum miraculorum, quæ sunt ad certitudinem & testimonium veritatis prophetiæ. Ex his sequitur primo, quod prophetia proprie & simpliciter dicta sit per solam diuinam reuelationem, ministerio bonorũ angelorum factam, quum solus Deus possit futura contingentia certitudinaliter scire & reuelare. Et quia (vt dicitur. 1. Cor. 2.) Nemo cognouit quæ sunt Dei, nisi spiritus Dei, vel illi qui habent spiritum Dei, & dæmones non habeant spiritum Dei, sequitur quod non possint, esse causa prophetiæ etiam instrumentalis, sicut boni angeli, quamuis dęmones quædam cognoscant sua naturali cognitione, quæ homines nõ cognoscunt, & sic sunt remota & procul ab hominibus, quibus dæmones possunt *1. Cor. 2. 2.2 q 172 ar. 5.*

E reuelare. Tales quibus dæmones aliquid reuelant, non dicuntur in sacris literis pro-

96 phetæ simpliciter, sed cum additione, puta falsi prophetæ, vel pseudo prophetæ, vel prophetæ idolorũ. Vnde D. Aug. dicit. Cum malus spiritus accipit homines sin hac via, aut dæmoniacus facit, aut arreptitios, aut falsos prophetas. Sequitur secundo, astrologos aliqua futura prænunciantes, non dicendos prophetas; Quia non prænunciant certitudinaliter contingentia, imo nec necessaria infallibiliter, cum possint a deo impediri. Et (ut Cassiodorus dicit) prophetia est inspiratio vel reuelatio diuina, rerum euentus immobili veritate denuntiant, quod intelligendum est de prophetia absoluta siue prædestinationis, in qua Deus reuelat, sicut cognosci ea in seipsis, inquantum ipsa præsentialiter intuetur, & talis semper impletur, & sic infallibiliter eueniunt, vt cũ dictũ fuit Esa. 7. Ecce virgo concipiet, &c. Secus est de prophetia comminatoria, quæ a glo. super Mat. 1. dicitur præscientiæ, quæ (vt dicit) non semper impletur, in qua deus reuelat futura, secundum quod cognoscit ea in causis suis, quæ non sic determinata sunt, quin possint impediri, & tunc quandoque aliter eueniũt. Nec tamen propter hoc prophetiæ sub est falsum. Quia sensus prophetiæ est, quod inferiorum siue naturalium causarum dispositio hoc habet vt talis effectus eueniat. Et secundum hoc intelligitur verbum Esa. Dispone domui tuæ, quia morieris et non viues hæc indispositio corporis tui ad mortem ordinatur, & secuta fuisset, nisi deus propter pœnitentiam eius impediuisset, vnde ad dita sunt vitæ eius. 15. anni. Sic etiã intelligitur illud Ionæ, Adhuc. 40 dies, & Niniue subuertetur. Sensus.n. est; De merita Niniuitarum exigunt, vt Niniue subuertatur. Sic pariter intelligendæ sunt omnes prophetiæ de futuro, in quibus fit mentio de aliquo malo venturo. scilicet si non facimus pœnitentiam sicut Niniuitæ. Quia tunc verificatur illud Hierem. 18 Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo quod locutus sum aduersus eam, agam, & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei Dicitur.n. Deus pœnitere metaphorice, inquantum ad modum pœnitentis se habet. s prout mutat sententiam ex parte nostri, quamuis non mutet consilium vnde D Amb Deus nouit mutare sententiam, si tu mutaueris & correxeris delictum. *12. super. Gen. ad lit. 2.2 q. 171 ar. 6. ad 2. prophetia prædestinationis et præscientiæ quid. Esa 38. 4. Reg. 20. Ione. 3. Hier. 18. Deus quomodo pœnitere dicatur.*

Ver 3 De modo propheticæ cognitionis.

F PROPHETICA cognitio non fit per visionem diuinæ essentiæ, saltem per mo-

96 dum permanentis, licet fieri possit per modum transeuntis, vt in Moyse, & diuo Paulo in raptu. Et quamuis talis cognitio non sit procul ex parte ipsius cognitionis, tamen breue ex parte ipsius cognoscentis, quia procul a sensibus, quibus in ea vti non potest, iuxta illud, In corpore vel extra corpus, nescio, Deus scit. Item quia non est in vltimam perfectionem totaliter adductus. Quandiu enim sumus in hoc (scilicet mortali) corpore, peregrinamur a domino. Ad sciendum autem quomodo fiat cognitio prophetica, supponendus est modus cognitionis naturalis, quæ inchoatur. *2.2. q. 173 ar. 1. 1. Cor. 12. 2. Cor. 5. ar. 2. prophetica cognitio quo modo fiat.*

cognitio clarior & perfectior, quam in veteri testamento. Et ideo ministri noui testamenti perferuntur omnibus prophetis antiquis. Vnde Matth. 11. D. Ioan. Baptista dicitur a Christo pulsquam propheta, & maior inter natos mulierum, qui fuerũt ante eum. Ideo D. Paulus præfert ministros noui testamenti, ipsi Mosi, dicens. Nos vero reuelata facie gloriam Domini speculantes, transfomamur a claritate in claritatem tanquam a Domini spiritu, & alibi, Aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, scilicet mysterium Christi, sicut nũc reuelatum est sanctis Apostolis eius & Prophetis in spiritu. Inter Apostolos autem in cognitione prophetica excellentior fuit D. Paulus Ideo anthonomatice dicitur Apostolus, qui raptus fuit vsque ad tertium cœlum, quod de aliis non legitur. Inter prophetas vero antiqui testamenti licet Dauid in Aliquo excesserit Mosen, quia plura cognouit, & magis distincte quàm Moses, de mysteriis incarnationis Christi. Ideo dicebat, Super senes intellexi. Moses tamen simpliciter & absolute dicitur Eximius Prophetarum. Quod patet ex quatuor quæ requiruntur ad Prophetam scilicet, cognitio, intellectio, denuntiatio & confirmatio per miracula. Moses enim vidit diuinam essentiam, sicut D. Paulus in raptu, vt D. Aug ait Vnde Num. 12. Palam & non per ænigmata Deum videt. Secũdo quãtum ad imaginariam cognitionem, quia ad nutum habebat illã. Et non solum au

C diebat verba, sed etiam in specie dei videbat loquentem exterius, vnde dicitur Exo.

96 33. quod loquebatur ei Dominus (scilicet per angelum) facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Terciò quantum ad denunciationem, quia loquebatur populo ex parte Dei, quasi de nouo legem proponens. Alii autem in persona Dei, vt inducẽtes ad obseruationẽ legis Moysi. Vnde Malach. Mementote legis Moysi serui mei. Quarto quantum ad operationem miraculorum. Vnde Deut. vltimo dicitur. Non surrexit vltra prophetam in Israel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciẽ in omnibus signis atque potentiis, quæ misit per eum, vt faceret in terra Aegypti Pharaoni & seruis eius, vniuersæque terræ illius & quanuis aliqua miracula aliorum puta Iosue & Esaiæ fuerint maiora quantum ad substantiam facti non tamen fuerunt maiora secundũ modum faciẽdi. Quia miracula Moysi facta sunt toti populo, & multo plura fecit, quam alii. Nec obstat quod dicit Glos in principio Psalterii, quod Dauid dicitur propheta per excellentiam, quia debet intelligi secundum quid, & non simpliciter. Propheta enim Dauid ex propinquo attigit visionem Moysi, quãtum ad visionem intellectualem, quia vterque accepit reuelationem intelligibilis, & supernaturalis veritatis, absque imaginari visione. Visio tamen Moysi fuit excellentior, quantum ad cognitionem diuinitatis. Dauid vero plenius cognouit & expressit mysteria incarnationis Christi. Nõ tamen legimus Dauidem fecisse miracula, saltem tãta & adeo magna sicut Moyses.

1. Cor. 3. Ephe. 5. D. Paulus fuit Eximius prophetarum noui testamenti. 2 Cor. 12. Psal. 18. Moy. fuit eximius prophetarũ antiqui testamenti. 12. super Gen. ad lit. Exo. 13. Mala. 3. Deut. vlt. Iosue. 10. Esa. 38.

Ver. 5. *De Prophetarum Discretione.*

D DISCERNENDI Sunt prophetæ a non prophetis, & veri prophetę a fal

96 sis, nec omni spiritui credendum est, sed probandum est an ex deo sit. Nam Satanas nõnunquam se transfigurat angelum lucis. Ex quo sequitur quod non tenemur credere cuicunque dicenti se esse prophetam, neque etiam omnibus his quæ prophetæ recepti loquuntur, quum possint spiritu proprio loqui. Vnde deutero. 18. Si tacita cogitatione responderis, quomodo possum intelligere verbum quod Dominus non est locutus? Hoc habebis signum. Quod in nomine domini propheta ille prædixerit, & nõ euenerit, hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta cõfinxit. Id circo non timebis eum. Vnde dicunt cõmuniter doctores, quod quicunque asserit se esse prophetam, vel se ad aliquid a deo missum, debet probare vel authoritate sacræ scripturæ, vt fecit D Ioan. Bap. dum interrogaretur quis esset, respondit. Ego vox clamantis in deserto Dirigite viam domini, sicut dixit Esa propheta. Et Christus etiam hoc modo se probauit esse missum a Deo; Scrutamini, inquiens scriptura quia vos putatis in illis vitam æternam habere, & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. Vel debet probare miraculo. Et ideo quum dominus mitte-

1. Ioan. 4. 2. Cor. 11 Deu. 18. Propheta non recidiẽdus sine testimonio. Ioan. 1. Ioan. 5.

T re-

veritatem per intelligibiles affectus, sicut fuit excessus Dauid. Alii, vt contemplarentur eam in diuina essentia, & talis fuit raptus D. Pau. ac etiam Moysi. & satis congruenter. Nam sicut Moyses fuit primus doctor Iudæorum, ita Diuus Paulus Gentium. Vnde D. Aug. dicit. Ipsa dei substantia a quibusdam videri potuit, sicut a Moyse & Paulo. Quod intelligendum est per modum transeuntis & abstractione cognitionis sensuum, & sic interpretandæ sunt authoritates quæ in appositum adduci possunt. sed de his amplius infra, cap. 14. ver. 6. In lib. de Vid. Deo. 2.2.q.176

Ver. 8. *De gratia & dono Linguarum.* Matth. ul. C. 1. 4. v. 6

A QVVM Apostoli, & alii discipuli Christi fuerint ad hoc electi, vt per vniuersum mundum discurrentes, fidem prædicarent, secundum illud. Euntes in mundum
97 vniuersum, docete omnes gentes, &c. Sed non erat conueniens quod qui mittebantur ad alios instruendos, indigerent ab aliis instrui qualiter aliis loquerentur. & quum essent pauperes, non reperissent de facili qui eorum verba fideliter interpretarentur, vel aliorum verba eis exponerent. Ideo conueniens fuit eis subueniri per gratiam siue donum linguarum. Vnde act. 2. Repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis, &c. Et quamuis fieri potuisset vt vna lingua loquentes ab omnibus intelligerentur, aut omnes alias linguas intelligerent, conuenientius tamen fuit ipsos omnibus linguis loqui, quia hoc pertinebat ad perfectionem scientiæ illorum per quam non solum loqui, sed etiam intelligere poterant quæ ab aliis dicebantur. Si autem omnes vnam linguam eorum intellexissent, vel hoc fuisset per scientiam illorum qui eos loquentes intelligerent, vel fuisset quasi quædam illusio, dum eorum verba aliter ad aliorum aures perferrentur, quam ipsi ea proferrent. Vnde Glos. Act. 2 dicit. Maiori miraculo factum est, quod ipsi omnium linguarum generibus loquarentur, & Apost. Gratias ago Deo meo quòd omnium vestrûm lingua loquor, scilicet sufficienter quantum requirebat doctrinam fidei, non autem quantum ad omnia quæ per scientiam acquisitam cognoscuntur, inquantum quædam superadduntur arte humana ad ornatum & elegantiam locutionis. Vnde glo. Hebræ. 1. dicit. Non est mirandum quòd Apostolus in epistola ad Hebræos maiore luceat facundia, cum naturale sit vnicuique plus in sua quam in aliena lingua valere. Cæteras enim epistolas peregrino, hoc est Græco sermone composuit. Hoc dono licet Christus perfectissime donatus fuerit, non tamen oportuit ipsum omnibus linguis loqui, quia solum vnigeniti prædicaturus erat. Nunc autem hoc donum non datur omnibus qui Spiritum sanctum recipiunt, quia iam ipsa Ecclesia (vt diuus August. ait.) linguis loquitur omnium. Post resurrectionem tamen generalem diuersitas linguarum cessauit, vt Aposto. dicit, & sola prima qua loquebatur Adam (quæ, vt communiter dicitur, est Hebræa) manebit, in qua sancti (vt psal. ait) in secula seculorum laudabunt Deum. Act. 2. 1. Cor. 14 1. Cor. 13

§. 2. *De gratia Miraculorum.* 2.2.178

B GRATIA miraculorum ordinauit Deus in Ecclesia ad sermonis prolati con-
98 firmationem et credibilitatem. Vnde Marc. vlt. domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis Deus enim qui suauiter disponit omnia, hominem circa supernaturalia dirigere voluit modo suæ naturæ congruenti. Naturale autem est hominem cognoscere veritatem intelligibilem per effectus. Ideo sicut homo ductu naturalis rationis potest peruenire ad notitiam dei, vt est principium & author naturæ, per naturales effectus, ita voluit deus ipsum per supernaturales effectus (qui dicuntur miracula) induci in aliquam supernaturalem cognitionem credendorum. Gratia miraculorum non est aliquis habitus, neque aliqua qualitas permanens in anima cum aliquando fit in corpore mortuo. sicut legimus quod quidam proiecerunt cadauer in sepulchrum Helisæi, cuius cum tetigisset ossa reuixit homo, & stetit super pedes suos, quia tunc instinctu diuino mota sunt ossa. Sic plerunque contingit in reliquiis sanctorum, quæ a Deo vt instrumenta mouentur. Ideo illa motio non est qualitas permanens, sed fluens, & sicut mens Prophetæ mouetur instinctu diuino ad aliquid supernaturale cognoscẽdũ, ita ẽt qui miracula facit Mar. ult. Sap. 8. Gratia miraculorum non est habitus. 4. Reg. 13.

mouetur instinctu diuino, ad aliquid supernaturale faciendum, scilicet miraculum, quod Deus virtute sua facit, aliquando postulatione, siue oratione præcedente, vt cum D. Petrus suscitauit Tabitham aliquando vero nulla oratione præcedente, sed Deo ad nutum hominis operante, sicut cum D. Petrus Ananiam, & Saphiram increpando, morti tradidit. Vnde D Greg in 2. Dialogorum dicit quod sancti aliquando ex potestatem miracula, exhibent, vt Iosue, cum ait. Sol contra Gabaon ne moucaris, aliquando ex postulatione. Vtroque tamen modo Deus principaliter operatur qui vtitur vel interiori motu hominis, vel eius locutione, vel etiam aliquo exteriori actu seu etiam aliquo contactu corporis etiam mortui tanquam instrumento.

Act.5. *Iosue.10:*

Ver. 1. *De miraculi definitione, & essentia.*

MIRACVLVM a mirando dictum est, nō tamen quòd omne mirū seu mirandum sit miraculum. Mirum enim siue mirandum aliquid dupliciter dicitur. Vno modo quando causa illius quod admirantur, est occulta & ignorata. Vnde in 1. Meth dicitur. Propter admirari cœperunt Philosophi philosophari, & causam effectus quærere. Et ideo qui illi sciunt causam eclipsis solis & lunæ, non mirantur, sicut rustici qui causas ignorant Alio modo aliqus dicitur mirum, quia insolitum. Vnde D. Grego. in homilia de panibus, dicit. Hoc mirantur homines, non quia magnum est, sed quia rarum. Miraculum ergo sub miro & mirando continetur, & se habet per additionem. Vnde miraculum (vt ex verbis diuus August. patet) potest sic definiri. Est aliquid arduum. excedens facultatem totius naturæ creatæ, ad ostensionem diuinæ gratiæ, veritatis, aut virtutis ad vtilitatem. Ecclesiæ factum, vltra spem admiranti, s. naturæ quamuis non præter spem gratiæ, siue sit insolitum, siue solitum. Nam licet quotidie fiat consecratio Eucharistiæ, nihilominus tamen est miraculum, cum excedat facultatem totius naturæ creatæ. Per hoc quod dicitur (arduum) excludunt cōmunia & facilia, etiam a Deo facta. Per hoc autem quod dicitur (excedens facultatem totius naturæ creatæ) excluduntur quæcunque facta ardua & mirabilia a quacunque natura creata. Natura. n superior, quum habeat maiorem virtutem, potest maiorem effectum producere, quàm inferior. Et quia natura inferior ignorat causam, vel videt effectum excedere suam facultatem, vel facultatem communem naturæ, vel substantialiter, vel secundum modum. Ideo reputat arduum ad mirandum, sicut ranas per magos Pharaonis auxilio dæmonum per naturam subito productas. Idem de mutatione virgæ in serpentem, quæ fuerunt ardua & prodigia apud videntes, sed non miracula, cum non excederent facultatem totius naturę creatæ Ex quo patet quod diabolus non potest facere miracula cum sit natura creata, licet possit facere signa & prodigia, sicut faciet tempore Antichristi, vt habetur 2. Thess. 2. In omni virtute, & signis & prodigiis mendacibus. Quæ dici possunt dupliciter mendacia & falsa, vel per illusionem sensuum, vel quia ad falsitatem inducunt. vnde D. Aug. ait, Ambiguū esse solet an propterea dicta sint sina & prodigia, mēdacia, quoniam mortales sensus per phantasmata decepturus est, vt quod non facit facere videatur, aut quia illa etiam si vera prodigia, ad mendacium pertrahent. Vera autem prodigia dicuntur, quia ipsæ res veræ erunt, sicut magi Pharaonis fecerunt veras, ranas & veros serpentes. Non tamen habebunt veram miraculi rationem, quia fient virtute naturalium causarum, & non ad vtilitatem, sed ad incommodum, hominum. Operatio autem miraculorum, quę attribuitur gratiæ gratis datæ, fit sola virtute diuina ad hominum vtilitatem dupliciter. Vno modo ad ueritatis prædicatę confirmationem. Ex quo sequitur quod ab his qui falsam doctrinam annunciant, nunquam fiunt miracula, quia miracula sunt vera testimonia, & a solo Deo, qui non potest esse testis falsitatis, quum sit veritas per essentiam, vt habetur Ioan. 6. Et in hoc poterunt cognoscere electi falsitatem prodigiorum, & signorum Antichristi, & præcursorum, ac complicum eius, & cauere ab eis quia facient sua signa ad confirmationem falsitatis, contra veritatem fidei, & ad inducendum ad malū. Alio modo facit Deus miracula ad ostensionem sanctitatis alicuius, quem Deus vult proponere in exemplum virtutis. Et sic aliquando per inuocationem, aliquādo per conta-

2.2.q 178 *Mirū quid.* *Miraculi definitio.* *Diabolus miracula facere nequit.* *2. Thess. 2.* *2. de Ciui. Dei.* *Miracula dupliciter fiunt ad hominum vtilitatem.* *Falsitas falsorum.* *Prodigiorum unde cognosci potest.*

contactū, vt dictū est de ossibus Helisæi, & de umbra D. Pet. Act. 5. & quod deus faciebat uirtutes per manus Pauli, & etiam per sudaria eius quæ super languidos ponebantur, & recedebant ab eis languores. Ex quo patet quod non debent calumniari Christiani, ut uestes & sudaria Christi? & Sanctorum tangere desiderant. *Contactus uestium Sāctorum prodest.*

Ver. 2. *De modo operandi in Miraculis.*

E

98 ALIO Modo operatur Deus in miraculis, alio modo Sancti, alio modo magi alio modo mali Christiani, Vnde D. Aug. dicit, Aliter magi faciūt miracula, aliter boni Christiani, aliter mali Magi per priuatos contractus cum dæmonibus, nec facta illorum possunt dici miracula, vt dictum est. Boni Christiani per publicam iustitiam. Mali verò Christiani per signa publicæ iustitiæ. Deus enim vtitur malis hominibus in bonum aliorum, sicut ad prophetandum Ideo mali ad confirmationem veritatis fidei aliquando mouentur a Deo ad inuocationem nominis Christi vel alicuius Sancti, ad quā Deus miraculosè operatur. Vnde Mat. 7. Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & virtutes multas fecimus. Et Apost. Et si habuero omnem fidē ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, &c. Et quamuis fides sine charitate & operibus mortua sit, quantum ad ipsum credentem, qui per eam non viuit vita gratiæ, nihil tamen prohibet quin res viua per instrumentum mortuum operetur, Sicut enim homo operatur per baculum, ita Deus per fidem peccatoris instrumentaliter operatur ad facienda miracula. Et quia actio instrumenti mortui vel inanimati non attribuitur instrumento, sed principali agenti (Non enim dicimus quod calamus scribat, sed hō) attribuitur tamē instrumēto aīato. Hinc est quod operatio miraculorū nō attribuitur propriè malis aut eorū merito sed merito eius cuius nomen inuocatur vt Christi vel sancti & hoc facit Deus, vt hoīes Christū vel sanctū honorēt ad cuius inuocationē tanta miracula fiūt. Nec obstat quod dicitur Ioā. 9. Scimus quia peccatores deus nō audit, quia (vt D. Aug. ait) Cæcus ille nondum erat vnctus, hoc est plene illuminatus Impetratio enim siue exauditio orationis nō innititur merito orātis, sed misericordiæ & liberalitati diuinę, quæ ēt ad malos se extendit. Ideo nonnunquam ad orationem & inuocationem malorum Deus facit miracula. Resultat igitur quòd quęcunque creatura miracula facere dicatur solum instrumentaliter operatur. Dæmones autem cum non assumantur a Deo vt instrumenta gratiæ & misericordiæ ad quam miracula ordinantur, nec eis quo ad iustitiam aliquid excedēs facultatem illorum committatur, nullo modo miracula facere dicūtur sicut angeli boni, per quos Deus miracula operatur. Vnde dicuntur Virtutes. Deus autem principaliter operatur. Quia quum operatio miraculi excedat facultatem totius naturæ creatæ, necesse est quod à Deo principaliter procedat. ¶ Notandum tamen quòd Deus in miraculis principaliter operatur, aliquando supra naturam, aliquando contra naturā, aliquando præter naturam. primo supra naturam inquantū producit effectū quē natura producere nō pōt. Quod contingit dupliciter. Primo quando forma inducta à Deo, nullo modo potest a natura induci. sicut forma gloriæ quam inducet Deus corporibus electorum, & incarnatio verbi. Secundo, quando natura potest similem formā producere in aliquam materiam, sed non istam. Natura enim potest causare vitam per generationem, sed non in mortuo & ideo resurrectio mortuorum est supra naturam. Secundo contra naturam operatur Deus, quando in natura manet contraria dispositio ad effectum quem Deus facit, sicut quando seruauit pueros illæsos in camino remanente virtute comburendi in igne & quando aqua Iordanis stetit, remanente grauitate, & similiter quando diuo Virgo peperit, stante virginitate. Tertio operatur deus in miraculis præter naturàm, quando scilicet producit effectum, quem natura producere potest non tamen illo modo quo deus producit scilicet subito, vel quando deficiunt instrumenta, quibus natura operatur. sicut cum Christus conuertit aquam in vinum, quod natura aliquo modo facere potest, dum aqua in nutrimentum vitis assumpta, suo tempore in succum vuæ per digesta in vinum conuertitur, vel quando deus maiora facit quam natura consueuerit, ... fecit tantam multi-

Li. 83. q.

Matth. 7.
1. Cor 13.
Iacob. 2.

Ioan. 9.

F

98

Angeli boni faciunt miracula.

Ioan. 2.

Luc.4. titudinem ranarum, vel quantum ad tempus, sicut cum aliquis statim curatur, quem
natura processu temporis curare posset, vt accidit in socru Simonis Petri.

Ver.3. *De Miraculorum nominibus.*

MIRACVLA in sacris literis dicuntur virtutes signa prodigia, & portenta. A
Hebr.2. Heb.2. dicitur, Contestante deo in signis atque portentis & variis virtutibus & Mat. 98
Matth.24. 24 vocantur prodigia. Quæ sic differunt, quia inquantum excedunt facultatem natu
ræ, dicuntur virtutes, inquantum vero sunt ordinata ad manifestationem gratiæ dicũ
tur signa. Et propter excellentiam dicuntur portenta atque prodigia, quasi procul ali
quid ostendentia D. Tho super illud 2. Cor. 12. Signa apostolatus mei facta sunt su-
2.Cor.12. per vos in signis prodigiis, & virtutibus, dicit quòd virtus est nomen cõmune ad om-
nia miracula. Nam virtus est vltimum de potentia. & ideo aliquid dicitur virtuosum
quia ex magna virtute. Cum ergo miracula fiant virtute diuina, dicuntur virtutes. Si
gnum refertur ad minus miraculum, prodigium ad maximum. Deinde dicit, quòd
portentum dicitur inquantum sunt contra naturam vt dictum est. Vnde Apo 13. de
Antichristo, loquendo in præterito pro futuro propter certitudinem prophetiæ, Fe-
cit signa magna ita vt ignem faceret descendere de cœlo, contra eius naturam, quia
Miraculũ ignis est naturaliter leuis, & ascendit sursum. Miraculum dicitur mendax tripliciter,
dicitur tri vel quia deficit a vera ratione facti, vel a vera ratione miraculi, vel a debito fine. Pri-
pliciter mẽ mum fit in præstigiis, quando per dæmones illuduntur aspectus, vt aliud videatur,
dax. quam fit. Secundum, quando fiunt per causas naturales, occultas tamen. Tertium quã
do contra finem miraculi. Quia (vt dictum est) miracula sunt ordinata ad attestan-
dam veritatem, fidem, vel sanctitatem, & per dæmones & Antichristum fient in at-
testationem falsitatis, ideo dicuntur falsa, vel quia ad malum inducunt. Et quia crea-
tio non fuit facta ad attestationem veritatis, ideo non dicitur proprie miraculum. li-
cet possit dici portentum, quia contra naturam est aliquid ex nihilo producere, vt
dicitur in 1. Phy.

Ver.4. *De Auxilio speciali.*

1.2.q.109 INTER Gratias gratis datas connumerari potest auxiliũ Dei speciale, & gra- B
art.6. tia præueniens, cum sit donum supernaturale, & stet cum peccato mortali. Ad cu- 28
3.Phy. ius euidentiam sciendum est, quod cum nihil possit se reducere de potentia in actum
& omnis motus sit actus entis in potentia prout in potentia & in mouẽtibus & mo
tis non sit processus in infinitũ quia alias nõ esset motus, vt probatur 8. Phy sequitur
quod necesse est venire ad vnũ primũ, quod mouet omnia, & cõcurrit cũ omnibus a-
gẽtibus. & illud est Deus. vnde Ioa 15. Sine me nihil potestis facere. Et licet sit eadẽ
Ioan. 15. motio dei, qua mouet omnia, quocunque modo moueat, quia motio dei actiua & con
cursus eius nil aliud est, quam ipsemet deus, qui est immutabilis & inuariabilis, vn-
de Malac Ego deus, & non mutor. & Iac. 1. Apud quẽ non est transmutatio, neque
Malach.3. vicissitudinis obumbratio. Illa tamen motio diuersificatur ex parte nostri secun-
Iaco.1. dũ diuersitatẽ finiũ. Quũ igitur duplex sit finis, s. generalis siue naturalis oĩum crea-
turarum, quia quælibet natura est ordinata in finem naturalẽ, sequitur quod omnis
cõcursus, quo Deus cõcurrit ad omnes actus naturales omnium creaturarum, dicitur
concursus Dei generalis siue auxilium generale Et hoc modo concurrit in motu pro
gressiuo hominis, & animalium brutorum, in plantatione vinearum, & edifica-
tione domorum, & ad ea, quæ ad naturalem hominis finem ordinantur. Alius au-
tẽ est specialis finis hominis scilicet supernaturalis visio beatifica. & ideo in his quæ
conducunt ad illum finem, Deus dicitur concurrere specialiter. & talis eius motio
dicitur concursus specialis & auxilium speciale non quod intimus, aut fortius agat
Auxilium Deus in speciali quam in generali, quia in vtroque eodem modo se habet, secun-
speciale dum tamen modum & dispositionem naturæ quæ mouetur. Et in vtroque motio
quid. & concursus. Dei principalior est, & maiorem habet efficaciam quam concursus

naturæ

naturæ dicitur tamen speciale auxilium, quia dirigit ad specialem finem, scilicet supernaturalem, & tanto specialius quanto actus propinquior est fini. Et sic ad cogitandum de beatitudine, ad habendam memoriam peccatorum, ad recordationem iudiciorum dei, requiritur auxilium speciale, ad ipsam contritionem specialius, ad merendum adhuc specialius, & ad martyrium adhuc specialius. Aliqui dicunt omnem actum moraliter bonum esse dispositionem ad gratiam, & sic ad finem supernaturalem hominis quia quilibet bene utendo suis naturalibus, de congruo meretur disponi, & quòd Deus secundum suam naturam (quæ est misericordiæ plena) circa eum operetur. Vnde Daniel consulebat Nabuchodonosor, vt per largitionẽ eleemosynarum (quæ ex sola pietate naturali fieri potest) peccata redimeret. Et tales consequẽter dicunt, quòd quoad omnem actum moraliter bonum requiritur auxilium speciale, alii uero dicunt quod non, sed solum quando actus illi sunt proquinqui, sicut cogitatio contritionis & ipsius beatitudinis, vel quando habent difficultatem. Et sic in statu naturæ integræ homo non egebat auxilio speciali ad omnes actus humanos, sed bene ad merendum, & actualiter eos ordinandum in beatitudinem. In statu uero naturæ corrupta in multis eget auxilio speciali, propter difficultatem, & ad moderandas passiones. In aliis autem in quibus non patitur difficulatem. sed potius delectationem: vt in plantatione uinearum, & ædificatione domorum, aut comestione, qui sunt actus qui ex natura sua ordinãtur in finem naturalem, non eget auxilio speciali, nisi ad eos ordinandum actu in finem supernaturalem, quia tunc est dispositio propinqua. Et dicunt quod ad omnem dispositionem remotam non necessario requiritur auxilium speciale. & sic est problema, D. Tho. ad secundum opinionem declinare uidetur cum D. Augustino.

Dan. 4. *An ad omnem actum moraliter bonum requiratur auxilium speciale.*

Ver. 5. *De alia diuisione gratiæ.*

C ALIA adhunc poni solet diuisio gratiæ, s. in præuenientem, operantem, & cooperantem concomitãtem, & subsequentem. Gratia præueniẽs dicitur, quando homo ad alia distractus moueretur a deo, ad cogitandum de salute sua. Gratia operans dicitur motio, qua voluntas (quæ prius uolebat malum) mouetur a Deo ad volendum bonum. Gratia cooperans est motio, quia Deus concurrit ad actum bonum exteriorem per volũtatem imperatum, quia ad hunc actum deus iuuat, interius uoluntatem confirmando, & exterius facultatem operis, præbendo, & impedimenta remouendo, vnde D. Augus. Vt uelimus operantur, cum autem volumus vt perficiamus, cooperatur. Gratia concomitans est dei motio, assistens in continuatione gratia subsequens est motio, qua deus mouet ad merendum, & perseuerandum. D. Thom. prædictas gratias dicit esse effectus gratiæ habitualis, siue qui proueniunt ex. gratia habituali, & sunt quinque. Primus, vt bonum uelit, & secundum hoc dicitur præueniens. Secundus, ut anima sanetur & iustificetur, & secundum hunc effectum dicitur gratia operans Tertius, ut bonum quod uult, efficaciter operetur, & secundum hunc dicitur gratia cooperans. Quartus, ut in bono perseueret, & secundum hunc dicitur subsequens: Quintus, ut ad gloriam perueniat, & secundum hunc gratia dicitur consummans.

1. 2. q. 111 *arti. 3.*

§. 1 *De gratia gratum faciente.*

D GRATIA gratum faciens secundum Theologos, est habitus de nihilo creatus, & in anima siue intellectuali natura infusus, per quam fit filia, amica, grata & sponsa dei electa, & omnia quæ sunt eius acceptata, per quam consequitur vitam æternam, iuxta illud Rom 6. Gratia Dei vita ęterna. Hæc gratia differt a gratia gratis data, non quod gratia gratum faciens non gratis detur, & per consequens non sit gratis data, sed quia vltra gratiam gratis datam habet primo, quod sit habitus permanens, secundo quod non potest esse cum peccato mortali, tertiò quòd gratum, & acceptum Deo faciat habentem, & omnia opera eius. Hęc gratia communiter diuiditur in gratiam inchoatam siue imperfectam, & consummatam, quæ est comprehensorum, quæ differunt ab inuicem. Quia gratia viatorum augeri, & amitti potest, non autem beatorum, quæ etiam perfectiores effectus habet, quam

Gratia gratum faciẽs quid sit & quo differat a gratis data. *Gratia gratum faciens duplex.*

gratia uiatorum. D. Bernar. in quodam sermone dicit, quòd gratia gratum faciens est quædam lux sine nitor animæ, sole spendidior, animæ infusa, tanquam radius a sole iustitiæ, animam iustificans, & circunquaque purgans, illustrans, ornās, & deificans. Hanc definitionem fundauit super illud d. Pau Ephe. 5. Eratis aliquando tenebræ nunc autem lux in Domino, vt fili lucis ambulate. Fructus autem lucis est in omni bonitate, iustitia, & veritate, D. August. dicit quòd excellentius donum
2.Pet.1. Dei, quod homini datur, Quia per eam efficimur diuinæ consortes naturæ. Hæc gratia secundum eundem diuidit inter filios regni & perditionis, & dicitur uestis nuptialis. Hæc gratia subiectiuatur in essentia animæ. quam primò perficit, deinde potentias eius, vt amplius inferius dicetur.

Ver. 1. *De merito in generali.*

1.2 q 114 arti.1. *meritum 5. Ethi.* C V M gratia gratum faciens sit principium meriti, ideo de merito aliquid dicendum est. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd meritum & merces idem sunt, & ad idem referunt. & dicitur id quod alicui est debitum, & recompensatio operis, vel laboris, quasi quoddam præmium ipsius. Et sicut reddere alicui iustū pretium pro re accepta ab eo, est actus iustitiæ, ita recompensare, & reddere mercedem laboris, aut operis, est actus iustitiæ. Et quum iustitia sit æqualitas quædam sequitur quòd inter eos solos potest esse iustitia, & meritū, inter quos est simpliciter æqualitas. Et per oppositum inter eos inter quos non est simpliciter æqualitas, non est simpliciter iustitia, neque meritum simpliciter. Sed quidam iustitiæ modum potest esse. sicut dicitur quoddam ius paternum siue dominatiuum, & meritum secundum quid, quia, solum secundum quid in eo saluatur ratio iustitiæ. Sic enim filius meretur a patre, & seruus a domino, vt si filius bene se habeat erga patrem, uel seruus erga dominum, honorando, seruiendo, obediendo, sic pater & dominus secundum suam liberalitatem, & clementiam se debet habere ad filium vel seruum, vt dicit Philosophus in eodem libro. Ex his sequitur quòd homo simpliciter, & absolute non potest aliquid mereri a Deo, cum inter hominem & Deum non sit æqualitas. distant enim infinitum. Et totum quod est hominis bonum, est a Deo, & per consequens non potest Deus aliquid debere homini. Sed quia inter hominem, & Deum est quædam proportionabilitas, inquantum vterque operatur secundum modum suum, Modus autem & mensura humanæ virtutis est homini a Deo, Ideo meritum hominis ad Deum non potest esse nisi secundum suppositionē diuinæ ordinationis. s. vt homo consequatur a Deo per suam operationem quasi mercedem, ad quod Deus ei virtutem operandi deputauit. Sicut etiam res naturales consequuntur a Deo per suam operationem quasi mercedem, ad quod a Deo sunt ordinatæ, differenter tamen, Quia creatura se ipsam mouet ad agendum per liberum arbitrium, Vnde eius actio habet rationem meriti, & non actiones aliarum creaturarum, quæ libero arbitrio carent. Quoad meritum ex suppositione datur similitudo de rege temporali. Si rex ordinaret quòd quicunque faceret tale quid, haberet tale castruum, quod plurimum in ualore excedit opus a rege iniunctum. Si rusticus impleret ordinationem regis, haberet ius ad castrum, non simpliciter & absolute. sed ex ordinatione regis Et rex qui ante ordinationem suam nihil debebat rustico, post ordinationem & eius impletionem efficitur debitor, & primo sibipsi, quia debitum est ut ex suam promissionem teneat. Sic deus (qui scit omnia nostra esse sua, & nos ad maiora teneri) ex sua clementia & liberalitate ordinauit, quòd si quis libere & bono animo deseruiret ei, & mandata eius seruaret, mercedē illi daret iuxta illud, Quiescat vox tua a ploratu & oculi tui a lachrymis, quia est merces operi tuo. Et Esa. 1. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis Et Malach 3. Inferte omnem decimationem in horreum meum, vt sit cibus in domo mea Et probate me (dicit dominus) si nō aperuero catharactas cœli, & effudero vobis benedictionem vsque ad abundātiā & increpabo pro vobis deuorantem, & in multis aliis passibus antiqui testamenti, quantum ad temporalia, & in nouo, testamento quantum ad spiritualia, & æterna. Math 4. Pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorum. & Luc. 11. Date

Homo non potest aliquid simpliciter mereri a deo sed bene supposita eius ordinatione.

meritum ex suppositione.

Hiere.3. Hominem posse mereri probatur

Math.4. Lucæ.11.

eleemosynam,

eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis & Mat. 19. quærenti magistro, Quid faciendo vitam æternam possidebo? Christus respondit, Si uis ad uitam ingredi, serua mandata Consequens ergo est, vt Deus sibiipsi primo & ex consequenti implentibus ordinationem suam debitor factus sit, vt promissionem & ordinationem suam seruet, & homo suam ordinationem implenti, tribuat quod pollicitus est, cum mentiri non possit, ad Titum. 1. Neque negare seipsum. 1. Timoth. 2. qui etiam per Psal. dixit, Quæ procedunt ex labiis meis non faciam irrita. Mat. 19. Ad Tit. 1. 1. Tim. 2.

A ¶ Per hæc soluuntur argumenta, quibus neoterici heretici omne meritum subuertere & supprimere nituntur, in primis allegantes illud, Quum feceritis omnia, quæ præcepta sunt uobis, dicite, quia serui inutiles sumus. quod enim debuimus facere, fecimus. Quia intelligitur de merito simpliciter & ad rigorem D. Chrysosto. ibi dicit, Non negat mercedem bonis operibus, sed docet seruum non debere extolli vel gloriari, eo quod iussu ad amussim seruauerit siue perfecerit, & ne in superbiam intumescamus, sed potius humiliemur, Sed Christus per hæc verba, supposita ordinatione, non negauit meritum. Et licet homo operando faciat quod debet, libere tamen & ex animo facit. Et quanuis ex bonis hominis nihil accrescat Deo, quum Deus ex bonis nostris non quærat vtilitatem, sed solum gloriam, hoc est manifestationem suæ bonitatis in nobis, quod etiam in operibus suis quærit ad nostram vtilitatem, ideo licet ex eo quod Deum colimus, nil accrescat ei, sed nobis, Meremur tamen aliquid a Deo, non quasi ex operibus nostris aliquid ei accrescat, sed inquantum propter gloriam & manifestationem eius, quod ipse ordinauit operamur. Nec obstat quod communiter ex Esa 64. obiiciunt, Facti sumus, vt immundi omnes, & quasi pannus menstruatæ, omnes iustitiæ nostræ, Quia ibi propheta loquitur de iustitiis legalibus, quæ inficiebantur ab illo populo, malis circunstantiis, ut pote auaritia, cupiditate, ira, inuidia, & malitia, vt habetur Esa. 58. Ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Inficiebant etiam uanagloria, sicut dicebat Christus Matt. 23. de Scribis & Pharisæis, Omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. Cum dabant eleemosynam, faciebant tuba canere, & amabant in angulis platearum stantes orare Ideo illæ iustitiæ erant vt pannus menstruatæ, & abominationes. vnde Esa. 1 dicitur, Ne offeratis vltra sacrificium frustra. Incensum & abo- Luc. 17. Esa. 64. Esa. 58. Matth. 23 Esa. 1.

B minatio est mihi. Neomeniam, & sabbatum, & festiuitates alias non feram. non quod essent secundum se abominationes, quia non præcepisset seruare. Exod. 20. sed quia indigne offerebant, & uitiabant malis circunstantiis. vnde subiungit. Iniqui sunt cœtus vestri Manus vestræ, hoc est operationes vestræ, plenæ sunt sanguinæ peccatorum Ideo subdit. Lauamini, & mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse, &c. Propter hæc iustitiæ, hoc est bona opera & impletio præceptorum, quę iustum est seruare, dicuntur pannus menstruatæ Quia secūdum D. Dion Bonum est ex integra causa, & malum ex singularibus defectibus. Sed non secundum se, cum a deo sint ordinatę, & institutę. Præterea iustitiæ nostræ (hoc est opera nostra) secundum se, si bene fiant, lux dicuntur a Christo, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, &c. Non sunt ergo pannus menstruatæ. Aliqui exponūt authoritatem. Esaiæ per comparationem ad diuinā iustitiam. vnde Esa. 55. Sicut exaltantur cœlia terra, ita exaltatæ sunt viæ meæ a viis uestris, & cogitationes meæ a cogitationibus uestris. Terra enim per comparationem ad cœlum, deformis & quodam modo abominabilis apparet, Licet secūdum se bona sit, iuxta illud Gen. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona Similiter lumen candelæ lucidum est in se, in comparatione tamen luminis solis umbra & tenebras causat. Sic ad propositum de bonis operibus: Exod. 20. 4. c. de Di. No. Mat. 6. Quomodo intelligi debet quod opera nostra sint tanquam pannus mēstruate.

C vnde Rom. 8 Non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriā, quæ reuelabitur in nobis. ¶ Quod autem homo mereatur vel mereri possit à Deo, tota scriptura sacra referta est passibus id probantibus Gen. 22. Dixit dominus Abrahæ, Per memetipsum iuraui, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti vnigenito filio tuo, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum. nota causalem, quia fecisti, & cętera Rom. 8. Homo a deo mereri potest.

Et Psal 181.

Psal. 118 Et Psal. 118. Inclinaui cor meũ ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter
Mat. 19. retributionem. Et Mat. 19. Apostolis dicentibus, ecce nos relinquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? respondit Christus, Amen, amen dico uobis, quod uos qui reliquistis omnia, & sequuti estis me, sedebitis super sedes, duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Et ibidem, Omnis qui reliquerit Domũ, vel fra-
Mar. 9. tres, &c. Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Et Mar. 9. Si quis dederit
Mat. 25. calicem aquæ frigidę in nomine discipuli, non perdet mercedem suam, Et Mat. 25. in retributione bonorum tanquam pro causa allegabit Christus bona opera. & Mat.
Mat. 20. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem, & Rom. 2. Reddet unicuique se-
1 Cor. 3. cundum opera sua. & 1. Cor. 3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secuudũ laborem suum, & 1. Tim. 4. Reposita est mihi corona iustitiæ, quam retribuet mihi dominus, in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Et in Concilio Tridentino dicitur; Si quis dixerit iustos non debere pro bonis operibus quæ in deo fuerunt facta, expectare & sperare æternam retributionem, pro eius misericordia, & Iesu Christi merito, si bene agendo & diuina mandata custodiendo vsque in finem perseuerauerit, Anathema sit. Qui igitur oppositum dicunt, scripturas non nouerunt neque rationem.

Ver. 2. *De His quæ non cadunt sub Merito.*

Rom. 6.
Prima gratiâ non potest mereri. NON potest homo mereri totum ambitum siue omnes gradus gloriæ, quam D habiturus est in patria. Et per consequens neque gratiæ, quæ illi respondet, vt habe- 99 tur Rom. 6 Gratia dei vita æterna, hoc est vita æterna, correspondet gratiæ, sic quod qui erit in maiori gratia, in instanti mortis habebit maiorem gloriam. Ideo gradus
In. 3. sen. dist. 3 q. ad. 5. gloriæ respondent gradibus gratiæ. Sed prima gratia non cadit sub merito, neque mereri potest. Primò quia prima gratia est principium omnis meriti, saltem mediate & formaliter, quia effectiue est meritum christi, & formaliter immediate charitas.
Rom. 4. vt D. Tho. dicit. Secundò quia ratiò primæ gratiæ pugnat ex diametro contra mercedem & meritum, vt optime probat Apostolus dicens, ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Sed illud mereiur homo quod sibi imputatur secundum debitum, quasi merces operis eius, ergo primam gratiam
Luc. 17. non potest homo mereri. Quia si ex operibus, iam non ex gratia. Sed cum gratia pos
Apo. 21. sit augeri, sicut & fides, iuxta illud, Adauge nobis fidem, & etiam iustificatio quæ fit per gratiam, iuxta illud: Qui iustus est, iustificetur adhuc, Illud augmentum quod prouenit ex bono vsu primæ gratiæ, potest homo mereri per actus informatos a gratia, & elicitos vel imperatos a charitate, ex motione & instinctu Spiritus sancti operante. Nec D. Paulus in locis præallegatis negat meritum aut opera meritoria, nisi respectu primæ iustificationis. Quia probat & exemplificat de remissione peccatorum, allegando dictum Psalmistæ, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, &c. Quæ re
Gal. 2. missio & prima iustificatio non poterat causari ex operibus antiquæ legis, neque ex operibus legis naturæ, sed solum per gratiam ex merito Christi. Alias si ex operibus legis posset causari prima gratia & iustificatio, Christus gratis mortuus fuisset, hoc
Luc. 24. est sine causa & necessitate. Vide Apost. Si per legem iustitia (hoc est gratia) ergo
Perseuerantia non cadit sub merito. christus gratis mortuus est. quod est falsum, quia sic oportuit christum pati, & impleri ea quę scripta erant in lege, prophetis, & psalmis de illo. Prima igitur gratiâ & prima iustificatio datur nobis mere gratis, ex merito christi & ex operibus nouæ legis euangelicę, quæ sunt sacramenta a christo instituta, per quæ coniungimur christo, vt probatur de baptismo, Ro. 6. Sed augmētum illius gratiæ procedit principaliter ab ipsa gratia & libero arbitrio, vt amplius dicemus Et sic intelligendæ sunt authoritates, quæ videntur aduersari. Perseuerantia etiam (secūdum D. Thomam) nō sub merito.

Ver. 3.

A Ver. 31 *De duplici merito.* 1.2.q. 114 ar. 3.

101 DVPLEX communiter apud doctores dicitur esse meritum. Quoddam est cō grui siue de congruo, & quoddam est condigni siue de condigno, quemadmodum duplex est debitum super quo fundatur ratio meriti scilicet debitum iustitiæ, & debitum liberalitatis siue honestatis. Meritum condigni est, quando est æqualitas inter opus & mercedem siue premium. Et tale est meritum mercenarii & denarii diurni. Tale meritum regulatur equalitate iustitiæ. Meritum verò congrui dicitur, quando non est æqualitas inter opus & mercedem, & quando redditur merces, quæ non est debita operi ex natura sua, sed ex liberalitate donantis. Aliquid enim congruit liberalem & magnificū dare quod operatius non meretur ex condigno, quemadmodum factum est illis, qui hora vndecima venerant in vineam, & quemadmodum habetur de domino, qui bene dispensanti quinque mnas, dedit gubernationē decem ciuitatū, & aliquādo rex pro modico obsequio dat magnum præmium, ad liberalitatem suam manifestandam. Tale igitur meritum congrui innititur liberalitati, & meritum condigni iustitiæ:

Meritum duplex. Debitū duplex. Meritum condigni. Meritum congrui. Matt. 20. Meritū hominis dupliciter cōsiderari potest.

¶ Notandum præterea quòd meritum hominis potest dupliciter considerari, vno modo secundum quòd procedit ex libero arbitrio, alio modo secundum quod procedit ex gratia spiritus sancti Si consideretur opus hoīs prout procedit ex libero arbitrio, siue secundum substantiam operis, non est cōdignitas inter opus & vitam æternam, propter magnam inæqualitatem. Non enim sunt condignæ passiones huius tēporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, sed est ibi cougruitas secundū æqualitatem proportionis siue proportionabilitatis. Videtur enim congruum, vt homini operanti secundum virtutem & ordinationem sibi datam a Deo, Deus, recompenset secundum excellentiam liberalitatis suæ. Si autē consideretur opus meritoriū secundum quòd procedit ex gratia & motione spiritus sancti, est condignitas inter opus meritorium & vitam æternam, quia motio spiritus sancti, est infinitæ dignitatis, iuxta illud, Si quis biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam eternam. 1. ad Timot. 4. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, ideo de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex. Nō solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Nec loquitur hic de prima gratia, quæ (vt dictum est) non cadit sub meritò, sed de vita æterna, vel augmēto gratiæ & charitatis, quā per actus ex gratia & charitate procedentes quis meretur, & de vita æterna illi correspondentē vnde D. Thomas dicit quod quolibet actu charitate informatio homo beatitudinem meretur, & alibi dicit, quod quilibet actu charitatis meretur absolute vitā æternā. Ex quo videtur sequi, quòd quolibet actu charitatis augeatur gratia, & si non effectiue, cum sit a solo Deo, tamen meritorie. Quidam tamen dicunt intelligi debere doctorem de quolibet actu intenso secundum proportionem gratiæ, quia actus possunt esse adeo remissi quod non augebitur gratia, nec ēt meritorie, sed disponitur homo ad augmentum gratiæ per plures, & tandem vnus in virtute prędecentium faciet augmentum, sicut de gutta cauante lapidem, item de comestione, quia quælibet comestio non facit augmentum in puero, sed bene disponit ad augmentum. Deus enim sic auget gratiam, prout homo ad illa n se disponit.

Rom. 8. Ioan. 4. 1.p.q.62. artic. 5. 1.2.q. 114 art. 7. ad 3 Anquolibet actu charitatis augeatur gratia.

B Ver. 4. *De requisitis ad meritum.*

101 AD meritum (secundum D. Thomam) tria requiruntur, scilicet libertas, gratia & status, & aliqui addunt relationem in Deum. Primo requiritur libertas saltem cō placentiæ, & de qua dictum est c. 3. §. 3 ver. 1. Angeli enim secundum eum meruerūt in primò instanti, & tamen tunc non habuerunt libertatem contrarietatis aut contradictionis, quia tunc in primò instanti peccare potuisset, quod ipse negat. Secundò requiritur gratia, quæ est principium & prima radix meriti, & charitas, quę est radix immediata siue principium & propinquum. Tertiò requiritur status, scilicet viæ. Et quia beati non sunt in via, non possunt mereri. Animæ autem quę sunt in purgatorio, licet sint extra via merendi meritum essentiale, quia (vt dicitur

In 3. sent. dist. 18. q. 22. Ad meritū ex requisita.

Eccle-

Animæ in purgatorio non merentur præmiũ essentiale, sed accidentale.

Ecclesiastes 11.) Vbi ceciderit lignum siue ad Austrum, siue ad Aquilonem, ibi erit. Veruntamẽ quia adhuc non sunt in termino, quodã modo dici possunt viatrices & cum sint in gratia, sequitur aliquo modo mereri posse.s. deletionem venialium & præmium accidentale. Quartò requiritur relatio in Deum, quæ est quadruplex s. actualis, habitualis, virtualis, & aptitudinalis. Relatio actualis est, quando homo operans actualiter considerat de Deo, & refert actum quem facit in Deum. Et talis non necessario requiritur, quia tunc ad merendum necesse esset in quolibet instanti cogitare de Deo, quod est impossibile, propter naturales distractiones. Relatio habitualis est per assistentiam habitus charitatis. Et talis non sufficit, quia tunc peccatum veniale esset meritorium, cum coexistat charitati. Relatio virtualis est, quæ fit per primũ actum charitatis, quo quis refert se, & omnes actus suos referibiles in Deum. Virtute illius omnes actus sequentes, etiam si homo actu nõ cogitet de Deo referuntur in Deum per virtutem primi actus, & hoc sufficit & requiritur. Relatio aptitudinalis est in actibus moraliter bonis, in existente in gratia ante primum actũ charitatis, ac etiam in actibus bonis moraliter, in peccato mortali factis. Sunt enim apti nati referri, cum in se nullam habeant deformitatem. Hæc relatio non sufficit ad actum meritorium, licet quidam dicant quòd bene sufficit ad bonitatem moralem.

Relatio in deũ quadruplex. Relatio actualis. Relatio habitualis. Relatio virtualis. Relatio aptitudinalis.

Ver. 5. *De correspondentibus merito.*

Actui meritorio tria pro mercede respondent.

IN meritò sunt tria consideranda scilicet habitus gratiæ & charitatis, actus ex gratia & charitate procedens, & conatus liberi arbitrii, hoc est voluntatis seu difficultas in opere, quæ afflictionem & pœnalitatem quandam habet, & ideo pro mercede & præmio respondẽt alia tria.s. præmium essentiale præmium accidẽtale, & deletio reatus. Habitui gratiæ, & charitatis debetur & respondet præmium essentiale, hoc est visio & fruitio diuinæ essentiæ, sic quòd secundum proportionem graduum gratiæ erit proportio graduum gloriæ. Actui verò ex gratia procedenti debetur præmium accidentale, hoc est gaudium de illo bono opere. Conatui autem voluntatis, & difficultati operis debetur & respondet deletio reatus & pœna, & satisfactio, vt dicetur. A 100

Ver. 6. *De his quibus meritum potest applicari.*

NVLLVS purus homo potest alteri primam gratiam, vel augmentum eius, aut gloriã essentialem mereri de condigno, sed solus Christus, qui est Deus & hõ secundum humanitatem hæc nobis meruit Et rõ est, quia meritũ condigni procedit ex gratia & vi diuinæ motionis. Sed gratia particularis data est cuilibet homini pro se, & non pro aliis per eam enim mouet Deus hominem, vt ipse perueniat ad vitam æternam. Ideo meritum condigni vltra hanc motionem non se extendit Sed animæ Christi data fuit gratia a Deo pro omnibus, & vt per eam non solum ipse perueniret ad gloriam sed etiam vt alios in gloriam adduceret, inquãtum est caput Ecclesię, & author salutis humanæ secundum illud. Qui multos filios in gloriam adduxerat. De congruo tamen potest homo mereri alteri primam gratiam, quia quãdo homo in gratia Dei cõstitutus, implet Dei voluntatem, congruum est secundum amicitiæ proportionem, vt Deus impleat Dei volũtatem, & eius orationes exaudiat pro alterius salute. Et prout habetur in lib. Numerorum, Moyses sæpe placauit Dominum & impetrauit remissionem peccatorum pupulo Israel, licet quãdoque possit esse impedimentum ex parte illius, cuius aliquis Sanctus iustificationem desiderat, secundũ illud. Si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populũ istũ. B 100

c.16. §. 6. ver. 19. 1.2.q.114 ar.6.&.7.

Heb. 2.

Hier. 15.

Præmium essentiale nullus alteri de condigno mereri potest:

¶ Ex his sequitur quòd nullus potest alteri mereri pręmium essentiale, nec remissionem peccatorum, de condigno. Quia præmium essentiale (quòd est vita æterna) respondet gratiæ, vt dictum est. Si ergo quis non posfit mereri alteri gratiam de condigno, ergo nec gloriam. Potest tamen quilibet in gratia existens, per quandam communicationem esse causa præmii accidentalis, inquantum ex communione charitatis facit omnes principes bonorum & meritorum suorũ. iuxta illud, Particeps ego sum omnium timentium te. &c Vnde ponitur vnus articulus fidei, Sanctorum

ctorum communionem. Omnes enim gaudebunt de bonis aliorum, sec. proportio nem gratiæ quam habebunt. Ex quo sequitur quod D. Virgo (quæ est in maiori gratia quam aliquis sanctus) plus gaudebit de bono opere illius sancti, quam ipse met qui fecit. Alludit parabolæ de illo qui inuenit ouem perditam. & de muliere quæ inventa dragma perdita, conuocatis amicis ait, Congratulamini mihi. vnde Christus: Ita dico vobis gaudium erit coram angelis dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Deletionem reatus siue pœnæ possunt existetes in gratia alteri mereri de cõgruo per orationem & de condigno per applicationem propriarum pœnalitatum. Sed de his amplius infra. *Luc. 15. c. 16. § 4. uer. 23.*

Ver. 7 *De gratia Amplitudine, & causalitate.* *c. 2. uer. 1.*

C QVEMADMODVM ab essentia animæ fluunt omnes potentiç, per quas 100 quis potest se exercere circa actus virtutũ, secundum finem naturalem hominis, vt dictum est, ita ab ipsa gratia gratum faciente; quæ perficit essentiam animæ, fluũt uirtutes infusç & dona ad potentias, inclinantes eas ad finem supernaturalem. Et ideo de virtutibus infusis ac beatitudinibus per ordinem dicendum est. Virtutes autem a Deo infusæ sunt duplices. Quædam dicuntur theologicæ. Quædam morales. Theologicæ dicuntur, quia habent Deum pro obiecto. & sunt tres scilicet fides, spes, charitas, de quibus dicendum.

DE FIDE.

CAP. X.

FIDES multipharie accipi solet. Primò pro probatione, vt cum dicimus Sẽpronium dictorum suorum per testes aut documenta fidem fecisse. & hoc modo capitur in ti. de fide instru. Et Ge. 39. vbi vxor Putipharis in argumentum fidei retentũ palliũ ostendit. Secundò accipitur pro auxilio, vt apud Horatiũ, Nos hominum diuũque fidẽ clamore ciemus. Tertiò pro promissione de futuro. Ge. 44. Ego seruus tuus sum, qui in meã hunc recipi fidem, &c. & in ca. 1. extra de spon. Quartò pro consensu de præsenti, quo contrahitur matrimonium, ut in cap. 1. de sponsa duorũ. vbi fit discrimen inter fidem pactionis, & consensus. Quintò pro fidelitate. & sic accipitur in ti. de Leg. & fideicõ. & Eccl. 2. Fidem posside cũ amico tuo. Sextò accipitur, pro credulitate, secundum quam aliquis dicitur bonæ fidei possessor, qui scilicet ignorauit rem quã emit, alienã esse; aut qui vendit, ius vendendi habere credidit. Septimò pro assensu firmò absque formidine per intellectum causa o suppositа pia affectione volũtatis, quæ innititur authoritati dicentis & reuelantis, quæ authoritas est duplex. s. diuina & humana, ideo duplex est fides s. humana, quæ innittitur authoritati & reuelationi humanæ. Alia est quç innititur authoritati diuinæ reuelanti, & dicitur Theologa, de qua nunc principaliter loqui intendimus. Quæ adhuc accipitur dupliciter, vt dicit Magister Sent. in 27 dist. 3. Primò quidem materialiter, pro eo quod creditur, & sic accepit Athanasius in Simbolo, in quo multis credendis recitatis, dicit: Hçc est fides catholica, hoc est, quæ sunt quæ debent credi & teneri & a fidelibus catholicis, & hoc modo accipitur in titulo siue rubrica de Summa Trinit. & fide catholica, hoc est, de his quæ debent credi. Et hoc modo accipiendo, fides nõ est virtus, sed differt ab ea, vt D. Aug. dicit. Aliud sunt ea quæ credũtur, aliud fides qua creditur. Illa n. sunt in rebus, quæ vel esse, vel fuisse, vel futura esse credũtur. Hçc aũt fidei virtus in aio credentis est. Accipimus ergo hic fidẽ pro virtute & habitu fidei, quo mediãte credimus, hoc est firmiter assentimus reuelatis a deo, & hæc fides diuersa est ab actu eius, cũ maneat in dormiẽtibus, & nõ actus de quo post modũ dicturi sumus.

Gen. 39. Gen. 44. Eccle. 2. Hier. 17. Actus et re uelatio du plex.

Fides huma na quid. Fides theo loga. quid.

7. de Trin.

§. 1.

§. 1. *De Fidei Theologicæ definitione*

2.2. q. 4. ar. 1. FIDES A D. Paulo sic definitur; Fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium. Et non accepit ibi substantiam proprie, prout est prædicamentum, sed similitudinarie pro principio, & fundamento. Sicut enim substantia
Heb. 11. est principium & fundamentum omnium accidentium, sic fides est fundamentũ omnis spiritualis ædificii. Vnde vocat eam fundamentum, dicens. Fundamentum aliud
1. Cor. 3. nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. vbi glo. exponit, hoc est fides Iesu Christi. Per res sperandas intelligit res non visas, iuxta
Rom. 8. illud, Nam quod videt quis, quid sperat? Et per argumentum intellexit effectum argumenti suæ notitiam certam. Per non apparentium intellexit quod non sit euidens, sed obscura. Apost. in hac definitione complectitur ea quæ sunt de essentia fidei & ea quæ conferunt ad cognitionem essentiæ eius. s. subiectum, obiectum, actum & modum eius, qui tenet locum differentiæ, & sufficienter dat intelligere, quod fides est habitus mentis, hoc est intellectus præsuppositus ad spem & charitatem, quo quis inclinatur ad assentiendum firmiter & certitudinaliter (ineuidenter tamen) rebus speratis, hoc est non visis, sed a Deo reuelatis, quas in futuro propter reuelationem Dei promittentis speramus.

Ver. 1. *De subiecto fidei.*

2. 2. q. 4. artic. 2 SVBIECTVM fidei est intellectus, cum actus eius qui est assensus certus et firmus absque formidine, ad intellectum pertineat. Ad eandem enim potentiã pertinent actus, habitus, & obiectum, cum potentiæ distinguantur per actus, & actus per obiecta & habitus causentur ex actibus, vt supra dictum est. D 108

Ver. 2. *De obiecto fidei materiali.*

2.2. q. 1 arti. 1. OBIECTVM fidei (sicut & cuiuslibet habitus cognoscitiui) Est duplex, s. materiale & formale. Materiale est res diuina non visa in via, quæ tamẽ uideri æstimatur in patria, iuxta illud Psal. Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate domini virtutũ. Res autem diuinæ non visæ sperandæ, proponuntur nobis in sacris literis dupliciter credendæ Quædam enim secundum se, vt scilicet primo & per se intentæ, & sunt illæ quæ directe nos ordinant ad vitam æternam, sicut sunt diuina potentia, & mysterium incarnationis, & alia huiusmodi. Quædam proponuntur credendę, ad manifestationem aliorum, sicut quod Abraham duos filios habuit, & quod ad tactum ossium Helisæi mortuus fuerint suscitatus, & alia huiusmodi, quæ narrantur in sacris literis ad manifestationem diuinæ potentię & misericordiæ, & hęc non distinguuntur per certos articulos, cum penè sint innumera. Ea vero quæ per se proponuntur credẽda, rediguntur per certos articulos, vt facilius per fideles retineantur, de quibus paulo post dicemus. E 108
Obiectum materiale fidei.
Psal. 47.

Ver. 3. *De obiecto formali fidei.*

2. 2. q. 1 arti. 1. OBIECTVM formale fidei est id quo medians intellectus humanus firmiter assentit non visis, & est veritas prima siue diuina reuelans. Nõ enim fides (de qua hic loquimur) assentit alicui, nisi prout est a deo reuelatum. Vnde sicut visus nõ tendit in colorem, nisi per lumen siue mediante lumine, ideo lumen est obiectum formale visus. Sic nec fides theologa credit aliquid, nisi mediante reuelatione primæ veritatis, hoc est dei, cui est veritas & vita per essentiam, & sic non potest mentiri. Ideo fidei non potest subiici falsum. Et quamuis deus simpliciter & absolute possit non creare Antichristum, qui tamen ex fide creditur, non potest tamen in sensu composito, hoc est supposita eius reuelatione. Si autem Iudæo habenti actualem fidem de Christo venturo & nascituro, Christus natus fuisset, fides non concurrisset ad illam temporis determinationem: Sed assensus illius determinationis temporis fuisset ex coniectura humana. Nec est inconueniens fidelem ex coniectura humana, circa ea quæ sunt fidei, posse falsum existimare, siue falso credere. sed non concurrente fide, sicut cum vetula audit hæreticum concionantem, quem coniectura humana arbitratur esse catholicum prædicatorẽ, credit principio, faciliter, ac similiter erroribus quos prædicat nõ tamẽ ex fide. Similiter ad fidẽ pertinet crede- F 108
Ioan 6:
arti. 3.
Ad Tit. 1
Heb. 6
Fides non potest subiici falsum.

re

ę quod corpus Christi verum realiter sit sub speciebus panis & vini,facta consecratio ne,non referendo ad has species vel illas. Quia si præsbyter ex malitia omitteret cõse crationẽ,vel etiam si proferret verba consecrationis, & non intenderet consecrare, quem tamen audiens missam coniectura humana arbitratur consecrasse,& credit sub illis speciebus esse realiter verum Christi corpus, & adorat, assentit falso, sed non ex fide,deceptio enim procedit ex humana coniectura, qua arbitratur illũ consecrasse. Ideo non peccat, nec perdit meritum, credendo ibi esse Christũ,aut adorando, nec est idololatra, nisi fortè materialiter,quia eius intentio principaliter tendit ad Christum. Nec propter hoc dubium adoranda est hostia sub conditione,quia in his,quæ, vt in pluribus fiunt,& non apparet impedimẽtum,maiorem certitudinem,quærere, est indisciplinati animi,vt dicitur.2.Metaph. Et si dicatur quòd spei potest subiici falsum,quia aliqui sperant beatitudinem, quam tamen nunquam habebunt, ergo, & fidei,cum fides habeat regulare spei actum. Dicendum primò quòd cum fidei iudicium sit mere speculatiuum,non habet regulare spei actum,sed prudentia infusa, supposito tamen actu fidei. Secundò quòd non inconuenit prudẽtiam & virtutes morales perficientes appetitum subiici alicui falso speculatiuo, aliunde quàm a fide proueniente. Iustitia enim reddit Sorti id quod arbitratur ei deberi:licet non debeatur. Et hoc modo Iacob se habuit erga Liam. Sufficit enim quòd iudicium prudentiale. (quod immediate dirigit actum appetitus)sit verum practice. Quia falsum non est malum appetitiuæ virtutis, sicut est malum intellectus. Et ideo virtutes appetitiuæ non totaliter excludunt falsum, sicut virtutes intellectiuæ. Tertiò dici potest quòd nec spei sub est falsum, non enim aliquis ex spe sperat se habiturum vitam æternam secundum propriam virtutem, quia hoc esset prȩsumptuosum,sed per auxilium gratiæ,in qua si perseuerauerit, infallibiliter vitam ęternam consequetur.

Hostia consecrata non est sub conditione adoranda.

Virtutibus moralibus, & prudentiæ potest subiici falsum.

B Ver.4. *De modo Fidei.*

101 MODVS fidei est,vt feratur firmiter & certitudinaliter circa non visa,hoc est circa ea quæ per seipsa non mouent sensum aut intellectum nostrũ ad sui cognitionẽ vt singularia, quæ subiacent sensibus, & principia intelligibilia,quȩ sunt euidentia, & causant euidentiam conclusionum. Ideo circa illa,aut eorum conclusiones non est fides in eo qui habet illa principia. Et sic stat bene quod vnos habeat fidẽ de vna conclusione siue propositione, de qua alius habet euidentiam, vt de hac propositione. Deus est vnus,deus est omnipotens, quas demonstrat D.Tho. quæ sunt præambulȩ ad fidẽ. Doctus Phil.de illis habet scientiam,& illiteratus fidẽ. Nec tamen literatus perdit meritum fidei,nec illiteratus, quãdo acquirit de eis scientiã, quia sunt taliter dispositi,quòd si non haberẽt demonstrationẽ,crederent Et verò quæ proponuntur credẽda,non sunt scita. Nec rationes adductȩ a sanctis doctoribus ad probãdũ ea quæ sunt fidei, sunt demonstrationes, sed quædam persuasiones manifestantes ea, quæ sunt fidei, non esse impossibilia,aut rationi contraria,sed supra rationẽ esse,Et rõnes procedentes ex principiis fidei vel authoritatibus, non causant scientiã, cũ (vt dictũ est)conclusio sequatur debiliorem parte. Ex quo videtur sequi quòd scientiæ subalternatæ in eo qui credit principia(de quibus habens scientiam subalternãtem, habet euidentiam)non sunt proprie scientiæ, cum ex principiis creditis non sequatur conclusio euidens siue scientiæ, sed fidei. Et per consequens theologia (quæ est scientia de Deo circa reuelata,quæ sunt euidentia beatis per lumẽ gloriæ) parũ distat a fide, licet hoc principium. Omne reuelatũ a deo est verum,sit euidens,tamen minor(videlicet,hoc est reuelatum a deo) est de fide. Et si probetur minor per authoritatem sacræ scripturæ,est etiam de fide, & per consequens conclusio. Dicitur tamen Theologia esse scientia a D. Thom. reductiue, quia cuiuslibet scientiæ principia debent esse per se nota,vel reductiue. s. cum recinduntur in notitia superioris scientiæ, quȩ habet principia per se nota. Et si alicubi dicatur, quòd lumen fidei facit videre, Dicendum quòd ibi videre large accipitur pro cognoscere. Quamuis si ea, quȩ sunt fidei, considerentur sub communi ratione credibilis, possunt dici visa ab eo, qui credit, non enim crederet, nisi videret ea esse credenda, vel euidentia signorum, vel per

1 p.q.2.ar tic. 3.
1. contra gent.c.13.

Theologia an sit scientia.

1.p.q.1.ar ti. 2. ad 1.

Pia affectio ad fidē requiritur. vel per aliquid huiusmodi. Notandum tamen quòd (cum non visa circa ea, quæ sunt fidei, non sufficiant ex se mouere & excitare intellectum ad assentiendum) ad fidem requiritur quia affectio seu motus voluntatis per electionem determinantis & inclinantis ad firmiter, & certitudinaliter assentiendum his quæ sunt fidei, & quia *Iac. 2.* dæmones non habent hanc piam affectionem, ideo non habent fidem, licet D. Iac. dicat quòd credunt & contremiscunt. Hæc enim firmitas & certitudo est de essentia fidei. Vnde Athanasius in Symbolo: Hęc est fides catholica, quam nisi quisq; fideliter firmiterque crediderit, saluus esse non poterit. Et D. Bern. dicit, Fides ambiguū non habet, & si habet, non est fides, & in cap. 1. de hæretic. dicitur, quòd dubius in fide, infidelis est.

Vers. 5. *De certitudine Fidei.*

Certitudo triplex. CERTITVDO a doctoribus cōmuniter ponitur triplex scilicet moralis, euidētiæ, & fidei. Certitudo moralis est, quæ ex magnis & grossis cōiecturis procedit, & dicitur ab aliquibus propabilitas, quæ ex bona æstimatione de aliis procedit, vt in Iacob qui æstimabat Liā esse Rachaelē & hæc non requirit euidentiam, neque aliam probationē non enim tenebatur incendere candelam, quia non suspicabatur dolositatem aliorū, & dicitur communiter de talibus, quod bona fide procedunt. Hæc certi*Certitudo euidentiæ quid est quo duplex sit.* tudo admittit aliquando formidinem imperfectam, habet tamen maiorem inclinationem ad firmitatem. Certitudo euidentię est, quando non admittit oscuritatem neq; formidinē, & hæc est duplex scilicet exterior & interior. Exterior fit per sensus dispositos circa propria obiecta debite proportionata; de hac euidentia & certitudine habetur Ioan. 3. Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur. Alia est interior, quę est in scientia & in intellectu principiorum, quæ versantur circa necessaria & nō potentialiter se habere. Et hæc totaliter determinat intellectum, ut non possit *Certitudo fidei excedit adhæsionem eui dentiæ.* ailqualiter dubitare, & ideo non requirit piam affectionem, nec admittit obscuritatē aut formidinem. Certitudo fidei est, quæ admittit ænigma & obscuritatem & requirit piā affectionem tamen nullo mō admittit formidinē. Et hęc maximā habet adhæsionem, & firmitatem excedentem adhæsionē euidentiæ exteriorem sensuum, & sciētiæ ac intellectus principiorum, eo quòd certitudo exterior sensuum innititur potētiæ naturali, & certitudo scientię innititur rationi humanæ, quæ inferior & debilior est virtute diuina, cui innititur fides theologa. Ideo certius & firmius tenenda sunt ea quæ sunt fidei, quam ea quæ oculo videmus, aut alio sensu sentimus, quia sensu decipi & hallucinari possunt, & non virtus diuina, quæ etiam excedit rationem naturalē, quia potest ea facere, quæ videntur rationi naturali repugnare, vt patet de existen*1. Tess. 2.* tia corporis Christi sub speciebus consecratis. Vnde Apost. Cum accepissetis a nobis verbum auditus (scilicet per fidem) accepistis illud non vt verbum hominum, sed *Differentia fidei ab aliis habitibus.* (vt vere est) verbum Dei verbo autem Dei nil certius esse potest, iuxta illud Matth. 24. Cælum & terra transibūt, verba autem mea, non præteribunt, & ideo certitudo fidei est maxima.

¶ Ex premissis apparet primo quod fides differt a suspicione & opinione, quæ admittūt formidinē, & nō fides, differt etiā ab intellectu principiorū & sciētia, quia fides est in euidentiā, & habet maiorē certitudinē, & firmissimā adhęsionē. Intellectus vero principiorū & scientiā euidentiā & minorē certitudinē & adhæsionē, differt etiā a spe & charitate, quia tam fides quam charitas sunt in uoluntate. sicut in subiecto. Fides autem (vt dictum est) subiectiuatur in intellectu. Item quod differat a spe & *1. Cor. 13.* charitate, habetur ex illo, Nunc manent fides, spes, charitas. tria hęc maior autem horum est charitas. Ratione etiam patet, quia vbi aliqua duo sic se habent, quod vnum potest manere altero non manente, illa differunt realiter, alias idem posset simul esse & non esse, quod est contra primum principium, sed fides potest esse absq; *1. Cor. 13.* charitate, vt manifestum est ex Apostol. Si habuero omnem fidem, ita ut montes, transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Ita charitas manet in patria, quia ibi dicitur, Charitas nunquam excidit, & tamen fides non manet, iuxta

illud,

illud, Cum venerit quod perfectum est euacuabitur quòd ex parte est. Vnde in Concilio Tridentino sessione 6. c 28. Si quis dixerit, amissa per peccatũ gratia, simul aut fidem semper amittit, aut fidem quæ remanet, non esse veram fidem (licet non sit viua,) aut eum qui fidem sine charitate habet, non esse Christianum, Anathema sit. Potest etiam fides esse absque spe, vt in Cain. Iuda, & alijs disperatis, qui iudicant se damnandos. Spes tamen absque fide esse non potest, quia non potest quis certo expectare beatitudinem ex meritis & gratia, nisi credat beatitudinem esse quod non potest absque fide. *Fides potest esse sine spe sed non ecõuerso.*

¶Ex præmissis patet error modernorum hęreticorum, qui fidem nil aliud esse dicunt, quàm spem siue fiduciam. Qui quidem error fuit condemnatus in Concilio Tridentino, sessione 6. c. 12. vbi dicitur, Siquis dixerit iustificationem nil aliud esse, quàm fiduciam diuinæ misericordiæ peccata remittentis per Christum, vel eam fiduciam solum esse qua iustificamur, Anathema sit.

Ver. 6. *De diuisione Fidei Theologicę.*

B

102 FIDES Theologica est duplex, quędam est informis & quædam formata. Fides dicitur informis, quando est sine charitate, vt in Christiano, qui est peccato mortali, Fides formata dicitur, quando est cum charitate, quia charitas est forma virtutũ & per consequens fidei, non quidem forma intrinseca, cum charitas sit in volũtate, & habeat bonũ diuinum pro obiecto, & fides sit in intellectu, & pro obiecto habeat verum, Sed Charitas dicitur forma extrinseca aliarum virtutum, pro quanto ordinat eas in bonum suum scilicet diuinum Actus enim humani (vt dictum est) sortiũtur speciem a fine. Ideo finis potest quodam modo dici forma, cum det ei speciem. Et quia charitas potest ordinare actus omnium aliarum virtutum in finem suum, hoc est in bonum diuinum, ideo dat illis speciem meriti, cum omnis actus elicitus vel imperatus à charitate viæ, fit meritorius. Cum ergo charitatis moueat intellectũ ad eliciendũ actum fide, & ordinet illum in bonum diuinum, consequẽs est vt charitas sit forma fidei. Et tunc fides dicitur formata extrinsece, quia intrinsece fides absq; charitate existens, accipit speciem ab obiecto suo. & ideo potest dici formata intrinsece. Et quando est cum charitate, est formata & intrinsece & extrinsece. & ideo quando est cum charitate dicitur, simpliciter formata, & a D. Iac. 2. c. dicitur viua, & quando est destituta charitate, dicitur informis & mortua, eò quòd habet similitudinem quandam cum mortuo, quia sicut corpus dicitur mortuum quod non potest operari, sic cum fides sine charitate non possit operari meritorie, dicitur mortua, quãuis non omnino, cum habeat formam intrinsecam, & possit operari, & montes transferre, vt dictum est ex D. Paulo Sed similitudo tenet de opere meritorio. Et ideo sicut si anima corpori mortuo per diuinam potentiam reuniatur, idem corpus quod prius erat mortuũ, efficitur viuum ita quando per diuinam misericordiã restituitur peccatori gratia & charitas, eadem fides numero, quæ sine charitate erat informis, adueniente charitate efficitur formata, & viuens, ac potens operari meritorie. Et sic est eadem numero fides informis & formata. Vnde Glo. super illud Iac. 2. Fides sine operibus mortua est ait, Quibus reuiuiscit. Et quamuis cum venerit quod perfectũ est euacuetur id quod ex parte est siue imperfectum, quando imperfectum repugnat perfectioni, vt visio fidei visioni gloriæ, imperfectum tamen quod non repugnat perfectioni, nec est de ratione rei imperfectæ, adueniente perfectione, idem subiectũ perfectionis manet & perficitur, sicut (eo quòd pueritia non est de ratione hominis) idem homo qui erat puer efficitur vir. Sic quia esse sine charitate non est de ratione fidei, sicut esse de non visis. ideo adueniente charitate, eadem fides manet & perficitur, sed adueniente lumine gloriæ euacuatur. Ex quo patet quòd fides informis & formata non differunt specie, quasi in diuersis speciebus existentes, sed sicut perfectum & imperfectum in eadem specie.

2. 2. q. 4. ar. 5.
Fides informis quid.
Fides formata quid.
Fides absq; charitate, ẽ formata intrinsece, sed non extrinsece.
1. Cor. 13
Eadẽ fides numero est informis, et formata.

V Ver. 7.

Ver. 7 *De Causa Fidei.* B

FIDES Theologa siue informis siue formata non est virtus acquisita, sed 102
a.2 q 6. infusa, cùm ea circa quæ est, excedant rationem humanam. Miraculum etiã quod mo
uet hominem ad credendum, excedit facultatem naturę. Et quia miraculum non
sufficienter mouet ad credendum: quum videntium vnum & idem miraculum &
audientium vnum & eundem prædicatorem, quidam credant, quidam verò non.
Fides theologa etiam in formis est donum dei. Ideo oportet ponere aliam causam interiorem, ad interius excitandum intellectum
ad assentiendum his quæ sunt fidei per quam aliquis eleuatur supra naturam suam.
Et ideo a Deo mouetur per gratiam gratum facientem, vel gratis datam scilicet per
auxilium speciale siue instinctum specialem spiritus, sancti. Et sic habitus fidei est
donum à Deo infusum & permanens & actus fidei etiam est ex dono gratuito mo-
uente. Vnde de vtroque dicit D. Paulus Gratia Dei saluati estis per fidem, & non ex
Ephe. 2. vobis, ne quis glorietur, donũ enim dei est. & aliquando fides informis infunditur à
Deo, vt quum quis suscipit baptisma distractus, aut fictus fictione non opposita fi-
dei. Sicut etiam aliquibus datur absque charitate donum prophetiæ, vel gratia mira-
Deute. 32. culorum: Nec obstat illud, Dei perfecta sunt opera, sed fides informis est imperfe-
cta, igitur non est a Deo. Quia fides informis est perfecta in specie sua & perfectio-
ne intrinseca & essentiali quamuis non sit perfecta omnimoda perfectione extrinse-
ca & accidentali.

§. 2. *De Actibus fidei.*

Rom. 10.

FIDEI Theologicæ Diuus Paulus duos actus attribuit, interiorem videli- F
cet & exteriorẽ, ait, enim, Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad 102
salutem.

Ver. 1. *De actu interiori fidei.*

In libro de Præd. Sãc. ACTVS interior fidei dicitur credere. Hunc actum D. Aug. definit dicẽs, Cre A
dere est cum assensione cogitare. Et accipitur hic assensus pro adhæsione firma in- 102
In libro de Præd Sãc. tellectus, secundum quod a voluntate mouetur & determinatur ad credendum &
persistendũ in aliquo. Et nõ accipitur hic cogitare pro actu cogitatiuæ seu fantasiæ,
sed prout pertinet ad intellectum, non tamen inquirendo probationem, quamuis fi-
des habeat inquisitionem quandam eorum, per quæ homo inducitur ad credendum,
In libro de ser. Dom. quia scilicet sunt dicta a Deo, & miraculis confirmata. Hunc actum interiorem D.
Aug. diuidit in tres scilicet credere Deum. credere in Deo, & credere in Deum. Ad
cuius euidentiam sciendum est, quod Deus siue prima veritas se habet ad actum cre
dendi tripliciter. Primo, vt obiectum materiale, quod creditur, aut aliquid circa ip-
sum, & sic credimus Deum. esse trinum & vnum aut incarnatum, aut aliquid huius-
modi & hic actus dicitur credere Deum. Secũdo, vt obiectum formale siue vt ratio
Credere deũ quid. credendi, s. vt reuelans, quia credimus, rationes diuinæ reuelationis: Et hic actus dici-
tur credere Deo. s. reuelanti Et quia idem est actus, quo potentia tendit in obiectum
materiale & formale, vt visus eodem actu tendit in aerem illuminatum & in colorẽ,
ideo credere Deo & credere Deum potest esse vnus & idem actus, quo quis credit
Deum esse trinum & vnum, propter reuelationem diuinam, siue quia a Deo reuelatũ
Credere deo quid. ¶ Tertiò potest considerari Deus, vt se habet per modum finis, iuxta illud, Hæc au
Ioh. 20. tem scripta sunt, vt credatis, & vt credentes, vitam habeatis. & hic actus dicitur cre-
dere in Deum, hoc esset est credendo, Deum amare, & credendo, & amando, in Deũ
ire siue tendere. Et quamuis in hoc complexo (credere in Deum) cõprehẽdantur duo
actus scilicet intellectus & voluntatis, est tamen simpliciter vnus actus elicitus a fide
Credere in Deum quid & imperatus & ordinatus a voluntate. Nihil enim impedit vnum & eundem a-
ctum numero simul esse a pluribus virtutibus, vt ieiunium quod elicitur a tempe-
rantia, & imperatur ab obedientia, religione, & charitate, quia ordinatur ad obedien
tiam superioris & ad honorem Dei, & propter Deum summe dilectum, & sic secun
dum relationem erit multiplex, & vnus secundum essentiam.

Ver.

103 ACTVS exterior fidei est protestatio siue expresio actus interioris, signo sen sibili, hoc est, verbo vel facto manifestata. Sed quia quæ fit per verba, est manifestior & clarior, ideo D. paulus dicit, Ore autem confesio fit ad salutem non negat tamen alias protestationes & manifestationes fidei ad quas tenentur nunc fideles, in accipiendo sacramenta nouæ legis, quæ sunt de necesitate salutis, sicut olim in lege Moysi tenebantur ad sacrificia & sacramenta per legem determinata, & tempore legis naturæ ad sacrificia indeterminata. Et quia præceptum de fide est affirmatiuum, ideo non obligat pro semper, sed pro tempore & loco, quantum ad actum interiorem obligat, saltē omnibus diebus Dominicis. Quia præceptum morale est de sanctificatione sabbati. dicitur enim, Memento vt diem Sabbati sanctifices. Quæ quidem sanctificatio fieri debebat, sanctificando animas suas, ixuta illud, Sanctificabunt animas suas fiebat etiam reducendo ad memoriam beneficium creationis, & quietem Domini, quæ reductus absque fide fieri non poterat. Obligatur etiam aliquis ad exteriorem cōfesionem, sub pœna peccati mortalis pro loco & tempore, quando, s. per dimissionem huius confesionis substraheretur honor debitus Deo, & etiam utilitas proximis impendenda, vtputa si aliquis interrogatus de fide, taceret, & ex eius taciturnitate crederetur quòd non haberet fidem, vel quòd fides eius non esset uera, uel alii propter eius taciturnitatem auerterentur a fide. In huiusmodi casibus confesio fidei est de necesitate salutis, iuxta illud, Qui me confessus fuerit coram hominibus, & filius hominis confitebitur eum coram angelis dei. Qui autem me negauerit corā hominibus, negabitur coram angelis dei. D. Tho. dicit quòd in casu necesitatis (vbi fides periclitatur) quilibet tenetur fidem suam, aliis propalare ad aliorum fidelium instructionem & confirmationem, & ad reprimendam infidelium insultationem. Sed aliis temporibus instruere homines de fide non pertinet ad omnes fideles. Dicit etiam quòd si turbatio infidelium oriatur de manifesta fidei confesione absque aliqua vtilitate fidei vel fidelium, non est laudabile in illo casu fidem publice cōfiteri. Vnde dominus, Nolite sanctum dare canibus, neque spargeritis margaritas uestras ante porcos, ne conuersi disrumpant vos. Sed si vtilitas fidei aliqua speretur, aut necesitas adsit, contempta perturbatione infidelium, debet homo publice fidem cōfiteri. Vnde quum discipuli dixissent Domino quòd Pharisæi audito uerbo scandalizati essent, respondit, Sinite illos, Cæci sunt & duces cæcorum. Dominus Caietanus dicit quod aliud est occultare propriā fidem, aliud alienam fidē profiteri. Alienam fidem profiteri nunquam licet, neque verbo, nec signo. Peccaret enim quis mortaliter, si diceret se esse Iudæū aut Mahumetam, & etiam si acciperet circuncisionem, aut vteretur veste aut birreto siue quocunque alio signo proprio Iudæis, vt velamine in synagoga, vel etiam si vteretur signo proprio Mahumetanis, ut si quis in terra Soldani vel Turcarum uteretur tobalia alba in capite, quæ est illis propria, Occultare autē fidem pro tēpore nō est ex genere suo malū, sed pōt bene & ma le fieri. Vnde D. Sebast. pro aliquo tēpore fuit occultus Christianus, & quādā tempo re manifestauit fidē suā. Et sic licitū est pro tēpore & loco occultare, & manifestare.

2. 2. q. 3.

Præceptum fidei obligat diebus Dominicis.

Exo. 20.

Eccle. 2.

art. 2

Confesio exterior fidei quando cadat sub præcepto.

Luc. 12.

arti. 2. ad 3.

Matt. 15.

C Ver. 3. De necessitate credendi.

103 ACTVM credendi esse de necesitate salutis constat ex D. Paul. Sine fide impossibile est placere Deo, & Christus ait, Qui non crediderit, condemnabitur. & Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est. Quo autem tempore credendum sit, supra dictum est. Notandum tamen quod licet omnes teneātur omnia reuelata a Deo, credere explicite uel implicite, hoc est distincte vel indistincte, siue in communi, vt illi qui credunt omni quæ Ecclesia credit, implicite credunt. Non tamen tenentur omnes æqualiter explicite credere. Quanuis enim omnes teneatur explicite credere actu, uel habitu omnia prima credibilia, hoc est articulos fidei (de quibus paulo post dicemus) ac etiam omnia quæ specialiter proponuntur in solennitatibus ab ecclesia institutis, vt sacramentum pœnitentiæ cum partibus suis, quæ sunt contritio, confesio, & satisfactio. de quibus in loco, ac etiam Eucharistiæ quia hæc

2. 2. q. 2 art. 3.

Heb. 11.

Mar. ulti.

Ioh. 3.

proponit Ecclesia in 40. & de veneratione sancto um, qui ab Ecclesia proponuntur honorandi in solennitatibus, pręcipue in festo omnium Sanctorum & de eorum inuocatione, quia ad hanc inducit Ecclesia in Rogationibus, & de purgatorio, quod etiam proponit in commemoratione omnium fidelium & cultum imaginum, qui seruatur communiter & uniuersaliter in Ecclesia, & sic de aliis. Sic quod si per ignorantiam quis etiam rusticus crederet oppositis, aut opposita pronunciaret, non excusaretur totaliter a peccato, nec a pœnis, cum ignorantia eorum quæ qu s scire tenetur, nō excuset, Si quis enim ignorat, ignorabitur. In aliis autem maiores (ad quos pertinet, alios erudire, aut fidem defendere) tenentur habere pleniorem & magis explicitam notitiam credendorum, quam alii simplices, iuxta illud Parati semper sitis ad satisfactionem, omni poscenti vos, rationem reddere de ea quæ in vobis est fide. Et Iob. 1. Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta illos. vbi secundum D. Grego. per asinas intelliguntur simplices, & per boues maiores, a quibus simplices pasci & instrui debent de agendis, & credendis. Et sic maiores debent eis credibilia proponere, maxime articulos fidei, de quibus dicendum est.

1. Cor. 14. *1. Pet. 3.* *Iob. 1.*

§. 1. *De Articulis Fidei:*

ARTICVLVS significat quandam coaptationē partiū distinctarum sibi in- D
uicem coaptatarum. Vnde sicut particulæ digitorum sibi inuicem coaptatæ, articu- 103
li dicuntur, sic diuersæ res siue rationes diuinæ reuelatæ sibi inuicem coaptatæ, dicuntur articuli fidei. Eam ob rem Isidorus dicit, quod articulus fidei est perceptio diuinæ veritatis, tendens in ipsam, quæ enim in Deo vnum sunt, in intellectu nostro multiplicantur. Et sic Articulus est breuis sententia de diuinis rebus non visis credenda, & ideo ubi occurrit aliquid speciali ratione nō visum, ibi est specialis articulus, vbi autem multa secundum eandem rationem sunt cognita, ibi non sunt articuli distinguendi.

li. Ethym. *Articulus fidei quid.*

Ver. 1. *De cremento articulorum Fidei.*

ARTICVLI fidei creuerunt secundum temporum successionem, Vnde D. E
Greg. dicit. Secundum crementa temporum creuit scientia sanctorum patrum. Et 103
quanto viciniores aduentui Saluatoris fuerunt, tanto sacramenta salutis plenius perceperunt. Sic enim se habent articuli in doctrina fidei, sicut principia per se nota in doctrina, quę per rationem naturalem habetur. In quibus principiis est quidam ordo. Quia quædam in aliis implicite continentur quæ omnia reducuntur ad primum. Sic omnes articuli fidei implicite continentur in aliquibus primis credibilibus, scilicet vt credatur Deus esse. & prouidentiam habere circa hominum salutem, iuxta illud. Accedentem ad deum oportet credere quia est, & quod inquirentibus se remunerator sit, In esse diuino includuntur omnia quæ credimus de Deo. In fide vero prouidentiæ & remunerationis, includuntur omnia quæ a Deo temporaliter dispensantur, siue bona siue mala. Vnde fides est de pœnis inferni, licet non sint sperandę, cum spes sit de bono. Et quanuis secundum substantiam articulorum non sic factum augmentum per temporum successionem, (Quia quæcunque posteriores explicite crediderunt, implicite continentur in fide præcedentium patrum, qui omni tempore duos prædictos articulos crediderunt vnde Psal. Duo hæc audiui, Quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia. quia tu reddes unicuique iuxta opera sua.) Tamen quantum ad explicationem creuit numerus articulorum. Quia quædam explicite cognita sunt a posterioribus, quæ a prioribus non cognoscebantur explicite, vnde Dominus Moysi, Ego sum deus Iacob, Deus, Isaac, & nomen meum Adonai, non iudicaui eis Et Dauid dicebat, Super senes intellexi Et Ephe 3. Aliis generationibus non est agnitum mysterium Christi, qui familiarius, & perfectius nobis reuelauit. Ideo Apostoli clarius & perfectius intelligentes symbolum (hoc est regulam fidei) in duodecim articulos redegerunt, & eos ecclesiæ cunctisque fidelibus credendos tradiderunt.

2. 2. q. 1 art. 7. *Prima credibilia quæ sint.* *Heb. 11.* *Psal. 61.* *Exod. 4.* *Psal. 118.* *Ephe. 3.*

Ver. 2.

TESTE Clemente, quum Apostoli ad diuersas prouincias iuxta præceptum Domini discessuri essent, in vnum conuenerunt, & symbolum, hoc est regulam, fidei duodecim articulos continentem, ediderunt. Qui tamen duodecim articuli ad prima credibilia seu credenda, per Christum nobis proposita, Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum, reducuntur. Et ponuntur sex quantum ad diuinitatem, & sex quo ad humanitatem. Quantum ad diuinitatem primus articulus est de vnitate. Ideo dicitur, Credo in Deum, in singulari, & in symbolo patrum ad maiorem explicationem ante ponitur vnum. Secundus articulus pertinet ad Trinitatem, & sic adiungitur, Patrem, & in Iesum Christum filiũ eius vnicũ, & in spiritum sanctũ. Quatuor alii articuli circa diuinitatem, pertinent ad opera Dei. Et sic tertius articulus pertinet ad opus creationis. Vnde additur, creatorem cœli & terræ, in quibus omnia alia creata includũtur, iuxta illud Gen. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Quartus pertinet ad opus iustificationis. Ideo post mentionem de spiritu sancto (cui attribuitur iustificatio) dicitur, Ecclesiam sanctam, Catholicam, & Apostolicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum. Quintus ad opus resurrectionis. vnde sequitur, Carnis resurrectionem. Sextus ad opus glorificationis, quod erit vltimum. Ideo cõcluditur, Vitam æternam, amen. Quo ad humanitatem aũt proponuntur alii sex articuli. Primus pertinet ad incarnationem, quæ per conceptionem facta est, & per natiuitatem innotuit. Ideo dicitur in symbolo. Qui conceptus est de spiritu sancto, natus est ex Maria virgine. Et in symbolo patrum explicatur, Et incarnatus est de Spiritu sancto ex maria virgine, & homo factus est. Secundus pertinet ad eius passionem, mortem, & sepulturam. Ideo dicitur, Passus sub Pontio Pilato, mortuus, & sepultus est. Tertius ad descensum ad inferos. Quartus ad eius resurrectionem, Ideo dicitur, Tertia die resurrexit à mortuis, & in symbolo patrũ additur, Secundũ scripturas. Quæ verba debent referri ad omnia præcedentia & sequentia, quia omnes articuli continentur figuratiue in antiquo testamento, & sunt specialiter adiuncta articulo resurrectionis, quia tempore Apostolorum ille articulus habebat maiorem difficultatem propter Sadducæos, qui negabant resurrectionem. Quintus de ascensione ad cœlos & sessione à dextris. Ideo subditur, Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram patris. Sextus de aduentu eius ad iudiciũ. Vnde sequitur, Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Et sic sũt duodecim articuli quanuis aliqui ponant 14. septem ex parte diuinitatis, diuidentes articulum Trinitatis in tres, coniungentes articulum resurrectionis & glorificationis & septem ex parte humanitatis, diuidentes articulum conceptionis & natiuitatis. Et quanuis non sit nisi vna fides, tamen ponuntur 12. articuli, qui omnes ad vnum reducuntur, qui est credere diuinæ reuelationi. Sic etiam quanuis non sit nisi vna fidei confessio, tamen ponuntur diuersa symbola, hoc est regulæ, quæ ad vnam reducuntur. In omnibus enim symbolis fidei veritas docetur. Sed ibi oportet populum diligentius instrui, vbi errores insurgunt, ne fides simplicium per hæreticorum colores & errores corrumpatur.

F
105

Marginalia: 2.2.q.1. artic. 8. — Apostoli 12 ar. fidei ediderunt. — Gen. 1. — Quare in ar. resurrectionis additum est secũdũ scripturas. — Luc. 20. — Eph. 5.

¶Symbolum Apostolorum (quod dicitur Paruum Credo) tempore persecutionis editum fuit fide nondum publicata. Ideo eo temporum secrete dicebatur, sicut nunc in prima & completorio, quasi contra tenebras errorum præteritorum & futurorum deinde iam fide manifesta, editum fuit a patribus, symbolum declaratiuum symboli Apostolorum. Quod ecclesia pacem habens in missa alta voce fecit decantari, prout & nunc decantatur. Quanuis enim per doctrinam Christi & Apostolorum veritas fidei fuerit sufficienter explicata, tamen quia peruersi homines doctrinam Apostolicam & cæteras doctrinas ac scripturas peruertunt, ad suam ipsorum perditionem, ideo temporibus elapsis necessaria fuit conciliorum vniuersalium congregatio. Et eadem ratione nunc necessaria est fidei explicatio contra insurgentes errores, ne fideles decipiantur. Quam ob rem Athanasius determinationes concilii Niceni secutus,

A
103

Marginalia: Quare symbolum fidei dicitur in prima & completorio secrete. — 2. Pet. vlt.

 cutus,

cutus, manifestationem, & explicationem veritatis fidei conscripsit, non per modum symboli, sed doctrinæ, vt ex modo loquendi ipsius apparet. Sed quia integram fidei veritatem eius doctrina breuiter continebat, Idcirco eius doctrina, quasi regula & symbolum fidei, fuit approbata authoritate summi Pontificis, ad quem pertinet noua symboli editio.

Ver. 3. *De potestate condendi Symbolum fidei.*

2.2. q. 2. art. 1. POTESTAS Condendi symbolum ad summum Pontificem pertinet, quia ad eum pertinet toti communitati siue Ecclesiæ in necessariis prouidere. Igitur cum noua symbolis editio aliquando sit necessaria, & quando errores insurgunt (vt dictum est) ad illum pertineat, noua symboli editio, & sacræ scripturæ interpretatio, ad quem pertinet finaliter determinare ea quæ sunt fidei, vt ab omnibus inconcussa fide teneantur. Sed hoc pertinet ad authoritatem summi. Pontificis, ad quem maiores difficiliores Ecclesiæ quęstiones fruerentur. Vnde Ioan. 2. Pasce oues meas. Luc. 22. Petro dixit, Ego pro te rogaui, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Ideo in concilio ad determinationem fidei congregato, Act. 15. D. Petrus dixit, Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus elegit in vobis per os meum audire gentes verbum euangelii, & credere. Deinde dedit resolutionem, Quid tentatis Deum, &c. Vnde & in c. quotiens 24. q. 1. dicitur, Quotiens fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres nostros, & coepiscopos non nisi ad Petrum, hoc est ad sui nominis authoritatem, referri debere. Contra cuius authoritatem nec Hie. nec Aug. nec aliquis sanctorum doctorum suam diffendit sententiam. Vnde D. Hie. ad Damasum papam ait, Hæc est fides (Papa beatissime) quā in catholica didicimus Eccle. in qua si minus perite, aut parum caute, forte aliquid positum, est emēdari cupimus a te qui Pe. fidem & sedem tenes. Si autem hæc nostrā confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicunque me culpare voluerit, se imperitum vel maleuolum vel etiam non catholicum non me hæreticum, comprobabit. Nec obstat edictum Nicenæ synodi, quo cauetur Decreuit sancta synodus aliam fidem nulli licere proferre vel conscribere, præterquam quod definitum est a sanctis patribus. qui in Nicena synodo congregati sunt. Quæ sententia synodi se extendit ad priuatas personas, quarum non est determinare de fide. Non enim per huiusmodi synodi sententiam ablata fuit potestas sequenti synodo nouam symboli editionem facere, Non tamen aliam fidem continentem, sed magis expositam. Sic enim quælibet synodus obseruauit, vt sequens synodus aliquid exponeret, propter necessitatem alicuius insurgentis hæresis. Cum ergo ad summum pontificem pertineat congregare & concludere, ac pronunciare quæ a synodo determinata sunt, sequitur quod ad eum principaliter pertineat noua symboli editio. Si dicatur, Summus pontifex errare potest, & in animo suo concipere aliquem articulum orthodoxe fidei contrarium, & etiam priuatim proferre, vt legitur de Anastasio 2. Si ergo posset nouum symbolum edere, fides Ecclesiæ vnius hominis periculo subiaceret, Dicendum quod summus pontifex vt priuata persona errare potest, non tamen vt est summus pontifex. Ideo fit vt priuata persona symbolum edere tentaret, non esset symbolum, maxima vbi à vera fide deuiaret. Si autem procedat & pronunciet vt summus pontifex, errare non potest. Papa autem operatur, & pronunciat vt summus pontifex, siue vt papa, quando obseruat ritum in conciliis Apostolorum & sanctorum patrum definitionibus obseruari solitum, vtputa quando vocat concilium sensorum, hoc est. Episcoporum. & instat instareque facit orationibus, & inuocat Spiritum sanctum, cuius assistentia Ecclesiæ promissa est, imo & ipsemet se talibus congregationibus affuturum pollicitus est, & non patietur ipsum errare. Et sic quod Papa vt papa, siue vt summus Pontifex, facit concilium rite congregatum, quod repræsentat vniuersalem Ecclesiam, facit. Sedes enim Romana concilio rite congregato directa, in determinationibus fidei & bonorum confirmata est vt errare non possit. Vnde Petro dictum est, Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquādo cōuersus, confirma fratres tuos Et quibus verbis

Marginal notes: *Ioan. 20. Luc. 22. Act. 15.* — B 103 — C 105 — *Summus pontifex ut particularis persona errare potest Papa quando operatur vt Papa. Sedes Romana quādo errare non potest.*

bis apparet Christum non orasse pro fide Petri, vt priuata persona erat, cum d. fecerit, sed orauit pro fide Petri, hoc est Ecclesiæ Petri, quæ est vniuersalis. Et non pro fide aliorum Apostolorum, siue pro sedibus & ecclesiis aliorum Apostolorum siue successorum eorundem, quas constat aliquando errasse. Sed sedem Petri, hoc est Ecclesiam Romanam nunquam inuenimus errasse, cum rite concilium conuocauit, & solennitates obseruari solitas seruauit. Quòd si aliquando non fuerunt seruatæ, & error inueniatur, non debet adscribi Ecclesiæ, aut sedi Petri siue Romanæ, sed personæ priuatæ Pontificis, qui suo sensu iudicare præsumpsit. Si circa hanc materiam ampliora desideres, vide dominum Cardinalem de Turrecremata, in 2. lib. Summæ, quam edidit de Ecclesia.

Ver. 4. *De Canonizatione Sanctorum.*

D CVM canonizatio Sãctorum sit quædam fidei protestatio, consequens est quòd *Quod lib.*
104 ad summum Pontificem pertineat, & quod summus Pontifex in canonizatione Sanctorum, seruando ritum & solennitates obseruari debitas, errare non possit. Ad cuius euidentiam supponendum est primo, quod canonizatio alicuius nihil aliud est quam sanctitatis alicuius hominis approbatio, certificatio, & manifestatio, atque propositio venerationis illius toti Ecclesiæ catholicæ, ad sancti inuocationem, & beneficiorum Dei per eius inuocationem, impetrationem & receptionem. Et sic tria sunt de canonizatione alicuius Sancti. Primum, sanctitatis eius approbatio. Secundum, sanctitatis eius acceptæ a populo Christiano veneratio. Tertium, fidei totius Ecclesiæ beneficia illius Sancti poscentis confirmatio. Hæc enim tria solum pertinent ad summum pontificem. Nam sicut solius Christi est hominem sanctificare, causando in eo sanctitatem, secundum illud, Ego Dominus qui sanctifico eos, Ita solius Papæ (qui est Christi vicarius) est hominum sanctitatem approbare & manifestare, & toti Ecclesiæ proponere, & eorum venerationem mandare, cum inter puros homines Papa sit caput Ecclesiæ. Præterea publica atque exterior sanctorum veneratio est quædam fidei protestatio, igitur ad illum solum pertinet ad quem, spectat quæstionem fidei terminare, Sed hoc pertinet ad solum papam (vt dictum est versicu præcedenti) igitur, &c. Et quamuis ad Episcopum, clero & populo assistente alicuius Sancti canonizati pertineat indicere festiuitatem siue solennitatem, non tamen vniuersaliter, nec illum canonizare, Et ideo in cap. 1. extra de reliquiis, & veneratione Sanctorum, prohibetur ne aliquis absque authoritate Romanæ ecclesiæ, pro sancto veneretur. Quod autem circa canonizatione sanctorum papa (ut particularis persona) possit errare manifestum est, quia (ut particularis persona) non est confirmatus nec præseruatus ab errore. Sicut enim in aliis quæ sunt facti, vt in promotionibus & collationibus beneficiorum, ac etiam in sententiis iudicialiter pro aliquibus contra aliquos latis, errare & decipi potest per falsas probationes & attestationes, quibus innititur. Sic in canonizatione, procedendo vt particularis persona. Quia vt talis procedens, innitendo suæ prudentiæ, & non seruando ritum in talibus a sanctis patribus seruari solitum, etiam innititur medio fallibili, scilicet testimonio humano, quod inani gloria vel turpis lucri gratia fingi & falsificari potest. Sed procedendo vt summus Pontifex, s. cum facit quod in se est, & secundum ritum & consuetudinem ecclesię & sanctorum patrum, errare, aut decipi non potest. Tunc enim comparatur ad diuinam prouidentiam, quæ ecclesiam suam spiritu sancto dirigit, ut non erret, sicut promisit, inquiens spiritus paracletus, quem mittet Pater in nomine meo, docebit vos omnem viritatem, scilicet de necessariis ad salutem, qualia sunt ea quæ pertinent ad bonos mores & ad fidem, ad quam notum est pertinere aliquorum sanctorum publicam venerationem, & inuocationem, quæ est quædam fidei protestatio. Et ideo sicut diuina prouidentia per spiritum sanctum præseruat ab errore & deceptionem in determinatione eorum, quæ sunt fidei, sic etiam præseruat in canonizatione sanctorum, nec patitur ipsum errare aut decidi. Nec obstat quòd aliquis minus certus est de sanctitate alterius, quam de sua de qua est incertus, iuxta illud, Nemo scit an odio, vel amore dignus sit.

Quod lib. 9 arti. ult. D. Antoni. Flo. in 3. p. summæ tit. 12. c. 7. & tit. 22. c. 5. §. 5.

Tria sunt de canonizatione alicuius Sancti.

Leuit. 22.

Ioan. 14.

V 4 & illud

Eccle. 9 & illud Apostoli, Nil mihi conscius sum, sed nō in hoc iustificatus sum. Quia quum
1. Cor. 4 papa procedit vt papa, certificari potest de statu & sanctitate alicuius, non solum
1. Cor. 2 per testes, sed etiam per attestationes miraculorum, & per instinctum spiritus sancti, qui omnia scrutatur, etiam profunda dei. Ideo non innitur solum medio fallibili, sed infallibili. Nec obstat pariter quod D. Aug. dicit, Multa corpora uenerantur in terris, quorum animæ cruciantur in inferno, Quia non loquitur de sancti canonizatis, sed de gentilibus. ¶ Notandum tamen quod ad hoc quod papa in canonizatione sanctorum procedat ut papa, non debet esse præceps, nec statim aliquem sibi denuntiatum sanctum canonizare, maxime his temporibus nouissimis, in quibus est magna raritas uerorum miraculorum, quæ sunt signa attestationis, ne a dæmone, vel necromanticis conficta miracula narrentur, turpis lucri gratia, vel humanæ laudis appetitu. Quanto enim negotium magis est arduum, tanto maiori maturitate est determinandum. Vnde nec Christus statim suscitauit Lazarum, sed multis præmissis ceremoniis. Ideo canonizationis mysterium non est statim peragendum, F
sed per menses & annos differendum. Non enim ad canonizandum aliquem suffi- 104
cit, quod magnam habuerit scientiam quia scientia non facit hominem bonum simpliciter, sed secundum quid, vnde Apost. Si habuero omnem scientiam, &c. Nec
1. Cor. 13 etiam sufficit quod habuerit prophetiā, quæ est cōmunis bonis & malis. Vnde Mat.
Mat. 7 7. Multi dicent in illa die, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus? &c. Nec etiam procedendum est ex fama alicuius orta ex populo, sed testimonio maiorum, qui sunt sanioris consilii & iudicii, propter firmitatem fidei, quæ debet haberi. Ideo expectanda est frequens miraculorum operatio, & diuulgatio famæ operum misericordiæ, vt fides de eius sanctitate in cordibus christiani populi, firmetur, & ro-
12. Solennitates seruā da in cano nizatione sanctorum boretur. ¶ Quare secundum ritum Romanæ Ecclesiæ, duodecim per ordinem sunt obseruanda. Primum est frequens denuntiatio miraculorum, & requisitio canoni- A
zationis, quod pro sancto veneretur, vt multiplicatis intercessoribus, largiatur deus 104
quod petitur. Secundum est, commissio examinationis faciendæ. Tertium, commissionis executio & inquisitio. Si enim ad collationem graduum & dignitatum, & administrationem Ecclesiæ, & distributionem bonorum Ecclesiæ militantis, diligens adhibenda est inquisitio de ętate, & qualitate ordinandorum, iuxta c. miramur. 60 dist. a fortiori circa gradum & statum perpetuum Ecclesiæ triumphantis facienda est diligens & matura inquisitio cum maioribus & cum his qui sunt maioris & sanioris iudicii, de origine, de progressu vitæ, maioribus continuatione illorum, de patientia, simplicitate, miraculis in vita & post mortem factis. Quartum, inquisitionis factæ relatio in consistorio, vocatis dominis Cardinalibus & aliis proximioribus prælatis. Quintum, relationis & inquisitionis factæ diligens & matura examinatio. Sextum, examinationis factæ per consistorium discussio. Septimum, secreta definitio & terminatio. Octauum manifesta publicatio. Nonum, diei canonizationis assignatio. Decimum, domini Papæ, & assistentiū genuflectio, orationis deuotio, ac Spiritus sancti inuocatio, vt non permittat suam ecclesiam errare aut decipi. Vndecimum est, sermocinatio, & miraculorum ac operum misericordiæ recitatio, nec non ipsius Sancti in cathalogo Sanctorum discriptio. Duodecimum, missę in honorem ipsius Sancti celebratio, & canticorum spiritualium persōnatio, & beneficiorū Dei ad ipsius Sancti canonizati inuocationem postulatio. In primitiua tamen ecclesia nō seruabantur hæc omnia propter duo. Primo, quia tūc Sancti, vt in pluribus, erant martyres, in quibus non requiritur tanta examinatio,
An non canonizatis preces dirigi possint et uota circa sepulchrum affigi. sicut in confessoribus. Secundo, quia ex feruore fidei & meritis christi miracula. & alia opera sic erant euidētia, quod non poterāt aliqua tergiuersatione celari dicit tñ Innocentius, Non negamus quin liceat preces alicui defuncto, quem quis credebat optimū virū, & nunc nec esse christo, licet non canonizatio, porrigere & uota Deo ad eius inuocationem facere, in testimoniū exauditionis. & uota siue promissa in signum miraculi reddere. & circa sepulchrū priuatim non publice affigere. Non licet tñ ea a sacerdote solenniter recipere aut publicare, sicut licitum est de canonizatis.

Quan-

B Quanuis alicui uouenti in testimonium miraculi etiam coram aliis, sine solennita- *Tob. 12.*
104 te tamen, circa sepulchrum liceat affigere. Hæc enim est via probationis sanctitatis, & illorum priuatam affixionem prohibere, esset sanctitatem sanctorum & opera Dei occultare, contra illud Raphaelis. Sacramentum regis abscondere bonum est. Opera autem dei reuelare & confiteri honorificum est. ¶ Notandum insuper quod nullus sanctorum patrum antiqui testamenti est ab ecclesia canonizatus. Quia qui a deo tanquam superiore, est canonizatus & approbatus, non eget ab hominibus approbari siue canonizari. Sancti enim multi qui ante incarnationem Christi pie uixerant, fuerunt in pluribus scripturæ locis approbati, & maxime Eccl. 44. & aliquorum approbationem recitat Apostolus Heb. 11. Ecclesia vero eorum sanctitatem & exemplaritatem proponit imitandam, & eorum orationibus se commendat in generali Eorum tamen approbationem & canonizationem non sollennizat, nec festa pro illis indicit, duplici ratione. Primò, ne uideatur ceræmonias Iudæorum (quæ tanquam vmbra transierunt) obseruare. Secundò, quia cum illi non essent in tempore plenitudinis gratiæ, mors illorum non introducebat eos in paradisum, sed in lymbo recludebantur, adhucque in pœna peccati originalis detinebantur. Ideo mors illorum non poterat natiuitas nominari, sicut mors Sanctorum post Christi ascensionem decedentium. Et propter illam causam eorum reliquiæ non uenerabantur, ac etiam ne inducerentur Iudæi, alias proni ad idololatriam. Ideo (vt habetur in canonica D. Iudæ apostoli) noluit deus corpus Moysi Iudæis manifestari, licet diabolus procurare uellet, sed prohibitus fuit a Michaele. Nunc vero reliquiæ sanctorum canonizatorum venerantur, eo quod sunt in gloria, & non in pœna. Nec nunc est talis promptitudo siue periculum ad idololatriam, sicut tunc. Cauendum est tamen ne absque sedis apostolicę authoritate venerentur, aut transferantur, aut extra reliquiaria ostendatur, nec exponantur væuales. Nec permittatur delatoribus uariis figmentis, aut falsis documentis simplices decipere, vt habetur in c. fin. extra de reliquiis, & veneratione sanctorum.

Quare patres antiqui testamenti non sunt ab ecclesia canonizati.

Ver. 5. *De habentibus Fidem*

C CVM fides sit quoddam seminarium beatitudinis supernaturalis, & quoddam 2.2.q. 5.
104 præsuppositum ad gratiæ & charitatis vsum, consequens est vt omnes viatores qui per gratiam vocati fuerunt ad beatitudinem supernaturalem, habuerint fidem infusam. Hinc est, quod omnes angeli in primo instanti habuerunt fidem infusam, quum omnes (secundum D. August.) creati fuerint in gratia, a qua fluunt omnes virtutes. Eadem ratione Adam & Eua in statu naturæ integræ, & sic de aliis viatoribus vocatis ad gratiam vel gloriam. Verum quia fides repugnat clare visioni, vt dictum est, sequitur quod beati in patria non habent fidem. Eadem ratione Christus nunquam habuit fidem, quia ab instanti conceptionis fuit comprehensor, & clare uidit diuinam essentiam. Sed quum nullum donum gratuitum (saltem perfectibile) remaneat in dæmonibus aut damnatis, & fides etiam informis (vt dictum est) sit donum dei, consequens est dæmones, aut damnatos non habere fidem habitualem. Et quanuis dæmones credant & contremiscant, hoc tamen non faciunt ex fide & pia affectionem quæ (vt dictum est) requiritur, sed ex perspicacitate intellectus naturalis, & ex euidentia signorum excedentium facultatem naturæ, in testimonium doctrinæ Christi adhibitorum, necessitantur, & cogunrur assentire firmiter, siue credere doctrinam Christi, Apostolorum, ac ecclesiæ esse a deo. Licet ipsi res quas ecclesia docet, non videant, & displiceat illis quod sint tam euidentia signa, vt credere compellantur. Et ideo in nullo malitia eorum minuitur per hoc quod credunt. Nec etiam in damnatis pœna propter caracterem indelebilem, qui (licet sit donum gratuitum) in eis manet, non inquantum perfectibile, sed inquantum est punitiuum, & ad maiorem confusionem. Et licet D. Thom. dicat quod magis potest esse fides informis in damnatis quam spes, non tamen asserit quod fides maneat in damnatis, sed quod non tantum repugnat eis sicut spes, eo quod D. August. dicit fidem esse & bonorum & malorum, rerum præteritarum, præsentium, & futurarum, suarum & alienarum, sed

Beati non habent fidem.
Christus non habuit fidem.
Iac. 2.
Demones & damnati fidem habent.

spem

spem esse solum bonarum futurarum ad se pertinentiū. Bona aūt diuina nō sunt eis possibilia, quamuis ex fide acquisita cognoscant multa supernaturalia, præcipuè beatitudinem amissam culpa eorum, propter quam cognitionem torquentur. de fide acquisita vide versu sequenti.

Ver. 6. *De Fidei augumento & corruptione.*

Luc. 17.

Charitas per quodli bet peccatū mortale cor rumpitur.

FIDES theologica augeri potest & extensiuè, & intensiuè, iuxta illud, Adauge nobis fidem deperditur autem & corrumpitur in via, non per quodlibet peccatū mortale. vt charitas quæ per quodlibet peccatum mortale corrumpitur demeritoriè, & effectiuè dispositiuè demeritoriè quidem, quia peccator per peccatum mortale meretur priuari gratia & charitate, & effectiuè, eo quòd quodlibet peccatum mortale directè contrariatur charitati & dilectioni Dei. Et ideo corrumpit effectiuè, sed non totaliter, quia vnus actus appetitiuę virtutis non potest corrumpe e habitum, sicut nec causare, sed dispositiue, sicut non auget nisi sicut dicit, D. Thom Et idem dicit ibi de aliis virtutibus infusis, & quia demeretur, ideo Deus totaliter illum priuat. Sed non est sic de fide, quia non omnia peccata cōtrariantur directè ipsi fidei, sed solum infidelitas. Et ideo per infidelitatem deperditur demeritoriè, & effectiuè dispositiuè, pp contrarietatē. Et licet propter quodlibet peccatum mortale mereatur homo priuari omnibus donis gratuitis, & per consequens fide, Veruntamen Deus (qui sua ineffabili clementia punit citra condignum, & vult hominē ad supernaturalem beatitudinem semel vocatum, habere principium & seminarium vitæ supernaturalis, ad quam vocatus est, per quod possit ad pœnitentiam consultam & præceptam reduci) non priuat. Vnde Christus peccatoribus dicentibus. Nos audiuimus ex lege quòd Christus manet in æternum, dixit, Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, ne tenebrę uos comprehēdant. Ideo propter quodlibet peccatum mortale non priuat fide, sed bene tunc, quando peccator directè se disponit ad corrumpendum tantum donum. Et cum pœnitentia sit mediū reductionis, hæretici (qui circa pœnitentiam errant, sicut Lutherani) vix possunt recuperare fidem habitualem, quæ est donum Dei, vt dictum est. Quia hoc donum non datur nisi per sacramentum baptismi vel pœnitentiæ, saltem in voto. Et cum nō habeat in voto pœnitentiam, ideo, & ext. ¶ Præterea notandum quòd hæreticus discredens vni articulo, non habet fidem de aliis, sed solum opinionem. Ratio est, quia species cuiuslibet habitus pendet ex ratione formalis obiecti, qua sublata, species, habitus remanere non potest. Sed obiectum formale fidei est veritas prima, prout manifestatur in scripturis sacris sane intellectis. & doctrina Ecclesiæ, quæ procedit ex veritate prima. Ideo quicunque non inhæret doctrinæ Ecclesiæ, quæ procedit ex veritate diuina in scripturis sacris reuelata, sicut infallibili regulæ, non habet habitum fidei, sed his quæ sunt fidei, alio modo assentit, quàm per fidem. Sicut si quis assentit alicui conclusioni, non habens neque cognoscens modum demōstrationis illius, non habet fidem sed opinionem, aut secundum aliquos fidem acquisitam humanam vel imperatam, non tamen ex fide theologa. nam D. Tho. dicit quòd actus procedens ex habitu infuso, non causat habitum, sed confirmat præexistentem. Sicut medicinalia remedia adhibita homini sano, per naturam non causant aliquam sanitatem, sed præhabitam corroborant. & probat. Quia vel essent eiusdem speciei, vel diuersæ non primum, quia duo accidentia solo numero differentia, non possunt esse in eodem subiecto, nequæ secundum, quia habitus non est causa æquiuoca, & actus illius est eiusdem speciei, & ideo causaret habitum eiusdem speciei, quod improbatum est. Heretici non habent de aliis quibus credunt, fidem, habitualem theologicam, acquisitam ex actibus fidei infusę, nec actum fidei theologicæ, sed possunt habere fidem humanam imperatam, vel acquisitam ex reuolutione librorum, aut disputatione theologica, cui per voluntatem & proprium iudiciū adeo firmiter adhærent, quòd se exponerent periculo mortis, sicut faciunt prodogmatibus hæreticis Et quamuis dicat se illis credere, quia reuelata sunt a Deo, non tamē faciunt prout hæc coniunctio (quia) dicit causalitatē, quia tunc crederent omnibus reuela-

De Vir. in communi, ar. 11. ad 4

Fides non corrumpitur, nisi per infidelitatē

Mat. 4.

Ioan. 12.

Heretici circa pœnitentiam errantes non possunt fidem recuperare.

..2. q. 5. ar. 3.

..2. q. 51. ar. 4. ad 3. & in eodē. ..q. 82. ar. 1. ad. 1.

Actus fidei infusæ non causat habitum.

C 109

B 109

reuelatis, vt patet per exponentes. Sed bene prout hæc coniunctio (quia) dicit quandam circunstantiam obiecti. Et licet id quod credunt, sit de supernaturalibus reuelatis a deo, tamen proprio iudicio & voluntate, & non eo modo quo fideles, qui assentiunt simpliciter, inhærendo primæ veritati, credentes, omnia quæ ab ecclesia proponuntur credenda, esse reuelata a deo, ad quod homo indiget adiuuari habitu fidei, quam hæretici non habent.

§.4. *De iustificatione fidei.*

F CIRCA impii iustificationem olim duo fuerunt errores, qui sunt a nobis vitādi. Primus fuit Pelagii & Sequaciū, q̄ iniciū iustificationis tribuebāt libero arbitrio, & facilitatē ipsi gratiæ. Contra hos est illud, Nemo pōt uenire ad me, nisi pater meus traxerit eū. Alii totā iustificationē attribuebant ipsi gratiæ, & nihil libero arbitrio. Et cōtra istos est illud, Conuertimini ad me, & ego cōuertar ad vos. Nos aūt hos errores declinātes doctrinā Ecclesiæ catholicæ sequemur. Ad cuius euidentiam supponendū est primo quod iustificatio hic non accipitur pro iustitia, vel dispositione ad iustitiā, quibus modis manifestū est, quod præcepta legis Moysi iustificābat inquātū disponebant ad gratiā Christi iustificantē, ideo dicebātur Iustificationes domini. Secūdum accipit iustificatio pro adeptiōe habitus iustitiæ nō acquisitæ, quia illā hō pōt naturaliter acquirere. Vnde Apost. Si Abrahā ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum, Sed accipitur his iustificatio pro adeptione primæ gratiæ, per quam iustificamur apud Deum. Secundo supponendum est quod aliquis dicitur impius dupliciter. Primò negatiue, quando non habet pietatē siue gratiā quæ dicitur iustitia diuina inquātum facit rectitudinem hominis in interiori dispositione, prout scilicet supremum hominis (quod est ratio siue intellectus & voluntas) subditur Deo, & inferiores vires rationi. Ideo a Philosopho dicitur iustitia metaphorice, a nobis autem dicitur iustitia anthonomatice. Et si aliquis crearetur in puris naturalibus, esse impius negatiuæ, Secundo aliquis dicitur impius priuatiue, quia non habet pietatem siue iustitiam quam tenetur habere, habetq́ue inordinationem repugnantē gratiæ, puta peccatum mortale aut originale. Tertiò supponendum est quod iustificatio impii, reconciliatio, reparatio lapsi, & sanctificatio idem sunt, sed differunt ratione, vt ex ipsis nominibus elici potest. Essentialiter autem (prout hic accipimus) nil aliud, sunt, quam motus siue mutatio quædam, qua ex impio, iniusto, inimico, & immundo, fit mundus, amicus, pius, & iustus simpliciter, quæ iustitia fit per gratiam & potest fieri dupliciter. Primo ex impio negatiue, & per simplicem emanationem absque præparatione præuia, & sic omnes angeli in primo instanti, & D. Virgo, imò & anima Christi fuerunt iustificati & sanctificati, non tamen ex impietate priuatiua sed negatiua, quia iustitia diuina non fuit illis naturalis, sed gratis data. Alio modo potest fieri iustificatio & sanctificatio impii, ex impietate priuatiua. Et hoc modo nec angeli, nec D. Virgo, nec anima Christi fuerunt iustificati, cū nūquam antea fuerint in peccato. Sed hæc iustificatio & sanctificatio tantum pertinet ad eos qui fuerunt in originali vel mortali peccato, quia hoc modo iustificatio importat transmutationē de statu iniustitiæ ad statū gratiæ De hac loquitur Apostolus Ro:4. dicens, Ei autem qui non operatur, credenti in eum qui iustificat impium, &c.

Ioh. 6.
Zach. 1.
1.2.q.100 ar. 12.
Luc. 18.
Rom. 4.
Impius negatiue & positiue quid.
5. Ethic.
Iustificatio dupliciter fieri potest.

A 105
B 105

¶ Et quia in omni motu receditur a termino a quo, & acceditur ad terminum ad quem, a quo principaliter motus nominatus, ideo iustificatio, qua recedit homo a peccato, & accedit ad iustitiam, dicitur iustificatio. Hæc autem iustificatio fit dupliciter. Vno modo circa eos, qui non habent vsum liberi arbitrii, vt in pueris, & furiosis, siue amentibus a natura qui iustificantur sine concursu liberi arbitrii, per sacramentū baptismi, quod est spiritualibus regeneratio, & ideo sicut in generatione non requiritur concursus generati, ita etiam in regeneratione illorum qui non habent vsum rationis, & si habuerint, deinde inciderint in amentiam, requiritur concursu regenerati, & sic non iustificantur, nisi prius habuerint baptismū in voto. Alio modo fit iustificatio in habentibus vsum liberi arbitrii. Et ad illorum iustificationē aliqua requiruntur ex parte Dei, & aliqua ex parte peccatoris. Ex parte dei requiruntur duo,

Ad iustificationem paruulorū non requiritur actus proprius.

1 2 q. 112 ar. 1. duo. Primum est peccati & culpæ remissio & gratiæ, virtutum, & donorum superna-
turalium infusio, iuxta illud Rom. 8. Quos prędestinauit, hos & vocauit per inter
Quæ requiruntur in iustificatione adultorum. nam inspirationem, vel auxilium speciale, Et quos vocauit, hos & iustificauit per re-
missionem peccatorum, vt dicit Glos. Quos autem iustificauit, illos & magnifica-
uit per infusionem gratiæ, per quam consecuturi sunt vitam eternam. Ideo Rom. 3.
Iustificati gratis per gratiam ipsius ex parte autem peccatoris requiritur præpara-
tio, iuxta illud. Præparate corda vestra Domino. Et Amos. 4. Præparate in occursum
2. Reg. 8. Domini dei tui Israel, & Prouerb. 16. Hominis est pręparare, &c. hæc præparatio
communiter & de lege requiritur in adultis. Vnde D. August. ait, Qui creauit te se
cit te sine te, non saluabit te sine te. Ex quo patet quòd multum errant qui dicunt
præparationem non requiri, & hominem se habere mere passiue. Hic error fuit con
demnatus in Concilio Tridentino, sessione 6 can. 4. Vbi dicitur. Si quis dixerit libe
rum arbitrium a Deo motum & excitatum, nihil cooperari, consentiendo Deo exci
tanti, & vocanti vt ad iustificationis gratiam se disponat atq; præparet, neque possit
dissentire, sed velut inanime quoddam nil agere, mereq; passiue se habere, Anathe
ma sit. Hæc præparatio fit per auxilium speciale dei, quod semper est præparatum
homini facienti quod in se est.

Quãdo homo, dicatur facere quod in se est. ¶ Dicitur autem facere quod in se est, quando cessas a peccato, & anhelat quo-
dam modo ad bonũ rationis, licet enim non simus sufficientes ex nobis quasi ex no-
bis, aliquid cogitare vel operari perfecte sed omnis sufficientia nostra ex Deo sit
tamen eum concursu generali, mediante sindeRESi, assistente fide, per liberum arbi-
2. Cor. 3. trium possumus aliquo modo conari ad bonum, licet non possimus perficere. Sicut
homo valde infirmus licet non possit surgere potest tamen anhelare & conari. Sic C
peccator, &c. In tali ergo imperfecto & inefficaci conatu dicitur facere quod in se 105
Rom. 7. est, siue quod est in sua potestate, iuxta illud, Non enim quòd volo bonum, hoc ago.
Sequitur, Velle addiacet mihi perficere autem non inuenio. Sic conanti deus sua pro
clamata misericordia adest, & conuertitur ad eum suo auxilio speciali, quod dicitur
gratia præueniens, intellectum mouens ac cogitationem, salutis per fidem ostendẽ-
Thre. 5. do vtilitatem peccati commissi, & beatitudinem siue gratiam recuperabilem, & exci
Hier. 31. tando affectum eius ad prosequendum inspirationem. Nec obstat quòd diuus Pau-
lus peccando & prosequendo Ecclesiam Dei iustificatus est, quia quum homo se ad
gratiam præparare non possit, nisi Deo præueniente, iuxta illud. Conuerte nos Do
mine ad te & conuertemur. Postquam conuertisti me, egi pœnitentiam, non refert
vtrum quis subitò vel paulatim ad perfectã pręparationem perueneniat, facile enim
est in oculis Domini honestare pauperem. Contingit enim quandoque quòd
Deus mouet hominem ad aliquod bonum, non tamen perfectum, hoc facit regu-
lariter & vt in pluribus. Quia quum Deus disponat omnia suauiter, mouet homi-
Eccl. 11: nem secundum modum suæ naturæ, qui est vt procedat de imperfecto ad perfectum
vt videmus corporalibus ita proportionabiliter in spiritualibus. Non enim statim
beatificat, nec statim consummatum in gratia facit, sed secundum modum hu-
manum mouet: Primò per auxilium speciale ad, aliquod bonum imperfectum
simpliciter, tamen perfectum in genere suo, sicut ad considerandum enormitatem
peccati, & infinitam Dei misericordiam, & hæc præparatio procedit gratiam.
Iob. 6. Quandoque vero statim & subitò mouet hominem supra modum naturalem ipsius
ad bonum perfectum, & hoc modo subitò accipit gratiam, iuxta illud, Omnis
qui audiuit a patre meo, & didicit, venit ad me scilicet subitò. Et ita fuit in Diuo
Conuersio miraculosa quæ dicatur. Paulo. Quia cum esset in progressu peccati, subitò perfecte motum est cor eius a
Deo, audiendo & discendo. Vnde statim dixit, Domine quid me vis facere? & sic su
bitò consecutus est gratiam. Et quia supra modum naturalem, vt dictum est, ideo
eius conuersio est miraculosa, & celebratur ab Ecclesia, quemadmodum, & con-
uersio D. Magdalenæ. Hæc præparatio quæ fit subitò & in instanti, dicitur per-
fecta, & simul est cum ipsius gratiæ infusione, & est meritoria, prout contritio,
non quidem gratiæ quam iam habet, sed gloriæ, quam nondum habet. Sed alia
præpa-

præparatio quæ fit paulatim ; etiam a Deo est, & dicitur imperfecta, quia præcedit donum gratiæ gratum facientis & hæc non sufficit ad meritum, homine nondum per gratiam iustificato, cum nullum meritum possit esse absque gratia & ideo prima iustificato perfecta sine imperfecta dicitur fieri gratis, & non ex debito operis præcedentis, quod opus etiam si fit a Deo præueniente, non est meritorium, neque est ei debita gratia, ideo datur gratis.

Ver. 1. *De quatuor requisitis ad iustificationem.*

D
106 AD hanc præparationem requiruntur quatuor actus, s. fidei, spei, pœnitentiæ, & charitatis in qua iustificatio perficitur & consummatur. De actu fidei certum est ex D. Pau. Ei autem qui non operatur, credenti in eum qui iustificat impium, fides reputatur ad iustitiam, secundum propositum gratiæ dei. & deinde, Iustificati igitur ex fide, pacem habemus ad deum, & ratio est, quia in iustificatione deus mouet animam hominis, conuertendo eam ad seipsum. Vnde Psal. Et tu conuertens uiuificabis nos. Sed prima conuersio hominis ad deum est per fidem, ideo D. Pau. præ cæteris attribuit iustificationem fidei. Ad sciendum autem quomodo actus spei, pœnitentiæ, & amoris requirantur, supponendum est primo quòd iustificatio fit deo mouente animam, ipse enim est qui iustificat impium. Secundo quod deus mouet omnia secundum modum naturæ eorum, quia (vt videmus) aliter ab ipso mouentur leuia, & aliter grauia, propter diuersam naturam utriusque, sed homo secundum suam naturam habet quod sit liberi arbitrii, ut dictum & probatum est supra cap 3. §. 3. ver. 1. &. 2. Et ideo in eo qui habet usum liberi arbitrii, non fit motio ad gratiam absque motu liberi arbitrii, Sed ita infundit donum gratiæ iustificantis, quòd simul mouet liberum arbitium siue voluntatem, ad recedendum a peccato, quòd fit per displicentiam & detestationem peccati, & ad amandum & desiderandum ipsius gratiæ donum, & ad acceptandum & fouendum cum habet. In omni enim motu est recessus a termino a quo, & accessus, ad terminum ad quem, in quo mobile quietatur cum peruenerit ad illum. Cum autem iustificatio sit motus siue motio qua homo mouetur de iniustitia ad iustitiam, necesse est quòd recedat ab iniustitia & accedat ad deum. De recessu habetur. Eccle. 21. Quasi a facie colubri fuge peccatum Hæc au

Rom. 4.
Rom. 5.
Psal. 84.
Actus fidei & spei requiruntur ad iustificationem.

E
106 tem fuga siue recessus non est localis sed spiritualis, & fit per detestationem peccati, quæ est actus pœnitentiæ alias si complaceret, nunquam remitetetur ei, quia similiter odio sunt deo impius & impietas eius, de accessu autem ad deum habetur Zachariæ. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Hæc conuersio fit per amorem, qui causat desiderium & obseruātiam mandatorum dei, iuxta illud, Si quis diligit me, sermoné meum seruabit. Hinc est quod in iustificatione requiritur quòd quis in voto habeat seruare præcepta & omnia quæ sunt de necessitate salutis, puta confitendi, restituendi, satisfaciendi, non recidiuandandi, & alia præcepta dei, saltem implicite. Isti autem quatuor actus (cum sint surbodinati, & vnus supponat aliū & pendeat quoddam modo ex alio) possunt esse simul in eodem Et quanuis non remittatur vnum peccatum sine alio, & impium sit a deo dimidiam sperare ueniam, nec possit aliquis in paruo tempore singula peccata detestari, Non tamen sequitur quòd magnum tempus exigatur ad iustificationem. Quia non oportet quòd homo in tempore præcedente iustificationem, detestetur singula peccata sua, sed sufficit quòd detestetur omnia quorum memoriam habet, & ex tali consideratione & detestatione subsequentus in anima quidam motus, detestans uniuersaliter omnia peccata commissa inter quæ includuntur peccata obliuioni traditte, quia tunc homo est sic dispositus, quòd contereretur de illis, si memoriæ occurrerent. Et iste motus potest fieri in instanti, cum deus vult subito & in instanti causare in homine dispositionem ad gratiam Et tūc est sucessio duorum oppositorum in eodem subiecto. Aliter consideranda est in his quæ subiacent tempori, & aliter in his quæ sunt supra tempus, sicut est actus intellectus licet etiam dici posit quòd non est dare ultimum, instans, in quo quis fuit in culpa, sed ultimum tempus, & primum instans, in quo est in gratia, & in tempore immediate præcedenti erat in culpa. Quandoque tamen

Eccle. 21.
Sap 14.
Zach. 1.
Ioan. 14.
1. 2 *q.* 113. *ar.* 2. *ad* 3.
Ad contritionem non requirur magnum tempus.

auditor vrgeat, in suis tamen conuenticulis sua venena effundunt, dicentes, Sufficit habere solam fidem. Sufficit fidere promissis diuinis. Opera nostra nullius sunt momenti. Et sacras literas contemnentes opera damnant. Vnde Tridentina Synodus, 6. sessione, cap. 9. dicit, Si quis dixerit sola fide iustificari impium ita vt intelligat nil aliud requiri, quod ad iustificationis gratiam comparandam cooperetur, & nulla ex parte necesse sit eum suæ voluntatis motu præparari aut disponi, Anathema sit. Et c. 12. Si quis dixerit iustificationem nil aliud esse quam fiduciam diuinæ misericordiæ peccata remittentis per Christum, vel eam solam fiduciam esse qua iustificamur. Anathema sit. Sed hæretici dicunt quod sacræ literæ distinctiones (quas præmisimus) non admitunt. Quare eas, & diuisiones, ac partitiones theologorum ridēt & cōtemnunt, vt securius lateant, & velocius simplices & in cautos decipiant, & vt conuicti persuadeant, vel saltē elabi possint, & vincere videantur. Sed manifestū est distinctiones valere, vt dubia tollātur, & occlusa reuelētur. Et sunt necessariæ in sacris literis, vt loca scripturarum (quæ sibi inuicem videntur aduersari) conciliari possint. Quemadmodum, Responde stulto secundum stultitiam suam, & , Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, & illud, Ego non iudico quemquam, & alibi, Ego in iudicium veni in hunc mundum, Ego & pater vnū sumus, & alibi, Pater maior me est. Itē. 1. Cor. 3 CHRISTVS dicitur fundamentum, & Apo. 21. Duodecim nominantur fundamenta, velint nolint hæretici sacræ literæ distinctionibus egent. Nam & Christus distinctione vsus est. Mat. 19. vbi distinctionem adducit Eunuchorum, & Luc 12. dicit aliam esse prudentiam filiorum huius seculi. & aliam lucis, Et Apostolus obeditione, & libertatem, & seruitutem distinguit in obeditionem peccati, & iustitiæ. Similiter & prudentiam atque sapientiam, & mirum est quod sic distinctiones in catholicis rideant quum ipsi (si authoritates vel rationes vrgeant) vtantur.

Prouer. 26
Ioan. 8.
Ioan. 9.
Apoc. 21.

§. 5. *De vitiis fidei oppositis.*

C

103 FIDEI & actibus eius opponuntur duo peccata. s. infidelitas & blasphemia. Infidelitas est duplex, quędam pure negatiua. Alia est positiua, vel saltem priuatiua. Infidelitas negātiua est carentia fidei, in his qui nunquam audierunt nec audire potuerunt aliquid de fide, & hæc inuenitur in pueris ante baptismum, & in adultis insularibus, qui nihil vnquam de fide audierunt, nec potuerunt, iuxta illud, Quomodo credent ei quem non audierunt? aut quomodo audient sine prædicante? Et hæc infidelitas magis habet rationem pœnę quam culpæ, quia talis ignorantia diuinorū ex peccato primi parentis secura est. Cum ergo non sit culpa. sequitur quod qui infideles sunt hac infidelitate, non damnabuntur propter eam, sed propter alia peccata. s. originale vel mortale. Et sic debet intelligi illud, Qui non credit, iam iudicatus est. Vnde Christus dixit, Si non venissem, & eis locutus non fuissem, peccatum non haberent. Quod exponens D. Aug: ait, Loquitur de illo peccato, quo nō crediderunt in Christum, quo (vt testatur) spiritus sanctus arguturus, erat mundum de peccato. de iustitia, & de iudicio, de peccato quidem, quia non crediderunt in eum.

2. 2. q. 10. ar. 1. infidelitas negatiua et positiua. quid.
Rom. 10.
Ioan. 3.
Ioan. 15.

D *Ver. 1.* *De infidelitate positiua.*

103 INFIDELITAS positiua est per contrarietatē, qua quis cōtrariatur aut resistit vel discredit his quæ sunt fidei, aut contēnit ipsam, iuxta illud, Quis credidit auditui nostro? Et quia aliquis potest tripliciter reniti & contradicere fidei, ideo tres sunt species infidelitatis. Primo aliquis potest reniti & contradicere fidei non susceptæ, & talis est infidelitas paganorum. Secundo fidei susceptę in figura tantum. Et talis est infidelitas Iudæorum. Tertiò fidei susceptæ & manifestatæ. Et talis est infidelitas Christianorum. Infidelitas Iudæorum est peior quam Gentilium, & infidelitas Christianorum est peior vtraque, iuxta illud, Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post cognitionem retrorsum conuerti. Subiectum infidelitatis est intellectus, sicut & fidei, quum contraria habeant fieri circa idem. Et sicut actus fidei est illicitus, hoc est immediate procedens ab intellectu,

2. 2. q 10. ar. 5.
Esa. 53. infidelitatis tres species
2. Pet. 2.

lectus, & imperatus a voluntate, Sic etiam actus infidelitatis, & sic voluntas est causa infidelitatis, sicut & omnium aliorum peccatorum in ratione motiui.

Ver. 2. *De communicatione cum gentilibus, & Iudaeis:*

NON esse licitum fidelibus communicare cum haereticis & apostatis, constat E
2.2.q.10. ar.9. ex eo quod sunt excõmunicati, & ab Ecclesia praecisi, duplici ratione. Prima in poe 107
2. Tim.2. nam discessionis a fide. Secunda propter periculum communionis cum eis. Quia
1. Tim.5. sermo eorum vt cancer serpit. 2. Timoth. 2. Et communiter nituntur peruertere fideles. Vnde Apost. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Ideo absque peccato mortali non possunt fideles Christiani cum talibus ab Ecclesia declaratis communicare, aliter reputantur fautores, & incidunt in poenas iuris, nisi forte in extrema necessitate corporali, vel nisi ad reducendum eos ad veram fidem. Et quamuis alii infideles possint contrahere forum & iurisdictionem Ecclesiae Romanae, ratione delicti commissi in terris Ecclesiae subiectis, in crimine tamen infidelitatis post decla
1. Cor. 6. rationem non sunt Ecclesiae subiecti, nec eis Ecclesia poenam spiritualem infligere potest, iuxta illud, Quid mihi de his qui foris sunt iudicare? & ideo Ecclesia non pro-
2. Cor. 7 hibuit Christianos fideles cum Gentilibus & Iudaeis conuersari in actibus ciuilibus
Deu. 17. scilicet emptionibus, venditionibus, & aliis contractibus. Quare fideles firmi in
2. Cor. 6 fide, possunt cum illis conuersari & communicare circa bona temporalia, non tamen matrimonium cum illis contrahere, cum dicatur, Nubat, tamen in Domino, hoc est in viro suae religionis. Nam in dispari cultu prohibitum est in lege matrimonium, Deut. 7. circa spiritualia autem non licet fideles cum infidelibus conuersari, iuxta illud, Quae participatio iustitiae cum iniquitate? aut quae societas lucis ad tenebras? Quae autem conuentio Christi ad Belial? aut quae pars fidelis cum infide-
Familiaritas cũ infidelibus est cauẽda simplicibus. li? vnde sequitur quod fideles peccant, admittentes Gentiles vel Iudaeos in spiritualibus, ac etiam dum intersunt ritibus & caeremoniis infidelitatis illorum. Simplices vero & infirmi in fide (de quorum subuersione dubitari potest) prohibendi sunt ab infidelium conuersationem, & praecipue ne magnam familiaritatem cum eis contrahant. Et ob hanc causam Deus prohibuerat Iudeis ne communicarent cum gentibus infidelibus, quarum terras erant ingressuri, Quia Iudaei illi erant infirmi in fide, & proni ad idololatriam, Nec debent de nouo Christiani eligere seu constituere iudices aut principes, seu praelatos infideles super se hoc enim cederet in scanda-
1. Cor. 6 lum & periculum fidei & fidelium. Quia faciliter illi qui subiiciuntur aliorum iu-
2. Cor. 5. risdictioni, immutari possunt ab eis quibus subsunt, vt sequantur eorum imperium, nisi illi qui subsunt sint magnae virtutis. Et preterea infideles contemnunt, si defectus fidelium videant. Ideo Apost. prohibuit ne fideles contendant in iudicio coram iudice infideli, ait enim, Audet aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? Item, Nolite iugum ducere cum infidelibus, & ideo Ecclesia nullo modo permittit, quod infideles acquirant dominum super fideles qualitercunque eis praeficiantur in aliquo officio. Si tamen infideles habeant dominium vel iurisdictionem temporalem super aliquos ante fidem susceptam illam non amittunt. Quia cum distinctio fidelium & infidelium sit de iure diuino, & dominum siue praelatio introducta ex iure humano, & ius diuinum quod est ex gratia, non tollat ius humanum, sequitur quod distinctio fidelium secundum se considerata, non tollit praelationem vel dominium infidelium supra fideles. Potest tamen per sententiam vel ordinationem Ecclesiae tale ius domini vel praelationis toli Quia infideles merito suae infidelitatis merentur potestatem amittere supra fideles. Et quo ad infideles (qui temporaliter subduntur ecclesiae aut membris eius) ordinatum est, quod seruus infidelis per baptismum liberetur Nec facit dominus illorum ecclesia iniuriam, cum nisi domini in temporalibus subiiciantur Ecclesiae. In his autem qui non subduntur temporaliter ecclesiae, licet ecclesia statuere possit vt libertate per baptismum gaudeant, tamen nondum statuit,

ad vitandum scandalum Sicut Christus qui poterat a tributo se excusare, tamē man dauit solui tributum, vt scandalum vitaret. Sic Apos. cum dixisset, Quicunque sunt sub iugo serui, omni honore dominos suos dignos arbitrētur, subiunxit, Nec nomen domini & doctrina blasphemetur. vbi vero domini vellent eos retrahere a fides, & inducere ad infidelitatem vel alia peccata. licite fugere & libertate sua vti possent, quia maius est vinculum matrimonii (quod est de iure naturali) quam seruitutis, quæ est de iure gentium. Sed vbi infidelis non vult habitare cum muliere fideli, sine contumelia creatoris, vel econuerso, soluitur vinculum matrimonii, & fidelis cum alia contrahere potest vnde ait, Quod si infidelis discedit, discedat, non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi. In pace autem vocauit vos Deus. A forciori si dominus discedit & non vult habitare cum seruo sine contumelia creatoris, seruus discedere & fugere potest nec tunc est scandalum, nisi forte passiuum. Et quamuis infideles in suis ritibus peccent, tolerari possunt, vel propter aliquod bonum quod ex eis vel in eis prouenit, vt ritus Iudæorum, in quibus olim præfigurabatur virtus fidei quā tenemus. Hoc bonum prouenit, quod ex habemus testimonium fidei nostræ, & ab hostibus habere testimonium pro magno reputatur, vel propter scandalū vitandum Et sic ritus aliorum infidelium; qui nil veritatis aut vtilitatis afferunt, tolerantur, ne tumultus & dissidia oriantur, & ne eorum conuersio impediatur.

Matt 17: *1.Thes.6* *1. Cor.7* *Seruus quā do pos sit fugere a domino.*

Ver. 3. *De Coactione infidelium ad fidem.*

A 107 GENTILES Seu Pagani quamuis verbis & exemplis ad fidem Christi induci possint, minis tamen aut pœnis compellendi non sunt. Quia cum homo non possit compelli nisi ad ea quæ sunt rationis naturalis, & Deo non placeant coacta obsequia, sequitur quod ab hominibus nō possit compelli ad ea quæ sunt supra rationem. Nec obstat id quod habetur Luc. 14 Exi in vias & sepes, & compelle intrare, non enim intelligitur de compulsione & coactione reali, sed per instantem prædicationem & persuasionem. Ille enim qui sepissime & instanter persuadetur, compelli quodam modo dicitur. Et si intelligatur pro reali compulsione, intelligendum est de his qui sponte fidem susceperunt, & non reclamauerunt, aut si reclamauerunt, post reclamationem consenserunt, vt habetur in Cap. maiores. §. item quæritur, extra de pabtismo. Et sic infideles Christiani, hæretici, & apostatæ, sunt coercendi, eo quod iam fidem susceperunt in sacramentum baptismi, per quod debitores facti sunt vniuersæ legis, quemadmodum Iudæi per circuncisionem, vt habetur Gala. 5. Et quia Iudæi susceperunt fidem Christianam in figura: Fides enim antiqui & noui testamenti est vna, vt probat Diuus Thomas de Veritate. q. 14. artic. 12. eo quod de eodem obiecto. Vnde Ephe. 4. Vnus dominus, vna fides, &c Ideo videtur aliquibus quod Iudæi possint compelli ad suscipiendam fidem Christianam, quia Iudæi possunt compelli ad seruandam legem Moysi ad verum sensum legis, Sed verus sensus legis est de Christo Messia vnde Ioan. 5. dicitur, Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsius vitam æternam habere. Illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Christus enim per legem & prophetas probari potest aduenisse, maxime ex hebdomadibus Danielis, & ex prophetia Iacob, Gene. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, &c. ideo videntur compellendi. Veruntamen Ecclesia determinauit oppositum, vt habetur in c. de Iudæis. 45. dist. vbi dicitur, De Iudæis autem præcepit sancta Synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferre. Cuius enim vult Deus miseretur, & quem vult indurat. Non enim tales inuiti saluandi sunt, sed uolentes, vt integra sit forma iustitiæ. Et sicut homo proprii arbitrii voluntate serpenti obediens periit, Sic vocante se gratia Dei, propria mentis conuersione, quisquis credendo saluatur. Ergo non vi, sed libera sui arbitrii voluntate, & facultate vt conuertantur suadendi sunt, non impellendi: Quia autem iampridem ad Christianitatem

B 207 coacti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi principis Zizibuti zelum Dei habentis, sed non secundum scientiam. Quia iam constat eos diuinis sacramentis associatos, & baptismi gratiam suscepisse, & chrismate vnctos esse, & corporis Domini extitisse participes, oportet, quod fidē quam etiam vi vel necessitate susceperunt

2.2. q. 10 artic. 8 *Galat. 5* *Ephe. 4* *Ioann. 5* *An iudæi ad fidem cogi possint.* *Dan. 9.* *Gene. 49.*

X runt

runt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, & fides, quam susceperunt, vtilis & contemptibilis habeatur. vnde de Iudæis specialiter prohibuit Dominus, ne propter incrudelitatem occiderentur. vnde Dauid, Ne occidas eos nequando obliuiscantur populi mei. Et vt habetur Esa. 10. Rom. 9. Reliquiæ saluæ fient & Ro. 11. Cęcitas ex parte contingit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Si enim fuisset licitum eos compellere, non fuisset omissum a tot sanctis & religiosissimis imperatoribus Christianis quanuis aliqui hoc fecerit, vt Zizibotus, & Gallorum reges, propter nefaria crimina illorum circa sacratissimum Eucharistiæ sacramentum, quorum zelus laudatur, & factum Zizibuti reprobatnr, quo ad eos saltem qui non erant culpabiles, vt habetur in dicto c maiores, extra de bapt. & ad rationem inductam dicitur, quod non potest clare ostendi per prophetas, quod lex eorum intelligatur de Christo. vnde Ioã 5. Si crederetis Moysi crederetis forsitã & mihi. Notandum est verbum (forsitan) Nam prophetias allegatas Iudæi glosant, & adhuc non defecisse sceptrum de Iuda dicũt, sed se habere ducem, sicut in captiuitate Babylonica. Miracula autem Christi licet sufficienter probauerint bene affectus, non tamen, male affectis. Ideo omnia calumniantur, & negant prophetias esse per Christum impletas.

Psal. 58. — *Iudæi a [?]allia quæ [?]e repulsi [?]int.*

Ver. 4: *De hæreticis coercendis.*

[?]. 2. q. 10. *[?]n. 8.*

HAERETICI Autem eo quod fidem manifeste susceperunt, quanuis secũdũ eorum opinionem sint tolerandi, compellendi tamen sunt per Ecclesiam. Et si restiterint, aut conuerti renuerint, sunt brachio seculari tradendi, & perconsequens comburendi, vt habetur in cap. ad abolendam. de Hær. Vnde Diuus Hieronymus & habetur in c. resecandæ. 24 q. 3. vbi dicitur, Resecandæ sunt carnes putridę, & scabiosa ouis a caule repellenda, ne tota domus, massa corpus, & pecora ardeant. Arrius in Alexandria vna scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressus fuit, totũ orbę eius flama populata est. Multo enim grauius est corrumpere fidem quæ est vita animę, quam falsare pecuniam, per quam temporali vitæ subuenitur. Si igitur falsatii pecuniæ, & alii grassatores per principes seculares, morti traduntur, vt in l. 2. C. de falsa moneta, & l. quidã. ff. ad l. Cor. de sicca. multo magis hæretici, ex quo de hæresi conuincuntur, possunt non solum iustę excommunicari, sed etiam per iustitiam temporalem iuste occidi, Vnde D. Pau. imprecatur eis mortem, Vtinam abscidantur qui vos conturbant. Et christus, Væ homini illi per quem scandalum venit. Expedit illi vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundũ maris. Sed nullus magis scandalizat, quam qui errare facit in fide. & Ioan. 15. Si palmes non manserit in vite colligetur, & mittetur in ignẽ & ardet. Et Act. 19. habetur, multi credentium veniebant & confitebatur actus suos. Multi autem ex eis qui fuerant curiosa sectati contuleruut libros & combusserunt coram omnibus. Ex quo loco aliqui trahuntur, quod de iure diuino combustio est congrua hæreticorum punitio. Nam si libri mortui continentes curiosa hæreses & superstitiosa dabantur flammis multo magis libri viui hoc est hæretici, debent comburi, iure enim naturali membrum corruptum inficiens corpus, est abscindẽdum, ne pars syncera trahatur, igitur. Præterea Deuteronom. 18. dicitur, Propheta autem qui arrogantia deprauatus, voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepti illi vt diceret, aut ex nomine aliorum deorum interficietur. Sed, hæretici sunt huiusmodi igitur, &c. Ecclesia autem misericorditer se habet cum illis. Nam, pro prima vice si resipuerint, & ad arbitrinm episcopi emendari & corrigi parati sint, recipit eos, vt habetur in prædictio Cap. ad abolendam. Si autem recidiuent, eos seculari brachio tradit, tanquam relapsos & pertinaces. vt habetur in c. accusatus, & c. super eo, de hær. li. 6. ¶ Et quia hæreticis his determinationibus aduersantur, ideo eorum iacula refellenda sunt. Primò, dicunt D. Pau. non pręcepisse hęreticos comburi, sed deuitari, & non nisi post primam & secundam monitionem, vnde ait. Hæreticum hominem post primam & secundam monitionem deuita, sciens quia subuersus est qui huiusmodi est. Dicendum est quod cum in principio nascentis Ecclesiæ non essent principes Chsistiani non habe

Gal. 5. *Mat. 18.* *Ioan. 15.* *Act. 19.* *Combustio [e]st congrua [d]igna hæreticorum.* *Deut. 18.* *[?]. 2. q. 11.* *[?]r. 3.* *Ad Ti. 3.*

C 108 — D 108

bat ecclesia aliud remedium. Nunc autem habet & ideò ne corpus inficiant, & massam corrumpant, expellendi sunt, hoc autem facit post primam, & secundam monitionem, post primam in generali, post secundam in particulari iudicio, cum resipiscere volunt. Et quia in hoc particulari, & secunda correctione, s. abiuratio, dicunt se velle abnegare perpetuo omnem hæresim, & postmodum recidiuant, Ecclesia (quæ non potest iudicare de interioribus) videns se deceptam, recipit quidem eos redire volentes ad sacramenta, & quo ad illa nemini volenti claudit gremium. Veruntamen ne corpus inficiant, tradit eos brachio seculari puniendos, vt habetur in cap. super eo, de hæreticis, lib 6. Si autem in particulari correctione resipiscere noluerint, tunc Ecclesia negat sacramenta, & veniã, quæ non datur nisi correcto, vt habetur in c. abolendam. ¶ Secundo allegant illud. 1. Cor. 11. Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Si ergo hæretici vtiles sunt Ecclesiæ, non sunt abiiciendi. Dicendum quòd illa vtilitas est præter intentionem hæreticorum, Quia secundum D. Aug. intentio eorũ est corrumpere fidem quod est maximi nocumenti. Ideo magis considerandum est id quod est per se de eorũ intẽtione, quam quod præter eorum intentionem. Et eo modo oportet hæreses esse, quo necesse est scandala euenire Non tamen propter hoc hæreses aut scandala bona sunt, neque tolerãda. Nõ enim accipitur hic (oportet) aut (necesse) pro necessitate absoluta aut præceptiua, sed pro infallibilitate, ac si diceretur, Infallibiliter hæreses erunt, infallibiliter scandala ueniẽt. Sed væ hæreticis & scandalosis. Item supposita malitia hominum, infallibiter erunt scandala. & supposito quòd sint hæretici, infallibiter seminabunt hæreses. Quia (vt dictũ est) sermo eorum vt cancer serpit. ¶ Tertio adducunt parabolam zi-

Eccles. quod ad sacramenta nemini claudit gremium. Venia non datur nisi correcto.

Vtilitas hæresum est præter intentionem hæreticorum.

E zaniorum, vbi serui domino suo dicebant, Vis imus & colligimus ea? qui respondit,
108 Non. & ait, Sinite vtraque crescere usque ad messem, & tempore messis dicã messoribus, Colligite in primum zizania, & alligate in fasciculos ad comburẽdum, triticũ aũt cõgregate in horreum meum. Per tempus messis intelligitur dies iudicii, ergo dimittendi sunt hæretici crescere vsque in diem iudicii. Dicendum quod ex illa parabola manifeste apparet hereticos (postquam sunt plene noti & probati) comburendos, Quia ibi dicitur, Ne forte simul eradicetis & triticum. Quia ante plenam cognitionem esset periculum tritici. Sed postquam plene probati sunt, & non est periculum eradicandi tritici & est tempus messis, s. iudicii particularis, igitur, &c.

Matt. 13.

Ver. 5. *De filiis infidelium, inuitis parentibus non baptizandis.*

F SI parentes infideles non possunt compelli ad fidem, sequitur quod filii infideliũ
108 ante vsum rationis inuitis parentibus non sunt baptizandi, quum eadem sit voluntas filii ante vsum rationis cum voluntate patris, qui habet ei de salute spirituali prouidere. Quemadmodum puer existens in vtero matris, non potest absque matris iniuria ante partum euelli, Sic post nec natiuitatem ante vsum rationis a patria potestate, sub qua est tanquam sub vtero quodam alendus & defendendus. Non enim facienda sunt mala, vt inde veniant bona. quia non esset submergendus paruulus in puteo pro baptismo, vbi aqua exterius non posset haberi, etiam si esset in periculo mortis corporalis. Sic propter salutem animæ filii spiritualem non est facienda iniuria patri. Vna ex potissimis rationibus, quare diximus quod infidelis non potest cõpelli ad fidem, est quia non potest clare ostẽdi in lumine & rõne naturali quod teneatur talem fidem suscipere, sed hæc ratione manet quo ad filium. Non. n. porest ostendi rõne naturali, quod pater debeat pro eo protestari aliã fidẽ quã pro se Per hãc rõnẽ soluũtur pene oĩa argumenta, Quia si pater vellet abuti filio cõtra legem naturæ, vtpote si vellet eum occidere, posset licet auferri ab eo ad tempus non tamen a patria potestate, etiam si pater si seruus, quia licet filius natus in seruitute sit, seruus, dominus tamen eius non potest uendere patrem sine filio, nec econuerso, nec alio modo separare ab eo quo ad ea quæ concernunt patriam potestatem, sicut non potest uendere captiuam pregnantem sine filio, prout nec separare ex utero. Soluitur etiam argumentum illorũ qui dicũt, quod princeps uidẽs subditũ facere cõtra legẽ superioris sui debet compellere ad obediendum superiori suo. Quia hoc locum habet,

2. 2. q. 10. art: 12.

Rom. 3.

Quare infideles non possunt ad fidem compelli.

Christus poterat cogere Iudaeos ad fidē, sed non papa. vbi clare potest ostendi: Nec etiam sequitur quod si Christus poterat compellere, Papa possit, quum talis potestas pontifici non fuerit commissa, sicut nec quod possit illuminare intellectum patris interius, quemadmodum Christus. ¶ Notandum tamen quod filius posset baptizari, vbi pater extra passionem existens, vellet totaliter à se abdicare ius patriæ potestatis, quam habet circa spiritualia & corporalia supra filium, ut si ipsum venderet, vel diceret, Nolo prouidere de salute filii mei vel haberet eum pro derelicto, uel daret eam alicui ad longinquas partes deferendum, & illi de omnibus prouidendum, & non retineret potestatem sibi prouidendi de salute animæ, quia forte cogitaret se in absentia filii posse prouidere, sicut dicitur de filiis antiquorum patrum, quod saluati sunt in fide parentum. Ex quo datur intelligi, quod ad parentes pertinet prouidere de salute spirituali filiorum, antequam habeant vsum rationis, ut dicit Diuus Thomas. Quod quidem intelligēdum est de paruulis natis in toto, uel in parte, & non totaliter in vtero matrum existentibus, & de fide aliquo exteriori signo potestate. sed de his amplius inferius cap. 25. §. 2. ver. 3. Verum quia fundamentum patriæ potestatis, quam habet pater super animam filii, est corpus, ideo vbi pater abdicat directe, uel indirecte, ius quod habet in corpore, siue in uita corporali, uolendo ipsum occidere, vel dimittendo ipsum mori fame, aut alio modo abdicare uellet probabiliter teneri potest, quod possit licite baptizari. Nec fieret patri tunc iniuria. Et D Tho. ac illi qui tenent prædictam cōclusionem, intelligunt extra illum casum; in quo etiam non baptizarentur inuitis parentibus, cum libere consentiant, saltem indirecte.

Casus in quo paruulus potest baptizari inscio patre. 2.2. q. 10. art. 12.

2.2. q. 10. art. 7.

Ver. 6. De Disputatione in materia Fidei.

CIRCA disputationem eorum, quæ sunt de fide, notādæ sunt sex cōclusiones. A 108

¶ Prima conclusio, Quicunque disputat aut argumentum adducit contra id. quod est de fide & veritatem fidei uel scripturarum, non supponens, sed argumentis experiri intendes, procul dubio peccat. quia dubius in fide, infidelis est, iuxta cap. 1. extra de hære. & sic debet intelligi D. Augu. & habetur in ca. quis nesciat. 9. dist. vbi dicitur, Quis nesciat sacram scripturam canonicam tam ueteris, quàm noui testamenti certis terminis suis contineri, vt de illa omnino dubitari, aut disceptari non possit, vtrum uerum vel rectum sit quicquid in ea scriptum sit uel constiterit esse?

In li. de uni. bap.

¶ Secunda conclusio, Disputare de fide ad confutandos errores, uel ad manifestandam ueritatem, aut ad fidei manifestationem nō est de se illicitum, imo ad hoc tenētur prælati, cum errores insurgunt. Sic legimus disputasse D. Pau. Saulus enim conualescebat & confundebat Iudæus, & loquebatur cum Gentibus, & disputabat cum Græcis, Et D. Petrus, Parati semper ad sanctionem, & reddendam rationem de ea, quæ in uobis est fide, Et 1. ad Titum 1. Oportet episcopum esse amplectentem eum qui secundum doctrinā est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes, uaniloqui, & seductores. ¶ Tertia conclusio, Non licet laicis personis, maxime illiteratis, qui non sunt in fide perfecti, de fide disputare. Quia hoc prohibitum est per ecclesiam sub sententiam excōmunicationis, vt habetur in c quicunque, §. inhibemus de here. in 6. vbi dicitur. Inhibemus quoque ne cuiquam laice personæ liceat publice, vel priuate de fide catholica disputare. Qui vero contra fecerint, excommunicationis laqueo innodentur. Hac via grassati sunt Lutherani, qui mulieres & artifices ad disputandum & seducendum induxerunt. ¶ Quarta conclusio, Disputare de fide coram sapientibus & doctis, gratia exercitii, vel ad probandam sufficientiam alicuius, vt in gymnasiis theologicis & vniuersitatibus, non est illicitum; ferrum. n. ferro acuitur.

Act. 9. 1. pe. 3. 1. ad Ti. 1.

¶ Quinta conclusio. Disputare de fide coram simplicibus, & infirmis in fide, qui non solicitantur neque impugnantur ab hæreticis, non est illicitum propter periculum illorum. Quia eorum fides ex hoc redditur infirmior, quando nil diuersum audierunt ab eo quod credunt, & ideo non expedit eis, vt verba infidelium disputantium contra fidem audiant. Et sic prohibitum est in l. nemo. C de summa Trinitate. Sic etiam intelligitur illud Aposto. Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile, nisi

2. Tim. 2.

nisi ad subuersionem audientium. Per quæ verba non intendebat Aposto. prohibere omnem disputationem. Quia ipse (vt dictum est) disputauit. Et circa hoc Tito scripsit de episcopo (vt dictum est) sed prohibebat disputationem puerilem, & rixosam vel periculosam coram simplicibus, non autem disputationem ordinatam.

¶Sexta conclusio, Disputare in præsentia eorum qui agitantur & solicitantur ab hæreticis ad confirmandum eos in fide, non est illicitum, imo præceptum, vt dictum est, Quia per hoc simplices confirmantur, & tollitur hæreticis decipiendi facultas, & ipsa taciturnitas eorum qui resistere deberent peruertentibus fidem, est erroris confirmatio. vnde D. Greg. in Pastorali ait, Sicut incauta locutio in errorem protrahit, ita indiscretum silentium eos qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Et D. Hier in epistola ad Paulinum, c. 4. Sancta quippe rusticitas solum sibi prodest. Et quâtum edificat ex vitæ merito Ecclesiam Christi tantum nocet si destruentibus non resistat. Et ideo prælati insurgentibus hæreticis & seminantibus hæreses, debent fidem prædicando corroborare, & errores confutare.

Ver. 7. *De Infidelitate Christianorum.*

C 108 INFIDELITAS Christianorū habet aliquos gradus, quos aliqui vocât species. Primus gradus siue prima species dicitur titubatio, quando scilicet aliquis non assentit firmiter his quæ sunt fidei, sed habet formidinem de opposito. Talis dicitur infidelis per defectum vnde in c. 1. de hæretici dicitur, Dubius in fide, infidelis est. Et hæc infidelitas quum infirmitatem quandam habeat, non demeretur abiurationem, sed benignam susceptionem, confortationem, ac roborationem. Vnde Apost. Infirmum in fide assumite, hoc est affectu charitatis vobis coniungite, & supportate, & non in disceptationibus cogitationum ab inuicem accusantium, aut etiam defendentium. Debemus enim nos firmiores imbecilitatem infirmorum sustinere, & non nobis placere, Et Christus dixit Petro, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Ideó tales non debent inuolui pœnis iuris, nisi pertinaciter vellent in dubitatione manere. Secundus gradus siue species infidelitatis Christianorum dicitur simplex discredentia eorum quæ sunt fidei, vel credulitas eorum quæ fidei côtrariam tur citra pertinaciam. Tales infideles dicuntur incidisse in hæresim, hoc est in errorem contra fidem. Omnis enim error côtra fidem hæresis dicitur, sed non facit hominem hæreticum, nisi adsit pertinacia. Vnde, D. Aug. côtra Donatistas c. 2. dicit Diuū Cyp. qui zelo fidei dixerat baptizatos ab hæreticis esse rebaptizandos, hæreticum non fuisse. Paratus enim erat potiori ratione docente corrigi. Et in 1. de Trin. de seipso dicebat, Errare potero, hæreticus tamen non ero. Quicunque enim paratus est errorem corrigere, non est pertinax, & per consequens nec hæreticus. Vnde in can. dixit Apost. 24. q. tertia habetur, Si qui sententiā suam, quamuis falsam atque peruersam, nulla peruicaci animositate defendunt, quærunt autem tota solicitudine veritatem, corrigi paraticum inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi, sed de his amplius versiculo sequenti, Hæc infidelitas, si fit, pure interior, est quidem

D 108 peccatum mortale, & virtutem fidei corrumpit demeritore & effectiue dispositiuè, si autem fuerit exterius manifestata, inuoluit authorem suum sententia excommunicationis, necessitatque ad adiurationem & emendam secundum arbitrium episcopi iuxta c ad abolendam, de heræ. Emenda autem est vt ad agendam condignam pœnitentiam in perpetuo carcere detrudatur, vt habetur in c. excommunicatus, in 2 eodem tit. Possunt tamen inquisitores vna cum prælatis, cuius iurisdictioni, subsunt, super huiusmodi pœna cum eis dispensare, vel eā mutare cum viderint, vt habetur in c. vt commissi. § nec non, de hæret in 6. Abiurationis autem forma sumitur ex c. Ego Berengarius, de consec. dist. 2. & fit hodie communiter hoc modo, Ego N. nunc cognoscens veram, catholicam, & Apostolicam fidem, anathematizo omnem hæresim præcipuam eam de qua concinnatus sum, videlicet, & (hic inseruntur errores de quibus est condemnatus) & quacunque aliam hæresim. Consentio autem sanctæ Romanæ Ecclesiæ & apostolicæ sedi, & corde & ore profiteor me eandem fidem tenere, quam Romana Ecclesia tenet, Iuuās per sacro sanctam & homousiō Trinitatem,

[Margin notes: 2. 2. q. 11. *Septem infidelitatis species.* — *Rom. 14.* — *Rom. 15.* — *Luc. 22.* — *Discredentia simplex.* — *Paratus corrigi non est hæreticus.* — *Episcopi & inquisitores possunt dispensare in pœna carceris.* — *Abiurationis forma.*]

& per hæc sacrosancta Christi euangelia, eo qui contra hanc fidem venerint cum dogmatibus suis æterno anathemate dignos. Quod si ego aliquando contra hoc aliquid sentire aut prædicare præsumpsero, canonum seueritati subiaceam. Lecto perlecto, sponte subscripsi hanc meæ fidei confessionem. Et hoc dicto, & subscribit se notarius postmodum apponit testes præsentes, & subscribit etiam se, & talis abiuratio ponitur in actis & archiuis curiæ.

Ver.8. *De Hæresis & hæreticis.*

Hæresis quid. TERTIVS Gradus siue species infidelitatis dicitur hæresis perfecta, quæ potest sic describi, Hæresis est assertio falsa siue dogma falsum catholicæ veritati contrarium, cum pertinacia in eo qui Christianam fidem professus est. Dicitur assertio vel dogma falsum, & non factum peruersum, quia factum peruersum contra veritatē catholicam. non est hęresis, sicut furari aut adulterari. Esset tamen hæresis dicere & asserere quod furari & adulterari non est peccatum. & sic de aliis. Catholica autem veritas secundum dominum Cardinalem de Turre cremata, in sua summa de Ecclesia lib.4.parte.2.cap 8 est veritas pendens ex diuinæ reuelationis lumine supernaturali, mediate vel immediate, explicite in propria verborum forma vel impliciter vt ea quæ pendent ex illis in bona & necessaria consequentia. Et sic omnia quæ explicite habentur in articulis fidei, & in sacra scriptura ac determinationibus vniuersalis Ecclesiæ, vel possunt ab eis deduci in bona necessaria consequentia, sunt de fide, & opposita sunt hæreses. Ideo hæc esset hæretica, Christus non est risibilis, quia licet eius opposita non explicita contineatur in sacra scriptura, tamen opposita pōt deduci ex articulis fidei, quia bene sequitur, Omnis homo est risibilis, Christus est homo, ergo Christus est risibilis. Hæc infidelitas siue hæresis subiectiua tur in intellectu, cum intellectus sit principium elicitiuum actus infidelitatis, quemadmodum & fidei, quia opposita habent fieri circa idem. Veruntamen quemadmodum fides pertinet ad voluntatem imperatiue, & tanquam primum motiuum per piam affectionem, Sic etiam infidelitas pertinet ad volūtatem per impiam & malā affectionem. Infidelitas quidem Gentilium & Iudæorum habet malam affectionem circa finem, qui est Christus, quem totaliter negant. hæresis autem non habet impiam aut malā affectionē circa finem, scilicet Christum, sed circa media, quia deficit in eligendo ea, quibus Christo assentiendum est, quia non eligit ea quæ sunt vere a Christo tradita, sed ea quæ sibi proprie mens suggerit, & ideo hæresis est infidelitatis species pertinens ad eos qui Christi fidem professi sunt. Ideo D Hie. dicit, hęresis Grece ab electione dicitur, quia. s. eam vnusquisque eligit disciplinam, quā putat suo proprio iudicio esse meliorem, non autem disciplinam publicam, quæ diuinitus traditur. Et sic ad hæresim perfectam (quę facit & denominat hominem hæreticum) duo requiruntur. s. error in intellectu, & pertinacia malæ electionis in voluntate, vt. s. non sit paratus corrigi, prout dictum est.

B 168

Chatolicas ueritas quid.

Super epis. ad Galatas

Hæresis perfecta duo requirit.

¶ Et quia heresis habet quandam similitudinem cū secta, superstitione, & schismate, ideo contrahit quandoque nomen illorum differunt tamen abinuicem. Quia secta importat diuisionem a communi sententia, circa quamcunque materiam. vnde Philosophi discedentes a communi opinione aliorum philosophorum, sectam facere dicebantur. Hęresis vero diuisionem & separationem importat, sed addit quod sit contra veritatem catholicam. & sic hęresis potest dici secta, sed non econuerso. Superstitio autem importat superfluitatem & contrarietatem contra cultum christianę religionis, & per hoc etiam diuisionem. Sic etiam hæresis importat diuisionem & contrarietatem contra fidem, quę est fundamentum religionis christianæ, sed schisma ex sua ratione importat diuisionem contra bonum commune. Hæresis superaddit, quia importat diuisionem & separationem contra bonum commune fidei, & ecclesiæ, vnitatem. & sic omnis hęreticus est schismaticus, sed non econuerso. Ex prædictis apparet primo, quod hæresis diuiditur in hæresim simplicem siue imperfectam & in hæresim perfectam. Hæresis simplex est, quando quis non totaliter discedit a fide, nec habet pertinaciam adiunctam, sed admittit correctionem. Hæresis perfe-

Hæresis quomodo differt a secta et schismate.

Hæresis diuiditur.

perfecta est, quando est adiuncta partinacia. de pœna illius dictũ est versiculo præcendenti, Apostasia, est, quando quis totaliter discendit a fide, vt inferius dicetur. Differentia est inter hæresim simplicem, & hæresim perfectam, quia hæresis simplex non nominat hominem hæreticum, & quia non habet adiunctam pertinaciam, sed admittit correctionem. Perfecta verò hæresis facit & denominat hominẽ hæreticũ, & habet secum adiunctam pertinaciam, & nullo modo admittit emendam sine correctionem. Quid autem dicatur pertinacia, & quibus modis aliquis posit conuinci de ea, dictum est. Secundo ex præmissis apparet quis sit hæreticus, ille scilicet qui asserit pertinaciter alicui sententiæ contra veritatem catholicam. Aliqui vero sic definiunt hæreticum, Hæreticus est, qui relicta fide & ecclesiæ doctrina, alicuius temporalis commodi gratia, & maximæ gloriæ, falsas & nouas opiniones gignit vel sequitur, vt uel sic maneat ab ecclesia diuisus. Tertio apparet quòd hæresis habet tres propietates, prima quia vt cancer serpit. Secunda, quia est morbus incurabilis sciẽs, quia subuersus est. Tertia, quia lites, diuisiones, & schismate generat. Audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo, nam oportet hæreses esse.

Apostasia quid. *ca. 5 §. 7. ver. 3.* *Hæreticus quis dicatur.* *Ad Tit 3.* *1. Cor. 12.*

Ver. 9 *De causa, origine, & fine hæresis & hæreticorum.*

A 109 PRIMAM hæresis causam, fontem & originẽ Christus Matt. 13. in parabola zizaniorum, per quæ hæreses significantur, ostendit inquiens, Inimicus homo (hoc est inimicus hominis) hoc fecit. Inimicus autem hominis est diabolus, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum. Id o 1: Petri. 5 Aduersarius uester diabolus circuit, quærens quem deuoret. Diabolus enim primum falsum dogma, & primum falsam assertionem contra veritatem diuinam in paradiso terrestri seminauit. Dixerat enim Adæ Deus, De ligno scientiæ boni & mali ne comedas, in quacunque enim die comederis ex eo, morte morie is. Diabolus autem mulieri suæ captioſę interrogationi respondenti, asseuerauit; Nequaquam moriemini, sed eritis velut dii, scietes bonum & malum. Ab eo tempore non cessauit falsas opiniones gignere, & schisma suscitare. Hic turrim Babel ędificari persuasit. hic Dathan Abiron, & Chore contra Moysen & Aron concitauit. hic se futurum esse spirtum mendacii in ore prophetarum Achab dixit & pręualuit, hic tempore Christi hæresim sadducæorum de resurrectione seminauit & fouit, Ideo Christus, ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit. Quum loquitur mendacium, ex propriis loquitur. quia mendax est, & pater eius mendacii, & Apostolus, Timeo ne sicut serpens decepit Euam astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo Iesu. Inducit autem diabolus hominẽ in infidelitatem & hæresim per libertatem carnis, qua soluuntur omnes vires, & accenditur libido, & inanis gloria, atque cupiditas dominandi. Commune est enim omnibus ferme hæreticis propriam acupari gloriam, magnaque ambire. Teobutes enim (quia episcopatus repulsam patiebatur) Ecclesiam cœpit perturbare, & omnia corrumpere. Valentinus etiam episcopatum ambiens, & frustratus, nouam hęresim cõtra Christi humanitatem confinxit, Nouatus cupiditate ductus, quum in ecclesia episcopus esse nequiret, se ab aliis episcopum creare fecit extra ecclesiam, vt episcopus hęresim suam introduceret. Apollinaris etiam vibens se contentiosum & in disputationibus triumphare, nouam hęresim adinuenit. Arrius glorię, laudis, nouitatisque cupidus, praua de fide Christi proferre conatus est. Aerius quoque ambiens episcopatum, nec valens assequi, dixit presbyteros ab episcopis solo nomine differre Ioannes Vvicleff episcopatum Vigoriem. ambiuit quo frustratus Ecclesiam cœpit persequi. Tandem Lutherus, quia indulgentiarum pręco & commissarius esse nequiuit, eas esse nullas contendit, & contra Ecclesiam debacchatus est, omnesque fere sospitas & damnatas suscitauit hęreses.

Matt. 13. *Sapien. 1.* *Diabolus primam hæresim seminauit.* *Gen. 2.* *Gen. 10.* *Ioan. 8.* *2. Cor. 11.* *Libertas carnis est hæresum ...* *Proprium hæreticorũ quid.*

B Ver. 10. *De uersutiis hæreticorum.*

109 OMNES hæretici hac vtuntur versutia (secundũ diuum August. quòd conantur ex scripturis sacris perperam intellectis defendere & fulcire errores suos, atque prauos mores, & in lib contra Donatistas. 19. allegans illud Ezech. 16. Sumens de

Lib. 1. de Trinit. c. 3

veſtimentis meis feciſti tibi excelſa Hæretici (inquit) ad imagines fantaſmatum ſuorum (quibus volupṫati carnalis anima delectatur) conuertunt omnia ſacramenta & verba ſacrorum librorum: quaſi grande & nouitioliſſimum dicendi genus ſit, deprauare ſententias, & ad voluntatem ſuam ſcripturam trahere repugnantem. vt D Hie. ait in epiſt. ad Paulin c. 6. D. Pet. dicit, D. Pauli epiſtolas ad indoctis & inſtabilibus deprauari, ſicut & cæteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionem Plerunque truncate allegant, vt magis appareant & reprobatas affectunt expoſitiones. Nonnunquam argumenta ſanctorum & antiquorum doctorum ingerunt pro reſolutionibus, vt noſtris temporibus in lib. cui titulum appoſuerunt, Vnio diſſidentium, Tertulianus ad verſus Valentinianos aliam verſutiam detegit, dicens: Hæretici nil magis curant, quam occultare, vel diſſimulare in oculis circunſpectorum ea, quæ prædicant, & paulatim in angulis coram incautis detegere. Vnde in Hiſtoria Ecele. lib. 7. cap. 25. dicitur quòd Paulus Samoſatenus ſuam hæreſim nunc occultare, nunc diſſimulare conabatur. Hac vtuntur non Lutherani & neoterici hæretici, ne poſſint conuinci, ac etiam verſutia Arrii, qui, vt habetur in Hiſtoria Tripartita lib. 5 ca. 34 & 42 Ne nobiſcum compelleretur fateri homouſion, hoc eſt, eiuſdem ſubſtantiæ, ſiue conſubſtantialem patri filium, petebat ſubmoueri quæſtiones & inquiſitiones. Licet Chriſtus contra Scribas & Phariſæos eis vſus fuerit. Sic hodie uiuaciſſimas rationes quas ſoluere nequeunt, ſophiſmata vocant. Tergiuerſationibus, & doloſis æquiuocationibus, ſi vrgeantur euadere nituntur, omnia ambigua, inuoluta, adumbrata, & prompta proferunt, vt non facile eorum ſententia innoteſcat. Inde dolis inſidiantur, vt non niſi docti, & in eorum verſutiis exercitati, eos valeant deprehendere, Narrat D Aug. quomodo Celeſtinus Pelagiana infectus hæreſi, purgans ſe coram Innocentio papa, dixerit, Dãno eos qui dicũt peccatum Adæ ipſi ſoli obfuiſſe, & non generi humano. Damno inſuper quò infantes nuper nati in eodem eſſent ſtatu, in quo Adam fuit ante peccatum. Hanc audiens Innocentius confeſſionem, exiſtimauit eum ſentire ſecundum ueram Eecleſiæ fidem, quòd Adam traduxiſſet originale peccatum in poſteros, quodque egeant infantes baptiſmate. Ipſe vero Celeſtinus cum in ſua ſe recepiſſet conuenticula, liberius loquens ait, Adam ob fuit humano generi, ſolum dando inobedientiæ exemplum, non autem peccatum originis in poſteros transfundendo. Dixitque infantes abluendos baptiſmate ſacro non vt deleatur peccatum aliquod, (Nam illud nullum eſſe putabat) ſed vt conſequi valeant, regnum cœlorum, pp Domini ſententiam dicentis, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, &c De eorum obſcuritatibus ſimulatis uide Irenæum aduerſus hæreſes, lib. 1 cap. 5. Hiere. de Praga, cum ei imponeretur quod dixiſſet panem manere poſt conſecrationem Euchariſtiæ uerum eſt (inquit) apud piſtorem, tamen re vera erat illius ſectæ. Valden interrogati vtrum in ſacramento altaris eſſet verum corpus Chriſti, dixerunt, quod ſic, propter verbum domini dicentis. Hoc eſt corpus meum. Vbi autem vrgebantur, dicebant tibi eſſe corpus Chriſti nõ in ueritate, ſed in figura, ſic vt Ioannes fuit Helias. In hiſtoria tripartita habes dolum Arrii, qui per cunctatus ab Imperatore, ſi decreta Niceni concilii vellet ſeruare, ille nil immo ratus repente ſe ſubſcripſit. Gumque imperator illi iuſiurandum inferret, mox iurauit ſe credere quod ſcripſerat, ſcilicet ſectam ſuam quam in charta ſcripſerat, & ſub alia ſua occultam tenuerat, & ſe iuraſſe verum credidit, licet imperator de ſubſcriptione Niceni concilii inquiſiſſet. De eorum verſutia D. Hier. in Apologia contra Origen. epiſto. 32 Si (inquit) hæretici vrgeri cœperint, aut ſubſcribendum eis fuerit, aut exeundum de Eccleſia, miras ſtrophas videas. Sic verba temperant, ſic ordinem vertunt, & ambigua quæque concinnant, vt noſtram & aduerſariorũ fidem teneãt vt aliter catholicus, aliter hæreticus, quaſi non eodem ſpiritu, & Apollo Delphicus atque Lixias oracula fuderit Crœſo & Pyrho, diuerſis temporibus, ſed pari illudenti ſtropha Exempli cauſa pauca ſubiiciam. Credimus (inquiunt) reſurrectionem futuram corporum hoc ſi bene dicatur, pura confeſſio eſt, ſed quia corpora ſunt cœleſtia & terreſtria, ponunt corpus, vt orthodoxus audiens carnem putet, hæreticus, vt

Omnes hæretici nituntur ex ſacris literis confirmare ſuas hæreſes.

2. Petr. 3

Alia verſutia hæreticorum.

Verſutia Arrij.

In 2. con. Epiſ. Pela.

Verſutia Celeſtini.

Ioan. 3.

Dolus Arrii.

C 109

D 109

aut vt spiritum recognoscat. Hæc prima eorum decipula. Quæ si deprehensa fuerit, instruunt alios dolos, & innocentiam simulant, & malitiosos nos vocant, quasi simpliciter credentes, aiunt, credimus resurrectionem carnis. Quid quæris amplius? Et in peruersum studiis commutatis, nos Sycophantæ, illi simplices appellantur. Quod si obduraueris frontem, & vrgere cœperis carnem digitis tenens, an ipsam resurrecturam dicant quæ tangitur, quæ cernitur, quę incedit & loquitur? Primo rident, deinde annuunt, dicentibusque nobis vtrum capillos & dentes, pectus &
E uentrem, manus & pedes, cæterosque artus resurrectio exhibeat, tunc vero risu se
110 tenere non possunt, cachinnisq; soluentes ora, tonsores nobis necessarios, & placentas & medico, & sutores ingerunt. vltroq; interrogant utrum credimus & genitalia vtriusque sexus resurgere: Nostras genas hirtas, fœminarum lenes fore, & habitudinem corporis pro maris & fœminæ distinctione diuersam. Quod si dederimus statim expetunt vuluam & critum, & cætera quæ in ventre & sub uentre singula membra negant, & corpus quod constat ex membris, dicunt, non resurgere. Hactenus D. Hiero. His sermonibus inuolutis concinnationibusque mendosis hæresiarchæ Ecclesiam Christi lacerant atque corrumpere nituntur. Has strophas facile est inuenire in Lutheranis, præcipue circa fidei iustificationem. Si urgeantur quod fides potest absque charitate & gratia esse, respondent illa non iustificare. sed quæ per dilectionem operatur Si dilectio, spes, pœnitentia, & opera aliarum virtutum adducantur, dicunt quod fides omnia necessaria ad iustificationem includit, conformiter ad D. Paulum dicentem, Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt, &c. Si dicatur quod D. Paulus dicit opera prædicta ex fide originari, & ideo non sequitur, Radix gignit fructus, ergo sola radix gignit fructus Rident, vocant sophistas, & oblatrant, conuitia pene innumera confingentes Et in suis conuenticulis & apud simplices solam fiduciam iustificare dicunt, pœnitentiam omniuo abnegantes. Si præueniantur in iudicio, ab initio fugam mutato habitu præsidium arbitrantur, Si capiātur ad corpus, & super impositis interrogentur, potenter contempto iuramento quicquid etiam si coram testibus dixerint, iustificantur. Si accarentur testes, friuolas adducunt obiectiones & conuitia, & per complices minis ac aliis inordinatis & illicitis mediis testes subornare & corrumpere conantur. Si conuincatur, glosant ad bonum sensum, vt dictum est, vt vel sic elabi possint, & ad hanc insaniam ueneront, vt veros catholicos & Ecclesiæ authoritatem obseruantes, eorumque erroribus
F contradicentes, non vereneantur publice hypocritas, Pharisæos, & hæreticis prædi-
110 care. Quare monendus est populus, ne tales qui ab Ecclesiæ catholicæ fide, & ritibus vniuersaliter obseruatis discrepantia prædicantes aut annunciantes audiant, aut in domos suas recipiant, aut eis aue dicāt, prout monuit D. Ioannes in sua secunda canonica, Si quis venit ad uos, & hanc doctrinam (scilicet ab Ecclesia receptam) non affert, nolite recipere eū in domum, neque aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malignis & Rom. 16. Rogo autem uos fratres, vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinam quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Huiusmodi enim. Christo Domino non seruiunt, sed suo uentri. Et per dulces sermones seducunt corda innocentium. & Gal. 1. Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet uobis præterquam quod euangelizauimus vobis (scilicet explicite vel implicite) anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico uobis, Si quis uobis euangelizauerit præterquam (hoc est contra id) quod accepistis, anathema sit, & ad Tim. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem (scilicet matris Ecclesiæ) est doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas uerborum, &c. Et in fine eiusdem cap. O Timothee depositum custodi, deuitans prophanas uocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam appetentes circa fidem exciderunt. CHRISTVS etiam dixit, Attendite a falsis prophetis. dedit signa quibus possint cognosci, A fructibus (inquit) eorum cognoscetis, eos. Primus fructus eorum, est hypocrisis & simulatio: Veniunt

Heb. 11 — Rom. 19. — Gal. 1. — 1. Timo. 6 — 2. Cor. 11 — Ioan. 13. — Luc. 14.

Lutherano rum uita ex diametro pugnat cũ Christo.

niunt, inquit, in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Ab Apostolo uocantur operari subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi, suis affirmatiuis gloriam Dei simulant, & quædam recta docent, sed suis negatiuis deum ignorant, & ueluti cauda scorpionis mordent morsu amarissimo, nihil magis annunciant, quam Christum, & nihil magis odiunt quam Christi imitationẽ, quanuis Christus dixerit, exemplum .n. dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Et Luc. 14. Si quis uult post me uenire, abnegat semetipsum, & tollat crucem suam, & A sequatur me. Si perscrutari velis singula, facile reperies uitam illorũ cum uita Christi ex diametro pugnare, & uerificatur illud, Confitentur se nosse Christum, factis 11 autem negant. CHRISTVS enim abnegauit semetipsum, ipsi sunt seipsos amãtes, & de se præsumentes. CHRISTVS humilis, ipsi clarissimi, omnium aliorũ etiã sanctorum contemptores. CHRISTVS ieiunauit & austeram uitã duxit, ipsi aduersantur ieiuniis, & uoluptuosissimã ducũt vitã. Paupertes commendant, & ipsi illorum bona inique detinẽt, & rapiunt, fidem prædicant, & infideliter viuunt, ab initio semipleno ore loquuntur hæreses, deinde alte prædicant, & ne reprehendi possint submisse glosant, quæ dixerunt, uel negant, vel tergiuersantur, in latebris ambulant, sub caminis prædicant, non vt christus & Apostoli, qui palam loquebantur mundo, & constanter affirmabant, hi autem (vt dictum est) inficiantur in lignum euidentissimum falsitatis.

Ver. 11. D. Apostasia.

2.2.q.12 Apostasia quid et quo triplex. Apostasia a fide. Apostasia ab obedientia.

QVARTVS gradus siue quarta species infidelitatis dicit Apostasia quæ uil B aliud est, quam retrocessio, & opponitur coniũctioni. Et quia tripliciter potest quis 11 cõiungi Deo, ita tripliciter disiungi & retrocedere ab eo & sic est triplex apostasia. Primo coniungitur homo Deo per fidem, & ideo quando quis totaliter recedit a deo, & totaliter negat fidem, est apostata a fide. Secundo homo cõiungitur deo per debitam & subiectam volũtatẽ, ad obediendum præceptis eius. Et retrocessio a diuina obedientia, est apostasia ab obedientia. Hęc virtualiter inuenitur in omni peccato formaliter autem quãdo contrauenit præceptis dei vel Ecclesię ex contemptu, Aliquando tamen procedit ex infidelitate, quum quis non credit summum pontificem vel Ecclesiam non posse præcipere & talis ut hæreticus debet puniri, ve in c. Nulli fas est. 19. dist. Tertio cõiungitur homo Deo per aliqua specialia ad super erogationem pertinentia, sicut per religionem, clericaturam, uel sacrum ordinem. & quis retrocedat, talis retrocessio dicitur apostasia a religione vel sacro ordine, vel a clericatura. Verum quia istæ coniunctione sunt quodam modo subordinatæ,

Apostasia ab ordine.

& vna præcedit, ideo potest esse aliquis apostata a clericatura, & tamen nõ erit apostata ab obedientia. Item potest esse aliquis apostata ab ordine sacro & religione, qui non erit apostata a fide. Sed quum fides sit prima coniunctio, remota illa remouentur sequentes. Ideo Apostasia a fide continet eminenter alias. Et preterea Apostasia simpliciter & absolute atque anthonomatice dicitur apostasia a fide, deinde de apostasia a totali obedientia Ecclesiæ, vt schismatici, deinde de Apostasia a religione & ordine sacro, Apostasia a fide differt ab aliis speciebus infidelitatis, quia

Apostasia differt ab aliis speciebus infidelitatis.

aliæ species, vel non recedunt a fide suscepta, vel non totaliter. Et quanuis infidelitas secundum seipsam non repugnet dominio, vt dictum est, & aliqui fideles seruierint infidelibus, Ioseph Pharaoni, Daniel Nabuchodonosor, Apostasiæ tamen infidelitas authoritate Ecclesiæ priuat apostatam dominio. Et licet Iuliano apostatæ aliqui milites subseruierint, hoc ideo patiebatur Ecclesia, quia nondum habebat potestatem compescẽdi principes terrenos. & sic tollerauit. Apostasia a clericatura, & religione, nondum facta professione, potest esse absque peccatori, ac etiam a minoribus ordinibus per secundas nuptias, vel bigamiam. Si tamen fieret ex sola libidine laicandi & ex contemptu clericatus, non posset excusari a peccato, quum dixerit,

Domi-

Dominus pars hæreditatis meæ,&c. Apostasia autem ab ordine sacro, aut a religione professa, quando quis totaliter recessit ab ordine vel religione, habitum ordinis, vel religionis dimittendo aut a monasterio recedendo, cum intentione amplius non re assumendi vel reintrandi. Et talis non potest absque mortali propter contemptum voti impliciti in sacro ordine, vel expliciti in professione. Tale sunt excommunicati & tenetur reuerti ad ordinem vel religionem, & si non reuertantur, quamuis absoluantur ab excommunicatione, sunt in statu dānationis, iuxta illud Luc 7 Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Si uerò habitum ad horam, vel breue tempus ex causa rationabili dimitterent aut immutarent vt in cella propter actum, aut dormitionem, aut balneationem. vel etiam extra cellam in via publica, propter timorem hostium seu inimicorum, aut causa vitandi maius scandalum, non peccarent. Si autem absque causa rationabili, vel propter malum finem, vt liberius dissoluantur, peccarent mortaliter, & essent excommunicati, etiam si haberent propositum reassumendi, vel reintrandi. Mitius tamen esset cum eis agendum, quam cum illis qui absque animo redeundi, uel reintrandi hoc facerent.

An & quando liceat religioso professo dimittere habitum.

§.6. *De Blasphemia.*

C

110 SECVNDVM vitium oppositum fidei, & quantum ad actum exteriorem, qui est confessio fidei excellentiæ ac bonitatis diuinæ, vel sanctorum eius, dicitur Blasphemia, quæ nihil aliud est, quàm derogatio alicuius excellentis bonitatis diuinæ vel sanctorum. Derogatio enim excellentiæ, aut bonitatis viuentium in mortali corpore, dicitur detractio, & non blasphemia, cum non sint in firmo statu magnæ excellentiæ. Verum quia bonitas diuina in infinitū excedit excellentiam & bonitatem sanctorum, ideo blasphemia simpliciter, & absolute siue anthonomastice dicitur derogatio excellentiæ ac bonitatis diuinæ, & per quandam analogiam & ex consequenti, sanctorum, & fit quadrupliciter. Primo attribuendo Deo quod ei non conuenit, vt cum dicitur quòd male & iniustè facit, vel quòd alio modo agere deberet, aut aliquid huiusmodi. Secundò, negando quod ei conuenit, scilicet misericordiam, omnipotentiam, gubernationem, aut aliquid huiusmodi. Sicut quum dicit, Deus non curat de nobis, aut in despectu Dei, vel (vt aliqui Hispani) ponderet Deo, vel Deus non posset hoc facere. Quæ enim implicant contradictionem, non sunt factibilia. Ideo cum sit propter defectum potentiæ dei, sed propter defectum potentiæ passiuæ rei, non est dicendum, Deus non potest facere, sed

D

110 quòd hoc ex se habet vt fieri non possit: Tertiò committitur, blasphemia, quando attribuitur creaturæ quod soli deo conuenit, Puta si diceretur quòd diabolus est omnipotens aut quòd factum regit omnia, aut alias quouis modo. Quartò committitur blasphemia in sanctos, verbo vel facto iniuriam irrogando, & sicut honor qui fit imagini, exhibetur imaginato (vt supra dictum est cum de adoratione ageretur) sic iniuria, quæ fit imaginibus sanctorum aut reliquiis eorum, irrogatur sanctis, & dicitur blasphemia in sanctos. Si prædictę derogationes sint per intellectum, vel affectum tantum & consistant duntaxat in corde, dicuntur cordis blasphemiæ, Si autem exterius prodeant per locutionem, dicuntur blasphemiæ oris. Si verò per facta, dicuntur facta blaspemia, ea præcipuè quæ sunt contra sacramenta, singulariter autem contra sacramentum Eucharistiæ, quod est excellentissimum Blasphemia prohibetur secundò præcepto primæ Tabulę. Quia magis assumit nomen dei in vanum qui blasphemat, quam qui sine causa rationabili Deum inuocat, sicut amplius contrauenit huic præcepto, Non furtum facias, qui rapit, quàm qui furatur. Blasphemia ex suo genere est peccatum mortale, quum puniatur morte. Leui. 24. Qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur. Hoc tamen intelligēdum est, si ex deliberatione procedat, quia aliter dicendum est, si ex subreptione vel absque deliberatione proueniat. Quod fieri potest, quando aliquis non aduertit illud quod

2.2.q.13

Blasphemia quid.

Blasphemia quot modis committitur.

Iniuria facta sanctorum imaginibus, dicitur blasphemia.

Blasphemia prohibetur.

Blasphemia quod peccatum.

Leui.24.

runt blaſpemiam in filium hominis, cum dicebant eum voracem, potatorem vini, & Publicanorum amatorem. Poſtmodum blaſphemauerunt in ſpiritum ſanctum, quum opera quæ ipſe operabatur virtute propriæ diuinitatis,& per operationem ſpiritus ſancti, attribuebant principi dæmoniorum. Ideo dicuntur blaſphemaſſe in ſpiritum ſanctum. Diuus Auguſtinus vocat blaſphemiam ſiue peccatum in ſpiritum ſanctum, finalem impœnitentiam ſiue perſeuerantiam vſque ad mortem incluſiue, quæ dicitur peccatum in ſpiritum ſanctum, quia eſt contra remiſſionem peccatorum, quæ attribuitur ſpiritui ſancto. Nec prædicta dixit Chriſtus Iudæis, quaſi ipſi peccarent hoc modo contra ſpiritum ſanctum, nondum enim erant finaliter impœnitentes, ſed admonuit ne taliter loquentes ad hoc peruenirent, quod in ſpiritum ſanctum peccarent, hoc eſt perſeuerarent in peccatis vſque ad mortem incluſiue, quia poſt mortem non remitteretur. & hoc modo debet intelligi quòd peccatum in ſpiritum ſanctum eſt irremiſſibile. Alii dicunt blaſphemiam & peccatum in ſpiritum ſanctum eſſe, quando quis peccat contra appropriata ſpiritui ſancto, Sicut enim Patri appropriatur potentia, & Filio ſapientia, ſic Spiritui ſancto bonitas. Ideo dicunt peccatum ex infirmitate eſſe in Patrem, ex Ignorantia in Filium, & ex malitia in ſpiritum ſanctum. Peccat autem dicitur ex malitia, quando ſcienter ex ipſa electione mali quis peccat. Quod contingit dupliciter. Vno modo ex conſuetudine ſiue ex inclinatione habitus mali, qui dicitur vitium. Et ſic non eſt idem, peccare ex malitia, & peccare in ſpiritum ſanctum. Alio modo contingit ex eo quod quis per contemptũ abiicit & remouet id quod electionem malam poterat impedire. puta ſpem & timorem, quæ ſunt effectus, & dona Spiritus ſancti in nobis, ſicut & bona inſpiratio, remorſus conſcientiæ, redargutio, & alio huiuſmodi. & ſic peccare ex malitia eſt ſcienter & aduertenter complacere in peccato cognitio, & reſiſtere Spiritui ſancto. & hoc dicitur peccatum in Spiritum ſanctum. quod quidem poteſt dici irremiſſibile, non quod nullo modo remittatur, ſicut de finali impœnitentia dictum eſt, ſed quia difficulter remittitur, vel quia quantum eſt de ſe, non habet meritum, aut cauſam remiſſibilitatis, ſiue quod remittatur.

Ioan. 4. Matth 12. In lib de verb. do.

A III

Peccare ex malitia eſt peccare in ſpiritum ſanctum.

Ver. 2. *De Speciebus peccati in Spiritum ſanctum.*

B III MAGISTER Sententiarum in 43. diſt. 2. dicit quod ſex ſunt ſpecies peccati in Spiritum ſanctum, deſperatio, præſumptio, impatientia, obſtinatio, impugnatio veritatis agnitæ, & inuidentia fraternæ gratiæ. Prædictæ autem ſpecies aſſignantur peccato in Spiritum ſanctum, prout dicitur ex electione & ſecundo modo, quia homo impeditur ab electione peccati per ſpem, quæ conſurgit ex conſideratione diuinæ miſericordiæ peccata remittentis, & præmiantis bona, & hoc tollitur per deſperationem. Item auertitur homo ab electione peccati per timorem, qui nõ conſurgit ex conſideratione iuſtitię diuinæ punientis peccata, & hic tollitur per præſumptionem, dum ſcilicet aliquis præſumit ſe poſſe gloriam adipiſci ſine meritis, vel veniam ſine pœnitentia, vt Lutherani. Retrahimur etiam a peccato per agnitionem veritatis, contra quod opponitur impugnatio veritatis agnitæ, dum ſcilicet aliquis veritatem fidei agnitam impugnat, vt licentius peccet. Impedimur etiam ab electione peccati per auxilium interioris gratiæ, contra quod opponitur inuidentia fraternæ gratiæ, dum ſcilicet aliquis non ſolum inuidet perſonæ fratris, ſed etiam inuidet gratiæ Dei creſcenti in mundo. Retrahimur pariter a peccato per conſiderationem inordinationis & turpitudinis peccati commiſſi, iuxta illud, Vide quam vilis & abominabilis facta es iterant vias tuas. & quo ad hoc opponitur impœnitentia, non vt ſignificat permanentiam in peccato vſque ad mortem, (quia tunc non eſt ſpeciale peccatum, ſed quædam peccati circunſtantia,) ſed prout ſignificat propoſitum non pœnitẽdi. Conſideratio autem paruitatis & breuitatis boni quod quis in peccato quærit, retrahit hominem a peccato, & inducere ſolet ad hoc quòd voluntas non firmetur in peccato, iuxta illud, Quam fructum habuiſtis tunc in, illis, in quibus nunc erubeſcitis? & hæc tollitur per obſtinationem, quando ſcilicet homo

2. 2. q. 14. art. 2.

Sex ſpecies peccati in Spiritum ſanctum.

Hiere. 3.

Rom. 6

mo firmat propositum suum in hoc quod peccato hæreat. & de his duobus vltimis
Hiere. 8. Hiere. Nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo dicens, quid feci? quantum ad primum. Omnes conuersi sunt ad cursum, quasi equus impetu vadens ad prælium, quantum ad secundum. Obstinatio tamen in hac vita est perfecta, sicut in damnatis, qui sic sunt in malo firmati, vt non possint diuelli. Sed in vita voluntas
Exod. 7. hominis est deambulatoria, flexibilis, & mutabilis, vsque ad mortem, ideo non
& 9. potest proprie esse obstinatio, sed obduratio, sicut de Pharaone legimus, Induratum
2.2.q.79. est cor Pharaonis de causa vero & quomodo differant, execratio, aggrauatio,
ar.3.ad 4. induratio, & obstinatio amplius dicetur.

Ver. 3. *De præceptis Fidei.*

2.q.16.
Heb. 11. IN lege antiqua non ponuntur præcepta de Fide, quum lex non imponatur nisi G
Exo. 2. subditis. Prima autem subiecto hominis ad Deum est per fidem, iuxta illud, Accedentem 111
Deu. 6. tem ad Deum oportet credere Ideo fides præsupponuntur ad legis præcepta. Et pro
Rom. 3. pterea Deus Exo. 20. id quod est fidei, prę̨mittit ad legis præcepta, quum dicit, Ego
Mar. ult. sum dominus deus tuus. Et Deut. 6. Audi Israel, dominus deus tuus vnus est, &
Ioan. 14. statim incipit agere de Præceptis. Ideo Apost. nominat legem antiquam, legem
Heb. 11. factorum, & diuidit eam contra legem fidei, hoc est Euangelium quod præcipit fidem, Qui crediderit, &c. Et alibi. Creditis in Deum, & in me credite. Et Heb. 11. Sine fide impossibile est placere deo.

DE SPE THEOLOGA.

CAP. XI.

2.2.q.17.

SECVNDA virtus theologa dicitur Spes, quæ quo ad actum cōmuniter sic D
definitur, Spes est certa expectatio futuræ beatitudinis, ex gratia & meritis proue 111
Spes quid. niens, quantum ad ipsam rem speratam, quia quo ad habitum non prouenit ex meriti sicut nec fides, donum enim dei est supernaturale, a deo nullis præcedentibus meritis gratuito datum, sicut & fides, ne quis glorietur. Quo ad habitum autem sic definitur, Spes est virtus theologa, a deo in voluntate infusa, qua homo inclinatur & disponitur ad certitudinaliter expectandam futuram beatitudinem, mediante auxilio gratiæ dei, qui dabit facere opera meritoria ad illam consequendam. Ex premissis apparet quod spes quæ est passio, non est virtus theologa, quia quis ea male vti potest. Præterea quia spes quæ est passio, est actus appetitus irascibilis, & spes theologa est habitus voluntatis, quæ habet deum pro obiecto, & non bonum sensibile, pro
Obiectum ut spes quæ est passio. Notandum tamen quod obiectum spei est duplex, scilicet ma
spei materiale. teriale & formale. Obiectum materiale, principale & primarium, est beatitudo æterna, minus principale verò & secundarium sunt ea quæ conducunt ad vitam æternam. Possumus. n. sperare a deo bona præsentis vitæ, in quantum conducunt ad vitam æternam. Sicut enim fides principaliter respicit deum, secundario ea quę ordinā
1.Cor. 2 tur ad ipsum, sic spes. & quamuis dicatur, quod vita æterna in cor hominis non ascendit comprehensiue quia non potest perfectæ ab hominem cognosci in hac uita, potest tamen cadere apprehensiue, saltem secundum communem rationem boni perfecti. & hoc modo spes in ipsam consurgit. Vnde Apost. Heb. 6. ait, Spes incedit
Heb. 6. vsque ad interiora velaminis, quia id quod speramus, est adhuc nobis quasi velatum.
Rom. 8. Ideo cum peruenerimus, cessabit spes, sicut & fides. iuxta illud Rom. 8. Spes quæ ui
1.Cor. 13. detur, non est spes, Nam quod videt quis, quid sperat? &c. 1. Corin. 13. Cum uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Obiectum formale spei est auxilium gratiæ dei. Et sic spes innititur omnipotentiæ, & misericordiæ Dei, per quam dantur fieri merita ad eadem consequendam. Et cum auxilium perti

neat

geat ad causam efficientem & mouentem,& in causis efficientibus inueniatur principale mouens,& secundarium,& deus sit primum, & principale mouens,ac collator omnium bonorum, & maxime beatitudinis,sequitur quod in solo deo principaliter sperare debemus,& non in aliqua creatura,cum nulla talis possit hominem beatificare. Ideo Hie.17. Maledictus homo qui cōfidit in hoīe,scilicet primo & principaliter. Licitum tamen est sperare in homine aut angelo,sicut de agēte,& mouente secundario & instrumentaliter, per quod quis iuuatur ad bona in beatitudinem ordinata consequenda. Et hoc modo ad Sanctos,conuertimur, & ab hominibus etiam aliqua petimus & speramus Vnde vituperantur illi, de quibus aliquis confidere non potest ad auxilium ferendum,Spes consequitur fidem.sic quod non potest exire in actum absque actu fidei, Nec obstat quod actus fidei gratia informatus sit meritorius, quia non requiritur quod omnis actus meritorius habeat spem præcedentem, sufficit.n. quod habeat cōcomitantē. De habētibus spem,& de augmento & corruptione spei, proportionabiliter dicendum est, sicut dictū est de fide c.10 §.3.ver.5.& 6. Ex quibus apparet quod spes,& fides non sunt semper simul,& quod spes absque fide corrūpi potest,licet non econuerso,secundum aliquos.

In solo principaliter est sperandum. *Hier.17.* *Sperare secundario in creaturis licet.* *c.10.§.3. ver.5. et.6*

§ 1. *De Vitiis spei oppositis.*

E SPEI Theologicæ opponuntur duo vitia,scilicet desperatio & præsumptio. De
812 speratio est diffidentia de assequenda beatitudine,propter defectum gratiæ & meritorum,propriorum,vt cum quis æstimat se damnandum, quia non credit Deum illius misertūrum,nec intendit conuerti. Desperatio est grauissimū peccatū scilicet in genere suo & homini periculosissimum,iuxta illud Plaga mea renuit curari,Et Hie.3:Insanabilis fractura tua,pessima plaga tua Et sic desperatio est grauius peccatum peccatis oppositis virtutibus moralibus propter nobilitatem obiecti, a quo auertitur principaliter & directe. Est tamen secundum se minus peccatum quam infidelitas & odiū Dei,quæ sunt contra Deum, desperatio vero cōtra se. Infidelitas enim prouenit ex hoc quod homo veritatem Dei non credit. Odium vero prouenit ex hoc quod volūtas hominis ipsi diuinæ bonitati contrariatur,desperatio autem,a se ex quo homo nō sperat se bonitatem Dei participaturum. Sed si comparetur desperatio ad illa duo peccata,ex parte nostra est periculosior,quia per spem retrahimur a malis, & inducimur ad bona consequenda,& ideo sublata spe,homines effrenatē labuntur in vitia & a bonis operibus retrahuntur. Vnde super illud, Si desperaueris lapsus in die angustiæ, minuetur fortitudo tua, dicit Glo. Nil est execrabilius desperatione, & Isidorus ait, Patrare flagitium mors animæ est, sed desperare est descendere in infernum.

2.2.q.20. *Desperatio quale peccatum sit.* *Hier.3.* *Prouer.24.* *In lib. de sum.bo.*

Ver.1: *De Remediis contra Desperationem.*

F POTISSIMVM remedium contra Desperationem est consideratio infal-
811 libilis promissionis Dei,quam politicus est per Ezech. Quacunque hora ingemuerit peccator,omnium iniquitatum eius non recordabor,& per Christum Pœnitentiam agite,& appropinquabit regnum cœlorum. Et ideo Heb.6 Homines per maiorem suū iurant,& omnis controuersiæ eorum finis ad cōfirmationem,est iuramentum. In quo abundantius volens deus ostendere pollicitationem hæredibus, immobilitatem consilii sui,interposuit iusiurandum, vt per duas res immobiles (quibus impossibile est mentiri deum) fortissimum solatium habeamus,qui confugimus ad tenēdam propositam spem,quam sicut anchoram habemus animæ tutam & firmam, incedentem vsque ad interiora velaminis,vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus, qui non est acceptor personarū (ut habetur Act.10.) sed in omni gēte,qui timet deum, & operatur iustitiā,acceptus est illi. qui Pharisæi murmurantibus, quod cum Publicanis & peccatoribus manducaret, respondit, Non est opus medico valentibus. Euntes autem discite, Quid est misericordiam uolo,& non sacrificium? Non enim ueni uocare iustos,sed peccatores ad pœnitentiam. Aliud remediū contra desperationē, est uitare causas ex quibus procedit desperatio, quę sunt principaliter duo peccata. Primum est luxuria, per quā aliquis afficitur corporalibus voluptatibus & delectationibus.

Primum remedium cōtra desperationem. *Ezec.18.* *Matt.4.* *Heb.6.* *Act.10.* *Mat.9.* *Secundum remedium.*

bus venereis, quæ maxime alliciunt, ex quarum affectu contingit quòd homo fastidit bona spiritualia, & non sperat ea quasi quædam ardua bona. Secundum peccatum est acedia, quia quod quis non æstimet aliquod bonum arduū, vt possibile adipisci per se, vel per alium, prouenit ex nimia deiectione, quæ quando in affectu hominis dominatur, videtur ei quod non possit ad aliquod bonum releuari. Et quia acedia est quædam tristitia deiectiua suiipsius, ideo generat desperationem si magnitudo peccati commissi a tentatore ingeratur, sicut factum fuit Cain, qui dixit, Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear. Et Iudæ qui ait, Peccaui tradens sanguinem iustum. veruntamen erigere debet illud, vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. & illud D. Bernar. Abyssus peccati abyssum inuocat misericordię. Et illud Psal. Miserationes eius super omnia opera eius. Et Ezech. 18. Nunquid voluntatis meę est mors impii, an non vt conuertatur à viis suis, & viuat? & in eodem cap. Et quare moriemini domus Israel? Quia nolo mortem peccatoris, Reuertimini & viuite. Si frequens casus & recidiuatio perterreat, omnipotentia dei & fidelitas eius, ad memoriam reducantur, iuxta illud. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cùm tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Amplexemur meritum passionis Christi, qui abunde satisfecit. Cōtemplemur sua sanctissima sacramenta, quæ nobis in remedium contulit, & quibus virtutē dedit, Recolamus Ecclesiæ vnitatem & pietatem, inuocemus suffragia D. Virginis & sanctorum, & cum sanctis & bonæ conuersationis hominibus conuersari studeamus. Auxilium dei imploremus, & contra desperationem & alia peccata præualere poterimus.

(Margin: a.2.q. 2. arti. 4. — *Luxuria et acedia sunt causæ desperationis.* — Gen.4. — Mat.27. — Rom. 5. — Psal.143. — Eze.18. — 1.Cor.10. — Ibidem.)

§.2 *De præsumptione.*

D E multiplici præsumptionis acceptione abunde dictum est, Nunc de ea. secundum quòd est peccatum spei oppositum per excessum, dicendum est. Pręsumptio est temeraria expectatio æternæ beatitudinis absque gratia, & meritis, vt cum quis sperat consequi peccatorum veniam sine pœnitentia, vt Luterani uel peruenire ad gloriam sine meritis, vt Lucifer. Hæc præsumptio est peccatum mortale, vtpote derogans diuinæ dispositioni, qua decretum est quòd non dabitur uenia peccatorum absque pœnitētia, neq; gloria absque meritis. Peccatum hoc (vt dictum est) inter species peccati in Spiritum sanctum computatur, quia scilicet per huiusmodi præsumptionem tollitur vel impeditur auxilium Spiritus sancti, per quod homo reuocatur a peccato, & inducitur ad pœnitendum & merendum. Hoc peccatū opponitur spei per excessum, non ab intensione actus, quia nullo modo potest quis nimis sperare de Deo, sed ex hoc quòd sperat aliquid, quod nō conuenit sic sperare ab eo, Et tamē minus peccatum quàm desperatio, quoniam magis est propriū Dei misereri & parcere, quàm punire, propter infinitam eius bonitatem. Misereri enim Deo conuenit secundum se, punire, autem, secundum peccata nostra. Vnde dicit D.Thom. quòd pręsumptio directè procedit ex superbia, qua aliquis tantum se existimat, quòd propter suam excellentiam debeatur ei gloria, vt Lucifer, vel etiam quod Deus eum peccantem non puniat, nec a gloria excludat, sed potius misereatur.

A 112

(Margin: 2a2.q.21. a.6. § 4. ver.1.& 2 — *Presūptio est peccatū mortale.* — *Præsumptio est gra uius peccatum quàm desperatio.*)

Ver.1. *De præceptis ad spem pertinentibus.*

P R A E C E P T A fidei & spei non ponuntur neque dantur in decalogo, quia fides, & spes sunt virtutes præambulæ ad legem. Præcepta verò quæ sunt legis, imponuntur homini iam subiecto, & ad obediendum parato. Ideo solum proponuntur præcepta legis per modum preceptionū, Fidei verò & spei præcepta non erāt proponenda per modū præceptorum, quia nisi iam homo crederet & speraret, frustra proponerentur. Sed sicut fidei præceptum proponendum fuit per modum denunciationis, & commemorationis (ut dictum est c.10.§.6. Ver.3.) sic præceptū spei per modum promissionis, qui enim obedientibus præmia promittit, ex hoc ipso incitat ad spē. Vnde omnia promissa quæ in lege contineantur, sunt spei excitatiua. Ideo Psal. Spera in domino, & fac bonitaté, & pasceris in diuitiis eius. Et Esa.1. Si uolueritis & audieritis me, & bona terra comedetis.

B 112

(Margin: Ca.10.§.6 uer. 3. — Psal. 36. — Isa.1.)

DE

DE CHARITATE
CAPVT XII.

C 112 TERTIA Virtus theologa dicitur Charitas, quæ quo ad habitum potest sic definiri, Charitas est virtus theologa, a solo Deo in voluntate hominis infusa, gratię gratum facienti connexa, per quam homo inclinatur ad diligendum Deum super omnia & proximum propter Deum sicut seipsum. Quantum ad actum vero D. Aug. dicit, charitatem voco motum animi ad fruendum Deo propter seipsum Ex hac definitione apparet primo, quod charitas est aliquid creatum in anima, cum sit virtus, & omnis virtus, sit habitus & qualitas. Item etiam quantum ad actum qua motus animi est aliquid creatum. Nec est tenendus in hoc magister Sēt. qui in 17. dist primi, dicit quod charitas est ipsemet Spiritus sanctus mentem inhabitans, mouens ipsam voluntatem immediate sine aliquo habitu, cōtra illud Rom 5. charitas dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis Spiritus autem sanctus non diffunditur nisi per effectus. Ideo Clemens Papa 5. in conci. Viennen (vt habetur in clem. vni. § si. de sum. Trin & fide catholica) sic ordinauit. Nos attendentes generalem efficaciam mortis christi, quæ per baptisma cōmuniter applicatur omnibus baptizatis, Opinionem (quæ dicit paruulis quam adultis conferri in baptismo informantem gratiam & virtutes) tanquam probabiliorem & dictis sanctorum & doctorum modernorum theologicæ concordem, sacro approbante concil. duximus eligendam. Nec obstat quod. 1. Ioā. 4. dicitur, deus charitas est quia ibi accipitur charitas pro æterna Dei dilectione qua nos diligit, quę dicitur charitas increata. Sed quum voluntas dei, qua diligit nos, & vult nobis bona, & nos esse amicos. semper sit efficax, necesse est quod ex illa charitate increata fluat in nobis charitas creata, qua diligimus eum sicut amicum. & licet Deus dicatur vita animæ effectiue scilicet per charitatem Nec obstat quod nihil creatum potest esse infinitæ virtutis, igitur nec charitas, quæ perducit ad bonū infinitū, quia nō virtute sua, sed in virtute agētis inducit & mouet illam. Secūdo ex prædicta definitione infertur quod charitas quātū ad actū, est quidam amor nō cōcupiscentiæ, quo diligimus creaturas propter nos inquantum subseruiunt nobis, sed est amor amicitiæ, quæ importat mutuā dilectionem. Vnde Ioā. 15. Iam non dicam vos seruos, sed amicos. Et si charitas amicitia hominis ad deū, vt obiectū beatitudinis. Et quum bonitas diuina, quæ est obiectum formale, finis & ratio diligēdi sit vna, ideo non est nisi vna charitas, quæ se extendit ad omnia diligibilia ordine quodam, vt infra dicetur. Et per consequens nō sunt plures species charitatis, quēadmodū possunt esse plures species amicitiæ quę est inter homines, secundum diuersitatem finium, scilicet amicitia vtilis, delectabilis,

D & honesti, vel etiam secundum diuersitatem communicationum, in quibus amicitiæ

112 fundatur. Quarum vna fundatur super communicatione naturali, alia super communicatione ciuili vel peregrinationis Ideo alia est amicitia consanguineorum alia ciuium alia peregrinantium. Tertio infertur quod charitas est perfectior & excellētior fide & spe, & per consequens omnibus virtutibus, quum charitas attingat Deum vt in ipso sistat, Fides vero & spes, secundum quod ex ipso prouenit cognitio veri vel adeptio boni Ideo 1. Cor. 13. Nunc manent fides, spes, charitas, tria hæc, maior autē horū est charitas. Quō autē charitas sit forma virtutum, dictum est c. 10 § 2 nō quidem exemplariter, sed magis effectiue & ordinatiue. Quarto infertur quod volūtas est obiectum charitatis, & deus in se consideratus, obiectum & causa efficiens & infundens eam, obiectum autē formale est bonitas diuina. Et quāuis angelis infuderit in primo instanti secundum proportionem naturalium, eo quod omnes secundū suā

Y proportionem

Marginalia: 2. 2. q. 23. Charitas quid. — Charitas est quid creatū. Magister sen. non tenetur i hoc. — Deutero. 3. Charitas non est amor concupiscentiæ. — Ioann. 15. Charitas non diuiditur in plures species. — c. 10 § 2. 2. 2. q 24.

proportionem erant dispositi, & totaliter ferebantur in Deum, & sunt semper in actu, & toto conatu operantur, ideo superiores maiori conatu secundum conditionem suæ naturæ feruntur quam inferiores, In hominibus tamen non infundit deus charitatem aut gratiam secundum proportionem naturalium, quia homo est naturæ rationalis, cui competit quandoque esse in potentia, quandoque in actu. Et ideo non oportet quòd feratur totaliter in id in quod fertur, sed is qui habet meliora naturalia, potest hebere minorem conatum.

§ 1. *De Augmentum Charitatis.*

.2.q.24. rtic.4. Ioann. 15. super Ioan. *Charitas era semper potest augeri.* .Cor.12.

CHARITATEM Aliquã esse alia maiorem cõstat ex verbo Christi dicentis, Maiorem charitatem nemo habet. Ex illo Luc. 7. Cui minus dimittitur, minus diligit, Non solum in diuersis, sed etiam in eodem successiuè, pro statu viæ, quia potest augeri (vt dictum est de fide.) Vnde D. Aug. dicit, charitas meretur augeri, vt aucta mereatur perfici Ex hoc enim dicimur viatores, quòd in Deum tendimus, & quantò magis tendimus, tanto magis appropinquamus. Hanc autem propinquitatem facit charitas, per quam magis vnimur Deo. Ideo de ratione charitatis viæ est vt possit augeri. Si enim non posset augeri iam cessaret viæ progressus. Ideo Apostolus charitatem viam esse demonstrat, Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro, & subiungit de charitate. Ideo in clem. ad nostrum, de hæreticis, ex Concilio Vienen. reprobantur errores Begardorum, inter quos primus erat, quod homo in via præsenti tantum & talem gradum perfectionis potest acquirere, quod redditur omnino impeccabilis, & amplius in gratia proficere non valebit. Augetur autem charitas non per additionem gradus ad gradum, cum sit forma simplex & spiritualis, & in subiecto spirituali, nec, etiam extensiue, sicut scientia Geometriæ, quæ successiue extenditur ad aliqua obiecta & conclusiones, ad quas prius non se extendebat, cum minima charitas se extendat ad omnia illa quæ sunt ex charitate diligenda, sed intẽsiue per maiorem radicationem, & participationem ipsius in subiecto, & licet Diuus Tomas dicat, quod charitas augetur essentialiter, non est ita intelligendum quòd esse incipiat, vel esse desinat in subiecto, quando augetur, sed ita quòd magis ac magis in subiecto radicetur. Et sic charitatem augeri per essentiam nil aliud est, quàm eam magis inesse subiecto, quod est ipsam magis radicare in subiecto, vel ipsam habere maiorem efficaciam ad producendum feruentiorem actum sicut de calore videmus. Augetur verò per actus nostros, non effectiue, cum excedat naturam actuũ nostrorum, sed dispositiue & meritorie non quidem quodlibet actu, quia cum homo sit Liberi Arbitrii, non conatur semper secundum totam latitudinem charitatis & sic potest ita remisse operari, quòd non augebitur, quia à proportione minoris inæqualitatis non fit actio imo potest homo adeò remisse operari, quòd magis meretur corruptionem, quàm augmentum, iuxta illud, vtinam calidus aut frigidus esses, sed quia tepidus, es incipiam te euomere ex ore meo. Et licet quodlibet actu charitatis mereatur vitam æternam, non tamen statim, sed suo tempore dandam. Sic quilibet actus charitatis meretur augumentum, non tamen statim augetur sed quando aliquis conatur ad huiusmodi augmentum: Et si alicubi Diuus Thomas dicat, quòd quodlibet actu charitas augetur, vel meretur augeri, intelligendum est dispositiue incõplete, sicut guttæ cauantes lapidem dısponunt, & vltima in virtute præcedentium cauat, sic etiam in augmento hominis non qualibet comestione augetur puer, sed disponitur ad augmentum. Et quanquam, possit in infinitum (hoc est, non tantum quin mag s) augeri in via nunquam tamen erit essentialiter infinita, neque poterit peruenire ad perfectionem ex parte diligibilis, scilicet Dei, vt tantum diligatur, quantum diligibilis est, quia cum quælibet creatura sit finita, non potest ipsum infinite, diligere. sicut diligibilis est. Sola enim charitas dei hoc modo est perfecta. Non potest etiam esse perfecta in hac via ex parte diligentis perfectione patriæ, vt. s. tantum diligat quantũ potest, siue quòd totus conatus hois semper feratur in deum, quia non est possibile in via, pp humanæ uitę infirmitatẽ semper actu cogitare de deo, & moueri toto conatu dilectionis ad ipsum, Ideo Christus de Ioa. Bapt.

.2.q.24. rtic.4. ad 3.

Apoc. 3. *An quolibet actu charitas augeatur.*

Charitas viæ non põt peruenire ad perfectionem charitatis patriæ

Bapt. dixit, Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Bap. Qui autẽ minor est in regno cœlorum, maior est illo, quantum ad actum charitatis, licet non quoad habitum. Potest tamen charitas in hac via esse perfecta perfectione viæ, quia tantum diligit quantum Deus requirit. & quamuis vita hæc non possit transigi absque peccato veniali, iuxta illud, Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est, propter hoc tamẽ non impeditur perfectio charitatis, quia peccatum veniale non contrariatur habitui charitatis, sed actui. *1. Ioan. 1.*

¶ Charitatis augmentum (secundum D. Aug super primam can. Ioan.) diuiditur, f. in incipientium, proficientium, & perfectorum ait enim, Charitas cum fuerit nata, nutritur, quod pertinet ad incipientes, cum fuerit nutrita, roboratur, quod pertinet ad proficientes, cum fuerit roborata, perficitur, quod pertinet ad perfectos. Primo quidem incumbit homini studium principaliter ad recedendum a peccato, & resistendũ concupiscentiis eius, quæ in contrarium charitatis mouent. Et hoc pertinet ad incipientes, in quibus charitas nutrienda, & fouenda est ne corrumpatur. Secundum autem studium succedit, vt principaliter intendat quòd in bono proficiat, & hoc pertinet ad proficientes, qui ad hoc principaliter intendunt vt in eis charitas roboretur. Tertium studium est, vt homo principaliter intendat inhærere, & frui Deo & hoc pertinet ad perfectos, qui cupiunt dissolui, & esse cum Christo. *Tres charitatis gradus.*

Ver. 1. *De diminutione charitatis.*

A CHARITAS quoad habitum diminui non potest. comparatur enim igni, iuxta illud Cant. 8. Lampades eius (scilicet charitatis lampades) ignis, atque flammarum, & Luc. 12. Ignẽ veni mittere in terram Sed ignis semper ascẽdit, & nunquã descendit, sic charitas viç quandiu manet, ascendere potest, sed descendere, siue diminui non potest, nec quantum ad obiectum. nec quantum ad subiectum, quia non per peccatum mortale, cum totaliter corrumpatur nec per veniale, quia non contrariatur habitui (ut dictum est) Neque etiam diminuitur a Deo, quia Deus non plus se auertit, ab homine, quam homo a Deo, Ideo quando homo se auertit a fine, Deus tollit & corrumpere facit, Sed quando non se auertit a fine, sed inordinate se habet ad ea quæ sunt ad finem, non meretur detrimentum pati in charitate, per quam ordinatur ad finem. Nec etiam diminuitur per solam cessationem ab actu, sicut de amicitia dicit Philos 8. Ethic. quòd multas amicitias inappellatio soluit, hoc est non appellare amicum, vel non loqui ei. Et hoc ideo quia conseruatio vniuscuiusque rei pendet a causa, sed causa virtutis acquisitæ est actus humanus, ideo cessantibus actibus, virtus acquisita diminuitur, & tandem totaliter corrumpitur. Sed charitas non causatur ab actibus humanis, sed a solo Deo, Igitur cessante actu non corrumpitur, neque diminuitur, si desit peccatum in ipsa cessatione. Et quamuis contraria nata sint fieri circa idem subiectum, verum est, quando subiectum æqualiter se habet ad vtrumque contrariorum, Charitas tamen non eodem modo se habet ad augmentum & diminutionem, quia potest habere causam augentem, sed non diminuentem. Nec sequitur, Augmentũ charitatis est diminutio cupiditatis, (vt dicit D. August in lib. 83. quæstionum,) ergo augmentum cupiditatis est diminutio charitatis. Minus enim te amat, qui tecum aliquid amat.) Qua ibi intelligitur de cupiditate, in qua finis constituitur in creaturis, per quam charitas totaliter corrumpitur. Et licet remissior motus liberi arbitrii sit causa infusionis minoris charitatis, non tamen conseruationis alioqui non remaneret in dormientibus, quia non pendet effectiue a motu liberi arbitrii, sed a deo. *2. 2. q. 24 ar. 10.* *Can. 8.* *Luc. 12.* *8. Ethic.*

113

Ver. 2. *De corruptione Charitatis.*

B CHARITAS semel habita põt amitti, iuxta illud Apoc. 2. Habeo aduersum te pauca, quia charitatem primam reliquisti. Hoc autem fit per quodlibet peccatum mortale demeritorie, & effectiuè dispositiuè, quia quodlibet peccatum mortale contrariatur charitati cum ad perfectionem charitatis pertineat inclinare hominem ad hoc, vt totaliter se subiiciat deo, omnia sua referendo in ipsum, & sic diligat eũ, vt in omnibus velit sequi regulam præceptorũ eius. Sed omne peccatum mortale *2. 2. q. 34 ar 7.* *Apoc. 2.*

113

contrariatur præcepto Dei, igitur & charitati. Et si charitas esset habitus acquisitus ex virtute subiecti pendens, non oporteret quòd statim per vnum actum corrumperetur, sed per continuationem. Verum quia charitas est habitus infusus, pendens ex sola actione Dei infundentis & conseruantis in esse, qui sic se habet in infusione & conseruatione, sicut sol in illuminatione aeris, & ideo sicut lumen statim cessat per hoc quod obstaculum ponitur illuminationi, ita & charitas statim deficit in anima per quodlibet peccatum mortale, quod est obstaculum infusionis. Et quia quodlibet peccatum mortale non opponitur fidei aut spei, ideo nec fides nec spes per quolibet peccatum mortale corrumpitur, vt supra dictum est.

Ver 3. *De ordine charitatis.*

2.2.q 26. art. 1. ORDINEM esse in charitate constat ex eo quod habetur. Can. 2. Introduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem. Primo enim diligẽdus C 115
can 2. est Deus super omnia, ex toto corde, & ex tota anima, & in tota mente, & ex tota
Deut 6. fortitudine, & in omnibus viribus Huius præcepti expositionem & obligationem,
Luc. 6. & an possit in via impleri, habes infra. §.3. huius c. ver. 12. Secundo post Deum tenetur quis ex charitate diligere seipsum, quo ad principale quod est anima. Post Deum enim quis debet plus diligere animam suam, quam omnia alia, nec debet homo aliquod malum peccatum (saltem quod contrariatur beatitudini) facere, vt proximum liberet a peccato. Quia (vt dicit Philosophus. 9. Ethi.) Amicabilia quæ sunt
9. Ethic. ad alterum, veniunt ex amicabilibus quæ sunt ad seipsum. Tertiò tenetur homo plus diligere animam proximi, quam corpus proprium, siue vitam corporalem. Quia ea sunt magis ex charitate diligenda, quæ habent maiorem rationem diligibilis, Sed cõsociatio in plena participatione beatitudinis (quæ est ratio diligendi proximum) est maior participatione beatitudinis, per redundantiam quæ est ratio diligendi corpus proprium, & ideo proximum quantum ad salutem animæ magis debemus diligere, quam corpus proprium & per consequens plus quam bona temporalia, in casu in quo tenetur saluti eius prouidere. Sed ad hoc quod aliquis sponte se offerat, pertinet ad perfectionem charitatis, Ideo Christus dicebat, Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam, &c. Quarto corpus proprium, & vitam propriam, plus quã vitam proximi. Quinto corpus & vitam proximi, quam bona temporalia, & quam irrationabiles creaturas, quia talia non sunt proprie ex charitate diligenda, cum non sint capacia beatitudinis æternæ, nec alicuius communicationis seu associationis cum hominibus. Possunt tamen ex consequenti diligi, inquantum scilicet ex charitate volumus ea conseruari ad Dei honorem, & nostram & proximorum vtilitatem. sicut etiam Deus ex charitate diligit ea, inquantum subseruiunt nobis ad perueniendum ad beatitudinem æternam.

Ver. 4. *De Dilectione proximi.*

2.2.q. 25. art 6. QVO ad dilectionem proximi notandum est, quod duo possimus in eo considerare, scilicet culpam & naturam. Et quum culpa eorum Deo contrarietur, & sit impedimentum beatitudinis, secundum eam non sunt diligendi, imo odiendi, etiam si D 113
Psal. 118. sint propinqui, iuxta illud Psal. Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. & alibi,
Exo. 22. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. & alibi, Perfecto odio oderam
Psal. 8. illos. & Exod. 22. Maleficos non patieris viuere. & Psal. Conuertantur peccatores in infernum, & in multis aliis locis. in quibus multa imprecantur eis mala, quæ imprecatio referenda est ad remotionem culpæ eorum, vt scilicet peccata destruantur, & homines remaneant. Vnde diuus Augustinus in regula, Cum dilectione hominum, & odio vitiorum, & sic non debemus velle quod ipsi volunt, scilicet inordinationem, neque gaudere de his de quibus ipsi gaudent, iuxta illud
Hier. 15. Conuictus peccatorum quibus & quando vitandus. Hiere 15. Conuertentur ipsi ad te. & tu non conuerteris ad eos, scilicet ad conuersandum cum eis, quod de infirmis & imperfectis intelligendum est, propter periculum, ne ab eis subuertantur. Perfectis autem laudabile est cum peccatoribus conuersari, vt retrahant eos a peccatis, sicut Dominus, qui cum peccatoribus manducabat, Matth. 9. Sed conuictus peccatorum, quantum ad consortium peccati, vitan-

vitandus est omnibus. 2.Cor.6. Recedite de medio eorum,& immundum ne tetigeritis, scilicet secundum peccati consensum, secundum naturam vero quam ex Deo habent, sunt capaces beatitudinis. Super communicatione charitas fundatur, ideo secundum naturam suam sunt ex charitate diligendi. 2.Cor.6. Damnati et damnati non sunt ex charitate diligendi.

¶Ex præmissis sequitur quòd dæmones & damnati non sunt ex charitate diligendi, quia non sunt capaces beatitudinis. Vnde Phi.9 Eth. dicit quòd non sunt subtrahendę amicitiæ beneficia, quousque habetur spes sanationis eorum, sed magis auxilium dandum ad recuperationē virtutis, quàm ad recuperationē pecunię, sed quando in maximam malitiam incidunt, & insanabiles fiunt, sicut dæmones & damnati, non est eis amicitiæ familiaritas exhibenda. Et ideo peccatores (de quibus magis præsumitur nocumentum aliorum, quam eorum emendatio) secundum legem diuinam & humanam præcipiuntur occidi. Et tamen hoc non facit iudex ex odio eorum, sed ex amore charitatis, quo bonum publicum præfertur bono singulari & tamen mors per iudicem inflicta peccatori prodest, siue conuertatur, siue non, Si conuertatur, ad culpæ expiationem, Si non conuertatur, ad culpæ terminationem, quia per hoc tollitur potestas amplius peccandi.

Ver. 5. *De ordine dilectionis proximi.*

INTER Proximos ex charitate diligendos seruandus est ordo, non solum secundum effectum, sed etiam secundum affectum, cum non minus sit ordinatus affectus charitatis quam inclinatio naturæ, cum vtraque inclinatio ex diuina prouidentia procedat. Sed inclinatione naturæ videmus quòd quæ habent maiorem grauitatem sunt inferiora, Igitur qui magis appropinquant Deo sunt magis ex charitate diligendi. Quia cum principium dilectionis sit Deus, & ipse diligens, necesse est, quòd secundum maiorem propinquitatem ad alterum illorum principiorum maior sit dilectionis affectus. In omnibus enim in quibus inuenitur aliquod principium, ordo attenditur per comparationem ad illud quanuis ex parte boni quod est ex charitate omnes æqualiter diligamus, quia omnibus optamus beatitudinem æternam. Sed si accipiatur dilectio secundum maiorem intensionem actus non oportet omnes æqualiter diligere, nec etiam quantum ad effectum. Ad eos enim qui non sunt nobis coniuncti, non habemus nisi amicitiam charitatis, ad eos vero qui sunt nobis coniuncti, habemus aliquas amicitias secundum modum coniunctionis eorum ad nos. Cum autem omne bonum super quo fundatur amicitia honesta, ordinetur sicut ad finem ad bonum beatitudinis, super quo fundatur charitas, consequens est vt charitas imperet bonum cuiuslibet amicitiæ. Et sic hoc ipsum quod est diligere aliquem, quia consanguineus, vel coniunctus vel conciuis, vel propter quodcunque huiusmodi aliud licitum ordinabile in finem charitatis potest à charitate imperari. Et ita ex charitate, tam eliciente quàm imperante pluribus modis diligimus nobis coniunctos, & magnis domesticos. Sed magis coniunctos qui impediunt nos à Deo, non debemus diligere, quia in hoc non sunt nobis propinqui, sed plus quàm extranei, imo & inimici secundu illud Mat. Inimici hominis domestici eius. Quando vero non impediunt, debemus diligere secundum proportionem coniunctionis eorū in his quæ pertinēt ad naturam siue, substantiam & nutrimentum, consanguineos quorum coniunctio est in naturali origine, quæ est propior & immobilior, vt pote quæ remoueri non potest, sicut aliæ coniunctiones superuenientes. In his vero quæ pertinent ad ciuilem conuersationem, plus debemus diligere conciues, & in bellicis plus commilitones. Vnde Philosophus dicit, Singulis propria & congruentia sunt attribuenda. Et sic duci exercitus magis obeditur in bello, quàm patri, non tamen simpliciter plus diligitur dux, quam pater, sed secundum quid. ¶ Ex præmissis inferuntur multa colorana. Primum, quòd si consideretur dilectio ex parte obiecti, illud est magis diligendum quod est Deo similius, & quia pater habet rationem principii, non filius, neque uxor, ideo magis diligendus & honorandus. Si ex parte diligentis, sic diligimus coniunctiores, sic pater filios, vt aliquid sui existentes Pater autem nō est aliquid filii, & iō dilectio qua pater diligit filiū, similior est dilectione, qua quis

2.2.q.26. art.7.et 8.

Matth. 7. inter propinquos qui sint magis diligendi.

9 Ethic.

8. Ethic.

Quare aliquis magis diligat filium quam patrem Eccle. 9. diligit seipsum. Secundo quia parentes magis sciunt aliquos esse suos filios, quam econuerso specialiter mater. Pater etiam probabiliores habet coniecturas, quam filius de patre. Tertio quia filius est propinquus parenti, vt pote ab ipso immediate descendens, & effectus eius. Quarto quia parentes diutius amauerunt pater. n. statim incipit diligere, filius autem tempore procedente incipit diligere patrem. Dilectio autē quanto diuturnior, tanto fortior, secundum illud, Ne derelinquas am cum antiquum nouus enim non erit similis illi. Et quia principio debetur subiectio effectui aūt proportionabiliter competit recipere influentiam, propter hoc parentibus a filiis magis, debetur honor & obedientia, filiis autem magis debetur cura prouisionis, iuxta illud, *1. Cor. 12.* Non debent filii thesaurizare parentibus, sed parentes filiis quanuis in articulo necessitatis filius sit plus obligatus ex beneficiis susceptis, vt parentibus prouideat quam filiis suis. Dicit enim D. Th. quod necessitate extrema magis liceret deserere filios quā parentes, quos nullo modo deserere licet propter obligationem beneficiorū susceptorum, & maxime propter beneficium essendi. Ideo tenetur magis seruare parentes in esse quam filios, quum esse sit fundamentum beneficiorum, pro quo satisfacere non potest (vt dicit Phil. 8 Ethic) Secundo infertur quod filius plus tenetur diligere patrem quam matrem, quia pater habet excellentiorem rationem principii quam mater. Pater enim est principium per modum agentis, mater autem per modum patientis, & materiam administrantis. Tertio infertur quod licet filius magis teneatur diligere vxorem quam patrem, quantum ad vnionem carnalis copulæ & cohabitationē iuxta illud, Quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ & erunt duo in carne vna. Iam enim non sunt duo, sed vna caro, sin filio, vel propter generationem. Veruntamē quo ad alia & in articulo necessitatis. vbi non potest vtrique de alimentis prouidere, plus tenetur patri quam vxori. Quia pater habet plures rationes diligibilitatis quam vxor, quia principium est, & causa essendi. Et cū Apost. dicit Eph. 5. Quod viri debent diligere vxores suas sicut seipsos, & sicut carnem suam non est intelligendum æqualiter, nec quod hoc aduerbium (sicut) importet æqualitatem, sed rationem dilectionis. Diligit enim homo vxorem suam, ratione carnalis coniunctionis & ratio qua aliquis diligit seipsum est ratio dilectionis quam habet ad vxorem sibi coniunctam. Quarto infertur quod aliquis plus tenetur, quantum ad alimenta, subuenire filio quam vxori, cum sit principium filii, & non vxoris. Et de ratione principii sit influere, & de ratione effectus est influentiam recipere. Vnde Adam plus tenebatur diligere filium quam Euam vxorem suam, eò quòd habebat excellentiorem rationem principii, quam respectu Euæ, cum respectu filii per modum agentis, respectu vero Euę, merè passiue.

2. 2. q. 31. ar. 3. ad 4. in extrema necessitate magis est subueniendum patri quam filio Gen. 2. Matt. 19.

Ver. 6. De Dilectione Inimicorum.

Matth. 5.

CHRISTVS Reprobauit glosam Scribarum & Pharisęorum additam legi quæ habebat, Diliges proximum tuum, & illi addiderant, Et odio habebis inimicum tuum. Hæc enim glossa erat Aurelianensis. quæ destruebat textum, erat enim contra legem, quæ habetur Leuit. 19. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo. & infra, Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. & quo ad dilectionem, habetur Exod. 23. Si occurreris boui inimici tui aut asino, reduc eum, & si videris, asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed leuabis cum eo. Et Salomon etiam declamauit, Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit da ei bibere aquam prunas congeres super caput eius, & dominus reddet tibi. Quapropter, Christus legem declarans ait, Ego autem dico vobis, Diligete inimicos vestros, & benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus vos. ¶ Er quia Mahumetus & Iulianus Apostata ex hoc loco inferunt legem Christi esse contra, naturam, quæ resistit corrumpentibus quantum potest Ideo pro resolutione omnium difficul-

Leuit. 19. Exod. 23. prou. 25. 2. 2. q. 25. art. 8. Dilectio inimicorū Tripliciter considteratur.

B 114

C difficultatum notandum est ex D. Thoma, quod dilectio inimicorum tripliciter con
314 siderari potest. Vno modo vt inimici diligantur inquantum inimici sunt, hoc est, in quantum odiunt, & persequūtur nos, & hoc esset peruersum. & charitati repugnās. Quia hoc esset diligere malum & peccatum alterius, quod tamen est odiendum, vt dictum est supra hoc. §. versic. 4. Et sic unaquęque res naturaliter odio habet id quod est sibi contrarium, inimici autem sunt nobis contrarii, inquantum inimici, & ideo inquantum huiusmodi, debemus odire eos. & velle quod emendentur a malitia. & hoc est odire malitiam. Secundo potest cōsiderari dilectio inimicorum quantum ad naturam, & in vniuersali, hoc est inquantum sunt homines & beatitudinis capaces, & secundum hoc non sunt contrarii, ideo sunt ex necessitate diligendi. Vnde diuus Augustinus in regula, Cum dilectione hominum, & odio vitiorum, dictum est, in vniuersali, vt scilicet aliquis diligens Deum, & proximum ab illa generalitate dilectionis inimicos suos non excludat, sed includat, vt velit eis omnia quæ sunt necessaria ad salu em, & quæ vult omnibus aliis quos nunquam vidit, Sunt qui dicunt quod non possunt facere hanc separationem inimicitiæ, & naturæ, Sed hoc facillimum erit, si noscetur similitudo de matre, quæ habet optimum filium, reuerentem, obedientem, prouidentem sibi baculum senectutis si contingat illum infirmari, & cadere in frenesim. & dicat iniurias matri seruienti. & volenti pascere, proiicit scutellas & ciphos, Mater propter hoc nollet eum mori, quia scit eum esse in freneſi & extra sensum uellet tamen infirmitatem cessare, & procul esse. Nec etiam propter hoc desinit ei inseruire. Vide ergo, quomodo separat infirmitatem a natu a. applicatio est facilis. Quilibet habens inimicum iniuste se persequentem, debet iudicare ipsum esse freneticum & extra sensum, hoc est extra rationem, quia si vteretur ratione, non persequeretur, debet igitur odire frenesim, & malitiam illius, & velle quod emendetur, & diligere eum, saltem in generali. Quidam se excusant, & dicunt, quod non possunt, quibus D. August ait, Potes mihi dicere, Non habeo quid tribuam indigenti, Non possum ieiunare frequenter, non possum a carnibus abstinere, neque monasterio deseruire, sed nunquid potes dicere

Notāda similitudo

In lib. 83 hom 6.

D Non possum charitatem habere? non possum diligere? non possum inimicis indulge
411 re? non credimus, nulla manet excusatio, Quia non de cellario, sed de corde hanc eleemosynam implere iubemur. Tertio potest considerari dilectio inimicorum in speciali, vt scilicet aliquis moueatur motu speciali dilectionis ad inimicum. Et istud non est de necessitate absolute, sicut nec moueri singulariter ad extraneos, quamuis si aliquis fecerit, bene faciat. In generali tamen tripliciter inimicum diligere tenemur. Primo, corde. Non enim sufficit non odire siue non velle malum, sed debemus diligere velle bona communia, vel saltem non debemus ab illis excludere. Ideo dicit, Diligite inimicos vestros. Secundo, ore, Orando, & non excludendo ab orationibus communibus vnde dicitur, Orate pro his qui oderunt vos. Non tamen tenetur quis facere specialem orationem pro inimico. Præterea debemus diligere ore, salutando vbi consuetum est. Salutatio enim est species dilectionis. CHRISTVS enim exponendo quod dixerat, Orate, &c. dixit, Et si salutaueritis fratres vestros tantum, &c. Signa enim contraria sunt exhibenda, quia si negarentur, esset signum liuoris vt vindictæ, contra quod dicitur Leuit. 19. Non quęras vltionem inimicorum &c. Hęc signa communia sunt exhibenda propter scandalum, quia alii uidentes hanc denegationem, iudicarent odium. Et sic denegans, diffamaret seipsum, secluso igitur scandalo, possunt negari ad tempus, propter emendam alterius qui offendit, ut resipiscat & cognoscat se fecisse iniuriam, & quærat reconciliationem. Vnde D. August. ad Vincentium, Esurienti panis subtrahitur, si pro cibo securus iustitiam negligat. Idem de loquela. Alia uero beneficia uel signa dilectionis, quę quis exhibet particulariter aliquibus personis, non sunt de necessitate exhibenda, nisi secundum præparationem animi, & in articulo extremæ necessitatis.

Tripliciter diligendus est inimicus.

Præceptū de dilectione inimicorum nō est graue.

¶ Ex quo patet quod hoc pręceptū nō est graue, sed ualde suaue, cū in generali tan-

tum Christus tamen hortatur ad diligendum in particulari, triplici ratione. B

¶ Primo ratione paternitatis, vt sitis filii patris vestri. Filius enim debet imitari patrem. vnde Ephe. 5. Estote imitatores Dei, sicut filii charissimi, Sed deus pater diligit inimicos suos, hoc est peccatores qui per peccata odiunt & persequuntur eum, & tamen eis bona facit non solum in generali, sed etiam in particulari, Facit enim solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos, & iniustos, & malos, aliquando a pluribus priuatis præseruat periculis. Igitur. ¶ Secundo ratione perfectionis & maioris meriti. vnde dicit. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & Publicani hoc faciunt? Ex hoc loco quidam inferunt quod dilectio inimicorum est magis meritoria, quam dilectio amicorum, & probāt ratione difficultatis, quia licet difficultas, quæ se tenet ex parte subiecti & operantis non augeat meritum. (Nam meretrix conuersa seruando castitatem, non magis meretur, quam pudica & temperata, quæ non patitur difficultates.) Tamen difficultas, quæ se tenet ex parte obiecti & operis, auget & facit maius meritum. Quia Philoso. dicit quod virtus est circa difficile & bonum, & Christus de vidua illa quæ posuit duo æra minuta in gazophilacium, dixit, Vere dico vobis, quod hæc vidua pauper plus, quam oēs misit. Nā oēs hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei, Hæc aūt ex eo quod deest illi, omnem victū suum quem habuit, misit. Pro resolutione tamen huius notandum est id quod dicit D. Tho. quod cum quæritur quid sit melius & magis meritorium, verum diligere amicum quam inimicum, dupliciter huiusmodi dilectiones comparari possunt. Vno modo ex parte proximi qui diligitur, alio modo ex parte rōnis, qua diligitur. Primo quidem modo dilectio amici preeminet dilectioni inimici, quia amicus est melior & magis diligibilis, quia magis coniunctus, quam inimicus. Et per hoc actus dilectionis super hanc materiam transiens, melior est. Vnde & eius oppositum deterius, Peius enim est odire amicum, quam inimicum. Ideo Ioab exprobrabat Dauid, Diligis odientes te, & odio habes diligentes te. Secundo autem modo si consideretur ratio dilectionis, dilectio inimici preeminet propter duo. Primo quidem quia dilectionis amici potest esse alia ratio quam Deus, quia propter obsequia & solatia, non considerando de deo, sed dilectionis inimici solus Deus est ratio, cum in se non habeat aliquid propter quod diligatur imo habet repugnans dilectioni. Secundo quia supposito quod vterque propter deum diligatur fortior esse ostenditur dilectio, quæ animum hominis ad remotiora extendit, scilicet vsque ad dilectionem inimicorum, sicut virtus ignis ostenditur esse fortior, quando ad remotiora diffundit calorem suum, sic diuina dilectio tanto ostenditur esse fortior, quanto propter ipsam difficiliora implemus, sicut virtus ignis tanto est fortior, quanto magis comburere potest materiam minus conbustibilem. Sed sicut idem ignis in propinquiora fortius agit, quam in remotiora, ita etiam Charitas feruentius diligit coniunctiores, quam remotos. & quantum ad hoc dilectio amicorum secundum se considerata, est feruentior & melior quam dilectio inimicorum. ¶ Ex præmissis infertur primo, quod cæteris omnibus paribus, videlicet quod equali charitate, & æquali conatu & propter deū qui est ratio dilectionis, diligatur amicus & inimicus. dilectio amici est multo melior & magis meritoria essentialiter, quam dilectio inimici. Nec oporret quod illud quod est difficilius, sit magis meritorium, sed quod sic est difficilius, vt etiam sit melius, facilius est enim diligere deum (quem omnia naturaliter diligunt. & in quo nihil occurrit quia sit diligendū) quā hominem inimicum, & ad Philosophum qui dicit quod virtus est circa difficile & bonum, dicitur quod plus facit ad rationem meriti & virtutis bonum quam difficile. Potest etiam dici quod quantum ad præmium accidentale ratione difficultatis dilectio inimici secundum quid excedit dilectionem amici. Secundo infertur quod dilectio amici, vt amicus est, hoc est propter obsequia, & nō propter deū siue non considerando de Deo, in non habente charitatem, non est meritoria, in habente autem charitatem, propter relationem virtualem ad Deum, est meritoria, sed non tantum, sicut dilectio inimici quę non potest haberi nisi propter Deum, & sine actuali consideratione.

¶ Tertia

Marginal notes: Quæ difficultas augeat meritum. 2. Ethi. Luc. 21. 2. 2. q. 27. ar. 7. An et quando dilectio inimici sit magis meritoria, quā amici. 2. Reg. 9. F. 2. Ethic.

¶Tertia ratio qua duci debemus ad dilectionem inimicorum, & remissionem in iniuriarum, est peccatorũ remissio, & orationum exauditio. Primum patet ex parabola, quæ scribitur Mat. 18. vbi dicitur quòd qui obtinuerat remissionem duarum ta lentorum, suffocabat eum qui debebat ei centum denarios, &c. fuit detrusus in carcerem. Sequitur, Sic & pater meus cœlestis faciet uobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Quo ad secundum, Mar. 11. Cum statis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, vt pater vester qui in cœlis est, dimittas uobis peccata vestra. Quòd si non dimiseritis, nec pater uester qui in cœlis est, dimittet vobis. Et Aug. & habetur in c. qui diuini, de pœnitentia, dist. 4. vbi dicitur, Qui diuini beneficii oblitus, suas vult vindicare iniurias, non solum de peccatis veniam non meretur, sed quæ dimissa fuisse gaudebat, imputabuntur ad pœnam. Matt. 18. Mar. 11.

§. 2. *De effectibus consequentibus actum Charitatis.*

A 115 CHARITATIS actum principalem, qui est dilectio, sequuntur tres effectus interiores, & tres exteriores. Effectus interiores, sunt gaudium, pax, & misericordia. Exteriores verò sunt beneficentia, eleemosyna & correctio fraterna, quæ ab aliquibus dicuntur actus charitatis de quibus per ordinem dicendum est.

Ver. 1. *De gaudio Spirituali.*

B 115 QVEMADMODVM ad passionem amoris sequitur desiderium in absen tia obiecti, & gaudiũ in præsentia (vt supra dictum est cum de passionibus ageretur,) Sic in voluntate ex amore qui elicitur ex charitate, procedit desiderium, inquantum Deus est diligenti absens & gaudium inquantum est præsens. Quia ex hoc ipso quòd amatum est in amante per nobilissimum effectum, qui est gratia & charitas, iuxta illud. Qui manet in charitate, in deo manet, ideo gaudium quod de deo habetur, ex charitate causatur. De deo autem potest esse spirituale gaudium dupliciter. vno modo secundum quod gaudemus de bono diuino in se considerato, & tale gaudium non habet permixtionem, tristitiæ, secundum illud, Non habet amaritudinem con uersatio illius. Ideo Apostolus dicit. Gaudete in Domino semper. Alio modo gaudemus de deo, secundũ quòd a nobis participatur. Hæc autem participatio potest impediri in via per id quod facit diuisionem inter nos & Deum scilicet iniquitates. Ideo gaudium de deo in via admittit permixtionem tristitiæ propter impedimẽta. Hæc est ratio dolendi de peccatis nostris vel aliorum, inquãtum impedimur vel retardamur a cõsecutione boni diuini, iuxta illud Psalmistæ, Heu me, quia incolatus meus prolongatus est. Sed in patria erit plenum & quietabitur desiderium. Ideo nõ admittet permixtionem tristitiæ, iuxta illud, Absterget Deus omnem lachrymam ab oculi, Sanctorum, iã & non erit amplius, &c. Et sic intelligitur illud, Vt gaudium vestrum plenum sit in vobis, & gaudium vestrum impleatur. Et cum dicitur Mat. 25. Intra in gaudium domini tui, gaudium adeo plenum sequitur visionem diuinæ essentiæ, quòd secundum aliquos si deus de sua potentia absoluta communicaret eam Iudæ per horam duntaxat, in illa hora non posset tristari. Et quamuis videret in ea se post horam fore damnandum, non posset apprehendere sub ratione discõuenientis, quia videret clare ordinem diuinę prouidentiæ & iustitiæ, qui impedit illam apprehensionem Hoc gaudium non est virtus neque operatio, cum inter illas non nominetur, sed est passio fluens ab actu charitatis, sicut illuminatio est passio ignis, & risibilitas est passio hominis vnde Gala. 5. dicitur circa finem, Fructus spiritus, &c. 2. 2. q. 28. ar. 1. 1. Ioan. 4 Sap. 8. Phil. 4. Esa. 59.

Ver. 2. *De Pace.*

C 115 PAX est effectus charitatis iuxta illud Psal. Pax multa diligentibus legem tuã Pax autem accipitur dupliciter. Vno modo large. & sic se extendit ad omnem concordiam, siue sit in bonum, siue in malum. Si sit ad malum, dicitur pax diabolica, quia licet dæmones inter se consentiant, cõueniunt tamen & concordant ad procurandam damnationem hominum. sic etiam hæretici & grassatores hanc pacem non generat Charitas iuxta illud, Nõ est pax cum impiis, & illud, Nolite arbitrari quòd venerim pacem mittere in terram, Non enim veni pacem mittere, sed gladium, 2. 2. q. 29. Pax diabolica quid. Esa. 59. Matt. 16.

veni

Psal.72. u eni enim separare hominem aduersus patrem suum,&c. Et Psal. Zelaui super ini-
Act. 13. quos, pacem peccatorum videns : & D. Pau posuit discordiam inter Sadduceos, &
Pharisæos. Ideo qui vident aliquos cōcordare in malo, opus misericordiæ facerent,
si procurarent discordiam & separationem. vt inter concubinarios, & eos qui con-
cordant ad decipiendos iuuenes. Hoc tamen mediis licitis per ostensionem verita-
Rom. 3. tis,quia alias non liceret. Non enim sunt facienda mala,vt inde veniant bona. Si verò
id in quo diuersæ voluntates conueniunt & concordant, sit bonum,tunc si non libe-
re,& voluntariè conueniunt,sed quasi coactè ad tēpus propter timorem alicuius ma
Pax simulata quid. li imminentis,vel alicuius magni boni sperati gratia. Illa concordia siue conuenien-
tia voluntatum non dicitur esse proprie pax, sed dicitur pax simulata,vt Iudæ,qui
Hier.9. osculo pacis prodidit. Christum. De hac Hier. Ore pacem cū amico suo loquitur,
Hier.8. & occulta ponit ei insidias, quia non seruatur ordo vtriusque concordantis. De hac
Pax vera quid. Hier.8 Dicentes,pax pax cum non esset pax. Si autē libere & integre plures volun-
tates cōueniāt in id quod est vere bonum dicitur pax vera. Ex quo patet quòd triplex
Sermo de pace. est pax,scilicet diabolica simulata & vera.¶ Si hæc agas ad populum, ab hac diuisio-
ne inchoādū est,& reprobanda pax diabolica, & simulata siue proditoria,& insisten
19.de Ciu. c.13. dum in pace vere,quā D.Aug.19 de Ciui Dei c 13.definit dicens, Pax est ordinata
hominum cohabitātium sub vna fide & æterna lege cōcordii. Et Glo. super Matt.5.
Act. 5. dicit, Vera pax est vbi nil repugnat in virtute. Hæc pax admittit nonnunquā diuer
9 Bibi. sitatem opinionū. Vnde D.Hier. & Aug. in aliquibus dissenserunt. Et D.Pau & Bar
Dissensio in opinionibus non cōtrariatur veræ pacis viæ. nabas dissensisse leguntur. Quia sicut Philosophus dicit, ad amicitiam non pertinet
concordia in opinionibus, sed concordia in bonis conferentibus ad vitam, & præci-
pue in magnis. Quia dissentire in aliquibus paruis non videtur esse dissensus Et pro
pter hoc nil prohibet aliquos charitatem habentes, in opinionibus dissentire. Nec
hoc repugnat paci, quia opiniones pertinent ad intellectum, pax autem ad volun- D
tatem, quia per voluntatem aliqua vniuntur. Similiter etiam stante concordia in 115
principalibus bonis, dissensio in aliquibus paruis non est contra charitatem viæ. Bo
4.c.de Di. no. ne tamen esset contra charitatem perfectam patriæ, vbi nulla penitus est discordia,
et tranquilla sunt omnia. Sed pax proprissime accepta, vt est effectus charitatis,
aliquid addit ad prædictam concordiam Est enim pax sic dicta, Cōcordia appetitiua
rum inclinationum intellectus & sensus, prout D. Diony ait, Contingit enim cor
hominis tendere in diuersa dupliciter. Vno modo secundum diuersas potētias appe-
Gal.5. titiuas,& sic plerunque appetitus sensitiuus tendit in contrarium appetitus rationa-
lis,iuxta illud, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē. Alio
modo inquantum vis appetitiua siue voluntas tendit in diuersa appetibilia, quæ si-
mul consequi nō possunt. vnio huiusmodi motuū est de ratione pacis vt est effectus
Esa. 32: charitatis, directè procedens ab ea, quamuis indirectè secundum quod est remouens
prohibens,pertineat ad iustitiam, iuxta illud. Opus iustitiæ pax.¶ De pace ordina-
ta notanda & prædicanda est hæc conclusio. Quilibet debet diligere pacem ordina-
tam,rogare pro ea,& quantum potest eam procurare. Probatur triplici ratione.
¶Primo ratione obligationis. Duplici enim obligatione tenemur diligere pacē,
19. de ciu. cap.11. scilicet naturali & ciuili. Primo naturali, quia quilibet naturaliter obligatur dilige-
re finem suum. Sed finis cuiuslibet est pax. (Vnde D. Aug. dicit, Possumus,dicere fi
nem bonorū nostrorum esse pacem, sicut & vitam æternam. vnde Psal. Qui po-
suit fines tuos pacem. & Ecclesia in festo dedicationis cantat, vrbs beata Hierusa-
lem dicta pacis visio, &c) Et ideo quilibet naturaliter inclinatur ad pacem. vnde
D.Aug. in eodem lib.c.12.dicit. Quisque mecum res humanas naturamque cōmu-
nem intuetur, agnoscit quòd sicut nemo est qui gaudere nolit, ita nemo est qui pa
cē habere nolit. Quādoquidē & ipsi qui bella volunt, nil aliud, quàm vincere vo-
lunt. Ad gloriosam ergo pacem bellando volunt peruenire. Nam quid est aliud vi
ctoria,quam subiecto repugnantium? quod cū factum fuerit;pax erit. Senecam ad Lu
cillū dicit,Nō dubiū est quin fœlicior sit pax nunquā lacessita, quā multo sanguine
separata. Secundo obligatione ciuili. Iuristæ dicūt quod filius hæres tenetur seruare
testa-

testamentum patris, & soluere legata & onera hæreditatis, si velit habere hæredita tem Nos sumus filii naturales Dei, Mat 23. Patrem nolite vobis vocare super ter rā, vnus est.n.pater vester qui in cœlis est, & adoptiui per fidē, vt habetur Ioā 1. De dit eis potestatē filios dei fieri, his qui credūt in nomine eius Et Apost Ro.8. Si filii & hæredes, hæredes quidē dei cohæredes aūt Christi. Sed oportet seruare testamen tū, in quo Christus verus Deus, & homo dixit. Pacē, meā do vobis, pacē relinquo vo bis, Qui igitur putant obtinere hæreditatem nisi impleāt testamentum, decipiuntur. Matt. 23. Ioan. 1 Rom. 8

¶Secūda ratio quare quilibet debet diligere pacē, dicitur inductionis. Quia (vt D. Dion. dicit,) Omnia cœlestia terrestria, spiritualia, & corporalia, ad pacem nos indu cunt. Primo corpora cœlestia mirabilem pacem & concordiam ac armoniam habēt. Nullus planeta impedit alium in cursu suo. vnde Iob. 38. Quis enarrabit cœlorū ra tionem? Concentum cœli quis dormire faciet? Nulla est ibi dissonantia. Sic & homi nes pacifice viuere debent, nec vnus alium impedire, imo iuuare, iuxta illud Apost. Alter alterius onera portate. Animalia terrestriam etiam diligunt pacem in specie sua. vnde Lactantius c. 12. lib. de Ira dei ait, Si quidem bestiæ sui generis animanti bus parcunt, & pacem inter se habent. Non comedunt se mutuo. D. Aug. dicit, Ani malia pacata feritate cohabitant simul, & si aliquando compellente spiritu congre diantur, illico māsuescunt, & iniuriarū illa obblita tā sæui animalia pacifice viuunt, & ad inuicem sociātur. Qui ergo nolunt pacem, & quærunt bella, & rixas, deteriores 9.c. de Di. No. Iob. 38. Gal 6 De ira dei. li 5. ca. 12 19. de ciu. dei.

E sunt bestiis feris. Ideo Iob, Interroga iumenta, & docebunt te volatilia & indicabūt Iob. 12

116 tibi Pagani etiam & idololatræ nos inducūt ad pacem Theodosius Imperator (vt D. Ambr. de obitu eius dicit) adeo diligebat pacem quod beneficium putabat se acce pisse dum rogaretur ignoscere. Vespasianum dicunt Romani sic dilexisse pacem, vt iniuriarum oblitus nunquam propriam cōtra inimicos vendicauerit iniuriā Patres etiā antiqui & noui testamenti, nos etiam maxime ad pacem inducunt. Gē. 43. legi mus de Ioseph, quod licet iniuriā passus esset a fratribus, nunquā vindictā expetiit, imo pacifice locutus est. illis dicens, Pax vobis nolite timere. Dauid adeo diligebat pacem cum Saul inimico suo, quòd licet eum potuisset pluries occidere, noluit. Si ue lis utriusque testamenti paginas reuoluere, inuenies eas plenas laudibus pacis, & mo nitionibus ad eam. Psal. Inquire pacem, & persequere eam, Esa. 52. Quam pulchri super montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem. Hier. 29. Quærite pacem ciuitatis, ad quam uos transmigrare feci. Et Aposto. Roma. 12. Si fieri potest quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes fieri potest. quia ex uobis est, Nullus potest excusari, ut D. Augu. dicit in Sermo de Marty. & Ephe 6. Solici ti sitis seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, Christus super omnes amauit & annunciauit pacem, eamque præcepit. Primo concipi uoluit tempore pacis. Secundo in natiuitate fecit eam publicari ab angelis. Et quando misit discipulos. Mat. 10. di xit eis, In quamcunque domum intraueritis dicite, Pax huic domui. Reliquit eam in testamento, post resurrectione præsentauit eam Apostolis et discipulis. Deductio huius rationis est facilis, & potest amplificari, vnde sequitur quòd illi qui nolunt pa cem, sunt mala indurati. Gen. 43 Psal. 33 Esa. 52 Rom. 12 In ser. de Marty. Ephe. 6 Luc. 1. & 2. Mat. 10

¶Tertio quilibet tenetur diligere pacem, etc Ratione vtilitatis et fructificationis Iob. 22. dicitur, Habeto pacem, & habebis fructus eius, qui sunt innumerabiles. Nunc quinque duntaxat tangemus primus fructus pacis dicitur Gratificatio, Ecclesiastici. 25: In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram deo et homini bus, Concordia fratrum, amor proximorum, vir et mulier sibi inuicem bene consen tientes. Cum rex in aliquo remunerat offerentes, quilibet offerre conatur. Si Deus igitur, etc. Et per oppositum, deus odit bella et diabolus diligit illa, et per ea multa mala facit, Ideo etc. Fructus et utilitates pacis. Eccle. 25

¶Secundus fructus dicitur delectatio. Multi sunt quos delectatio trahit, a fortiori pax eos trahere deberet, quia supra modū delectabilis. est. vnde D. aug. 12. De Ci. dei

A ait, Tantum est bonum pacis, quòd in rebus creatis nil gratius soleat audiri, nil dele

116 ctabilius concupisci, nihil vtilius possideri, et in lib. de verbis Dom. Pax est serenitas

men-

mentis tranquillitas cordis vinculū amoris cōsortiū charitatis. Vnde Prouer. 17. Secura mens quasi iuge conuiuium. Dicitur communiter de domo vbi pax est, quo Deus ibi est, ac etiam paradisus Experimur tempore pacis verificari illud Esaiæ 32. Sedebit populus, in pulchritudine pacis, in requie opulēta, in tabernaculis fiduciæ, nō erit qui exterreat. Oppositum videmus esse tēpore belli, Et dr̄ cōiter quod ubi sunt rixe & bellum, ibi est diabolus & infernus. Tertius fructus pacis est multiplicatio bonorum temporalium & spiritualium. Sallustius, Cōcordia paruæ res crescunt & discordia maxime dilabūtur. & Psal Fiat pax in uirtute tua, sequit, & abūdātia (erit)

Psal. 121. in tur ibus tuis. Et Christus, Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & do-

Ioan. 8. mus supra domū cadet. Italia potest de omnibus his testimonium afferre, ac etiam alia loca. vbi sunt vel fuerūt partialitates. Hic possunt enumerari bona tam tēporalia, quam spiritualia, quę fiunt tēpore pacis & mala atque incōmoda temporalia corporalia, et spiritualia, quæ ingruunt & accidunt tempore belli.

¶ Quartus fructus pacis dicitur Protectio Quia Deus est protector diligētiū pacē. Vnde Apost Habete pacem, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum, & Ro 8. Si

2. Cor. 13 Deus pro nobis, quis contra nos? Et per oppositum, vbi est bellum diabolus est pro

Rom. 8. tector & remunerator, mala tribuēs. Dicitur cōmuniter quod bonum est se custodire a mala societate Cauendum ergo a rixis, contentionibus, & bellis, vt expediri possimus a diabolo inimico.

¶ Quintus fructus dicitur Filiatio dei, Mat. 5. Beati pacifici quoniam filii dei voca- B

būtur. Magnus esset honor alicui, si posset adoptionem regis temporalis & regnum 119

obtinere, quanto magis quilibet laborare debet pro adoptione diuina assequenda, quæ medio facillimo scilicet per pacem acquiri potest? & illa acquisita, sequitur hæ-

psal. 28 reditas & benedictio cœlestis? iuxta illud Psal. Dominus benedicet populo suo in pa-

In. Past. ce. Et per oppositū qui oderunt pacem, & volunt bella sunt filii diaboli. Vnde Greg. dicit, Si illi sunt filii Dei, qui pacem faciunt Satanæ procul dubio filii sunt, qui pacem facere nolunt. Et D. Aug. in lib. de Doct. Christiana. Qui odium in corde reseruat,

Ioan. 8 officio vtitur diaboli. Et qui diaboli opus operatur, diabolus esse iudicatur ideo eis potest dici illud. Vos ex patre diabolo estis Pauci vellent esse filii adoptiui, neque illū habere patrem adoptiuum, quem scirent suspensurum filium. Qui igitur bella volunt, filii diaboli sunt, & eos sequetur eius hæreditas scilicet dissipatio (iuxta illud

psal. 67 Psal. Dissipa gentes quæ bella volunt) & æterna damnatio atque diuina maledictio, quæ habetur Mat 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Quare odiendum est bellum, & rixæ, atque contentiones, & pax diligē-

Media pro curandi pacem. tia, inquirēda procuranda, ac omni solicitudine & diligentia conseruanda.

¶ Media procurandi pacem temporalem sunt quatuor. Primum est diuina pa- C

cificatio, quæ fit per pœnitentiam & per conformitatem voluntatis nostræ ad diui- 119

nam, & obseruantiam mandatorū dei, Esa. 48. Vtinam attendisses ad mandata mea, & facta esset quasi flumē pax tua, & Prou. 16. Cum placuerint domino viæ hominis inimicos quoque eius conuertet ad pacem, & per oppositum, Si viæ hominis displi-

Rom. 8. ceant Deo, inimicos eius conuertet ad bellum, permissiue. Et sicut diligētibus Deū, omnia cooperantur in bonum, ita odientibus eum, in malum. Iob 6. dicebat, Quis restitit ei, & pacem habuit? Videte historias, & videbitis dictum Iob verificatum. Videte quid accidit Lucifero. qui fuit primus qui voluit resistere. Quid Adæ &

.14 Apoc. 12 Euæ. Quid ædificantibus Babel. quid Dathan & Abiron, ac aliis filiis, Israel, &

Gen. 3 generaliter, & cæt. Secundum medium est iustitia. Esa. 32. Erit opus iustitiæ pax.

Gen. 10 & Psalmista, Iustitia & pax osculatæ sunt, &c. Ideo faciant iustitiam rectores

psal. 84 ciuitatum de criminibus, publicis, si velint pacem. Faciant etiam iustitiam singuli de suis criminibus & abominationibus secretis & occultis, si pacem habere velint. Talia enim in bellis punire consueuit Dominus. Habetur historia Iosue. 7. donec punitus fuit Acham de Anathemate, inimici vincebant, tamen erat peccatum occultum. Et ideo quia multa peccata tam publica quam secreta regnant, de quibus pauci curant facere iustitiam per pœnitentiam, & cætera. Tertium

me-

medium est terrenorum contemptus, Gen. 12. dicitur, quod facta est dissensio inter pastores Abraham & Loth. cui dicit Abraham. Ne quæso sit iurgium inter me, & te, pastores meos, & pastores tuos, fratres enim summus. Ecce vniuersa terra corã te est, &c. Sic deberent Christiani facere. Vnde Christus consuluit, Si quis te percusserit in vna maxilla præbe ei. & aliam. Et si quis voluerit tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Quartum medium est deuota oratio. Pax enim (vt dicit Apostolus Phil. 4.) est donum dei exuperans omnem sensum, Ideo si velimus obtinere, debemus deuote petere. Vnde psalmista. Rogate quæ ad pacem sunt. & Luc. 11. Petite & accipietis, Sed oportet petere diligenter, deuote, & perseueranter. Non oportet facere sicut quidam rustici, qui non curant orare pro serenitate temporis, donec audiant tonitrua, Sic nec aliquando Christiani, donec audiant tympanum, & non aduertunt quod grando & milites dissipant omnia, ideo diligenter, &c.

Matt. 5.

Psal. 121.

Ver. 3. *De Misericordia.*

D 116 MISERICORDIA dupliciter accipi potest. Primo, vt est passio appetitus cõcupiscibilis, & species tristitiæ, secundum Damasce. lib. 2. Et cum malum sit motiuum siue obiectum tristitiæ, consequens est quod malum etiam sit obiectũ misericordiæ, Et sic misericordia est tristitia de alieno malo siue de alterius miseria. Miseria autem est id quod homo patitur contra appetitum naturalem, vt sunt mala corruptiua, vel contra appetitum sensitiuum, vt sunt mala contristatiua, vel contra voluntatem liberam, & maior adhuc miseria est, si contra totam uoluntatem, vt cum quis semper sectatur bona delectabilia, & semper ei mala eueniunt. Vnde Philos. 2. Rhet. dicit quod misericordia est tristitia super apparenti, malo, corrupti, vel contristatiuo. & idem etiam dicit quod illa mala sunt miserabiliora, quorum fortuna est causa. & in eodem dicit, Misericordia est maxime super malis, quæ quis indignus patitur, & diuus August. 9. de Ciuit. Dei. c. 14. dicit, quod misericordia est alienæ miseriæ in corde nostro compassio, quia vtique si possimus, subuenire compellimur Dicitur enim misericordia ex eo quod aliquis habet miserum cor super aliena miseria. Et quia de ratione culpæ est quod sit voluntaria, hinc est quod non habet rationem miserabilis, sed potius punibilis, nisi pro quanto habet pœnã annexam, quæ est contra voluntatem peccantis, & secundum hoc compatimur peccantibus, vt D. Greg. dicit quadam homilia, Vera iustitia non habet dedignationem (scilicet ad peccatores) sed compassionem. ¶ Ex præmissis sequitur quod misericordia proprie est ad alterum, sicut iustitia, & non ad seipsum, nisi secundum quandam similitudinem, secundum quod in homine cõsiderantur diuersæ partes, vt dicitur in 3. Ethic. & Eccl. 30 Miserere animæ tuæ placens Deo. Sed quũ homo patitur aliquid crudele aut durum, non miseretur proprie sui, sed dolet. Vnde Phil. 2. Rhetor. dicit, quod durum & crudele est aliud a miserabili, & expulsiuũ miserationis. Verum quum dolor & tristitia sint de malo proprie, sequitur quod ad hoc quod aliquis misereatur alterius, oportet quod apprehendat malum illius tanquam malum suum, & hoc contingit dupliciter. Vno modo per vnionem affectus, quod fit per amorem, quia cum amans reputat amicum tanquam seipsum, malum ipsius reputat tanquam suum. & inde est quod Philo inter amicabilia ponit condo-

2. 2. q. 30.

Misericordia quid. Miseria quid.

E 116 lere amicis. & Apostolus. Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Alio modo contingit fieri apprehensionem mali alterius vt proprium, secundum vnionem realem, vtputa cum malum aliquorum propinquum est vt ab eis ad nos transeat. Ideo Philosophus in 2. Rheto. dicit quod homines miserentur super illos qui sunt eis coniuncti & similes, quia per hoc fit eis æstimatio, quod ipsi possunt similia pati. Inde est etiam quod senes & sapientes qui considerant se posse in mala incidere, sunt misericordes debiles & formidolosi sunt magis misericordes. Econtra tio illi qui reputant se felices, & ita potentes, quod nil mali putant se posse pati. non ita commiserentur. Sic ergo defectus est ratio miserendi. Sic accipiendo misericordiam pro passione, est passio laudabilis, sicut verecundia, quæ retrahit a malo. Et

miseri-

miſericordia inducit ad bonum, ſcilicet ad ſubleuationem miſeriæ alterius. Nemeſis etiam, quæ eſt paſsio oppoſita miſericordiæ ex parte æſtimationis, quam habet de miſeria aliena, de qua miſericors dolet, inquantum æſtimat aliquem indigne pati, Nemeticus autem gaudet, inquantum æſtimat aliquem indigne pati. Et triſtatur, ſi indignis bene accidat. Et vtrunque laudabile eſt, & ab eodem more deſcendens, vt dicit Phil. in 2. Rhet. Secundo modo accipitur miſericordia pro motu ſiue actu uoluntatis, quo alicui diſplicet malum alterius, ex quo procedit ad illius ſubleuationem. Et quia iſte motus voluntatis poteſt regulari per rationem, & per hunc motum ratione regulatum paſsio miſericordiæ appetitus concupiſcibilis etiam poteſt moderari. Vnde D. Auguſt. in 9. de Ciuitate Dei dicit, Hic motus animi (ſcilicet miſericordia) ſeruit rationis, vt conſeruetur iuſtitia, ſiue cum indigenti tribuitur, ſiue cũ ignoſcitur pœnitenti. Sequitur quod ſi frequentetur & continuetur, ex pluribus actibus poterit cauſari habitus circa naturalia, qui dicitur miſercordia, cum virtus humana conſiſtat in hoc quod motus animi ratione regulatur. Vnde Auguſt. ubi ſupra, dicit, Longe melius & humanius & priſcorum ſenſibus accommodatius, Cicero in Cæſari laudem locutus, ait, Nulla de virtutibus tuis nec admirabilior nec gratior miſericordia. Sequitur ergo quod miſericordia eſt virtus non theologa, cum nõ habeat Deum pro obiecto, nec intellectualis cum ſit in appetitu, ergo moralis circa paſſiones exiſtens, & reducitur ad illam medietatem, quæ dicitur Nemeſis. Has autem medietates Philoſophus non ponit virtutes, ſed paſsiones laudabiles. Nihil tamen prohibere quin ab aliquo habitu elicitiuo proueniant, & aſſumant nomen uirtutis, vt patet de continentia.

¶Sed ex his ſequi videtur quod ponenda erit miſericordia in appetitu ſenſitiuo, P
ex quo actus eius regulatur ratione, & ideo iteratus cauſabit habitum virtuti. Aliqui dicunt quod voluntate bene diſpoſitiua per habitum appetitus ſenſitiuus nõ præbet difficultatem, & dant exemplum de iuſtitia quæ eſt in voluntate, & moderatur cupiditatem, & tamen non ponitur aliqua iuſtitia in appetitu ſenſitiuo. Si arguatur quod miſericordia eſt actus charitatis, ergo non cauſat alium habitum, cum habitus & actus ſint eiuſdem ſpeciei propter identitatem obiecti, Dicendum quod miſericordia non eſt actus elicitus a charitate, cum non habeat idem obiectum, ſed conſequitur actum charitatis. Hæc ergo eſt differentia inter miſericordiam, gaudium & pacem, quia miſericordia eſt virtus, non autem gaudium, aut pax, cum nihil addiciant ſupra communem rationem boni, quod eſt obiectum charitatis. Ideo non requirunt alias virtutes, quam charitatem, ſed miſericordia reſpicit ſpecialem rationem boni, ſcilicet ſubleuationis miſeriæ, uel defectus proximi. Et ſecundum hanc rationem ſpecialem boni miſericordia attribuitur Deo, quantum ad effectum, quia ſubleuat miſeriam & defectum miſerorum, licet nullam habeat paſsionem. Et quia ſubleuare defectus interiorum miſerorum, & effundere ſiue communicare eis bona, pertinet ad Deum, qui eſt ſupremus, & infinite bonus, inde eſt quod D: Gregorius in quadam oratione dicit, quod deo eſt proprium miſereri, quantum ad nos, magis quam peccata punire & iuſtitiam adminiſtrare. Ideo Pſal. ait, Miſerationes eius ſuper omnia opera eius, & ratio eſt, quia iuſtitia præſupponit culpam in nobis, & ideo pœna non adhibetur per ſe ſed propter reordinationem culpæ. Miſericordia autem reſpicit bonum abſolute, & eius effuſionem & ſubleuationem, in qua maxime apparet eius omnipotentia quia cum nullo egeat, & in nullo deficiat, omnium indigentias & defectus poteſt ſubleuare. Vnde Eccleſia in quadam oratione, deus qui omnipotentiam tuam parcendo & miſerando maxime manifeſtas. Et ſecundum hoc miſericordia dicitur maxima virtutum, ſed in comparatione ad homines, charitas dicitur potior quia immediatiuus coniungit ſuperiori fini. Sed inter uirtutes, quæ pertinent ad proximum, miſericordia eſt potiſsima, quia ſupplere defectum & miſeriam alterius, inquantum huiuſmodi, pertinet ad ſuperiorem & meliorem. & ſic intelligitur illud Oſeę ſexto, Miſericordiam uolo, & non ſacrificium, quia ſacrificiis noſtris deus non indiget, niſi propter nos & proximos,

Differẽtia inter miſericordiam, gaudium, et pacem:

Miſericordia quomodo attribuatur. Deo.

Miſericor. eſt ſacrificium. Deo acceptum.

Margin: 117 (beside "ex quo actus eius regulatur ratione…"); A 117 (beside "ideo pœna non adhibetur… Miſericordia autem reſpicit bonum abſolute…")

ximos, & vult sibi ea proferri propter nostram deuotionem proximorum vtilitatē. Ideo misericordia qua subuenitur defectibus aliorum, est sacrificium ei magis acceptū, vtpote propinquius vtilitatem proximorum inducens, secundum illud Heb. vlt. Beneficentię & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur Deus.

Ver. 4. *De Beneficentia.*

B 117 BENEFICENTIA est actus exterior amicitiæ, quo aliquis amicitiam & dilectionē ostendēs, bonum facit & cōmunicat amico & si ordinetur ad bonum supernaturale, est actus exterior charitatis quæ habet bonum diuinum pro obiecto. Beneficentia nostra non potest esse in ordine ad Deum (iuxta illud Iob. 35. Si iuste egeris, quid donabis ei? aut quid de manu tua accipiet?) sed est erga proximū. Et sicut charitas se habet ad omnes non solum in generali, sed etiam in speciali per exhibitionē, Sic etiam beneficentia, quia quum homo sit mutabilis, nullus est cui non possit occurere casus, in quo oporteat ei benefacere, etiam in speciali, & sic quanuis actu non se extendat ad omnes, tamen bene in cōparatione animi, si tempus adesse. Et quāuis aliqui sint peccatores nihilominus subueniendum est eis, quantū ad sustentationem naturæ, sed non ad fomentū culpæ, quia charitas non agit perperam. Hinc sequitur quòd licitum est excommunicatis necnon Reipublicæ hostibus beneficia subtrahere, inquantum per hoc arceantur a culpa. Si tamen immineret extrema necessitas, ne natura in eis deficeret, esset benefaciendum, debito tamen modo puta si fame aut siti morerentur, aut aliquod huiusmodi dispendium paterentur. nisi hoc esset secundum ordinem iustitię, contra quem non est illis subueniendum. Beneficentia differt a iustitia, liberalitate, & misericordia, quia charitas (cuius actus est beneficentia) respicit in bono seu beneficio collatio communem rationem boni, iustitia respicit ibi rationem debiti legalis, liberalitas respicit rationem debiti moralis, & misericordia rationem subleuationis miseriæ vel defectus. In misericordia seruandus est ordo charitatis, de quo supra dictum est. 2.2.q. 31. ar. 1. 1. Cor. 13. *Beneficentia quomodo differat a liberalitate et iustitia.*

Ver. 5. *De Eleemosyna.*

C. 117 ELEEMOSYNA est actus misericordiæ, quo datur aliquid indigēti ex cōpassione propter Deum. Et quia misericordia est effectus actus charitatis, ideo eleemosyna dicitur actus charitatis, mediante misericordia eliciente. Et quanuis quis possit dare eleemosynam materialiter absque charitate, iuxta illud. Si distribuero, &c. nō tamen formaliter, hoc est propter Deum prompte & delectabiliter, in omni casu, ac eo modo quo debet meritorie. Potest etiam eleemosyna attribui latriæ, & dici sacrificium, pro quanto ordinatur ad placandum Deum, vt dictum est. Et secundum hunc modum eleemosina numeratur inter opera satisfactoria Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Miseratio enim (inquantum defectum patiētis subleuat) ordinatur ad satisfactionem, & disponit ad liberalitatem, inquantum aufert impedimentum, quod posset esse ex superfluo amore peccuniarum siue diuitiarum, propter quem aliquis efficitur nimis retentiuus earum. 2.2.q. 32. ar. 1. 1. Cor. 13.

¶Eleemosinarū duo sunt genera. Quædā enim sunt corporales, per quas subueniuntur defectibus corporis siue in vita siue in morte & sunt septem, scilicet pascere esurientem, Potare sitientem, Vestire nudum, Recolligere hospitem, Redimere captiuū, Visitare infirmū & incarceratū, & sepellire mortuū, quæ cōtinētur in hoc versu, Visito, cibo, poto, redimo, tego, colligo, cōdo, de quibus Mat. 25. Esuriui, &c. ubi de sepultura nulla fit mentio, eo quòd per eā nō subueniat mortuo, quātū ad sensum, iuxta illud Mat. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, & post hoc nō habēt amplius quid faciant. Ideo Christus enumerat solum illa quę sunt euidentioris necessitatis. Pertinet tamen ad defunctū, vt de eius corpore agatur tū quātū ad hoc quòd adhuc viuit in memoriis hominum, cuius honor dehonestatur, si insepultus maneat, tū quā tum ad effectum, quem adhuc viuens habebat de suo corpore, cui piorum affectus debent conformari post mortem, & secundū hoc cōmendantur aliqui de mortuorū *Eleemosynarum duo genera.*

sepultura

In libro de Cura pro mor. agen.

ſepultura, vt Thebiæ, & illi qui Dominum ſepelierunt, vt patet per D. Aug Redem
ptio etiam includitur in collectione hoſpitum & peregrinorum.

Eleemoſyna ſpirituales quæ & quot.

¶Quæcã verò eleemoſynæ ſunt ſpirituales, per quas ſubuenitur defectibus ſpiri-
tualibus proximorum, & ſunt ſeptem ſcilicet Docere ignorantem, Conſulere dubi-
tanti, Conſolari triſtem, Corrigere peccantẽ. Remittere offendenti, Portare onero
ſos & graues, & pro omnibus orare, quæ ẽt continentur in ſequenti verſu, Conſule,
caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora, comprehendendo doctrinam ſub cõſilio. Eleemoſy-
næ ſpirituales ſunt digniores & nobiliores, quamuis etiam corporales habeant effe-
ctum ſpiritualem. Primò ex parte cauſæ inquantum aliquis eleemoſynam dat pro-
pter dilectionem dei & proximi, iuxta illud. Perde pecuniam propter fratrem, &
proderit tibi magis quam aurum. Secundò ex parte effectus, inquantum proximus
cui per eleemoſynam ſubuenitur, mouetur ad orandum pro benefactore, ẽm illud,
eleemoſina uiri gratiam hominis quaſi pupillam conſirmabit. Vnde ibi concludi-
tur, Abſconde eleemoſynam in ſinu pauperis, & hæc pro te orabit, & liberabit te
ab omni malo. Qui autem dat eleemoſinam, non debet intendere dare corporale
pro ſpirituali, ſed põt per charitatis effectũ fructũ ſpiritualẽ pro mereri & conſequen D
ter temporalẽ licet non debeat principaliter habere oculum ad fructum tẽporalem. 117

Eccle. 29
Ibidem.

An & quãdo eleemoſyna ſit ſub præcepto.
Ad præceptum eleemoſynæ duo concurruntur.
Quæ neceſſitas requiratur ad hoc quod aliquis teneatur dare eleemoſinã.

¶Eleemoſinam cadere ſub præcepto, conſtat ex illo Eccl. 17. Vnicuique manda-
uit Deus de proximo ſuo, probatur etiam, quia propter eius omiſſionem quis dãna-
tur. Matth. 25. Eſuriui, & non dediſtis, &c. Patet etiam. Quia cum dilectio proximi
ſit de præcepto, neceſſe eſt omnia illa cadere ſub præcepto, ſine quibus dilectio proxi
mi non conſeruatur. Sed abſque eleemoſyna aliquando non conſeruatur, igitur eſt
ſub præcepto concurrentibus duobus ſcilicet neceſſitate, in proximo recipiente, alio
quin non eſſet ratio quare eleemoſyna ei daretur, & facultate vel abundantia, in dã-
te, iuxta illud. 1. Ioan. 3. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem
ſuum neceſſe habere, & clauſerit ab eo viſcera ſua, quomodo charitas Dei manet
in eo? concludit, Filioli non diligamus verbo neq; lingua, ſed opere & veritate, ex-
tra hos caſus non cadit ſub præcepto, ſed eſt de conſilio, iuxta illud Dan. 4 Conſi-
lium meum regi placeat peccata tua eleemoſynis redime.

¶Sed notandũ eſt quæ neceſſitas requiratur in recipiente, & quæ abundantia
in dante, ad hoc quod cadat ſub præcepto Quo ad primum dicunt communiter do
ctores, quòd requiritur extrema neceſſitas. Non enim omnis neceſſitas obligat ad
hoc præceptum, ſed illa ſola, ſine qua is qui neceſſitatem patitur, ſuſtentari non po
teſt, In illo caſu habet locum id quod D. Ambroſius dicit, Paſce fame morientem,
ſi non paviſti occidiſti. Quod non eſt intelligendum ſolum quando emiſſurus eſt ſpi
ritum, ſiue cum de eius vita deſperatur, & comedere non poteſt ſed quando proba-
biliter apparet quòd ob neceſſariorum defectum, niſi illi ſuccurratur de neceſſariis E
quando ipſi prodeſſe poſſunt incidet in illam neceſſitatem, a qua poſtmodum non 117
poterit vel vix reuelari, vt puta quum apparet vrgens neceſſitas, nec apparet in prõ-
ptu alius qui velit & poſſit ei ſubuenire. Quidam dicunt, quòd ſi is qui neceſſi-
tatem patitur, alibi habeat bona temporalia, tunc non eſt præceptum dare eleemo-
ſynam, quia poteſt idem per mutuum ſubueniri Si autẽ non habeat alibi actu bo-
na temporalia, non ſufficit ad impletionem huius præcepti mutuare ſed requiritur
quòd det. Vnde Chriſtus dixit, Quod ſupereſt date eleemoſinam, non dicit mutua
te. Et ſi detetur ſub motuo, illo qui neceſſitatem patitur acceptante, peccaret mu-
tuans, nec eſſet mutuum, quum iam res illi neceſſaria iure naturali eſſet ſua. Ideo nõ
tenetur ad reſtitutionem.

An mutuans in extrema neceſſitate peccet.
Quæ facultas requiritur ad hoc quòd quis teneatur facere eleemoſynam.

¶Quo ad ſecundũ ex parte dãtis requiritur facultas, quia ſi nihil habeat, nõ obli
gatur niſi in præparatione animi, Impoſſibilium enim nulla eſt obligatio requiritur
ergo ꝙ habeat de ſuperfluo, vñ Dominus dicit, Quod ſupereſt date eleemoſynã. Su
pereſſe autem ſiue ſuperfluũ aliquid dicitur dupliciter. Primò reſpectu perſonæ. Se-
cundò reſpectu ſtatus. Superfluum perſonæ eſt illud quòd eſt vltra quam neceſſariũ
ſit indiuiduo ſiue perſonæ, non ſolum reſpectu ſui, ſed etiam reſpectu eorum quorũ
cura

cura incumbit ei. Quia quis magis tenetur sibi quam aliis. vnde commune adagium est, quòd charitas bene ordinata incipit a seipso. & Apost. Si quis suorum & maximè domesticorum curam non habet, infidelis est & infideli deterior. Superfluum aũt status est illud quod quis vltra quam sit necessarium non solum personæ, & his quo rum cura sibi incumbit, sed etiam vltra quam sit necessarium secundum dignitatem *Superflu personæ & status qui sit.*
F siue conditionem personæ suæ. Dignitas enim personæ suæ & filiorum ac eorum
118 quorum curam habet, dicitur status in hac materia. De his igitur quæ sunt necessaria ad personam, dare eleemosynam non cadit sub præcepto, neque de his tenetur quis eleemosynam dare quia hoc esset sibi, & suis vitam subtrahere, nisi forte casus immineret, vbi subtrahendo sibi daret alicui magnæ personæ, per quam Ecclesia vel respublica sustentaretur. Quia pro talis personæ liberatione laudabiliter seipsum & suos periculo mortis exponeret, quum bonum commune sit præferendũ bono particulari. De necessariis autem status quum non consistant in puncto siue in indiuisibili, quia adhuc multis abstractis remanet vnde quis possit vitam conuenienter transigere, de illis dare tenetur. Si verò abstractis illis posset vitam transigere, sed non conuenienter laudabile esset dare, & statum minuere, non tamen est de præcepto, quia inordinatum videtur, si aliquis tantum de bonis sibi subtraheret vt
51 aliis largiretur, quòd de residuo non posset ipse nec sui vitam transigere conueniẽter. Nullus enim inconuenienter viuere tenetur. Non oportet tamen quòd cogitet *1. Tim. 5.* ad omnes casus qui possunt contingere, hoc enim esset cogitare de crastino, quòd dominus prohibet. Sed debet iudicari superfluum & necessarium secundũ ea quæ probabiliter, & vt in pluribus occurunt, Maxime quando occurrit extrema necessitas alicuius personæ priuatæ, vel magna necessitas Reipublicæ. In his enim casibus laudabiliter prętermitteret aliquis id quod ad decentiam sui status pertinere videretur, vt maiori necessitati subueniret.

¶Requiritur præterea quòd id de quo vult facere eleemosynam, sit suum. Vnde D. Aug. in libro de Verb. domini in monte, declarans illud Luc. 17. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, dicit, Quidam male intelligendo, rapiunt res alienas, & aliquid inde pauperibus largiuntur, & putant se facere quòd præceptum est. Intellectus iste corrigendus est. Non enim eleemosynæ faciendæ sunt de alieno, sed de iustis laboribus vnusquisque eleemosynam facere debet. Vnde quum eleemosyna dicatur sacrificium (vt dictum est) congrue facit ad propositũ illud Eccle. 34. Qui offert sacrificium de substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris. *Mat. 6. Eleemosyna debet fieri de proprio, et non de alieno.*
Ex quo sequitur primo quòd de his quæ sunt subiecta restitutioni, eleemosynę non sunt faciendæ cum sint aliena, nisi forte esset talis necessitatis articulus, in quo etiam liceret ipsi rem alienam accipere ad subueniendum necessitatem patienti, dummodo is cuius est res, non esset in simili necessitate, in quo casu pensanda esset vtriusque conditio, & aliæ conditiones resquisitæ prudẽtis iudicio. Secundo sequitur quòd illi qui sunt in potestate alterius constituti, vt sunt serui, famuli, & religiosi, nõ debẽt facere eleemosynas, nisi de superioris licentia, vel expresse habita, vel probabiliter præsumpta, nisi forte in articulo extreme necessitatis, in quo (secundum Diu. Th.) licitum esset religioso furari, vt eleemosinam det. Nec obstat illud Ro. 3. Et nõ sicut blasphemamur, & sicut quidam aiunt nos dicere, faciamus mala vt veniant bo *2. 2. q. 31. ar. 3. ad 3*
A na, quorum damnatio iusta est. quia in tali casu non esset proprie & vere furtum, sal *Mat. 12. 1. Reg. 21*
18 tem in foro interiori, quum non accipiatur res aliena, sed detur extreme indigenti res sua: in casu enim extremæ necessitatis omnia sunt communia. Vnde Mat. 12. hr̃ quòd Christus excusauit discipulos, eo quòd esurientes cœperant vellere spicas alienas die sabbati & 1. Reg. 21. Dauit propter necessitatem excusatur a comestione panum propositionis. Ideo extreme indigens licite accipere potest, & aliis porrigere Dominium enim ciuile siue proprietatis, adueniente dominio naturali, sopitur siue suspenditur, nisi ille qui habet dominium ciuile, esset in extrema necessitate, quia tunc quum ille habeat maius ius, quia habet naturale & ciuile, fieret ei iniuria si auferetur ab eo ad dandum illi qui habet solum ius naturale. Vbi autem nul-

lus eorum haberet, sed tertius quidam, iam dictum est quòd in extrema necessitate potior est conditio primi occupantis. Et habet locum illud D Basilii, Si fatearis ea tibi diuinitus prouenisse, scilicet temporalia bona, An iniustus est deus inæqualiter nobis res distribuens? Cur tu abundas, ille verò mendicat, nisi vt tu bonæ dispensationis merita consequaris, ille verò patienciæ brauiis decoretur? Est panis famelici, quem tu tenes, nudi tunica, quam in conclaui conseruas, discalceati calceus, qui penes te marcescit, indigētis argētum, quod tu possides inhumatum, Cur circa tot iniuriaris quę dare valeas? In foro tamen exteriori puniuntur accipientes aliena in necessitate, propter dubium necessitatis quia, scilicet ignoratur an sint in extrema necessitate, aut non, & etiam propter scandalum quod posset sequi, quia alii possent fingere se esse in extrema necessitate, qui tamen non essent, & furarentur & raperent aliena, putantes illa fictione euadere, & sic turbaretur Respublica. Vnde in c. si propter necessitatem, extra de furtis, imponitur pœnitentia ad terrorem aliorum. Puto tamen quòd vbi plene constaret de extrema necessitate etiam in foro exteriori non esset puniendus. Non tamen sequitur, quòd liceat mulieri propter necessitatem

...2.q. 32. famis fornicari, sicut furari. Quia adueniente necessitate famis, non manet materia

...r.F. a l 2. furti, quę est res aliena, sed bene manet materia fornicationis, scilicet non suus vir. B

Vxor ate quando pos sunt licite dare eleemo synam irre quisito uiro

Non enim propter illam necessitatem aliquis efficitur vir illius mulieris, sicut res aliena indigentis, quum ad illam necessitatem subleuandam fornicatio non sit mediū per se ordinatum, sicut res comestibiles, &c. Si autem vxor habet alias res præter dotem suam, quæ ordinatur ad sustentanda onera matrimonii vel ex proprio labore & lucro absque subtractione debiti officii in domo acquirit, vel habet aliqua ex successione vel donatione, potest dare pauperibus eleemosynam irrequisito viro, moderate tamen, ne vir egeat aut depauperetur, de bonis autem viri non debet dare eleemosynas, sine consensu viri expresso vel præsumpto, quem præsumere potest, ex quo secundum Phil. in 8. Eth. regimen viri & mulieris in domo est secuudum di- 118

...Oecono. gnitatem, nec debet dominari vir in omnibus & idem in secundò. Oecono. vult mulierem in omnibus quæ intus sunt dominari & gubernare familiam, Si ergo mulier non solum respectu actus matrimonii, sed etiam regiminis domestici, assumitur in sociam, secundum dignitatem suam, quo ad ea quæ intus sunt disponenda, consequēs est quod eleemosynas moderatas pauperibus erogare possit, quum caput mulieris

...Cor. 11: sit vir, vt dicit Apost. 1. Cor. 11. vbi autem non committeretur a viro talis dispensatio domesticorum vxori, imo expresse & acriter prohiberetur omnis datio eleemosynæ, non debet dare de bonis viri notabiliter, quia aliqua modica posset dare, non enim vir potest omnino rationabiliter prohibere omnimodam eleemosynarum largitionem, maxime vbi apparet necessitas licet non extrema in petentibus, quia nullum esset dubium, in casu extremę necessitatis, quia tunc posset dare & furari, Sicut de religioso dictum est, idem dicendum de filiis familias, qui de re modica, de qua possint pręsumere quòd patri placet, possint dare eleemosynam, alias non, non nisi in casu extremæ necessitatis, vel si alicuius rei a patre esset eis commissa dispensatio. Præceptum de danda eleemosyna reducitur ad pręceptum de honoratione parentum. Sic enim Apostolus interpretatur 1. Ti. 4 dicens, Pietas, ad omnia vtilis est, sub pietate enim comprehendit eleemosynarum largitionem, & pauperum subuentionem.

...2.q. 33. Ver. 6. *De Correctione Fraterna.*

...ar. 1. CORRECTIO Fratris est duplex, quædam est realis publica & iudicialis, C

Correctio fratris publica & iudicialis ad quid ordine tur.

quæ fit per accusationē vel inquisitionem ex officio, & talis pro fine habet bonū rei publicæ, vt scilicet alii arceantur à peccatis, criminibus, & scandalis, quibus respublica turbatur, & aliis datur occasio delinquendi, siue ille qui corrigitur emendetur, siue non. & hæc debet fieri secundum quantitatem delicti, & qualitatem siue cōditionem personę iuxta illud Deuter. 25. Secundum mensuram delicti erit & plagarum modus. & Apoc. 18. Quantum se glorificauit & in deliciis fuit, tantum date 118

Apoc. 18. illi tormentum & luctum. Quia hęc correctio respicit peccatum fratris, prout

vergit

vergit in nocumentum aliorum, qui ex eius peccato læduntur vel scandalizantur, & inquantum est nocumentum boni communis, quum iustitia & bonum cõmune per peccatum hominis perturbentur: consequens est quòd per pœnam delinquentis ordinetur & stabiliatur atque pacificetur. Ideo peccant mortaliter superiores, tam temporales, quàm ecclesiastici, si omittant tales correctiones, & punitiones, quia per hoc datur ansa criminibus, & incentiuum delinquendi. Hoc tamen intelligendum est quando correctio est reipublicæ necessaria, quia aliquando contingit punitionem propter aliqua accidentia siue incidentia non expedire immediate fieri, vt quando maius bonum impediretur, aut respublica turbaretur, ut sæpe accidit temporibus nostris in Italia. tunc enim esset differenda aut indulgenda pœna. Vnde

D David pepercit Absalon qui interfecit fratrem suum Amon 2. Reg. 14. distulit puni-
118 nitionem Ioab 3. Reg. 2. Quare prudentia magna vtendum est, nec facile damnandi sunt qui non statim omnia corrigunt. Isboset enim quia minus cautè increpauit Abner, quòd ingressus esset ad concubinam patris sui, perdidit regnum secundæ Regum tertio, Nec facile etiam excusandi sunt omittentes. Vnde David reprehenditur, quòd nunquam increpauit Amon primogenitum suum de stupro sororis. Et Heli qui non correxit acriter Ophini, & Phinees primæ Regum 2.

Superior negligens in correctionibus peccans.

¶ Alia est correctio quæ fit verbo & secrete, & respicit peccatum fratris, inquantum est nociuum ei, qui peccat, & pro fine habet emendam fratris, & ad eam principaliter ordinatur, procedit. n. ex charitate, sicut iudicialis ex zelo iustitiæ, & est actus charitatis, sicut correctio iudicialis est actus iustitiæ. Correctio fraterna est de necessitate salutis cadens sub præcepto. Si enim de necessitate salutis est eruere aliquem a morte corporali per eleemosynam corporalem iuxta illud Prouerbiorum. 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare non cesses, a fortiori sub præcepto & de necessitate salutis est eruere a morte spirituali, quæ est peccatum mortale. Ezech decimooctauo, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur quum anima sit plusquam esca, & corpus plusquam vestimentum. Vnde D. augu. dicit, Si neglexeris corrigere, factus es deterior eo qui peccauit. Et idem in regula, Si frater tuus uulnus habet in corpore, quod vult occultari dum timet secari, nonne crudeliter a te sileretur, & misericorditer indicaretur? quanto potius debes manifestare, ne deterius crescat in corde? Nec obstat quod dicitur Eccle. 7. Considera opera dei, quòd nemo possit corrigere quem ille despexerit. Quia in omnibus agendis operatio hominis non est efficax, nisi adsit diuinum auxilium, & tamẽ debet homo facere quod in se est, maxime quandiu habet probabilitatem quòd emẽdabitur. Vnde D. Aug. dicit, Nescientes quis pertineat ad prædestinatorum numerum, & quis non pertineat, sic debemus affici charitatis affectu. ut omnes uelimus saluos fieri. Ideo omnibus debemus officium fraternæ correctionis impendere, sub spe tamen diuini auxilii, cum ignoremus an sint a deo despecti. Nec obstat pariter quòd correctio fraterna aliquando meritorie omittitur, Quia hoc præceptum est, affirmatiuum, & non obligat pro semper, sed pro tempore & loco. D. August. Si propterea obiurgandis & corripiendis male agentibus parcit, quia opportunum tempus inquiritur, vel eisdem metuit ne deteriores efficiantur, vel ne ad bonam & piam vitam erudiendos impediant alios infirmos non uidetur esse cupiditatis officium, sed consilium charitatis. Vbi autem qui præsumeret probabiliter quòd posset aliquem retrahere a peccato mortali vel ueniali, quod est proxima dispositio ad mortale, & tamen propter inordinatum amorem uel cupiditatem prætermittit correctionem, peccat mortaliter. Si uero timor & cupiditas tardiorem faciunt hominẽ ad corrigendum delicta fratris, non tamen ita quòd si constaret, quòd posset fratrem a peccato retrahere, propter timorem, vel cupiditatem, uel præsumptionis maculam dimitteret, quibus in animo charitatem præponit fraternam est peccatum ueniale, & hoc modo sancti uiri omittunt corrigere delinquentes, vt ibidem D. Aug. dicit. Ex præmissis sequitur primo quòd quis non tenetur sub pœna peccati mortalis aut venialis corrigere fratrem de peccato ueniali aut de aliis defectibus, quæ non sunt pec-

Correctio fraterna quid, & quem finem, & quando de necessitate salutis.

Ezech. 18

In lib. de uer. Do.

In lib. de na. & gr.

Correctio de uenialibus non necessaria

cata, quia peccatum veniale non est extrema necessitas spiritualis, nec per peccatum veniale perditur frater, quem alius corrigendo lucratur, vt habetur Matthæi. 18. & quum Christus præcepit correctionem, præcepit de peccato absolutè, peccatum autem absolutè & simpliciter stat pro mortali, quod auertit a fine, & non de veniali, quod solum est circa media, & ideo dicitur peccatum secundum quid. quare non tenetur corrigere, nisi sit proxima dispositio ad mortale, quia tunc teneretur. Si. n. teneor fratrem præcipitatum subleuare, a fortiori ne præcipitetur propter periculum, aliàs (vt dicitur Ecclesiastici tertio,) Qui amat periculum, peribit in illo. Sedundo sequitur quod vbi non est probabilitas de emenda fratris peccantis, sed potius quòd fiet deterior, tũc quis nõ tenetur corrigere, quũ finis correctionis fraternæ sit emenda, & ea quæ sunt ordinata ad aliquem finem, sicut correctio fraterna ad emendam, debent F
regulari secundum finem, sic quòd vbi non speratur finis frustra adhibeter. Et sic nõ 119
tenetur quis grassatores & publicas meretrices aliosque in duratos peccatores corrigere, iuxta illud Prouerbiorũ. 9. Noli corrigere derisorem, ne oderit te, debẽt tamen corrigi a prælatis, correctione iudiciali, & punitiua, propter bonum commune, vt alii retrahantur a criminibus. Tertiò sequitur quòd quum est probabilitas quòd absque correctione alterius peccator corrigetur, puta quia est timidus & scrupulosus, tunc non tenetur aliquis eum corrigere, ne nimis confundatur & ægrè ferat & ad odium prouocetur. Vbi autem esset probalitas, quòd non corrigeretur absque correctione & ab initio correctionis ægræ ferret, & incideret in odium, postmodum tamen demisso odio emendaretur, tunc quis tenetur corrigere, nec esset causa illius odii & peccati, nisi per accidens, quia non intendit odium sed correctionem & ex malitia illius procedit illud odium. Si autem probabile esset quòd persisteret in illo odio, tunc illa correctio omittenda esset.

Præceptũ correctionẽ nõ ligat quãdo non ẽ probabilitas emendæ.

Ver. 7. *De modo et processu fraterna correctionis.*

CHRISTVS, Matthæi. 18. triplicẽ processũ in fraterna correctione ordinauit seruandum, Primus est secretus, Secundus partim secretus, partim publicus, Tertius est publicus. Quo ad primum processum dicit, Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum, inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. In hoc autem primo processu exprimuntur quinque notandũ. Primo quis A
debet corrigi. Secundo, quis debet corrigere. Tertiò de quo. Quarto quando. Quinto modus corrigendi. ¶ Quo ad primum dicitur, quod frater debet corrigi. Quid 119
autem fratis nomine intelligatur, Christus sufficienter declarauit, Matt. 23. Vnus est frater uester. Omnes autem uos fratres estis. Intelligit fratrem natura & specie, quia ab eodem patre cœlestis, & Matt. 5. Si offers munus quum ante altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, vade, &c, Per fratrem intelligit læsum, siue sit Christianus, siue Iudæus. Et sic quicunque est frater ordine, professione, siue cognatione, siue fide, aut natura, corripi mandatur, nec mirum, quia si omnibus etiam infidelibus tenemur facere eleemosinam corporalem, quando sunt in extrema necessitate, a fortiori spiritualem, quæ est correctio peccatorum, præcipue quæ sunt contra legẽ naturæ. Quia põt eis clari ostendi, quod male faciant, non aũt de peccatis cõtra legem Euangelicam, quã non susceperunt. Vnde 1. Cor. 5. dicitur. Quid enim mihi est de his qui foris sunt iudicare? Ex quo quidam inferunt, quod circa infideles non est obseruandus tertius processus. cum de eis Ecclesia non habeat iudicare. aliquibus tamen videtur quod debet denunciari supeirori eorum, sed hoc excedit limites fraternę correctionis, & transit in accusationem.

Quis dicatur frater corrigẽdus

An processus correctionis sit circa infideles obseruãdus.

¶ Ex præmissis infertur quod si prælatus peccauerit, non debet corrigi a subdito, correctione punitiua, sed a suo superiori, si habeat. Vnde Exo. 9. dicitur, Bestia quæ tetigerit montem, lapidabitur. & 2. Reg 6. Oza percussus est a domino, quia tetigit arcam. Mons & arca significãt prelatum, igitur, &c. Vnde D. Augustinus in regula, Honore coram vobis prælatus sit vobis, timore coram Deo substratus sit pedibus vestris. Potest tamen corrigi correctione fraterna, quæ est actus charitatis, & ideo extenditur ad omnes ad quos charitas se extendit. Sed charitas se extendit ad præla-

Exod. 9. 2. Reg 6.

prælatum, cum sit frater, inquantum peccator est, inferior & egens. Et ideo ei tanquam in necessitate existenti, subueniendum est, & danda ei eleemosina spiritualis, quæ est correctio fraterna, aliter tamen quam aliis, quia cum honore & reuerentia absque obiurgatione, sed dulciter & reuerenter, & facta protestatione. Vnde D. Aug. in regula. Non solum vestri, sed etiam ipsius miseremini, qui inter vos quanto, Col. ult.
B in loco superiori, tanto in periculo maiori versatur. & D. Pau. Col. vlt. scribit de sub
319 ditis, vt prælatum suum admoneant cum ait, Dicite Archippo, Vide ministeriũ quod accepisti a domino, vt illud impleas & vbi peccatum prælati esset publicum, & immineret periculum fidei & publice essent prælati, a subditis arguendi. Vnde D. Pau. qui erat subditus Petro, propter imminens periculum fidei, circa fidem Petrum publice Arguit, Gal 2. vbi D. Augu. dicit, Petrus exemplum maioribus præbuit, vt sicubi Galat. 2.
forte tramitem relinquerent, non dedignentur etiam a posterioribus corrigi.

¶Quo ad secundum, videlicet quis debet corrigere, Ex contextu euangelii habetur quod Christus direxit verba Petro qui futurus erat pastor & sic præcipue pertinet ad pastores & prælatos, qui habent curam subditorum, & de animabus eorũ red dituri sunt rationem. Quia tamen Petrus nondum erat prælatus sed frater, ideo ad omnes pertinet fratres deliquentes corrigere, & inquantum in eis magis uiget iudicium rationis, quodam modo censentur superiores, quæ superioritas & correctio per peccatum in corrigente impeditur propter tria. Primo quia ex præcedenti peccato indignus redditur vt corrigat alium, & præcipue si maius peccatum commisit, non est dignus vt corrigat de minori. Vnde super illud Matt. 7. Quid vides festucã, &c. D. Hiero. dicit, De his loquitur, qui cum in mortali crimine detineantur obnoxii, minora peccata fratribus non concedunt. Secundo redditur indebita correctio, propter scandalum quod sequitur ex correctione, si peccatum corripientis sit manife- *Quis frater naliter corrige re tenea tur.*
C stum, quia censentur corrigere ad ostentationem. Vnde super illud Mat. 7. Quomo- In lib. de
119 do dicis fratri tuo, &c. D. Chrys. exponit, in quo proposito puta ex charitate, vt salues ser. do. in
proximum tuum. Non quia teipsum ante saluare vis, ergo non alios saluare, sed per mente in li.
bonam doctrinam malos actus celare, & scientiæ laudes ab hominibus querere. Ter- de sum. bo-
tio impeditur propter superbiam corripientis, in quãtum, scilicet aliquis propria pec- no.
cata paruipendens, seipsum præfert in corde suo peccata eius austera seueritate diiudicans, ac si ipse esset iustus Vnde D. Aug. Accusare vitia officium est bonorum viro- Rom. 2.
rum & beneuolorum, quod cum alii faciunt, alienas partes agunt. Et Isidorus, Non debet vitia aliorum corrigere, qui vitiis est subiectus & Ro. 2. dicitur, In quo alium iudicas, teipsum condemnas, eadem enim agis quæ iudicas. Et ideo qui in peccato sunt, corrigendo teneant consilium D. Augu. vbi supra, cogitemus quum aliquem reprehendere nos necessitas cogit, vtrum tale sit vitium quod nunquam habuimus, & tunc cogitemus nos homines esse. & habere potuisse, vel tale quod aliquando habuimus & tangat memoriam communis fragilitas, vt illã correctionem non odiũ sed misericordia præcedat. Si autem nos inuenerimus in eodem vitio esse, non obiurgemus, sed congemiscamus, & non illum ad pœnitendum, sed ad æqualiter condonandum inuitemus. Ex his ergo patet, quod si peccator cum humilitate corripiat delinquentem, non peccat, nec sibi nouam condemnationem acquirit licet per hoc vel in conscientia fratris vel saltem sua, pro peccato præterito condemnabilem se esse ostendat.

¶Quo ad tertium. s. de quo debet corrigi, satis dictum est ver. præcedenti, quod de mortali, vel de veniali, cum est proxima dispositio ad mortale.

¶Quo ad quartũ, s. qñ, dicendũ ꝙ quũ illud peccatũ est notũ. Vnde dicit textus. Si peccauerit, in te. Quæ verba exponuntur a D. Aug hoc est te sciente cognitione certa & euidenti, scilicet per aliquem sensum exteriorem in personam delinquentis. Quod si per auditum sciat, ab alio, vel per rumorem, vel per signa dubia, quis nõ tenetur corrigere, nec inquirere de vita, seu explorare conuersationem fratris. Vnde D. August. ait, Admonet nos Dominus non negligere inuicem peccata nostra, non In lib. de
quærendo quid reprehendas, sed uidendo quid corrigas alias, efficeremur explora- uer. do.

tores vitæ aliorum, contra illud quod dicitur Pro. 24. Ne quæras impietatem in domo iusti, & non vastes requiem eius. Ex quo patet quod non oportet religiosos exire claustrum ad corrigendum delinquentes. Et si dicatur quod ex quo fraterna correctio est debita & de præcepto, sicut qui debet pecuniam, non sufficit quod soluat creditori occurrenti, sed debet eum quærere vt debitum reddat, Ita etiam in correctione debita dicendum, quod illud quod debetur alicui certæ, & determinatæ personæ, siue sit bonum corporale, siue spirituale, oportet quod ei impendamus, non expectantes quod nobis occurrat, sed debitam solicitudinem habentes, vt eum inquiramus. vnde sicut ille qui debet pecuniam creditori, debet enim requirere quum tempus fuerit, vt ei debitum reddat, ita qui habet curam spiritualem alterius, debet eum quærere ad hoc quod eum de peccato corrigat, Sed quo ad illa beneficia quæ non debentur personæ, sed communiter omnibus proximis, siue sint corporalia, siue spiritualia, sufficit nobis quod impendamus eis qui nobis occurrunt hoc autem pro quadam sorte habendum est, vt D. Aug. dicit. Alii exponunt hæc verba, si peccauerit in te hoc est coram te solo, tunc enim debes secrete corrigere. quia si coram aliis arguis non es corrector sed proditor Si autem multis aliis audientibus & præsentibus peccauerit, & te scãdalizauerit nõ teneris secrete, sed potes corã aliis corrigere 1. Tim. 5. Peccantem coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant. Sic D. Ioan. Bap. Herodẽ publice redarguit dicens, non licet tibi habere vxorem fratris tui. Hac ratione dicunt quidam, quod quilibet audiens & intelligens aliquem prædicantem aliquam propositionem hæreticam, potest eum publice reprehendere. Quod credo limitandum in casu in quo non sequitur scandalum quia si ex tali correctione & reprehensione sequeretur tumultus magis nocens quam correctio prodesset, differenda esset correctio. D. autem Hic exponit, Si peccauerit in te hoc est contra te directe, quia si peccatum esset directe contra Deum uel communitatem, puta si hæreticus priuatim homines a fide auertat, uel si aliquis occulte tractet quo modo ciuitas tradatur hostibus, vel incendatur, non est nostri arbitrii (inquit) hoc est non tenemur neque debemus seruare hũc primum processum imo tenemur denunciare, quia ille qui sic peccat non solum peccat in te, sed etiam in alios. Et nisi denũcietur, imminet magnum periculum, nisi forte aliquis firmiter existimaret, quod statim post secretam monitionem frater corrigeretur, & huiusmodi periculum cessaret. Si uero esset dubium, debet denunciari illi qui potest huiusmodi mala prohibere.

Prou. 24.

In li. de doc. Chri.

1. Tim. ult.

Mar. 9.

In correctione hæreticorum non est seruandus processus euangelicus.

D 119

E 119

¶ Circa peccata verò occulta quæ sunt solum in malum peccantis vel alicuius priuatæ personæ, tunc ad hoc tendendum est, vt fratri peccanti subueniatur. Et sicut medicus corporalis sanitatem ęgroto confert absque alicuius membri abscisione si potest, si verò non potest, abscindit membrum minus necessarium, vt vita potius conseruetur. Ita etiam ille qui studet emendationi fratris, debet si potest, sic emendare fratrem quantum ad conscientiam, vt fama eius (si fieri potest) seruetur propter duo. Primo quia fama vtilis est ipsi peccanti, non solum in temporalibus, in quibus, diffamatus multa patitur detrimenta, amissa fama, sed etiam quantum ad spiritualia, Quia præ timore infamiæ multi a peccato retrahuntur, & quando infamatos se conspiciunt irrefrenate peccant. Vnde D. Hierony. dicit, Corrigendus est seorsum frater, ne si semel pudorem aut verecundiam amiserit, permaneat in peccato. Secundo debet conseruari fama fratris peccantis, tum quia duo infamato alii infamantur, secundum illud D. Aug ad plebem Hyponẽ. Cum de aliquibus qui sanctũ nomen profitentur, aliquid criminis vel falsi sonuerit, vel veri patuerit, instant, satagunt, ambiunt vt de omnibus hoc credatur, tum etiam qui ex peccato vnius publicato, alii prouocantur ad peccatum, & infamati sępe impelluntur, & violentantur ad continuationem, maxime mulieres Sed quia conscientia præferenda est famę, voluit dominus vt saltem cum dispendio famę fratris conscientia per publicam denunciationẽ à peccato liberetur. Vnde patet quod in occultis peccatis, quæ non sunt contra Deum & bonum Reipublicæ, de necessitate præcepti est quòd secreta monitio præcedat publicam denuntiationem. ¶ Quo ad quintum, scilicet de modo corrigendi,

Ad Plebem Hypon.

rigendi Christus dixit, vade & corripe, dixit, vade & non, Scribe, propter duo: Primò propter periculum infamię, ex perditione vel apertura, seu communicatione literarum. Secundò, quia ut D. Hiero. ait, Habet enim nescio quid latentis energiæ uiua uox, & in autibus discipulorum transfusa fortius sonat. Energia est uis & effectus. & correctio uerbo facta, est maioris uirtutis efficaciæ, & D. Ambro. super illud.
F psal. Qui timent te, uidebunt me, & lętabuntur, dicit Plerisque iusti aspectus ad
110 monitionis correctio, perfectioribus lætitia est. Ideo Christus dixit, vade, sicut olim dixerat, Ezech 2. Fili hominis uade ad domum Israel. Sed ad quem locum debemus ire? Respondendum est quòd ad conuenientem & propitium, & tempore congruo, & non hora insobria vel importuna, quando est in colera, aut lecto, aut aliis arduis occupatus. Secundò dicit, Corripe. D. Chryso. exponit dicens dulciter, quia non dicit, Accusa, increpa, oburga, sed, Corripe, scilicet mansuete. vnde plal. Supeeuenit mansuetudo, & corripiemur, diuersimode tamen procedendum est, ut dictum est ex diuo August. & prouer. 18. dicitur. Iustus prior est accusator sui. Si adducatur correctio Ioseph, quum non præcessit fraterna correctio, dicendum quòd verisimile est pręcessisse, licet non sit scriptum, uel quia habebat probabilitatem, quod non emendarentur, sed fierent deteriores, quum odirent eum.

In epist. ad pau. cap. 2. Ezech. 2. In quo loco debet fieri fraterna correctio. Modus fraternæ correctionis. prouer. 18. Gen. 37. Religiosorum proclamationes non contrariantur fraternæ correctioni.

¶ Notandum etiam quòd proclamationes quæ in capitulis religiosorũ fiunt, omissa secreta correctione, non contrariantur huic præcepto, quia sunt de leuibus defectibus, qui non derogant famæ. Vnde sunt quædam cõmemorationes oblitarum culparum potius, quàm accusationes uel denunciationes. Si tamen essent tales de quibus frater infamaretur, fieret contra præceptum domini, qui per hunc modum peccatum secretum fratris publicari prohibuit, ut de his quę merẽtur grauiorem culpã.

Ver. 8. *De secundo processu fraternæ correctionis.*

A SECVNDVS processus fraternæ correctionis est partim secretus, partim
120 manifestus ait enim, Si te nõ audierit, adhibe tecũ vnũ aut duos, vt in ore duorũ, vel trium stet omne uerbum, vt uerecundia & exhortatione illorum emẽdetur. Sed qui adhibendi sunt? diuus Augu. ait, Adhibet eum, qui prodesse vult, & non obesse, quia quum finis huius correctiones sit emenda fratris, cum conseruatione famæ, si adhiberentur maleuoli, esset periculum infamiæ, Si autem corrigens non inuenerit, est excusatus non tamen debet denunciare donec inuenerit. Si quæratur quando debet adducere post correctionem, si recidiuauerit. Dicendum quod in actu, si deprehendi possit. Quia si extra dictum adhiberentur, & reprehenderet, nõ possent testificari de facto quod tamen est requisitum, ut ex textu apparet. Præterea si extra factum reprehenderetur, posset dicere corrigentem esse calumniatorem & detractorem & accipere adductos in testes, & conuenire corrigentem in iudicio, & agere per l. diffamari. Si dicatur quod adhibendo duos testes, diffamat eum, & est detractor, dicendum quod non est detractor formaliter, quia non est cum intentione denigrandi famam, ut dictum est supra. Præterea fit authoritate superioris, scilicet Dei qui est dominus famæ, & vitæ eorum.

Qui adhibendi sunt in testes fraternæ correctionis. Quando adducẽdi sũt testes. c. 5. §. 3. uer. 8.

Ver. 9. *De tertio processu fraternæ correctionis.*

B TERTIVS processus fraternæ correctionis est publicus. Vnde sequitur in tex
120 tu, Quod si eos non audierit, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiã non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. D. Chryf. dicit, Nil tale præcepit dominus obseruandum his qui extra Ecclesia sunt. quale præcepit hic de fratribus corripiendis, sed de exterioribus. Si quis te percusserit in vnam maxillam, præbe ei & alteram. Per Ecclesiam intelligit hic prælatum ecclesiæ. Sed quid faciet prælatus? Theologi discrepant in hac re canonistis qui in c. nouit extra de iudiciis, hanc materiam tractant. Sed canonistarũ opinione prætermissa, sequor eos qui dicunt quod prælatus ad talem denunciationem orabit primo pro eo, secundo vocabit illum & testes absque notario, & aliis solennitatibus iudicianis, & corani eis reprehendet & obiurgabit eum, deinde hortabitur illũ, & præcipiet sub sententia excõmunicationis vt pœniteat, & amplius non reuertatur. Et si ecclesiam (hoc est prælatum) audierit, et se

Per ecclesiã intelligitur prælatus. Quæ sunt partes prælati in denuntiatione euangelica.

 emendauerit

emendauerit, cessant partes prælati, quia iam peruẽtum est ad finem, nec poterit prælatus propter huiusmodi denuntiationem eum pun e. Si autem ecclesia non audierit, tunc fiet transitus a correctione fraterna ad correctionem iustitiæ, & prælatus procedet cõtra eum instante procuratore fiscali, qui faciet fieri informationes, & audiri faciet testes.

Ver 10. *De Monitionibus generalibus.*

Peccatum occultum quid. *Peccatum publicum, peccatũ mixtum quid.*

CIRCA generales monitiones prælatorum, quas facere possunt contra occultos peccatores & testes qui sciunt ueritatem, ne detur ansa criminibus, & ut innocentes indemnes reddantur, prout concludunt Bartholus, & Bald. in l. ciuile. C. de furtis propter diuersitatem opinionum & multitudinem particularium circunstantiarum magna est difficultas, maxime in foro conscientiæ, quæ maxime est attẽdenda. Ideo caute circa huiusmodi agendum est, maxime prædicatoribus, consultoribus, & confessoribus. Ad huiusmodi euidẽtiam quæ mihi tutiora uidentur collegi, & nostris institutionibus inserendum duxi. Supponẽdum est in primis quod peccatum corrigendũ, est triplex, quoddam est simpliciter & absolute occultũ quod scilicet probari nõ potest, quoddã vero simpliciter publicũ & manifestũ, quod, scilicet celari non potest, aliud uero partim publicum & manifestum, & partim ocultum, scilicet quod probari & celari potest, quia pauci testes sunt. Secundò supponendum est ex c. qualiter & quando, in secundo, de accusatio. quod prælatus & iudex ecclesiasticus in criminibus corrigendis triplici via procedere potest, scilicet per denuntiationem euangelicam, vel inquisitionem aut accusationem, vel partis requisitionem. Denuntiatio regulariter prærequirit secretam monitionem, inquisitio clamorem seu infamiam, accusatio inscriptionem. ¶ Quantum ad primum modum procedendi, qui cõmuniter seruatur in visitationibus archiepiscopi circa diocesanos, & prouincialiũ religionum circa priores, & conuentus religiosorum, prælati præcipiunt primo communiter, deinde specialiter in particulari, vt quicunque scit aliqua corrigenda, sub pœna excommunicationis denunciet. Et finis prælati in hoc modo procedendi, est vel esse debet corrigere publica iudicialiter, & secreta siue occulta charitatiue, siue fraternaliter, secundum præceptum Domini, & modum procendendi datum, Matth. 18. & quum sententia excommunicationis non feratur nisi pro peccato mortali, vt in cap. nemo episcoporum 11. quæst 3. & Deus non iudicet bis in idipsum, sequuntur duo. Primum quòd religiosi in vim illius præcepti monitorii non tenetur peccata venialia aut alios leues defectus citra pœnam grauioris culpæ (quę non infligitur nisi pro peccato mortali) denunciare, quamuis hoc possint etiam prætermissa, secreta monitione, vt dictum est. Secundum, quòd etiam non teneutur neque debent peccata mortalia manifesta, quæ fuerunt punita, nec occulta emendata denunciare, neque etiam peccata mortalia occulta, quæ solum sunt in præiudicium peccantis, vel alicuius priuatæ personæ, nisi seruato processu & ordine fraternæ correctionis, vnde dicit D. Tho. quòd prælato non est obediendum contra præceptum Dei, secundum illud Act. 5 Obedire oportet Deo magis quàm hominibus Et ideo quandò prælatus præcipit vt sibi dicatur, ac reueletur quod quis sciuerit corrigendum, intelligendum est illud præceptum sanè, scilicet saluo ordine fraternæ correctionis, siue præceptum fiat communiter ad omnes, siue ad aliquem specialiter, & si prælatus expresse præciperet contra hunc ordinem, ipse præcipiendo peccaret, & ei obediens, quasi contra præceptum domini agens. Ideo non esset ei obediendum, quia prælatus non est iudex iudiciorum occultorum, sed solus Deus. vnde non habet potestatem præcipiendi super occultis, quia sicut dicunt iuristæ, Peccata latentia non habent uindictam in hoc seculo, sed dei iudicio reseruantur, nisi inquantum per aliqua indicia manifestantur, puta per aliquam infamiam, vel suspiciones, aut querelam læsi. Tenentur tamen subditi in uim prædicti monitorii denunciare crimina mortalia publica, quæ non fuerunt punita, & crimina occulta, quę [illegible] contra bonum reipublicæ Ecclesiasticæ, vel temporalis, etiam prætermissa secreta monitione & processu euangelico, qui non obligat in illis criminibus, v[illegible] est ex D. Hie-

Margin notes: *Iudex tripliciter uia procedere potest.* — *Modus procedendi per denuntiationem.* — *Matt. 18.* — *2.2. q. 33. ar. 7. ad 5.* — C 120

D D. Hieron. Et ideo tenetur denunciare hæreticos secretos, proditores, incendiarios, absq; præcepto, a fortiori adueniente monitione. *Modus procedendi per inquisitionem.*

110 ¶ Secundus modus procedendi est per inquisitionem, & est quando iudex & prælatus ecclesiasticus propter clamorem seu infamiam, quæ absque periculo tolerari non potest, debet procedere ad inquisitionem, quia interest reipublicæ (cuius curam prælatus habet) ne crimina remaneant impunita. Vnde habet descendere iuxta c. qualiter & quando, in 3. de accusatio & Gene. 18. Dominus ait, Descendam & videbo an clamorem qui ad me venit, opere compleuerint, & Lucæ. 16. Quia villicus erat diffamatus apud Dominum suum quasi dissipasset bona illius, descendit, &c. Et hic modus procedendi ordinatur ex sua natura ad correctionem iudiciariã, quæ non intendit principaliter emendam fratris, sed bonum publicum, vt alii terreantur, & ne incidant in talia aut alia peccata, & vt pax reipublicæ turbata & lacerata reparetur. quod fit per inflictionem pœnarum. Et in tali modo siue via procedendi debet prælatus inquirere primo de fama publica. Et si testes ignorantur, debet publicare monitorium sub sententia excommunicationis, quòd scientes veritatem habeant propalare & manifestare, & non denunciare. Quia in iudiciario modo procedendi nullus debet denunciare quæ non potest probare. Ideo præcepit vt habeant propalare seu reuelare quæ sciunt, & tunc qui sciunt veritatem illius criminis, debent propalare, etiam si non nisi vnus. Quia ille cum fama publica sufficit ad condemnationem. Nec tenetur ille præmittere monitionem secretam, ex quo peccatum non est iam omnino occultum, sed probari per plures potest. Deinde debet prælatus audire diffamatum vel reum, si sit aliquis propalatus, & ipse etiam tenetur dicere veritatem, ex quo iudex iuste enim interrogat, Quid hoc audio de te? & contra illum procedere seruato ordine iuris. ¶ Tertius modus procedendi est per accusationem, & est quando prælatus & iudex ecclesiasticus procedit ad requisitionem partis, & hoc dupliciter, Primo quando pars aliqua aut procurator fiscalis habet testes, & accusat aliquem tunc iudex præhabita inscriptione partis, per quam reddit se accusatorem, qui debet testes contra accusatum producere, tunc iudex potest procedere seruato ordine iuris, & si inueniat eum culpabilem, debet condemnare, si vero innocentem, relaxare, & accusatorem condemnare ad pœnam talionis, vel aliter secundum requisitionem partis, & secundum quod fuerit iuris & rationis. Secundò cum pars aliqua non accusat, quia forte ignorat reum & testes, sed conqueritur se esse læsam, uel per furtum, aut detractionem, aut percussionem, tunc iudex qui debet intendere indemnitati subditorum innocenter læsorum, & ne detur ansa criminibus, ad petitionẽ eius debet dare literas monitorias, sub sententia excommunicationis cõtra lædentẽ vt satisfaciat, & contra testes vt dicant & propalẽt lædentem. & hic modus procedendi ordinatur ad iudicialem reparationem, vnde non exigit necessario secretam monitionem & ideo si factum sit tale quod probari possit, quia factum fuit in loco publico, vbi plures erant qui ignorantur, nõ est dubium quin illi qui sciunt, teneantur propalare. Si autem vnus tantum scit, quia factum fuit in loco secreto, dicunt quidam quòd si sciens habeat probabilitatem quòd lædens per secretã monitionẽ satisfaciet, debet eũ secretę monere, cũ intimatione tamen, quòd nisi satisfecerit propalabit, & si non satisfaciat, debet propalare. Nec obstat quod cõmuniter obiici solet, Vox vnius uox nullius. & si habeat probabilitatem quod reus monitus negabit & peierabit, nil proderit impetrari, & nocebit spiritualiter reo, quia peierabit Ideo præcauendum est malum spirituale ipsius, Dicendum quod quis non tenetur præcauere malum alterius, cum prouenit ex malitia ipsius, & maxime stãte præcepto, sicut pulchra mulier non tenetur prætermittere pręceptũ de audiẽda missa, si et probabiliter iudicet, quòd aliqui propter eius aspectum cadent in cõcupiscentiam, quia hoc prouenit ex eorum culpa. Sic nec qui scit veritatem, stante præcepto, debet celare, licet presumat reum peieraturum, quia hoc eius malicia prouenit. quia tenetur dicere veritatem & non peierare, per regulam generalem quæ habet quòd quandoque iudex iuste exigit iuramentum. siue pręcipit dicere veritatem,

Modo procedendi per accusationem in criminib. quę probari possunt.

E

120

Modus procedendi in occultis criminibus ad querelam partis.

Quid faciẽdum stante monitione quãdo unus solus scit crimen aut damnum.

ritatem, exactus siue interrogatus tenetur dicere veritatem si sciat.

¶ Dominus tamen Petrus de Palude & Durandus in 4. dist. 19. q 4. videntur dicere quód quando nocumentum priuatæ personæ est ita paruum, quòd melius sit illũ ita parum lædi, quam alium ita diffamari, non debet reuelare, quia si tunc non corrigitur, postea corrigetur. Opinio tamen præcedens est tutior. Reus autem licet nō teneatur se prodere, tenetur tamen infra terminum satisfacere, vel obtinere dilationem, alias incidit in excommunicationem si proferatur.

Ver. 11. *De his qui in Monitionibus non comprehenduntur.*

MVLTI sunt qui non comprehenduntur in monitionibus generalibus, nec tenentur reuelare. ¶ Regula generalis est, quòd illi qui non possunt compelli ad testimonium ferendum, non comprehenduntur in monitionibus generalibus, quum monitiones ordinentur ad testimonium ferendum. ¶ Ex qua sequitur primo, quòd confessor & interpres confitentis non tenentur neque debent aliquo modo reuelare, vt habetur in c. omnis vtriusque sexus, de pœni. & remis. imo potest iurare se nihil scire, quia intelligi debet ut homo vel in foro hominum, quæ enim scit in foro dei, vt eius vicarius scit, vel etiam ad dicendum. Et eadem ratione illi qui casu aliquo, aut etiam insidiose, vel a præsbytero audierunt peccata confessa, quum sigillum confessionis sit de iure naturæ & diuino, vt infra dicetur. Et si tales producantur in testes, & exigatur iuramentum, debet intelligi de veritate, de qua tenentur deponere. Secundo infertur quòd si monitorium sit contra patrem vel filium filii, vel parentes non teneutur reuelare, quia non tenentur deponere, ut in l. parentes C. de testibus, & in §. inter parētes 4. q. 3. quod intelligendum est de omnibus ascendentibus & descendentibus, tam in ciuilibus quam in criminalibus, quia pro vna persona computantur, & quum nullus teneatur se prodere, vel parare arma contra se, sequitur quòd illi qui pro vna persona computantur, non tenentur contra se inuica deponere. quod intelligendum est nisi in crimine hæresis, vbi non habetur probabilitas de emenda, & timetur periculum de ruina multorum Tunc enim habet locũ illud Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem suá, & vxores, & filios, & fratres, adhuc & animam suam, non potest meus esse discipulus Consilium etiam partis, vt sunt procuratores & aduocati ac solicitatores, quibus quodam modo coacte, & quasi confessoribus veritas reuelatur, ac etiam medici non comprehenduntur, nisi (vt dictum est) in his, quæ vergerent in detrimentum notabile reipublicæ temporalis vel ecclesiasticæ. Excipiuntur etiam qui sub sigillo secreti aliquid susceperunt, quia quum sigillum secreti sit de iure naturæ, quòd per ius positiuum & humanum solui non potest, a fortiori si aliquis iurauit tenere aliquid secretum, nisi (vt dictum est) vergeat in detrimentum reipublicæ.

F 121 · A 128 · Luc. 14.

§. 3. *De vitiis Charitati oppositis.*

2. 2. q. 34 · e. 1. §. 10 · ver 5.

CHARITATI & effectibus eius opponuntur decem vitia, Charitati quidē odium, Gaudio opponuntur duo, scilicet acedia & inuidia. Paci opponuntur sex, scilicet discordia, contentio, schisma, bellum, rixa, & sedito. Beneficentiæ autem opponitur scandalum de quibus per ordinem dicendum est.

Ver. 1. *De Odio.*

ODIVM accipitur dupliciter, vno modo vt est passio appetitus concupiscibilis, de qua supra dictum est quod est displicentia eius quod est disconueniens siue repugnans aut nociuum, in quo consistit ratio mali, sicut in conuenienti ratio boni. Et quemadmodum appetitus attrahit ad se id quod est ei conueniens & bonum, sic repellit disconueniens & malum. Illa displicentia siue repulsa mali sensibilis, dicitur odium. Alio modo accipitur odium vt opponitur charitati & sic importat de suo principali significato actum refugitiuum voluntatis, & auersiuũ a deo, vel proximo, apprehensis sub ratione mali siue disconuenientis, quæ quidem auersio dicitur nolitio & odium. Ex consequenti vero importat volitionem alicuius repugnantis & disconueniētis ei quē odit, per quod vult quòd repellatur & elōgetur a se, vt qui vult Sortem esse in sua societate, vult ei mortem & alia ei repugnantia, & sic dicitur

B 121

ipsum

ipsum odire. Et quamuis Deus clare & per essentiam visus non possit apprehendi sub ratione mali, cum sit summum bonum, & per consequens non possit odiri, nec secundum effectû qui naturaliter ab hominibus amatur, inquantû scilicet dat eis esse, viuere & intelligere, Tamen bene potest apprehendi sub ratione mali, secundum effectus qui repugnant inordinatæ voluntati, sicut cohibitio peccatorum per legem diuinâ, & inflictio pœnarum, & secûdum hoc potest apprehendi sub ratione disconuenientis, & per consequês odiri. Nec obstat quod de potêtia absoluta potest cômunicare suâ clarâ visionê Iudæ per horâ duntaxat, nô tamê propterea posset odiri pro illo tê pore quia licet Iudas videret suam damnationê futurâ tamê videret ordinem diuinæ prouidentiæ, qui impediret illam apprehensionem sub ratione disconuenientis. *Deus in uia pote e apprehendi sub ratione mali.*

¶ Et cum ratio culpç & peccati proprie consistat in auersione voluntaria, consequens est quod odiû Dei sit maximû peccatorû quia odium Dei importat auersionê secundû se. alia autê peccata participatiue, inquâtû scilicet in aliis peccatis aliquis appetit inordinatam delectationem, quæ habet annexam auersionem. Et licet infidelitas sit valde graue peccatum, non tamen habet rationem culpæ, nisi inquantum est voluntaria, & quod sit voluntaria ex eo prouenit, quod aliquis odit veritatê, quæ ei pro- *Odium dei est maximû peccatorum*

C ponitur, & ideo odium est peius infidelitate, sicut causa est potior effectu Odium au-
121 tem proximi quo proximus oditur secundum id quod habet a Deo, hoc est secundû naturam vel gratiam, inquantum appetit ei aliquod malum naturæ uel gratiæ contrarium, vel non facit ei bonum quod facere tenetur, est peccatum mortale ex genere suo, dupliciter tamen est ueniale; Primo, propter subreptione, Secundo, quando malum quod appetit, vel bonum quod omittit, est exiguum. Si autem aliquis deliberate vult proximo notabile damnum, in naturam vel gratiam immediate vel vltimate relatum, semper est peccatum mortale dicitur, in naturam vel gratiam quia si odium terminaretur ad culpam aut ad defectum boni pertineret ad fratris amorem, iuxta illud. D. Aug. in regula, cum dilectione hominum, & odio vitiorum & Psalm. Iniquos odio habui, legem autem tuâ dilexi. dicitur, vltimate, quia si aliquis uelit alteri malum pœnæ vt cognoscat culpam suam, & emendetur, vel zelo iustitiæ, non peccat. Odium differt ab ira quæ etiam appetit malum quia odium appetit malum absolute ira autem in quadam mensura, scilicet in ratione iusti, & punitionis. Vnde ira cessat ad mortuos, nec est ad res insensibiles, vt dicit Philosophus in 2. Rhetor. cessat etiam ad grauiter læsos, inquantum eorum malum excedit mensuram iustæ retributionis. Odium non dicitur capitale vitium, quum procedat ex inuidia, vt D. Greg dicit, Quia quemadmodum ex delectatione causatur amor sui, sic ex tristitia quæ est de ratione inuidiæ, causatur odium. Odii effectus seu signa sunt prohibita, sicut subtrahere proximo debita beneficia, aut obsequia, siue colloquia quæ debita sunt. Aliqua enim debentur conciuibus, aliqua consanguineis, aliqua omni Christiano. Et propterea nisi casus accidat in quo quis debeat huic in particulari, non tenetur, neque peccat non exhibendo. Sufficit enim vt in omnibus officiis non excipiatur inimicus, quod fieret, si in orationibus communibus omnibus Christianis exciperetur. Si in nuptiis inuitarentur omnes consanguinei, inimico dêpto. Si omnibus conciuibus aliqua vellet distribui, inimico dempto Sed de his amplius quum dilectione inimicorum agetur. *Odium proximi quale peccatum:* *Psal. 118.* *2. Rethe. 31. Mora.* *c. 12. §. 1. uer. 6.*

Ver. 2. *De Acedia.*

D ACEDIA accipitur dupliciter, Vno modo vt est species tristitiæ, & sic est
121 passio appetitus concupiscibilis, & vt sic non est peccatum, quia talis passio secundum se est indifferens ad bonum, & ad malum, secundum quod bene vel male regulatur per rationem. Tristitia enim de malo corporali regulata per rationem est bona vt in actu pœnitentiæ. Tristitia vero inordinata est mala. Alio modo sumitur vt pertinet ad voluntatem, & consequitur actum eius, & hoc modo accipitur dupliciter vno modo communiter, prout est tristitia de bono spirituali in communi, quodcunque sit illud Et quia bonum cuiuslibet virtutis est spirituale bonum, ideo contingit tristari de bono cuiuslibet virtutis, quod pertinet ad acediam *2. 2. q. 35.* *Acedie multiplex acceptio.*

commu-

communiter dictam, quæ (secundum Damascenũ) est quædã tristitia aggrauans, quæ scilicet ita deprimit animũ hominis, vt nihil ei agere libeat. Ideo acedia importat tædium operandi, & a quibusdam dicitur torpor mentis, bona incohare negligentis, & refugiẽtis bonũ spirituale inquantũ est laboriosum aut molestũ corpori, aut delectationis eius impeditiuũ. Hæc autẽ tristitia prouenit ex contẽptu spiritualis boni, qui accidit ex defectu cognitionis aut cõsiderationis bonorum spiritualiũ, quæ quãto magis cognoscuntur & considerantur, tanto nobis magis placent, & cessat accedia, & sic non est speciale peccatũ, sed commune, quia contrariatur omnibus virtutibus, ad quamlibet. n. virtutẽ pertinet gaudere de proprio spirituali bono, quod consistit in proprio actu, & acedia tristatur de illo, vt de eiunio, oratione, festorum obseruatione,

2.2.q 35. art. 2. laude, diuina, castitate, restitutione, & sic de aliis. Alio modo acedia accipitur specialiter, prout est speciale vitiũ oppositum charitati, quæ gaudet de spirituali ac speciali bono scilicet diuino, vt cũ quis tristatur de his quæ ei imminent ex necessitate faciẽda propter Deũ, tuc est speciale peccatũ, & si inchoatio huius tristitiæ stet in sola sensualitate, & nõ peruenit vsque ad cõsensum rationis, est peccatum veniale propter subreptionem & imperfectionem actus, quæ est propter repugnantiã carnis ad spiritum, vel si illa bona de quibus tristatur, non imminent ex necessitate seu præcepto facienda etiam est veniale. Si uero peruenit vsque ad consensum rationis, & ratio consentit in fugam eorum quæ facienda sunt propter Deum ex necessitate præcepti, in horrorem & detestationem boni diuini, carne omnino contra spiritum præualente, vt condolet & tristatur se benefecisse, aut non omisisse hmõi bona ad quæ tenebatur, & cum proponit in futurum omittere, tunc est peccatum mortale, & contrariatur præcepto de sanctificatione Sabbati, in quo (secũdũ, quod est præceptũ morale) præcipitur quies mentis in Deo, cui contrariatur tristitia mentis de bono diuino. Acediam constat esse vitium capitale, authoritate D. Greg. Probari etiam potest ratione, quia vitiũ capitale dicitur illud ex quo alia vitia oriuntur secundum rationẽ causæ finalis, vel etiam mouentis. Sed accedia est huiusmodi, igitur, Minor patet, quia sicut homines multa operantur vel omittunt propter delectationem, vel promoti, vel

Acedia proprie dicta quid est, quale peccatũ sit

31. *Mora.* impulsi ab ea, Sic etiam multa operantur & omittunt propter tristitiam vt ipsam euitent, ac etiam eius pondere in aliqua inordinata prorumpunt.

Ver. 3. *De filiabus accediæ.*

2.2. q. 25. ar. 4. FILIAE accediæ (secundũ Greg. vbi supra) sunt sex. Prima dicitur malitia, quæ nil aliud est quam contẽptus diuinorũ bonorũ, qui semper est mortalis si sit deliberatus. Secunda est rancor, qui non accipitur hic pro odio, sed pro displicentia hominũ inducentiũ ad spiritualia, & est peccatũ veniale, nisi superueniat odiũ, vel illa spiritualia sint de præcepto. Tertia est pusillanimitas, quæ cõsistit in subtrahẽdo se a bonis quę fieri potuissent, timore deficiendi, vt a ieiuniis, & est veniale, nisi illa ieiunia & bona omissa essent de præcepto. Quarta est desperatio, quæ est peccatũ mortale, vt dictum est supra c. pręcedenti. §. 1. Quinta est torpor circa præcepta, & dicitur negligentia agendorũ, quæ est multiplex, & est peccatũ mortale, cum omittitur aliquid quod est sub præcepto. Sexta euagatio mentis, quę cõmuniter est peccatum veniale, nisi quãdo quis euagatur sciẽter in his in quibus tenetur aduertere. Isidorus autem ponit amaritudinem, quę reducitur ad rancorem, & ociositatem &, somnolentiam, quæ reducuntur ad negligentiam, importunitatem, mentis inquietudinem, corporis instabilitatem in verbo, & curiositatem, quæ reducuntur ad euagationem mentis circa illicita, quæ sunt peccata mortalia, quando proueniũt ex affectu mortali, possunt tamen esse venialia, secundum materiam & imperfectionem actus. E 112

Ver. 4. *De inuidia.*

2.2. q. 36. *Inuidia quid. 2. Retho:* INVIDIA secundum Damascenum, est species tristitiæ, qua quis tristatur de alieno bono, quod apprehenditur tanquam malum proprium, inquantum aliquis excedit in bonis, & inquantũ est diminutiuum propriæ gloriæ siue, excellentiæ, vel F 112

etiam

etiam gaudium de malo aliorum, quod apprehenditur vt bonum proprium. ¶ De il lis enim homines inuident, in quibus est gloria, & quibus homines amant honorari & in opinione esse, vt dicit Philosophus. & sic inuidia est semper mala, & peccatum, vt ibidem dicit Philosophus, quia dolet de eo quo gaudendum est, s de bono proximi, & est tantum ad eos quibus homo vult se æquare vel præferre in gloria. Et inde est quod amatores & cupidi honoris, sunt magis inuidi. Similiter etiam pusillanimes, quia omnia reputant magna & quid quid boni alicui accidat, putant in magno

Cupidi honoris, pusillanimes, pueri, et senes sunt cōmuniter inuidi.

A se superatos esse unde Iob. 5. dicitur paruulum occidit inuidia. & D. Greg. 6 Mora.

122 dicit quòd inuidere non possumus, nisi eis quos meliores in aliquo putamus. Et quia memoria præteritorum bonorum, inquantum fuerunt amissa causat tristitiam. hinc est quod Phil. dicit. 2. Retho. quod senes inuident iunioribus, & illi qui multum expenderunt ad aliquid consequendum, inuident his qui paruis expensis illud sunt con secuti. dolent enim de amissione suorum bonorum, & de hoc quod alii consecuti sunt bona. Tristari autem de alicuius bonis, inquantum sibi imminet periculum alicuius nocumenti, sicut cum aliquis tristatur de exaltatione inimici ne eum lædat, non est inuidia, neque peccatum, sed potius effectus timoris. Vnde D. Grego. Euenire plerunque solet, vt non amissa charitate etiam inimici nos ruina lætificet, & rursum eius gloria sine inuidiæ culpa contristet, cū & eo ruente quosdam bene erigi cre dimus, & illo proficiente plerosque iniuste opprimi formidamus. Vnde Prouer. 29. Cum impii sumpserint principatum, gemet populus. Tristari etiam de bono alterius, inquantum ille cui accidit bonum, est eo indignus, talis tristitia non potest oriri ex bonis honestis, ex quibus aliquis iustus efficitur, sed (sicut Philosophus dicit) de diuitiis, & talibus quæ possunt prouenire bonis & malis, & talis tristitia, secundum ipsum vocatur nemesis, & pertinet ad mores. Sed hoc ideo dicit, quia considerabat tempora lia bona secundum se, prout possunt magna videri non respicientibus æterna sed secundum determinationem fidei bona temporalia quæ indignis proueniunt, iusta dei ordinatione disponuntur, vel ad eorum correctionem, & huiusmodi bona nihil sunt in comparatione ad futura, ideo huiusmodi tristitia prohibetur in scriptura sacra secundum illud Psal. Noli æmulari in malignantibus, neque zelauerit, faciētes iniquitatem: & alibi dicit, Pene effusi sunt gressus mei. Gaudere autem de malo alterius propter, bonum eius, vt corrigatur, vel propter iustitiam, non pertinet ad inuidiam. Tristari pariter de bono alterius, non inquantum ille habet, sed inquantum quis caret, nō pertinet ad inuidiam, sed ad zelum, ut Philo. dicit in. 2. Retho. & si iste zelus sit circa bo na honesta, est laudabilis, secundum illud. 1. Cor. 14. Aemulanimi spiritualia. Si autē de bonis temporalibus, potest esse peccatum & sine peccato. Inuidia ex suo genere est peccatum mortale, quia contrariatur charitati, inquantum homo qui habet ex charitate diligere proximum, simul gaudere de bono illius, inuidus tristatur. Potest tamen esse veniale propter imperfectionem actus vel obiecti. Inuidia secūdum D. Greg. 31. Mor. est uitium capitale ratione iam dicta de acedia & habet quinque filias, scilicet odium, susurrationem, detractionem, exultationem in aduersis proximi, & afflictionem in prosperis. de quibus suo loco dictum est.

Iob. 5.

Tristari de bonis alienis et gaudere de malis, non est semper illicitum.

2. Mora.

Prouer. 26.

2. Rheto.

Psal. 36.

2. Rhetho.

1. Cor. 14.

Inuidia quale peccatum sit.

Inuidia habet. 5. filias.

Ver. 5. *De Discordia paci opposita.*

B DISCORDIA opponitur concordiæ & paci, & sicut concordia importat

121 congregationem siue vnitatem cordium, hoc est voluntatum, ita etiam discordia disgregationem & separationem voluntatum vnde qui diuersa credunt vel opinantur, non dicuntur discordare. sed qui diuersa volunt. Charitas enim est vnio non opinionum, sed voluntatum. Et differt a rixa, quia rixa consistit in exteriori opere. & est filia iræ quæ mouet animum ad nocendum proximo, sed discordia consistit in distinctione voluntatum, inquantum voluntas vnius persistit in vno & voluntas alterius persistit in opposito. Quod autem voluntas alicuius in proprio sistat, hoc pro uenit ex eo quod aliquis ea quæ sua sunt, præfert his quæ sunt aliorum, quod cum inordinate fit, pertinet ad superbiam & inanem gloriam. Et ideo discordia, per quam vnusquisque sequitur quod suum est, & recedit ab eo quod est alterius, ponitur filia

2. 2. q. 37.

Discordia quid.

Discordia ex rixa differunt.

Discordia quale peccatum sit.

inanis

Act.13. glo:iæ. Discordia intantum dicitur peccatum inquantum cōtrariatur charitati,& tol
Matth.10. lit concordiam debitam, quia concordia indebita & in malo potest laudabiliter tolli per discordiam prout fecit D. Paulus inter Pharisæos & Sadducæos. & Dominus de se dicit, Mat.10. Non veni pacem mittere in terram, sed gladium. Dupliciter autem discordia tollit concordiam debitam, vno modo per se, alio modo per accidens. Per se quidem in actibus humanis dicitur esse id quod est secundum intentionem & propositum. Vnde per se discordat aliquis a proximo, quando scienter & ex proposito sine intentione dissentit a bono diuino, in quo debet & tenetur consentire, vt habitare pacifice sine tumultu & scandalo, & tunc est peccatum mortale ex suo genere, quia contrariatur charitati. Vnde Gal.5. dissensiones (hoc est discordiæ) ponuntur inter opera carnis, de quibus subditur, Qui talia agunt, regnum dei non consequentur. Præterea Prou.6. dicitur, Sex sunt quæ odit Deus, & septimum quod detestatur anima eius, eum s. qui seminat inter fratres discordias. Potest tamen esse peccatum veniale, propter imperfectionem actus & subreptionem, vt si non plene libere, vel si tollat concordiam in minimis. Minima autem in proposito sunt quæ non sunt necessaria ad salutem, vt si discordat aliquis a voluntate dicendi veritatem pure officiosam, hoc est cuius mendacium est peccatū veniale. Si autem aliquis nolit concordare proximo in his quæ sunt supererogationis, puta ad intrandum religionem, non pertinet ad vitiū, discordiæ, cum non teneatur consentire. Per accidens autem in humanis actibus consideratur ex hoc quod est præter intentionem. Vnde si intentio aliquorum sit ad aliquod bonum quod pertinet ad honorem dei & vtilitatem proximi, sed vnus æstimat hoc esse bonum alius autem habet contrariam opinionem, discordia tunc est contra bonum diuinum vel proximi per accidens, & talis non est peccatum, nec repugnat charitati, quæ est vnio voluntatum & non opinionem, nisi huiusmodi discordia esset cum errore circa ea quæ sunt de necessitate salutis, vel pertinacia indebite adhibeatur, vt apud hæreticos. ¶ Ex his infertur primo, quod discordia siue dissensio (de qua Act.15. quæ facta est inter Paulum & Barnabam, ita vt discederent ab inuicem) non fuit peccatum. vterque enim intendebat bonum, sed vni videbatur hoc esse bonum alteri aliud, quod ad defectum humanum pertinebat, nec erat inter eos controuersia de his quæ sunt fidei aut de necessitate salutis, quanuis hoc ipsum quod discederent, fuit ex diuina prouidentia ordinatum propter vtilitatem inde sequentem. Secundo fertur quod discordia quandoque est ex peccato unius tantum, puta cum vnus vult bonum cui alius scienter resistit. vnde.1. Cor.7. Quod si infidelis discedit, discedat. Quandoque aūt est cū peccato vtriusque puta cū vterque dissētit a bono alterius, & vterq; diligit bonū propriū. Et quāuis voluntas vnius hominis secundū se cōsiderata nō sit regula alterius tamen bene ex consequenti, inquantū volūtas proximi inhæret voluntati Dei, & ideo discordare a tali voluntate, est discordare a voluntate diuina.

C 121

Per se & per accidēs quid sit in actibus humanis.

Gal.5.

Prou.6.

Act.15.

Ver 6. De contentione.

2.2.q.38. CONTENTIO largo modo importat quandam pugnam siue contra ietatem vocalem & locutionis, sicut discordia contrarietatem voluntatum. Proprie tamē contentio importat impugnationem verbalem veritatis cum clamore inordinato. Et sic definit eam D. Ambrosius dicens, Contentio est impugnatio veritatis, cum confidentia clamoris. Impugnatio autem falsitatis non dicitur proprie, contentio nec est mala aut peccatum, sed laudabilis nisi quando fit modo indebito, & cum clamore inordinato. & tunc cōmuniter est peccatum ueniale, nisi tanta inordinatio fiat in contendendo, quod ex hoc generetur scandalum, quia tunc esset mortale. Vnde cum Apostolus dixisset.2 ad Timot.2. Noli contendere uerbis, subdit, Ad nihil enim vtile est, nisi ab subuersionem audientium. Et quia contendere cum prælato clamorose aut despectiue seu derisorie, uergit in irreuerentiam, & est contra subiectionem debitam prælato, Ideo constitutiones prædicatorum acriter puniunt huiusmodi contentiones, etiam si aliquando non sint peccata, saltem mortalia. Cum autem triplex sit ueritas scilicet doctrinæ, iustitiæ, & uitæ sequitur quòd triplex potest esse contentio. Contentio siue impugnatio ueritatis agnitæ, siue sit fidei,

D 122

Contentio quid.

Contentio quale peccatum.

fidei, siue alterius doctrinæ siue iustitiæ, siue vitæ virtuosæ, in his maxime quæ sunt necessaria ad salutem siue quantum ad animam, siue quantum ad corpus, siue quantum ad res aut famam si veritas est talis quod eius mendacium est perniciosum, est peccatum mortale, si fiat ex intentione impugnandi veritatem illam. Nã si ex alia intentione, puta propter exercitium aut disputationem, vt fit in scholis non est contẽtio nisi materialiter, quæ potest esse & sæpe est laudabilis, quãdo est moderata. Quia si sit immoderata, est peccatum veniale, nisi forte scãdalum haberet annexum, quia tunc esset mortale, vt si prorumperet iniuriam aut derisionem, ex quibus sequuntur contemptus, odia, & detractiones, & alia mala. Vnde Gal 5. contentio numeratur inter opera carnis, quæ qui agunt, regnum Dei non consequentur. Si vero veritas non sit talis vt eius oppositum mendacium sit perniciosum, contentio contra illã est peccatum veniale, nisi propter scandalum annexum. Gal. 5.

Ver. 7. *De schismate.*

E SCHISMA, secundum Isidorum, scissuram & diuisionem animorum impor
122 tat. Et quia multiplex est diuisio, ideo schisma in sacris literis accipitur primo pro quacunque diuisione siue opinionum siue voluntatum, & sic accipitur Ioan 9 vbi dicitur quod erat schisma, hoc est diuersæ opiniones inter Iudæos de Christo, quia aliqui opinabãtur eum esse a Deo missum alii uero oppositum. Secundo accipitur pro quacunque illicita diuisione siue discordia aut dissensione. Et sic accipitur. 1. Cor. 1. Idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, quod exponens D. Thom. dicit, Vnum dicatis omnes, hoc est omnes eandem fidem confiteamini, & eandem sententiam proferatis, de his quæ sunt communiter agẽda, iuxta illud Rom 15. Vt vnanimes uno ore honorificetis Deum, & non sint in uobis schismata, quia vnitas ecclesiastica diuidi non debet. In cuius signum, Ioan. 19. de tunica inconsutili mixerunt, Non scindamus eam. Sunt autem proprie accipiendo, schismata, quando vel propter diuersam fidei confessionem, vel propter diuersas sententias de agendis homines vnius collegii, ecclesiæ, vel communitatis, in diuersas partes separantur, secundum illud Esa. 22. Scissuras Dauid videtis, vbi Gloss. interlinearis dicit, schismata scilicet Ecclesiæ. Proprissime tamen loquendo diuisionem seu discessionẽ ab vnitate vniuersalis ecclesiæ per inobedientiam & rebellionem. Vnitas autem ecclesiæ in duobus attenditur, scilicet in connexione membrorum ad inuicem siue cõicatione, & iterũ in ordine omnium membrorum Ecclesiæ ad vnum caput, secundum illud Col. 2. Inflatus sensu carnis suæ, non tenens caput ex quo totum corpus per communicationes subministrantium est constructum, crescit in augmentum dei, hoc autem caput est ipse Christus, cuius vicem gerit in Ecclesia summus pontifex. Et ideo Schismatici dicuntur quicunque membris Ecclesiæ subditis communicare recusant, & qui- *Schismatici proprie qui dicantur.*
F cunque subesse renuunt summo pontifici, sicut in. 1. schismate Chore, Dathan, &
122 Abyon, cum complicimus suis renuerũt subesse Mosi duci populi dei Israel, vt dicitur Num. 16. & 3. Reg. 12 quod decem tribus contempto rege suo, sibi statuerũ alium regẽ scilicet Hieroboã. Et quemadmodum hæresis opponitur fidei, sic chisma vniti charitatis Ecclesiæ, & ideo sicut fides & charitas sunt diuersæ virtutes, sic etiam hæresis & chisma sunt diuersa vitia, & sicut quicunque caret fide caret charitate, sed non econtra, sic quicunque est hæreticus est schismaticus, sed nõ ecõuerso. Et hoc est quod dicit D Hier. ad Gal Inter schisma & hæresim hoc interesse arbitror, quia hæresis peruersum dogma habet, schisma ab ecclesia separat Et sicut amissio charitatis est uia ad amittendam fidem, secundum illud. 1. Tim. 1. A quibus quidã aberrantes. s. a charitate, conuersi sunt in vaniloquium, ita & schisma ad hæresim. Vnde 1. Cor. 11. Audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo, Nam oportet hæreses esse. Vnde Diuus Hierony vbi supra, subdit, quod schisma a principio in parte potest intelligi diuersum ab hæresi. Cæterum nullum schisma est, nisi sibi aliquam hæresim coniungat, vt recte ab Ecclesia recessum videatur esse, & est peccatum mortale. Et quia schismatici in duobus peccant, ideo dupliciter puniuntur. Primo peccant, quia separant se a communione membrorum Ecclesiæ, & quantum.

Margin: 2. 2. q. 39. in l. Ethim. — Num. 16. — 3 Reg. 12. — Schisma et hæresis quo differunt. — 1. Tim. 1. — 1. Cor. 11. — Schismaticorum pœna.

tum ad hoc conueniens eorum pœna est, quod excommunicentur & ab Ecclesia separentur, sicut Dathan, & Abyron a multitudine filiorum Israel, Secundo peccāt, quia recusant subiici capiti Ecclesiæ, & ob hoc merito ab omni dignitate potestate ecclesiastica & iurisdictionali deponuntur & priuantur, vt habetur in cap. vnico, de hæred. lib. 6. Et vltra hoc dicit D. Thom. quia coerceri recusant per spiritualem potestatem ecclesiæ, iustum est vt temporali potestate coerceantur, non solum ipsi, sed etiam eis adhærentes fautores, & receptores iuxta illud Num. 16. Recedite a tabernaculis hominum impiorum qui scilicet schisma fecerint, & nolite tāgere ea quæ ad illos pertinēt, ne forte inuoluamini peccatis eorum. De schismaticis diffuse tractat dominus Cardinalis de Turre cremata. 4. lib. summæ de ecclesia, par. 1. c. 9. vbi recitat 20. schismata quæ fuerūt in ecclesia, deinde quomodo schismata debeant tolli, et quid faciendum est populo Christiano tempore schismatis, quando nullus habetur pro in dubitato papa, quæ ne prolixior fiam omitto.

A 123

Nume. 16.

Ver. 8. *De bello.*

2. 2. q. 40.

BELLVM proprie est hostilis defensio, per quam arma mouentur ad tuendum vel defendendum rem publicam, aut aggrediendum & vindicandum de iniuriis & nocumentis eidem illatis. Et differt a pugna & rixa, quia pugna, potest esse sine armis, & rixa est inter priuatas personas, cum armis vel sine armis, Bellum de se non esse illicitum, constat ex veteri testamento, in quo Dominus multoties filios Israel bellare præcepit. Et quanuis bella antiqui testamenti figurarent bella spiritualia in quibus Christiani præliari debent vt dicitur Eph. 6. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, aduersus spiritualia nequitiæ in cælestibus, Non tamen sequitur quod bella in lege euangelica sint illicita D. enim Ioan. Bapt. (a quo nouum testamentum incohatur, iuxta illud Matth. 11. Omnes prophetæ & lex vsque ad Ioannem) militibus ad se venientibus & quærentibus quid faciendum erat eis, bella non prohibuit, sed a quibus in bello abstinendum erat docuit, Luc. 3. Neminē (inquiens) concutiatis, neque calumniam faciatis, contenti estote stipendiis vestris. Diuus Augustinus in sermone de puero Centurionis, hunc locum tractans ait, Si Christiana disciplina omnino bella culparet hoc potius consilium salutis pœnitentibus in euangelio daretur, ut arma abiicerent, seque omnino a militia abstraherent, quod cōsultum non sed est tantummō dictum, Neminem concutiatis, &c. Estote contenti stipendiis vestris, quibus proprium stipendium sufficere præcepit, arma non prohibuit. Et Roma. 13. Non sine caussa gladium portat, Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit. Sequitur, Ideo & tributa præstatis, ministri, enim dei sunt in hoc ipsum seruientes. Si igitur gladio materiali licitum est vindicare iniurias & mala illata priuatis personis, a fortiori reipublicæ & principibus. Vnde Psalmista, Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Nec obstat quod dicit Christus, Matth. 26 Omnes qui acceperint gladium gladio peribūt, intelligitur n. authoritate priuata vt D. Aug. dicit, Non obstat pariter illud quod dicitur Mat. 5. Ego antē dico vobis non resistere malo, & Ro. 12. Non vos defendētes charissimi, sed date locum iræ, Quia D. August. dicit illa esse semper seruanda in præparatione animi, vt scilicet semper homo paratus sit non resistere, vel se non defendere si opus fuerit, sed quandoque est aliter agendum propter commune bonum, vel etiam illorum cum quibus pugnatur. Vnde Diuus Augustinus Agēda sunt multa etiam cū inimicis benigne, Nā cum licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur, quando nihil est infœlicius infœlicitate peccantium, qua gehēnalis nutritur impunitas, & mala voluntas uelut hostis interior roboratur. Nec etiam illi qui iusta bella uolunt, paci contrariantur, nisi diabolicæ, quam Christus non uenit mittere in terram, Vnde Diuus Augustinus ad Bonifacium, non quæritur pax vt bellum exerceatur, sed bellum quæritur, ut pax exerceatur. Esto ergo bellādo pacificus, ut eos quos expugnas, ad pacis utilitatem uincendo perducas. Nec exercitia hominium ordinata, & spectantia ad

Bellum differt a pugna et rixa

Eph. 6.

B 123

Matt. 11.

Luc. 3.

Rom. 13.

Psal. 81.

Matt. 26.

2. l. co. Ma.

Matt. 5.

Rom. 12:3

in li. de ser. in monte.

In epistol. ad Marcellum.

Matt. 10.

C 123

tia ad res bellicas sunt prohibita ,;sed inordinata & periculosa, quæ fiunt in tornea mentis, ex quibus occisiones & deprædationes proueniunt. Apud antiquos autem exercitationes ad bella sine huiusmodi periculis erant. Et ideo vocabantur meditatio nes armorum, vel bella sine sanguine, vt habet D. Hiero. in quadam epistola.

¶ Ad hoc aût quòd bellum sit iustum, quinque requiruntur, Primò authoritas su prema in principe indicente, siue cuius mandato bellum gerendum est, non enim per tinet ad priuatam personam bellum mouere, aut alios ad id congregare, quia potest ius suũ prosequi iudicio superioris, qui si negligens fuerit, potest indici a principe pe tentis, & per principem intellige habentem communitatem perfectã, hoc est Papã, Imperatorẽ, & regem, & dominium liberum habentem, hoc est qui superiorem non habet, siue non recognoscit in terris. Secundò, requiritur causa iusta, vt scilicet illi qui impugnantur, per aliquam culpam impugnationem mereantur. Vnde D Augu. ait, Iuste bella solent diffiniri, quæ vlciscuntur iniurias. Si gẽs vel ciuitas plectenda est, quæ vel vindicare neglexerit quod a suis improbe factum est, vel reddere quod per iniuriam ablatam est Tertiò requiritur quòd intentio bellantium sit recta. Vnde D Aug. ait, Apud vos cultores Dei etiam illa bella pacata sunt, quæ non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, vt mali coerceantur, & boni subleuentu r. Potest autem contingere quòd sit legitima authoritas indicẽtis bellũ, & causa iusta, nihilominus tamẽ propter prauã intentionẽ bellũ redditur illicitum, dicit enim D. Aug. Nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, & implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si qua sunt similia, hæc sunt quę in bellis iute culpantur.

D Quarto status, quod non sint clerici, quia Petro in persona clericorum dictum est, Matt. 26. Conuerte gladium tuum in vaginam. Si non licet clericis se immiscere ne-

223 gotiis secularibus siue negotiationibus, propter inquietudines quæ repugnant officio eorum. 2. Tim. 2. Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus, a fortiori in bellicis certaminibus, quæ multo maiores habent inquietudines. Præterea omnes ordines clericorum ordinantur ad altaris ministerium, in quo sub sacramento repræsentatur Christi passio, & eius sanguinis effusio, secundum illud. 1. Cor. 11. Quotiescunque manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini anunciabitis donec veniat. & ideo non competit eis occidere, sed magis paratos esse ad propriam sanguinis effusionem pro Christo, vt imitentur opere quod gerunt ministerio & propter hoc institutum est ut effundentes sanguinẽ etiam sine peccato, sint irregulares, & non possint in diuinis ministrare. Et in signum & figurã huius, quũ Dauid vellet ædificare templum nomini Domini, Dictum est ei a Domino. Multũ sanguinem fudisti, & multa bella bellasti, non poteris ædificare domũ nomini meo tanto effuso sanguine. 1. Para. 22. Nec obstat quòd exercere bella iusta & defendere rempublicam non sit peccatum, imo meritum, non tamen licet clericis, qui ad opè ra magis meritoria sunt deputati & consecrati, sicut vouentibus virginitatem non licet vacare generationi, in qua vxorati possunt mereri, propter maiorem obligationem. sic clericis non licet vacare exercitio belli ,; quamuis prælati & clerici authoritate superioris possint interresse bellis, non quidem vt ipsi manu propria certent, sed vt iuste pugnantibus spiritualiter subueniant suis exortationibus, & absolutionibus, sicut in veteri lege mandabatur Iosue, quòd sacerdotes sacris buccinis in bello clangerent. Et ad hoc primo fuit concessum, quòd episcopi & clerici ad bella procederent. Quod autem aliqui manu propria pugnent, abusus est, nisi in casu extremæ necessitatis. Et licet prę lati non solum debe ant resistere lupis, qui spiritualiter inficiunt gregem, sed etiam raptoribus & tyrranis, qui corporaliter vexant, non tamen materialibus armis & in propria persona vtendo, sed spiritualibus. Vnde Apostolus, Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo quæ quidem sunt salubres admonitiones, deuotæ orationes, & contra pertinaces excommunicationis sententia. Possunt tamen in aliena persona disponere & inducere ad bellandum bella iusta, eo quòd bella temporalia & corporalia in populo fidei sunt referenda ab bonum spirituale diuinum, cui clerici deputantur. Om-

Quinque ad bellum iustum requisita.

lib. 83. q.

In lib. de super. Deu

Lib. cont. Faust.

Matt. 26

2. Tim. 2.

1. Cor. 11

Effundentes sanguinem quare sint irregulares.

1. Par. 22

2. Cor. 10

A a nis

nis enim potentia, vel ars, vel virtus, ad quam pertinet finis, habet disponere de his quæ sunt ad finem. de his amplius vide Dominum cardinalem de Turre cremata in summa de Ecclesia. c. 14. propositione 6. vbi allegat D. Bernardum ad Eugenium papam, sic scribentem. Quid tu gladium denuo vsurpare tentas, quem semel iussus es ponere in vaginam? quem tamen qui tuum negant, non satis videntur mihi attendere verbum Domini dicentis, Conuerte gladium tuum in vaginam. Cuius ergo est? Et si ipse tuo forsitan nutu, hoc est exortatione, dispositione, precepto, quamuis non tua manu euaginandus sit. Quod tamen (vt supra dictum est) non licet, nisi in extremæ necessitatis articulo, in quo cuilibet iure naturæ (quod non destituitur per ius diuinum positiuum) licitum est tueri vitam suam & reipublicæ bonum. Nec obstat quod fiat irregularis, quia sine peccato quis effici potest irregularis, vt bigamus. Quinto requiritur debitum tempus, s. ne die festo fiat, quia præceptum de sanctificatione sabbati ligat omnes. hoc tamen intelligendum est, nisi aduersarii aggrederentur. Vnde 1. Mach. 2. dicitur. Cogitauerunt laudabiliter Iudæi dicentes, Om-
2. Mac. 2. nes homo quicunque venerit ad nos in bello in die sabbatorum pugnemus aduersus eum, quia abstinere a bello, imminente tali necessitate, esset tentare Deum, obseruatio enim festorum non impedit ea quæ ordinantur ad ordinis salutem, etiã corporalem. Vnde Dominus arguit Iudæos Ioh. 7. dicens, Mihi indignamini quia totum
Ioh. 7. hominem sanum feci in sabbato. & inde est quod medici licite possunt medicari homines feci in die festo, multo magis seruanda est salus reipublicæ per quam impediuntur occisiones plurimorum, & immunera mala & temporalia & spiritualia, quam salus corporis vnius hominis. ¶ Vti insidiis in bello Diuus August. dicit esse
Lib. 83. q. Iosue 8. licitum, ait enim, Cum iustum bellum suscipitur, vtrum aperte pugnet aliquis an
In lib. de offic. ex insidiis, nil ad iustitiam interest. & hoc probat authoritate Domini, qui mandauit Iosue vt insidias poneret habitatoribus ciuitatis Hai. Quamuis enim nunquam liceat mentiri, aut promissum non seruare, etiam hosti in his quæ sunt secundum iura bellorum, vt D. Ambros. dicit, tamen licitum est nobis occultare dictum vel factum nostrum hosti, vel eidem apperire propositum aut intellectum nostrum, quid ex aliquibus præstitutis facere proponamus, non tamen hoc semper facere tenemur. Quia etiam in doctrina sacra multa sunt occultanda, maxime infidelibus, ne irrideant, secundum illud Matt. 7. Nolite sanctum dare canibus. Vnde multo magis ea quæ ad impugnandum inimicos paramus, sunt eis occultanda. Vnde inter cætera documenta rei militaris hoc præcipue ponitur, De occultandis consiliis, vt patet in li. Stratagemitum Francorum. Et talis occultatio pertinet ad rationem insidiarum, quibus licitum est vti in bellis iustis. Nec proprie huiusmodi insidiæ vocantur fraudes, nec iustitiæ repugnant, nec ordinatæ voluntati, esset enim inordinata voluntas, si quis vellet nihil sibi ab aliis occultari. ¶ Notandum quòd dare auxilium in bello iusto non est peccatum, quando certum est bellum esse iustum. Si autem sit dubium subditi excusantur, obedientes domino suo, vt habetur in c. qui culpatur. 23. quæst. 1. Nõ subditi autem non excusantur, neque etiam subditi, vbi certum est bellum esse iniustum. In bello iusto non tenentur milites de damnis illatis etiam innocentibus, qui sunt partes illius communitatis, quia ex quo communitas reputatur nocens, non pertinet ad militem discernere & iudicare quis sit innocens. Sed in bello iniusto omnes tenentur, nisi forte excusentur ex ignorantia, quæ non excusat a restitutione. In omni autẽ bello, siue iusto, siue iniusto, sunt quædam personæ exẽptæ de iure canonico, de quibus in titu. de treuga & pace, scilicet presbyteri, monachi, conuersi, peregrini, & oratores. Ideo qui illos vexant, vel ad eis auferunt, non excusantur a peccato, nec a restitutione, nec etiam milites qui concutiunt vel calumniantur aut deprædantur eos quos defendere deberent, vt dicit Dominus Caietanus in summula, super verbo Bellum.

An liceat auxiliari bellantibus

Personæ quibus non debet in bello iusto dãnũ inferri.

Ver

A DVELLVM Dicitur quasi duorum bellum siue pugna, quod alio nomine di- Duellū dupliciter accipitur.
124 citur monomacchia, a monos, quod est vnum, & chia, pugna, quasi pugna vnius cōtra vnū siue singulare certamen. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd duellū dupliciter accipitur, vno modo large & communiter, pro quacunque pugna duorum, etiam si fiat sine periculo vitæ, aut membrorum mutilatione, & absque inani gloria, ad exercitium, vel propter aliquam aliam rationabilem causam. & tunc non est peccatum, seruatis debitis circunstantiis, quum nullo iure sit prohibitum, & aliquando conducat ad virtutem fortitudinis. Alio modo accipitur duellum proprie pro pugna duorum cum periculo vitæ, aut membrorum mutilatione, ex condicto siue contentione & consensu partium, & ad alicuius rei probationem vt scilicet vincens probasse credatur, & victus in probatione defecisse, ac si per testes vincens suam intentionem fundasset, & tunc semper est malum indicere vel acceptare, quia vterque eligit alium occidere vel percutere authoritate priuata, & vsurpat diuinum iudicium, quod de occultis sibi reseruauit, & est tentatio dei contra illud Matth 4. Non tentabis Dominum Deum tuum, qui non tenetur neque consueuit in huiusmodi, tentatione miraculū ostendere, imò plerunque permittit innocentes propter huiusmodi tentationem succumbere, vt habetur in c. significantibus, extra de purgatione vulga. vnde D. Thomas dicit quod lex duellorum plus pertinet ad communem rationem, sortium, quam iudicium, ferri candentis, aut aqua feruentis, cum non expectetur ibi miraculosus effectus, nisi forte quando pugiles sint valde impares virtute, vel arte. Prohibitio duellorum habetur in ca. cura, extra de purgatione vulga, & c. monomachia 2. q 4 Cum igitur duellum proprie dictum sit de se malum, sicut percussio aut occisio hominis authoritate priuata, & vsurpatio diuini iudicii, sequitur quod 2. 2 q. 95. ar. ul. ad 3. Duellū proprie dictum nunquam licite fieri potest.
B nunquam potest licite fieri, stāte materia seu nisi duellum resoluatur, aut cōuertatur
124 in defensionem. Et sic non obstat quod cuilibet est permissum contra priuatum, inuadentem se defendere pro conseruanda vita, honore, & rebus suis, quia talis defensio non habet rationem duelli, quod (vt dictum est) importat quod fiat ex condicto siue de consensu vtriusque partis nec se defendit in alicuius rei probationem, sed inuitus ad sui vel suorum tuitionem. & idem videtur dicendum, secundum Dominum Caietanum in prædicta solutione ad tertium quando accusator euidenter calumniatur & præualet contra innocentem ad mortem vel mutilationem in iudicio: Et sic sine dubio, innocens occidetur vel mutilabitur. vnde non habens aliud remedium, habet iustum bellum defensiuum contra eum, propterea potest acceptare bellum, maxime de consensu principis & tueri se meliori modo quo potest. Nec hoc est proprie duellum, nisi secundum apparentiam, sed defensio contra inuadentem. Non enim refert occidere aliquem gladio proprio vel alieno. vnde Nathan dixit, ad Dauid. Vriam interfecisti gladio filiorum Amon. Nec obstat pariter quòd licitum sit bellum indicere, & indictum acceptare, ergo cum vnum & multa non varient speciem. (Eiusdem enim speciei est ab vno vel pluribus factum,) & duellum sit vnius contra vnum, sequitur quod inducere duellum, ac etiam acceptare erit licitum quia non est simile, quum bellum non debeat indici nisi a potentiori, vt quadam humana ratione & probabilitate, quasi certa sit victoria, aut saltem certum sit non succumbere. Quemadmodum iudex contra internos turbatores pacis non procedi, nisi habeat tot satellites, vt quasi certus sit quod capiet malefactores, hoc autem seruari non potest in singulari certamine, quia non semper est par vtriusque conditio, & uni possunt accidere in illo actu aliqua, quæ fortiorem facient succumbere. vnde nunquam licitum est indicere duellum, Si vero iustum bellum sit defensiuum, tūc non est ex condicto siue ex contentione partium, quia suscipiens bellum, cogitur, & gerit personam defendentis, & resistentis, siue propulsantis a se iniuriam. & tunc oportet imitari res naturales, quæ resistunt quantum possunt suis contrariis, & sic debet fortificari, quantum potest uis resistitiua, quod fieri non potest in duello, quia vnus non potest auxilium cuiuscunque assumere. Vnde apparet, quod 1. Reg. 12.

nis enim potentia, vel ars, vel virtus, ad quam pertinet finis, habet disponere de his quæ sunt ad finem. de his amplius vide Dominum cardinalem de Turre cremata in summa de Ecclesia.c.14.propositione 6.vbi allegat D.Bernardum ad Eugenium papam, sic scribentem. Quid tu gladium denuo vsurpare tentas, quem semel iussus es ponere in vaginam? quem tamen qui tuum negant, non satis videntur mihi attendere verbum Domini dicentis, Conuerte gladium tuum in vaginam. Cuius ergo est? Et si ipse tuo forsitan nutu, hoc est exortatione, dispositione, precepto, quanuis non tua manu euaginandus sit. Quod tamen (vt supra dictum est) non licet, nisi in extremæ necessitatis articulo, in quo cuilibet iure naturæ (quod non destituitur per ius diuinum positiuum) licitum est tueri vitam suam & reipublicæ bonum. Nec obstat quod fiat irregularis, quia sine peccato quis effici potest irregularis, vt bigamus. Quinto requiritur debitum tempus, s. ne die festo fiat, quia præceptum de sanctificatione sabbati ligat omnes. hoc tamen intelligendum est, nisi aduersarii aggrederentur. Vnde 1 Mach. 2. dicitur. Cogitauerunt laudabiliter Iudæi dicentes, Omnes homo quicunque venerit ad nos in bello in die. sabbatorum pugnemus aduersus eum, quia abstinere a bello, imminente tali necessitate, esset tentare Deum, obseruatio enim festorum non impedit ea quæ ordinantur ad ordinis salutem, etiã corporalem. Vnde Dominus arguit Iudæos Ioh. 7. dicens, Mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato. & inde est quod medici licite possunt medicari homines feci in die festo, multo magis seruanda est salus reipublicæ per quam impediuntur occisiones plurimorum, & immunera mala & temporalia & spiritualia, quam salus corporis vnius hominis. ¶ Vti insidiis in bello Diuus August. dicit esse licitum, ait enim, Cum iustum bellum suscipitur, vtrum aperte pugnet aliquis an ex insidiis, nil ad iustitiam interest. & hoc probat authoritate Domini, qui mandauit Iosue vt insidias poneret habitatoribus ciuitatis Hai. Quamuis enim nunquam liceat mentiri, aut promissum non seruare, etiam hosti in his quæ sunt secundum iura bellorum, vt D. Ambros. dicit, tamen licitum est nobis occultare dictum vel factum nostrum hosti, vel eidem appetire propositum aut intellectum nostrum, quid ex aliquibus præstitutis facere proponamus, non tamen hoc semper facere tenemur. Quia etiam in doctrina sacra multa sunt occultanda, maxime infidelibus. ne irrideant, secundum illud Matt. 7. Nolite sanctum dare canibus. Vnde multo magis ea quæ ad impugnandum inimicos paramus, sunt eis occultanda. Vnde inter cætera documenta rei militaris hoc præcipue ponitur, De occultandis consiliis, vt patet in li. Stratagemitum Francorum. Et talis occultatio pertinet ad rationem insidiarum, quibus licitum est vti in bellis iustis. Nec proprie huiusmodi insidiæ vocantur fraudes, nec iustitiæ repugnant, nec ordinatæ voluntati, esset enim inordinata voluntas, si quis vellet nihil sibi ab aliis occultari. ¶ Notandum quòd dare auxilium in bello iusto non est peccatum, quando certum est bellum esse iustum. Si autem sit dubium subditi excusantur, obedientes domino suo, vt habetur in c. qui culpatur. 23. quæst. 1. Nõ subditi autem non excusantur, neque etiam subditi. vbi certum est bellum esse iniustum. In bello iusto non tenentur milites de damnis illatis etiam innocentibus, qui sunt partes illius communitatis, quia ex quo communitas reputatur nocens, non pertinet ad militem discernere & iudicare quis sit innocens. Sed in bello iniusto omnes tenentur, nisi forte excusentur ex ignorantia, quæ non excusat a restitutione. In omni autẽ bello, siue iusto, siue iniusto, sunt quædam personæ exẽptæ de iure canonico, de quibus in titu. de treuga & pace, scilicet presbyteri, monachi, conuersi, peregrini, & oratores. Ideo qui illos vexant, vel ad eis auferunt, non excusantur a peccato, nec a restitutione, nec etiam milites qui concutiunt vel calumniantur aut deprædantur eos quos defendere deberent, vt dicit Dominus Caietanus in summula, super verbo Bellum.

[Margin notes: E 123 — 2. Mac. 2. — Ioh. 7. — Lib. 83. q. Iosue 8. In lib. de offic. — F 125 — An liceat auxiliari bellantibus — Persona quibus non debet in bello iusto dãnum inferri.]

A DVELLVM Dicitur quasi duorum bellum siue pugna, quod alio nomine di- *Duellū dupliciter accipitur.*
124 citur monomacchia, a monos, quod est vnum, & chia, pugna, quasi pugna vnius cōtra vnū siue singulare certamen. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd duellū dupliciter accipitur, vno modo large & communiter, pro quacunque pugna duorum, etiam si fiat sine periculo vitæ, aut membrorum mutilatione, & absque inani gloria, ad exercitium, vel propter aliquam aliam rationabilem causam. & tunc non est peccatum, seruatis debitis circunstantiis, quum nullo iure sit prohibitum, & aliquando conducat ad virtutem fortitudinis. Alio modo accipitur duellum proprie pro pugna duorum cum periculo vitæ, aut membrorum mutilatione, ex condicto siue conuentione & consensu partium, & ad alicuius rei probationem vt scilicet vincens probasse credatur, & victus in probatione defecisse, ac si per testes vincens suam intentionem fundasset, & tunc semper est malum indicere vel acceptare, quia vterque eligit alium occidere vel percutere authoritate priuata, & vsurpat diuinum iudicium, quod de occultis sibi reseruauit, & est tentatio dei contra illud Matth 4. Non tentabis Dominum Deum tuum, qui non tenetur neque consueuit in huiusmodi, tentatione miraculū ostendere, imò plerunque permittit innocentes propter huiusmodi tentationem succumbere, vt habetur in c. significantibus, extra de purgatione vulga. vnde D. Thomas dicit quod lex duellorum plus pertinet ad communem rationem, sortium, quam iudicium, ferri candentis, aut aqua feruentis, cum non expectetur ibi miraculosus effectus, nisi forte quando pugiles sunt valde impares virtute, vel *2.2.q.95. ar.ul.ad 3.*
arte. Prohibitio duellorum habetur in ca. cura, extra de purgatione vulga, & c. monomachia 2.q 4 Cum igitur duellum proprie dictum sit de se malum, sicut percussio aut occisio hominis authoritate priuata, & vsurpatio diuini iudicii, sequitur quod *Duellū proprie dictum nunquam licite fieri potest.*
B nunquam potest licite fieri, stāte materia seu nisi duellum resoluatur, aut cōuertatur
124 in defensionem. Et sic non obstat quod cuilibet est permissum contra priuatum, inuadentem se defendere pro conseruanda vita, honore, & rebus suis, quia talis defensio non habet rationem duelli, quod (vt dictum est) importat quòd fiat ex condicto siue de consensu vtriusque partis nec se defendit in alicuius rei probationem, sed *1.Reg.12.*
inuitus ad sui vel suorum tuitionem. & idem videtur dicendum, secundum Dominum Caietanum in prædicta solutione ad tertium quando accusator euidenter calumniatur & præualet contra innocentem ad mortem vel mutilationem in iudicio: Et sic sine dubio, innocens occidetur vel mutilabitur: vnde non habens aliud remedium, habet iustum bellum defensiuum contra eum, propterea potest acceptare bellum, maxime de consensu principis & tueri se meliori modo quo potest. Nec hoc est proprie duellum, nisi secundum apparentiam, sed defensio contra inuadentem. Non enim refert occidere aliquem gladio proprio vel alieno. vnde Nathan dixit ad Dauid. Vriam interfecisti gladio filiorum Amon. Nec obstat pariter quòd licitum sit bellum indicere, & indictum acceptare, ergo cum vnum & multa non varient speciem. (Eiusdem enim speciei est ab vno vel pluribus factum,) & duellum sit vnius contra vnum, sequitur quod inducere duellum, ac etiam acceptare erit licitum quia non est simile, quum bellum non debeat indici nisi a potentiori, vt quadam humana ratione & probabilitate, quasi certa sit victoria, aut saltem certum sit non succumbere. Quemadmodum iudex contra internos turbatores pacis non procedi, nisi habeat tot satellites, vt quasi certus sit quod capiet malefactores, hoc autem seruari non potest in singulari certamine, quia non semper est par vtriusque conditio, & uni possunt accidere in illo actu aliqua, quæ fortiorem facient succumbere. vnde nunquam licitum est indicere duellum, Si vero iustum bellum sit defensiuum, tūc non est ex condicto siue ex conuentione partium, quia suscipiens bellum, cogitur, & gerit personam defendentis, & resistentis, siue propulsantis a se iniuriam. & tunc oportet imitari res naturales, quæ resistunt quantum possunt suis contrariis: & sic debet fortificari, quantum potest uis resistitiua, quod fieri non potest in duello, quia vnus non potest auxilium cuiuscunque assumere. Vnde apparet, quod

alicna est belli iusti vindicatiui seu defensiui materia. ¶Dicit præterea idem Caietanus, quod quando inter duas partes est bellum, & pars quæ habet iustum bellū cognoscit vires suas, & quod oportet confligere & succumbere, aut duellum acceptare, tunc licite acceptat, quia transfert quasi certum & probabilem casum siue ruinam in dubium, & in spem victoriæ, vtendo omnibus suis viribus melius in duello quā in bello, & ideo non peccat, quia supponitur quòd ex parte alterius partis bellum sit iniustum. & ideo in tali casu non solum licet acceptare, sed etiam prouocare, & resoluere bellum in duellum, ad euitanda maiora mala & scandala. & tunc non habet proprie rationem duelli, sed defensionis. Nec obstat singulare certamen Dauidis & Goliath, quia in bello ex parte Dauid non mansit materia duelli, cum authoritate diuina ex instinctu Spiritus sancti, qui dedit Dauidi potestatem occidendi Goliath, processerit. sicut non mansit materia adulterii aut fornicationis in Osea, cum iussu diuino accepit fornicariam. Et quanuis euitatio ignominiæ insurgentis ex eo quòd nolit acceptare duellum, vilis & degeneris animi reputetur apud idiotas, qui multo magis appreciant res temporales, & gloriam pompamque mundanam, quàm ea quæ sunt rationis naturalis vel iuris diuini. & ideo videtur eis quod euitatio ignominiæ sit sufficiens causa acceptandi duellum, non tamen ita videtur sapientibus qui iudicant secundum dictamen rationis naturalis, quæ iudicat quòd nullus pro quocunque temporali bono debet transgredi præceptum iuris naturalis. & sic iudicant non debere eligi percussionem aut mortem proximi authoritate propria. Nec etiam duellum est per se medium ordinatum ad defensionem honoris, imo acceptans exponit se periculo maioris inhonorationis & confusionis, si succūbat. Ideo tuitio honoris non potest resoluere duellum in defensionem. Ex præmissis infertur quòd male faciunt indecentes, acceptantes, inducentes, consentientes, & aspicientes duella absque displicentia, animi, necnon iudices ac principes deferentes ea, vel non impedientes illa, quia cooperantur peccatis illorum. Possunt, tamen permittere aliquando ex vrgenti causa, ad vitanda plurima homicidia vel turbationes, quæ possent oriori. Et sic dicitur Carolum Magnum, & D. Ludou. de consilio prælatorum Ecclesiæ, duella aliqua solemni modo permisisse, sed non indixisse aut concessisse. Tali enim vrgente causa non peccabant, sicut, nec permittendo lupanaria.

Ver. 10. De Rixa.

2.2.q. 41.

Rixa quid. RIXA Significat contradictionem in factis, sicut contentio in verbis. Vnde super illud Gal 5. Rixæ, dicit Glo. quod rixæ sunt quando ex ira se inuicē percutiunt. B 119
Ideo est quoddam priuatum bellum quod inter personas priuatas agitur, & non authoritate publica, sed magis inordinata voluntate. & ideo semper rixa est peccatum. Et in eo qui alterum iniuste inuadit, est peccatum mortale nisi propter imperfectionem actus, aut modicitatem nocumenti, inferre enim nocumentū notabile proximo non est absque peccato mortali. Nam si solo animo repellendi iniuriam illatam & cū debita moderatione se defendat, non est peccatum, nec potest dici rixa ex parte eius. Si vero cum animo vindictæ vel odii, vel cum excessu debitæ moderationis se defendat, est peccatum, sed veniale, quando aliquis leuis motus odii vel vendictæ se immiscet, vel cum non multum excedit moderatā defensionem. Mortale autē est, quando obfirmato animo in impugnātem insurgit ad eum occidendum, vel eum grauiter lædendum. *Rixa inordinata cōsistit in tribus.* Rixa includit contentionem, quia secundum Isidorū, inordinatio, rixe cōsistit in tribus. Primo, quia rixosus semper ad contradicendum est paratus, siue alius male, siue bene dicat aut faciat. Secundo, in ipsa contradictione & iurgio delectatur. Tertio, quia ipse alios prouocat ad contradictionem, & tandem sequitur aggressio. Notandum etiam quòd cum quis iniuste resistit authoritate publicę, aut ministrorum eius, peccat, & dicitur rixosus, non autem qui agreditur authoritate publica. Rixa secundū D. Gre. 31. Moralium, est filia iræ & Pro. 15. & 29. dicitur, vir iracundus prouocat rixas.

Ver. 11.

Ver. 11. **De Seditione.** 2.2.q 4 *seditio qu[…] sit & qu[…] modo diff[…] rat a bell[…] rixa , e[…] schismate*

B SEDITIO Est discordia inter partes multitudinis, & conuenit cum bello, ri
124 xa, & schismate, & differt ab eis, conuenit quidem cum eis, quia tam bellum quàm ri xa & schisma important contradictionem & discordiam, sicut, & seditio, quæ differt à bello & rixa in duobus, Primo quidem, quia bellum & rixa importans mutuam impugnationem in actu, seditio autem potest dici, siue fiat impugnatio huiusmodi in actu, siue sit præparatio ad talem impugnationem. vnde Glo. 2. Co. 2. dicit, quòd seditiones sunt tumultus ad pugnam scilicet cum aliqui se præparant & intendunt pugnare. Secundo differunt, quia bellum proprie est contra extraneos & hostes quasi multitudinis ad multitudinem, rixa autem est vnius ad vnum, vel paucorum ad paucos. Seditio vero est inter partes multitudinis inter se dissentientes, cum vna pars ciuitatis incitatur ad tumultum contra alium Et in hoc conuenit cum schismate, sed differt à schismate in duobus, Primo, quia schisma opponitur vnitati spirituali multitudinis, hoc est vnitati Eccl. Seditio autem opponitur vnitati multitudinis seculari vel regni. Confunduntur tñ aliquando isti termini, & accipitur vnus pro alio tamen secundum propriam considerationem sunt specialia peccata. Seditio ex suo genere est peccatum mortale graue. vnde. 2 Cor. 12. Apostolus inter alia peccata mortalia prohibet seditiones, tanquam paci, & vnitati ac bono communi & iustitiæ oppositas. Dicūtur autem Seditiosi, qui seditionem procurant & excitant, qui grauissime peccant. Secundo qui eos sequuntur, perturbantes bonum commune, illi vero qui bonum commune defendunt eis resistentes, non sunt dicendi seditiosi, nec peccant, sicut nec illi qui se defendunt à particularibus aggressoribus, dicuntur rixosi, vt dictum est ver. præcedenti.

Seditio e[st] peccatum mortale e[x] genere.

Ver. 12. **De Scandalo.** 2.2 q. 45 *Scădalum dupliciter accipitur. Mat. 15. Scădalum proprie quid.*

P SCANDALVM Græce, secundum D. Hier. super. Mat. 15 dicitur, quod
124 nos offensionē vel ruinam siue impactionē pedis possumus dicere, & translatū ad spiritualia dupliciter accipitur, vno modo large, pro omni impedimento quod præstari pōt alicui siue impedimentum illud sit peccatum, siue non & hoc modo accipitur, cū Christus dixit Petro. Vade post me Satana, quia scandalum (hoc est impedimentū) es mihi. Nitebatur. n Petrus propositum Christi impedire, non tamen malo animo. Alio modo accipitur proprie, & potest sic definiri, Scandalum est dictum vel factum, vel omissum, præbens alteri occasionem ruinæ. In hac definitione non ponitur, cogitatum vel concupitum, sicut in definitione peccati, eo quod cogitatio vel cōcupiscētia cum sit occulta, non est obex alteri ad ruinam, nisi inquantū explicatur verbo vel scripto scripta enim sub verbo quod excellentiam in manifestatione habet, cōprehenditur. Dicitur autem minus rectum, non quia ab aliquo alio superatur in rectitudine, sed quia habet aliquem rectitudinis defectum, vel quia est secundum se malū vt peccatum, vel quia habet speciem mali, sicut quum aliquis recumbit in idolo, siue comedit idolothyta, quamuis enim hoc secundum se non sit peccatum, si aliquis hoc corrupta intentione non faciat, tamen quia habet quandam speciem mali, vel similitudinem venerationis idoli, potest alteri præbere occasionem ruinæ. Ideo Aposto. monet 1. ad Thess. 5. Ab omni specie mala abstinete vos. Conuenienter ergo dicitur in definitione minus rectum, vt comprehendantur tam illa quæ sunt secundum se peccata, quàm quæ habēt speciem mali. Dicitur autem præbens occasionem ruinæ, & non causam eo quòd dicta vel facta alterius non possunt esse alicui causa sufficiens seu perfecta ruinæ & peccati, de cuius ratione est quòd sit voluntarium. Possunt tamē esse occasio peccati dupliciter, primo per se, secundo per accidens, siue occasio data & accepta. Primò occasio data dicitur, quando aliquis aliquid dicit vel facit, quod est malum, vel habet speciē mali. Secundò occasio accepta & per accidens, cū aliquis de dicto vel facto recto alterius scandalizatur, prout dicit Aposto. Rom 7. Lex quidē sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum sed peccatum occasione accepta, per mandatum, seduxit me. Sicut si ex mulieris pulchrę accessu ad ecclesiam, aliquis scandalizatur. Et secundum hoc duplex assignatur a doctoribus scandalum scilicet

Occasio peccati data et accepta quid.

re Si autem post redditam rationem, & intellectum, scandalum duret, iam uidetur ex malitia e sie. Et sic propter ipsum non sunt spiritualia bona dimitenda Temporalia autem bona quæ nostra non sunt, de quibus supra dictum est, propter scandalum pusillorum non sunt dimittenda, sed quæ nostra & quorum sumus domini, debemus ea dimittere, ea tribuendo, si ea apud nos habemus, vel non repetendo, si apud alios sunt, uel differendo, vel aliter scandalum sedando, per aliquã admonitionem. Ideo Apostolus seminans spiritualia non accepit stipendia temporalia, ne offendiculum daret euangelio Christi. Quia scandalum quod videbat Apostolus, procedebat ex ignorantia Gentilium, Ideo ad tempus abstinendum erat ab expostulatione stipendiorũ, vt prius instruerentur esse debita. Et ex simili causa Ecclesia abstinet a decimis exigendis in aliquibus terris, in quibus non est consuetum decimas soluere, si vero scandalum nascitur ex malitia, quemadmodum scandalum pharisæorum, & propter eos qui sic scandala concitant, nõ sunt temporalia dimittenda, quia hoc noceret bono communi, daretur enim aliis rapiendi occasio. Noceret etiam ipsis rapientibus, qui D rapiendo aliena, in peccato manerent. vnde D. Grego. in Mora dicit, Quidam domi 125 ni quum temporalia nobis rapiunt, solummodo sunt tolerandi. Quidam vero æquitate seruata prohibendi, non sola, cura, ne nostra subtrahantur, sed ne rapientes non sua, seipsos perdant. Nec obstat quod dicitur Mat. 5. Et qui uult tecum contendere in iudicio, & tunicam tuam tollere, da ei & pallium. & 1. Cor. 6. Iam quidem omnino delictum est in uobis, quòd iudicia habetis inter uos quare non magis fraudem patimini? Quia D. Aug. dicit illud præceptum intelligendum esse secundum præparationem animi, vt, s. homo sit paratus prius pati iniuriam vel fraudem, quàm iudicium subire, si hoc expediat, quandoque tamen non expedit, præcipue si sit scandalum Pharisæorum.

1. Cor. 19.

In lib. de Ser. Do. in monte.

¶ Non tenetur tamen homo propter scandalum & peccatum mortale uitandum in proximo, peccare venialiter, licet per veniale gratia per quam est hominis salus, non tollatur, Quia veniale inquantum disponit ad mortale, vergit in detrimentum salutis, licet ab illo quod alias esset ueniale, propter aliquam circumstantiã, adueniente scandalo, illa circunstantia auferretur, & non esset veniale. Sicut verbum otiosum est peccatum veniale, quando absque utilitate dicitur, tamen si propter scandalum uitandum dicatur, non erit otisum, neque peccatum, secus de mendatio officioso.

Ver. 13. *De præceptis charitatis* *2. 2. q. 44.*

PRAECEPTA charitatis non cõnumerantur in decalogo, eo quòd omnia præcepta decalogi & aliorum uirtutũ ordinãtur ad dilectionem dei, & proximi. vnde 1. Tim. 1. dicitur, Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Et ideo præceptum charitatis est maximum, vt dicitur Matt. 22. Nec obstat quòd charitas quæ per Spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris, facit nos liberos, quum ubi spiritus domini, ibi libertas, sed obligatio quæ ex præcepto nascitur, opponitur libertati, igitur. Dicendum negando minorem, nisi in eo cuius mẽs est auersa ab eo quod præcipitur, sicut patet in his qui ex solo timore præcepta custodiunt. Sed præceptum dilectionis non potest impleri, nisi per propriam uoluntatem, ideo libertati non repugnat. Et licet charitas sit una uirtus, tamen habet duos actus, quorum, unus ordinatur ad alium. *2. Cor. 3.*

E ¶ Et cum præcepta dentur de actibus uirtutum, ideo præceptum charitatis in duo 125 diuiditur, & sic sunt duo præcepta. unde. primò. Ioann 4. Mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum, & Matt. 22. In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ: quanuis Aposto. Rom. 13. dicat, Qui diligit proximum, legem impleuit, Quia non excludit dilectionem Dei, quę includitur in dilectione proximi tanquam finis, proximus enim diligitur propter Deum. Et licet in aliis præceptis modus charitatis non cadat sub præcepto, quia non tenemur ea implere in charitate. Modus tamen dilectionis in præcepto charitatis respectu Dei, cadit sub præcepto. Ideo Deutero. 6. Diliges dominum deum tuum ex toto corde, & ex tota anima tua, dimittitur, ex tota fortitudine tua, sed additur, ex to-

Præceptum charitatis in duo diuiditur.

ta mente tua. Matth. 22. ponuntur quatuor scilicet, Ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex tota virtute. Et hæc quatuor etiam tanguntur. Luc. 10. Nam loco fortitudinis & virtutis ponitur ex omnibus viribus tuis. Per cor intelligitur voluntas, quia sicut cor corporale est primum principium omnium corporalium motuū ita etiam voluntas omnium actuum humanorum maxime quantum ad intentionem finis vltimi, qui est obiectum charitatis. Tria autem sunt quæ mouentur a voluntate scilicet intellectus, appetitus sensitiuus, qui dicitur vis appetitiua inferior, & vis executiua exterior. Intellectus significatur per mentem, vis appetitiua per animam, vis executiua exterior per fortitudinem, virtutem, seu uires. Præcipitur ergo nobis, vt tota nostra intentio feratur in Deum, quod est ex toto corde, & quod intellectus noster subdatur Deo, quod est ex tota mente, & quod appetitus noster sensitiuus reguletur secundum Deum, quod est ex tota anima, & quod exterior actus noster obediat deo, quod est ex tota fortitudine, vel virtute, vel viribus, diuus Chrysostomus super Matthæum accepit econuerso quam dictum sit, cor & animam. D. vero August. in 1. de doctrina Christiana refert cor ad cogitationes, animam ad vitam, mentem ad intellectum. Quidam vero dicunt, ex toto corde, ex toto intellectu, tota anima, hoc est memoria, vel secūdum Gregorium Nicenum, per cor significatur anima vegetabilis per animam anima sensitiua. per mentē intellectus. Quia hoc ipsum quo nutrimur, sentimus, & intelligimus debemus referre in Deum. Prima tamen expositio clarior videtur. ¶ Quidam intelligentes hoc præceptum de conatu & intensione, voluerunt dicere, quod hoc præceptum non potest impleri in hac via, & allegant D. August. in libro de perfectione Iustitiæ, vbi ait quod in plenitudine charitatis patriæ præceptum illud implebitur. Nam quum aliquid adhuc est carnalis concupiscentiæ quod continendo frenetur, non ex tota anima diligitur Deus. Sed quia ex hoc sequeretur quod Deus præcepisset impossibile, quod est blasphemum, secundum diuum Hierony. in explanatione Catholicæ fidei, ideo D. Tho. distinguit, dicens quod præceptum aliquod dupliciter potest impleri. Vno modo perfecte, alio modo imperfecte. Perfecte quidem impletur præceptum, quando peruenitur ad finem, Sicut si dux exercitus præcipiat militibus vt pugnent, ille perfecte implet præceptum qui pugnando vincit hostem, quod dux intendit, ille autem implet, sed imperfecte, cuius pugna ad victoriam non pertingit, non tamen contra disciplinam militarem agit. Deus autem per hoc præceptum intendit vt homo sibi totaliter vniatur quod fiet in patria, quando Deus erit omnia in omnibus, Ideo plene & perfecte in patria implebitur. In via autem impletur, sed imperfecte. Et tamen in via tanto vnus alio perfectius implet, quanto magis accedit per quandam similitudinem ac patriæ perfectionem. D. Augu. vbi supra, dicit quòd ista perfectio non præcipitur homini in hac uia, sed præcepto Charitatis ostenditur quomodo currendum est. Non enim recte curritur, si quo currendum est nesciatur. Quomodo autem sciretur, si nullis præceptis ostenderetur? Alii dicunt quòd impletur hic etiam perfecte secundum intentionem præcipientis, hoc est secundum quod Deus uult hoc præceptum impleri in uia. Non enim intendit quòd intensiue impleamus, quia est impossibile, sed appreciatiue, vt dictum est: sic quòd magis appreciemur Deum, quam quæcunq; alia bona, & quòd malimus omnia alia amittere & perdere, quam deum offendere. Nec peccat, qui vxorem aut filios interiori actu diligit quam deum, dum tamen plus diligat deum appreciatiue, ut dictum est. Vnde sequitur, quòd homo omnia quæ diligit debet in deum ordinare, & omnia propter deum diligere, etiam ipsam beatitudinem æternam, quam consecuturus est: quia si in illa sisteret, diligeret deum amore concupiscentiæ, & peccaret seipsum plus quam deū diligendo, & deum finaliter ad se ordinando.

An præceptum de dilectione dei possit impleri in uia.

DE VIRTVTIBVS MORALIBVS INFVSIS ET DONIS.

CAPVT XIII.

B QVIA dictum est de virtutibus Theologicis, quæ sunt infusæ, & procedunt a gratia in ordine ad deum, quem habent pro obiecto, consequenter dicendū est
126 de virtutibus moralibus infusis, & donis Spiritus sancti, quę etiam fluūt ab ipsa gratia, sicut virtutes Theologicæ, Et quia sufficienter dictum est de virtutibus cardinalibus siue moralibus acquisitis, & partibus earum, ea ideo pertranseundum duximus superuacaneum siquidem ac superfluum uideretur, totiens quæ prius declarata fuerint repetere. Nunc igitur agēdum de virtutibus moralibus infusis, quæ tot & tantæ sunt, & tot partes habent, sicut morales acquisitæ, & similia obiecta. In hoc solum differunt, quòd morales acquisitæ ordinant in finem naturalem, & morales infusæ cum partibus suis in finem supernaturalem, & sicut acquisitæ regulantur per prudētiam acquisitam, in qua connectuntur (vt dictum est,) sic morales infusæ per prudētiam infusam, quę charitati connectitur. Harum virtutum infusarum necessitatem ostendit D Tho. dicens quòd cum charitate infunduntur simul omnes virtutes morales. Cuius ratio est, Quia Deus non minus perfectè operatur in operibus gratiæ, quàm in operibus naturæ, Sed in operibus naturę videmus quòd nō inuenitur principium aliquorum operum in aliqua re, quin inueniantur ea, quę sunt necessaria ad huiusmodi opera perficienda, sicut in animalibus inueniuntur organa, quibus perfici possint opera, ad quæ peragenda anima habet potestatem, manifestum est autem quòd charitas (inquantum ordinat hominem ad vltimum finem) est principium omnium bonorum operum, quæ in finem vltimum ordinari possunt. Et ideo oportet quòd cum charitate simul infundantur omnes virtutes, quibus homo perficit singula genera bonorum operum. Et sic non solum habent connectionem propter prudentiam infusam, sed etiam propter charitatem, quæ sola non sufficit, Quia ad hoc quòd actus interioris potentiæ sit perfectus, requiritur quòd non solum adsit perfectio in superiori potentia, sed etiam in inferiori. Si enim principale agens debitò modo se haberet, non sequeretur actio perfecta, si instrumentum non esset bene dispositum. vnde ad hoc quòd homo bene operetur in his quæ sunt ad finem, non solum oportet quòd habeat virtutem qua bene se habeat circa finem, sed etiam virtutes quibus bene se habeat erga quę sunt ad finem. Nam virtus, quæ est ad finem, se habetur principalis, respectu earum quæ sunt circa media, quæ se habent vt instrumenta. Nec obstat quòd aliqui existentes in charitate, difficultatem patiuntur circa actus virtutum moralium, quia quandoque contingit quòd aliquis habens habitum, patitur difficultatem in operando, & per consequens non sentit delectationem & complacentiam in actu, propter aliquod impedimentum extrinsecum superueniens, sicut qui habet habitum scientiæ, patitur difficultatem propter somnolentiam uel aliquam infirmitatem. Et similiter habentes habitus virtutum moralium infusarum, patiuntur interdum difficultatem in operando, propter aliquas dispositiones contrarias ex præcedentibus actibus relictas. Quæ quidem difficultas non accidit in virtutibus moralibus acquisitis, quia per exercitium actuum quo acquiruntur, tolluntur contrariæ dispositiones. Et licet Sancti (vt dicit Beda) de virtutibus quas non habent, potius se humilient, quàm glorientur de virtutibus quas habent, dicuntur aliquas uirtutes non habere, propter difficultatem quam patiuntur ratione iam dicta quamuis habitus omnium virtutum habeant,

Virtutum moralium infusarum necessitas.

§. 1 *De differentiis uirtutum infusarum a Donis.*

VLTRA virtutes Theologicas & morales infusas fluunt a gratia septē dona spūs sancti, de quibus Esa 11 Requiescet super eum spūs Domini, Spūs sapientiæ, & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis; & replebit eum spiritus timoris Domini. Quatuor ex illis pertinēt ad intellectū scilicet intellectus sapientia scientia, & consilium. Intellectus & sapientia ad intellectum speculatiuū, cōsilium & scientia ad intellectū practicum Tria uero ad partem appetitiuā scilicet pietas, fortitudo, & timor. Pietas in uolunctate, fortitudo in appetitu irascibili, & timor in appetitu concupiscibili. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod in homine duplex est principium mouens, Vnum interius, quod est ratio, & aliud exterius, quod est deus. Ratio in homine dupliciter perficitur, Primò perfectione naturali per habitum connaturalem, scilicet synderesim, quæ est lumen naturale, per quod potest acquirere virtutes in ordine ad finem naturalem. Secundo perficitur a deo quadam supernaturali perfectione per virtutes theologicas uel morales infusas in ordine ad finem supernaturalem, modo tamen quodam humano. Principium autem mouens ipsam rationem exterius, est Deus. Et quum omne quod mouetur oporteat proportionatum esse motori suo, hæc est enim perfectio mobilis inquantum mobile, dispositio qua mouetur a suo motore. Et quantò mouens est altior, necesse est, quod mobile tanto perfectiori dispositione ei proportionatur. Illa dispositio qua specialiter & modo quodam super humano in repentinis mouetur, uocatur, donum. & dicitur ab Esa. Spiritus, ab inspiratione, Spiratio enim significat quandam motionem ab exteriori. Et sic dona spiritus sancti dicuntur perfectiones hominis, quibus homo disponitur ad hoc quod bene, prompte, & faciliter sequatur instinctum spiritus sancti, qui aliquando specialiter mouet, iuxta illud Roma. 8. Qui spiritu dei aguntur, hi filii dei sunt, & Psal. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, quia scilicet in hæreditatem illius terræ beatorum, ad quam nullus potest peruenire, nisi moueatur & deducatur a Spiritu sancto Esa. 5. dicitur, Dominus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico retrorsum non abii. & Philosophus dicit quod in his ad quæ quis mouetur per spiritum diuinum, non expedit consiliari secundum rationem humanam, sed sufficit quod sequantur interiorem instinctum, quia mouentur a meliori principio, quam sit ratio humana. Et cum non sit omni spiritui credendum. 1. Ioan 4. Nolite omni spiritui credere, sed probate prius an ex deo sit, secundum principia quæ dedit nobis Deus per lumē naturale vel fidei, sequitur quod quādo aliquis instinctus iudicat contraria legis naturę, vel legis euangelicæ, vt instinctus Lutheranorum nostri temporis, qui omnia quæ in mentem ueniebant dicebant esse ex instinctu, & motu Spiritus sancti & ad hanc uenerunt dementiam quod dixerunt rogatum ex charitate ad carnalem copulam debere commisceri, etiam si fuisse uxoratus. Illum instinctum non a Spiritu sancto, sed a diabolo manifestum est esse. nec propriæ dicendus, est instinctus, sed instigatio & suggestio dæmonis fantasiam hominis mouētis. Instinctus autem dei est immediata motio intellectus, quem diabolus mouere effectiue & immediate non potest, sed solus deus, cuius motio non contrariatur legi naturę aut fidei.

In cap. de bo. fortu.

Caut ab instinctu Lutheranorum.

Instinctus dei quid.

C 126

D 126

Ver. 1. *De definitione Donorum.*

CVM sic se habeant dona ad instinctum & motionem Spiritus sancti, sicut se habent virtutes admotionem rationis, sequitur quod sicut uirtutes infusæ sunt habitus, sic etiam & dona. Sequela probatur ex definitione habitus. Ideo donum est habitus infusus, quo homo perficitur ad prompte, & faciliter, & modo quodam superhumano, absque discursu in repentinis, sequendum & operandum secundum instinctum Spiritus sancti. Et differt a uirtutibus, quia uirtus est habitus quo homo perficitur ad prompte & faciliter sequendum & operandum secundum motionem rationis. Et cum omnes uires appetitiue natæ sint moueri a ratione, ita etiam a Spiritu sancto, eo quod sit superior causa, consequens est, quod sicut in omnibus potentiis animæ hominis, quæ possunt esse principia humanorum

Dona spiritus sancti sunt habitus a uirtutibus distincti.

E 126

cum actuum, ponuntur virtutes, ita, & ponantur dona. Et sic dona se extendunt ad omnia, ad quæ se extendunt virtutes tam intellectuales, quam morales.

¶Ex præmissis apparet primo quod dona sunt perfectiora & excellentiora virtutibus intellectualibus & moralibus etiam infusis, quia perficiunt hominem per comparationẽ ad nobilius principiũ, a quo mouentur scilicet a Spiritu sancto, qui per dona ista mouet hominẽ modo quodã super humanũ, & ideo videntur data in aux liũ virtutum infusarum, sicut virtutes infusæ in auxilium acquisitarũ & naturalis luminis. Non autem sunt perfectiora virtutibus theologicis. Vnde talis est comparatio donorũ ad virtutes theologicas, per quas homo vnitur Spiritui sancto mouenti, qualis est moralium ad virtutes intellectuales, per quas perficitur ratio, quę est virtutum moralium motiuã. Secundo apparet quod dona sunt connexa, cum fluant a gratia, manebuntq́; cum ea in patria, quantum ad essentiam, quanuis non quantum ad omnes operationes, cum non maneat materia circa quam operentur.

§.2. *De dono intellectus.* 2.2.q.8

F DONVM intellectus est habitus, qui dicitur lumen supernaturale, superadditum lumini naturali quod est sinderesis, datum homini ad intelligendum, & penetrandum ea quæ nobis supernaturaliter innotescunt. Sicut enim lumẽ naturale est circa ea quæ primordialiter & naturaliter cognoscimus, sic donum intellectus est circa principia cognitionis gratuitæ. Ad fidem enim pertinet illis assentire, ad donum autẽ intellectus pertinet mente penetrare ea quæ dicuntur, & maiorem certitudinem dare. Donũ intellectus cum fluat a gratia, non inuenitur in existentibus in peccato mortali, sed bene in omnibus habentibus gratiam, & datur contra hebetudinem mẽtis, licet aliqui habentes gratiam possit hebetudinem pati circa aliqua quæ sunt præter necessitatem salutis, sed circa ea quæ sunt de necessitate salutis, sufficienter instruuntur a Spiritu sancto, secundum illud. 1. Ioan. 2. Vnctio eius docet vos de omnibus, non enim se subtrahit Spiritus sanctus circa ea quæ sunt necessaria ad salutem, quanuis circa alia aliquando se subtrahat, vt non omnia liquidum per intellectum penetrari possint, ad hoc quod materia & occasio superbiæ subtrahatur. Et quanuis peccatores habentes fidem, intelligant ea quæ proponuntur credenda, non tamẽ plene intelligunt, neque penetrant. Donum intellectus pertinet ad cognitionem speculatiuam & practicam, non quantum ad iudicium, sed vt capiantur & penetrentur ea quæ dicuntur.

§.3. *De dono scientiæ.* 2.2.q.9.

A SICVT donum intellectus ordinatur ad perfectionem fidei quantum ad apprehẽsionẽ sic & donũ scientiæ quãtũ ad iudicium, Aliud.n. est assentire, quod pertinet ad fidẽ, aliud penetrare, quod pertinet ad donũ intellectus. Aliud est habere certũ & rectũ iudiciũ de his quæ sunt fidei, discernẽdo, quæ sunt credenda aut nõ credẽda, quod pertinet ad donũ scientiæ. Hæc scientia non prouenit ex discursu, sicut sciẽtia humana, quæ per demõstrationẽ acquiritur, nec est etiam discursiua, sed sicut in Deo est certum iudiciũ veritatis absque omni discursu per simplicem intuitũ, ideo sciẽtia diuina non est discursiua, aut ratiocinatiua, sed absoluta & simplex. Quo ad hoc assimilatur sciẽtia, quæ ponitur donũ spiritus sancti, cũ sit quædã participata similitudo ipsius, quę differt a scientia quæ ponitur ab Apost. 1. Cor. 12. gratia gratis data, quia aliud est scire quid homo credere debeat, discernens credenda a non credendis, quod pertinet ad donũ scientiæ, & aliud scire fidẽ manifestare, quod pertinet ad sermonẽ scientiæ quod non est cõmune, omnibus iustis, sicut donũ scientiæ, & similis differentia est inter donũ sapientiæ, & sermonẽ sapientiæ. Differt etiã donũ scientiæ a dono sapientiæ, quia sapientia importat rectitudinẽ & certitudinem iudicii, ac etiam discretionem credendorum a non credendis, per causam altissimam quæ est Deus, donum autem scientiæ idem importat, sed per causas secundas, ideo donum scientię est circa res creatas, donum autem sapientiæ primo & principaliter circa res diuinas, & ex consequenti circa res creatas, pro quanto per res diuinas perfectius iudicat de rebus creatis. Et quemadmodum fides primo principaliter

in

in speculatione consistit, inquantû inhæret primæ veritati sic, donû scientiæ primo, & principaliter respicit speculationê, inquâtû scilicet p ipsam scientiâ scit quid fide te nere debeat. Secunda io autê se extendit ad operationê, secundû quod per scientiam credibilium, & eorum quæ credibilia consequuntur, dirigimur in agendis.

Triplex scientia. ¶ Ex prædictis patet, primo quod triplex est scientia, Quædam n. est humana & ac quisita, quædam est donû Spiritus sancti, communis omnibus iustis, quædam est sciê tia quæ est gratia gratis data certis personis ad aliorum vtilitatê. Secundo, patet quod non est inconueniens, quod ad eandem virtutem ordinentur diuersa dona, sicut ad

Donû sciê tia quid. fidem ordinantur dona intellectus, scientiæ, & sapientiæ, Resultat etiam definitio do ni scientiæ, Est. n habitus infusus a gratia fluês, quo homo a Spiritu sancto mouetur ad habendum certum & rectû iudicium de his quæ sunt fidei, ad discernendum cre denda a non credendis, absque omni discursu per causas secundas siue creatas, & quo habet certum iudicium circa agenda, vt nullo modo deuiet a ratione iustitiæ, & hęc dicitur scientia Sanctorum, de qua Sapien. 10. Iustum deduxit Dominus per vias re ctas, & dedit illi scientiam sanctorum.

2.2.q. 45. § 4. *De Dono Sapientię.*

DONVM sapientiæ est habitus infusus, quo quis in gratuitis cognitionibus subdito & prompte secundum quandam connaturalitatem per causam altissimâ ha bet rectum & certum iudicium de his quæ sunt fidei, & differt a sapientia quę est vir tus intellectualis, quia illa iudicat circa res diuinas ex rationis inquisitione & ratioci B 127

Iac. 3. nacione, & acquiritur studio humano, sed sapientia, quæ est donum de sursum, Iaco.

D. de Di. 3. iudicat secundum quandam connaturalitatem, vt diuus Diony. ait, Hierotheus

ue. 1. Cor. 6 (hoc est sacer homo) est perfectus in diuinis, non solum discens (scilicet per rationê) sed & patiens diuina. Huiusmodi autem passio siue connaturalitas ad res diuina fit per charitatem, quæ vnit nos Deo, secudum illud. 1 Cor. 6 Qui adhæret Deo, vnus spiritus est, & sic sapiêtia quæ est donû, causam quidê habet in volûtate scilicet cha ritatê, sed secundû essentiâ subiectiuæ est in intellectu, cuius actu est recte iudicare. Et quia iudicium sequitur apprehensionem quæ fit per intellectum, ideo sapientia se quitur donum intellectus. Et quemadmodum donum intellectus quo ad apprehen

1. Cor. 2. sionem se habet ad speculabilia & practica, sic donû sapientiæ quo ad iudicium. Vn de. 1. Cor. 2 Spiritualia homo iudicat omnia. Differt autem donum sapientiæ a fide, quia fides iudicat & assentit diuinæ veritati secundum seipsam, donum vero sapien tiæ præsupponit fidem & donum intellectus, quia vniusquisque bene iudicat quæ co gnoscit, vt dicitur in 1. Eth. & sic sapientia iudicat secundum quandam connaturali tatem ad specialem instinctum Spiritus sancti absque præmeditatione, quod non fa cit fides, & quum donum gratiæ fluat a gratia gratû faciente inuenitur in omnibus & solis iustis, quantum ad ea quæ sunt necessaria ad salutem. Quia si natura non defi

1. Ioan. 2. cit in necessariis, multo minus gratia. Vnde. 1. Io. 2 dicitur, Et non necesse vt quis do ceat vos, vnctio n docebit vos de omnibus, quodam altiori modo. Et quamuis aliqui baptizati, sint naturaliter stulti, habent tamen donum sapientiæ quantum ad habitû licet nô habeant quantû ad actum propter impedimêta extrinseca. Et licet ad sapiê

1. Mora. tê pertineat ordinare, vt dicit Phil nec omnes habêtes gratiam sint prælati, ad quos

In epist. pertinet alios ordinare, tamen quilibet existens in gratia, habet ordinare, actus suos,

ad Demo- & de his iudicare, vt dicit D. Dioy. in epistola ad Demophilû. Ex præmissis in hoc

philum Sa § & §. præcedenti apparet quomodo triplex est sapientia scilicet humana siue acqui

pientia tri sita, infusa, & alia quæ est gratia gratis data, quæ dicitur sermo sapientiæ, & quomo

plex. do differant inter se.

Ver. 1. *De stultitia quæ opponitur sapientię.*

2. 2. q 46. DONVM Sapientiæ, secundum Diuû Gregorium. 2. Mora. datur côtra stulti C

lib. Ethim. tiam, quæ contrariatur sapientiæ. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod nomen 129

Stultitia stultitiæ, secundum Isidorum, videtur esse a stupore dictum. Stupor autem inter

differt a pretatur sensuum alienatio, eo quod sensus stupeant. Vnde stultus dicitur, qui pro

fatuitate. pter stuporem nô mouetur. Et differt. stultitia a fatuitate. quia stultitia importat he

betu-

betudinem & obtusionem cordis Fatuitas autem importat totalem spiritualis sensus priuationem. Et sic stultitia opponitur sapientiæ contrariæ, quia sapiens dictus est a sapore Sicut enim gustus est aptus ad discretionem saporis ciborum, sic sapiens ad discretionem rerum & causarum. Stultus autem non bene, sed male discernit & diiudicat, Fatuitas vero sapientiæ opponitur pure negatiue, fatuus n. caret sensu iudicandi. Stultus habet sensum, sed hebetatum, Sapiens vero subtilem & perspicacem. Insipiēs
327 autem dicitur contrarius sapienti, eo quod est sine sapore, discretione, & indispositio-
D ne sensus. Vnde insipientia videtur esse eadem cum stultitia. Præcipue autem dicitur esse aliquis stultus, quando patitur defectum, qui attenditur secundum causam altissimam, nam si deficiat aliquis in iudicio circa aliquid modicum, non ex hoc vocatur stultus, sed quum circa causam altissimam Potest autem aliquis pati stuporem in iudicādo, dupliciter, vno modo ex indispotione naturali quæ sæpe causatur ex acuitate. Alio modo inquantum homo libere immergit sensum suum rebus terrenis, maxime delectationibus gustus & tactus ciborum & venereorum, ex qua immersione redditur sensus eius ineptus ad percipiendum & intelligendum diuina, & iudicandum de illis secundum illud 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit quæ sunt spiritus dei, sicut homini habenti gustum infectum malo humore, non sapiunt dulcia Et sic patet quod duplex est stultitia, quædam est naturalis, quæ dicitur amentia, & talis non est peccatum. Quædam est voluntaria, & hæc est duplex, sicut & sapientia, Quædā enim est sapientia mala, quæ dicitur carnis, siue huius seculi, mundana, terrena, carnalis, & diabolica, de qua Hiere. 4. Sapientes sunt ut faciant mala. & Esa. 47. Sapientia tua decepit te. & 1 Cor. 3. Sapientia huius seculi stultitia est apud Deum. & Rom. 8. Sapiētia carnis mors est. & 1. Cor. 1. Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentium reprobabo. Huic sapientiæ opponitur stultitia bona, quæ est contemptus terrenorum, de qua Christus, qui terrena & mūdana contempsit, dicitur fuisse stultus Vnde Salomon in eius persona dicit, Stultissimus sum virorum. & 1. Cor. 1. Quod stultum est dei, sapientius est omnibus hominibus Ideo ad hanc stultitiam hortatur nos Apost. 1. Cor. 13 Si quis videtur sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat vt sapiens sit. Quædam vero est sapientia bona, quæ est virtus intellectualis vel donum Spiritus sancti. Et huic opponitur stultitia voluntaria, quæ (vt dictum est) prouenit ex immersione terrenorum & est peccatum valde graue & periculosum, causaque multorum malorum. Et est filia luxuriæ secundum D. Grego. vbi enumerat duo inter filias luxuriæ, quæ pertinent ad stultitiam, scilicet odium dei, & horrorem futuri seculi, quasi diuidens stultitiam in duas partes.

1. Cor. 2. *Duplex stultitia.* Hiere. 4 Esa 47. 1. Cor 3. Rom. 8. 1. Cor. 1. Prouе. 30 1. Cor. 1 1. Cor. 1 31. Moral.

§. 5. *De Dono Consilii.*

E DONVM consilii est habitus infusus quo homo mouetur a Spiritus sancto ad bene & subito inquirendum circa singularia contingentia, & communiter ad recte
327 se habendum erga ea, & fugiendum & seruandum se ab illis, quæ impedimentum præstant saluti. Donum consilii differt a tribus prędictis, quia illa principaliter sunt circa vniuersalia differt etiam a prudentia siue eubolia acquisita & infusa, quia illæ dirigunt hominem in inquisitione consilii, secundum ea quæ hominis ratio comprehendere potest. Sed quia humana ratio non comprehendit omnia singularia contingentia quæ occurrere possunt, eo quod cogitationes mortalium timédæ sunt, & incertę prouidentiæ nostræ, & ideo indiget homo, vt in inquisitione consilii dirigatur a deo, qui omnia comprehendit, quod fit per donum consilii, quo dirigitur homo quasi consilio accepto a deo. Sicut etiam in rebus humanis, qui sibiipsis non sufficiūt in inquisitione consilii, a sapientibus consilium requirunt.

2. 2. q. 5 *Donum c[illegible] ... ab aliis.* Sap 9.

§. 6. *De Dono Pietatis.*

DONVM pietatis est habitus in voluntate hominis infusus, ad prompte & fa- 2. 2. q. 12
F ciliter sequendum specialem instinctum Spiritus sancti, qui in repentinis mouet eam
327 vt affectu filiali feratur in Deum vt patrem, & exhibeat cultum & honorem Deo vt patri, quem tanquam patrem erga se recognoscit, & ad eum tanquam ad patrem recurrit, secundum illud Rom. 8. Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo Rom. 8.
clama-

clamamus, Abba pater. Per virtutem religionis exhibemus cultum Deo vt creatori, per virtutē pietatis exhibemus cultum & honorem patri carnali, Eccellentius autem est exhibere cultū Deo, quàm patri carnali ideo religio est potior virtus quàm pietas. Tamen considerando Deum vt creatorem & vt patrem, excellentius est exhibere ei honorē filiali affectu tanquam patri, quàm vt creatori & domino, quasi seruili affectu, & ideo donū pietatis est potius, quàm virtus religionis.

Differentia inter donum pietatis et virtutem pietatis ac religionis ¶ Ex his apparet differētia inter donum pietatis, virtutē religionis, & virtutē pietatis infusam, quæ cultum exhibet patri carnali in ordine ad finem supernaturalem. Sed notandum quod sicut per virtutem pietatis homo exhibet officium & cultum non solum patri, sed etiam omnibus sanguine iunctis, secundū quod pertinent ad patrem, & appropinquant illi, ita etiam pietas secundum quod est donum Spiritus sancti non solum exhibet cultum & officiū deo, sed etiam omnibus, inquantū pertinent ad deū. Et propter hoc ad ipsum pertinet honorare Angelos & Sanctos, s̄m quod magis coniuncti sunt deo, & non contradicere scripturę sacræ, siue intellectæ, siue non intellectæ, sicut D. Aug. dicit, Ita ex consequenti subuenit in miseria constitutis. Et quamuis iste actus non habeat locum in patria post diem iudicii., Actus tamē eius pręcipuus, qui est reuereri Deum affectu filiali, maxime tunc erit, secundum illud Sap. 5. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Erit etiam mutua honoratio Sāctorum ad inuicem. Ante autem diem iudicii per donum pietatis miserentur Sancti eorum, qui in statu miseriæ huius vitæ viuunt, quantum ad effectum. *Io. 2. de doct. Chrisi.*

§ 7. *De Dono Fortitudinis.*

2a2. q. 139 DONVM fortitudinis est habitus in appetitu irascibili infusus, quo disponitur animus ad hoc quòd perueniat ad finem cuiuslibet operis inchoati, & euadat quæcunque pericula imminentia, quod quidem excedit naturam humanā. Non enim semper subest facultas homini, vt consequatur finem sui operis, vel euadat quęcunque mala seu pericula, cum quandoque opprimatur ab eis in morte. Sed hoc operatur spiritus sanctus in homine, cum perducit eum ad vitam æternam, quæ est finis omnium bonorum operum, & euasio omnium periculorum, & huius rei quandam fiduciā spiritus sanctus infundit menti, contrarium timorem excludens. Et differt a virtute fortitudinis, quia licet illa faciat firmitatem animi in bonis arduis faciendis, & in malis præcauendis, ne homo deficiat a bono propter difficultatem alicuius ardui operis implendi, vel alicuius grauis mali perferendi, non tamen sufficit dare fiduciam euadendi quecūque pericula, sed hoc pertinet ad donum fortitudinis, quod dirigitur a dono consilii, quod videtur præcipue esse de melioribus & potioribus bonis. G 137

Donum fortitudinis differt a virtute fortitudinis.

§. 8. *De dono Timoris.*

2. 2. q. 16. TIMOR, secundum Magistrum Senten. 34. dist. 3. diuiditur in quatuor mēbra: in mundanum, seruilem, filialem, & initialem. Hæc sufficientia ratione probari potest, quia timor secundum quem ad deum conuertimur, vel ab eo auertimur, habet pro obiecto malum, vt dictum est, Si propter mala quæ homo timet, a deo recedit, dicitur mundanus. si vero propter mala quæ homo timet, ad deum conuertitur & ei inhæret, cum duplex sit malum, scilicet culpæ & pœnæ, distinguendum, est quia si propter malum pœnæ, est timor seruilis, si autem propter malum culpæ, est filialis, si autem propter vtrunque, est timor initialis, qui est medius inter timorem seruilē & filialem. Timor mundanus prohibetur, Mat. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus. &c. Ideo semper est malus, tanquàm procedens a mala radice, & habens auersionem, vnde sequitur quod non est donum dei, vt D. Aug. dicit il lib. de liber. arb. Hoc enim timore Petrus Christum negauit. de hoc sufficienter dictum est. A 127

Timor quadruplex.

Mat. 10. c. 6. § 2. vers. 3.

Ver. 1. *De Timore Seruili.*

TIMOR seruilis dicitur qui habet malum pœnę pro obiecto. Et quia Lutherus hæreticus & sequaces sui dixerunt quòd semper est malus & exitialis, reddens hominem hypocritam, & magis peccatorē, damnatque prędicatores, qui ad pœnitentiam & contritionem inducunt homines per incussionem timoris pœnarum, ideo videndum est quid circa timorem seruilem censeant, & naturalis ratio, & sa- B 120

cræ

ctæ literæ, ac sancti doctores, ecclesiaq; catholica. Et si primo contemplemur timoris seruilis originem, manifeste apparebit substantiam eius non esse malam, neque incompossibilem charitati, & per consequens non esse peccatum saltem exitiale. Timor enim seruilis procedit, & originatur ex amore sui, cum malum pœnæ quod est obiectum eius, sit detrimentum proprii boni, Eiusdem enim rationis est quod homo cupiat bonum suum, & quod timeat eo priuari. Sed amor sui non est de se malus, neque contrariatur charitati, cum ex charitate quilibet teneatur seipsum post deum super alios diligere, & per consequẽs tenetur timere malum sibi oppositum. Sequitur ergo quod timor seruilis non sit de se malus, nec contrariatur charitati, nisi quando quis constituit finem vltimum in seipso. Tunc enim contrariatur charitati, quæ habet Deum pro vltimo fine. Si uero plus debito se ipsum diligat, seruato tamẽ ordinem finis vltimi, non est peccatum mortale, sed veniale, quod etiam non contrariatur charitati, cum sit ei compassibile. Si autem vltra substantiam timoris seruilis velimus considerare seruilitatem ei annexam, quæ non est de eius essentia, vt dictum est, tunc timor seruilis est malum, non quidem secundum, se sed secundum seruilitatem ei annexam. Et ideo essentia timoris nõ est mala, sed seruilitas annexa Seruilitas autem timoris in hoc consistit, quod non propter deum neque propter seipsũ in ordine ad deum, sed contra deum, vt malum pœnæ euadat, operatur, quod charitas reprobat. In hoc enim quis dicitur esse seruus, qui non causa sui operatur, sed quasi ab extrinseco motus. Liber autem (vt dicit Philosophus) qui causa sui est, & amore aliquid facit, quasi ex seipso, & propria inclinatione mouetur ad operandum. Et sic contra rationem seruilitatis est, quod quis ex amore operetur. Sic ergo timor seruilis inquantum seruilis est charitati contrariatur. Vnde sequitur quod si seruilitas esset de ratione timoris seruilis oporteret, quod timor seruilis esset secundum se malus, sicut adulterium est secundum se malum, quia in sua essentia includit aliquid quod contrariatur charitati. Sed prædicta seruilitas non est de essentia timoris seruilis, sicut nec informitas fidei informis est de essentia fidei, vt dictum est, Essentia

Substantia timoris seruilis nõ est mala

Timoris seruilis origo.

Seruilitas timoris in quo consistat 4. Meta.

C

128 enim habitus vel actus accipitur ex obiecto, Obiectum autem timoris seruilis est pœna, sed accidit pœnæ quod bonum cui contrariatur pœna ametur tanquam finis vltimus, & per consequens plus timeatur quam deus, quod non contingit in habente charitatem, qui bonum cui contrariatur pœna, non plus diligit, quam deum, quia propter illud nollet offendere deum. Resultat ergo, quod timor seruilis non est secundum se malus vnde glos. super illud Rom 8. Non accepistis spiritum seruitutis in timore, dicit, vnus est spiritus, qui facit duos timores scilicet seruilẽ, & castũ, sed nullũ malum culpæ procedit a spiritu sancto, Igitur. Nec obstat quod D. Aug ibidem dicit, qui timore aliquid facit, & si bonum sit, tamen non bene facit, quia intelligit de eo qui facit aliquid ex timore seruili, vt seruilis est, vt scilicet ita timeat pœnã, vt non amet iustitiam. Et sic etiam intelligitur dictum D. Gregor. super illud, Quare nõ in vulua mortuus sum, vt ait, Quum ex peccato plus pœna metuitur, & amica Dei facies nõ amatur. Nec, sequitur quod si amor mercenarius opponatur, & semper sit malus, quod timor seruilis semper opponat, timori casto, & semper sit exitialis, quia amor mercenarius dicitur, qui deum diligit propter temporalia, quod secundum se contrariatur charitati, quæ omnia in Deum tanquam in finem vltimum ordinat & amor mercenarius peruertit debitum ordinem. quia deũ ordinat ad bona temporalia, ideo est semper malus. Sed timor seruilis secundũ suam essentiam non importat nisi timorem pœnæ, siue timeatur, vt principale malum, siue non timeatur, vt principale malum. Quum ergo timor seruilis non sit secundum se malus, sequitur quod contritio ab illo originata non facit contritum hypocritam, neque magis peccatorem, Contritio enim potest duplicem habere originem, scilicet a timore filiali, & seruili. Primo quidem oriri potest ex diuinæ bonitatis consideratione, per quam ad

Iob. 3

Contritio a timore seruili originata nõ facit hominẽ hypocritã.

Psal. 46

D

128 eum tanquam ad patrem cũ fiducia misericordiæ recurrimus, iuxta illud, Beneplacitũ est domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius, & Rom. 2. An ignorans, quod benignitas dei te ad pœnitentiam adducit? Et nullum

Rom. 2

est dubium quin sanctior sit contritio, quam inchoat timor filialis in bonitatem dei D
respiciens, quam illa quę ex timore seruili oritur. Verum fragilitas, & imperfectio 128
Psal. 77. nostra impedit ne faciliter oculos mentis nostræ ad terrena dimissos, & in eis im-
Psal. 33. mersos ad bonitatem dei attollamus, & eleuemus, nisi prius iram aliquam seu pœnā senserimus dicente Psalm. Cum occideret eos quærebant eū, & reuertebātur, et diluculo vniebant ad eum, & alibi, Et clamauerunt ad dominum cū tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos, quod non fecisset, si ille clamor ex timore seruili procedens, fuisset exitialis. Communiter igitur, & in contritione qua quis se peccasse grauiter dolet cum voto siue proposito vitā in melius commutandi, incipit a fide informi, & timore seruili, sed non perficitur, donec ventum fuerit ad fidem formatam, & timorem filialem, fides enim a principio ostendit deum iustum, & veracē punientem feuerissime crimina tam in hoc seculo, quam futuro, ostendit pariter abominationem peccati, & quomodo quis gehenna dignus sit, & paratus ad tormenta, nisi doleat, & pœniteat. Si conscientia nostra assentiat, generatur timor seruilis, qui fidei adiunctus grauem animi concussionem, & amaritudinem siue dolorem causat, quo superbia cordis nostri frangitur, & veteris hominis affectus inordinati siue peccata conteruntur, insurgitq; votum seu desiderium pœnitendi, & nouæ vitæ. Ostendit pariter fides dei bonitatem, & misericordiam. Succedit timor filialis, & peccata displicent nō solum quia pertrahunt ad gehennam, sed quia patrem optimum offendunt, quem proponit amplius non offendere propter eius dignitatem etiam si nulla esset gehenna aut plaga, prout videre est in filiis qui patrem grauiter offenderunt. Primo metu pœnæ siue plagarum se ostendisse dolent deinde affectu, & amorem ac timore filiali ipsum prosequuntur Ideo sancti patres docuerunt pœnitentiam a timore seruili non inepte ordiri D. Aug. hunc timorem comparauit primo setæ, quę linū
Timor seruilis comparatur setæ, & medici ferramento quando introducit. Seta prius intrat, sed nisi exierit, non succedit linum. Sic timor seruilis primo occupat mentem, sed non remanet, quia ideo intrauit timor, vt induceret charitatem. Et quanto illa crescit tanto timor decrescit. vnde 1. Ioan. 4. timor pœnam habet, charitas autem foras mittit timorem. At vbi nullus est timor, non est B
quo charitas intret. Secundo comparat eam medici ferramento, quod putredinem 128
tollit, & membrum quod minus dolebat plus dolore facit donec medicina accedente succedat tandem sanitas Sic timor seruilis pungit, & vulnerat mentem, sed succedens charitas vulneri sanato, cicatricem obducit. Ideo D. Basilius vocat timorem seruilem, Isagogicū, hoc est introductoriū D. Greg super Iob. 29. sequens D. Hiero. super Esa. 26. Sicut ad partum mulier appropinquans, dolore cogitur exclamare, sic nos in angustia requirimus te, & D. Chrys. docet ante oculos ponere mala nostra, et gehennam, & diem iudicii, & separationem a deo, & multa alia mala recenset ante oculos proponenda, vt compunctionem cordis valeamus obtinere. Per hunc modum reuocabant a peccatis prophetæ populum, inter eos Ionas. 3. Adhuc. 40. dies, & Niniue subuertetur, & deus approbauit pœnitentiam. eorum a timore seruili ortam Esa. 58. dicitur Ezechię, Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Hunc
Esa. 38. timorem seruilē incussit peccatoribus D. Ioā Baptista, Mat. 3. & Luc. 3 Progenies
Mat. 3. seu genimina viperarū quis docebit vos fugere a uētura ira? Iam securis ad radicem
Luc. 3. arboris posita est. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignē mittetur. Christus etiam sępe comminatus est peccatoribus gehennam, ignem æternum, tenebras exteriores. non alia causa nisi, ut ad contritionem, & pœnitentiam prouocaret. Vnde, & Luc. 13. dicebat, Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul, pe-
Luc. 13. ribitis. Recitauit parabolam de ficulnea, & de diuite epulone, Luc. 15. & Matth. 10.
Luc. 15. ait, Timete eum qui postquam occiderit corpus, habet potestatem ponendi animam
Mat. 10. in gehennam, & hunc timendum ea ratione repetit dicens, Amen dico vobis hunc timete. Ex premissis apparet quam impie Lutherus, & sequaces non, solum in prædicatores, sed etiam in sanctos, imo, & in Christum debacchati sint.

Ver. 2.

128 TIMOR Filialis eſt donum Spiritus ſancti,a gratia in uoluntate fluens, quo quis diſponitur ad prompte & faciliter ſequendum motionem Spiritus ſancti, qua mouet aliquem vt ex amore reuereatur Deum tanquam patrem, & timeat illum offendere, atque ab eo ſeparari. Et ſic habet duos actus & per conſequens duo obiecta. Actus ſunt timere & reuereri, Obiectum primum eſt malum culpę, Secundi, eſt bonitas, & dignitas patris Primus actus non manebit in patria, ſed bene ſecundus, Timor filialis in via non contrariatur ſpei, quia per timorem filialem non timemus quod deficiat nobis auxilium diuinum quod ſpectamus, ſed timemus nos ab hoc auxilio ſubtrahere. Et datur hoc donum cōtra ſuperbiam, qua quis renuit ſubdi deo iuxta illud Eccl. 10. Initium ſuperbiæ apoſtatare à Deo Per timorem aūt filialem quis reueretur Deum, & ſe ſubiicit illi ideo timor filiationis excludit principiū ſiue primū effectum ſuperbiæ. Non tamen ſequitur quod timor filialis ſit idem cum virtute humillitatis, ſed bene quod ſit principiū eius, dona enim Spiritus ſancti ſunt principia motiua virtutum ſpiritualium & moralium, ſed virtutes theologicæ ſunt principia donorum, & maxime charitas. Timor autem ſeruilis quāuis ſit à Spiritu ſancto, nō tamen dicitur donum Spiritus ſancti, prout de donis nunc loquimur, quia vt dicit D. Aug. in lib. de Nat. & Grat. Timor ſeruilis poteſt habere annexam voluntatem peccandi. dona autem Spiritus ſancti non poſſunt eſſe cum voluntate peccandi, quū fluant à gratia. 2.2.q.19. art.9. Eccl. 10.

Ver. 3. *De Timore initiali.*

TIMOR Initialis eſt medius inter timorem ſeruilem & filialem, non quidē
A ea mediatione, qua ſunt media ea quæ ſunt eiuſdem generis, quæ partem capiunt a
128 quolibet extrema vt color griſeus ab albedine & rubedine, ſed ea mediatione, de qua loquitur Philoſophus, quando medium eſt idem eſſent aliter cum uno extremo, ſed differunt ſecundum perfectum, & imperfectum & ſic imperfectum eſt medium inter perfectum & non ens Sic timor initialis qui eſt idem eſſentialiter cum filiali eſt medium inter ſeruilem & filialem Et quia timor initialis eſt timor filialis imperfectus dicitur mediare inter ſeruilem & filialem. Ad huius euidentiam ſciendum eſt quod iſti tres timores, ſcilicet mundanus, ſeruilis, & initialis, reſpiciunt pœnam, ſed diuerſimode Quia timor mundanus reſpicit pœnam auertentem a deo, timor vero ſeruilis & initialis reſpiciunt pœnam inflictam & comminatam a deo per quam homines attrahuntur ad Deum, ſed aliter & aliter, Quia timor ſeruilis reſpicit primo pœnam & ſecundario reſpicit bonitatem dei. Timor vero initialis reſpicit bonitatem dei, & ſecundario eius iuſtitiam & peccata commiſſa pro quibus timet a deo puniri Et hic timor ſecundum ſuam eſſentiam eſt idem cum timore filiali um imperfecto quia timor filialis perfectus non reſpicit pœnam charitas enim perfecta foras mittit timorem, ſcilicet qui pœnam habet timorem, ſeruilem quidem totaliter ſed initialem non, cum ſit eiuſdem eſſentiæ, ſed imperfectionem eius, quæ eſt reſpicere pœnam ſecundario. Nec obſtat quod timor filialis ſecundum ſuam eſſentiam cauſatur a charitate, & ſic dilectio eſt initium timoris filialis. Et nihilominus dicitur Eccl. 25. Timor domini initium dilectionis eſt, quia timor qui eſt initium dilectionis, eſt timor ſeruilis qui introducit charitatem, ſicut ſeta linum, vt dictum eſt vel ſi referatur ad timorem initialem, referendum eſt quantum ad dilectionem perfectam, quam pręceſſit timor initialis. 2.2.q.19. ar.8.ad.3. 2 Meta. *Timor initialis et filialis ſunt idem ſecundum eſſentiam.* Eccle. 25.

¶ Notādum tñ quod timor initialis (prout ſumitur pro vno mēbro diuiſionis prædictæ) nō dicitur initialis, eo quod ſit initiū ſapientię. quia timor ſeruilis & filialis dicūtur eſſe initium ſapientiæ, Sed dicitur initialis, quia in eo inchoatur timor filialis ſecundum eſſentiam, & paulatim perficitur, Et quum perfectus eſt, non reſpicit pœnam ſed culpam, quam ex amore refugit, ideo tunc dicitur filialis, & non initialis Ad ſciendum autem quō timor dicitur initium ſapientiæ, aduertendum eſt quod *Timor quō dicitur initium ſapiētiæ.*
B aliquid poteſt dici initium ſapientiæ dupliciter, vno modo eſſentia ipſius ſapientiæ.
128 Et ſic principia ſapientiæ vel artis dicuntur eius initium, & hoc modo timor nō eſt

DE BEATITVDINE

CAP. XIIII.

D 129 BEATITVDO apud omnes summum bonum, & vltimus finis dicitur. Summum autem bonum vocamus id quod habet omnes rationes boni & nullã habet rationem mali, siue cui nihil deest, nec potest ei fieri additio, & hoc constat apud sapientes non esse nisi vnum, scilicet deum, qui est in infinitæ bonitatis, a quo omnia alia bona pendent inesse, fieri, & conseruari, & per cuius adeptionem & vnioné angeli, & homines beatitudinem ipsius participantes, beatificantur. Hinc est quod duplex a doctoribus assignatur beatitudo, siue fœlicitas, quædam dicitur obiectiua, & materialis quædam formalis. Beatitudo obiectiua siue materialis est summum bonum secundum se siue id quo est uera ratio siue definitio summi boni. Beatitudo autem formalis consistit in attinctione, & coniunctione summi boni. Et quum hæc attinctio, & coniunctio fiat per operationem immanentem, hoc est quæ subiectiuatur in operante, hæc beatitudo dicitur formalis subiectiua, & denominatiua. Et est summa perfectio creaturæ, quia coniungit & vnit eam suo primo principio & vltimo fini. Summum enim bonum secundum se acceptum non denominat aliquem beatum nisi sit adeptum & vnitum, & sic adeptio & consecutio summi boni dicitur beatitudo denominatiua, quia, scilicet denominat aliquem beatũ, per hanc enim adeptionem, & consecutionẽ dicitur quis bene esse, quod dicitur esse ratio formalis beatitudinis. Quantũ ad beatitudinẽ formalem, scilicet bene esse, oẽs conueniunt. vnde D. Boetius, & D. Aug. in 13. de Trinit. dicunt, Omnia certa sententia est, qui rõne quoquo modo vti possunt, beatos omnes homines vel velle, Veruntamen quantum ad beatitudinem obiectiuam, siue quantum ad id quo inuenitur ratio beatitudinis, & summi boni, non omnes conueniunt. Sicut enim omnes gustus conueniunt in dulcedine, (Omni enim gustui dulce est delectabile, sed aliquibus maxime est delectabile dulcedo vini, quibusdam dulcedo mellis, aut alicuius talium.) Sic omnes volunt, & appetunt beatitudinem, & bene esse. Sed aliqui posuerunt, & ponunt bene esse, in diuitiis, siue in acquisitione, & possessione diuitiarum, alii in honoribus, alii in gloria, alii in potestate, alii in bonis corporis, aliqui in voluptate, vt Epicurus, alii in

Summum bonum quid dicatur.

1.2.q. 1. art. 7.

Beatitudo duplex.

3. de consol.

13. de Trin.

Licet omnes conueniant in uelle bene esse, non tamen in id in quo illud ueraciter inuenitur.

E 129 amicis, alii in aliis bonis seu adeptione aliorum bonorum. Et fuit tanta diuersitas inter antiquos, quod D. Augu. 19. de Ciuit. Dei, recitat Marcum Varronem ducentas octoginta sectas circa hoc memorasse, sed omnes faciliter reprobantur. Sicut enim illud iudicatur simpliciter melius dulce, in quo maxime delectantur, qui habet gustum dispositum, ita illud bonum oportet esse summum & completissimum, quod appetit qui habet appetitum bene dispositum. Talis autem dicitur esse, qui appetit illud, in quo reperitur vera ratio siue definitio summi boni, scilicet quod habet omnẽ rationem boni, & nullam mali, cui nihil deest, nec potest fieri additio, sed nullum est tale nisi Deus, vt patet discurrenti per singula, igitur in solo Deo est vera beatitudo, siue in eius coniunctione, quam bene describit D. Boetius in tertio de Consola. dicens, Beatitudo formalis est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Ex quibus habetur, quod tria requiruntur ad veram beatitudinem. Primum est omnium, & solum bonorum aggregatio. Secundum, quòd sit status & stabilitas, sic quod illa aggregatio non sit per modum transeuntis, sed semper maneat, & non possit auferri neque amitti. Tertium, quòd sit status perfectus, hoc est quod habens illam sit certificans, quod non possit ab eo auferri, alias posset timere, quod ei aliquid deesset. Sed talis status non potest haberi in adeptione rerum creatarum, vnde idem lib. 2. Pros. 4. dicit, Quis tam compositæ fœlicitatis vt non aliqua ex parte cum sui status qualitate rixetur? & Iob. 14. Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miseriis. Vnde sequitur quod in hac mortali vita vera beatitudo haberi non potest.

280. sectæ fuerunt circa beatitudinem.

Tria ad beatitudinem requisita.

Ver. 1. *De Multiplici Beatitudine.*

Beatitudo naturalis & superna turalis. CVM Deus (qui est summum bonum & beatitudo obiectiua) possit dupliciter cognosci, scilicet cognitione naturali, inquantum principium & author naturæ, & cognitione supernaturali, & gratuita, consequens est quod duplex sit beatitudo, Quædam naturalis, qua natura intellectualis clare cognoscit Deum vt principium naturæ, & inquantum huiusmodi diligit, & talem videtur Philosophus posuisse a primo Ethi. Tali beatitudine fuerunt beati angeli in primo instanti suæ creationis; in quo clare cognouerunt deum vt primum principium & authorem naturæ. Tali beatitudine sunt & erunt beati paruuli decedentes absque circuncisione in antiqua lege, etiam ante vsum rationis absque baptismo in noua, cum anima eorum fuerit creata ad summum bonum intelligendum, nec ipsi personalem posuerint obicem. *Paruuli absque gratia decedentes naturali beatitudine potiuntur.* F 126

Alia est beatitudo supernaturalis & gratuita, & ista consistit in cognitione Dei, non solum vt est principium & author naturæ, sed etiam vt est author beatitudinis supernaturalis, vt est trinus & vnus, redemptor & glorificator. & hæc est duplex, scilicet perfecta, & imperfecta. Perfecta consistit in clara visione diuinæ essentiæ, iuxta illud Ioan 17. Hæc est vita æterna. vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti, Iesum Christum. Et hæc adhuc est duplex, scilicet per modum transeuntis, & per modum permanentis. Per modum transeuntis, quando aliquis videt Deum per aliquod tempus, sed non permanenter, & hæc potest haberi in hac vita. Moyses enim eam habuit, vt habetur Nume. 12. Si quis fuerit inter vos propheta domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquar ei, palam, & non per ænigmata & figuras Deum uidet. Hanc etiam habuit diuus Paulus in raptu, de quo 2. Corin. 12. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus nescio. Deus scit, raptum huiusmodi hominem, vsque ad tertium cœlum. Et scio huiusmodi hominem, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit, quoniam raptus est in paradisum, & audiuit arcana uerba, quæ non licet homini loqui. Ad hanc visionem per modum transeuntis requiritur quod non vtatur sensibus, vt dicit Diuus Thomas, propter illa verba, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit. Hoc intelligendum est primo de corpore mortali, quia post resurrectionem Sancti videntes Deum, poterunt vti sensibus corporis. Secundo nisi propter vnionem hypostaticam, vt in Christo qui habebat corpus passibile, & nihilominus vtendo sensibus corporis videbat Deum. Hæc autem clara visio per modum transeuntis quod ad actum videndi, dicitur beatitudo perfecta, sed non quantum ad statum videntis, quia (vt dictum est) ad statum beatitudinis requiritur continuatio perfecta, & immobilitas: Et ideo beatitudinem perfectam & completam siue claram visionem dei continuam & permanentem non potest homo habere in hac uia & sic intelligitur illud quod dicebat Deus Moysi. Exo 33. Non enim videbit me homo, & viuet. Alia est beatitudo imperfecta, quæ est per cognitionem ænigmaticam, & aliqua participationem beatitudinis, vt in spe, & hæc potest haberi in via. Vnde Psal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Hæc beatitudo euacuabitur, vt dicitur 1. Corinth. 13. Videmus nunc per speculum & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.

Ioan. 17. *Nume. 12* *2. Cor. 12.* A 129 *Quodli. 1. art. 1.* *Beatitudo perfecta nō pōt haberi in hac uia.* *Exo. 33.* *psal. 118.* *1. Cor. 13.*

Ver. 2. *De essentia Beatitudinis perfectæ.*

ESSENTIA beatitudinis (prout beatitudo includit omne illud quod pertinet ad perfectionem hominis) non consistit in vnico actu duntaxat, sed in pluribus, scilicet in clara visione diuinæ essentiæ, quæ est actus intellectus, & in fruitione, delectatione & quietatione voluntatis, & cōsequenter in dotibus corporis. Sed sic accipiatur beatitudo pro eo quod est principale in beatitudine, tunc beatitudo perfecta consistit principaliter & essentialiter in actus intellectus. vnde Ioā. 17. Hæc est vita æterna vt cognos- B 129.

Ioan. 17.

vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti, Ieſum Chriſtum. Cognoſcere autem eſt actus intellectus, Igitur. D. Aug. dicit, Summa merces animæ eſt intueri Deum Et in 1 de Trini dicit quòd viſio eſt tota merces Et quāuis dilectio dei in hac via ſit perfectior & magis meritoria cognitione, eo quòd intellectus in via non fertur immediate in Deum, ſed per ſpeciem, ſed voluntas fertur immediate & abſque ſpecie ſiue ſimilitudine in ſe recepta in eum, non tamen ſequitur quòd dilectio ſeu fruitio in patria ſit perfectior viſione, Quia ibi intellectus immediate & abſque ſimilitudine fertur & terminatur in Deum, & fruitio præſupponit viſionē, & pedent ab ea, & non econuerſo, imò etiam cognitio dei in via eſt nobilior dilectione in eſſe naturæ, quum dilectio præſupponat cognitionem, & quodam modo pendeat ex ea, & non econuerſo. licet non in eſſe morali ſiue meriti cuius præmium non reſpondet neceſſario, potentiæ merenti, prout in foro politico brachia pugnant & merentur, & caput coronatur. De nobilitate intellectus & voluntatis ſufficienter dictum eſt. 1. de Ciu. cap. 8 § 5 ver. 11

Ver 3. *De Modo Viſionis Beatificæ.*

VISIO Beatifica oculis corporalibus fieri non poteſt cum occulus corporalis non poſſit videri, niſi corporea & quanta colorata, ſed Deus non eſt corporeus, & per conſequens nec quantus, aut coloratus, cum ſit ſpiritus, Ioan. 4. Nec imaginandum eſt quod potentia viſiua corporalis poſſit eleuari ad viſionem ſubſtantiæ angelorum aut Dei quia hoc repugnat naturæ eius, ſicut repugnat Leoni quod tantum eleuetur vt fiat rationalis, Tunc enim ſequeretur implicatio contradictionis, ſi quod potentia viſiua eleuetur ad viſionem ſubſtantiæ angelorum aut Dei, Omnis enim potentia ſpeciem ſumit ab obiecto, vltra quod ſe extendere non poteſt: cum igitur obiectum potentiæ viſiuæ ſit color, ſequitur quod nihil poteſt videre niſi ſub ratione colorati, & quemadmodū oporteret Leonem corrumpi, antequā tranſiret in aliam ſpeciem, ſic & potentiam viſiuam, antequā perciperet angelos. Nec obſtat quod habetur Eſa. 1. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, quia non eſt intelligendum de ſubſtantia, ſed de accidentibus humanitatis. Nec obſtat pariter, quod dicitur Iob 19. Et in carne mea videbo Deū, quia loquitur de reſurrectione, & non dicit oculis corporalibus, ſed oculo intellectuali, Neceſſe eſt ergo dicere quod viſio beatifica erit per intellectum. Omnis autem viſio quæ habetur de Deo, per ſpeciem concreatam, aut per ſpeciem infuſam, aut abſtractam, eſt ænigmatica & non clara, cum nulla ſpecies ſiue ſimilitudo creata, & finita poſſit perfecte repræſentare Deum, qui eſt infinitum finiti enim ad infinitū nulla eſt proportio Clara igitur viſio Dei eſt viſio immediata diuinæ eſſentiæ, quādo intellectus videt eam per ipſammet vt ſcilicet in tali viſione diuina eſſentia ſit id quod videtur, & quo uidetur Quod autem hoc ſit poſſibile, patet ex illo. 1. Ioan. 3. Cum apparuerit, ſimiles ei erimus, & videmus eum ſicuti eſt. & 1. Cor. 13. Videbimus eum facie ad faciem quod de facie corporali intelligi non poteſt, cum diuina eſſentia non ſit corporalis. Vnde Eſa. 40. Cui ſimilem feciſtis Deum, aut quam imaginem ponetis ei? Ideo D. Paulus declarat dicens, Nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum, ſed Deus cognoſcit nos abſque ſpecie ſiue ſimilitudine intermedia, igitur & Sancti Deum, & in hoc erunt ei ſimiles, ſicut dictum eſt. & 2. Pet. 1. dicitur, Per quem maxima & pretioſa nobis dona donauit, vt per hoc efficiamini diuinę conſortes naturæ. Non apparet quomodo ſimus conſortes diuinæ naturę, niſi ipſi mediate vniamur ſicut petebat Chriſtus, Ioa. 17. Rogo pater, vt omnes vnum ſint, ſicut & nos vnū ſumus, & ſicut ipſe per eſſētiā ſuā videt ſe, ſic etiam & nos per eſſentiā ipſius videamus eum, & cognoſcamus eū, ſicut ſumus cogniti ab eo. Ratione etiam probari poteſt, quia cum Deus & natura nihil faciat fruſtra, vt habetur, 2. Phyſi & omnium mentes, præcipue eorum qui ſunt in gratia, deſiderent uidere eſſentiam Dei, & conſequi uitam ęternam, ſequitur quòd, poſſibile eſt intellectum humanum gratia informatum, uidere diuinam eſſentiam, cum talis uiſio ſit uita æterna. Verum quia nullus intellectus ex ſuis naturalibus

1. p. q. 12 art. 1.
Ioan 4.
Viſio diuinæ eſſentiæ per occulis corporalem fieri non poteſt.
Eſa. 1.
Iob. 19.
3. contra Gent. c. 51
1. Ioan. 3.
1. Cor. 13.
Eſa. 40.
2. Pet. 1.
Ioan. 17.
2. Phy.

potest ad hanc claram visionem peruenire, cum teste Phil. sic se habeat intellectus noster ad manifestissima naturæ, sicut oculus noctuæ ad lumen solis, & Apostolus, gratia Dei, vita æterna. Ideo necesse est vt intellectus per aliquod gratuitum donū quod excedat suam naturam, eleuetur ad clare videndum Deum Illud autem donum eleuans intellectum ad videndam immediatè diuinam essentiam, vocatur lumen gloriæ de quo Psal. In lumine tuo videbimus lumen scilicet indeficiens. De hoc etiam Apoca. 21. Claritas Dei illuminabit eam, scilicet societatem Sanctorum videntium Deum De hoc lumine habetur in Clement. ad nostrum, de heret sumpta ex concilio Viene non vbi reprobatur secta Begardorum cum erroribus suis, inter quos quintus erat quòd anima non indigebat lumine gloriæ ipsam eleuante ad Deum videndum, & eo beata fruendum, licet aliqui negat de lumine habituali, & dicant sufficere ipsam visionem, quam vocant lumen formale. Verum determinatio Ecclesiæ (vt ex eius verbis apparet loquitur de lumine habituali permanente, & hoc etiam Psal. satis expresse dicit cum ait, In lumine tuo, scilicet supperadito, videbimus lumen. Hoc autem lumen non requiritur ad hoc quòd essentia diuina fiat intelligibilis actu, sicut res materiales per lumen intellectus agentis, quum diuina essentia sit semper intelligibilis actu, sed ad hoc vt intellectus fiat potens ad intelligendum & videndum Deum per modum quo potentia fit virtuosior ad operandum per habitum, sicut etiam lumen corporale necessarium est in visu exteriori, inquantum facit medium transparens in actu, vt possit moueri a colore Et sic lumen gloriæ non requiritur vt similitudo in qua deus videatur, sed quasi perfectio quædam intellectum confortans ad videndum Deum, per quam fit deiformis. & ideo potest dici, quod non est medium in quo Deus videatur, sed sub quo videtur, & hoc non tollit immediatam visionem dei.

3. Meth. Rom. 6. Psal. 35. Apoca. 21. — *Ad quid lumen gloriæ requiritur.* — D 130

¶ Nec requiritur quòd hanc dispositionem præcedat alia dispositio, quia tunc esset processus in infinitum, quemadmodum enim gratia, quæ est habitus supra naturam, non prærequirit aliam dispositionem permanentem, sic nec lumen gloriæ. Hoc lumen succedit fidei, quę eo adueniente desinit esse sicut dictum est.

Ver. 4. *De Quantitate Visionis Beatificæ.*

CVM Visio beatifica sit spiritualis, non dicitur proprie quanta secundum essentiam suam, sed solum secundum obiectum dicitur extendit, vt visio illius qui plura videt in verbo dicatur maior visione illius qui pauciora videt. Ad cuius euidentiam notandum est quod habetur Esa. 29. Miscuit vobis dominus soporem scilicet mortis claudet oculos uestros prophetas & principes vestros, quam vidēt visiones, operiet & erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, ex quo videtur sequi quod beati videbunt omnia. Ideo D. Greg. dicit, Quid nō vident, qui videntem oia uidēt? Veruntamē hoc nō est intelligendum absolute & simpliciter. Quidam limitāt de his quæ Deus uidet scientia conclusionis, & non simplicis intelligentiæ, quia tūc cōprehēderent uerbū sicut, qui uideret oēs uisiones ex uno principio deducibiles comprehenderet illud nō solum extensiue, sed etiam intensiue, quia maior intensio luminis requiritur in duabus, quam in una. Veruntamen quicquid sit de illo, hęc limitatio nō uidetur sufficere, quia secundum D. Dio. 7. c. cœlestis Hierar. inferiores angeli licet uideant diuinam essentiam, purgantur per superiores a nescientia. Vnde Esa. introducuntur inferiores angeli interrogantes superiores, & dicentes, Quis est iste qui uenit de Edom, tinctis uestibus de Bosra? & sic non uidebant. Et D. Paulus dicit sibi creditam gratiam dispensandi mysterium sacramenti absconditi a seculo in deo vt innotesceret principatibus & potestatibus, per ecclesiam multi formis sapientia Dei, secundum præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Præterea angeli nesciunt futura contingentia, neque cogitationes cordium, nec diem authorem iudicii de primo, Esa. 51. Annunciate quæ uentura sunt in futurum, & sciemus quia dii estis uos. de secundo, Hiere 17. Ego dominus scrutans cor, & probans renes. De Tertio, Mar. 13 De die autem illo uel hora nemo scit, neque angeli in cœlo, & tamē uident diuinam essentiam Præterea lumen gloriæ quod eleuat intellectū uidētium

1. p. q. 12. art. 8. Esa. 29. 4. Dia. Esa. 63. Eph. 6. Esa. 51. Hier. 17 Mar. 13. — E 130

Deum,

Deum est aliquid creatum & finitum, ideo non potest eleuare potentiam ad infinitā actiuitatem. Nec tamen propter hoc sequitur, quod Sancti non cognoscant clare infinitatem Dei, sed bene, quod non comprehendant. Insuper illuminationes inferiorem angelorum fient a superioribus vsque in diem iudicii, & scientia angelorum, & animarum beatarum potest augeri, sicut & alia quæ pertinent ad præmium accidentale, sed post diem iudicii non proficient, quia tunc erit ultimus status rerum. Ideo D. Tho. dicit quod possibile est quod post diem iudicii, omnes omnia cognoscant quæ Deus cognoscit, scientia uisionis, illud tamen non affirmat verum. *In 4. sent. dist 9.q.2. art.5.*

D ¶ Resolutio huius quæstionis est, quod Sancti vident diuinam essentiam secundum proportionem luminis gloriæ, quod proportionatur gratiæ, & ideo qui in maio-
130 ri gratia sunt, plura vident, & cum lumen gloriæ non augeatur in resurrectione, sequitur quod Sancti post resurrectionem corporum non plura neque perfectius videbant in verbo, quam ante, licet habeant perfectius esse ad quod sequitur perfectius operari, quia uisio non respondet esse naturali, sicut operationes naturales, sed gratuito & lumini gloriæ. Nec est necesse, quod qui cognoscit causā, cognoscat omnes effectus eius nisi comprehendat causam. Sicut nec qui uidet speculum, videt omnia quæ sunt in speculo, nisi comprehendat speculum, quod fieri non potest, quando est infinitum & voluntarium, vt diuina essentia. Et ad authoritates Esa. & D. Grego. dici potest, quod videant omnia quæ ad eorum beatitudinem pertinent. Et ideo Sancti uident in verbo orationes eorum qui inuocant eos alias non essent perfecte beati, si ignorarent ea quę eos quæ specialiter tangunt: Verisimile aliquibus videtur quod minimus beatus multo plura videat in verbo, quam cognouerint omnes viatores in terra. Certum tamen est, quod omnia, quæ per fidem credimus, clare videbimus, iuxta illud, Psal. Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate domini virtutum, imo dicemus sicut regina Saba, quę dicebat. Verus est sermo quem audiui in terra mea, de uirtutibus & sapientia tua, Nō credebam narrantibus, donec ipsam venissem, & uidissent oculi mei, & probassem me dietatem sapientiæ tuæ vix fuisse narratam. Vicisti famam virtutibus, &c. Applicatio est facilis. Cum igitur Sancti uideant secundum proportionem gratiæ & luminis gloriæ, sequitur quod vnus alio perfectius & plura videt prout Aposto. de gloria corporum, quæ pendet & fluit a gloria animæ, dicit, Alia est claritas solis, alia stellarum, & stella differt a stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum. *Visio proportionatur lumini gloriæ.* *Psal. 47.* *2 par. 9.* *1. Cor. 15*

§. 1. *De loco uisionis beatificæ.*

A LOCVS visionis beatificæ in sacris literis dicitur Paradisus. Vnde Christus, H-
130 odie mecū eris in paradiso, & recte dicitur Paradisus, quia Paradisus, idem est quod pomerium siue hortus delitiarum. Vnde Ezech. 28. In delitiis paradisi dei fuisti. Sed non possunt esse maiores delitiæ, quam in visione diuinæ essentiæ, in qua omne bonum continetur, sicut dictum fuit Moysi, Exo. 33. Ostendam tibi omne, bonum ideo non immerito dicitur Paradisus. Sed quia duplicem paradisum in sacris literis reperimus, scilicet Cœlestem & Terrestrem, ideo breuiter de quolibet illorum aliquid dicendum est. *Luc. 23.* *paradisus, quid.* *Exod. 33.*

Ver. 1. *De paradiso Terrestri.*

B DE paradiso Terrestri habetur Gen. 2. Plantauerat autem Deus paradisum vo-
130 luptatis a principio, in quo posuit omne lignum pulchrum visu & suaue ad vescendum, lignum etiam vitæ in medio paradisi & fluuius egrediebatur de loco paradisi, ad irrigandum paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Et infra Tulit ergo Deus hominem & posuit in paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret illum, Donec completo numero electarum Adam cum posteritate transferretur viuos in paradisum cœlestem. In hoc paradiso tulit unam de costis Adæ dormientis (quę scilicet erat superflua supposito, sed non naturæ, prout semen) & ædificauit in mulierem, & duxit eam ad Adam, & matrimonio iunxit. Deinde præceptum generationis dedit, dicens. Crescite & multiplicamini & replete terram. Et vt maiorem haberent merendi occasionem ac ut eundem plasmatorem dominum recognoscerent, datis eorum usum cunctis arboribus, lignum scientiæ boni, & mali pro- *1.p.q.102* *Gen. 2.*

libuit, sub interminatione duplicis mortis, f. spiritualis, & corporalis. Sed proh dolor Eua a diabolo seducta comedit, & viro tradidit ad edendum, qui ne contristaret eius delitias, etiam comedit & sic ambo præceptum domini transgressi sunt & se nudos omnibus gratiis & donis spiritualibus conspicientes folia fici consueuerunt, & fecerunt sibi perizomata, & vocati a domino, culpam suam non recognoscentes, & semetipsos excusantes, sententiam contra se audierunt Gene 3. Et emisit eos Deus, vt Adam operaretur terram, de qua assumptus est, scilicet ad campum Damascenum a quo & ciuitas Damasci dicta est, de qua Actuum. 9. Et quanuis non habeatur in sacris, quod reductus fuerit in campum Damascenum, Diuus tamen Anthoninus archiepiscopus Florentinus, in prima parte historiali, titu 1. cap. 1. § 4. dicit uerisimile esse quod in agrum Damascenum emiserit eos Deus Nam in eodem agro Cain occidit Abel, & sepulchrum Adę ibi fuisse dicitur, sed postmodum translatum fuit corpus eius ab Abraham in speluncam duplicem in ualle Ebron, Et ne ipsi, aut filii eorũ redirent ad paradisum & ederent de ligno vitæ, collocauit Deus ante paradisum voluptatis Cherubim & flammeum gladium atque uersatilem, ad custodiendam viam ligni vitę Paradisus Terrestris, secundum diuum Augustinum ad Orosium, in Oriente situs est, interiecto Oceano, & ab orbe nostre longe remotus, in altissimo & temperato loco constitutus, ad quam aquæ diluuii minime peruenerint, alias Enoch submersus fuisset Hic locus a primi hominis reatu interclusus est, nec ulli hominum patet aditus. Ad hunc locum translati dicuntur Enoch & Helias, qui futuri sunt duo testes contra Antichristum, de quibus Apoc 11. Dabo duobus testibus meis & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis. De translatione Enoch habetur Gen. 5. Ambulauit Enoch cum deo, & non apparuit, qui tulit eum dominus. & Eccle. 44. Enoch placuit deo, & translatus est in paradisum, vt det gentibus sapientiam De Helia vero 4 Reg 2. Cumque pergerent & sermocinarentur (scilicet Helias & Helisęus) ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumque, & ascendit, Helias per turbinem in cœlum, & Eccle 44. Qui receptus est in turbine ignis, & in curru equorum igneorum uiduo testes viuunt ex herbis & fructibus lignorum paradisi. Et cum uirtus caloris naturalis incipit debilitari, edunt de ligno vitæ quod reparat d. fectum caloris naturalis, & tenet, & conseruat eos in statu ac dispositione, in qua erant quando translati sunt. Ab hoc loco eductus est Helias ad mõtem Thabor, cum anima Moysi ex lymbo in corpore assumpto & viderunt Christi transfigurationem & perfecto mysterio uterque ab angelo custode in locum suum reductus. Helias tamen reuersurus est tempore Antichristi, vt amplius dicetur infra, cum de Antichristo fiet mentio.

Gen. 3. *Act. 9.* *Paradisus terrestris ubi sit.* *Enoch, & Heliæ translatio in paradisum.* *Mat. 17.* *Mar. 9.*

C 131

¶ Ex præmissis patet paradisum terrestrem (de quo Gen. 2) non esse vniuersã terram, cum vniuersa terra non sit locus voluptatis, nec ab uniuersa terra Adam statim post peccatum fuerit emissus, nec de ligno uitæ possit haberi cognitio, neque ea quæ scripta sunt Gen. 2 possunt bene saluari, maxime de fonte & quatuor fluminibus, qui certis terris circuendis deputati sunt, quorum initia non inueniuntur in medio uniuersæ terræ, nec etiam de Cherubin & flammeo gladio atque uersatili Nec euasiones eorum qui oppositum sustinent, satisfaciunt literæ siue sensui literali, a quo solo, secundum diuum August. trahitur efficax argumentum.

Ver. 2. De Paradiso Cælesti.

VISIO beatifica quæ dicitur Paradisus, communicatur vbi deus uult, & prout cõmuniter dicitur, ubi Papa, Roma, & Vbi Rex, ibi curia, sic paradisus, ubi deus communicat suam claram uisionem, & sic fuit in deserto, quando apparuit Moysi, & prope Damascum, quando Paulus raptus fuit & in lymbo patrum in triduo mortis Christi Vnde Luc. 23. dicitur latroni, Hodie mecum eris in paradiso, in quo tamen die descendit ad inferos, & secundum aliquos, per quadraginta dies extra apparitiones in paradiso terrestri, in quo dicunt Christum mansisse tanquam in digniori loco, & magis conuenienti corpori glorificato. Ordinarie tamen communicatur in cœlo Empyreo, quod est cœlum immobile, & lucidissimum, in quo secundum

Paradisus cælestis quid et ubi *Nume. 1.* *2. Cor. 12.*

D 132

cundum Damas. fuerunt angeli creati, dicit enim quod cœlum Empyreum mox, ut fuit factum, fuit angelis repletum, datæque sunt singulis certæ sedes & mansiones locales ad ornandum eas, quæ quidem sedes & mansiones distinctæ & diuisæ sunt in tribus hierarchiis & nouem ordinibus, de quibus Christus, In domo patris mei mansiones multæ sunt. In hoc loco a principio omnibus angelis cognitionem & beatitudinem naturalem perfectam Deus tribuit, quia omnes clare cognouerunt Deum esse unum solum principium, & authorem naturę. Communicauit etiam beatitudinem gratuitam imperfectam, quia fuerunt, secundum D Aug. creati in gratia, & virtutibus, in quibus si perstitissent, consecuti fuissent beatitudinem perfectam. Verum Lucifer cauda sua (hoc est suggestione sua) traxit tertiam partem stellarum, hoc est angelorum, qui cum eo ceciderunt, prout diffusæ diximus cum de casu angelorum ageretur. Boni vero angeli beatificati sunt, & qui ad custodiam deputati sunt, propter ea quæ in istis inferioribus agunt, uisionem illam non intermittunt, vnde Christus, dico, enim uobis quod angeli eorum in cælis, semper vident faciem patris mei qui in cœlis est, scilicet speciali modo per communicationem claræ uisionis suæ essentiæ. Et quia sedes malorum angelorum, qui ceciderunt & proiecti sunt, manserunt uacuæ, dicuntur ruinatæ, has tamen ruinas impleturus est deus per homines qui mandata illius seruabunt. Vnde Psal. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, ante iudicium quo ad animas, post iudicium quantum ad corpora. Ex præmissis patet quod ordines angelorum non solum sunt secundum dignitates eorum, sed etiam secundum locum, qui valde magnus & extensus est. Si consideretur quod ex uno pugillo terræ fiunt decem aquæ, & ex uno aquę decem aeris, & sic deinceps multiplicando, ut aqua sit in decuplo maior terra, & sic de aliis elementis, & de cœlis vsque ad cœlum Empyreum, quod est decimum, apparebit cœli Empyrei magnitudo & extensio atque altitudo, quam admirans Baruch exclamabat dicens, O Israel, quam magna est domus dei, & ingens locus possessionis eius? Magnus & non habet (hoc est non uidetur habere) finem, excelsus & immensus. Locus excelsior sine sublimior debetur Christo, iuxta illud, Dixit dominus domino meo, Sed a dextris meis, hoc est in potioribus bonis. Post Christum est D. Virgo Maria, ideo cantat Ecclesię, Exaltata es sancta dei genitrix super choros angelorum ad cœlestia regna. & D. Ioseph, secundum aliquos, deinde Apostoli, iuxta illud, Sedebitis super sedes duodecimo, & 24 seniores, qui videntur facere quartam hierarchiam, deinde alii sancti mixti angelis secundum eorum merita. vnde Christus, Erunt sicut angeli dei in cœlo, non solum quo ad generationem, sed etiam quantum ad mansiones & sedes.

Ioan. 14. *Lucifer cauda sua quod traxerit.* *Mat. 18.* *Psal. 109.* *Magnitudo paradisi quanta.* *Baruch. 3.* *Psal. 109.* *Mat. 12.* *Apo 4. et 5* *Mat. 22.*

E §. 2. *De Beatitudine Essentiali.*

131 BEATITVDO iterum diuiditur in beatitudinem essentialem & accidentalē. Et quia beatitudo, est merces & præmium, quod datur pro meritis, ideo præmiū duplex esse dicitur scilicet essentiale & accidentale, Beatitudo essentialis siue præmiū essentiale est clara uisio diuinę essentię, & fruitio siue gaudium, quod habetur ex illa visione clara, dicitur præmium essentiale, & dicitur uita ęterna, ut dictum est Hoc præmium respondet & proportionatur habitui gratię seu charitatis, iuxta illud, Gratia dei, uita æterna, Sic quod qui habet habitum gratię aut charitatis magis intensum, seu ut plures loquendo, qui maiorem habebit gratiam, maiorem habiturus est gloriam & maius præmium essentiale, Hoc pręmium aliquando in sacris literis dicitur corona vitæ, iuxta illud, Esto fidelis usque ad mortem. & dabo tibi coronam vitæ, Aliquando autem uocatur corona aurea, sicut de quolibet Sancto cantat Ecclesia, Corona aurea super caput eius, expressa signo sanctitatis Hoc autem dicitur metaphorice & similitudinarie ex parte meriti & ex parte præmii, ex parte quidem meriti quia sicut legitime certantes & pugnantes in acie, prēmiātur corona, secundum illud, Nō coronabitur, nisi qui legitime certauerit, cum ergo malitia sit uita hominis super terram, præmium quod datur legitime militātibus, dicitur corona Ex parte præmiū etiam sumitur similitudo, quia reges coronantur, & signum regiæ potestatis

Beatitudo duplex. *Prēmium duplex.* *Beatitudo essentialis.* *Rom 6.* *Apoc. 2* *Eccle. 45.* *2. Timo. 2.* *Iob. 7.*

testatis est corona aurea; quæ perfectionem quandam significat, primo ratione materiæ, quia aurum est nobilius metallum, secundo ratione figuræ quia figura circularis est perfectissima, Sed per uisionem diuinæ essentiæ & beatitudinem aliquis efficitur particeps diuinitatis, & consors diuinæ naturæ & per consequens regiæ potestatis, iuxta illud, Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes & D. Petr us, Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Conuenienter ergo præmium essentiale dicitur corona aurea, quia est id quod perfectissimum datur eis.

2. Petr. 1. Apoc. 5. 1. pet. 2.

Ver. 1. De beatitudine et præmio accidentali.

Beatitudo accidentalis quid. BEATITVDO accidentalis siue præmium accidentale est id quod consequitur illam uisionem, & nō est de essentia beatitudinis, scilicet gaudium de bono creato de dotibus corporis. Gaudebunt enim Sancti de bonis operibus per eos & per alios factis, secūdum proportionem gratiæ & charitatis, Sic quod ille qui est in maiori charitate, magis gaudebit de bono opere facto in minori charitate, quam ille qui fecit, Hæc communicatio fundatur in illo uerbo Psalm. Particeps ego sum omnium timentium te. Gaudebunt etiam de dotibus corporis, & de singulari uictoria contra carnem, mundum, & diabolum. Hoc præmium dicitur accidentale, quia absque illo essent beati. Nota tamen quod omne gaudium de his quæ uidētur in uerbo, quamuis sit de prædictis operibus eorum, dicitur essentiale, sed gaudium quod habetur per species acquisitas vel infusas, est accidentale. Præmium accidentale respondet actui charitatis & aliarum uirtutum per charitatem ordinatarū. Et quia in actu charitatis duo sunt, scilicet essentia actus, & conatus siue intensio quæ ex natura sua importam difficultatem, ideo essentiæ actus datur pro præmio gaudium de illo, conatui vero & difficultati datur pro præmio satisfactio pœnæ, uel deletio reatus siue obligationis ad pœnam sustinendam si egeat, si uero non egat, datur illi cui per operantem applicatur, & si non applicetur, reponitur in thesauro Ecclesiæ, de quo inferius dicetur. Præmium accidentale est quadruplex, siue quatuor reducuntur ad ipsum, scilicet gaudium de bonis operibus, satisfactio siue deletio reatus pœnæ, dos corporis, & aureola. Primum satis clarum est ex dictis, de secundo uidebitur quum de satisfactiones & indulgentiis agetur. Ideo de dotibus corporis & aureolis hinc dicendum est.

F 131 (right margin, beside "BEATITVDO"); Psal. 118. (left margin, beside "qui fecit"); A 132 (right margin, beside "respondet actui"); ca. 16. § 6 ver. 20 (left margin, beside "tem applicatur"); *Præmium accidētale quadruplex* (left margin)

Ver. 2. De Dotibus corporis.

QVIA in iustificatione inter Christum et animam contrahitur matrimonium, quod habet quandam similitudinem cum carnali, ideo sicut quando sponsa traducitur ad domum sponsi carnalis, sponsa recipitur ornata & dotata, ita enim doctores, Theologi assignant aliquas dotes spirituales beatis, qn̄ introducuntur in domū spōsi hoc est in regnū paradisi. Similitudo tn̄ non tenet in oībus, quia dos datur ad sponsa, vt in collatio supportanda onera matrimonii, sed in paradiso nullum est onus, ideo non datur ad supportanda oneras sed in solatium & iocunditatem. Et quamuis communiter dos detur uiro a sponsa, tamen quando sponsus est ditissimus, & sponsa pauperrina, præ nimio amoris affectui sponsus dotat sponsam, sicut dixit Sichem Iacob, & filiis suis, Augete dotem, & munera postulate Cum ergo Christus sponsus sit ditissimus, in cuius domo sunt diuitiæ & gloria, diues in omnes qui inuocant illum, in cuius fœmore est scriptum, Rex regnum, & dominus dominātiū, propter nimiam charitatem quā dilexit sponsas suas, hoc est animas iustas, conuenienter dat eis ornamenta, quæ nomine dotis nominari solent. Vnde Psal. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata uarietate. Annulus est fides, Oseæ. 2. Desponsabo te mihi in fide. Charitas est uestitus deauratus, Monilia uaria sunt uirtutes infusæ, & dona spiritus sancti in hoc mundo, sed nobiliora ornamenta et dotes dat cum introducitur in domum siue regnum, & quo ad animam dat lumen gloriæ, quod est nobilissimum ornamentum, dat etiam uisionem, quę succedit fidei, comprehensionem, quæ succedit spei, fruitionem, quę succedit charitati. Veruntamen quum dotes distinguantur a beatitudine, quia sunt habitus vel dispositiones, & omnes aliæ qualitates quæ ordinantur ad perfectas

B 133 (right margin, beside "QVIA"); *Dos ad quid datur & a quo.* (left margin); Gen. 34. (left margin, beside "communiter dos"); Psal. 44 (left margin, beside "nimiam charitatem"); *Dotes animæ.* (left margin)

opera-

operationes, in quibus consistit beatitudo, sequitur quod visio, comprehensio, dilectio, & fruitio, non dicuntur proprie dotes, sed lumen gloriæ, & virtutes perfectæ, & dona spiritus sancti. Dotes autem corporis assignantur quatuor scilicet impossibilitas, claritas, agilitas, & subtilitas, de quibus Apost. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione, quantum ad impassibilitatem, Seminatur in ignobilitate, surget in gloria quantum ad claritatem. Seminatur in infirmitate, surget, in virtute quantum ad agilitate. Seminatur corpus animale, surget spirituale, quantum ad subtilitatem. *Dotes corporis quatuor.* *1. Cor. 15.*

Ver. 3. *De impassibilitate.*

C IMPASSIBILITAS dicit negatio passibilitatis siue passionis, quæ (vt
132 supra dictum est) duplex est, scilicet corruptiua, & illa non erit in patria, iuxta illud, Absterget Deus oém lachrymam ab occulis sanctorum, & mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra, quia prima abierút. Alia est perfectiua, & illa manebit in patria quia cum gloria non tollat perfectionem sed augeat, corpora Sanctorum erunt passibilia, passione perfectiua, hoc est recipient qualitates perfectiuas, & sic poterunt esse in patria actus quinque sensuum, alio tamen modo, quam in uia, quia (vt supra dictum est) aliqui sensus immutantur immutatione naturali sicut sensus tactus, & gustus, & aliquando auditus, & odoratus Sed in patria non immutabuntur immutatione naturali, sed solum intentionali siue spirituali, sicus visus hic, & nobiliori modo in patria. Et sic gustus non immutabitur per cibum, aut potum, nec erit sensus alimenti in actu, sed spiritualiter, vel forte per immutationem linguæ ab aliqua humilitate adiúcta, quæ ab aliquibus uocatur Nectar Ambrosianum, per quam sentient omnes sapores quos volent, & idem dicunt de aliis sensibus, qui solum spiritualiter immutabuntur sine alteratione, & sic erit de sensu tactus, sicut de corpore Adæ, cui nec ignis nocere, nec gladius scindere potuisset, in statu iustitiæ originalis, multo ergo minus in patria, vbi erit maior rectitudo & subiectio corporis ad animam, quàm in statu innocentiæ. Nec claritas corporú gloriosorum impediet visum, sicut claritas solis visum. Noctuę, quia hoc est propter debilitatem potentiæ, quod non erit in patria. Quód sit auditus corporalis, patet ex illo quod cantat Ecclesia, Clare sonant iugiter organa Sanctorú. Et de odore dicit, quód odor suauissimus erunt corpora Sanctorú. Hæc impassibilitas causatur in corporibus Sanctorum ex dominio perfecto quod habet anima super corpus in quod vis animæ glorificatæ redundabit. Nec illud dominium potest aliquo modo auferri, quia ipsa erit immutabiliter Deo subiecta, quod non erat in statu innocentiæ. Per hoc dominium ligatur materia hominis (quæ secúdú se erit eiusdé conditionis sicut in via) vt non possit recipere aliquam qualitatem contraria, uel disconuenientem. Cicatrices tamen vulnerú in Christo & sanctis remanebunt, non inquantum importent aliquem defectum vel deformitatem sed inquantum sunt signa constantissimæ virtutis, quia passi sunt pro iustitia & fide, vt ex hoc, & ipsis & aliis gaudiú crescat. Nec deerunt membra separata Martyribus quia non peribit capillus de capite. *Apoc. 21.* *An & quo modo sensus erunt actu in patria.* *Nectar Ambrosianum.* *Cicatrices Christi & Martyrum manebunt in patria.* *Luc. 24.* *Mat. 13.* *Esa. 30.*

Ver. 4. *De Claritate.*

D CORPORA gloriosa habere claritatem expresse docuit Christus dicens,
133 Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris mei, & de claritate solis post dié iudicii dicit Esa. Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septépliciter sicut lux septem dierú. Claritas aút hæc procedet a gloria animæ, & redundabit in corpus. Et cum omne quod recipitur, ad modum recipientis recipiatur, sequitur quod erit corporalis, potens immutare uisum corporalem, sicut claritas Christi in monte Tabor & sic pōt ab oculo non glorioso corpus gloriosum videri. Verú quia claritas corporis gloriosi prouenit ex merito voluntatis, ideo voluntati eius subditur, vt secúdú eius imperium videatur, vel non videatur, & ideo in potestate beati erit ostédere gloriá suá, vel occultare, sicut etiam fecit Christus post resurrectionem, præcipue discipulis euntibus in Emaus. Et cum anima totaliter dominium habeat supra corpus poterit etiam suspendere actiuitatem corporis, & se occultare, & reddere, se penitus inuisibilem. *Claritas erit in potestate beatorum.* *Luc. 24.*

ſibilem. Et quia gloria corporis naturam non tollit ſed perficit, ſequitur, quod color qui debetur corpori ſecundum naturam, partim remanebit in eo, ſed ſuperaddetur claritas ex gloria. Sicut etiam videmus corpora colorata ex ſolis ſplendore relucere vel ex alia cauſa extrinſeca vel extrinſeca

1. Cor. 15. ¶ Licet autem Chriſtus dixerit quòd iuſti fulgebunt ſicut ſol, non eſt intelligendũ quod oẽs ſint æquales in claritate, prout D Paulus declarat dicẽs, Alia eſt claritas ſolis, alia claritas lunæ, & alia claritas ſtellarũ, & ſtella differt a ſtella in claritate: Cũ enim gloria corporis procedat a gloria animæ, ſequitur quòd qui maius habuerint meritũ, & maiorẽ gloriã animæ, habebunt maiorem gloriam corporis, & ita in corpore glorioſo recognoſcitur gloria animæ, ſicut color corporis in vaſe vitreo, quamuis corpus glorioſum nõ ſit trãſparens. In eodẽ etiam corpore non omnes partes eadẽ claritate refulgebunt, ſed ſecundum eorum proportionem Et quamuis ſit tanta claritas in cœlo, non impeditur nec fatigabitur viſus, quia lumen, quãtumcũ-

Eccl. 11. que intenſum naturaliter delectat viſum, iuxta illud, Dulce lumen, & delectabile oculis videre ſolem niſi forte ſint debiles vel indiſpoſiti, quod non erit in patria.

Eſa. 4. Ver. 5. *De agilitate.*

Sap. 3. CORPORA ſanctorũ fore agibilia, hoc eſt prompta & facilia ad agendum & E

mouendum ſe, & agilitate vti, teſtatur Eſa. cum ait. Qui ſperant in domino, mutabunt fortitudinẽ aſſument pennas, vt aquilæ, current & non laborabunt, volabunt & non deficient, & Sapiens, Fulgebunt iuſti, & tanquã ſcintillæ in arundineto diſcurent. Agilitas hęc deriuatur a gloria animæ in corpus, prout ſubiicitur animæ, & inquantum anima eſt motor vt ſcilicet expeditũ ſit & habile ad obediendum animæ in omnibus motibus & affectionibus eius Et cũ proueniat ex merito voluntatis 123

Agilitas ſubiacet voluntati beatorum. ſubiacet eius imperio, & ſic quando volent, poterunt viſitare manſionem Chriſti & aliorum ſanctorum, quos nouerunt in via, & omnium illorum quorum voluerint habere colloquiũ Et quãuis moueãtur in tẽpore imperceptibili, non tamen in inſtanti, quia quum omnis motus localis fiat in tempore, quum ſpacium, motus

6. Phy. & tempus ſimul diuiduntur, ſed inſtans eſt indiuiſibile, & ergo non mouentur in inſtanti.

Ver. 6. *De Subtilitate.*

QVARTA dos corporum glorioſorum vocatur ſubtilitas, quæ non debet in- F

tellegi per rarefactionem, ſiue propter paucitatem materiæ ſub æqualibus dimenſionibus, ſecundum quem modum dicimus quòd ignis, & aer, qui dicuntur ſpiritus, ſunt ſubtiliores aqua & terra, quia tantum erit de materia in corporibus glorioſis, ſicut nunc. Nec ipſa erunt in maiori quantitate aut ſub maioribus dimẽſionibus, quam tunc ſint. Nec ẽt debet intelligi hæc ſubtilitas ſecundũ modũ, quo ſubſtãtiæ ſeparatæ ſunt ſubtiles, ſicut aliqui hæretici dixerunt, quòd corpora in reſurrectione conuertentur in ſpiritum, quia hoc eſt impoſſibile, cum non communicent in materia. Ex hoc ẽt ſequeretur quòd hõ, qui naturaliter ex corpore, & anima conſtat, nõ reſurgeret, eſt hæreticum Quia ſancti habebunt materiam, carnes, oſſa, & corpus tangibile, ſicut Chriſtus dicebat, Palpate & videte quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet ſicut me videtis habere, & Iob. 19 In carne mea videbo Deum ſaluato- 123

Luc. 4. rẽ meum. Nec Apoſtolus quando dicit quòd reſurget ſpirituale, voluit dicere, quòd

Corpus beatorum quomodo erit ſpirituale. corpus ſit ſpiritus, ſed quòd plene & complete ſubſeruiet ſpiritui. Nunc enim in hac via corpus noſtrum ſubiectum eſt operationibus animæ, inquantum eſt anima ſcilicet vegetatiua & ſenſitiua, prout corpus generatur & generat, nutritur. & alteratur, creſcit & decreſcit. Quantũ autem ad ſpirituales operationes animæ, ſecundũ quod anima dicitur ſpiritus, & conuenit cũ angelis. licet aliquo modo ſubſeruiant, tamen magnum impedimentum afferunt, quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, vt dicitur Sap 9. Sed in ſtatu reſurrectionis ceſſabunt operationes animales, quia non erit generatio, vt habetur Mar. 12. Non enim nubent neque nubẽtur, ſed erunt ſicut angeli Dei. Nec erit alimentum aut nutritio, iuxta illud Apoc 7 Non eſurient neque ſitient amplius, neque cadet ſuper illos ſol, neq; vllus æſtus, ſed

corpus

corpus absque ullo impedimento & fatigatione incessanter seruiet animæ ad spiritu-
uale operationes, secundum Psal. Beati qui habitant in domo tua domine, in secu-
la seculorum laudabũt te. Sicut ergo nunc propter operationes animales corpus no
strũ dicitur animale, ita tunc propter obedientiã circa operationes spirituales, dice
tur spirituale, hoc est complete, & perfectissime seruiens spiritui: Subtilitas ergo
corporum gloriosorum siue subtilitatis modus est, ut dicantur subtilia propter per-
fectissimam corporis perfectionem ex dominio animæ ad corpus deriuatã. Ratione
A cuius corpus gloriosum dicitur spirituale, quasi omnino spiritui subiectum, quo ad
123 operationes spirituales nullo modo impediens, sed subueniens ei. Et ideo Aposto.
in spiritualitate tetigit dotem subtilitatis. Ex uirtute tamen siue ex ratione prædi- *Virtus sub*
ctæ subtilitatis non habet quòd possit penetrare, sicut res acutæ propter acuitatem, *tilitatis in*
vt ignis, & alia huiusmodi, ita quòd (vt aliqui volunt) possint per poros transire, quia *quo consi-*
esset magnæ imperfectionis, quòd sub tali quantitate generentur, nec ẽt quòd possit *stat.*
simul esse cũ alio corpore in eodẽ loco. Quia subtilitas illa non aufert corpori dimẽ
sionẽ, per quã est in loco, & resistit aliis corporibus, ne sint in eodẽ loco. Poterit ta-
mẽ ex operatione virtutis diuinæ simul esse in eodẽ loco cũ alio corpore. Sicut etiã
corpus D. Petri non habuit ex aliqua virtute indita, quòd ad eius vmbrã sanarentur
infirmi, sed fiebat virtute diuina, ad ædificationem fidei. Ita faciet virtus diuina, vt
corpus gloriosum sit simul cũ alio corpore non glorioso, ad perfectionẽ gloriæ. Et iõ
ambulabunt per cœlum empyreum, quod est indiuisibile & penetrabũt sphæras cœ *Eze. 40.*
lorum, nõ vi. tute subtilitatis, sed virtute diuina, quæ eis in omnibus ad nutum subue *Ioh. 20.*
niet, sicut in natiuitatis Christi, & in exitu sepulchri, & in ingressu ad Aposto ia-
nuis clausis. Quòd autem corpus gloriosum sit in eodẽ loco cũ alio corpore non glo-
rioso non est conueniens, secũdũ D. Tho tũ quia in eis seruabitur debitus ordo, qui
distinctionẽ debitã requiret. tũ etiam quia vnum corpus gloriosum non se opponit
alteri. Et sic nunquam deo corpora gloriosa erunt simul, nec per miraculũ vnquam *Tangere et*
fiet, licet deus facere posset. Subtilitas etiã non impedit palpabilitatem, quæ in duo- *palpare*
bus consistit: Primo in tangibilitate, quòd possit tangi, hoc est quòd habeat qualita *quid.*
tes tangibiles, quæ erunt ualde temperatæ, sed hoc non sufficit ad palpabilitatem
quia aerem, cum habeat qualitates tangibiles, tangere possumus, sed non palpare,
quia palpabile addit supra tangibile quòd resistat tangenti ut non transeat, quòd
non facit aer, ex quo patet quod omne palpabile est tangibile, sed non econuerso.

§ 3. *De Aureolis.*

B AVREOLAE nomen in sacris literis inuenitur, accipitur autem dupliciter. S.
123 communiter & propriè. Cõmuniter accipiendo aureolam, ut conuertitur cũ præmio
accidentali, quòd potest dici corona aureola per diminutionem, quia est minor co-
rona aurea, hoc est præmio essentiali, ut uisione beatifica, quia quicquid additur illi,
est minus eo. Proprie tamen accipiendo aureolam, est præmium accidentale de ope-
ribus perfectionis secundum excellentem victoriam, in quibus homo Christo ma- *Aureola*
xime conformatur. Ex quo patet quòd non omne prǽmium accidentale est aureo- *quid.*
la. Vnde D. Tho dicit quòd Aureola est quodam priuilegiatum præmium, priuile-
giatæ victoriæ respondens. Et ideo secundum tres priuilegiatas uictorias quæ in
tribus specialibus pugnis habentur, dantur tres aureolę. Tres pugnæ principales *Aureola*
sunt contra carnem, diabolum, & mundum. Iuxta illud quod cantat Ecclesia, Caro, *tres.*
mundus, dæmonia, diuersa mouent prælia. In pugna quæ est contra carnem, ille
potissimam victoriã obtinet, qui omnino abstinet a delectationibus uenereis, & ideo
Virginibus debetur aureola. In pugna verò quæ est contra mundum, ille potissimam
habet victoriam, qui persecutionem vsque ad mortem inclusiue sustinet, Ideo marty
ribus debetur aureola. In pugna vero qua contra diabolum pugnatur, illa est preci-
pua victoria, quum aliquis hostem & diabolum non solum a se, sed etiam a cordibus
aliorum remouet, quod fit per doctrinam & prędicationem, Ideo Doctoribus & *Aureola*
prædicatoribus victoriam habentibus. debetur aureola. In his tribus sanctis no- *quibus de-*
bilissime conformantur. Christo, qui virgo fuit & martyr, & veritatem quam a Pa- *betur.*

tre

tre audiuit, mundo manifestauit, per quam diabolum à cordibus hominum fugauit, & sic fuit doctor & prædicator. Et ideo virginibus, martyribus, & doctoribus, C 132
ac prædicatoribus debetur aureola, quia perfectissime conformantur Christo, non quòd in Christo sit aureola, cum nemo sibiipsi possit conformari, & aureola detur propter conformitatem ad Christum. Præterea quamuis competat ei ratio coronæ aureæ, non tamen competit ratio aureolæ. Aureola enim dicitur id quod participatiue & diminutiue & nunquam secundum sui plenitudinem possidetur. Ideo illis cōpetit aureolam habere, in quibus est aliqua participatio perfectionis uictoriæ. Et ideo quum in Christo inueniatur plena & perfecta ratio victoriæ, per quam omnes victoriæ constituuntur. vnde Ioan. 16. Confidite, quia ego uici mundum. & Apoc. 5. Ecce vicit leo de tribu Iuda. Ideo Christo non competit aureola, sed aliquid aliud perfectius & excellentius omni aureola, a quo omnes aureolæ originantur. Vnde dicitur Apoc. 3. Qui uicerit, faciam eum sedere in throno meo, sicut ego vici & sedeo in throno patris mei. ¶ Angelis pariter non competit aureola, quia non habent pugnā, licet ipsi pugnauerint. Quia aureola non debetur nisi illis qui pugnant corporaliter, & exercentur per corpus non enim dantur amantibus virginitatem martyrium, & doctrinam, si exterius circa hæc non exercentur, vel eis non insunt. Præterea quæ hominibus ad perfectionem pertinent, angelis sunt connaturalia. & spectant ad cōmunem statum eorum, quia ea in eodem genere actus suam beatitudinem meruerunt, scilicet in hoc quod conuersi sunt ad deum. Ideo nullum singulare meritum inuenitur in vno, quod alius non habeat. Homines autem diuersis generibus actuū beatitudinē merentur. Aureola subiectiue est in mente, cum sit gaudium de operibus, illis quibus aureola debetur, Sed sicut ex gaudio essentialis præmii quod est aurea, redundat quidam decor in corpore, Ita ex gaudio aureolæ resultat quidam decor in corpore. Et sic aureola, principaliter est in mente, sed per quandam redundātiam est in carne: Decor tamen cicatricum, quæ in corporibus martyrium apparebunt, non potest dici aureola, quæ est cōmunis omnibus martyribus, quia in aliquibus eorum cicatrices non erunt, utpote in illis qui fuerunt submersi, aut famis inedia, aut squalore carceris interempti.

In Christo non est aureola.

Angelis nō competit aureola.

Ver. I: *De Aureola Virginum:*

AVREOLA uirginitatis illis tantum debetur uirginibus, qui propositum sir- D
mum habuerunt uirginitatem perpetuo conseruandi siue propositum uoto firma- 123
uerint, siue non, quamuis aliquando hoc propositum fuerit interruptum, integritate tamen carnis manente, dummodo tale propositum in fine uitæ inueniatur, Quia uirginitas mentis potest reparari, ut supra dictum est. Si tamen aliqua per uiolentiam oppressa fuerit, propter hoc aureolam non amittit, dummodo propositum virginitatis inuolubiliter seruet, & illi actui non consenserit, quamuis delectationes venereas inuita experta fuerit, neque uirginitatem, neque aureolam perdit, siue pro fide, siue quacunque alia causa violenter corrumpatur. sed si pro fide Christi sustineat, ad genus martyrii, tamen incompleti, pertinebit. Vnde D. Lucia dicebat, Si me inuitam uiolari feceris, castitas mihi duplicabitur ad coronam, non quòd habeat duas coronas, sed quia duplex præmium reportabit, unum pro virginitate custodita, aliud pro iniuria quam passa est, dato quòd totaliter oppressa concipiat & pariat, nec ex hoc uirginitatis meritum perdit. Nec tamen matri Christi æquabitur, quia in ea fuit uirginitas & maternitas cum integritate carnis, quæ non est inuiolenter oppressa. ¶ Ex premissis infertur primo, quod morientes ante vsum rationis, non habent aureolam virginitatis, quia licet habuerint carnis integritatem, non tamen habuerunt propositum. Secundo quòd qui habuerunt propositum nubendi (licet nunquam nupserint) aureolam uirginitatis non habebunt, quia non habuerunt propositum perpetuæ uirginitatis, nisi forte (ut dictum est) in fine propositum mutauerint, & de primo doluerint. Tertio sequitur quòd si Adam in paradiso terrestri perseuerasset, aureolam uirginitatis non habuisset, quia aureola non datur nisi illi qui addit quandam excellentiam, super alios continentiæ, gradus

Aureola virginitatis quibus debetur.

Violenter corrupta non perdit aureolam.

gradus, quod Adam non fecisset, quamuis castitatem coniugalem optime seruasset, & fuissent honorabiles nuptiæ & thorus nulla concupiscentiæ fœditate maculatus. Et eodem modo dicēdum est pro tempore legis Moysi, in quo cultus Dei per carnalem copulam propagandus erat, & præceptum de generatione currabat. Et ideo nō erat laudabile a coniunctione carnis perpetuo abstinere, & per consequens illi proposito præmiū spirituale non debebatur, nisi ex diuino instinctu processisset, ut creditur de Hieremia, & Helia, quorum coniugia non leguntur.

Adam non habuisset aureolam.

¶D autem virgini quæ ex instinctu Spiritus sancti virginitatem, vouerat, speciale præmiū debebatur, non quidem aureola, vt quidam dicunt, quæ propriè datur per victoriam pugnæ, quæ non fuit in ea, quū non habuerit fomitē, a quo pugna procedit, vt habetur 1. Cor. 12. Datus est mihi stimulus carnis meę, vt me colaphizet. D. Tho. tamen dicit quòd D Virgo habet aureolam, vt cæteris membris ecclesiæ in quibus est, virginitas, conformetur. Et quamuis non habuerit pugnam per tentationem quæ est a carne, habuit tamen per tentationem quæ est ab hoste, qui nec Christum reueritus fuit, Mar. 4. sequitur quòd viduę seruantes continentiam, non habent aureolam, quia licet secundum aliquid maiorem pugnam sustineant quàm virgines, propter delectationis preteritæ memoriā, tamen virgines simpliciter maiorem pugnam habent, quia inflammat eas concupiscentia & experiendi desiderium, quod ex quadam curiositate procedit, qua fit, vt homo libentius videant quæ nunquam vidit, & etiam in eis quandoque concupiscentia causat æstimationem, maioris delectationis, quam sit secundum veritatem, quæ auget. Et talis non est in viduis, in quibus consideratio eorum incommodorum, quæ delectationi adiunguntur, concupiscentiam minuit, & certamen reprimit.

An D. Virgo habeat aureolam.

D. Virgo tentata fuit a diabolo.

Ver 2. *De aureola martyrii.*

E 833 Ad aureolam martyrii consequendam duo requiruntur. Primo mors suscepta, Secundo quòd pro honestissima causa. s. propter Christū, Pœna enim sola martyrem non facit, sed causa. Ex his sequitur quòd afflictio pœnitentiæ nec alius dolor interior est propriè martyriū, nisi propter quandam similitudinem, quamuis sint aliquādo dolores interiores esse magis meritorios ex radice charitatis, vt in D. Virgine, ideo habuit excellentius præmium, quàm sit aureola. Quamuis etiam dici possit ipsam habere aureolam, quia vere mortua fuisset, si non fuisset a Deo specialiter præseruata. Præseruatio autem dei non abstulit meritum, & per consequens nec prēmium mortis. Aureola martyrii datur perfectissimæ victoriæ de impugnatione exteriori a mundo, quæ est quando quis obtinet victoriam de morte & præparatis ad mortem, sicut aureola virginitatis perfectissimæ victoriæ de concupiscentiis carnis, quæ est quando quis obtinet plenam & perfectam victoriam venereorum. Vide quæ dicta sunt de martyrio, & eius effectu.

Ad aureolā martyrii duo requiruntur.

D. Virgo habuit aureolam martyrii.

Ver 3. *De aureola doctrinæ.*

F 833 AVREOLA doctrinæ debetur doctoribus & prædicatoribus, qui pugnant contra hostē scilicet diabolum, & eum fugant a cordibus fidelium, verbo vel scripto, sicut quibusdam spiritualibus armis, iuxta illud, Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed spiritualia. Prædicare, enim, docere, & dictare de spiritualibus, quibus fugatur hostis, sunt excellentes eleemosinæ spirituales, & actus præcipui misericordiæ. Non tamen putandum quòd prælatis qui officium habet prædicandi & doctoribus qui habent officium docendi & scribendi, si non prędicent, doceat aut scribant seu dictent, detur aureola, quia corona non debetur habitui aut characteri, sed pugnæ actuali, iuxta illud. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit, si vero sint prælati, siue ex commissione prælatorum, vel diuino instinctu prædictos actus exerceant aureola decorabuntur. Et quamuis prædicare & docere est studio doctrinæ prouenıat vsus tamen ex voluntate procedit, quæ per charitatem infusam informatur, & sic actus eius meritorius redditur. Ex quo infertur quòd qui prædictos actus in peccato mortali exercent, aureolam non merentur, cum opera in peccato mortali facta, sint mortua & non reuiuiscant.

Aureola doctrinæ quibus debeatur.

2. Cor. 10.

2. Tim. 2.

Ver. 4.

Ver.4. *De preeminentia aureolæ ad aureolam.*

Aureola martyrij præeminet aliis.

PRAEEMINENTIA aureolæ ad aureolam potest dupliciter cõsiderari Primò ex parte pugnæ, vt dicatur potior quæ potiori pugnæ debetur. Et sic aureola martyrii aliis supereminet, quia est fortioris & magis affligentis pugnæ secundũ seipsam, licet pugna virginitatis sit periculosior, inquátũ est diuturnior, & magis imminet e uicino. Secundo potest considerari ex parte eorum de quibus est pugna, & sic aureola doctrinæ est inter omnes potior, quia huiusmodi pugna versatur circa intelligibilia, aliæ vero pugnæ circa sensibiles passiones. Sed illa eminentia quæ attéditur ex parte pugnæ, est essentialior, cum aureola secundum suam rationem respiciat victoriam & pugnam, ideo simpliciter aureola martyrii præeminet, deinde aureola virginitatis, postremo aureola doctrinæ, sed quantum ad aliquid nihil prohibet alias aureolas excellentiores esse. Notandum tamen quod meritum aureolæ potest dupliciter cõsiderari, primo ex parte radicis, secundo ex parte operis Contingit enim aliquãdo duos esse quorũ vnus ex minori charitate maius tormẽtũ sustinet vel magis prædicationi istat, aut magis a delectationibus carnis, quæ sunt circa venerea, elongatur, intensioni ergo meriti quæ attéditur penes radicé, nõ re'põdet inté sio maioritatis aureolæ aureæ. Intẽsioni vero meriti, quę est ex actu, respõdet intensio aureolæ, vnde põtest esse quod aliquis minus merens in martyrio, quantum ad essentiale præmium, maiorem aureolam habebit. A 131

Continuatio dicendorum.

QVIA ad beatitudinẽ per obseruantiam legum & mandatorũ homo perueniri potest, iuxta illud, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata postquam dictum est de beatitudine, consequenter dicendum est de legibus.

DE LEGIBVS

CAPVT XV.

1.2.q.90.

LEX DICITVR regula humanorum actuum, quia sicut qui veram sequuntur regulã artis, non deuiant a recto & bono, & hac ratione apponitur & applicatur illis regula, sic etiam qui imitantur & sequuntur veram legem, facientes quæ ab ea fieri iubentur, non deuiant a recta operatione humana Hæc autem regula essentialiter est dictamen prudentiale siue practicum in principe siue in eo qui curam habet aliorũ, quo aliqua ordinantur faciẽda vel relinquenda, tanquam ad bonum cõmune vtilia uel necessaria, cum publicatione & manifestatiore inferioribus debite facta Et dicitur lex a ligando. quia obligat ad agendum aut desistendum ab actione. Ex præmissis apparet quod de essentia & ratione legis sunt quatuor, Primum, quod sit dictamen rationis prudentiale, Secundum, quod sit a principe seu superiores et habente potestatem, Tertium, quod sit ordinatum ad bonum commune, & non ad priuatum commodum, Quartum, quod sit debite promulgatum seu publicatum & manifestatum inferioribus De his Isidorus. & habetur in c. Erit autem lex. 4. dist. vbi dicitur, Erit autem lex honesta, iusta possibilis, secundum naturam & consuetudinem patriæ, loco temporiq; conueniens, necessaria vtilis, manifesta nulloq; priuato commodo, sed pro communi vtilitate conscripta. et quamuis scriptura non sit de essentia legis, conuenienter tamen scribitur. Ex præmissis sequitur primo quod omnis ordinatio siue lex siue statutum contra dictamen rationis naturalis siue prudentiale, non est lex, neque ligat. Non pertinet tamen ad singulares personas iudicare B 132

De essentia legis quatuor.

In li. Eth.

Scriptura nõ est de essentia.

an sit

an sit rationabile vel irrationabile, nisi essent notorium, utpote directe contra legem naturæ aut diuinam. Quia quæcunque ordinatio inferioris contra legem superioris non debet dici lex, sed error intolerabilis, cui non est obediendum, ut dicitur in c. per tuas, de sent. excom. Obedire enim oportet magis Deo quam hominibus. Secundo sequitur quod quicunque sunt depositi a principatu, & qui nullam authoritatem communem habent, quantuncunque sapientes sint, legem condere non possunt. Tertio sequitur quod ordinationes contra bonum commune uel in dispendium Reipublicæ non sunt leges, nec ligant. Et quæ ad initio fuerunt conditę ad bonum Reipublicæ, si successu temporis uel aliquo casu urgente uergerent in incommodum Reipublicæ, in illo casu non ligarent. Tunc enim utendum est Epichæia, ut dictum est cum de ea ageretur. Finis enim legis est inducere homines ad bonum, & retrahere a malo. Quo ad promulgationem notandum est, quod ad debitam promulgationem legis non requiritur quod insonuerit auribus singulorum, sed sufficit, quod sit publice manifestata, & proclamanti in locis consuetis. Ante promulgationem autem siue publicationes non ligat, quum non possint diuinare. Iuristę dicunt quod facta debita promulgatione, lex statim ligat scientes & præsentes absentibus tamen dantur duo menses a publicatione quibus lapsis, si contrauenia(n)t, puniunt ut tanquam transgressore, quia uerisimile est quod ad eorum notitiam peruenerit, ut nis in auth. ut facta noua constitutione. Si autem ante tempus duorum mensium peruenit ad notitiam alicuius absentis, tunc ligata die scientiæ, & notitiæ, saltem in foro interiori, imo & exteriori, si probari possit. Act. 9 | Finis legis quis. | Quid ad debitā promulgationem requiratur. | Lex quando leges absentes.

C · Ver. 1. *De Actibus & officiis Legis.* §. Etbimo

334 A C T V S legis ab Isidoro, & hab. in c. priuilegia §. officium, & in c. omnis, 4. dist assignantur quatuor scilicet imperare, uetare, permittere, punire. Actus legis quatuor.

¶ Imperare idem est quod præcipere, præceptum autem importat applicationem legis ad ea, quæ ex lege regulantur & importat obligationem alicuius quod fieri debet. Quod autem aliquid fieri debeat, prouenit ex necessitate, uel utilitate alicuius finis, & sic de fine præcepti est quod importet ordinem ad aliquem finem, unde in cap. quod præcipitur 14. q. 1 ex D. Greg. in epistola ad Iouinianum habetur, Quod præcipitur imperetur, quod imperatur necesse est fieri, si non fiat, pœnam habet. Ubi consilium est, datur offerentis arbitrium, ubi præceptum, necessitas est seruientis ut obediat. Sed quē & quibus uerbis cognosci pōt, quando aliquæ leges & præcepta ligent sub pœna peccati. Cōiter dicitur quod quando lex utitur cōibus uerbis decerno, statuo, uolo, ordino, mando, aut similibus, quæ non sint præceptiua, non obligat ad peccatum, ut dicit Panormita. in cap. Nam concupiscentiam, extra de constitu. Et idem dicendum de præceptis prælatorum. Nec obstat quod diuus Thomas dicit voluntatem prælati, qualitercunque innotescat, habere vim taciti præcepti, quia intelligendum est de uoluntate præcipiendi præcepto formali. Quia ipse dicit quod licet sciat uoluntatem prælati, non tenetur, nisi expresse præcipiat. Si autem in lege, aut ordinatione cōtinentur uerba præceptiua prout sunt. Præcipimus, iubemus mandamus in uirtute. Spiritus sancti & sanctæ obediētiæ, aut sub pœna excommunicationis, inobedientiæ, carceris, aut grauioris culpæ in ordine prædicatorum, aut alia notabili pœna, quę uidetur importare infamiam, vel notabile detrimentum corporale, est præceptum & peccat mortaliter transgrediens. Si vero sint uerba imperatiui modi, tunc si sunt circa materiam necessariam, & multum ponderosam, important præceptum ut in Clem. exiuit, §. item, de uerbi significat et Psal. Vouete & reddite. primum est cōsilii, secūdū est necessitatis & præcepti. unde Salo. Si quid uouisti Deo, ne moreris reddere, displicet enim ei infidelis, & stulta promissio. Si uero materia non est necessaria aut multum ponderosa, non importat præceptum, sed potius consilium, ut illud, Si quis te percusserit in unam maxillam, præbe ei & alteram, quod est consilii, ut habetur in cap. paratus. 32. q. 1. præceptum quid sit, & quomodo obligat. | Consilium non obligat. | De Verita. 23 ar. ult. ad 3. | Quæ uerba legis dicantur præceptiua. | Eccle. 5 | Matt. 5

D · ¶ Secundus actus legis dicitur uetare siue prohibere, quod est respectu alicuius

334 mali, vel incommodi. Et quo ad notitiam siue cognitionem promulgationis, eodem

Cc modo

Permissio triplex. modo dicendum est de præcepto negatiuo, sicut dictum est de affirmatiuo. ¶Tertius actus legis est permittere, siue permissio, quæ secundum se est circa indifferentia, quæ de se non prosunt ad finem, neque impedimentum præstant. Notandum tamen quòd aliquid dicit permitti tribus modis. Primo quòd nullo iure prohibetur ut contrahere secundas nuptias. Secundo quia contra humanas constitutiones indulgetur, vt contrahere in gradibus prohibitis, vt in c quędam. 35. q. 3. Tertio vt vitetur maius malum siue illicitum, & sic permittitur prostibulum, ne committatur adulterium. Hoc modo Moyses permisit libellũ repudii, vt vitaretur homicidiũ, vt dicitur Matth. 19. Ad duritiam cordis vestri permisit, &c. Ecclesia etiam permittit ritus Iudæorum, prohibendo Christianis ne eos impediant, propter bonum quod inde sequitur, vt habetur in cap sunt, de Iudæis, extra. Permittere minus malum (hoc est non punire) vt euitetur maius, est licitum, Permittere aliqua contra legem Dei, qua possunt puniri, est malum, sed nõ contra legẽ humanam, quum possit tolli, nisi forte propter scandalum. Agentes autem vel omittentes contra legem diuinam, ex permissione siue propter maius malum vitandum. siue non peccant, nec excusantur, sicut nec Iudæi ab homicidio propter permissionem libelli repudii. ¶Quartus actus legis est punire, quod nil aliud est, quàm deordinationem culpæ factam per trangressionem, per pœnam ordinare Pœna autẽ debet proportionari culpæ in punitionibus, iuxta illud. Secundum mensuram delicti erit & plagarum modus & illud, Quãtu se glorificauit & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctũ. Punitio propter scandalum differenda est, & aliquando omittenda, vt dictum est cum de scandalo ageretur c. 12. § 1. ver. 11. In punitionibus autem semper vtendum est æquitate & misericordia, vnde D. Ambr. dicebat, Malo reprehendi de nimia misericordia, quàm de nimia seueritate.

Permissio quando bona, et quando mala.

Deut: 25. Apoc. 18.

Ver. 2. *De Legum interpretatione.*

5. Ethic. QVVM leges (vt dictũ est) sint institutæ ad regulãdos actus humanos, qui sunt circa particularia contingentia, quæ varietatem magnam habent, non põssunt semper esse immutabiles, qu a possunt in aliquibus casibus dubia occurrere de sensu & mente legislatoris. Hinc est quòd Philosophus arguit in principe necessitatem ponendi Epichęiam, qua lex declaratur seu interpretatur, aut cum ea dispensatur. Et sic necesse est aliquando leges declarari & interpretari, immò totaliter tolli, aut in eis dispensari. Idcirco de interpretatione dicendum est. In primis notandum, quòd interpretari legem seu præceptum legis, est dare rationabilem intellectum, secundum sensum & mentem præcipientis siue legislatoris, in lege quam condidit. Notandũ præterea quod triplex est interpretatio, quędam est particularis quæ fit per particularem personam, quando ei occurrit dubium super obseruatione legis quo, ad eam, & non potest haberi, vel saltem de facili, recursus ad legislatorem, vel parem aut superiorem, Tunc talis recurrere debet ad iudicatorium naturale, & inquirere an in tali casu legislator intenderet legem obseruari, vel non, & an si legislator esset præsens, diceret se sic intelligere legem, & quid faceret ipse si esset legislator. Conclusio illius discursus dicitur particularis interpretatio, quæ fit per virtutem Epichæiæ, & excusat illum a transgressione legis, si agat secũdũ illam resolutionẽ inquisitionis, saltem in foro interiori, secluso scandalo. Alia est Interpetatio & expositio magistralis, quæ fit cum inquisitione rationi & cũ collatione aliarum legũ vel aliorum passuum eiusdem legis. Et hanc quilibet doctus vel expertus in aliqua scientia siue politia facere potest. Vnde Psal Declaratio sermonum tuorũ illuminat, & intellectũ dat paruulis. Et hoc modo interpretati sunt Magistri præceptum de ieiunio quod non obligat debiles & infirmos, iuuenes & decrepitos, prægnãtes, lactantes, aut grauiter laborantes. Hæc magistralis interpretatio non habet necessitatem, (Non enim tenetur quilibet assentire illi interpretationi, & secundum eam agere,) habet tamen excusationem, quia in dubiis sequens opinionem rationabilem alicuius magistri, cum magister & doctor est approbatus (vt D. Thom. qui absque ratione aut authoritate non consueuit loqui) est excusantes a peccato, quod est valde notandum ad sedandos

Interpretari legem & præceptum quid.

Triplex interpretatio

Psal. 118.

Sequens opinionem doctoris approbati est excusatus.

134

dandos scrupulos timoratarum conscientiarum. Alia est interpretatio authoritatiua, quæ fit ab eo qui bene scit mentem & sensum legis, & habet authoritatem, & hæc obligat inferiores ad tenendum sensum per eum datum, & hoc modo interpretari non est cuiuslibet, sed eius est interpretari, cuius est condere. Pertinet etiam hoc modo interpretari ad eum cui committitur, vel qui habet parem potestatem aut superiorem iurisdictionem. Parem dicitur habere potestatem successor legislatoris, iux- *Interpretari authoritatiue ad quem pertineat.*
A ta illud, Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, omnia ergo quæcunque
134 dixerint vobis, seruate, & facite. Superiorem habet authoritatem ille qui legislatori & suis inferioribus legitime & ordinarie præest, uel ab eo commissus est. Et quo ad sacras literas & legem diuinam dicitur. 2 Pet. 1. Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit, Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines, & ideo qui sunt inspirati a Spiritu sancto, possunt sacras literas interpretari, vnde Apost. Inter gratias gratis datas ponit interpretationem sermonum. Summus pontifex etiam, quia est vicarius Christi, cum plenitudine potestatis, & ad quem (vt dictum est) pertinet ultima resolutio fidei, & editio symboli, potest interpretari, & idē dicamus & faciamus omnes. De his Dominus Cardinalis de Tur. crem. in 2. lib. summæ de Ecclesia, in c. 7 & in 3 lib c 53. *Matt. 23.* *Interpretatio sacrarū literarum ad quē pertineat.* *1. Cor. 12.*

V.r. 3. *De Legum dispensatio.*

DIFFERENTIA solet poni a doctoribus interpretationem, declarationem dispensationem, & abrogationem Quia interpretatio (vt dictum est) significat explicationem sensus dubii ipsius legis, Declaratio est ostensio quod lex in ali quo particulari casu non obliget & sic quod est agendum contra verba legis. Et hoc pertinet ad Epichæiam. Dispensatio autem est canonica sublatio, legis, vel secūdum Raynerium, relaxatio ipsius respectu alicuius particularis personę propter aliquam rationabilem causam, Ex hoc sequitur id quod d cit D. Bernar. quod prælati dantes pro voluntate facultatem veniendi contra legem, non sunt dispensatores, sed dissipatores, cum nō sit data potestas ad destructionem, sed ad ædificationem. Secundo sequit̄ quod si dispensatio impetretur ex falsa causa siue (vt cōmuniter dicitur) subreptitiè, vel ob reptitiè, expressa falsitate, vel tacita veritate, non est canonica, cum sit contra canones, qui prohibent subreptionem & obreptionem, vt in ca. 2. de. fil. presby. lib. 6. D. Thomæ idem sunt dispensatio, & declaratio Abrogatio vero legis est totalis sublatio obligationis legis, siue relaxatio iuris quo ad omnes subditos, quæ fieri debet quando lex incipit uergere in incommodum Reipublicæ, vel quando impedit maius bonum illius. *Interpretatio, dispensatio, abrogatio, & declaratio differunt.* *In lib. de disp. et prae.* *2. Cor. 10.* *2. 2. q. 88. art. 10.*

Ver. 4. *De diuisione legis.*

B LEX in tota sui communitate potest diuidi in legem diuinam, humanā & pecca
134 ti quæ non est proprie lex, sed procedit ex pręuaricatione legis, quia ab A postolo lex peccati nominatur. Ideo hic eam enumerauimus, vt de peccatis ea quæ sunt notatu digna, nostris introductionibus inseramus.

§. 1. *De lege diuina.*

LEX diuina est dictamen practicę rationis & gubernationis rerum in Deo, tanquam in principe totius vniuersi. Et quia Deus nihil concipit ex tempore, sed habet æternum conceptum, hinc est quod sola lex diuina ex parte ipsius dei dicitur æterna, cum nullus alius legislator fuerit ab æterno, nec ex parte nostra potest dici æterna, cū non fuerimus ab æterno. Hæc lex diuiditur in legem diuinam naturalem, & legem diuinam positiuam. de quibus per ordinem dicendum est. *Lex diuina quid et quo modo dicitur æterna.*

Ver. 1. *De lege Naturali.*

C LEX naturalis nil aliud est quam participatio legis æternæ in rationali, siue *Lex diuina duplex.*
134 intellectuali, natura in sua creatione indelebiliter impressa, qua inclinatur ad actus necessarios conducentes in finem naturalem, & uocatur Lumen naturale. Vnde cum Psalmista dixisset, Sacrificate sacrificium iustitiæ, quasi quibusdam quærentibus quæ sint opera iustitiæ, dicit, Multi dicunt, Qui ostendet nobis bona? Cui quæ- *lex naturalis quid.* *Psal. 4.*

concupiſcendo rem proximi, includit præceptum de conſeruanda re proximi. Ex
2 quo patet quòd ſunt viginti præcepta legis naturalis, quæ tamen reducuntur ad decem notiora, & illa decem ſunt concluſiones deductæ ex vno primo principio rationis naturæ, quod fundatur ſuper ratione boni, ſcilicet bonum eſt faciendum, & malum eſt vitandum. Et ſuper hoc fundatur omnia præcepta legis naturę, & illud primum principium pedent & cauſatur ex habitu ſindereſis, quæ eſt lex naturalis, cuius actus eſt dictamen rationis. *1.2.q 91. art.1.et 4.*
E Præceptum affirmatiuum & negatiuum differunt
135 quantum ad obligationem, quia precepta negatiua obligant ad ſemper & pro ſemper, hoc eſt omni tempore ſic quod nunquam licet præterire. Sed præcepta affirmatiua obligant quidem ad ſemper & non pro ſemper, ſed pro tempore & loco, vt præceptum de honore parentum obligat ſemper, quia ſemper filius tenetur & eſt obligatus honorare patrem, ſed non pro ſemper, quia non qualibet hora, cum habeat comedere, bibere, & dormire, & dormiendo nullum honorem exhibere poteſt, nec tenetur, cum impoſſibilium nulla, ſit obligatio. & ſic de aliis præceptis affirmatiuis, non ſolum legis naturalis, ſed etiam aliarum legum Precępta vero negatiua, quia nō exigunt actum, imo prohibent, pro omni tēpore & hora poſſunt ſeruari. Omni enim tempore & hora poſſum ceſſare ab homicidio, quandiu ſum liber. Ideo obligat ad ſemper & pro ſemper. In hoc tamen conueniunt præcepta affirmatiua & negatiua, quòd nunquam licet eis contrauenire, ſed quum affirmatiua non ligent niſi pro tempore & loco, extra tempus & locum non prætermittuntur, nec omiſſiue ſe habendo eis contrauenitur. *Differentia precepti affirmatiui et neg tiui.*

Ver. 2. *De lege diuina poſitiua.*

F LEX diuina poſitiua eſt dictamen diuinæ rationis practicę, rationali ſiue intel-
135 lectuali naturę extrinſece promulgatum ex tempore, & non in ſua creatione, intrinſece & indebiliter impreſſum. Et ſic quicquid Deus præcipit, vel prohibet fieri ex tempore, & pro tempore, pertinet ad legem diuinam poſitiuam, quæ diuiditur in legem veterem & nouam, ſiue antiquum & nouum teſtamentum, de quibus Apoſt. Galt. 4. *Lex diuina poſitiua quid.*

Ver. 3. *De lege antiqua.*

LEX diuina vetus ſiue antiqua dicitur illa quæ per Moyſen in monte Sinai fuit data populo Iſrael, quæ dicitur ab Apoſtolo lex factorum, ait, enim, Vbi eſt gloriatio tua? excluſa eſt, per quam legem? factorum? non, ſed fidei. *Rom. 3.* Vocat legem factorum legē Moyſi exterius propoſitā & deſcriptam, per quam exteriora facta hominum ordinātur, quia per eam præcipitur quid fieri debeat, & prohibetur a quo debeat abſtineri. Legem autem fidei vocat legem interius ſcriptam, per quam non ſolum exteriora facta, ſed etiam ipſi motus cordium diſponuntur, inter quos primus eſt motus fidei, de hac inferius amplius dicetur, Legem antiquam aliquando vocat Apoſt. pędagogū noſtrum, hoc eſt directorem & cuſtodem cohibentem nos ab illicitis, ſicut cohibetur & dirigitur puer, cui propter defectum ętatis non datur hæreditas patris, donec veneerit ad perfectam ætatem.

Ver. 4. *De officiis Legis antiquæ.*

HVIC legi antiquæ Apoſt. quatuor officia tribuit, ¶ Primum erat dare cognitione peccati. vnde Ro. 3. Per legem enim cognitio peccati. & Co. 7. Peccatum non cognoui, niſi per legem, nam concupiſcentia neſciebam eſſe peccatum, niſi lex diceret, Non concupiſces Quæ verba non ſunt ſic intelligenda, quòd peccatum non poſſit cognoſci abſque lege Moyſi, quia per rationem naturalem poteſt cognoſci, inquantum habet rationem inhoneſti contra rationis naturalis dictamen exiſtens. Sed non poterat cognoſci peccatum ſecundum quod importat offenſam diuinam, ſicut per legem diuinitus datam, per quam manifeſtatur homini quòd Deo diſplicent peccata humana, in hoc quòd ea prohibet & mandat puniri. ¶ Secundum officium legis ſiue potius effectus, qui non ex lege, ſed ex malitia hominum contigit, eſt facere abundare peccata. vnde Ro 5. dicitur, Lex ſubintrauit vt abundaret delictum. hæc dictio (vt) non tenetur cauſaliter, ſed conſecutiue, quia lege data, abundantia deli- *Lex antiqua quatuor habebat officia.*

ctorum subsecuta est occasione accepta. Vnde Roma 7. dicitur, Itaque lex quidem sancta & mandatum sanctum, & iustum, & bonum, quia sc licet peccatum cohibebat, sed occasione accepta peccatum (hoc est fomes peccati, siue appetitus destitutus gratia Dei & iustitia originali) per mandatum seduxit me, & occidit me, & operatum est in me omnem concupiscentiam. Hoc sequutum est lege, data, eo quod lex Mosi (licet peccatum prohiberet) concupiscentiam tamen non auferebat, nec refrenabat. Cum autem alicui prohibetur id quod concupiscit, vehementius in concupiscentiam illius exardescit. Sicut & fluuius posito obice, fortius impingit, & obiicem frangit, cuius ratio potest esse duplex, secundum D. Tho. Prima, quia interiores affectiones quando interius retinentur, magis inceduntur, sicut patet in dolore & ira. Si autem exterius quoquomodo prodeant, eorum virtus diminuitur. Prohibitio autem propter timorem pœnæ cogit hominem vt concupiscentiam suam ad exteriora non producat. Et ideo ipsa concupiscentia interius retenta magis inflammatur. Secunda ratio est, quia nos apprehendimus ea quæ non prohibentur, quasi possibilia fieri a nobis, quandocunque placuerit, & ideo multoties opportunitate existente illud negligimus & vitamus, sed quando aliquid est prohibitum, apprehenditur, vt aliquid magnum, quod non semper a nobis possit haberi. Et ideo quando opportunitas datur, sine timore pœnæ illud consequi promptiores sumus. & inde est quòd data lege quæ concupiscentiæ vsum prohibebat, & tamen concupiscentiam non mitigabat, concupiscentia ipsa magis homines ad peccata ducebat. Vnde dicitur Ezech. 5. Ista est Hierusalem, in medio gentium posui eam, & in circuitu eius terras, & contempsit iudicia mea, vt plus esset impia quàm Gentes. Lex autem noua & fidei, quæ quantum ad principale est gratia Spiritus sancti, per virtutes infusas mitigat concupiscentiam & frenat inferiores vires. Ideo non dicitur facere abundare delicta. Nec propter hoc sequitur quòd omnis lex humana quæ gratiam non confert, faciat abundare delicta, quod est contra intentionem legislatorum, qui ad hoc tendũt, secundum Philosophum, ut ciues faciant bonos. Quia alia est intentio legis humanæ, alia diuinæ. Lex enim humana refertur ad humanum iudicium, quod est tantum de exterioribus actibus, Sed lex diuina refertur ad iudicium diuinum, quod est de interioribus motibus cordis, secundum illud, Homines vident, quæ foris patent, sed Deus cor intuetur. Sic igitur lex humana finem suum & intentionem suam consequitur, dum per prohibitionem & pœnæ comminationem impedit ne multiplicentur exteriores actus peccati, licet concupiscentia inferior magis augeatur, quam lex humana cognoscere, imputare, aut punire possit. Sed quantum ad legem diuinam etiam interiores concupiscentiæ malę imputantur ad peccatum, quæ abundant lege prohibente & non auferente concupiscentiam. ¶ Tertium officium siue euentus legis Mosi sequens ad secundum, est iram operari. Vnde Roma. 4. dicitur, lex enim iram operatur quod secundum D. Thom. ibi, non est intelligendum ita quod præcepta legis Mosi præcipiant aliqua quæ faciant obseruantes dignos ira Dei, sed occasionaliter occasione accepta, quia præcipit, & gratiam implendi non prębet, ex quo (ut dictum est) delictum abundat. Ideo lex dicitur operari iram, hoc est uindictam, quia per transgressionem legis facti sunt homines digni ira & vindicta dei. 4. Reg. 22. dicitur, Magna ira Domini succensa est contra nos, quia non audierunt patres nostri verba libri huius, scilicet legis. ¶ Quartum officium est agere pædagogum, ut dictum est, scilicet custodire ab illicitis, & dirigere populum in viam Christi. unde Gal. 3. postquam dixit, Itaque lex pædagogus noster fuit, addit, in Christo vt fide iustificemur. lex antiqua continet tria genera præceptorum, Quædam enim sunt moralia, Quædam cæremonialia, Quædam iudicialia. Hæc tria tangit Aposto. Rom. 5. cum dicit, quod mandatum erat bonum, sanctum, & iustum, in hoc quod dicit, bonum, hoc est honestum, tangit moralia, in hoc uero quod dicit, sanctum, quod idem est quod Deo dicatum, tangit cæremonialia, in hoc autem quod dicit, iustum, tangit iudicialia.

Lex Moysi quomodo faciebat abundare delictum. Rom. 3.

Cur nitimur in uetitum.

Lex noua quomodo frenat concupiscētiā. 2. Ethi.

1. Reg. 16.

præceptorū tria genera

Ver. 5. *De praeceptis Moralibus.*

B PRAECEPTA moralia sunt praecepta legis naturae, quae sunt de actibus vir- 1.2.q.
16 tutum, circa quae homo se exercet, & in eis immorari debet. Ideo vocantur moralia ar.2.
quia data sunt ad faciendam & conseruādam amicitiam dei & hominum. Sicut enim intentio legis humanae est vt faciat amicitiam hominum adinuicem, ita intentio legis diuinae est vt constituat amicitiam hominis ad Deum, & hominum adinuicem. Cum autem similitudo sit causa amoris, secundum illud, Omne animal diligit sibi simile, impossibile est esse amicitiam hominis ad Deum qui est optimus, nisi homines Ezech. 1
efficiantur boni. vnde dicitur Leuit. 19. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum Bonitas autem hominis est virtus quae secundum D Aug. bonum facit habentem, ideo oportuit quod in lege antiqua darentur hominibus praecepta de actibus virtutum, quae dicuntur moralia, ratione iam dicta.

Ver 6. *De differentia & Gradu praeceptorum Moralium.*

PRAECEPTA moralia differunt a caeremonialibus & iudicialibus, quia cae- 1.2.q.10
C remonialia & iudicialia ex institutione extrinseca vim habent quia ante institutioné ar.11.
136 erant in differentia, & non videbatur differre, vtrum se ea, vel alio modo fieret. Vnde nullum peccatum erat ante extrinsecam institutionem ea seruare, vel non seruare, sed praecepta moralia ex dictamine rationis naturalis procedunt, ideo non sunt in differentia, imo efficaciam habent & obligant, etiam si nunquam lege extrinseca Praecepto
statuantur. Horum autem praeceptorum moralium est triplex gradus. Quaedam rum moralium tri
enim praecepta sunt communissima & adeo manifesta, quod editione aut institutione non indigent, sicut mandata de dilectione Dei & proximi, & alia huiusmodi quę plex gradus.
sunt quasi fines praeceptorum, vnde in eis nullus potest errare secundum iudicium rationis Quaedā vero sunt praecepta moralia magis determinata, quorum rationem potest quilibet popularis facile videre, & tamen quia in paucioribus contingit iudicium humanum peruerti. & haec sunt praecepta decalogi, quae (vt dictum est) possunt offuscari. Ideo in lege antiqua fuerunt publicata. Quaedam autem sunt, quorum ratio non est adeo cuilibet manifesta, sed solum sapientibus, & ista sunt praecepta moralia superaddita decalogo, tradita a Dei populo per Moysen & Aaron, quae reducuntur ad ea quae sunt manifesta scilicet ad praecepta decalogi. Primo praecepto decalogi prohibetur cultus deorum alienorum, cui superadduntur alia praecepta prohibitiua eorum quae ordinantur ad cultum idolorum, sicut habetur Deut. 38. Non inuenietur in te qui lustret filium, aut filiā, aut sit maleficus, aut incantator, neque qui phitones consulat neque diuinos, neque quaerat a mortuis veritatem. Secundo praecepto prohibetur Periurium, superaditur ei prohibitio blasphemię, Leui. 14. & prohibi- Leuit. 19
tio falsae doctrinae, Deut. 13. Tertio praecepto superadduntur omnia ceremonialia. Quarto praecepto superadditur de honoratione senum, secundum illud, Coram cano capite consurge, & honora personam senis. & generaliter omnia praecepta inducentia ab exhibendum honorem maioribus. Quinto praecepto quo prohibetur ho- Leuit. 19
micidium, additur prohibitio odii & cuiuslibet uiolationis contra proximum, secundum illud, Non stabis contra sanguinem proximi tui, & etiam prohibitio odii fratris secundum illud, Ne oderis fratrem tuum in corde tuo Sexto praecepto, quo prohibetur adulterium, superadditur, praeceptum de prohibitione meretricii, secundum illud Deut. 2
Non erit meretrix neque fornicator de filiis Israel, & prohibitio vitii contra na- leuit. 18.
turam. Cū masculo non cōmisceberis, & cum omni pecore non coibis. Septimo prae- Deut. 18.
cepto quo prohibetur furtum, adiungitur praeceptum de prohibitione vsurae facien- Deut. 3
dae, secundum illud, Non foenerabis fratri tuo ad usuram, & prohibitio fraudis, Non habebis in sacculo diuersa pondera, & vniuersaliter omnia quae ad prohibitionem calumniae & rapinae pertinent. Octauo praecepto quo prohibetur falsum testimo- Exod. 23
nium, additur prohibitio falsi iudicii, Nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiae, vt a vero deuies & prohibitio mendacii, quum subditur, Mendacium fugies, & prohibitio detractionis, Non eris criminator & susurro in populis. Multa alia adiunguntur, quia per ea omnis mala concupiscentia prohibetur. Et sic resolutorie Leuit. 19

 apparet

A PRAECEPTA cæremonialia sunt præcepta determinatiua præceptorũ mo 1.2.q.101 art. 1.
136 ralium ordine ad Deum, quibus ordinatur homo ad cultũ Dei, iuxta illud Exo.8. Præcepta cæremonialia quid.
Esto populo in his quæ ad deum pertinent, ostendasq; populo cæremonias ritumque colendi, hoc est honorandi. Homo autem ordinatur in Deum non solum per actus interiores, qui sunt credere, sperare, & amare, quę pertinent ad præcepta moralia, sed etiam per exteriora quædam opera, quibus homo Deum honorando, se seruum & subditum eius profitetur, ut oblationes, decimas, hostias, & sacrificia offerendo, & sacramenta suscipiendo. Hæc præcepta Cæremonialia dicebantur plerunque iustificationes. Vnde de Zacharia & Elizabeth dicitur, quòd erant ambo iusti, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini. Iste cultus vocabatur Luc. 1.
cæremonia, quasi munera, hoc est dona Cereris, quæ dicebatur dea frugum (vt quidam dicunt) eo quod primò de frugibus oblationes Deo offerebantur, vt habetur Gen.4. vel (sicut refert Val. Max.) nomen cæremoniæ introductum est ad significandum cultum diuinum apud latinos, a quodam oppido iuxta Romam, quod Cære vocabatur, eo quòd Roma a Gallis capta, illuc sacra Romanorum adducta sunt, & reuerentissime habita. Resolutorie ergo sequitur quòd cæremonialia sunt præcepta quæ pertinent & ordinant ad cultum Dei. Cęremonia nomen unde ortũ est.

Ver 9. De causis & rationibus præceptorum Cæremonialium.

B PRAECEPTA cæremonialia (vt dictũ est) distinguuntur a moralibus. Quia 1.2.q.102
336 moralia cum ex dictamine rationis procedant, secundum naturam suam habent rationabiles causas & rõnes. Cæremonialia aũt hoc non habent ex natura sua, quum sint indifferẽtia, sed ex ui institutionis & in ordine ad aliud, quia scilicet sunt a Deo instituta, & quæ a deo sunt, ordinata sunt. Ad hoc autem quòd aliqua sint ordinata, duo requiruntur, primo quòd ordinentur ad debitum finem, qui est principium totius ordinis in rebus agendis. Ea enim quæ eueniunt præter intentionem finis, vel quæ serio non fiunt sed ludo, dicimus esse inordinata. Secundo, requiritur quòd id quod est ad finem, sit proportionatum fini. Ex hoc sequitur quòd ratio eorũ quæ sunt ad finẽ, sumitur ex fine, Sicut rõ dispositionis serræ sumitur ex sectione, quæ est finis eiusdem. Finis autem præceptorũ cæremonialiũ est duplex, scilicet cultus Dei, & figura Christi, quia ordinabantur ad cultum Dei, & ad figurandũ Christum, ac ẽt verba prophetarũ. Et sic respiciebant pręsens tempus, quantũ ad cultum respiciebãt ẽt futurum, secundum figurã futurorum, vt D. Hierony. dicit. Et ideo causæ & rationes cæremonialium ueteris legis dupliciter accipi possunt, uno modo ex parte cultus diuini qui erat tempore illo obseruandus. Et rationes illę sunt literales, siue pertineant ad vitandum idololatriæ cultum, siue ad rememorandum aliqua dei beneficia, siue ad insinuandum excellentiam diuinam, vel etiam ad designandam dispositionem mentis, quæ tunc requirebatur in colentibus deum. Alio modo possunt eorum rationes assignari, secundum quod ordinantur ad figurandum Christum, & sic habent rationes figurales & mysticas, siue accipiantur ex ipso Christo & Ecclesia, quod pertinet ad allegoriam, siue ad mores populi Christiani, quod pertinet ad moralitatem, siue ad statum futuræ gloriæ prout in eam introducũtur per Christũ, quod pertinet ad anagogiam. ¶ Ex his sequitur quòd sacra scriptura habet plures sensus. Vnde D. Greg. Sacra scriptura ipso locutionis suæ more alias scripturas transcendit, quia vno eodemque sermone dum narrat gestum, prodit mysterium, Quia author sacræ scripturæ est Deus, in cuius potestate est, vt non solum uoces ad significandum accomodet, quod etiam homo facere potest, sed etiam res ipsas in cursu suo, ordinet, vt ex eis aliæ significationes & sensus accipi possint. Et ideo cum in aliis scientiis solę voces significent, & in sacra scriptura res ipsæ, est proprium sacrę scripturæ plures sensus habere. D. Hiero. in prologo Bibliæ loquens de Apocalypsi, dicit, in verbis singulis multiplices latent intelligentiæ. Et Daniel, Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Ad cuius ampliorem intelligentiam, notãda sunt quæ D. Tho. super illud Gal. 4. Quæ sunt per allegoriam dicta, & dicit.

Cęremonialia, & moralia quomodo differunt. Rom. 13. 2. Phy. super Oseã. 15. Mora. Proprium sacræ scripturę quid. Dan. 12.

Ver 10

SENSVS sacræ scripturæ communiter a doctoribus assignātur quatuor. scilicet literalis, allegoricus, anagogicus, & moralis. Hæc diuisio sumitur ex D. Aug. in I. super Gen ad literam, vbi ait, In omnibus libris sanctis oportet conspicere quæ ibi æterna inueniuntur, quæ facta narrantur, quæ futura prænunciantur, & quæ agenda præcipiuntur. Primum pertinet ad sensum anagogicum, secundum ad historicum & literalem, tertium ad allegoricum, & quartum ad moralem. Sensus literalis qui ab aliis dicitur historicus, est significatio qua voces significant res, Sed quia uoces significant aliquid proprie, scilicet illud ad quod sunt impositæ ad significandum, & aliquid metaphorice, & transumptiue, propter aliquam similitudinem proprietatis vel conuenientiæ, ideo sensus siue significatio significans siue secundum proprietatem locutionis, siue secundum metaphoram, in sacris scripturis dicitur literalis. Vtroque enim modo scriptura vtitur. Exemplum primi, cum dicitur, Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum. Exemplum secundi, cum sequitur, Et sedet a dextris Dei, Deus enim non habet dextrā neq; sinistrā, cum non sit corporalis. Sed quia dextra manus est potior, transumptiue significat potiora bona dei, in quibus Christus sedet, hoc est requiescit. Et cum sensui literali sacræ scripturę non possit subiici falsum, sicut nec fidei, sequitur quòd quandocunque ueritas locutionis non potest saluari secundum propriam significationem terminorum, vt in exemplo dato, tunc illa significatio qua voces significant res, non est sensus literalis, sed dicitur sensus litere, & sensus grāmaticalis, qui & si sit cōgruus, tamen aliquando est falsus, quando repugnat veritati, sententiæ, vel aliis passibus sacræ scripturæ, aut etiam his quæ per Ecclesiam sunt determinata esse de fide. 13[illegible]

¶ Ex his apparet quod sub sensu literali continentur sensus methaphoricus, qui D est circa dictiones, & parabolicus, qui est circa sententias, frequens in sacris literis, 13[illegible] quæ sepe vtuntur methaphoris & parabolis, Christus etiam methaphoris utebatur, & in parabolis loquebatur ad eos, non tantum delectandi gratia vt poetæ, sed propter vtilitatem uel necessitatem conditionatam scilicet ut facilius intelligerēt & retinerent. Quia cū oīs nostra cognitio ortum habeat a sensu, necesse est homini vt per sensibilia ad intelligibila ducatur. Vsus est etiā parabolis, ut tolleretur superbiē di occasio, dū homo difficulter ueritatē capere potest. Præterea ad excitandum attentionem. Ad ea enim quæ sunt difficilia, maior requiritur intentio. Insuper ad accultationem sacrorum mysteriorum ipsis incredulis vnde Christus Vobis datum est nosse regnum Dei, illis autem qui foris sunt, in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant, nequando conuertantur & dimittantur eis peccata, vt prædixerat Esa. Vlterius occultatio parabolarum & figurarum etiam vtilis est ad tollendum fastidium, & ad exercitium studiosorum, & euitandum irisiones infidelium. ideo dicitur. Nolite sanctū dare canibus. Et ob eam causam omnes formæ sacramentorum (vt D. Diony ait) non fuerunt scriptæ in sacris literis, sed per traditionē Apostolorum & maiorum ad nos deuenerunt D. Diony. monebat. Titū ut sancta ab immundis incontaminata seruaret. Parabolæ aūt non sunt intelligendæ secūdū sensum literæ siue grammaticalem, sed secundum sensum quē author parabolæ intendit. Nec est necesse quo ad omnia secundum rigorem terminorum similitudinē accipere, ut dicit D. Chrys. alias parabola de filio prodigo veritatem non contineret D. August. dicit quòd sacra scriptura, quę vetus testamentum vocatur, quadrifariam traditur, scilicet secundū historiā, secundū ethimologiam, secundū analogiā, & secundum allegoriam. Ex quibus tria prima pertinent ad sensum literalem. Historia est vt (idem exponit) cum simpliciter aliquid proponitur. Ethimologia vero, cū dicti cā assignatur. Sicut cum Dominus assignauit causam quare Moyses permisit facultatē repudiādi uxores scilicet propter duritiā cordis ipsorum Matth 19. Analogia vero est, quum veritas vnius scripturæ ostenditur veritati alterius non repugnare, Sola autem allegoria inter illa quatuor pro tribus spiritualibus sensibus ponitur, Et ideo pōt formari alia diuisio sēsuū bimembris, Sensuum sacræ scripturæ

[Margin notes:] *...c. 9. 10.* — *Sensus sacræ scripturæ quatuor.* — *Sensus literalis quid.* — *Mar. vlt.* — *Sensui literali non subicitur falsum.* — *Sensus literæ quid.* — *Mar. 4.* — *Cur Christus parabolis usus ē.* — *Esa. 6.* — *Matt. 7.* — *In Epistola ad Titū.* — *Parabolę quomodo sunt intelligendæ.* — *In lib. de eccl. hierar.* — *Historia quid.* — *Ethimologia quid.* — *Analogia quid.*

quidam

137 quidam eſt literalis, quidam ſpiritualis, vterque ſubdiuiditur, literalis in quatuor quia quidam eſt hiſtoricus, alius ethimologicus, alius analogicus, alius parabolicus. 12. C[illegible]
Spiritualis ſubdiuiditur in tres ſcilicet in allegoricum, anagogicum, & moralem. Quā- Eadem ſen-
tum ad ſenſum literalem dicit D Tho poſt D. Aug. quod non eſt inconueniens ean- tentia plu-
dem ſcripturam ſeu eandem ſententiam ſcripturę habere plures ſenſus literales, res ſenſus li-
Quia ſenſus literalis eſt, quem author ſcripturæ intendit, Sed author ſcripturæ ſa- terales ha-
cræ eſt Spiritus ſanctus, ut habetur. 2. Petr. 1. Spiritus autem ſanctus quum ſit Deus bet.
omnia ſimul ſuo intellectu comprehendit, & per cōſequens in una ſcriptura poteſt ſimul multa intendere, quæ nos unico ſenſu ſeu ſententia nō poſſumus, explicare Et ſic erūt plures ſenſus quo ad obiecta, & quo ad nos qui non poſſumus plura intelligere. Nec pluralitas horum ſenſuum ſiue literalium, ſiue ſpiritualiū facit æquiuocationē aut aliam ſpeciē multiplicitatis quæ pariat confuſionem, fallaciam, aut deceptionem, ſiue quæ impediat efficaciam oſtendendi veritatem, Quia ſunt ſubordinati, & vnus ab alio pendet, vt D Aug. ait contra Vincētium Donatiſtam, & D. Dion.
in Epiſtola ad Titum dicit quod ſymbolica theologia (hoc eſt quę ex ſimilibus pro- Contra Vi
cedit) non eſt argumentatiua, hoc eſt non efficaciter concludit: Nec per hoc aliquid cen.
deperit ſacræ ſcripturæ, quia nihil neceſſarium continetur ſub aliquo ſpirituali ſen- Dona.
ſu, quod ſacra ſcriptura alicubi non manifeſte tradat per ſenſum literalē. Ideo ſpiri-
tualis expoſitio dicit habere fulcimentum ab aliqua literali, Nec obſtat quod Apo- Gal. 4.
ſtolus argumentatur a ſenſu allegorico, quia ſenſu allegoricus eſt literalis, cum intēdi- Mat. 21.
tur ab authore ſcripturæ, prout in loco allegato D. Paulus qui habebat ſpiritū autho- Pſal. 117.
ris ſcripturæ declarauit, & Chriſtus cū dixit, Nunquā legiſtis in ſcripturis, Lapidem quē reprobauerūt ædificātes, hic factus eſt in caput anguli? arguit a ſenſu allegorico. Et licet omnes ſenſu ſacræ ſcripturæ tam literales quam ſpirituales, ſint a Deo intenti, non tamen principaliter, ſicut ſenſus literalis, ſuper quo (ut dictum eſt) fundan-
F tur alii. Ideo ordine quodam ſunt intenti. Si inferatur ergo ex aliis ſenſibus poteſt
137 trahi efficax argumentum, ex quo intenti ſunt a deo. Dicendum eſt hoc locum habere quando fulciuntur ex alio loco ſcripturæ ſenſu literali, vel quando coincidunt cum eo, vt in Canticis Si quæratur, quando aliqua ſcriptura habet plures ſenſus literales, quis eorū erit principaliter intētus? Poteſt dici quod vterque, vel quod ille ſenſus literalis eſt principalius intentus, qui eſt de neceſſarioribus & propinquioribus fini ſcripturæ, qui eſt ſalus animarū, iuxta illud, Quæcunque ſcripta ſunt ad noſtrā doctrinā ſcripta ſunt, vt per patientiā & cōſolationem ſcripturarū ſpem habeamus.

¶Sed difficultas nō modica eſt, Quomodo cognoſcemus de aliquo modo ſenſu
ſeu expoſitiones ſcripturæ quod ſit ſenſus literalis? Quia quilibet dicere poterit expo- Rom. 15.
ſitionem ſuam eſſe ſenſum literalem ſiue germanum, vt Lutherani & alii hæretici di- Sēſus lite-
cunt. Dicendū quod hoc faciliter cognoſci poterit ex compatibilitate, Quia quū ſen- rarie in qu
ſu literalis ſit a ſpiritu ſancto, qui non eſt Deus diſſenſionis aut diuiſionis, ſed pacis cognoſc tu
& vnitatis, conſequens eſt quod ſi diuerſæ expoſitiones ſe compatiantur ad inuicē, Allegoria
poſſunt dici ſenſus literales, & talis multitudo, expoſitionum utilis eſt ad exercitium dupliciter
ſtudioſorum; Si uero diuerſæ expoſitiones non ſe compatiantur ad inuicem, vel re- accipitur.
pugnant, aut altera illarum repugnat aliis paſſibus ſacræ ſcripturę, uel determina- 1. Cor. 10
tioni eccleſiæ, non eſt ſenſus literalis ſiue germanus, ſed diabolicus, qui poteſt refelli ex aliis paſſibus ſacræ ſcripturæ, & præcipuæ per determinationem Eccleſiæ catholicæ, quæ errare nō poteſt in fide aut bonis moribus, hoc eſt, in iudicio & determinationes fidei, & credendorum, nec etiam in iudicio & determinatione bonorum morum, quum regatur a Spiritu Sancto, vt dictum eſt cum de fide ageretur. Allegoria (vt ex prædictis patet) dupliciter accipi poteſt, uno modo cōmuniter pro quo
A libet myſtico ſeu ſpirituali ſenſu aut intellectu ſcripturæ. Et ſic Allego[illegible]ia eſt tro-
137 pus ſiue modus loquendi, quo aliquid dicitur, & aliud intelligitur. Et[illegible]tur ab Al-
los, quod eſt alienum, & goge, dictio, quaſi in alienum intellectum [illegible]dum ducens. Secundo ſpecialiter, pro vno tantum ſenſu ex tribus ſenſibus ſpiritualibus ſiue myſticis, qui pendent ex ſenſu literali. Quia (ut dicit Apoſtolus) Omnia in figuram con-

tinge-

tingebant illis ideo lex uetus erat figura nouæ, & eorum quæ debebāt esse in noua. Et secundum D Dionysium, Lex noua est figura futuræ gloriæ, & ea quæ gesta sunt a capite & mēbris eius sunt exēpla eorū quæ nos facere debemus. Quæcūque enim scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. Ea vero quæ nunc fiunt in Ecclesia, sunt repræsentatio præteritorum, & figura eorum quæ erunt uel fient in patria.

In lib. de cœlesti hier. *Rom. 15* *Sensus Allegoricus.* *Sensus anagogicus & Sensus moralis.* *Gen. 1.* *Ioan. 1.*

¶Ex præmissis faciliter potest haberi definitio omnium sensuum spiritualiū. Sensus Allegoricus dicitur, cum ea quæ sunt ueteris legis, significant & applicantur ad ea quę sunt nouæ legis scilicet ad Christū et Ecclesiā. Sensus Anagogicus dicitur, cū ea quæ in Christo vel quæ per Christum & Ecclesiam militantem siue per nouam legem facta sunt, significant & applicantur ad ea quæ erunt in patria siue in æterna gloria. Sensus moralis, siue Tropologicus est, cum ea quæ a Christo vel per Christū facta sunt, significant seu repræsentant & applicantur ad ea quæ nos agere debemus.

¶Notandum tamen quod omnes prædicti quatuor sensus in eadem sententia scripturæ inueniri possunt, vt in hac, Fiat lux, si intelligatur de luce corporali, est sensus literalis, si uero de Christo, & exponatur Fiat lux, hoc est nascatur Christus, qui est lux uera quę illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, est sensus allegoricus, si uero significet lumen æternæ gloriæ, & lucem inaccessibilem, & exponatur, Fiat lux, hoc est, per Christum introducamur ad cœlestem gloriam, est sensus anagogicus, sed si exponatur, Fiat lux hoc est per Chrstū illuminemur in intellectu, & inflāmemur in affectu & uoluntate est sensus moralis siue tropologicus. Nō est tamen necesse in omnibus sententiis sacræ scripturæ hos quatuor sensus inueniri seu omnes sententias secundum quemlibet quatuor sensuum exponere & interpretari, sed aliquando secundum vnum tantum, aliquando, secundum duos, aliquando secundum tres, & aliquando secundum omnes.

Quodl. bet ar. 15. ad 3.

Ver. 11. *De Ceremoniis antiquæ legis.*

CAEREMONIAE antiquæ legis (vt dictum est) ordinabantur in cultū Dei & ad figurandum Christum, et diuidebantur in quatuor scilicet sacrificia, sacramēta, sacra, & obseruātias. Sacrificia dicebātur obligationes, quas homo ex rebus sibi a Deo datis, quasi in aliquod sacrum quod inde fieri debebat, offerebat Deo, tanquā primo principio, recognoscēdo se omnia habere ab eo secūdū quod dicit *Dauid*, Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Ideo in oblatione sacrificiorum protestabatur homo, quod deus esset primū principiū creationis omniū rerum, & vltimus finis earum, ad quem omnia essent referenda Et sic sacrificium, dicitur omnis oblatio quę offertur Deo in recognitionem supremi dominii, ut solutio decimarum & primitiarum. Ex quo patet quod qui nolunt decimas aut primitias debitas soluere, aut eas defraudant, videntur negare supremum dominium Dei, & omnia procedere ab ipso, ideo caueant ne eis contingat sicut Cain. Sacrificium in lege antiqua erat triplex scilicet holocaustum, hostia pro peccato, & hostia pacifica. Holocaustū erat sacrificiū quod offerebatur Deo, specialiter ad reuerentiam maiestatis ipsius, & ad amorem bonitatis eius, & totum cōburebatur. Ideo dicebatur holocaustum, quasi totū laustū, & incēsum. Et significabat sacrificium Christi, qui totum se obtulit Deo patri pro nobis. Huic sacrificio succedit in noua lege professio religionis approbatæ, quæ potest dici holocaustum, quia totus homo offert seipsum Deo, nihil sibi reseruans. Hostia pro peccato erat sacrificiū quod offerebatur deo, ut remitteret peccata, et uocabatur sacrificium remissionis, & hostia pro peccato. Occidebatur enim animal, & effundebatur sanguis illius coram arca domini, & una pars comburebatur, & alia erat sacerdotis. Per huiusmodi sanguinis effusionem, & occisionem protestabātur offerentes quod erāt digni effundere proprium sanguinē, & occidi, sicut animal illud occidebatur. Sic se recognoscentes peccatores, ueniam precabantur. Quemadmodum illi qui cum corda in collo ueniam petūt à rege. Comburebatur vna pars, quia fiebat in honorem dei, seruabatur alia sacerdotibus, ad significandum quod expiatio peccatorum a deo per ministerium sacerdotum. Hoc sacrificium alio nomine uocabatur uictima quæ etiam aliquando dicitur de holo-

B 137

Caremoniarū quatuor species. *1. Para 29* *Sacrificiū quid.* *Gen. 4.* *Sacrificiū triplex.* *Holocaustū* *Hostia pro peccato.* *Victima quid.*

C de holocausto cum determinatione, & significabat etiam sacrificium Christi, qui se
138 obtulit pro nobis hostiam Deo patri, & effudit sanguinem pro peccatis nostris vnde Ephe. 2. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo patri in odorem suauitatis. Loco huius sacrificii succedit in noua lege sacramentum pœnitentiæ, in quo quis effundit sanguinem peccatorum suorum, confitendo, & occiditur, & quasi in partes minutas diuiditur per contritionē. Hostia pacifica erat sacrificium quod offerebatur Deo pro gratiarum actione, vel pro salute & prosperitate offerentium, ex debito beneficii accepti vel accipiendi. Et erat cōmuniter de rebus aridis & odoriferis, & una pars incendebatur, quia fiebat in honorem dei, Alia pars credebat in vsum sacerdotum, tertia pars in vsum offerentium, ad significandum quod salus hominis procedit a deo, mediantibus ministris, & cooperantibus hominibus qui saluantur. Huiusmodi sacrificium figurabat sacrificiū Christi, qui reddidit deo gratias pro nobis, & se obtulit in odorē suauitatis. In huius locum succedunt in noua lege orationes, & gratiarum actiones, & omnia quæ ad hmōi ordinantur. Horum sacrificiorum rationes uide apud D. Tho. De obligatione sacrificiorum in noua lege, dictum est supra c. 5. §. 5. uersi. 13. ¶ Sacramenta in antiqua lege proprie dicebantur, quæ adhibebantur dei cultoribus ad quandam consecrationē, per quam, quodam modo deputabantur ad cultum dei. Et quia diuinus cultus generaliter pertinebāt ad totum populum (cum totus populus haberet colere, & honorare Deum) specialiter tamen pertinebat ad sacerdotes, & leuitas, qui erant ministri diuini cultus. Ideo quædā sacramenta pertinebant ad totum populum, quædam vero specialiter ad ministros. Et circa utrosque tria erant necessaria, Quorum primum erat institutio in statu colēdi deū, & hæc fiebant per circūcisionē, quo ad omnes masculos, sine qua nullus masculus admittebatur ad aliquod legalium, quantum ad sacerdotes autem per consecrationem. Secundo requirebatur usus eorum quæ pertinebant ad diuinum cultum, & sic quantum ad omnes erat esus Agni pascalis cum certis solennitatibus. Ad hoc sacramentum nullus incircuncisus admittebatur, ut patet Exod. 12. Quo ad sacerdotes uero erat obligatio uictimarum & esus panum propositionis & aliorum, quæ sacerdotum vsibus erant deputata. Tertio requirebatur remotio immundiciarum. Et sic quantum ad populum erant institutæ quędam
D purificationes & expiatione a quibusdam immundiciis. Quantum uero ad sacerdo-
138 tes & leuitas instituta erat ablutio manuum, & pedum & rasio pilorum horum rationes uide apud D. Tho. ¶ Sacra in antiqua lege dicebantur, aliqua specialiter cum benedictione & solennitate deputata ad cultum & honorem dei ut festa Tabernaculorum, specialia uasa, speciales ministri, & specialis locus. Deute. 12. Ad locum quem elegerit Dominus deus uester, uenietis, & offeretis holocausta, & uictimas vestras. Item altare Exo. 22. Altare de terra facietis mihi. & Exo. 27. facies altare de lignis sethin. Et Exo 30. Facies altare ad adolendum thymiamata. horum rationes uide apud D. Thom. ¶ Obseruantiæ cæremoniales in ueteri lege, erant quędam ordinata in singulari conuersatione, quòd certis uestimentis uterentur, & quod a certis cibis abstinerent Leui. 29. Non induetur uir ueste muliebri, & quòd uterentur, fimbriis. Et aliqua alia obseruabant circa cartas, semina, animalia mortua uel infirma, quorum rationes explicat D. Tom.

Hostiæ pacificæ. *1. 2. q. 102 art. 3. c. 5. §. 5. uer. 13.* *1. 2. q. 102 art. 5.* *Sacra.* *1. 2. q. 102 art. 4* *1. 2. q. 102 art. 6*

Ver. 12. **De Preceptis Iudicialibus.**

E PRAECEPTA iudicialia ueteris legis erant præcepta determinatiua pręce
138 ptorum moralium quibus homo ordinabatur ad alios homines, et reducuntur ad quatuor ordines. Primus ordo continet præcepta pertinentia ad institutionem principum, Secundus ad conciues adinuicem circa emptiones et uenditiones, iudicia & pœnas. Tertius ad extraneos, puta de bellis contra hostes, & de susceptione peregrinorum & alienigenarum Quartus est de pertinentibus ad domesticam conuersationem, sicut de seruis, uxoribus, & filiis, horum rationes explicat D. Tho. Ex his patet quod duplex est differentia inter pręcepta Moralia ex vna parte, & Cæremonialia, & iudicialia ex alia. Prima, quia præcepta moralia se habebant ut determinabilia,

Preceptorū iudicialiū quatuor ordines. *1. 2. q. 105*

bilia. Cæremonialia uero & iudicialia tanquã determinationes. Cæremonialia determinãt Moralia in ordine ad Deũ, & iudicialia in ordine, ad proximũ. Quæ autẽ & quot sint præcepta iudicialia, & ad quid, & quomodo ordinentur & rationes illorum uide apud D. Tho Secunda differẽtia est, quia moralia habent uim & efficaciã obli-
1.2.q.104 gãdi, ex sua natura, seclusa quacunque exteriori institutione & ordinatione, Cære-
monialia autẽ & iudicialia nõ habent ex natura sua uim obligãdi, sed ex institutio-
Gen. 14. ne diuina, quia ante institutionẽ erãt indifferẽtia, & nõ referebat an sic uel sic colere tur Deus, uel iudicia procederẽt. Vnde in lege naturæ aliis sacrificiis voluntariis utebantur, ut patet de Melchisedech, qui obtulit panem & uinum, erat etiam alia politia ritusque iudicandi. Alia & tertia differentia est quantum ad durationem, de qua dicendum est.

Ver. 13. *De duratione legalium.* F

CVM præcepta moralia sint legis naturalis, & sequantur naturam, ideo manen 134
te natura manent. Et quia anima in qua fundantur, est incorruptibilis, ideo semper manẽt in ea habitualiter, saltem in synderesi, quæ est origo omnium præceptorum moralium, quanuis aliqua materia siue obiectum circa quod exerceri possunt in uia non maneat eodem modo in patria. Cæremonialia autem præcepta & iudicicialia nõ
Mat.6. sequuntur naturam hominis, cum non fuerint a principio naturæ data, sed sequũtur intentionẽ dei instituentis. Ideo tantum debebant durare, quãtum Deus intendebat illa duratura. Intendebat autem Deus ea in se duratura, donec per Christum essent impleta. Vnde dicebat, Mat 6 Non ueni soluere legem aut Prophetas, sed adimple-
Ioan. 19 re. Et ideo cum Christus in passione cuncta adimplesset, clamauit, Consumnatũ est scilicet antiquũ testamẽtũ & eius uirtus. Ideo ab eo tempore legalia cessauerunt, & fuerunt mortua, Nec obstat quod Exo. 12. datus fuit cultus sempiternus. & Exo. 28 Lex dicitur legitimum sempiternum, & Baruch. 3. Hic est liber mandatorum dei, & lex quæ est in æternum, Potest enim dici quod æternum non accipitur ibi absolu-
Psal 9. te, sed pro longissimo tempore prout Psal. 9. Dominus regnauit in æternum & vl-
Lex uetus quomodo erat in æternum duratura. tra uel dicendum est, secundũ D. Tho. quod lex uetus dicitur in æternum duratura, quantum ad moralia quidem simpliciter & absolute, quantum ad cæremonialia secundum quid, quantum ad ueritatem per eam præfiguratam. Cæremonialia & iudicialia non fuissent in statu innocentiæ, quia tunc cultus dei fuisset spiritualis & interior. Verum post peccatum Adæ, instinctu quodam diuino, ex quadam priuata lege
1.Cor.10. inducebantur homines, ad aliquem certum modum colendi Deum qui esset conue-
Ecclesia incepit ab Abel. niens interioris cultui, et ut congrueret ad significandũ Christi mysteria, quæ figurabantur per alia eorum gesta, secundum illud, Omnia in figuram contingebant illis. Habebant enim quædam iudicialia, non tamen authoritate legis diuinæ instituta,
Gen 8 sed ratione hominum ordinata. Vnde uerisimile est Adam (qui diuina scientia præ-
Gen.17. ditus erat) docuisse filios suos offerre sacrificia ad expiationem originalis & aliorum
Gen.22. peccatorum, præcipue Abel, a quo secundum D. August. incœpit Ecclesia, quæ si-
Gen. 14. gnis uisibilibus & exterioribus fidem protestatur. Vnde legimus Gen 4. quod Abel
Primogeniti in lege naturæ erant sacerdotes. obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum munera domino & Cain de fructibus terræ, Noe etiam obtulit holocausta, & Abraham accepit mandatum circuncisionis, & obtulit holocausta, Gen. 22. Sacerdotium etiam erat ante legem, nam Melchisedech erat sacerdos dei summi. Et colentes Deum secundum humanam determinationem, dignitatem sacerdotalem attribuebant primogenitis, dicebaturque
Exo. 19. benedictio primogenitorum. Vnde Esau, qui hac priuatus est, non legitur sacrificia
& 20 obtulisse. Et ex gestis & factis antiquorum elici potest, quod primogenitis hoc com
Ioan.7. petebat, præcipue ex benedictione, quam Isaac dedit Iacob, quem fecit dominum, & non in temporalibus, quum Esau plus abundauerit in illis, ergo in spiritualibus, deinde Moyses accepit legem in monte Sina, Exod. 19. ¶ Ex premissis petet quod post peccatum semper fuerunt aliquæ cæremoniæ, & aliqua iudicialia legis. Vnde A
Christus Ioan 7. dicit quod circuncisio non erat ex Mose, sed ex patribus. A Moy 135
se autem lex accepta vsque ad Christum durauit, & virtutem siue efficaciam habuit,

buit, non tamen virtutem inhærentem aut efficientem instrumentalem, ut noua lex sed per virtutem Spiritus sancti assistentem ad illorum positionem, adhibita enim circuncisione delebatur peccatum originale. Et si sacerdos in iudicio Lepræ errasset & iudicasset leprosum non esse leprosum, miraculose leprosus mundabatur a lepra, virtute diuina sicut etiam miraculose mulieris adulteræ computrescebat femur, bibitis aquis, in quibus sacerdos maledicta congesserat, Nume. 5. In Christi aduentu cessauit virtus legis Moysi, & legalium præceptorum, quo ad obligationem, iuxta illud Matt 11. Lex, & prophetæ vsque ad Ioânem, qui publicauit virtutem Christi, & ipsum digito ostendit, dicens, Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis, ipse est qui post me venturus est cuius non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti. Alia autem die vidit Ioannes Iesum ad se venientē, & ait, Ecce agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi, &c. Hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Cum igitur translatio sacerdotio necesse vt legis translatio fiat, sequitur quòd adueniente Christo in hunc mundū, translatū est sacerdotium Aaron, iuxta illud Psal. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, & ideo lex Moysi non obligabat sub præcepto eos apud quos facta erat promulgatio. Alii autem obligabantur propter ignorantiam publicationis. Sed quia mysterium redē ptionis humani generis non fuit completum vsq; ad passionem & mortem Christi, ideo voluit Christus ad probationem legis, quòd lex quantum ad virtutē expiatiuā peccatorum, per assistentiam diuinitatis suæ, simul curreret cum euāgelio, sic quòd eo tempore per circuncisionem expiabatur peccatum originale, & per alias purificationes alia peccata, sicut per baptismum & pœnitentiam. In signum cuius Christus mandauit leproso vt legales obseruaret cæremonias, dicens, Vade ostende te sacerdoti, & offer munus tuum quod præcepit Moyses, & decem leprosis, Ite & ostendite vos sacerdotibus, Luc. 17, Et sic lex & euangelium, circuncisio & baptismus, purificatio & pœnitentia currebant simul, non tamen æqualiter, quia baptizati non tenebantur circuncidi, nec circuncisi quo ad remissionem peccati originalis, tenebantur baptizari. tamen quo ad introitum regni cælorū circuncisi quibus facta erat publicatio euangelii, tenebantur baptizari, iuxta illud, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum dei. Præterea baptismus maiorem conferebat gratiam quam circuncisio, Vnde de baptismo & circuncisione potest dici, sicut de Petro & Ioanne dicitur, Currebāt ambo simul, sed Ioannes præcucurrit citius Petro. Ratio autem cessationis prædictæ obligationis est, quia cæremoniæ per quas figurabatur Christus, adueniēte Christo debuerunt cessare, & alie introduci quæ conuenirent cultui diuino pro illo tempore, quia etiam cæremoniæ legis euāgelicæ, quæ figurant statum gloriæ, eo adueniente post diem iudicii cessabunt.

Ioan. 1.

Heb. 7.
Psal. 109.

B
138

Mat. 8.

Ioan. 3.

Ioan. 20.

¶Ex prædictis patet quod lex Moysi habebat duplicem virtutem, scilicet assistentem, quam alii vocant expiatiuam, & obligatoriā, quę cessauit in aduentu Christi, non tamen virtus assistentiæ spiritus sancti, siue expiatiua. Et ideo adueniente Christo siue per eius aduētum lex Moysi non fuit mortua sed ante mortem Christi erat viua, valde tamen infirma, & in proximo moritura, iuxta illud, quod antiquatur & ueterascit, prope interitū est. sed quia in Christi morte completum est, fuit mysterium redemptionis humanæ, vnde & dominus dixit, consumatum est, ideo tunc totaliter cessauerunt legalia, & destituta omni virtute obligandi, & assistentiæ Spiritus sancti, in signum cuius legimus, quòd velum templi scissum est a summo vsq; deorsum.

Lex Moysi ante mortē Christi nō fuit mortua.

Heb. 8.
Ioan. 19.
Mat. 27.

Ver 14. *De Morte & Mortificatione legalium.*

C
138 CONTROVERSIA magna fuit inter D Hiero. & Aug an statim post mortem Christi legalia fuerint mortifera, sic qđ seruātes illa peccarēt mortaliter. Hier enim duo tantū distinguit tempora, vnū ante passiones Christi, in quo dicebat legalia esse viua, aliud post passionem Christi, in quo dicebat esse non solum

1.2.q.103 art. 4.

solum mortua, hoc est, nón habere virtutem obligandi, sed etiã mortifera, ita quòd peccabant mortaliter, qui obseruabant ea, nisi excusarentur propter ignorantiam. Vnde dicebat quòd Apostoli, qui sciebant illa esse mortua, nunquam vero obseruauerunt legalia post Christi passionem, sed solũ quadã pia simulatione, ne scandalizarent Iudæos D. vero Aug. distinguit tria tempora, vnum ante Christi passionẽ, in quo legalia non erant mortifera nec mortua, sed viua, Aliud post passionẽ Christi vsque ad sufficientem promulgationem euangelii, in quo quidem tempore fuerunt mortua non tamen mortifera, & Iudæi ad fidem conuersi, poterant ea licite & absque peccato obseruare, ad ostendendũ legem Moysi fuisset bonam, & a Deo datã contra Manichæos, & ad sepeliendam synagogam cum honore, dummodo non ponerent spem in eis, hoc est dũmodo non crederent ea esse necessaria ad salutem, siuè quòd sine eis non possent saluari, Qui hoc derogaret gratiæ Christi, & sequeretur quòd Christus gratis mortuus esset cuius oppositum D Paulus concludit.

¶Ex premissis apparet quare gentiles conuersi ad finem Christi, non poterant ritus suos & cæremonias obseruare, sicut Iudæi ad eandẽ finẽ cõuersi. Quia ritus gentilitatis erat omnino illicitus, & semper a Deo reprobatus. Ritus autem Iudęorum siue lex Moysi a Deo processerat, & cessabat, non quia in se malus, sed quia per passionem & mortem Christi impletus. Et ob eam causam Deus voluit obseruari, & Apostoli hoc scientes, non tamen spem ponentes, seruauerunt.

Discordia D. Hier. & Augu. in 4

¶In hac ergo quæstione D. Hier. & Aug. discordant in quatuor. Primo tempore, quia Hiero solum ponit duo tempora, Aug. tria Secundo, in obseruatione legalium quantum ad Apost. Hier. dicit quòd Apostoli nunquã seruauerunt legalia cũ scirent ea esse mortua, sed simulauerunt se seruare, vt euitarent scandalum fideliũ qui ex circuncisione erant. Aug autẽ dicit quòd Apostoli seruauerunt legalia, intendentes non tamen in eis spem ponentes. Tertiò, quia D. Hiero. dicit Petrum in simulatione non peccasset, sed ex charitate hoc fecisse, Augult. vero dicit quòd peccauit. Quarto, quia D Hier. dicit quòd Paulus non vere reprehendit Petrum, sed simulatorie sicut Petrus simulatorie seruabat legalia, facientes hoc quasi ex condicto siue conuentione, vt vtrisque fidelibus sibi subditis prouiderent, & cauerent Petrus Iudæis, & Paulus Gentilibus.

Rationes Aug.

¶Rationes D. Aug habentur in epistola eiusdem ad Hiero. quæ inseritur in secũda parte Epistolæ. D Hier. trac. 2. epistola 18. Et inter rationes eius potissima est, quia nepharium est dicere in scripturis sanctis esse officiosa mendacia quia vno admisso, nil maneret authoritatis sacre scripturæ, quia statim probato vno passu, qui aliter sapit dicet esse officiosum mendaciũ, vt in alio passu: Quod autem D. Paulus non fuerit mentitus, ipse testatur dicens, Quę autem scribo vobis, coram Deo quia non mentior. Sed si Petrus non peccasset, Paulus mentitus fuisset dicendo, quòd reprehensibilis erat, & quod non recte ambularet ad veritatẽ euangelii, quæ sunt verba grauia & ponderanda, Petrũ reprehensibilem dicebat, eo quod a Deo accepisset, nil commune & immundum quod Deus sanctificasset, & quod essentialiter & diffinitiue pronunciasset legalia non esse seruanda, & nihilominus ea tam diligenter obseruabat, ita vt simulationi eius consenserint cęteri Iudæi, vt & Barnabas duceretur ab eis illam simulationem, & sic formari potest argumentum, Vel Petrus Peccauit vel non, si primum, ergo legalia non erant seruanda, si secundum, ergo mentitus est Paulus dicens, quod reprehensibilis erat, & non recte ambularet ad veritatem Euangelii. Præterea si Petrus non peccasset Paulus temerarius fuisset, principem & caput Apostolorum, & superiorem suum, adeo procaci er redarguendo. 139

Nephariũ in sacris mendacia reperiri.

Gal. 1. Gal. 2.

Act. 10. Act. 15.

Rationes D. Hier.

Rationes & solutiones D Hieronym. habentur eadem parte & tract. Epist. 3. in qua dicit se in expositione Epistolæ ad Galat. vt a principio potestatus fuit, secutum fuisse opinionem & sententiam septem virorum illustrium, scilicet Origenis, Dydimi videntis sui, Apolinaris Laodicem Alexandri, Eusebii Emisen. & Theodori Heracletis, Dicit pariter se motum ad hanc sententiam vt responderet Porphirio blasphemanti, qui D. Pauli arguit procacitatem, quod principem Apostolorũ

ausus,

ausus est reprehendere & arguere in facie, hac ratione constringere quod male fecerit, & ipse in eodem errore fuerit, & vt Apostolorum prudentiã demõstraret, &
E blasphemãtis Porphirii impudentiã coerceret, qui D. Petrũ, & Paulũ pueriliter dicit in
139 ter se certamine nimio exarsisse, Paulum in inuidiam virtutum Petri, & ea scripsisse Act. 16.
iactãter, quæ nõ fecerat, vel si fecerat, procaciter fecerat. Nam ipse Paulus circũcidit Act. 21.
discipulũ suum Timotheum ex patre gẽtili, & matre Iudæa propter Iudęos qui ibi
erant, vt vitaret in eis scandalũ. Et ob eam causam post reprehensionem Petri persoluit votum, & obtulit sacrificium secundum ritum legis Mosi. Si hoc ei licuit, quare non licuit Petro se subtrahere ad tempus, & cum Iudeis legalia seruare? Cum ergo ipse propter eandem causam legalia seruauerit, quare non verebatur Apostolorum principi in faciem insurgere & resistere, & ita procaciter ei loqui? ¶ D. Thom. dicit opinionem & sententiam D. Aug. veriorem esse, & magis dictis scripturæ ac
Apostoli concordantem. Et ad authores quos secutus est D. Hier. dicit quatuor eorum fuisset hæreticos, & pro tribus aliis D. Aug habet alios tres, scilicet Ambro. Cyprianum, & ipsum D. Paulum, qui manifeste dicit quod Petrus reprehensibilis erat, super epist. ad Gala. 2
quod non esset, nisi saltem venialiter peccasset, quæ culpa non erat incompossibilis
Apostolis confirmatis in gratia, secundum illud, Si dixerimus, &c. Dicit autem Do.
Tho Petrum peccasse, non quia seruauit legalia, quæ & ipse Paulus seruauit, sed peccauit in hoc quod circa legalium obseruantiam Petrus nimiam & incautam diligentiam obseruauit, & ex hac obseruatione alii inducebantur ad obseruandum legalia. Opinio D. Aug. verior.
Et sic quodam modo cogebat eos Iudaizare, non verbo sed facto, & suę conseruationis exemplo, quod est validius verbo, vt Leo papa dicit. Nec simile erat de cir- 1. Ioã. 1.
F cuncisione Timothei, & obseruatione voti seu purificatione, quia qui aderant fuerũt
139 ædificati, & nullus scandalizatus. In facto autem Petri alii fuerunt scandalizati &
inducti ad talem simulationem. Restitit autem & reprehendit eum in faciem, non
quia par aut superior esset Petro, licet enim Paulus par esset Petro in executionem Cur petrus peccauerit.
authoritatis, non tamen in authoritate regiminis, cum dictũ fuerit Petro & non Paulo, pasce oues meas, Ioan. 21. reprehendit ergo eum vt fratrem, ad dandum exem Ioh. 21.
plum zeli & libertatis subditis, ut non vereantur prælatos corrigere, præsertium cum Eccle. 4.
crimen est publicum & vergit in periculum multitudinis, iuxta illud, Ne reuerearis 1. Timo. 5.
proximum in casu suo, nec retineas verbum (scilicet correctionis) & Aposto. peccantem coram omnibus argue, Nec Petrus conquestus est, vt daret exemplum humilitatis prælatis, ut non dedignentur a minoribus & subditis corrigi. ¶ Opinio D. Au Approbatio opin. D. Aug.
gu. de dist. trium temporum fuit approbata in concilio generali Florentino, sub Eugenio quarto celebrato. ¶ Vnica difficultas remanet, quo tempore facta fuit sufficiens promulgatio vt ab eo tempore fuerint mortifera, & non ante. Non inuenio
aliquem qui certum terminum præfixerit. Certum est tamen quod non eadem hora aut anno sufficiens promulgatio euangelii vbique facta fuit verisimile tamẽ est quod Quo tempore facta fuit sufficiens promulgatio
primo in Iudæa, deinde in Samaria, & consequenter post diuisionem Apostolorum,
qui peragrarunt vniuersum orbem, saltem vbi Iudæi dispersi fuerant, hoc est in omni natione, quæ sub cœlo nota erat. Et sic statim post mortem Apostolorum fuit facta sufficiens promulgatio quantum ad cessationem legalium, eo quod ex omni natione fuerunt in Hierusalem in die pentecostes, & Apostoli uel discipuli per se uel
per alios omnes Iudæos instruxerunt. Vnde Act. 1. dicitur, Eritis mihi testes in Hierusalem, & in Iudæa, & in omni Samaria, & vsque ad vltimum terræ, vbi scilicet erãt Act. 1.
Iudęi qui obseruabant legalia, Quia plena & completa publicatio euangelii nõ fuit Psalm. 18.
facta, licet rumor fuerit habitus in omni terra cognita, iuxta illud, In omnem terram
exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum Mar. vlt at illi profecti prædicauerunt, vbique domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Verumtamen ante diem iudicii non erit perfecta promulgatio euãgelii. Quia
videmus nouas insulas reperiri & Christus ait, Prædicabitur hoc euangelium regni Matt. 24
in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio,
Et sic Psalm. In omnem terram exiuit sonus eorum, ponit præteritum pro futuro,

Dd propter

propter certitudinem prophetiæ. Nec intelligitur de duodecim Apostolis, sed de successoribus eorum de his amplius §.seq.vers.2.

Ver. 15. *De Restitutione Legatium.*

1.2.q.104 ar.3. EVACVATIO præceptorum cæremonialium,& iudicialiũ in ipsa morte Christi facta fuit, differenter tamen, quia cæremonialia post mortem Christi, & sufficienté promulgationem sunt mortifera, sic quod nullo modo possunt nunc absque peccato obseruari, nec ad synagogam sepeliendam, quia iam a longo tempore sepulta est, quamuis propter sanitatem vel aliam naturalem necessitatem, circũcisio & alia cæremonialia possint licite seruari, non ponendo spem, non possunt tamen aliqua lege ordinari vt seruentur. Iudicialia autem sunt euacuata, quia mortua, non tamen sunt mortifera, quia si princeps ordinaret in regno suo illa iudicialia obseruari, non peccaret, nec etiam peccarent obseruantes, nisi fortes obseruarent vel obseruari mandarentur, tanquam habentia vim obligandi ex ueteris legis institutiones. Talis enim obseruandi ratio siue intentio esset mortifera. ratio diuersitatis hæc est. Quia cæremonialia sunt primo & per se figuralia,& principaliter instituta ad significandum Christi mysteria, vt futura. Et ideo obseruatio eorum præiudicat veritati fidei, secundum quam confitemur illa mysteria iam esse completa. Præcepta autem iudicialia non sunt instituta ad figurandum, sed ad disponendum statum illius populi, qui ordinabatur ad Christum. Et ideo mutato statu illius populi Christo iam veniente iudicialia præcepta obligationem amiserunt, lex enim fuit pædagogus du-

Galat. 3. cens ad Christum. Quia tamen huiusmodi iudicialia præcepta non ordinabantur ad aliquid figurandum, sed ad aliquid faciendum, ipsa eorum obseruatio non præiudicat veritati fidei, sed intentio obseruãdi tanquam ex obligatione legis, quia per hoc haberetur quod status prioris populi adhuc duraret. Nec obstat quod dicitur, Vi-

Act. 15. sum est spiritui sancto & nobis, nil ultra imponere oneris, quam hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorum,& sanguine, & suffocato & fornicatione. Quorum aliqua pertinent ad cæremonialia siue ad obseruantias, scilicet abstine-

Matth.15 re a sanguine & suffocato. Quia Apostoli non prohibuerunt hæc, ad obseruandum

1.Timo.4. cæremonias legis, sed ad hoc quod posset coalescere unio Iudæorum, & gentilium simul cohabitantium. Iudæis enim propter aliquam consuetudinem sanguis & suffocatum erant abominabilia, & comestio immolatorum simulachris poterat Iudæis generare suspitionem redditus ad idololatriam, & ideo ista fuerunt prohibita pro tempore illo, in quo de nouo oportebat conuenire in unum gentiles & Iudæos. Procedente autem tempore, cessante causa cessare debebat effectus. Manifestata euangelicæ doctrinæ ueritate, in qua Dominus docet quod nihil quod intrat in os, coinquinat hominem, & quod nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Fornicatio autem prohibetur spiritualiter propter gentiles, quia non reputabant eam esse peccatum.

§ 2. *De Lege Noua & Euangelica.*

Testamentum quid. LEX noua siue euangelica dicitur Euangeliũ & Nouum testamentum, Ad cuius euidentiam supponendum est quid sit & vnde dicatur Testamentum, & Euangelium Testamentum idem est quod pactum siue fœdus eorum, quæ testibus probantur & confirmantur. Vnde in sacra scriptura loco testamenti ponitur fœdus uel pactum. Vbicunque enim interuenit pactum, fit aliqua promissio. Et ideo secundum diuersitatem promissionum est diuersitas testamentorum. Duæ autem hæreditates sunt nobis promissæ a Deo, scilicet terrestris & cœlestis. Ideo sunt duo testamenta Dei. Primo in lege veteri fuerunt promissa bona temporalia, Si volueritis &

Esa. 1. audieritis me bona terræ comedetis. Eam ob causam promissio bonorum terrenorum, quæ antiquior est, quia primo facta, dicitur primum & antiquum testamẽtum. In lege autem noua siue euangelica, quæ posterius fuit data, promittuntur spiritua-

Matt. 4. Mar. vlt. lia, scilicet regnum cœlorum. Et ideo promissio spiritualium, quæ secundo & posterius fuit facta, dicitur secundum & nouum testamentum & euangelium, quod secundum Athanasium in homelia Ascensionis, interpretatur bona annunciatio.

Dicitur

dicitur enim ab eo quod interpretatur bonum, & Aggelon, quod interpretatur nuntius. vnde & Aggelo, hoc est nuntio, & angelus nuntius. Et quia Christus venit ad
C 139 nuntiandum bona dicitur magni consilii angelus. ¶ Euangelium ergo est bona annuntiatio. Et quamuis quælibet bona annuntiatio etiam terrenorum possit dici Euangelium, large sumendo hoc nomen euangelium, proprie tamen, accipiendo euangelium, sola annuntiatio æternorum & spiritualium bonorum euangelium nuncupatur. Vnde Eusebius dicit, euangelium est bona annuntiatio æternorum, & incorruptibilium bonorum, quæ maxima sunt, Veputa gratiæ & gloriæ, remissionis peccatorum & annuntiatio eorum, quæ ad gratiam & gloriam pertinent scilicet mediorum per quæ gratia dei habetur & ea per quæ ad gloriã peruenitur, quę sunt sacramenta & virtutes quibus tolluntur impedimenta, hoc est peccata. Hoc euangeliũ siue bona annuntiatio interius fuit facta. Adæ post expulsionem a paradiso terrestri. Nã eduxit eũ Dominus a delicto suo, & ipse eductus filios suos sacrificare, & per ipsa sacrificia Christi sacrificium præfigurantia, iram dei placare, & gratiã & tandem gloriam consequi docuit. Hæc bona annũtiatio expressius & exterius facta fuit Abrahæ cum ei dicta fuit, in te benedicentur omnes cognationes terræ. In te, hoc est in semine tuo omnes gentes terræ. Non dicit in seminibus, sed in semine tuo, hoc est in Christo, qui quamuis non venerit per viam seminalem, cum conceptus sit ex spiritu sancto, & natus ex Maria virgine. est tamen ex substantia D. virginis, quæ fuit ex semine Abrahæ per radicem Iesse. ¶ Et quia omnes scripturæ antiqui testamenti, siue sint historiales siue doctrinales, siue propheticæ, ordinabantur ad hanc bonam annunciationem, salutem, & benedictionem per Christum consequendam, hinc est
D quod omnes scripturæ a Deo reuelatæ, siue libri antiqui testamenti possunt euan-
140 gelium nuncupari Nec inconuenit dicere, secundum D. Tho. quod patres antiqui qui gratiam dei habebant, & ei amore regni cœlestis seruiebant, pertinerent ad nouum, testamentum, siue ad legem euangelicam quæ pro principali importat gratiam Spiritus sancti, quemadmodum qui nunc sunt baptizati & seruiunt Deo solum propter amorem terrenorum & metum pœnarum, pertinent ad antiquum testamentum de hac bona annunciatione habetur Esa. 52. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. Quam pulchri super montes pedes annunciantis & prædicantis salutem, dicentis, Sion regnabit deus tuus, & cetera. Et Nume. 1. ecce super montes pedes annunciantis, & euangelizantis pacem. & Apostolus referens dicit. Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, & euangelizantium bona, scilicet spiritualia, quæ vere & absolute bona sunt, & non corporalia, aut terrena, quę sunt caduca & transitoria. De hac etiam annunciatione per Christum facienda prophetauit Esa. dicens. Spiritus domini super me, eo quod vnxerit me. Ad euangelizandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, vt prædicarem annum placabilem domino, & diem retributionis deo nostro, vt consolarer omnes lugentes, Hanc prophetiam dixit Christus in se fuisse impletam. Ipse enim est, qui principalius & clarius annunciauit regnum cœlorum, & qui familiarius docuit viam, & modum perueniendi ad regnum, & docuit remouere impedimenta. hinc est quod quatuor libri a diuo Matthæo, Marco, Luca, & Ioanne conscripti, in quibus verba & facta Christi benedictionem gratiæ & gloriæ continentia, scripta sunt, specialius euangelium nuncupantur. ¶ Et quia non omnia, quæ Christus dixit, & fecit scripta sunt, ut expresse testatur D. Ioannes dicens, Sunt autem, & alia multa quæ fecit, quæ si scriberẽtur per singula. nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros & act. 1. Quibus (scilicet Apostolis, & discipulis suis) post passionem suam exhibuit seipsum viuum, in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno dei, hoc est de gubernatione ecclesiæ. Ea autem nõ apparent in euangelico scripta, neque etiã ea quæ dicebat eos ante passionem non posse portare hęc aũt in parte suppleuerunt D. Paulus, Iacobus, Petrus, Iudas, & Ioãnes in epistolis & Apocalypsi. & Lucas in Actibus

Euangelium quid.
In lib. de Precep. euang.
Eccle. 10.
Gen. 12.
Gen. 22.
super Epist. ad Gal. 4.
Roma. 10.
Esa. 61.
Luc. 4.
Ioan. vlt.
Ioan. 16.

Apostolorum. Et quædam in euangeliis scripta declarauerunt. ideo eorum libri. & per eos scripta ad eundem finem, s. benedictionem ordinata, & annunciata, possunt Euangelium nuncupari. ¶ Verum quia nec omnia quæ Christus & Apostoli prædicauerunt, & quæ circa regimen Ecclesiæ, & sacramentorum administrationem, & sanctarum cæremoniarum obseruationem ordinauerunt & disposuerunt, sunt scripta. vt uideri potest ex dictis Apost. dicentis, Cætera cum uenero disponam. Illorum

1. Cor. 11 dispositiones in epistolis non reperiuntur scriptæ. & alibi, Itaque fratres state, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram

2. Thess. 2. Sermones autem illi non reperiuntur scripti, sed peruenerunt ad nos per Apostolorum traditiones familiares suis successoribus factas, & per eorum successores gradatim vsque ad nos, ut sunt formæ sacramentorum, & solennitates eorum, quas Apostoli propter irrisionem infidelium uoluerunt esse occultas, vt D. Diony. D. Pauli discipulus in fine libri Ecclesiasticæ Hierarchiæ scripsit. huius generis sunt exorcismi, qui fiunt ante baptismum, Exequiç, & sepulturæ defunctorum, signū crucis, benedictiones nuptiarum, consecrationes ecclesiarū, olei sancti, ac chrismatis, orationes pro defunctis quadragesimale ieiunium, vsus candelarum, venerationes imaginum, & inuocationes sanctorum, ac alia hmōi, quæ in vniuersa Ecclesia ab Apostolorum temporibus fuerunt obseruata. Ideo illis, teste D. Paulo tanquam epistolis suis credenda sunt & tenenda, possuntque Euangelium nuncupari, Vnde D. Aug. & habetur in

Ad Casulanum. c. ecclesiasticarum, & c. in his 11. dist. In his rebus in quibus nil certi statuit diuina scriptura, mos populi, mos Dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt, & sicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinū coercendi sunt. ¶ Et quia (vt D. Petrus ait) D. Paulus scripsit quædam difficilia in-

2. Pet. 3: tellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem, sequitur quòd vbi aliquod dubium circa scripturas insurgit, standum est determinationi Ecclesiæ in vniuersali concilio congregatę in quo con-

Galat. 2. fertur euangelium, sicut Apostolus dicit se contulisse euangelium, & Act. 15. in primo concilio apostolorum super cessatione legalium, Apostoli & seniores conuene-

Matth. 18 runt, ac spiritu sancto assistente, (imò etiam Christo, vt promisit, dicens, vbi fuerint duo aut tres congregati in nomine meo, in medio eorum sum) determinauerunt, & dixerunt. Visum est spiritui sancto & nobis, &c. Eadem ratione cum Christus non solum apostolis & discipulis, sed etiam eorum successoribus, & ecclesiæ spiritus

Determinationes conciliorum possunt dici euāgelium sancti & suam promiserit assistentiam, determinationes consiliorum vniuersalium, siue ecclesiæ catholicę, et vniuersalis debitè congregatæ, in his quæ sunt fidei & bonorum morum, possunt Euangelia nominari, & eis tanquam euangelio est credendū. Vnde D. Greg & habetur in c. Sicut. 15. dist in. dicit, Sicut Euangelii quatuor libros, sic & quatuor concilia venera i me fateor. & eadem ratione alia, quum omnia dirigantur a spiritu sancto, & libris in biblia contentis credimus propter ecclesiæ determinationem, iuxta regulam Topico. Propter vnumquodque tale, & illud magis, Sicut pater diligens pædagogum propter filium magis censetur diligere filium, sic quia credimus euangelio propter authoritatem ecclesię, vt Diuus August. dicit, Euangelio non crederem, nisi ecclesiæ authoritas me compelleret, Sequitur

Matt. 18. quod magis est credendum ecclesiæ, quam nos debere audire Christus præcepit, dicens. si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, alias essemus sicut paruuli, fluctuantes omni vento doctrinæ, propter quòd apostolus dicit, Et ipse

Ephe. 4. dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero euangelistas & doctores, ad consummationemq; sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi, hoc est ecclesiæ, donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filii Dei, in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, vt iam non simus paruuli, fluctuantes, & circunferamur omni uento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris. Quis enim dixit quatuor libros euangelii nil nisi ve ba & facta Christi veraciter continentes, a D. Matth. Marco, Luca, & Ioanne esse conscriptos? Nemo nostrum vidit, neque

probari

probari poteſt niſi Eccleſiæ authoritate. Idem de Epiſtolis D. Pauli, Iacobi, Petri, Iudæ, ac de libro Act. Apoſtolorum, & Apocalypſi fateri oportet. Titulus enim non ſufficit, cum multis ſanctis viris adſcripti ſint libri, quos nunquam ſcripſerunt. Nunc non credimus Euangelio Petri, & Euangelio Nicodemi nomine conſcripto & intitulato, aut libro intitulato, Reuelationes Pauli, ſicut aliis libris quos memorauimus, non ob aliam cauſam, niſi quia primi authoritate Eccleſiæ recepti & approbati ſunt, poſteriores autem non.

D. Petrus caput ecc[l]ſiæ

¶ Eccleſiæ autem catholicæ Petrum fuiſſe caput manifeſte conſtat ex Ioan. 21. ca. verba Chriſti referente, Simon Ioannis diligis me plus his? &c. bis dixit paſce agnos poſtremo, Paſce oues & Act. 15. vbi in Apoſtolorum iam dicto concilio verba Petri referuntur, Viri fratres, vos ſcitis quoniam ab antiquis diebus in nobis eligit Deus per os meum audire gentes verbum euangelii, & credere, & in concilio Eccleſię, ipſum non poſſe errare liquido conſtat ex 22. ca. Lucæ, vbi Chriſtus profitetur & aſſerit ſe pro eo oraſſe ne deficeret fides eius, hoc eſt Eccleſiæ ſibi commiſſæ, quamuis enim alii Apoſtoli in propria perſona fuerint confirmati in die Pentecoſtes, iuxta
B prophetiam Dauid, Ego confirmaui columnas eius Sedes tamen aliorum Apoſtolo
140 rum non leguuntur confirmatæ, ſed ſolius Petri ſedes, non propriæ perſonæ quæ defecit, ſed Eccleſiæ ſibi commiſſæ, & ſic ſedes eius concilio vniuerſalis Eccleſiæ fulta, fuit confirmata. Et licet D. Petrus Antiochiæ primo ſederit, Antiochia tamen nō dicitur ſedes Petri, ſed Roma. Quia (vt habetur in rubrica de translatione epiſcopi) Sedes epiſcopi non dicitur in qua primo ſedit, ſed in qua vltimo reſedit. Compertum eſt ſæpe alias particulares eccleſias in his quæ fidei ſunt erraſſe; Eccleſia autem Romana concilio debite congregato & ſaluis ſolennitatibus nunquam errauit, quamuis particulares perſonæ ad eam pertinentes plurimum errauerint. Nec inuenietur aliqua particularis eccleſia libros in biblia contentos approbaſſe, & authorizaſſe, ſed ſolum Romana (vt ex regiſtris patet) cuius pontifex, ſucceſſor D. Petri & Chriſti vicarius, in pluribus conciliis generalibus eſt nuncupatus.

Solius Petri ſedes c[on]firmata.

¶ Ex premiſſis apparet quo hæreticum eſt dicere nil eſſe credendum, niſi quod expreſſum & ſpaliter ac diſtincte ſcriptum eſt in Euang. aut ſacris literis. Nam nemo, niſi plane infidelis, negare poteſt credendum eſſe Chriſto in omnibus quæ dixit, cum ſit ipſa veritas per eſſentiam, & vt dicit Apoſtolus, Fidelis eſt, & ſeipſum negare non poteſt, & alibi, Qui non mentitur Deus, qui dixit, Ipſum audite, abſolute, hoc eſt in omnibus credite & obedite. Atqui probatum eſt non omnia quæ ipſe dixit ſcripta fuiſſe, ſed nonnulla per Apoſtolorum traditiones & inuiolatā vniuerſalis eccleſiæ conſuetudinem ſunt recepta, alia in conciliis generalibus Spiritu ſancto & ipſo Chriſto ſuggerentibus, ad memoriam ſunt reuocata, & tandem conſcripta, igitur illis credendum eſt. Nec tamen ex hoc ſequitur Chriſti teſtamentum eſſe mancum & incompletum, quia quum annunciatū Chriſti dicatur Teſtamentum, ea ratione qua nobiſcum pactum facit de hæreditate cœleſti quam promiſit, ac omnia ad illam conducentia diſpoſuit ſecundum modum naturæ & capacitatem diſcipulorum ante mortem. Circa vero occurrentia negotia, quæ pro temporum varietate futura etiā, poſt paſſionem docuit, per dies quadraginta apparens eis, quantum capaces erant. Non enim omnia ſimul portare poterant, ideo ad ea quæ obliti fuerant, ſuggeſtionem Spiritus ſancti promiſit. Nec aliud Spiritus ſanctus ſuggeſſit, niſi quod Chriſtus illis dixerat. vnde ait, Suggeret vobis omnia quæcunque dixi vobis. Teſtamentum igitur compleuit, eius tamen executio & perfecta intellectio vſque ad diem vltimi iudicii non perficietur Dierim nouas intelligentias & expoſitiones euangelii videmus. Nec nos lactis participes ſolidum cibum ſumere valeamus.

Ioan. 6.
2. Tim. 2.
Ad Titu. 1.
Mat. 9.
Euangeliū Chriſti cō pletum.
Ioan. 16.

¶ Notandum tamē ꝙ lex noua & euangelica ſiue euangeliū dupliciter accipi pōt ſ.
C proprie & communiter. Lex noua ſiue euangelium proprie accipiendo, eſt gratia Spi
140 ritus ſancti, quia vnaquæque res denominatur ab eo quod eſt principale & potiſſimum in ea, vt dicit Phil. in 9. Ethic. ideo Rom 13. cum dicitur, Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, homo dicitur anima, ex eo quod ipſa anima eſt id

Executio euangelij nondum perfecta eſt
Heb. 6.

quod est principale & potissimum in homine. Eadem ratione D. Petrus & Paulus aliique sancti dicuntur esse in paradiso licet sola anima sit. Sed principale & potissimum, quod in lege noui testamenti siue in euangelio, in quo tota eius uirtus consistit, est gratia spiritus sancti, quę datur per fidem Christi. Ideo Apostolus ait se non erubescere euangelium, uirtus enim dei est in salutem omni credenti. Virtus euangelii se extendit ad salutem tripliciter, Primo, quia per uerbum Euangelii remittuntur peccata, unde Ioannis decimoquinto. Iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Secundo, quia per euangelium consequitur quis gratiam sanctificantem, iuxta illud, Sanctifica eos in ueritate, sermo tuus ueritas est. Tertio inquantum perducit ad uitam æternam. Ideo dicitur lex fidei, & spiritus uitæ. Vnde Apostolus ubi est gloriatio tua? Exclusa est, per quam legem? factorum, Non, sed per legem fidei. ipsa enim fidei gratiam legem pellat. & expressi-ue Rom. 8. Lex spiritus uitæ in Christo Iesu. liberauit me a lege peccati & mortis. Improprie uero & communiter seu largo sumpto uocabulo, lex noua & euangelium dicitur scriptura exterior, in qua scribuntur dei dona data per Christum & spiritum sanctum, eius doctrina, præcepta monitiones, & consilia. & sic accipitur cum dicitur, Prædicate Euangelium omni creaturæ. & Apud Apostolum Gala. 2. Contuli cum eis euangelium, ne forte in uanum currem, aut cucurissem.

Lex noua proprie est spiritus sancti gratia. *Rom. 1.* *Ioan. 15.* *Rom. 8.* *Mar. ult.* *Galat. 2.*

Ver. 1. *De differentia legis Nouæ et Veteris.*

PLVRES a doctoribus assignatur differentiæ inter legem Moysi, quæ dicitur lex vetus & antiquum Testamentum, & legem CHRISTI, quæ dicitur lex Noua & Euangelica ac nouum Testamentum, Prima quia vt D. Augustin. dicit, lex factorum scripta fuit in Tabulis Lapideis, Lex autem Noua siue Euangelica quantum ad principale, scilicet gratiam Spiritus sancti, Scripta est in cordibus fidelium, iuxta illud, Ecce dies venient dicit Dominus, & feriam domui Israel, eorum, & in corde eorum scribam eam. Illa autem lex scribenda erat, Spiritus sancti gratia. Si dicatur, quòd gratia Spiritus sancti data fuit antiquis patribus, Dictum est, quòd illi pertinebant ad nouum Testamentum, per fidem Christi venturi gratiam habuerunt, & principaliter expectabant promissiones spirituales & æternas, sicut & peccatores carnales, qui tempore pœnæ, vel amore spiritualium bonorum seruiunt, pertinent ad Testamentum vetus. Secunda differentia est, quia lex noua quantum ad principale iustificat, & dat auxilium ad reprimendam concupiscentiam, & ad implendum pręcepta. Hoc autem (vt dictum est) non faciebat lex antiqua. Quo ad scriptura verò exteriorem lex noua non iustificat, nec scribentem nec legentem effectiue & efficaciter. Vnde Apostolus dicit, Litera occidit, spiritus autem viuificat. Et D. August. exponit quòd per literam intelligitur quęlibet scriptura extra homines existens, etiam moralium pręceptorum, qualia continetur in euangelio, vnde etiam litera euangelii occideret, nisi esset interius gratia Dei sanans Discrimen tamen est inter scripturas noui Testamenti, & veteris, Quia scriptura noui Testamenti magis disponit legentes ad gratiam, quam scriptura antiqui. & pręterea quia (vt dicit D. Thom.) uerba euangelii scripta ex fide delata, uel superposita uirtutem habent salutiferam sicut legimus de D. Barnaba, quod currabat infirmos euangelium. D. Matthei eis superponendo. Cauendæ sunt tamen superstitiones, ut dictum est cum de superstitionibus ageretur. Talia uero non legimus de antiquo testamento. Tertia differentia est, quia lex antiqua erat imperfecta, iuxta illud, Nil ad perfectum adduxit lex. Sed lex noua & Euangelica, quæ est gratia Spiritus sancti, est perfecta. quia est lex

charitatis

1.2.q.106 *& Io. 7.* *In li. de spi. & lit.* *Exod. 31.* *Hier. 3.* *Secūda differentia.* *2. Cor. 3.* *In li. de sp. & lit.* *D. Tho. super. 1. cap. Epi. ad Ro.* *Heb. 7.*

charitatis, de qua Apost. dicit, quod est uinculum perfectionis. Praeterea quia introducit ad finem qui est uita aeterna, iuxta illud, Gratia Dei uita aeterna. Ideo Christus dicebat, Estote ergo & uos perfecti, sicut pater uester coelestis perfectus est. Ad cuius clariorem intelligentiam sciendum est, quod praecepta cuiuslibet legis, siue ueteris, siue nouae, dantur de operibus uirtutum ad operandum autem opera uirtutum aliter inclinantur imperfecti, qui nondum habent habitum uirtutis, & aliter illi qui sunt per habitum uirtutis perfecti. Illi enim qui nondum habent habitum uirtutis, inclinantur ad agendum uirtutis opera ex aliqua causa extrinseca, puta ex comminatione poenarum vel promissione aliquarum extrinsecarum remunerationū, puta honoris, aut diuitiarum, aut alicuius huiusmodi. Et ideo lex uetus, quae dabatur imperfectis dicitur lex timoris, inquantum, inducebat ad obseruantiam praeceptorum per comminationem poenarum, & dicitur habere aliqua temporalia, promissa, Illi uero qui habent habitum uirtutis, inclinantur ad uirtutum opera agenda per amorem, & nō propter aliquam poenam vel remunerationem extrinsecam. Et ideo lex noua, cuius principalitas consistit in ipsa spiritualia gratia indita, dicitur lex amoris, & habet spiritualia, & aeterna promissa, quę sunt obiecta uirtutis, praecipuè charitatis. Vnde diuus Aug. dicit, Breuis differentia antiqui, & noui Testamenti, timor, & amor. In signum huius legimus quod ante quam Deus daret legem Mosi, misit Dominus tonitrua & fulgura, & luxus mōs terribilis apparuit, & Act 2. quod in omissione Spiritussanct. factus est repente de coelo sonus scilicet placidus, ad quem conuenit multitudo. &c. Coloss. 3 Roma. Matth. Exo. 19

E 141

Ver. 6. *De Impletione legis Veteris per Nouam.*

QVVM lex noua & uetus se habeant sicut perfectum & imperfectum, sequitur primo quod lex noua continetur in ueteri, non actu, sicut locatum in loco, sed uirtute, sicut species in genere, confusè & implicite, & sicut arbor in semine. Vnde D. Chrys. exponens illud quod habetur Math. 4. ultro terra fructificauit primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica, dicit, Primo herbam fructificat in lege naturae, postmodum spicas in lege Mosi, postea plenum frumentum in euangelio, & D. August. contra Faustum dicit, quod pene omnia, quae nouit vel praecepit dominus, vbi adiungebat, ego autem dico uobis, inueniuntur etiam in illis ueteribus libris, sed quia non intelligebant nisi peremptionem corporis humani, ostendit dominus omnem iniquum modum ad nocendum fratri, in homicidii genere deputari, & quantum ad huiusmodi manifestationem praecepta decalogi dicuntur maiora praeceptis legis ueteris, Nil enim prohibet maius in minori uirtute contineri, sicut arbor in semine. Secundo sequitur quod lex noua implet ueterem. Non ueni soluere legem, sed adimplere, omne enim perfectum adimplet, quod perfecto deest, sed deerat ueteri, quod non poterat consequi finem legis qui est facere homines bonos & iustos, hoc est iustificare, quod lex non poterat sed significabat quibusdam caeremonialibus factis & promittebat uerbis, & quantum ad hoc lex noua implet ueterem iustificando per virtutem passionis Christi, & hoc est quod Apostolus dicit Ro. 8. Quod impossibilem erat legi, Deus mittens filium suum in similitudinem carnis peccati, damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis. Sua autem doctrina impleuit pręcepta legis tripliciter, Primo quidem uerum intellectum legis exprimendo, sicut patet in homicidio & adulterio, in quorum praecepto Scribae & Pharisaei non intelligebant nisi exteriorem actum prohibitum. Vnde Dominus legem adimpleuit, ostendendo etiam interiores actus peccatorum cadere sub prohibitione, dum dicit, De corde exeunt cogitationes malae, haec sunt quae coinquinant hominem. Secundo adimpleuit praecepta legis ordināndo in tutius. Quod n lex uetus statuerat, ut homo non peiararet, tutius fuit si oino

1. 2 q. 107 art. 3. Contra Faust. 1. 2 q. 107 art. 2. Math. 5 Math. 15

F 141

a iuramento abstineret, nisi in casu necessitatis. Tertio, præceptis legis, & superaddendo consilia. vnde Christus dicenti se obseruasse præcepta veteris legis, dixit, Vnum tibi deest si uis perfectus esse &c. Nec obstat quod lex noua euacuat præcepta cæremonialia legis veteris, quia illa sunt impleta in his quæ figurabantur, & ideo non sunt ulterius obseruanda. Quia si obseruarentur, significaretur aliquid ut futurum & non impletum, quod est præteritum & impletum. Sicut enim promissio futuri doni non habet locum promissione impleta per doni exhibitionem, sic cæremoniæ ueteris legis tolluntur, cum implentur in lege noua. De iudicialibus vero præceptis commemorant præceptum tale, vt quod de hoc diceretur, de omnibus aliis esse intelligendum, In quo quidem præcepto docuit legis intentionem non esse quo ad hoc ꝙ pœna quæreretur propter liuorē uindictæ, quem ipse excludit monens quod homo debet esse paratus etiam maiores iniurias sufferre, sed solum propter amorem iustitiæ, quod adhuc in noua lege remanet, Nec sunt præcepta Domini contraria præceptis ueteris legis, vt dicit D Aug. Quod enim Dominus præcepit de uxore non dimittenda, non est contrarium ei quod lex præcepit. Non enim lex ait, Qui uoluerit, dimittere vxorem, dimittat, cui contrarium est non dimittere, sed vtique noluit vxorem dimitti a viro, qui hunc interposuit moram, ut in dissidium animus præceps libelli conscriptione refractus desisteret. Vnde Dominus ut facile vxor non dimittatur solum causam fornicationis excepit, propter quam libellus conscribendus erat, & sic legem declarando confirmauit. Et idem etiam dicendum est de prohibitione iuramenti, sicut dictum est de prohibitione talionis. Taxauit enim lex modum uindictę, ut non procederetur ad immoderatā vindictā, a qua Dominus perfectius remouit, cum prohibuit omnino a vindicta abstinere, non tamen prohibuit debitum vindictæ modum secundum iustitiam, æquitate seruata. Sic etiam prohibuit omnino iurare scilicet absque tribus comitibus de quibus supra dictū est, cū de iuramento ageretur, & nisi ordo iustitiæ exigeret. Circa vero odium inimicorum remouit falsum intellectum Pharisæorum, non monens ut persona odio haberetur, sed culpa. Circa uero discretionem ciborum, quia cęremonialis erat, Dñs non mandauit, ut non eruaretur, sed ostendit quod nulli cibi secundum suam naturam sunt mali, dicens, Non quod intrat in os, &c Nec etiam egit contra legem, tangendo leprosum, sicut non uiolauit sabbatum, infirmos sanando. Tactus enim leprosi prohibitus erat in lege propter coinquinationem quandam, propter quam contrahebatur quędam irregularis. Sed Dominus qui erat mundator leprosi, inquinationem aut immunditiam contrahere non poterat. Per ea autem quę fecit in sabbato, non soluit secundum rei ueritatem sicut ipse ostendit, tum quia Dominus sabbati, tum quia operabatur miracula uirtute diuina, quæ semper operatur in rebus, tum etiam quia salutis humanæ opera faciebat, cum etiam Pharisæi in die sabbati animalium irrationalium saluti operam darent. Discipulos excusauit in sabbato spicas colligentes & fricantes propter necessitatem. Ideo non soluebant sabbatum, licet soluere, uiderentur secundum superstitiosum Pharisæorum intellectum, qui credebāt etiam a salubribus operibus in die sabbati abstinendum, quod erat contra intentionem legis.

Ver. 3. *De grauitate nouæ legis, & ueteris.*

LEGEM antiquam fuisse ualde grauem ad obseruandum constat ex dicto D. Petri qui cum quæstio orta fuisset de legalibus cum euangelio seruandis dixit, Quid tentatis Deum imponere iugum super ceruices discipulorum, quod nos, nec patres nostri portare potuimus? Legem autem nouam non esse grauem D. Ioannes testatur, dicēs, Mandata eius grauia non sunt. & Christus, Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Ad cuius materiæ resolutionem habendam diuus Thomas dicit quod grauitas siue difficultas legis prouenit ex difficultate actuum, qui sunt duplices, scilicet interiores, & exteriores, & sic duplex potest considerari difficultas legis, scilicet ex parte actuum exteriorum & interiorum. Si consideremus ex parte actuum exteriorum, manifestum est legem veterem fuisse multo grauiorem

Margin notes: Matth. 19. (A 148) Contra an. Matth. 19. Matth. 15. (B 148) Matth. 8. Marc. 3. Act. 5. (C 148) 1. Ioan. 5. Matth. 11. 2. 2. q. 107 art. 4.

tem noua, quia ad plurimos actus exteriores ligabat in tot & tantis cæremoniis & iudicialibus præceptis. lex autem noua præter præcepta legis naturæ paucissima addit in doctrina Christi & apostolorum, licet postmodum aliqua fuerint superaddi ta ex institutione sanctorum patrum, secundum nego ia ocurrentia. D. Aug. dicit moderationem esse attendendam, ne conuersatio fidelium onerosa reddatur, dicit enim de quibusdā prælatis ad inquisitiones Ianuarii, Quod iam religionem nostrā quæ in manifestissimis & paucissimis celebrationem sacramentis consistit, dei mise ricordia uoluit esse liberam, sed tot premunt oneribus, ut tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui legalibus sacramentis non humanis præsumptionibus subiiciuntur. Si uero consideremus difficultatem circa actus interiores. puta quod aliquis opus uirtutis exerceat prompte & delectabiliter, & circa hoc difficile est uirtus, hoc enim non habenti uirtutem est ualde difficile, quod per uirtutem redditur facile. Et quantum ad hoc præcepta nouę legis secundum se considerata, sunt grauiora præceptis legis ueteris, quia in lege noua expresse prohibentur actus animi, ut odium, ira, qui expresse in lege ueteri non prohibebantur in omnibus, quanuis in aliquibus pro hiberentur, in quibus tamen prohibendis pœna non apponebatur Hoc autem est difficile uirtutem non habenti. Si autem uelimus considerare grauitatem & difficultatem simpliciter, & comparare has leges ad inuicem, lex uetus est simpliciter & ab solute grauior & difficilior, quum tot habeat præcepta, nec det auxilium siue uirtutem adimplendi ea, & refrenandi concupiscentiam, quæ in oppositum exardescit. Noua autem lex quæ paucissima dat præcepta, & tribuit uirtutem & auxilium refrenandi concupiscentiam, & implēdi eam, est mitior & suauior. Amor enim qui datur per gratiam spiritus sancti, in qua principaliter consistit lex noua, omnia præcepta dulcia facit & delectabilia Amanti enim nihil difficile. Et (ut D. Aug. ait) Amor nescit laborem. Et ideo simpliciter & absolute lex noua est facilior, mitior, & suauior, quanuis in aliquo particulari præcepto possit esse grauior, si secundum se considerentur præcepta, ut dicunt aliqui de confessione sacramentali. Si uero considere tur actus confessionis in ordine ad gratiam spiritus sancti, quæ principaliter dicitur lex noua, est facilis & habet manna absconditum, quod nemo scit nisi qui accipit.

Lex noua pauca præcepta habet.

Lex antiqua simpliciter grauior.

Lex noua in aliquo casu grauior antiqua.

442 Et si bene considerarentur sacrificia & hostiæ quæ in Leuitico præcipiebantur publice offerri pro certis generibus peccatorum, inuenietur confessio antiquorum difficilior & confusibilior, quam sacramentalis quæ fit uni soli authoritatem a deo habenti, cuius absolutio uermen & remorsum conscientiæ elidit & tollit, quod sacrificia antiquę legis facere non poterant. Nec obstat quod lex noua sub terribilioribus pœnis & comminationibus ad sui obseruantiam inducit, cum pœna ęterna quā lex noua comminatur, terribilior sit pœna temporali & corporali, quam lex Moysi comminabatur. Quoniam cum pœnę sint oppositæ pręmiis, sunt adhibendæ secundum proportionem præmiorum. Et quia lex noua promittit æterna, ideo comminari debet pœnas æternas Lex autem antiqua solum promittebat bona temporalia, ideo comminabatur pœnas temporales, quæ cum sint magis cognoscibiles, & propinquiores sensibus, apprehenduntur a peccatoribus ut grauiores. Iustis enim non est lex posita, quo ad pœnā coerciuam, cum uirtutis amore ducantur, sed solis malis, qui solum formidine pœnæ retrahuntur. ¶ Nec obstat pariter quod in antiqua lege paruuli dicebantur saluari in fide parentum, ut D. Tho. recitat, sed non asserit. In noua autem lege non saluantur in uero per fidem parentum, nec extra in casu necessitatis & defectu aquæ, & sic uidetur in lege noua maior rigor seruari in his quæ necessaria sunt ad salutem dicitur enim Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritus sancto, non potest introire in regnum Dei. Dicendum nullibi reperiri fundamentum nec doctorem autentiquum, dicētem in antiqua lege paruulos in utero uel extra uterum saluari sola fide interiori parētum, absque protestatione exteriori. Resolutio enim D. Tho. est, quod post peccatum Adę omni tempore indiguit homo sacramētis, hoc est uisibilibus signis, quibus homo fidem, suam protestaretur de futuro saluatoris aduentu, quem (ut habetur Rom. 3.) posuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine

Antiquorum confessio confusibilior.

1. Tim. 1.

2. 2. q. 10. art. 12.

3. p. q. 61 art. 3.

Rom. 3.

guine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ in hoc seculo, vt sit Ipse iustus & iustificans eumqui est ex fide Iesu Christi. Nota verbum (ad ostensionem) hoc est manifestationem eius, scilicet exteriorem. Si ergo nullus potest saluare seipsum, cum sola fide interiori & absque exteriori protestatione, sequitur etiam quod nec alium. Sacrificium autem pro paruulo in vtero matris existente, non legitur aliquando fuisse oblatum nec acceptum, cum videatur quodam modo indiscretum, vtpote pro re incerta, multoties enim mulieres existimantur prægnantes, & tamen non sunt. vnde dicunt Iuriste, De his quæ non apparent & non sunt, idem est iudicium Ideo de lege ordinata nullus unquam per sacrificia exteriora obtinuit remissionem peccati originis in vtero ante natiuitatem, quamuis aliqui & pauci ex speciali priuilegio fuerint in utero ante natiuitatem sanctificari, vt Hier. de quo dicitur, Priusquam te formarem in vtero, noui te, & antequam exires de vulua, sanctificaui te. & de D. Ioan Babtista, de quo Luc. 1. Et factum est vt audiuit salutationem Mariæ Elizabeth, exultauit infans in vtero suo. Post natiuitatem autem paruulorum differentia fuit inter tempus legis naturæ & scriptæ, siue Moysi & gratiæ, Quia hæc tempora adinuicem comparata, se habent sicut determinatum ad indeterminatum, Quia in tempore legis naturæ pro expiatione peccati originalis pro se vel liberis non erat determinatum sacrificium, nec quo ad substantiam, nec quo ad tempus, nec quo ad locum. Poterant enim parentes sacrificium quod volebant, & quando volebant, ac vbi volebant, pro peccati originalis in se vel in paruulo expiatione offerre. Per circuncisionem vero facta fuit determinatio sacrificii & temporis, quo ad masculos, qua facta, non poterant per aliud sacrificium quam circuncisionem saluari, post octauum diem, cum dictum fuerit. Delebitur anima de populo suo. Ante uero octauum diem in casu necessitatis remittebantur parentes ad legem naturæ, vt scilicet per aliud sacrificium prouidere possent masculo Vnde D. Tho. dicit quod probabile erat quod parentes fideles pro paruulis natis, & maxime in periculo ante octauum diem existentibus, preces domino Deo funderent, vel aliquam benedictionem eis adhiberent, vel aliud signum fidei exterius ostenderent, sicut adulti pro seipsis preces & sacrificia offerebant, prout etiam parentes pro filiabus, quæ non erant subiectæ sacramento circuncisionis. In lege autem euangelica institutum & determinatum est sacramentum baptismi, cum decretio irritante, Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei, absque determinatione temporis aut loci, in quo lex noua mitior apparet, quia faciliori modo & absque anxietate differendi, & ad ostensionem siue exitum vnius membri prouidit saluti paruulorum. Si autem non inueniatur aqua (quod est valde difficile, si parentes voluerint facere quod in se est) & paruuli ante baptismum moriantur, defectus ille aquæ non est ex lege, sicut nec si post octauum diem non fuisset inuentus gladius ad circuncidendum, ille defectus nō erat ex lege. Ideo si moriebantur tunc ante circisionem, moriebantur propter peccatum originale, ita & nunc si moriantur sine baptismo ¶ Non improbantur tamen preces & orationes ac exteriores protestationes parentum pro filiis aut filiabus in vtero aut extra vterum im periculo mortis existentibus, eo quo deus non alligauit, virtutem suam sacramentis ideo orare possunt vt dignetur eos deus ex sua infinita misericordia ac sacramentum baptismi perducere, uel peccatum originale remittere Tunc deus qui est liberalissimus, poterit eos saluare. Sed hoc non erit ex lege, sed ex mera gratia Et ideo nisi deus reuelauerit, non debent asseri saluari, neque eorum corpora in loco sacro sepeliri.

[Margin: ...crificia ...lege nati... ant inde... rminata. / ...n. 17. / ...p. q. 70. ...4. ad. 2.]

...2. q. 106 Ver. 4. *De duratione legis euangelicæ.* 140

[Margin: ...et. uls.]

LEX noua siue Euangelica vsque ad consummationem seculi est duratura seu permansura in statu & virtute sua dixit enim Christus, Matth. 24, Dico vobis quo

non præteribit generatio hæc donec omnia, fiant, quod D Hierony. exponit de generatione fidelium, & alibi, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem secu
A li. Quod intelligitur secundum expositores de sacramento altaris, & per cõsequens
142 de aliis sacramentis ecclesiæ. Ratione etiam sic potest ostendi. Status huius mundi dupliciter variari potest, vno modo secundum diuersitatem legis, vt status dicatur duratio legis positiuæ exterioris, dirigentis totam politiam humanam. Et sic duratio legis Moysi dicitur status legis veteris, cui successit status legis nouæ, cui statui nullus alius status siue lex vniuersalis in hac via succedet, Legi naturali non assignat status, quia non cessat per veterem aut euangelicam, nec etiam per gloriam. Præterea status nouæ legis successit veteri tanquam perfectior, imperfectiori cessante. Sed in hac via nullus status neque lex potest esse perfectior statu nouæ legis, igitur. Minor patet, quia nullus status præsentis vitæ potest esse perfectior quam qui propinquior est vltimo fini, & quam ille qui immediate in vltimum finem introducit, sed hoc facit noua lex. Vnde dicit Apostolus. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, quam initiauit nobis viam nouam per quam, scilicet accedamus ad eum, ideo non potest esse in vita præsenti status perfectior statu nouæ legis. Quia tanto est vnum quodque perfectius, quanto est vltimo fini propinquius. Alio modo status hominum uariari potest, secundum quod homines diuersimode se habent ad eandem legem, vel perfectius, vel minus perfecte. Et sic status veteris legis frequenter fuit mutatus, cũ quãdoq; leges optime costodirentur, quandoque omnino prætermitterentur. Sic etiam status nouæ legis diuersificatur secundum diuersa loca & tempora, & personas, in quantum gratia Spiritus sancti perfectius vel minus perfecte ab aliquibus habetur. Non est tamen expectandum quod sit aliquis status futurus, in quo perfectius gratia Spiritus sancti habeatur, quam hactenus habita fuerit, & maxime ab Apostolis, qui primitias Spiritus acceperunt, & tempore prius, & cæteris abundantius, vt dicit Glossa Romanos octauo. ¶ Nec putandum est quòd status veteris legis fuerit status patris, & status nouę fuerit status filii, & quod sit futurus alius status Spiritus sancti, prout posuerunt quidam hæretici, volentes quòd in illo. Tertiò statu dæmones & damnati reciperentur ad pœnitentiam, quod est contra illud, Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Hic error attribuitur Origeni, & fuit condemnatus per Ecclesiam, quia absque fundamento, & contra sacram scripturam, & rationem, quia cum opera patris ad extra sint indiuisa, sequitur quòd lex vetus, & per consequens status legis veteris non solum erat patris, sed etiam filii & Spiritus sancti. Vnde Dominus dicebat, Si crederitis Moysi, crederitis forsitan, & mihi, de me, enim ille scripsit. Et lex data Moysi, legitur scripta digitu Dei, hoc est virtus Spiritus sancti, vt communiter exponitur. Et lex noua non solum fuit Christi, sed etiam Patris, & Spiritus sancti. Vnde & vox Patris audita est, & spiritus sanctus visus est in specie columbæ in baptismo, & sub specie nubis lucidæ in transfiguratione. & Apostolus loquens de lege noua, dicit, Lex Spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis. Promissio enim Spiritus sancti a Christo facta, completa fuit in Apostolis. Vnde Acto primo. Baptizabimini spiritus sancto non potest multos hos dies, quod impletum legitur Acto secundo, Et per hoc quod dicitur Ioannis septimo. Nondum erat spiritus datus, quia nondum Iesus erat glorificatus, datur intelligi quod statim glorificato Christo in resurrectione & post ascensionem, in die Penthecostes fuit datus Apostolis spiritus sanctus, qui docuit eos omnem veritatem de his quæ pertinent ad necessitatem salutis, scilicet circa necessaria credenda & agenda tempore eorum. Non tamen docuit eos de omnibus futuris euentibus, hoc enim ad eos non pertinebat, secundum illud, Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Nec obstat quòd aliqui voluerunt allegare illud, Prædicabitur euangelium regni in vniuerso orbe, & tunc veniet consummatio, Sed euangelium Christi iam prædicatum est in vniuerso orbe, & tamen nondum venit consummatio,

Marginal notes: Heb. 10. — Mat. 25. — Ioan. 5. — B 132 — Exo. 3. — Luc. 5. — Rom. 8. — Ioan. 14. — Act. 1. — Matt. 24.

tio, igitur futurum est alium euangelium Spiritus sancti, quod dicitur euangelium regni, eo quod introducet omnes ad regnum, quia ad hoc dicitur, quòd cum Christus statim ab initio euangelicæ prædicationis dixerit. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum, stultissimum est dicere quòd euangelium Christi nō sit euangelium regni. Veruntamen prædicatio euangelii Christi potest dupliciter intelligi. vno modo quantum ad diuulgarionem notitiæ Christi, & sic prædicatum fuit euāgelium Christi in vniuerso orbe, etiam tempore Apostolorū, vt D. Chrys. dicit. Quod intelligendum est de orbe reperto & manifesto, propter insulas Antipodū nouiter repertas, de quibus nullus hominum ante pauca tempora scripserat. Et secundum hoc quod additur, quod erit consummatio, intelligendum est de destructione Hierusalem, de qua tunc ad literam loquebatur. Alio modo potest intelligi prædicatio euangelii in vniuerso orbe cum pleno effectu, ita quod in qualibet gente sua datur Ecclesia. Et hoc modo (sicut dicit D. Aug. ad Esicheum) non est prædicatum euangelium in vniuerso orbe. Sed hoc facto veniet consummatio mundi.

An euangelium tempore Apost. fuerit publicatum.

DE CONTENTIS IN NOVA LEGE.

CAP. XVI.

IN noua lege continentur sacrificia, sacramenta, sacramentalia, cæremoniæ obseruantiales, præcepta, & consilia, de quibus dicendum est, & primo de sacrificiis. C 140

Ver. 1. *De sacrificijs.*

QVIA de oblatione sacrificii sufficienter dictū est c.5.§.5.ver.5. & amplius dicetur infra hoc c.§.3.ver.11. Ideo pro præsenti supersedendum est.

Ver. 2. *De sacramentis.*

3.p.q.60. Sacramenti multiplex acceptio. Signū quid

SACRAMENTVM apud Iuristas & vulgares communiter accipitur pro iureiurando, quod violare non licet, sed in sacris literis dupliciter accipitur. Primo pro re sacrata, quam etiam violare & reuelare non licet, vnde Thob. 10. dicitur Sacramentum regis abscondere bonum est, & hoc modo, nō accipitur in proposito. Secundò accipitur pro signo sacræ rei siue pro mysterio, vt græci dicunt. Ad cuius euidentiam supponendum est quid dicatur signum, & res sacra, Signum secundum D. Aug. est res quæ præter speciem quam ingerit sensibus, facit in cognitionem alterius venire. Et cum ad homines qui soli sunt discursiui duntaxat pertineat in cognitionem ignotorum per nota peruenire, sequitur quod solis hominibus propriè dantur signa, & maxime per institutionem, licet in gallis, & aliis animalibus sint aliqua signa ex instinctu naturæ, non tamen per institutionem & impositionem. Res sacra siue sancta in scripturis sanctis analogice, hoc est secundum ordinem quendam dicitur. Primò anthonomatice de Deo, qui est essentia sanctitatis, Secundò de Christo secundum naturam humanam, qui propter vnionem dicitur Sanctus Sanctorum, Dan 9. Tertio de gratia gratum faciente, per quam grati denominamur, & efficimur consortes diuinę naturæ. Quartò de quacunque re habente habitudinem siue respectum ad huiusmodi gratiam, vel ad alias res sanctas aut sacras, vel causę efficientis, vel præparationis, aut dispositionis, aut significationis, de omnibus enim talibus res sacra dicitur secundum ordinem quendam, & secundum quod maiorem, vel minorem propinquitatē in habēte ad Deum. Quemadmodū sanitas attribuitur animali, D 141

Res sacra analogice dicitur. Dan. 9. 2. Pet. 1.

animali, medicinæ, urinæ, & medico, eodem modo sanctitas & res sacra attribuitur rebus. De qualibet enim re habente habitudinem ad Deum, dicimus quod est res sacra, uel effectiue, uel subiectiue, uel dispositiue, aut significatiue, aut formaliter, siue denominatiue. Et hoc modo sacramentalia (de quibus infra dicetur) possunt dici sacramenta. Et cum sacramentum sit sacræ rei signum, consequens est quod sacramentum multipliciter dicatur Communiter tamen accipitur sacramentum apud Theologos pro signo gratiæ gratum facientis, quæ homines sanctificat, & hoc modo conuenit sacramentis antiquæ legis. Proprie tamen sacramentum, prout tantum conuenit sacramentis nouę legis, sic definitur a D. Aug. Sacramentum est inuisibilis gratiæ uisibilis forma, ad cultum Dei ordinata, eiusdem (scilicet gratiæ) imaginem gerens, & causa ipsius existēs. In hac definitione non accipitur forma pro altera parte cōpositi, sed pro ipsomet cōposito ex materia & forma. Sacramentum enim nouæ legis nō quid simplex, sed cōpositum ex materia & forma vt notum est in sacramentū baptismi. Ideo definitio sacramenti debet sic intelligi, Sacramentum est inuisibilis gratiæ uisibilis forma, hoc est res sensibilis Cū enim potentia uisiua sit excellentior aliis potentiis sensitiuis exterioribus, & plures nobis rerum species demonstret, sumi consueuit pro aliis sensibus unde dicimus, Vide quomodo cantat, quomodo hoc est frigidum, calidum uel sapidum. Et sic quidditas siue essentia sacramenti nouæ legis in duobus consistit, primum est quod res sensibilis signifi. et aliquo modo gratiam, uel in se, uel secundum aliquem effectum, quantum est de se, nisi ponatur obex siue impedimentum. Et sic potest dici signum demonstratiuum & pronosticum. Secundū in quo cōsistit est causatio gratiæ scilicet quod causet illam non principaliter, sed instrumentaliter in uirtute principalis agentis, qui est Deus, cum nulla creatura virtute propria possit gratiam causare. Et quia sacramenta nouæ legis dum perficiuntur & applicantur, habent hanc uirtutem instrumentalem inhærentem causandi gratiam, & non sacramēta legis ueteris, ideo sunt perfectiora, & per hoc distinguuntur ab eis. Ex quo sequitur quod signa quæ fuerunt data, & non causabant gratiam, nō dicuntur sacramenta, vt serpens æneus, columba quæ apparuit in baptismo Christi, & linguæ igneæ quæ in die Pentecostes apparuerunt super Apostolos & discipulos. In hac ergo definitione comprehenditur tota quidditas & essentia sacramenti, primum per modū generis, & secundum per modum differentię a sacramentis ueteris legis, quæ gratiam quidē significabant, sed non causabant, sicut sacramenta nouæ legis. Et cum non sint nisi duæ causæ intrinsecæ, quæ intrent compositionem & essentiam rei s. materia & forma, siue genus & differentia, & nō efficiens aut finalis, ideo non debuerunt plures causæ poni in definitione quidditatiua huius sacramenti. Sequitur quod institutio Christi & promissio salutis, quæ supponuntur tanquam extrinseca, non debent inseri in definitione sacramenti. Per hæc eliduntur argumenta Lutheri, qui solum vult illa esse sacramenta, quibus specialiter & expresse adiungitur promissio salutis, ut Baptismus & Eucharistia. Presuppositum. n. est ex Luca. 1. ca. quod Iesus saluum faceret populum suum a peccatis eorum. Et ideo quæcunque instituit, ad salutem instituit. licet in baptismo & eucharistia specialius expresserit, propter maiorem difficultatem suscipiendi, vt ex prædictis locis haberi potest.

Sacramentum nouæ legis quid.

Mar. vls. Ioan 6.

Ver 3. *De Requisitis ad Essentiam Sacramenti.*

F CVM diuina sapientia vnicuique secundum modum suum prouideat, iuxta il- *Sap. 8.*
134 lud, Suauiter disponit omnia, & illud Dedit vnicuique secundum propriam virtutē, & modus connaturalis cognitionis hominis sit vt per sensibilia ueniat in cognitionem intelligibilium, cum omnis nostra cognitio ortum habeat a sensu vnde Apost. Inuisibilia dei a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sequitur quod significatio sacramenti, quod dicitur signum datum ad sanctificandum hominem in cultum & honorem dei, fiat per res sensibiles, vt probat D. Diony. Et quia in usu sacramentorum duo possunt considerari, scilicet cultus diuinus & sanctificatio hominis, primum pertinet ad hominis per comparationem ad Deum quem colere & honorare debet, Secundum pertinet ad Deum, qui iustificat & sanctificat,

Rom. 1.

1. c. Cœles. hierar.

Rom. 8.

con-

consequens est quòd ad solum Deum pertineat assumere & determinare res per quas homo sanctificetur, cum non pertineat ad aliquem, quod est in alterius potestate. Et ideo necesse est quòd res quæ assumuntur ad sacramenta, fint determinatæ ex institutione diuina, quum res ex uirtute naturali non habeant uim sanctificandi. Nec per talem diuinam determinationem arctatur uia salutis. Quia res quarum usus in sacramentis est necessarius, uel communiter habentur uel paruo studio adhibito haberi possunt. Et quanuis homo possit asumere alias res ad cultum siue honorem dei, illæ tamen res sic asumptę, non habent ex se, nec ex illa hominis assumptione siue determinatione, uirtute sanctificandi, ut dictum est. Ad significandā ergo sanctificationem hominis instituit & determinauit Christus duo genera rerum sensibilium .s. res & verba. licet etiam largo modo uerba sint res sensibiles, cum sub

Ephe. 5. iacent auditui, quia tamen uerba magis congruunt ad significandum, cum per ea possimus melius exprimere quod mente concipimus, quam per alias res, Ideo doctores faciunt differentiam inter res & uerba. unde & Apost. dicit, Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ. & D Aug. dicit, Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentum. Res enim sensibiles ad significandum sunt indeterminatæ, sed determinan- A

Super. Ioã. tur per uerba, ut manifeste apparet in sacramento baptismi, aqua enim potest significare ablutionem, propter suam humiditatem, & refrigerium, propter suam frigiditatem, sed cum dicitur, Ego te baptizo, &c. manifestatur quòd aqua utimur ad significandam emundationem spiritualem. Et ideo in sacramentis res sensibiles dicuntur materia, & uerba dicuntur forma. Et sicut homo componitur ex materia & forma, sic sacramentū constituitur ex materia & forma, ita ut neutrum illorum sufficiat. 134

In omni sacramento inuenitur materia et forma. ¶Ex his infertur, quòd in omni sacramento inuenitur materia & forma, non quidem materia proprie dicta, ut est altera pars compositi & de prædicamento substantiæ, sed materia, hoc est res indeterminata, determinabilis tamen quo ad significationem per uerba uel signa, ut in sacramento matrimonii inter mutos contracto, signa enim sufficienter manifestant consensum, etiam in puellis, quæ propter uerecundiam non audent loqui. In aliis autem sacramentis requiruntur uerba, vt uerba sunt exprimentia non solū intentionē aut consensum offerentis, sed etiam Ecclesię, in cuius persona operatur. vnde ignorans significatum horum uerborum, Ego te baptizo, &c. si intendat facere quod Ecclesia intendit, baptizat. Secus in matrimonio. in quo requiritur expressio consensus proferentis.

3. p. q. 90 art. 7. Ver. 4. *De Immutatione uerborum in Sacramentis.*

Deut. 4. CVM autem formæ & species sint sicut numeri qui consistunt in indiuisibili, sequitur quod nil debet immutari, quod tollat substantiam aut significationē uerborum sacramentorum, quia non minoris necessitatis sunt, sacramenta quam sacra scriptura, cui nihil licet addere uel minuere, iuxta illud, Non addetis ad uerbum quod ego loquor uobis, neque diminuetis ex eo & Apoc. vl. Contestor omni audienti uerba prophetię libri huius, Si quis appofuerit ad hæc, apponent Deus plagas scriptas in libro isto Et si quis diminuerit, auferet Deus partem eius de libro uitæ. Et quia (sicut D. Augu dicit) verbum operatur in sacramentis, non quia dicitur, hoc est non secundum exteriorem sonum uocis, sed quia creditur, hoc est secundum sensum uerborum qui fide tenetur, & hic quidem sensus est idem apud omnes, licet non sint eędem uoces, Ideo in quacunque lingua proferantur, sacramentum conficitur. Et quanuis in qualibet lingua contingat diuersis uocibus idem significari, semper tamen aliqua illarum uocum est, qua homines illius linguæ, principalius, & communius utūtur ad significandum & talis uox debet assumi in significatione sacramenti, sicut inter res sensibiles illa assumuntur ad significationem sacramenti, cuius usus est communis ad actū per quē sacramēti effectus significatur, Sicut aqua elementari cōmunius utūtur homines ad ablutionem corporalē, per quam spiritualis ablutio significatur, ideo elementaris assumitur ut materia, in sacramento baptismi. Si dicatur ex hoc sequi quod balbi & illiterati non cōferunt sacramēta, cū sæpe B 134

Super Ioã.

Forma sacramentorum in lingua uulgari habet efficaciam.

Immutatio formæ sacramenti quando impedit effectum.

uariant.

varient, dicendum quòd ille qui truncate vel corrupte profert verba sacramentalia ex industria, non videtur intendere facere quòd Ecclesia intendit, si vero ex errore vel lapsu linguæ tanta fit corruptio, quòd omnino auferat sensum locutionis, non videtur perfici sacramentum, & hoc præcipuæ contingit, quando fit corruptio principii dictionis, puta si loco eius quod est in nomine patris, dicat in nomine matris. Si uerò nõ totaliter auferatur sensus locutionis per hmõi corruptelam, nihilominus perficitur sacramentũ, & hoc præcipue contingit, quando fit corruptio ex parte finis, puta si aliquis dicat patrias siue filias, quanuis enim verba corrupta nil significent ex virtute impositionis, accipiuntur tamen vt significantia ex acõmodatione vsus, & ideo licet mutetur sonus sensibilis remanet tamen idem sensus. Quod autem dictũ est de differentia corruptionis circa principium vel finem dictionis, rationem habet

E quia apud nos variatio quæ est ex parte principii, mutat significationem, quæ etiam

43 apud Græcos variatur secundum principium dictionis indeclinationibus verborum. Magis tamen videtur attendenda quantitas corruptionis ex parte dictionis, quæ ex vtraque parte potest esse tã parua, quòd nõ auferet sensum verborũ, & tam magna quòd auferet. Sed vnum horum accidit ex parte principii, & aliud ex parte finis.

¶ Notandum tamen quòd licet Latini baptizent sub hac forma, Ego te baptizo in nomine patris, & filii, & spiritus sancti Græci tamen baptizant sub ista forma, Baptizetur seruus Christi N in nomine patris & filii & spiritus sancti. Et apud vtroq; verum perficitur sacramentum. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod circa istas mutationes quæ possunt in formis sacramentorum contingere duo videntur esse considerāda, unum quidem ex parte eius qui profert verba, cuius intentio requiritur ad sacramentum, vt infra dicetur, & ideo si intendat per huiusmodi additionem vel diminutionem alii facit ritum inducere, qui non sit ab ecclesia receptus, non videtur perfici sacramentum, quia non videtur intendere facere quod ecclesia. Aliud autem est considerandum ex parte significationis verborum. Cum enim operentur in sacramentis quantum ad sensum quem faciunt, oportet considerare vtrum per talem mutationem tollatur, sensus uerborum, quia sic manifestum est quòd tollitur virtus sacramenti. Manifestum est autem quod quando omittitur aliquid eorum, quæ sunt de substantia formæ sacramentalis, tollitur debitus sensus verborum, & ideo perficitur sacramentum Vnde Dydimus dicit, Si quis ita baptizare creditur, ut vnum de prædictis nominibus prætermittat scilicet patris, & filii, & spiritus sancti, sine perfectione baptizauit. Si aũt subtrahatur aliquid quod non sit de substantia formæ talis diminutio non tollit debitum sensum verborũ, & per consequens nec sacramenti perfectionem. Sicut in forma Eucharistię, quæ est ista, Hoc est enim corpus meum. Hæc dictio (enim) sublata non tollit debitum sensum uerborum, & ideo non impedit perfectionem sacramenti, quanuis possit contingere quod ille qui prætermittit, peccet ex negligentia vel contemptu. Circa additionem autem contingit,

D aliquid apponi quod est corruptiuum debiti sensus puta si aliquis dicat, Baptizo te

43 in nomine patris maioris, & filii minoris, sicut Arriani baptizabant, Ideo talis additio tollit virtutem sacramenti, Si uero sit talis additio quæ non auferat debitum sensum non tollitur virtus sacramenti. Nec refert vtrum talis additio fiat in ipso principio medio, vel fine, ue'ut si aliquis dicat, Ego te baptizo in nomine patris omnipotentis, & filii vnigeniti, & spiritus sancti paracleti, erit verum baptisma, si forte autem diceret, ego te baptizo in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, & beatæ virginis Mariæ, non esset baptisma quia dicitur: 1. Cor 1. Nũquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Sed hoc verum est, si sic intelligatur in nomine D Virginis baptizari, sicut in nomine Trinitatis, quo baptismus consecratur. Talis enim sensus esset contrarius veræ fidei, & per consequens tolleret veritatem sacramenti. Si verò intelligatur quod additur, in nomine beatæ virginis, nihil operatur in baptismo, sed eius intercessio prosit baptizato ad conseruandam gratiam baptismalem, non tollitur perfectio sacramenti. Nec obstat quod supra allegatum est Deutero. 4. Apocaly vltim. quid ad uerba sacræ scripturæ non

Latini & Greci in forma baptismi differunt.

In li. de spiritu sancto

Additio varians sensum verborum impedit effectum.

non licet aliquid apponere quantum ad sensum, sed quantum ad expositionem sacræ scripturæ Multa verba a doctoribus apponuntur. Non tamen licet verbis sacræ scripturæ addere, vt videntur facere Paraphraste sensum suum offerentes vt de intétione sacræ scripturæ, quod est vitium falsitatis. Et similiter si quis diceret aliquid esse de necessitate formæ sacramenti, quod non est.

Interruptio verborum quãdo impediat effectum sacramenti. Quid de transpositione dicendum.

¶ Circa interruptionem vero verborum aduertendum est, quod si sit tanta interruptio verborũ, quod intercipiatur intentio pronunciantis, tollitur perfectio sacramẽti, nõ aũt tollitur, quando est parua interruptio proferentis, quæ intentionẽ aut intellectum verborũ non aufert, vt quando interrũpit ad respirandũ vel resumendũ anhelitũ. Et idẽ etiã dicendũ est de transpositione verborũ, quia si tollit sensum locutionis, non perficit sacramentũ, sicut patet de negatione præposita uel postposita signo. Si, autẽ sit talis transpositio, quæ sensum locutionis non variat non tollitur veritas sacramenti secundũ quod Philos. dicit nomina & uerba transposita idem significare.

Ver. 5. *De ministris sacramentorum.*

Quinque sacramenta habent specialem & determinatum ministrum. Angeli non sunt ministri sacramentorũ.

ALIQVA sacramenta nouæ legis habent specialem ministrum, aliqua autem non. Sacramenta quæ requirũt specialem ministrum, sic affecta sunt ministro, quod si per alium attentẽtur perfici, sacramentum nõ perficitur, & huiusmodi generis sunt Cõfirmatio & Ordo, quæ habẽt Episcopũ pro ministro, Eucharistia, Pœnitẽtia, & Extrema vnctio quæ habent sacerdotem. Baptismus uero nõ habet specialẽ ministrũ ex necessitate, eo quod est sacramentum necessitatis, & ideo si per alium attentetur, seruatis aliis seruandis, perficitur sacramentum licet is qui baptizat, peccet si id extra casum necessitatis faciat. Sacramentum autem matrimonii cum consistat in contractu ex consensu mutuo viri & mulieris proueniente, non requirit ministrũ ex necessitate, sed aliquando propter solennitatem habet sed amplius de vnoquoque agetur suo loco. E 144

¶ Notandum tamen quod angeli non sunt ministri sacramẽtorum, cum Heb. 5 dicatur, Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum. Et ratio est, quia virtus sacramentorũ deriuatur a Christo secũdũ quod homo, cui in natura non conformantur angeli. Sciendũ tñ quod sicut Christus nõ sic aligauit virtutẽ suam sacramẽtis, quin possit absque illis causare & cõferre effectus sacramentorũ, ita etiam nõ alligauit virtutem suam Ecclesiæ ministris, quin angelis possit tribuere ordine ministrandi in sacramentis. Et quia angeli boni sunt nuntii veritatis, si aliquod sacramentum vel sacramentale angelorum bonorum ministerio perficeretur, esset ratum habendum, quia deberet præsumi hoc perfici voluntate diuina, sicut quædam templa dicuntur angelorum ministerio consecrata. Si uero dæmones, qui sunt spiritus mendacii, aliquod sacramentale ministerium exercerent non esset ratum habendum. Nec ex hoc sequitur homines esse digniores angelis simpliciter, quia angeli superiori & nobiliori modo operantur scilicet interius illuminãdo & perficiendo. Nõ inconuenit tamen aliquem hominem secundum quid (hoc est in aliquo) esse digniorem angelis.

Intẽtio ministri necessaria ad effectũ sacramenti.

Ver. 6. *De intentione ministri.*

MINISTRI intentio non solum est necessaria quantum ad efficaciam & effectum, sed etiam quantum ad essentiam sacramenti, sic quod etiam si verba proferantur & applicentur super debitam materiam, & non sit debita intẽtio in ministro applicãte, non perficitur sacramentum. Vnde in Concilio Tridenrino, sess. 5. tit. de sacramẽ. c. 11. Si quis dixerit in ministris (dum sacramenta conficiunt & conferunt) nõ requiri intentionem, saltem faciendi quod facit ecclesia, Anathema sit, Ratio huius necessitatis est, Quia quando aliquid se habet ad multa opottet quod per aliquid determinetur ad vnũ, si illud effici debeat. Sed ea quæ in sacramẽtis aguntur, possunt diuersimode agi, sicut ablutio aquæ quę fit in baptismo, potest ordinari ad ablutionem, & sanitatem corporalem, ad ludum & alia huiusmodi, & ad emundationem & sanitatem spiritualem, & ideo oportet quod ad sacramentalem effectum per intentionem ablucntis determinetur. Et hæc intentio exprimitur per verba quæ F 144

m

In applicatione sacramentorum dicuntur. Præterea in omni actu humano siue libero est intentio agentis, quum omne agens agat propter finem suo modo. Insuper ex pluribus causis non sequitur vnus effectus, nisi illæ causæ aliquo modo vniantur, sed in sacramentis plures causæ concurrunt, consequens est igitur aliquomodo uniri, quod non potest fieri, nisi in intentione debita. Hinc est quod non sufficit intentio exterior, quæ est prolatio uerborum, sed requiritur interior, Sicut nec sufficit in matrimonio consensus exterior sine interiori, ut infra dicetur. Ad debitam autem intentionem non requiritur, quod minister actualem habeat intentionem, siue cogitet & intendat in actu effectum sacramenti, sed sufficit quod habeat habitualem vel virtualem, puta quum sacerdos vadit ad baptizandū, uel celebrandum, intendat facere quod ecclesia intendit unde si postea in exercitio cogitatio eius ad alia rapiatur, ex virtute primæ intentionis perficitur sacramentū, quanuis studiose curare debeat sacramenti minister, vt etiam actualem intentionem adhibeat, sed hoc non est totaliter positum in hominum potestate, quia sæpe præter intētionem, quum homo vult circa aliqua intendere, distrahitur, & incipit alia cogitare, iuxta illud Psal. Cor

Intētio actualis non necessario requiritur

A meum dereliquit me. ¶ Ex præmissis apparet quod intentio habitualis siue uirtua-

144 li non sufficit, quia cum administratio sacramentorum sit actus humanus, non perficitur a dormiente & somniante, qui tamen potest habere habitualem intentionem. Nec obstat quod intentio ministri non possit esse nota, & sic non potest homo habere certitudinem se recepisse sacramentum, ad quod tenetur de necessitate salutis. Quia minister agit in persona Ecclesiæ, cuius est minister. In uerbis autē quæ proferuntur, exprimitur intentio Ecclesiæ, quæ sufficit ad perfectionem sacramenti, nisi exterius contrarium exprimatur ex parte ministri vel recipientis, quantum ad satisfactionem præcepti de sacramento suscipiendo, uel certitudinem coniecturalem faciendam, qua quis potest absolute credere se suscepisse sacramentum, & adorare hostiam consecratam absque conditione, ut dictum est quum de fide ageretur. Debemus enim ambulare bona fide, quia quilibet debet præsumi bonus, nisi appareat de opposito Vbi autem sacerdos ex malitia in baptismo vel in pœnitētia falleret. Deus (qui facienti quod in se est, non deficit in necessariis, nec alligauit uirtutem suam sacramentis) sua infinita bonitate suppleret, quanuis regulariter character non imprimatur nisi per sacramētum. Sed in tali casu si Deus suppleat principalem effectum qui est gratia, supplet etiam minus principalem, iuxta regulā Topicorū, Si, id quod magis uidetur in esse inest, & id quod minus. ¶ Notandum etiam quod duplex est

Intētio uirtualis necessaria.

Intentio ecclesiæ duplex.

B intentio Ecclesiæ, prima est quod materia & forma sacramenti applicetur, secunda,

144 quod per illam applicationem conferatur gratia & alii effectus. Prima intentio recta sufficit in ministro qui est instrumētum animatū, per eam enim se subiicit principali agenti, Sicut seruus qui ex præcepto domini sui tradit aliquid alicui, habet voluntatem tradendi quod dominus iubet, licet non habeat intentionem transferendi dominium rei traditæ, qui sufficit quod illa intētio sit in domino Alia autem peruersitas intentionis ministri, scilicet propter vnā gloriam, aut aliquē malum finē, peruertit opus intē[?]eris, quia scilicet peccat, non tñ peruertit opus alterius scilicet Christi & Ecclesiæ sicut seruus dādo eleemosynam mala intentione, nō peruertit bonā intētionem domini Nec obstat quod habetur in c. Spiritus sanctus. 1. q. 1. vbi narratur quòd quidā episcopus Alexandriæ uidit supra orā maris ludū puerorū, & Athanasium puerum more episcopi baptizantem alios secundum formam Ecclesiæ, & fuit decisum quod non essent rebaptizandi. Quia inuentum est quod intendebat facere, quod Ecclesia facere consueuit, & præcipue quia solos cathecuminos baptizauit. Et ad ludum illum dicitur, quod Ludus dupliciter fieri potest, uno modo ut fiat sola delectationis causa per puram irrisionem, & sic impedit perfectionem sacramenti, Alio modo ut admittat aliquid serii, quia etiam iocando & delectationem intendendo, quod est de ratione ludi, seria fieri possunt In ludo autem illorum puerorum erat aliquid serium, quia uolebat ille Athanasius facere sicut episcopus, ut uiderent quomodo se haberent in suscipiendo baptismate in Ecclesia tempore debi-

Intentio peruersa ministri nō impedit.

Ludus in sacramentis duplex.

In lib de uni.bapt. to D August in lib. de unico baptismo, dicit quod si esset dubium an totum ludicrū uel mimice siue ioculariter ageretur, an esset baptizatus qui sic daretur, iudiciū concordi oratione, & gemitibus à Deo esset implorandum.

Ver. 7 *De bonitate et Fide ministri Sacramentorum.*

Bonitas ministris non est absolute necessaria. CIRCA bonitatem & fidem ministri sacramentorum notandæ sunt duæ cō clusiones, prior est. ¶ Bonitas, vel sanctitas, vel fides deficiens in ministro, nō impedit efficaciam sacramenti, & sic non est absolute necessaria, modo seruet essentialia prædicta. Vnde in concilio Tridentino, sessione. 5. de sacramentis. c. 12. Si quis dixerit ministrum in peccato mortali existentem (modo essentialia quę ad conficiendum vel conferendum sacramentum pertinet, seruauerit) non conficere aut non conferre sacramentum, Anathema sit. D. Aug. super illud Ioan. 1. Super quem uideris Spiritum, &c. dicit quod non nouerat Ioannes potestatem baptismi ipsum Dominū habiturum, sibi retenturum, sed mysterium plane translaturum in bonos, & malos. & idem contra Petulianum Donatistam dicit, mementote in sacramentis dei nil obesse mores malorum hominum. Ratio huius est, quia ministri ecclesiæ instrumentaliter operantur in sacramentis. Et ideo eadem est ratio ministri, & instrumenti, sed instrumentū non agit operationem instrumentalem secundum propriam formam aut virtutem, sed secundum virtutem eius a quo mouetur. Et ideo accidit instrumento, inquantum instrumentum est. quam formam uel virtutem habeat, præter id quod exigitur ad rationem instrumenti, sicut quod corpus medici, quod est instrumētum animæ habentis artem, sit pulchrum vel deforme, sanum vel ægrum, & sicut non refert an fistula per quam aqua transit, sit argentea, plumbea, uel terrea, sic etiam non refert quantū ad operationem sacramentalē quem formam habeat minister scilicet bonitatē uel malitiam. Nec ipsa sacramenta maculantur maculis ministrorum, sicut nec radii solares luto. Et sicut charitas pertinet ad propriam uirtutem, sic et fides. Vnde sequitur quod ad perfectionem sacramentorum nō requiritur charitas neque fides ministri, Et per consequens peccatores, infideles, hæretici, suspensi, excommunicati, degradati, sacramenta uerè conficiūt & conferunt, modo intendāt facere, quod ecclesia intendit, & ueram ecclesiæ formam seruent. Neque a talibus baptizati, aut ordinati sunt rebaptizandi, aut reordinandi, quia potestas conferendi, & administrādi ordines, ac etiam consecrandi eucharistiam pertinet ad spiritualem characterem, qui indelebilis est, ut inferius dicetur. Et ideo per hoc quod aliquis ab ecclesia suspenditur, excommunicatur, uel degradatur, non amittit potestatem conferendi sacramentum, sed solum licentiam utendi hac potestate. Ideo sacramentum conficit & confert, sed peccat conficiendo & conferendo, similiter ille qui scienter suscipit ab eo, nisi propter extremam necessitatem excusetur. Vnde in concilio Tridentino, sect 5. titulo de sacramento baptismi c. 4. dicitur, si quis dixerit baptismum, qui etiā datur ab hæreticis, In nomine patris & filii & spiritus sancti, cum intentione faciendi quod ecclesia faciat, non esse uerum baptisma, Anathema sit. Ideo in hoc non est sequendus D Cyprianus, de quo D. August dicit, Martirem Cyprianum apud hæreticos uel schismaticos datum baptisma nolebat cognoscere. Tanta merita usque ad triumphum martyrii secuta sunt, ut charitatis qua excellebat, luce obumbratio illa fugaretur, & si quid purgandum erat, passionis falce tolleretur. ¶ Secunda conclusio, est, quod bonitas & fides ministri necessaria est necessitate præcepti, ad debitam sacramentorum administrationem, sic quod si minister sit in peccato mortali & sciēter integrat se sacramentis absque pœnitentia, peccat mortaliter, quia scriptum est Leui. 19 Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Debet n. minister cōformari principali agenti, secundū illud, Secūdū iudicē populi, sic & ministri eius. Vnde Leu. 21. dicitur, Homo de semine tuo per familias, qui habet maculam, non offeret panes Deo tuo, nec accedet ad ministeriū eius. Ideo D. Dion. dicit, Malis non est fas neq; licitum tangere symbola hoc est sacramentalia signa, & in episto. ad Demophilum, vocat præsumentem, audacem, temerarium, ac inuerecūdum. Licet .n. omnis conuenientia aut conformitas non sit de necessitate præcepti, puta cum maiori deuotione,

Marginal notes: C 144 (beside "clusiones, prior est"); *Sacramenta a malis non maculantur.*; *An hæretici uere conficiant sacramenta.*; D 144 (beside "di quod ecclesia faciat"); *Eccl. 10. Leui. 21. 1. c. Eccl. Hierar.*

tione, nec omnis indecentia causet peccatum mortale, Indecentia tamen quæ pertinet ad irreuerentiam vel contaminationem sacramenti, causat peccatum mortale. Nec tamen propterea peccator ex officio obligatus administrare sacramenta, est perplexus simpliciter, quia pôt pœnitere, licet posit esse perplexus supposito quodam, s. quod uelit manere in peccato. In articulo tamen necessitatis non peccaret baptizando in casu in quo posset laicus baptizare. Tunc. n. non se exiberet ministrum ecclesiæ, sed subueniret necessitatem patienti. Eadem rõne non peccat laicus peccator tangendo Eucharistiam ne cadat in lutum, uel leuando de terra. Et idem dicendum de sacerdote degradato baptizãte, &c. secus si officiando & se exhibẽdo ministrum ecclesię, ac etiam ministrando in aliis sacramentis, quæ non sunt necessitatis sicut baptismus. Nec obstat quòd peccator sine offensa pôt ministrare Deo in operibus charitatis, secundum illud Dan. 4 Cõsiliũ meum regi placeat, peccata tua eleemosynis redime, quia alia opera charitatis non sunt in se aliqua consecratione sanctificata, & ideo qui se exhibet ministrum Deo in operibus charitatis & misericordiæ, si sit iustus, amplius iustificabitur, si uero sit peccator, per hæc ad sanctitatem disponetur. Sed sacramenta in seipsis habent quandam sanctificationem per mysticã cõsecrationẽ, & ideo præexigitur in ministro & suscipiente sanctitas iustitiæ, ut cõgruat suo ministerio. ¶Ex his apparet primo, ꝙ contrahens matrimoniũ in peccato mortali, peccat, quia indigne immiscet se sacramento, Secundò quòd existens in mortali, publice prædicans, etiam peccat, tum propter scandalum, tum quia præsumit exercere actũ, qui requirit cõsecrationem ex institutione diuina, pertinet. n. ad episcopũ ex officio. & ideo quãuis ex cõmissione non episcopus posit prædicare, tenetur tamen ad sanctitatem habendam. Vnde Psal. Peccatori autẽ dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meũ per os tuũ? &c. Eadem ratione sequitur quòd sacerdos celebrando, diaconus, & subdiaconus, imò & acolyti solemniter officiando in peccato mortali, peccant, quia indecenter se exhibent ministros. Secus uidetur de cantoribus non solemniter officiantibus, & aliis fratribus, & clericis cantantibus & laudantibus Deum in choro, quia actus laudandi, & cantandi non est annexus alicui ordini, cum ad omnes pertineat. Quanuis aũt minister sacramentorũ peccet in ministrãdo, non tamen sequitur quod recipiẽs scienter sacramentum ab eo, semper peccet, & cõicet peccato illius, maximè cum recipit sacramenta necessitatis, uel ex præcepto habet recipere, & non est alius qui ministret, quia cõicare peccato alterius est non uitare peccatum in alio, quando potest, & tenetur, quia aliquãdo non pôt. ut ille qui petit mutuũ a fœneratore parato dare ad vsuram, talis petendo, nihil illicitum petit, & ideo non est causa peccati, eius potest tamen uti peccato illius ad utilitatem suam, ut supra dictum est. Sic in proposito, vbi parochus ex malitia uult perseuerare in peccato, parochianus non tenetur dimittere utilitatem sacramentorum, & ideo accedens & petens ab eo sacramentum, non suscipit ab eo ut talis persona, sed ut est minister ecclesię. Et ideo quandiu ab ecclesia toleratur, ille qui suscipit sacramentum ab eo, non communicat peccato eius, sed communicat ecclesiæ, quæ eum tanquam ministrum exhibet. Si uero ab ecclesia non toleraretur, ut pote quia est præcisus, uel excõmunicatus, aut degradatus peccaret ab eo recipiens & petens, & communicaret peccato ipsius.

Dan. 4.

Psal. 49.

An recipiẽs et petens sacramentum a malo ministro, communicet peccato illius.

Ver. 8 — *De causa, & institutione Sacramentorum.*

F

149 CAVSA principalis sacramẽtorum est Deus, cum interior effectus eorum sit iustificatio, quæ ad solum Deum pertinet, iuxta illud, Deus (scilicet) qui iustificat. Christus uerò secundum quod homo operatur ad interiores effectus meritoriè, & efficienter, ac etiam satisfactoriè quia humanitas Christi cõparatur ad Deũ tanquam instrumentum coniunctum. Et ideo oportet quod gratia sacramentalis, quæ est uirtus salutifera, a diuinitate Christi per eius humanitatem deriuetur in sacramẽta. Gratia enim sacramentalis ad duo ordinari uidetur, uidelicet ad tollendos defectus peccatorum, præteritorum inquantum transeunt actu, & remanent reatu, & iterum ad perficiendum animam in his, quæ pertinent ad cultum Dei

3. p. q. 64. Rom. 8.

3. p. q. 62. artic. 5.

secundum religionē Christianæ uitæ, sed Christus liberauit nos à peccatis per suam passionem non solum efficienter & meritorie, sed etiam satisfactorie, similiter et a per suam passionem initiauit ritum Christianæ religionis offerens seipsum oblationem & hostiam Deo. Vnde sequitur quòd sacramenta ecclesiæ specialiter habent uirtutem ex passione Christi, cuius uirtus copulatur, & applicatur nobis per sacramenta, in cuius signum dicitur quòd de latere Christi pendentis in cruce fluxerunt sanguis & aqua, quorum vnū pertinet ad baptismum, scilicet aqua, & aliud ad Eucharistiam, scilicet sanguis. Et ideo dicunt communiter doctores, quòd de latere Christi pendentis in cruce fluxerunt sacramenta, quibus ecclesia dicitur ædificata, quia omnia sacramenta habent efficaciam a passione Christi, cui fideles copulantur per sacramenta & fidem sacramentorum a passione Christi uirtutē habentiū A secundum illud, Quem proposuit propitiatorem per fidem, & sanguinem ipsius. Et 145 quia instrumentum coniunctum diuinitati, habet quandam principalitatē & causalitatem respectu instrumentorum extrinsecorum, qui sunt ministri Ecclesiæ, Et ideo sicut Christus inquantum Deus habet potestatem authoritatis in sacramentis, ita inquantum homo habet potestatem ministerii principalis siue potestatem excellentiæ. Potestas autem excellentiæ consistit in quatuor. Primo quòd meritum passionis eius operatur in sacramento, cuius passionis virtus copulatur, & applicatur nobis, per fidem, quam in sacramentis protestamur per inuocationem nominis Christi. Secundo ad hanc potestatem pertinet, quòd in nomine eius sacramenta sanctificentur & conferantur. Tertio quòd ipse qui dedit virtutem sacramentis, possit instituere sacramenta. Quarto quòd ipse qui habent potestatem excellentiæ, posit causare effectus sacramentorū sine exteriori sacramento, cū causa non pendeat ab effectus, sed potius ecōuerso ¶Ex his patet quòd omnia sacraméta sunt a Christo instituta. Vnde in concilio Tridentino, Sessio. 5. tit de Sacramentis in generali, canone. 1. dicitur, Si quis dixerit sacramenta nouæ legis à domino nostro Iesu Christo instituta nō esse Anathema sit. Et quamuis nō oīa tradita sint in sacris literis, habet tamē ea Ecclesia ex familiari Apostolorum traditione. Vnde Apostolus, Cætera cum uenero disponam. Sed de singulis suo loco dicetur. Et quia Apostoli & eorū successores sunt ministri Dei, inquātū ad regimē Ecclesiæ constitute, atq; collectæ per fidem & fidei sacramenta sunt deputati. ideo sicut non licet eis constituere aliam ecclesiā, ita non licet eis tradere aliam fidem neque instituere alia sacramenta.

Ephe. 2. *Rom. 3.* *Potestas excellentiæ in quibus consistit.* *Omnia sacramenta, sunt a Christo instituta. 1. Cor: 11. Apostoli sacramē ta instituere non poterant.*

Ver. 9 *De Necessitate Sacramentorum.*

CIRCA necessitatē sacramentorum notandæ, sunt duę cōclusiones, quarum B prima est. ¶Sacramenta in statu naturæ integræ siue ante peccatum Adæ non erāt 145 necessaria, neque conuenientia, quia non est opus ualentibus medicus, Sed sacramenta sunt medicinæ, quæ adhibentur contra vulnera peccati, quòd non erat in statu naturę integræ. homo enim tunc erat sanus, & habebat nobiliora dona ad conseruandam sanitatem, quam sint sacramenta quæ sunt corporalia, ipse enim habebat iustitiam originalem, & uirtutes infusas, quibus poterat præseruari a peccato, seruare sanitatem, & ordinari ad cultum Dei Igitur. Ratio huius conclusionis accipi potest ex rectitudine status, de quo Eccle 7. Hoc inueni quia fecit Deus hominem rectum & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus illa rectitudo consistebat in hoc, quod superiora dominabantur inferioribus, & nullo modo pendebāt ex eis, quia sicut mens suberat Deo, ita menti (hoc est portioni superiori intellectui, & uoluntati) inferiores animæ vires. Sed contra hunc ordinem esset si animam perficeretur, vel quantum ad scientiam supernaturalium, uel quantum ad gratiam per aliquid corporale, ut fit in sacramentis, Ideo homo in statu innocentiæ sacramentis non indigebat, non solum inquantum sacramenta ordinantur in remedium peccati, sed nec etiam inquantum ipsa ordinantur ad animæ perfectionem Nec tunc matrimonium institutum erat in sacramētum, sed in naturæ officium. Ex consequenti tn̄ significabat aliquid futurum circa Christum, & ecclesiam, sicut & alia quæ in figura Christi pręcesserunt, quæ non dicuntur sacramenta proprie, prout hic accipimus, licet

3. p. q. 6. 1. Mat. 9. *Eccle. 7.* *Sacramenta non fuisse in statu naturæ integræ. Ephe. 6.*

licet bene communiter & large accipiendo sacramentum, propter quod Apostolus institutionem matrimonii & verba ipsius Adæ recitans, dixit, Sacramentum hoc magnum est, accipiendo sacramentum pro quocúque signo dato, siue ex propria institutione, siue consequenti, Et quanuis sit eadem natura hominis post peccatum, quæ erat ante, non tamen erat idem status nec eadem politia. Nec obstat quod filii Adæ acquisiuissent scientiam a rebus, quia non acquisiuissent scientiam supernaturalium ab eis, quum fuissent creati in iustitia originali & gratia, cui dona scientiæ & intellectus ac sapientia sunt connexa, vt dictum est. ¶ Secunda conclusio est, Quòd sacramenta post peccatum omni tempore fuerunt necessaria, non quidem absolute, quia non erat abbreuiata manus domini, vt aliter saluare non posset, Esa. 59. sed necessitate conuenientiæ. Vnde D. Aug. 19. contra Faustum, In nullum nomen religionis seu verum, seu falsum coadunari possunt homines, nisi aliquo signaculorum seu sacramentorum sensibilium consortio colligentur, sed necessariũ est ad æternam salutem homines adunari in vnum veræ religionis nomen, Igitur, &c. Ad huius roborationem triplex ratio adduci potest, Prima sumitur ex conditione hominis, quia proprium est naturæ destitutæ ex conditione sua, vt per corporalia & sensibilia deducatur in spiritualia, iuxta illud, Inuisibilia Dei, &c. Vnde Phil. dicit quod omnis nostra cognitio ortum habet a sensu, Pertinet autem ad diuinam prouidentiam vt prouideat vnicuique rei secundum modum suę naturæ, secundum illud, Disponit omnia suauiter. Secunda ratio sumitur ex statu hominis, Homo n cum in honore esset, peccando subdidit se per effectum corporalibus rebus, sed ibi debet adhiberi medicinale remedium homini, vbi patitur morbum, ideo cõueniens fuit quòd Deus per corporalia signa hominibus spiritualem medicinam adhiberet. Nam si spiritualia remedia nuda ei proponerentur, eius animus corporalibus deditus applicari nõ posset. Tertia ratio sumitur ex studio actionis humanæ quæ præcipue circa corporalia versatur. Ne ergo esset homini durum si totaliter a corporalibus abstraheretur, posita sunt ei corporalia exercitia in sacramentis, in quibus salubriter exerceatur ad vitanda superstitiosa exercitia, quæ consistunt in cultu dæmonum. Sic igitur per institutionem sacramentorum homo conuenienter secundum conditionem suæ naturæ eruditur & humiliatur, cognoscens se corporalibus subiectum, dum sibi per corporalia subuenitur, præseruatur etiam a noxiis actionibus per salubria exercitia sacramentorum. De sacramentorum necessitate ordinatum fuit in concilio Tridentino, Sess 5. tit. de sacramentis in generali, can 4. Si quis dixerit sacramenta nouæ legis non esse necessaria ad salutem, sed superflua, & sine eis aut eorum voto, per solã fidem homines a Deo gratiam adipisci iustificantem, quum omnia singulis necessaria nõ sint, Anathema sit. &c 5. cauetur, Si quis dixerit hæc septẽ sacramẽta propter solam fidem nutriẽdã instituta fuisse, Anathema sit. Nec obstat illud. 1. Tim 4. Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, quia ibi loquitur Apostolus de exercitatione corporali vt corporalis est, & non de exercitatione sacramentorum, quæ est magis spiritualis quàm corporalis Nec obstat pariter quod hæretici obiiciunt, ex eo ꝙ dictum fuit Apostolo, Sufficit tibi gratia mea, quia gratia datur hominibus secũdũ modum eis conuenientem, vt dictum est. Et quanuis passio Christi sit sufficiens causa salutis, non tamen propterea sequitur quòd sacramenta non sint necessaria ad humanam salutem, quia operantur in virtute passionis Christi, quæ per ea hominibus applicatur, secundum illud Apostoli, Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus ¶ Ex prædictis apparet quòd nullus per solam fidem interiorẽ fuit saluatus absq; aliqua protestatione exteriori per aliqua signa, quæ dicuntur sacramenta, nec etiam paruuli nati. De paruulis in vtero morientibus dictũ est c. 15. § 2 versi. 3. Cum autem sacramenta propter conditionem humanæ naturæ fuerint necessaria, consequens est quòd secundum diuersitatem temporum, in quibus diuersę erant hominum conditiones & dispositiones, alia & alia fuerint sacramenta, ab initio. n in lege naturę erant voluntaria quantum ad specificationem, vt dictum est. Deinde tempore Moysi in lege fuerunt determinata alia, quæ erant spe-

Esa. 59.

Necessitas sacramentorũ in statu naturæ corruptæ probatur.

Rom. 1.
Sap. 8.

1. Cor. 12.

Rom. 6.

Diuersa diuersis stati bus congruũt sacramenta.

cilice instituta ad specificandum Christū venturum, & postmodū Christus instituit alia mysteriorū suæ passionis repræsentatiua. Sacramenta enim ante aduentū Christi instituta significabāt Christum, venturū, & omnes quotquot salui facti sunt, in fide Christi venturi saluati sunt. Sacramenta verò a Christo instituta significant ipsum venisse, & quicunque post passionē Christi saluati sunt, in fide explicita vel implicita Christi nati & passi saluati sunt, Iudæi ante publicationē euāgelii. D. Dion.

5.c. Cæl. Hierar. dicit quod status nouę legis medius est inter statum veteris legis (cuius figuræ implentur in noua lege) & inter statim gloriæ, in quo omnis nuda & perfecta veritas

1.Cor.13 manifestabitur Et ideo nulla erunt tunc sacramenta. Nunc aūt quandiu per speculū, & in ænigmate cognoscimus oportet nos per aliqua sensibilia signa in spirtualia deuenire, quod pertinet rationem sacramentorum. Nec propter hęc sequitur mutabilitatem esse in Deo, sed potius in nobis, sicut paterfamilias nō dicitur habere mutabilem voluntatem, eo quod diuersa præcepta familiæ proponit pro temporum varietate seruanda, non enim eadem præcipit in hyeme & æstate. Sic est in Deo, &c.

Ver. 10. De effectibus sacramentorum.

3.p.q.63: ar.6.ad.3. QVODLIBET sacramentum nouæ legis habet duplicē effectū. Vltimus & principalis est gratia, alius effectus est dispositiuus ad gratiam, & talis in baptismo cōfirmatione, & ordine dicitur Character, in aliis autem quatuor sacramentis dicitur Ornatus. Et sic in quolibet sacramento sunt tria, Aliud quod est signū siue sacramentum tantum, & illud est compositum ex materia & forma, cum applicatione & intentione ministri. Aliud dicitur res sacramenti tantum, quæ non est sacramentū, Et hoc est gratia, quæ est significata, & causata per sacramentū. Aliud quod dicitur sacramentum & res sacramenti, & huiusmodi est character vel ornatus, quæ sunt res siuè effectus sacramenti. Sunt etiam sacramentum, quia significant gratiam gratum facientem. De his igitur per ordinem dicendum est. E 146

Ver. 11. De gratia Sacramentali.

PRINCIPALIS effectus sacramentorū est gratia, quæ cum nil aliud sit quam quædā participata similitudo naturæ diuinæ, secundū illud, Magna nobis, & pretiosa promissa donauit, ut diuinæ simus consortes naturæ, manifestū est quod so- F 146

2. Petr. 1. lus Deus potest esse causa agens principalis ipsius gratiæ, Sacramenta uero nouæ legis sunt causa instrumentalis, quia illud vocatur instrumentum, per quod aliquis operatur, sed Deus operatur per sacraméta, vt dicit Apostolus, Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, &c. Propter quod D. Augustinus dicit, Hæc omnia (.s. sa-

ad Titū. 3 cramenta) fiunt & transeunt, virtus tamen (scilicet Dei) quæ per ista operatur, iugi

19. contra. Faustum. ter manet, sic quod in ipsa applicatione sacramentorum nouę legis est in ipsis sacramentis aliqua virtus instrumentali à Deo impressa quæ continet & causat etiam attinctiue ipsam gratiā iustificantem, Vnde D. Augustinus, Quæ tāta virtus aquæ quę corpus tangat & cor abluat? & idē in quodā sermone de Epiphania, Nec mirū

Super. Ioā. quod aquā, hoc est corporalē substātiam, ad purgandā animam dicimus peruenire. Peruenit plane & penetrat uniuersæ conscientiæ latibula, uirtus tamen Christi subtilior occultas vitæ causas ac secreta mentis subtiliore pertransit. Et beda in homilia super illud Ioan. Venit Iesus a Galilæa in Iordanē &c. dicit quod Dominus tactu suæ mundissimæ carnis uim regeneratiuā cōtulit aquis, & Hugo de sancto Victore dicit, quod sacramentū ex sanctificatione inuisibilē gratiā continet, & in Concilio Tridentino, Sessione. 5. titulo de Sacramentis, can. 6 dicitur, Si quis dixerit sacramenta nouę legis non continere gratiam, aut ipsam non ponentibus obicem, nō conferre, quasi signa tātum externa sint accepta per fidem gratiæ vel iustitię, & notæ quædam Christianę professionis, quibus inter homines descernuntur fideles ab

3.p.q. 62. ar. 3. infidelibus, Anathema sit. & c. 7. Si quis dixerit per huiusmodi sacramenta non semper & in omnibus, quantum est ex parte Dei, & si ea rite suscipiant, sed aliquādo & aliquibus non conferri gratiam, Anathema sit & c. 8. Si quis dixerit per ipsa nouæ le-

Gratia du pliciter di- gis sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem diuinæ promissionis ad gratiā cōsequēdā sufficere, Anathema sit. Gratia dicitur dupliciter esse

in sa-

in sacramentis, Vno modo sicut in signo, quia sacramentum est signũ gratiæ. Alio modo sicut in causa, non quidem sicut in causa, in qua effectus est, secundum similitudinem speciei, neque etiam secundum aliquam formam propriam, & permanentem proportionatam ad talem effectum, ut in causis æquiuocis, sicut res generatæ dicuntur esse in sole, sed secundum quandam uirtutem instrumentalem, quæ est fluens incompleta in esse naturæ. Nec est inconueniens quòd causa instrumentalis si sit manifesta, sit signum & causa. Nec obstat quò spirituale non potest esse in corporalibus, neque contineri ab eis, quum omne quod recipitur, ad modum recipiente recipiatur. Quia hoc uerum est. quando illud spirituale est completum, & permanens secus, si per modum fluxus & transiens, quod reducitur ad genus termini, qui est gratia, & sic ponitur in prędicamento qualitatis. Ponendo ergo, quod sacramentum est causa instrumentalis gratiæ. ut probatum est, necesse est simul ponere, quòd in sacramento est quædam uirtus instrumentalis ad inducendum instrumentalem effectum ad agens principale, instrumentum enim non operatur, nisi inquantum est motum a principali agente, quod per se operatur, & ideo uirtus principalis agentis habet esse completum, & permanẽs in natura, virtus autem instrumentalis habet esse transiens ex una in aliud, & incompletum, sicut & motus, qui est actus imperfectus, ab agente in patiens. Et quanuis idẽ accidens numero perfectum, & completum in diuersis subiectis esse non possit, potest tamen idem accidens incompletum, & fluens esse in pluribus instrumentis secundum quod terminãtur ad vnum effectum, prout sunt quodam ordine unum, ut patet de tractu nauis a pluribus. Ideo eadem uis principalis agentis Dei per modum fluxus inuenitur in uerbis & rebus ac ministro, prout ex illis perficitur vnum sacramentum, Licet enim accidens nõ transeat a subiecto in subiectum, transit tamen a causa principali per instrumentum aliqualiter sibi subiectum, non ut eodem modo sit in eis, sed in vnoquoque secundum propriam rationem. ¶ Si dicatur, quòd potentia infinita non potest etiam instrumentaliter cõmunicari creaturæ, & ad gratiam causandam requiratur potentia infinita, igitur non potest creaturæ communicari etiam instrumentaliter, sicut nec creatio. Negatur consequentia, quia in creatione est distantia infinita ex parte vnius extremi, scilicet non entis. In gratia autem quæ proprie non creatur, cum nõ sit res per se subsistens, imo præsupponit subiectum, & in esse qualitatis secundum quod est finita, non habet repugnantiam, neque distantiam infinitam, quanuis inesse gratiæ, siue acceptationis dicatur esse infinita, quia per eam homo acceptatur ad infinitum bonum, Sed uirtus instrumentalis sacramentorũ non se extendit hoc modo ad gratiã sed solũ attingit eã in esse qualitatis eo modo quo characterẽ, cum ea, quæ sunt æqualiter in potentia actiua & passiua, æqualiter educantur siue per infusionem (vt uirtutes infusæ) vel per generationẽ (vt formæ corporales) licet vna sit perfectior alia. Sed gratia & character sunt huiusmodi, quia neutrum est in potentia actiua, creaturæ, nec in potentia materiæ, sed solũ in potentia actiua Dei. Igitur possunt æqualiter a creatura instrumentaliter produci. Et ideo si sacramenta instrumentaliter attingant characterem, attingunt etiam gratiã. ¶ Et quãuis D. Tho. in 4. sequens Magistrum Sententiarum, dixerit quòd sacramenta non attingunt gratiam gratũ facientem, nisi dispositiuè & instrumẽtaliter, sed solum sacramentalẽ, in Summa tamẽ se correxit, prout circa ea. quæ dixerat de circũcisione, dicit. n. gratiam sacramentalem esse gratum facientem. Per has distinctiones, scilicet principaliter, & instrumentaliter virtutes propria, uel principalis agentis, & per modum permanentis & completi, uel per modũ fluxus & incompleti, & naturaliter uel supernaturaliter soluuntur multa argumenta, præcipuè de matrimonio, quod (secundum quosdam) contrahitur inter absentes ad mille leucas, quæ distantia uidetur impedire actionem instrumentalem, respectu subiecti tam remoti, cum instrumentum nõ possit causare actionem instrumentalem, nisi exercendo naturalem, quòd fieri naturaliter non potest in tanta distantia, Tamen supernaturaliter fieri potest, quando, scilicet signum consensus notificatur siue per literas, siue nutus siue per nũtium.

Marginalia: A 146 · B 146 · citur esse in sacramẽtis · In sacramẽtis est uirtus inhærens fluens · Idẽ numero quomodo in pluribus esse possit. · Sacramenta attingũt gratiam.

¶ Dominus tamen Caietanus in quodam opusculo dicit sacramentum matrimonii inter absentes & per procuratores cōtractū non esse sacramentum, ideo in illo potest cadere dispensatio, & illius ratio est, quia in omni sacramento oportet actu esse rem sensibilem in recipiente, quod non est quando contrahitur inter absentes. Imò stat quod habeat contrarium consensum siue dissensum matrimonii, & si non exteriorem, tamen bene interiorem, a quo pendet contractus, & aliquando dormit & sic non perficitur sacramentum, quod præsupponit consensum actu.

Virtutem instrumentalem esse in sacramētis probatur.

¶ Ad confirmationem prędictæ uirtutis instrumentalis possunt adduci quatuor rationes, Prima, quia non minus potest corpus agens, ut instrumentum diuinæ misericordiæ, quam vt instrumentum diuinæ iustitiæ punientis, Sed ignis inferni agit in animas, alligando eas ut instrumentum diuinæ iustitiæ, Igitur, &c. Secunda ratio quia minus potest secundus Adam quā primus. sed primus potuit transfundere in posteros iustitiam, originalem per aliquod corporale, scilicet per virtutē seminis, ergo etiam Christus per sacramenta, gratiam. Tertia ratio, quia nisi esset virtus in sacramentis, & nisi sacramenta essent causa, sequeretur quod in forma sacramenti pœnitentiæ exprimeretur falsum, cum dicitur, Ego te absoluo, si nihil causaret, non deberet dicere, Ego te absoluo, sed, signum absolutionis pronuntio. Quarta ratio sumitur ex definitione sacramenti noui legis, & differentia sacramentorum nouæ, & veteris legis, quæ talis est. Quia sacramenta nouæ legis efficiunt quod figurant, & nō sunt solum signa, sed etiam causę. Et sic in sacramentis nouæ legis causatur gratia ex opere operato, & per uirtutem inhærentem illis etiam dato quod minister applicans peccet. siue actus eius sit malus ex opere operantis. Sacramenta autem veteris legis non efficiebant quod figurabant, neque in eis erat aliqua virtus instrumentalis, sed solum ex pacto & institutione diuina dabatur gratia suscipientibus illa sacramēta, & sic erāt solū signa, Sicut ille qui affert denariū plūbeū, accipit cētū libras ex regis ordinatione, non quod denarius ille aliquid operetur ad habendam prædictæ pecuniæ quantitatē sed hoc operatur sola uoluntas regis, cuius signum est denarius plūbeus præsentatus. Et quanuis malo ministro circuncidente & peccante daretur gratia, non ex opere operantis, sed ex opere operato, non, tñ per uirtutem inhærentē. Et sic gratia cōferri ex opere operato, pōt dupliciter intelligi. Vno mō ex opere operato, ex pacto, & ordinatione diuina solū. Alio mō ex opere operato ex pacto & ordinatione diuina, & per uirtutem inhærentem, & hoc solū cōuenit sacramentis nouæ legis. Si dicatur, quū sacramenta vteris & nouæ legis sint ex instōne diuina & utraq; habeāt efficaciam ex fide passionis, quę per fidem & sacramenta applicatur, uidetur quod si sacramēta nouę legis sint cā, sic ēt sacramēta ueteris, cū nō magis in scripturis habeatur de sacramētis nouæ legis, quàm veteris. Ad hoc dicendū, quòd in sacris literis (vt supra probatū est) habetur quòd sacramenta nouæ legis, præcipue baptismus, accipiuntur vt instrumenta, & frustra assumerentur, vt instrumenta, nisi ex assumptione, & motione principalis agentis aliquid operarentur, hoc est enim de rōne instrumenti, sed non inuenitur in scripturis de sacramentis legis ueteris, quod sacramenta illius legis fuerint data tanquam instrumenta, sed solum, ut signa, Vnde Abraham accepit signum circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei. De huiusmodi efficacia sacramentorum nouæ legis concilium Tridentinum, Sessione. 5. tit. de Sacramētis in gene. c. 2. sic determinauit, Si quis dixerit ea ipsa nouæ legis sacramenta a sacramentis antiquæ legis non differre. nisi quia cæremoniæ sint alię, & alii ritus externi, Anathema sit. ¶ Gratia sacramētalis, hoc est per sacramēta causata, est essentialiter gratia gratum faciens, differuntur tamen ab inuicem, sicut anima sensitiua & rationalis, quæ eminenter continet, & complectitur anima sensitiuam, & addit aliquid supra essentiam eius, s. intellectum & voluntatem Et ideo anima rationalis est sensitiua causaliter, & eminenter. Sic gratia sacramentalis eminenter continet quicquid gratia gratum faciens simpliciter dicta, quæ est gratiæ uirtutum & donorum hoc est à qua fluunt uirtutes, & dona, alias frustra conferrētur sacramenta habentibus gratiam gratum facientem. In operibus autem

Differentia sacramentorum nouæ, & ueteris legis.

Gratiam conferri ex opere operato quid.

Rom. 4.

3. p q. 62. art. 2.

Gratia sacramētalis & gratum faciens quo modo differunt.

A 145

B 145

Dei

Dei nil est frustra. Ergo gratia sacramentalis aliquid addit. Sed ad sciendum quid gratia sacramentalis addat ad gratiam gratum facientem siue communiter acceptã, & quam differentiam contrahentem habeat, reuocandum est ad memoriam quomodo gratia gratum faciens est una qualitas existens in essentia animæ, perficiens ipsam immediate & formaliter, & potentias mediate non formaliter, sed per effectus ab ea fluentes in ordine ad beatitudinem supernaturalem, ad quam anima gra
E tificatur & fit accepta Deo. Et quomodo sicut ab essentia animæ fluunt potentiæ na *Gratiæ sacramẽtalis effectus super additi ad gratiam gratum facientem.*
147 turales, sic ab essentia gratiæ fluunt uirtutes & dona, quæ sunt perfectiones potentiarum. Has perfectiones essentialiter importat gratia gratum faciens. Gratia uero sacramentalis etiam oia hæc includit & importat, & aliquid ultra scilicet quod ex ipsa fluant aliqui speciales effectus necessarii in uita Christiana, sicut baptismus ordinatur ad quandam spiritualem regenerationem, quia homo totaliter moritur uitiis quãtum ad culpam & pœnam, qui quidem effectus est aliquid speciale præter actus potentiarum animæ & donorum ac uirtutum infusarum. De mente igitur D. Thomæ est quod gratia sacramentalis duo addit supra gratiam communiter dictam, vnũ est quo ad effectus speciales & necessarios in uita Christiana. Secundum est quo ad reliquias peccatorum præteritorum, quæ transeunt actu, & remanent reatu. Per uirtutes quidem humanas sufficienter excluduntur uitia & peccata, quantum ad præsens & futurũ, inquantũ scilicet impeditur homo ꝑ uirtutes & dona a peccando, sed nõ quãtũ ad reatum peccatorum præteritorum. Et ut clarius intelligatur, discurrendum est per singula sacramenta. Gratia sacramentalis baptismi quantum ad effectus speciales, aperit ianuam & dat auxilium, siue confortat uires & potẽtias animæ, præcipue uoluntatem, ad ritæ & recte suscipiendum alia sacramenta, & quo ad peccata præterita delet totum reatum pœnæ. Hoc non facit gratia gratum faciens, quæ habetur ex solo uoto baptismi absque reali susceptione ipsius. In sacramento confirmationis gratia sacramentalis specialiter fortificat appetitum irascibilem, ad confitendũ publicæ, & ad aggrediendum pericula mortis, ac ad sustinẽdum tormenta. Et quo ad peccata præterita delet de reatu peccatorum post baptismum cõmissorum, quod non facit gratia baptismalis, cuius uirtus quo ad deletionem reatus non se extendit ad futura. In sacramento pœnitentiæ gratia sacramentalis specialiter iuuat & fortificat uoluntatem ad perseuerantiam in bono proposito, & quo ad peccata præterita delet de reatu secundũ dispositionẽ sacramẽtum accipientis. Quod non facit
F sola contritio absque confessione & absolutione, in qua consistit gratia sacramenti.
147 In sacramento Eucharistiæ gratia sacramentalis causat aliquam spiritualem dulcedinem & fortificationẽ uitæ spiritualis. Et quo ad peccata præterita delet de reatu pœnæ secundum deuotionem sacramentũ accipientis, quæ non fiunt ex sola uolitione & desiderio accipiendi sacramentum. In sacramento ordinis gratia sacramentalis dat specialiter auxilium uoluntati & aliis potentiis ad exercendum actus spirituales publicos in ordine ad communitatem Christianorum, delet etiam de reatu pœnæ, si inueniat secundum deuotionẽ sacramentum accipientis. Hæc non consequitur habens desiderium sacramenti & non accipiens sacramentum, In sacramẽto extremæ unctionis gratia sacramentalis dat specialem uirtutem contra maximos insultus demonũ, qui contingunt in periculo mortis, quos non patiuntur adeo attrociter suscipientes sacramentum, & specialiter delet reliquias & reatum peccatorum. Et sic parat uiam ad introitum regni, quem non ita propinquum habet, qui non suscipit sacramentum. Vnde D. Iac. Et si in peccatis fuerit, dimittentur ei. In sacramẽto autem matrimonii datur speciale auxilium & confortatio contra concupiscentiam, & quod coniugem inuiolabili fœdere per pium & castum amorem complectãtur, ab immunditia alieni, secundum quem Christus dilexit Ecclesiam, delet etiam de reatu, secundum deuotionem suscipientis, ut dictum est de aliis. *Iacob. 5.* *Ephe. 5.*

¶Ex pmissis apparet primo, quod gratia sacramentalis non est habitus distinctus a gratia gratum faciente, & quod in habente illam sacramentum adueniens perficit & auget illam quo ad effectus communes, qui sunt gratum facere, & perfi- *De uirtute q. 27. ar. 5. ad. 12*

cere

cere potentias uirtutibus & donis quæ ordinãtur ad diuersos actus, & ultrã, hæc habet speciales effectus in potentiis, qui sunt diuersæ medicinæ peccati, & participationes uirtutis dominice passionis. Sed uirtutes & dona habent nomẽ speciale, eo quod actus ad quos ordinantur, sunt manifesti Vnde secundum nomen a gratia distinguũtur. Defectus autem peccati, contra quos sacramenta instituuntur, sunt latentens. Et ideo gratiæ sacramentales proprium nomen non habent, sed nomine gratię nominãtur Et quia plures & diuersis sunt defectus, quibus per diuersa sacramenta subuenitur, ideo licet gratia sacramentalis, & gratum faciens sit una & eadem gratia, tamen diuersæ sunt gratiæ sacramentales, secũdum quod sunt diuersi effectus sacramẽtorũ. Et sic gratia sacramentalis se habet ad gratiam gratum facientem siue communiter dictam, sicut superius potestatiuum, vt dictum est, & sicut character episcopalis ad sacerdotalem, qui per ordinationem in episcopum extenditur, sicut habitus sciẽtiæ adueniente noua demonstratione alicuius conclusionis. Character autem quãuis sit effectus sacramentorum, non tamen dicitur gratia sacramentalis, eo quòd potest manere cum peccato mortali, quod non faciunt alii effectu sacramentorum, qui dicuntur gratiæ sacramentales. Prętereà character est indelebilis (vt dictum est) non autem gratiam gratum faciens, aut sacramentalis.

Gratiæ sacramentales diuersæ — A 147

Character non dicitur gratia sacramentalis.

3. p. q. 63.

Charactere is acceptio & diuisio.

Ver. 12. *De Charactere.*

CHARACTER secundum communem acceptionem importat & significat quandam consignationem siue signum impressum in aliquo, per quod distinguitur ab aliis. Eccum signũ possit tribus rebus imprimi. s. vestibus, corpori, & animæ, sequitur quòd triplex est character, scilicet vestiũ, corporis, & animæ, primus character est militum, qui affigitͬ eorum vestibus; vt differant & discernantur a militibus exercitus, vt crux alba Gallis, & rubea Hispanis Secundus character imprimitur carni, aliquando in malum, vt cum falsarii & proditores ferro calido characterizantur, vt cognoscantur, & alii caueant a similibus. Aliquãdo imprimitur seruis, vt discernãtur a liberis, & cuius domini sint. Hoc modo dedit Deus olim populo circuncisionem corporalem, quam Apostolus vocat signaculum. Per illum characterem distinguebatur populus electus Iudeorum ab aliis. Tertius character imprimitur animæ. De hoc Apostolus. 2. Cor. 1. Qui unxit nos Deus, & signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Hæc consignatio (de qua loquitur Apostolus) non corporalis, vt in antiqua lege per circũcisionem (vt notum est) sed est spiritualis in anima. Ex hoc enim loco inferunt doctores Theologi, quòd sacramenta nouæ legis imprimunt characterem spiritualem in anima, Inuisibilia enim Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Cum enim vita hominis sit militia super terram (vt testatur Iob 7. c.) & militia hæc nõ sit corporalis sed spiritualis, Vnde Apostolus, Induite vos armaturã Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, quia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, &c. & alibi, In carne ambulantes, non secũdum carnem militamus, Nam arma militiæ nostrę non sunt carnalia, sed potentia Deo. Si deputatus ad militiã corporalem consignatur aliquibus signis & characteribus corporalibus, Sic cum per sacramenta deputentur homines ad militiam spiritualem, & ad cultum spiritualẽ dei, cõsequens est vt insigniantur aliquo spirituali signo & charactere. Ex Apostolo autem manifestum est quod sumus signati, & non corporaliter, ergo spiritualiter in cordibus, hoc est in anima, & non per aliud quam per sacramenta, per quæ ad militiam & cultum (sicut dictum est) deputamur, Quęcunque autem ad aliquid certum deputantur, consueuerunt ad illud consignari, vt doctores floco, consules roga & capucio. Denarius etiam deputatus ad commutationem, insignitur certis characteribus aut imaginibus, & sic de aliis. Igitur. Nec est simile de sacramentis veteris legis, quia (vt dictum est) non habebant virtutem inhærentem, ideo non requirebatur in illo populo character spiritualis sed sufficiebat corporalis, quia ad quædam corporalia deputabantur. Sacramenta autem nouæ legis habent in se virtutem, & per ea homines ad spiritualia deputãtur. Ideo imprimunt characterem, qui habet rationem signi, inquantum per sensibilia imprimitur

B 147

Heb. 4

Rom. 1. Iob 7. Ephe. 2. 2. Cor. 10.

Quæ deputãtur ad aliquid consignantur.

C 147

mitur. Per hoc enim scitur aliquis insignitus charactere baptismali; quod est albus aqua sensibili, Nihilominus tñ character vel signaculum dici potest per quandam similitudinem. Omne.n.quod figurat vel ræpræsentat aliquid, uel distinguit ab alio si non sit sensibile, character, uel figura aut signum dici potest, prout Christus ab
C Apostolo, figura vel character, ęternæ gloriæ dicitur. Et quia per tria duntaxat sacramenta deputatur homo ad cultum diuinum, Igitur tria sola sacramenta imprimunt characterē scilicet Baptismus, Confirmatio, Ordo. Per pœnitētiam enim, per quā homo liberatur a peccato, non deputatur ad aliquid pertinens ad cultum diuinū sed restituitur in statum pristinum. Et idem dicēdum est de Extrema Vnctione. Per matrimonium etiam non deputatur homo ad cultum diuinum. Pertinet autem aliquod sacramentum ad cultum diuinum tripliciter. Primo, per modum actionis, Secundo, per modum agētis, Tertio per modum recipientis. Per modum quidem actionis pertinet ad diuinum cultum Eucharistia, in qua principaliter consideratur diuinus cultus, inquantum est ecclesiæ sacrificium. Et per hoc sacramentum non imprimitur homini character. quia per vsum aut receptionem huius sacramenti non deputatur homo ad aliquid ulterius agendum vel recipiendum in sacramentis, quum Eucharistia sit finis & consummatio sacramentorum, vt D. Dion. dicit 4.cap. Eccl. Hierarchiæ, Continet enim in seipso Christum, in quo non erat character, sed tota sacerdotii plenitudo. Sed quo ad agentes in sacramentis pertinet sacramentum ordinis, quia per hoc sacramentum deputantur homines ad tradendum alii sacramenta. Quo ad recipientes pertinet sacramēntum baptismi, quia per illud recipit homo potestatem recipiendi alia ecclesiæ sacramenta. Ideo baptismus dicitur esse ianua sacramentorum. Ad idem etiam ordinatur quodam modo Confirmatio, per quam datur homini spiritualis potestas ad aliquas actiones sacras præter illas ad quas datur ei potestas in sacramento baptismi. Nam homo in baptismo accipit potestatem ad ea quæ pertinent ad propriam salutem, prout secundum seipsum uiuit, Sed in confirmatione accipit potestatem ad agendum ea quæ pertinent ad pugnam spiritualem contra hostes fidei, sicut patet exemplo Apostolorum, qui priusquam plenitudinem spiritus sancti accepissent, erant baptizati, in cœnaculo perseuerantes in oratione, postmodum uero egressi non verebantur publice fidem fateri, etiam coram inimicis fidei Christianę. Et ideo hæc tria sola sacramenta imprimunt characterem, quia per hæc homo sanctificatur cum quadam consecratione, qua deputatur ad diuinum cultum, sicut etiam res inanimatę sanctificari dicuntur, inquantū diuino cultui deputantur, & ob eam causam non reiterantur, quum character sit indelebilis, de his Canonistæ in cap. quod quidam. 1. quæstio. 1. & in ca p. licite. 3 2. quæstio. 7.

Heb. 1.

Quæ sacramenta imprimant

characterē Baptismus ianua sacramentorum.

Ver. 13. *De characteris quidditate et essentia.*

D

144 CHARACTER sacramentalis est distinctio a charactere æterno animæ rationali impressus, secundū imaginē cōsignās trinitatē creatā trinitati creanti, & recreāti, & distinguēs a nō cōfiguratis secūdū statū fidei. Character æternus est Christus, secundū illud Heb. 1. Qui quū sit splendor gloriæ, & figura (siue character) substātię eius Ex quo patet quod character sacramentalis attribuēdus est Christo tāquā causæ. Ad cuius euidentiam sciendum est quod sicut supra dictum est, quod character est signaculū quoddā quo aliquid insignitur, vt ordinatū in aliquem finē, homo aūt fidelis ad duo deputatur, Primo quidē & principaliter ad fruitionē gloriæ, & ad hoc insignitur signaculo gratiæ iuxta illud, Signa Thau super frontes virorū gementiū. Et illud, Nolite nocere terrę & mari neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorū. Secundo deputatur quisq; fidelis ad recipiendū uel tradendum aliis ea quæ pertinent ad cultum Dei, & ad hoc proprie deputatur character sacramentalis. Totus autem religionis Christianæ cultus deriuatur a sacerdotio Christi. Et ideo character sacramentalis specialiter dicitur character Christi, cuius sacerdotio configurantur fideles, secundum sacramentales characteres, qui, quidem

3.p.q. 63. ar. 3.

Character sacramentalis quid.

Eccl. 9.

Apoc. 7.

Character sacramentalis dicitur specialiter Christi.

quidem nil aliud ſunt quam quædam participationes ſacerdotii Chriſti ab ipſo deriuatæ,per quas Chriſto configurantur, Et quia character eſt res reſpectu ſacramenti exterioris, & ſignum reſpectu ultimi effectus, ideo dupliciter poteſt aliquid characteri attribui, uno modo ſecundum rationem ſacramenti, & hoc modo eſt ſignum inuiſibilis gratiæ,quæ in ſacramento confertur, Alio modo ſecundum propriam characteris rationem,& hoc modo eſt ſignũ configuratiuum alicui principali, apud quē reſidet authoritas eius,ad quod quis deputatur.Sicut milites qui deputantur ad pugnam,inſigniuntur ſigno ducis, per quod quodam modo configurantur ſiue conformantur ei,portantes ſignum quod dux elegit. Non quod opo:teat ducem illo charactere inſignitum eſſe,ſed quod habeat authoritatem & poteſtatem eligendi ſignum, per quod accipientes efficiuntur ſui milites, & deputantur ad pugnam, & per quod diſcernuntur a militibus aduerſis.Et hoc modo illi qui deputantur ad cultum Chriſtianum,cuius author eſt Chriſtus,accipiunt characterem, per quem Chriſto configurantur & ſunt participes ſacerdotii eius Et propter hoc Chriſto non conuenit habere characterem, ſed plenã ſacerdotii poteſtatē.[Per characterē ẽt diſtinguuntur Chriſti fideles a ſeruis diaboli,uel in ordine ad uitam æternam, uel in ordine ad cultum præſentis & militantis eccleſiæ. Quorum primum fit per charitatem, & gratiam,ſecundum fit per characterem ſacramentalem. Vnde & Character beſtiæ per oppoſitũ intelligi poteſt,ut ſcilicet ſit peccatum mortale, uel obſtinata malitia, quæ aliqui deputantur ad pœnam æternam,vel eſt profeſſio illiciti cultus.

Chriſto non cõuenit habere characterem.

Ver. 1. *De ſubiecto Characteris.*

C V M character ordinetur ad ea quæ ſunt cultus diuini, qui quidem eſt quædã proteſtatio fidei per exteriora ſigna, conſequens eſt quod character ſit in potentia animæ,in qua eſt fides,& ſic ſubiectiue ſit in intellectu, Ex quo ſequitur quod character non eſt potentia naturalis,quum non omnes illum habeant, neque fidem Chriſti proteſtētur,ſed eſt quædam ſpiritualis poteſtas ab extrinſeco adueniens,quæ perficit intellectũ,non quo ad actum,elicitũ, ſed ad hoc quod operatio quã intellectus dirigit,quę fit per uoluntatem,ſuppoſito actu intellectus, ſortiatur effectum quo ad remiſſionē culpę,& infuſionem gratię,& deputationē cultus diuini. Et ſic character proprie eſt poteſtas recipiendi uel conferendi ſacramentum, cuius receptio uel collatio immediate recipitur a potentia organica, non tamen eſt in ea quia talis exterior receptio uel collatio debet regi & dirigi ab intētione,ut ſcilicet intellectus illuſtratus per fidē,dirigat intentione ad conferendum uel ſuſpiciendum ſacramentum. Non quod character eliciat intentionem,quia ille qui non habet characterem, poteſt illam habere,ſed quia intentio per characterē habet uirtutem, quam non habet ſine charactere. Ideo character facit quod directio & imperium habeat effectum,& ſic character non eſt habitus, quum non eliciat actum, & præterea quia character poteſt ſe habere ad bene vel male,nam quidam aliquando bene vtuntur,& aliquando male quod de habitibus elicitiue fieri non poteſt. Character etiam non eſt actus ſiue paſſio animæ,quia actus animæ(quem Philoſ 2 Ethic. vocat paſſionem)tranſit & non ſemper manet.Character uero eſt indelebilis,vt D.Augu dicit in. 2. contra Parmenianum,ubi dicit,Nõ enim minus habent ſacramenta Chriſtiana, quam corporalis nota militiæ, ſed character militaris non repetitur, ſed agnitus approbatur in eo qui ueniam meretur ab imperatore poſt culpam cõmiſſam,ergo nec character ſacramentalis deleri poteſt,maxime cum non habeat contrarium,& ſit in ſubiecto incorruptibili,&c. Præterea character eſt participatio ſacerdotii Chriſti. Sacerdotium autem Chriſti eſt æternum,ſecundum illud Pſal. Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Sed cauſa æterna poteſt producere effectum, æternum, maxime in illis rebus quæ ſunt in fieri, unde ſequitur quod omnis conſecratio quæ ſit per ſacerdotium Chriſti, eſt perpetua, re conſecrata manent, quod etiam patet in rebus inanimatis, Nã conſecratio eccleſiæ,vel altaris manet, niſi deſtruatur.

Character nõ eſt potẽtia naturalis.

Character nõ eſt habitus.

Character eſt, indelebilis:

p 148

struatur eũ igitur anima sic subiectum characteris secundum intellectiuam partem
A quæ est incorruptibilis, Igitur. Nec obstat quod gratia, quæ est nobilior corpore, sit
148 delebilis, quia gratia est in anima, sicut quædam forma habens esse completum in ea, & habens contrarium. Character autẽ est in anima, sicut quædam virtus instrumentalis. Et quum forma completa sit in subiecto secundum dispositionem subiecti & anima sit mutabilis secundum liberum arbitrium, quandiu est in statu viæ, consequens est quod gratia insit animę mutabiliter. Sed uirtus instrumentalis est sicut principium actiuum, & ideo recipitur in instrumento, secundum conditionem principalis agentis, scilicet Christi, cuius sacerdotium est æternum, & ideo character indelebiliter inest animæ, non propter sui perfectionem, sed propter perfectionem sacerdotii Christi, a quo deriuatur character, sicut quædam uirtus instrumẽtalis. Ideo D. Aug. ubi supra, ait, Nec ipsos apostatas uidemus carere baptismate, quibus per pœnitentiam non restituitur. Ideo amitti non posse iudicatur ratione characteris indelebilis, qui manet in beatis & damnatis, licet post hanc uitam non remaneat exterior sacramentorum cultus, remanet tamen finis illius. Ideo manet in bonis ad eorum gloriam, & in malis ad eorum ignominiam.

Ver. 15. *De effectu Characteris.*

B CHARACTER habet disponere hominem ad gratiam sacramentalẽ, se-
148 cluso obice & fictione, quæ si talis sit quod tollat essentiam sacramẽti, impedit infusionem non solum gratiæ, sed etiam characteris, vt in illo qui uult recipere ablutionem sed non uult recipere baptisma, tunc sacramentum baptismi nil causat & idem dicendũ de aliis sacramentis. Si vero sit distractus, & peccat uenialiter, aut mortaliter dum tamen intendat recipere quod Ecclesia tradere intendit, tunc recipit characterem & recedente fictione, per uirtutem characteris causatur in eo gratia sacramẽtalis. Similiter si dormienti conferatur sacramentum. De his in c. maiores §. itẽ quęritur. de Baptismo. Ex cuius cap. determinatione apparet quod positio characteris non est noua, neque inutilis positio theologorum, quia ex D. Paulo (vt dictum est) originem traxit, licet non sub tali nomine, & ualet ad determinandũ an baptismus debeat iterari. Illa enim sacramenta, quæ conferunt characterem, non iterãtur quia remoto impedimento & recedente fictione peccati, per pœnitentiam uirtute, characteris causatur gratia sacramentalis, Gratia vero sacramentalis pœnitentiæ, quæ perditur per peccatum, non recuperatur nisi per reiterationem sacramenti pœnitentiæ licet gratia gratum faciens per solam contritionem recuperetur. *Characteris officia.* *Exordium characteris*

¶ Ex præmissis sufficienter apparet quomodo differat character a gratia, in quatuor, Primo, quia gratia est forma absoluta & completa, Character vero est forma incompleta, & notat respectum, cum sit potestas recipiendi vel administrandi sacramenta. Secundo, quia gratia est delebilis, & character indelebilis. Tertio quia, gratia non stat cum peccato mortali, sicut character. Quarto quia gratia subiectiuatur in essentia animæ, & character in intellectu. Si dicatur quod dispositio debet poni in eodem subiecto, in quo forma ad quam disponit dicendum quod uerum est de dispositione proxima & uniuoca, secus de æquiuoca & remota, prout character, qui disponit essentiam animæ, mediante intellectu. *Differen. characteris & gratiæ.*

Ver. 16. *De Ornatu Sacramentorum.*

QVIA D. Thomas (vt recitatu est) dicit, quod in omni sacramento sunt tria *in. 4. sent.*
C scilicet sacramentũ tantũ, res tantũ, & res & sacramentũ simul Res & sacramẽtum *dis. 32. q. 1*
148 simul in sacramento baptismi cõfirmationis, & ordinis, est character, ideo inuestigandum est quid sit in aliis quatuor sacramentis, quid dicatur res & sacramentum simul. Thomistę communiter uocãt illam entitatem ornatum & dicunt esse dispositionem ad gratiam, D Tho. tamen non vtitur hoc uocabulo, Ornatus. Et quo ad sacramentum pœnitentiæ, quærit an pœnitentia interior sit res & sacramentũ simul. Resolutio eius est quod interior actus uirtutis pœnitentiæ secundum se consideratus, pertinens ad iustitiam causa confessionis, quæ est actus exterior pœnitentiæ pẽdens ab interiori, & materia sacramenti pœnitentiæ non est sacramentum nec res

sacra-

facramenti,cum præcedat & præsupponatur ad sacramentum, si uero interior pœnitentia consideretur, secundum quod sacramentum, pœnitentię(quod consistit in confessione & absolutione)cadit super ipsum actum interiorem continuatum, tunc id quod est sacramentum tantum scilicet confessio & absolutio,cum intentione ministri, causat in illo actu interiore quandā instrumentalē virtutē quæ est dispositio ad gratiam sacramentalē,quæ quidem dispositio est effectus,ac sacramenti,& sic est res. Est etiam signum gratiæ sacramentalis,cum instrumentaliter producat illam si non sit,vt in attrito,in contrito uero(vt dictum est)extendit gratiam gratum facientem ad effectus sacramentales. Et eodem modo proportionabiliter dicendum est in aliis sacramentis non causantibus characterem, excepto sacramento Eucheristiæ. In sacramento enim extremæ unctionis si actus interior, quo quis uult remissionē recipere peccatorum & alios effectus eiusdem sacramēti,consideratur vt supra ipsū continuatum cadit sacramentum exterius,cum intentione ministri, causatur in illo actu uirtus instrumentalis, quę est dispositio ad gratiam,& dicitur Ornatus res & sacramentum simul. Et idem dicendum est in matrimonio super actum continuatū quo quis consentit & uult exprimere consensum, & recipere sacramentum matrimonii. In sacramento uero eucharistiæ corpus Christi uerum,est effectus,& sic res sacramenti, Est etiam signum & causa gratiæ, sed non potest dici ornatus uel dipositio gratiæ uniuoce, sicut in aliis sacramentis, uerumtamen in usu sacramenti super actum interiorem,quo quis uult suscipere eucharistię sacramentum, causat in uoluntate illum ornatum siue uirtutem instrumentalem,quæ est dispositio ad gratiā. Inter ornatum & characterem duplex est differentia, Prima,quia character est in intellectu, & ornatus in uoluntate, Secunda,quia character est indelebilis,& manet absque gratia, & cum gratia, Ornatus autem deleri potest & adueniente gratia desinit esse, secundum Capreolum. ¶ Difficultas tamen est non modica an necesse sit ponere hunc ornatum siue rem & sacramentum simul in omni sacramento, Cū ad infusionem gratiæ in eo qui conuertit se in finem honestum,in primo instanti usus rationis non requiratur dispositio formalis supernaturalis in essentia animæ, nec etiam in potentiis,sequitur quod nec in sacramentis,alias esset processus in infinitum. Aliqui dicunt quod ex diuina clementia, quæ uult eodem modo prouidere fragilitati hominum in sacramentis,quæ non imprimunt characterem sicut in illis quę imprimant,datur hæc dispositio ornatus, propter mentis euagationem, ut cessante fictione & euagatione causetur gratia. Et ad rationem potest dici quod superior forma præexigit maiorem dispositionem ideo sicut gratia gratum faciens pręrequirit, prædictam conuersionem,uel uotum siue propositum suscipiendi aliquod sacramentum,ita gratia sacramentalis(quæ est perfectior & altioris gradus forma, & plures effectus habens)requirit perfectiorem dispositionem,quæ dicitur ornatus, quæ tamen dispositio non est uniuoca,neque proxima,sed remota quæ mediante uolūtate (sicut character mediante intellectu) disponit essentiam animæ, eo quòd hæ duæ potentiæ immediate fluunt ab ipsa essentia animæ,& in ea subiectiuantur, Et ideo illis dispositis essentia animæ uidetur esse sufficienter disposita.

Duplex differentia inter characterem & ornatum. An necesse sit ponere ornatum.

Ver. 17. De Numero Sacramentorum.

SEPTEM & non plura neq; pauciora esse nouæ legis sacramenta constat ex determinatione Ecclesiæ in concilio Tridētino, Sess. 5. tit. de Sacramentis, can. 1. ubi dicitur, Si quis dixerit sacramenta nouæ legis non fuisse omnia a domino nostro Iesu Christo instituta, aut esse plura aut pauciora quàm septem, uidelicet Babtismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema unctio, Ordo, Matrimonium,aut etiam quodlibet horū septem non esse uere aut proprie sacramētum, Anathema sit. Horum autem sacramentorum numerus sumi potest ex ordinatione ipsorum, Ordinatur enim Ecclesiæ sacramenta ad duo, scilicet ad perficiendum hominem in his quæ pertinent ad cultum Dei secundum regimen Christianæ & spiritualis uitæ, & etiam in remedium contra peccatum. Vtroque autem modo conuenienter ponuntur septem sacramenta, ut abunde prosequitur D. Thom.

3. p. q. 65. art. 1.

E 114

Hęc

Hæc autem ſacramenta non ſunt inter ſe patria, nec in dignitate, nec in effectu Vnde in concilio Tridentino, Seſſione. 5. tit. de Sacramentis, can 3 habetur, Siquis dixerit hæc ſeptem ſacramenta ita eſſe inter ſe patria, vt nulla ratione aliud ſit aliо dignius, Anathema ſit. Euchariſtia enim, ſimpliciter & abſolute loquendo, eſt potiſſimum. Primò quia in eo Chriſtus ſubſtãtialiter continentur in aliis autem illa virtus inſtrumentalis a Chriſto deriuata ſemper autem id quod eſt per eſſentiam, eſt potius eo quòd eſt per participationem. Secundo quia omnia alia ad hoc ſicut ad finẽ vidẽtur ordinari, & in Euchariſtia conſummari. Aliorum autem ſacramentorum comparatio adinuicem poteſt eſſe multiplex, nam via neceſſitatis Baptiſmus eſt potiſſimum ſacramentorum, cum ſit ianua, deinde pœnitentia, & demum Euchariſtia. Alia autem ſacramenta non ſunt neceſſitatis alicui particulari perſonæ ſic quòd ſine illis non poſſit ſaluari. Nec ſacramentum Pœnitentiæ aut Euchariſtiæ (vbi deeſt facultas) eſt neceſſarium, niſi in voto. In via autem perfectionis ſacramentum. Ordinis medio modo ſe habet, deinde ſacramentũ Confirmationis, Sacramentum vero Pœnitentiæ & Extreme vnctionis ſunt inferiores gradus, & Vnctio comparatũ ad Pœnitentiam, ſicut Confirmatio ad baptiſmum, ita quòd Pœnitentia eſt maioris neceſſitatis, & Extrema vnctio eſt maioris perfectionis.

Potiſſimũ ſacramentorum Euchariſtia, ſacramentorum in dignitate ordo.

§. 1. *De ſacramento Baptiſmi.*

F BAPTISMVS Græca vox eſt, & ſignificat tinctionẽ vel lotionem, iuxta illud, Qui baptizatur a mortuo & iterum tangit mortuum, quid proficit eius lauatio? Aliquãdo ſignificat lotionem externarum rerũ, Iudæi, Phariſæi a foro veniẽtes, niſi baptizentur non comedunt, & habent alia baptiſmata calicum, & vrſeorum, & æramentorum. Transfertur ẽt ad calicem paſſionis & mortis dominicæ. Vnde Chriſtus, Poteſtis baptiſmo quo ergo baptizor baptizari? hoc eſt ſanguinem fundere & iudiciũ mortis ſufferre. Et alibi, Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor? & aliquando accipitur pro lotione actiua, vt cum dicitur, baptiſmus Ioãnis de cęlo erat, an ex hominibus? aliquando pro paſſiua, vt dictum eſt de baptiſmatibus Phariſeorum. Hic autem accipimus pro ablutione paſſiua, a Chriſti ordinata, quæ dicitur Lauacrum regenerationis. Et ſic accipiendo baptiſmum, Secundum Magiſtrum Sententiarum, baptiſmus, eſt ablutio corporis ſub præſcripta forma verborũ. Hęc definitio eſt de baptiſmo, vt eſt ſacramentum tantum, Damaſcenus quantum ad id quod eſt interius, dicit. Baptiſmus eſt regeneratio, & ſigillum, & cuſtodia, & illuminatio, vbi poſuit duo pertinentia ad characterem, ſcilicet ſigillũ & cuſtodiã, inquãtũ ipſe character qui ſigillum dicitur quantum eſt de ſe cuſtodit animam in bono. Ponit ẽt duo pertinentia ad rem ſacramenti, ſcilicet regerationem, quia per baptiſmum homo inchoat viam iuſtitiæ, & illuminationem quæ pertinet ſpecialiter ad fidem, per quam homo ſpiritualem viam inchoatiue accipit, iuxta illud, Iuſtus ex fide viuit, baptiſmus enim eſt quędam fidei proteſtatio, ideo dicitur ſacramentum fidei D. Dionyſius definit baptiſmum per ordinem ad alia ſacramenta, dicens, baptiſmus eſt quoddam principium ſanctiſſimorum mandatorum ſacræ actionis, ad eorum ſuſceptiuam opportunitatem formans noſtros animales habitus, vnde dicitur ianua ſacramentorum, ſic quòd non licet ante baptiſmum alia ſacramenta ſuſcipere, & ſi attentetur, nil accipitur de effectu illorum. Vnde ſequitur quòd matrimoniũ inter non baptizatos non eſt ſacramentum, ſed ſolum naturæ officium. Et iterũ definiens in ordine ad cœleſtem gloriam, quæ eſt vltimus finis ſacramentorum, ſubdit & ſuper cœleſtis quietis eductionem anagogem noſtrum indeficiens. Et iterum quãtum ad principium ſpiritualis vitæ per hoc quòd ſtatuit ſacræ, & diuiniſſimæ noſtræ regenerationis traditio. Hugo de S. Victore definit materialiter & cauſaliter, cum dicit, baptiſmus eſt aqua diluendis criminibus ſanctificata per verbum dei. Nota tamen quòd quando D. Auguſt. dicit, Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum non eſt intelligendum de ipſo elemento quòd fiat ſacramentum, ſed in homine, cum adhibetur elementum per modum ablutionis, fit & applicatur ſacramentum.

3. p. q. 66. Eccl. 34. Mar. 7. Mar. 10. Luc. 12. ad Titũ 3. Baptiſmi plures definitiones. Abac. 2. 2. c. Eccl. ſ. Hierar.

149

Ver. 2.

3.p.q.66. ar.2. In ser. de Epipha. Ver 3. De Institutione Baptismi.

CVM sacramenta habeant ex sui institutione quòd conferant gratiam, tunc vi A
detur aliquod sacramentum institui quando accipit virtutem producendi suum effe 149
ctum. Hanc autem virtutem accepit baptismus, quum Christus fuit baptizatus, vt D. Aug. in sermone de Epiphania dicit, Ex quo Christus in aqua mergitur, ex eo omniũ peccata abluit aqua. Et idem cum Beda, Christus tactu suæ mundissimæ carnis vim regeneratiuam cõtulit aquis. Virtus Christi est deriuata ad omnem aquam, non propter continuitatem loci, sed propter similitudinem speciei, quæ de Saluatoris baptismate processit benedicto, tanquam fluuius spiritualis omnium gurgitum tractus, omniumque fontium venas impleuit. Et ideo discipuli Ioannis post
Ioan.3. baptismum Christi dixerunt Ioanni, Rabbi, qui tecum erat trans Iordanem, cui testimonium perhibuisti, etiam baptizat, & oẽs veniunt ad eum, & Ioan.4 dicitur ꝙ Christus non baptizabat, sed discipuli eius baptizabant, quod non fecissent, nisi post baptismum Ioannis fuissent edocti. Et tunc currebat simul lex cum euangelio, & baptismus habebat efficatiam a passione Christi acceptata in primo instanti suę cõceptionis, siue a merito illius acceptationis, & sic per baptismũ configurabantur passioni futuræ. Et quia legalia non debebant cessare ante passionem, & resurrectio-
Matt. vlt. Ioan.3. nem, ideo præceptum baptismi non fuit datum vsque post resurrectionẽ, quando iã cessauerant figuralia. Tunc fuit dictum. Euntes in mundum, vniuersum, docete omnes Gentes, baptizantes eos, &c. Quod autem dictum fuit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, magis videtur respicere ad futurum tempus, quam ad præsens.

3.p.q.66. ar.3. Ver.2. De Materia Baptismi.

MATERIA sacramenti baptismi est aqua simplex siue elementaris, iuxta B
illud Ioan.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. Vnde in concilio Tridentino, Ses- 150
sione 5. tit. de Sacramento Baptismi, ca.2 dicitur, Si quis dixerit aquam veram & naturalem non esse de necessitate baptismi, atque a deo illa verba Dñi nostri Iesu
Mar.3. Christi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritus sancto, ad methaphoram aliquã
Act.2. detorserit, Anathema sit. Nec obstat quòd dicebat D. Ioannes Baptista. Ego quidẽ baptizo vos in pœnitentiam, qui autẽ post me venturus est, fortior me est, Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni, quia per ignem (secundum D. Hieronimum)
super Mat. potest intelligi Spiritus sanctus, qui supra discipulos in igneis linguis apparuit. Et sic intelligebat de confirmatione (vel secundum D. Chrysostomum) per ignem intelligitur tribulatio, quia tribulatio peccata purgat, & concupiscentiam diminuit, vel (vt Hilarius dicit) quia baptizatis Spiritu sancto reliquum est cõsummari in die iudicij. Et quanuis ex latere Christi exierint miraculose aqua, & sanguis, non tamen propterea sanguis est materia sacramenti baptismi, nisi vbi deest aqua, vt in martyribus, qui baptizantur in suo sanguine propter Christum. Sanguis enim exiuit in remedium, & aqua ad abluendum, ideo sanguis competit sacramento Eucharistiæ, & aqua sacramento baptismi, quæ tamen habet virtutem ablutiuã peccatorũ ex virtute sanguinis Christi. Vnde Apoc.1. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

Aqua rosacea non est materia baptismi. ¶Ex præmissis sequitur quòd baptismus non perficitur, si quis abluatur vino aut alio liquore, aut aliqua taliter transmutata; vt soluatur species naturalis, vt in aqua rosacea, vel alia distillata. Si vero non soluatur species aquæ, vt in aqua decoctionis carnium vel aliorum, potest fieri baptismus nisi forte sit facta tanta resolutio corporum lixatorum, quòd plus liquoris habeat de aliena substantia, quam de aqua, quod ex spissitudine percipi potest. Si tamen ex liquore sic spissato exprimatur aqua subtilis, sic põt in ea fieri baptismus, sicut in aqua quæ exprimitur ex luto, licet in luto baptismus fieri non possit. In lixiuio verò & aquis balneorum sulphureorum potest fieri baptismus. Quia tales aquæ non incorporantur, per artem vel naturam, sed solum alterationem quandam recipiunt, In aqua vero rosacea est liquor aquæ resolutus. Vnde in ea non potest fieri baptismus. Et eadem ratione neque in aquis alchimicis, neque in vino. Nec est eadem ratio de aquis pluuia-

pluuialibus, quia illæ generantur ex maiori parte ex sublimatione vaporũ resolutorum ex aquis niuium, in quibus minimum est ibi de liquore mixtorũ, qui tamen per huiusmodi sublimationem virtute naturæ quæ est fortior, resoluuntur in veram aquam, quod ars facere non potest. Vnde aqua pluuialis nullam qualitatem retinet alicuius corporis mixti, quod de aqua rosacea & aliis distillatis dici non potest. Notandum tamen quòd benedictio quæ adhibetur aquæ, nõ est de necessitate baptismi, sed pertinet ad quandam solennitatem, per quam excitatur deuotio fidelium, & impeditur astutia dæmonis, ne impediat sacramentum vel eius applicationem.

Ver. 3. *De forma Sacramenti Baptismi.*

C 149 CHRISTVS Mat vlt. expressit formam baptismi, dicens, Euntes in mũdũ vniuersum, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, &c. In his verbis exprimitur causa principalis, quæ eũ sancta Trinitas, & instrumẽtalis, quæ est minister, actio autem attribuitur principali agenti, qui est Christus. Ideo Ioannis. 1. Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat, attribuitur etiam instrumento animato Vnde dictum est, baptizantes, scilicet vos. Ideo Latini dicunt. Ego te baptismo, &c. Græci autem attribuunt actũ baptismi ministris, ad euitandũ antiquorũ errorem, qui virtutem baptismi baptizantibus attribuebant, dicentes, Ego sum Pauli, & ego Cephæ & ideo dicunt, Baptizetur seruus Christi in nomine patris, &c. Et quia exprimitur actus exercitus per ministrum cum inuocatione S Trinitatis, verum apud omnes perficitur sacramentum. Quòd autem in forma Latinorum additur (Ego) non est de essentia formæ, sed ponitur ad maiorem expressionem intentionis. Nec obstat quòd Apostoli baptizabant in nomine domini Iesu Christi, quia Apostoli in primitiua ecclesia ex speciali reuelatione Christi & spiritus sancti hoc faciebant, vt nomen Christi, quod erat odiosum Iudæis, & Gentibus, honorabile redderetur, per hoc quod ad eius inuocationẽ spiritus sanctus dabatur in baptismo. Nec tamen tunc totaliter omittebatur forma a Christo data, secundum D. Ambr. quia in nomine Christi tota Trinitas intelligitur Et ideo seruabatur forma data a Christo, saltem integritate intelligibili. Non liceret tamẽ hodie sic baptizare, quia illa dispensatio sublata est. Vnde Pelagius Papa scribens Gaudentio episcopo, dicit, Si hi qui in locis tuæ dilectionis commorari dicuntur, se solum in nomine domini baptizatos fuisse confitentur, sine cuiuscunque dubitationis ambiguo eos ad fidem catholicam venientes, in sanctæ Trinitatis nomine baptizabis. De his in c. multi, & c. hi vero, de cõsec. dist. 4.

3. p. q. 66. ar. 5.

Latini et graci in forma baptismi differũt

Act 10. et 19.

Baptizare in nomine Christi tẽpore Apostolorũ fuit licitum, sed non nunc.

Ver. 4. *De Applicatione sacramenti Baptismi.*

D 149 DVO aut plures non possunt vnum baptizare, quia actus multiplicantur secundum multiplicationem agentium, si perfecte ab vnoquoque agatur. Et sic si conuenirent duo, quorum vnus esset mutus, & non posset proferre, verba, & alius carens manibus, qui non posset exercere actum absolutionis, non possent ambo simul baptizare. vno dicente verba, & alio exercente actum. Potest tamen vnus, si necessitas adsit, plures simul baptizare, vel legitur factum tempore Apostolorum, quia nullus eorum recipit nisi vnum baptismum. Sed tunc oportet dicere, Ego baptizo vos. Nec erit mutatio formę, quia vos nil aliud est quam te & te. Quod autem dicitur nos, non est idem dicere quod ego & ego, sed ego & tu & sic iam mutatur forma. Sed quid si vterque, diceret, Ego te baptizo, & immergeret vel aspergeret cum intẽtione baptizandi, dicitur quod qui prior verba proferret, conferret sacramentum, & alius puniendus esset tanquam rebaptizator. Si autem omnino simul verba proferrent & aspergerent, essent puniendi de inordinato modo baptizandi, vterque tamen quantũ est in se baptizaret, nec traderet aliud & aliud sacramentum, sed Christus qui est vnus interius baptizans, vnum sacramentum per vtrunq; conferret, Nec obstat quòd plures possunt eandem hostiam consecrare, quia Christus non legitur simul baptizasse cum Apostolis, quando iniunxit eis officiũ baptizandi, sed bene legimus quòd Apostoli Christo cœnante concœnauerunt. Sed de his amplius cum de ministro sacramenti Eucharistiæ agetur. Similiter etiam mutaretur forma, si diceretur. Ego

3. p. q. 66

Vnus a pluribus baptizari non potest, licet bene plures ab vno.

Act. 2. et. 3

Plures eandem hostiã consecrare possunt.

 bapti-

Nullus se ipsum baptizare potest. baptizo me Ideo nullus potest seipsum baptizare, propter quod & Christus a Ioanne voluit baptizari, vt habetur in cap. debitum, extra de baptismo, & eius effectu. Et quanuis communis vsus baptizandi sit per trinam immersionem in aquam, potest tamen fieri baptismus per modum aspersionis, vel etiam effusionis, secundum illud, *Ezech. 36.* Effundam super vos aquam mundam. Maxime hoc fieri potest propter necessitatem, *Act. 2. & 3.* vt patet in Act. Apostolorum, vbi dicitur quod crediderunt & baptizati sunt vna die tria millia. Vnde D. Greg. scribens Leandro episcopo & habetur in Decreto in c. de trina de consecratione, dist. 4. Reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptismate vel ter vel semel immergere, quoniam & in tribus immersionibus personarum Trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari, & propter errorem *Sufficit una immersio.* Donatistarum in concilio Toletano institutum fuit quòd fieret vna sola immersio vel effusio. Quandoque etiam potest esse penuria aquæ vel debilitas ministri, vel periculum baptizantis, quia infirmus est, ideo immersio non est de necessitate, sed de congruitate, eo quod expressius repræsentatur figura sepulturæ Christi. In aliis tamen modis baptizandi etiam repræsentatur figura sepulturæ Christi aliquo modo nam quocunque modo fiat ablutio, aliqua pars corporis supponitur aquæ, sicut corpus Christi fuit sub terra positum. Si totum corpus propter aliquam causam non possit aqua perfundi, caput (quod est principalis pars corporis, & in eo manifestatur principium vitæ animalis) perfundi debet si caput non possit, alia pars.

Ver. 5. De reiteratione baptismi.

Ephe. 4. BAPTISMVS nullo mō debet reiterari. & si reiteretur, non prodest imo nocet. Hoc expresse notat Apostolus dum ait, Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus. & Heb. 6. Impossibile est eos qui semel illuminati sunt, gustauerunt *Lib. 4.* etiam donum cœleste, & participes facti sunt spiritui sancti, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam, scilicet per baptismum, vt dicit D. Chriso. & Damasc. & D. Augu contra Petulianum, Et ratio, D. Pauli est, quia baptismus repræsentat mortem & sepulturam Christi. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, sed Christus semel mortuus est & sepultus, ergo qui bis baptizat, repræsentat *Rom. 6.* Christum bis mortuum, quod constat esse falsum. Christus enim (vt idem Apostolus dicit) resurgens mortuis, iam non moritur. Vnde Damascenus dicit quòd illi qui rebaptizantur, iterum crucifigunt Christum. Propter quod Apostolus contra *Heb. 6.* quosdam bis baptizaris volentes, dicit, Rursus crucifigentes filium Dei in semetipsis. Secunda ratio potest esse eo quòd baptismus est quædam spiritualis regeneratio, Ioan. 3. nisi quis renatus fuerit, &c. Sed vnius non est nisi una generatio naturalis, ergo nec nisi una spiritualis regeneratio. Præterea baptismus primo, & principaliter datur contra peccatum originale, sed peccatum originale non iteratur, igitur nec baptismus *Quid agendum cū dubitatur de baptismi.* Hæc doctrina catholica intelligitur, quando certum est de aliquo quòd sit baptizatus, & quod legitimum sacramentum baptismi susceperit, quia si esset dubium probabile, debet baptizari sub his verbis, Si es baptizatus, non te baptizo, sed si nondum es baptizatus, ego te baptizo in nomine patris, &c. vt habetur in c. de quibus, extra de baptismo & cap. 1. eodem titu. dicitur, quod si quis omiserit, Ego te baptizo, licet ter in aquam immerserit, dicens, in nomine patris, & filii & spiritus sancti, non est baptizatus. Item si non exprimantur tres personæ Trinitatis, vel si ponitur aliquid vitians, puta si baptizetur quis baptismo Arrianorum, Ego te baptiao in nomine patris maioris, & in nomine filii minoris. talis non est baptitus, sed baptizandus, nec reiteratur baptisma, cum primum non fuit verū baptisma.

Ver. 6 De baptismi necessitate.

3. p. q. 68. ar. 1. et 2. OMNI Rationali creaturæ baptismus ad vitam æternam consequendam est necessarius. vnde Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, & in concilio Tridentino, sess. 5. can. 3. decretum fuit, Si quis dixerit baptismum liberum, & non necessarium ad salutem, Anathema sit. Nec propter hoc arctatur uia salutis, quia nunquā potuerunt hoies saluari, nisi

ri, nisi per Christum, & nisi fuerint membra Christi, Quia non est aliud nomen da- *Act. 4.*
tum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Sed ante aduentum Christi homi-
nes incorporabantur Christo per circuncisionem uel alia sacramenta, & sacramen-
tum baptismi quod Christus ordinauit, est longe maioris facilitatis, quā fuerint alia
sacramenta ante aduentum ipsius, igitur per baptismum nō arctatur uia salutis. Et
licet aliquando non possit, uel propter defectum aquæ uel ministri, obtineri in actu,
potest tamen in uoto seu desiderio haberi quod sufficit adultis, ubi facultas deest, &
sic non est obligatus ad impossibile. Si autem paruulus, qui usum arbitrii non ha-
bet, non baptizetur, non peccat, imò adultus, nisi ex contemptu, ubi præceptum de *baptismus*
baptismo esset sufficienter publicatum, & si damnetur, hoc erit propter peccatum, *in uoto suf-*
originale vel alia peccata. ¶ De insulari uero, ad quem non peruenit baptismi no- *ficit adul-*
titia, secundum fundamenta D. Tho dicendum, quod si in primo instanti usus ratio *tis.*
nis cōuertat se in finem honestum, Deus infundit gratiam, & remittitur pecca tum, *De insula-*
originale. Et si perseueret in gratia, & non opponat impedimentum peccati morta *ri.*
lis. Deus qui non deficit in necessariis, illuminabit eū ante mortem interius uel ex-
terius, nec patietur eum mori absque sacramento baptismi, uel si faciat, supplebit ef
fectum sacramenti, non enim alligauit uirtutem suam sacramentis quia cum talis
ex illa conuersione consecutus sit gratiam, si perseueret, non priuabitur illa sine cul *Solemnita-*
pa, & iam uidetur habere baptismum quodam modo in uoto licet confuse propter *tes baptis-*
ignorantiam inuincibilem. ¶ Notandum tamen quod solennitates ab ecclesia insti *mi quid re*
tutæ, non sunt de necessitate, sed congruitate baptismi, ad repræsentandos aliquos *præsentēt.*
effectus sacramenti, quos congruum est scire, vt quod fiat exorcismus, qui verbo, &
exufflatione peragitur, vt spiritus immundus a baptizando expellatur, & vt per pu
rū sacerdotis ministerium Spiritui sancto cedat fugiens malignus. Non enim (vt D.
Aug ait) Natura exorcizatur aut exufflatur, sed ille sub quo sunt qui in peccato na *Signū cru-*
scuntur, adiuratur vt expellatur ab eis potestas inimica, quæ decipit hominem, ne *cis in fron-*
post hæc contendat eos subuertere, & hic ritus est antiquissimus, vt patet ex diuo. *te.*
Hiero. Chry. Aug. Tertullianio, & Celestino papa. Deinde fit signū crucis in frōte,
ad significandum quod baptizandus nomen dat crucifixo, in quo confidat, & quem
confiteri non uereatur. Deinde super oculos, ut intelligamus baptizandos præparari
ad videndum claritatem Dei. Deinde super nares, ut sentiat & percipiat suauitatem
odoris Christi Deinde in ore, vt confiteatur illum, quia ore cōfessio fit ad salutem.
Ponitur etiam sal consecratum in os vt per sal typicum, hoc est Dei sapientiam con
ditus, iniquitatis fœtore carere significetur, & non a vermibus peccatorum con-
taminetur, & putrefiat, Deinde illinitur sputum naribus & auribus, exēplo Christi
qui prius cæci nati sanans oculos liniuit, & mutum & surdū sanans, sputo linguā,
aurem & oculos, dixit, Epheta, quod est adaperire, vt significetur id fieri in bapti-
zando per saliuam typicam, hoc est per diuinam sapientiam, vt soluatur vinculum
D linguæ, & laudet Deum aperianturque alii sensus ad spiritualia capessenda in sensi- *In lib. de*
150 bilibus. Iniungitur autem oleo in pectore, & scapulis, quasi Athleta Dei, vt diuus *Sa.*
Ambrosius dicit, vel (vt dicit Innocentius tertius in decretali vnica. §. per frontis
chrismationē, extra de sacra vnctione) vt spiritum sanctum accipiat, errorē ac igno
rantiā abiiciat, & fidē rectā suscipiat, quia iustus ex fide uiuit. Inter scapulas autem
iniungitur, vt spiritus sancti gratiam induat, exuat negligentiam & torporem, & bo
nam operationem exerceat, vt per fidei sacramentum sit mundicia cogitationum in
mente, & pectore, ac fortitudo laborū in scapulis. Post baptismū vero (vt Rabanus
dicit) signatur in cerebro a presbytero, chrysmate, sequente simul & oratione, vt re
gni Christi particeps fiat, & vt Christianus posit uocari, vel, vt D. Ambro. ait, vn- *Vestis can*
guentem super caput effunditur, quia sapientis sensus super caput eius, vt sit para- *dida.*
tus reddere rationem fide. omni petenti. Vestis autem candida traditur baptizato,
non quidem ea ratione, quòd non liceat ei aliis uestibus uti sed in signum glorio
sæ resurrectionis, ad quam per baptismum homines regenerantur & ad significan-
dam puritatem vitæ, quam post baptismum debent obseruare. Secundum illud

Ro.6. In nouitate uitæ ambulemus. Candela accensa etiam datur, ad denotãdum quod lumen fidei quod habet in mente, debet relucere in opere. Hi ritus & si non sint de necessitate sacramenti, sunt tamen (ubi fieri potest) de necessitate seruandi, sic quod peccat sacerdos, non seruando. unde in concilio Tridentino, sess. 5. tit. de sacramentis, can. 13. dicitur, Si quis dixerit receptos & approbatus Ecclesiæ catholicæ ritus, in solenni sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni aut sine peccato a ministr. s pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcunque ecclesiarum pastorem mutari posse, Anathema sit.

Ver.7. *De Sacramenti baptismi Dilatione.*

Adulti cur ante baptismum sunt instruendi.

QVOD ad baptismi dilationem distinguendũ est, quia vel baptizãdi sunt adulti, vel paruuli Et quia adultis potest subuenire per votum seu desiderium baptismi, ideo non statim sacramentum baptismi eis conferendum est, sed expectandum est usque ad certum, & determinatum tempus, infra quod deb a esse cathecuminus siue discipulus, & debet edoceri de his quæ sunt fidei, triplici r tione. Primo, propter cautelam ecclesiæ, ne decipiatur conferens statim sacramentum ficte accendentibus, secundum illud. 1. Ioan. 4. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt, quę quidem probatio sumitur de accedentibus ad baptismum, dum per aliquod temporis spatium eorum fides & mores examinentur. Secundo, quia hoc est necessarium ad utilitatem eorum, egent enim aliquo temporis interuallo, ad hoc quod plene instruantur de fide, & exercitentur in his quæ pertinentad Christianam fidem. Tertio ad quandam reuerentiam sacramenti, dum in solennitatibus præcipuis, puta paschæ & Penthecostes, homines ad baptismum admittuntur. Hæc tamen dilatio est prætermittenda in duobus casibus. Primo, quando illi qui sunt baptizandi appareut sufficienter instructi in fide, & ad baptismũ, idonei, sicut diuus Philippus statim baptizauit Eunuchum Candacis reginæ, & D Petrus Cornelium, & eos qui cum eo erant. Secundo, propter infirmitatem & periculum mortis. Vnde Leo papa dicit, Hi qui necessitate mortis, ægritudinis, obsidionis, naufragii urgentur, omni tempore baptizari debent Si aliqui tamẽ ex Cathecuminis, qui desiderium baptismi habent, morte præueniantur, articulo necessitatis sacramentum excludente, dum expectant tempus ab ecclesia statutum, saluantur. Peccarent tamen, si ultra tempus ab Ecclesia statutum different accipere. Vnde Sap. Ne tardes conuerti ad dominum, & non differas de die in diem, nisi ex causa necessaria, & de licentia prælatorum Ecclesiæ, licet etiam hoc peccatum cum aliis deleri possit per succedentem contritionem quæ cum desiderio baptismi supplet effectum eius ut dictum est.

D 150

Act.8. Act.10. Eccle.5.

Ver.8. *De baptismo paruulorum.*

3 p. q. 68. art. 11. In epist. ad Darda.

PARVVLI in materno utero totaliter existentes, nõ possunt baptizari, ut diuus Aug ait, Nemo enim renascitur, nisi nascatur, sed baptismus est quædã spiritualis regeneratio, igitur & ratio est, quia ablutio corporis est de necessitate baptismi, & talis non potest fieri pueris totaliter in materno utero existentibus Et sic per baptismum matris non baptizatur paruulus in utero eius existẽs, propter distinctionẽ suppositorũ, quæ procedit à forma siue anima, quæ est distincta, licet corpus sit aliquo mõ vnũ propter colligationem corporalẽ. Non est tamẽ expectanda tota egressio pueri ex vtero, si mors immineat. Tunc. n. si caput, in quo fundatur oẽs sensus, primo egrediatur, debet baptizari, periculo imminente Nec est ipse rebaptizandus, si eum postea perfecte nasci contigerit. Si uero caput primo non egrediatur, sed alia pars, idem faciendum est, sicut de capite, Notandum etiam quod ubi mater esset infirma, & derelicta a medicis, & in agonia, non debet quis etiam de consensu eius, eam occidere, seu aperire ad baptizandum puerum quia non sunt facienda mala, vt inde ueniant bona. Nec per hoc, quod non possunt pueri baptizari in utero, nec aliter saluari, sequitur quod lex noua sit grauior ueteri ut dictum est supra. ¶ Natis autem paruulis Christianorum non est differendum eis baptisma, quia non expectatur in eis maior instructio, aut plenior conuersio. Cum ergo sæpe illis

E 150

Quid de paruulis in natiuitate periclitantibus Ro.3.

c. 15. § 2. ver. 1.

illis immineat mortis periculū, nec aliter quàm per baptismū eis subueniri possit, nō debet baptisma differri. Nec obstat quod Neotherici Anabaptistæ allegant Christum dixisse Apostolis, Euntes in mundum vniuersum, docere omnes gentes, baptizātes eos in nomine partis & filii & spiritus sancti, ex quo inferunt quòd fiunt prius docendi, & per consequens expectandum est donec ad annos discretionis peruenerint. Quia dictum Christi refertur ad gentes doctrinę fidei capaces. Et hoc modo intelligendū est de adultis illud, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, Qui vero non crediderit, condēnabitur, cum paruuli ante vsum rationis nō possint credere. Christus.n.in lege noua, quæ est perfectior veteri, dedit oibus etiā paruulis salutis remediū. Si igitur in lege naturæ & Moysi poterant per sacramēta, vel uolūtaria, vel determinata, paruuli saluari, quare non in lege noua, & Christi? Si per circūcisionē paruuli ante vsum rationis inserebātur synagogę, & baptismus succedat circuncisioni, & sit ea perfectior, quare non inserentur per baptismū Ecclesiæ & Christo, qui abiicientibus illos Apostolis dixit, Sinite paruulos venire ad me, taliū.n. est regnum cœlorum Christus.n.non venit perdere, sed saluare quod perierat. Si Adā potuit inficere, & de facto infecit paruulos, qui ab eo per vitiatā originem descenderunt, absq; eorum actuali voluntate, a fortiori Christus paruulos ante usum ratiōis per baptismū sibi incorporatos, absq; eorū actuali voluntate regenerauit, & saluos fecit. vnde Apost. Si vnius delicto mors regnauit per vnū, multo magis abundantiā gratiæ & donationis accipientes, in vita regnabunt per vnū Iesum Christum Vbi n. abundauit delictū, superabundauit & gratia. Omnes sancti doctores hoc asseuerant, & inter eos D. Hiero. in epistola ad Athletam, idem D Ambr. in li. de Vocatio Gentium, & D. Aug in lib. 1. de remissio Peccatorū, & lib. 4. contra Donatistas allegat ritum vniuersalis Ecclesię, qui semper fuit obseruatus, vnde concludit quod non nisi authoritate Apostolica traditum rectisime creditur. Et D. Dion. dicit, Diuinis nostris ducibus (hoc est Apostolis) ad mentem venit & visum est suscipere infantes, secundum istum sanctum modum, quòd parentes pueri traderent ipsum cuidā docto in diuinis pędagogo, & reliquū ipse puer aget sicut sub diuino patre & saluationis sanctæ susceptore. Hoc etiam fuit decisum per multa concilia, s. in concilio Mileuitanto, & in 3. concilio Tolletano, & Greg. Magnus ad Cōsulta. Aug Angelorū episcopi, & recitatur in decreto. 1. c. mulier. 5. dist. Puer eadem die qua natus est potest baptizari ¶ Nec interrogandi sunt cum ad vsum rationis, peruenerint, an placeat eis quòd baptizari fuerint, potuerunt enim parentes & ecclesia, etiam eis inuitis, causam eorū facere meliorem Fœlix enim necessitas, quæ ad meliora cōpellit. vnde in Concilio Tridentino, Sess. 3. decreto 1. can. 3. dicitur, Si quis negat ipsum Christi meritum, & baptismi sacramentum secundum formam ecclesiæ collatum, tā adultis, quàm paruulis applicari, Anathema sit, & Sess. 5. tit. de sacramēto baptism', c. 14. dicitur, Si quis dixerit paruulos baptizatur, quum Adoleuerint interrogandos esse, an ratum habere velint quo patrum eorū nomine dum baptizarentur polliciti sunt, & vbi se nolle responderint suo esse arbitrio relinquendos nec alia interim pœna ad Christianam uitam cogendos, nisi quòd ab eucharistia aliorumq; sacramētorum perceptione arceantur, donec resipiscant, Anathema sit, & c. 13. Si quis dixerit paruulos eo quòd actum credendi non habeant, suscepto baptismo inter fideles cōputandos non esse, ac propterea, quum ad annos discretionis peruenerint, esse rebaptizandos, aut præstare omitti eorū baptisma, quam eos sine actu proprio credētes baptizari in sola fide ecclesiæ, anathema sit, & c. 12. dicitur, Si quis dixerit neminem esse baptizādum, nisi ea ætate qua Christus baptizatus est, Anathema sit, an aūt paruuli infidelium inuitis parentibus sint baptizandi, dictū est supra c. 10. §. 5 uer. 5.

Ver. 9. De requisitis suscipiente baptisma.

B IN paruulis baptizandis, cum non sint capaces rationis, parte ipsorū nihil re-
151 quiritur, sed sufficit quòd baptizans intendat facere quod ecclesia facit. Tunc.n. sacramentum operantur in fide ecclesiæ, & idem dicendum est de furiosis, & amentibus, qui nunquam habuerunt usum rationis, nec habent illucida interualla. Amen-

Matt. vlt.

Mar. vlt.

Mar. 6.

Rom. 5.

In epist. ad Athletam

In 7. Eccl. Hierar.

3. p. q 68. ar. 11.

Quando amentibus baptisma prodest.

tes autem qui ex sanamente quam prius habuerunt, inciderunt in amentiam, iudicandi sunt secundum voluntatem quam habeant dum sanae mentis erant, & ideo si tunc apparuit in eis voluntas suscipendi sacramẽtum baptismi, debet eis exhiberi in amentia, etiam si tunc contradicant. Si vero nulla voluntas suscipiendi baptismum in eis apparuit dum sanae mentis essent, non sunt baptizandi. Amentes autem & furiosi qui habent dilucida intervalla, si tempore intervalli habeant voluntatem suscipiendi baptisma, debent baptizari, ac etiam in amentia si sit periculum mortis, alias melius esset expectare intervallum sanae mentis. Si autem in tẽpore intervalli non apparuerit voluntas siue desiderium baptismi, non sunt baptizandi. Quidam autem sunt qui dicuntur fatui, qui non sunt omnino sanae mentis tamen intantum ratione vtuntur, quòd possint cogitare de salute, & intelligere quodam modo sacramenti virtutem. De talibus idem est iudicium, sicut de his qui sanae mentis sunt. Dormientes autem adulti non sunt baptizandi, nisi immineat periculum mortis, & prius ante dormitionem apparuerit voluntas suscipiendi baptismum, sicut de amentibus dictum est. Narrat D. Aug. in 4. Confess. de amico suo qui baptizatus est nesciens, propter periculum mortis. Adulti autem sanae mentis vigilantes, ad hoc quòd suscipiant rem sacramenti, hoc est gratiam, necessario requiritur quòd habeant sequentia, primo rectam fidem, saltem in communi, vt scilicet credant quod Ecclesia credit, Quia sicut dicitur Roman 3. Iustitia Dei est per fidem Iesu Christi. Vnde Christus dicebat, Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. Inde est quòd Ecclesia, quae nil frustra agit, in sacramentis interrogat baptizandos de articulis fidei, & per hoc, sacramentum baptismi dicitur sacramentum fidei. Secundo requiritur quòd eum vitae praeteritę poeniteat, & quod moriatur peccato, & velit in nouitate vitae ambulare. vnde D. Aug. in lib. de poenitentia dicit, quod nullus suo arbitrio voluntatis constitutis potest nouam vitam inchoare, nisi eum veteris vitae poeniteat. Ideo Rom. 6. An ignoratis fratres quod quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quommodo Christus surrexit a mortuis per gloriam patris ita et nos in nouitate uitae ambulemus. Tertio requiritur quod habeat intentionem suscipiendi baptismũ, sicut Christus instituit & ecclesia tradit. Vnde D. August. in lib. de Charitate, nemo ex aqua & spiritu sancto renascitur, nisi uolens. Ex quo apparet quod inuitus non baptizatur, licet ei sacramentum applicetur, unde secundum Ecclesiae ritum baptizandi profitentur se petere ab Ecclesia baptismum, per quod profitentur suam intentionem de susceptionem. Ideo ueniens ad baptismus, interrogatur, Quid petis? ipse respõdet, vel alius (scilicet leuans) pro eo, & Baptismũ iterũ interrogatur, Vis baptizari? respondet, Volo, alias non baptizaretur. Si aũt baptizandũ nõ poeniteret de peccatis, uel actu complaceret in peccato, dum tamen haberet alia duo requisita, peccaret quidem mortaliter, se ingerendo sacramento, tamen quia per sacramentum imprimitur character, qui recedente fictione, & adueniente poenitentia operatur, delentur omnia peccata, & per ipsum causatur instrumentaliter gratia sacramentalis, per quam totaliter deletur reatus poenae omnium peccatorum. Quia baptismus ordinatur non solum contra peccatum originale, sed etiam contra peccata actualia, quae per liberam uoluntatem causantur, ex consequenti tamen, quia primo & per se contra originale. Si autem deest recta fides in communi, & intentio recipiendi sacramentum (vt dictũ est) esset rebaptizandus, ac etiã si esset dubium, sub forma tamen conditionali superius expressa. Cum ergo per baptismum aliquis incorporetur morti Christi: quae fuit sufficienter satisfactoria pro peccatis nostris, & non solum nostris, sed et totius mundi, ideo ei qui baptizatur, non est in baptismo aliqua poenitentia iniungenda pro quibuscũque peccatis, hoc enim esset facere iniuriam passioni & morti Christi. Restituere tñ male ablata a proximos & satisfacere de iniurijs illatis, est iniungendũ sicut & cessare a peccando. Quia non restituere & non satisfacere laeso cum fieri potest est lędere & peccare, ut dictum est. Non tamen est iniungendũ quod pro peccatis prętęritis aliquã poenã sine opera

Fatui sunt baptizandi.
Dormiẽtes adulti non sunt baptizandi.
Requisita in baptismo.
Mar. ult.
Sacramẽtũ baptismi dicitur fidei.
Fictione recipitur characterem.
Baptismus ordinatur contra originale, & actualia peccata.
1. Ioan. 2.

poenalia

pœnalia sustineat. Baptizati enim sunt excitandi ad iustitiam, non per opera pœnalia, sed per opera facilia, ut quasi quodam lacte facilioris exercitii promoueantur ad perfectiora, ut ait Glo. super illud Psal. Sicut ablactatus a matre sua unde, & dominus discipulos suos de nouo conuersos a ieiunio excusauit. Et hoc dicebat D. Petrus, Sicut modo geniti infantes, lac concupiscite, vt in ea crescatis in salutem. & 1. Cor. 3. Tanquam paruulis in christo lac nobis potum dedi, & non escam, Nõ dum enim poteratis. Ideo D. Ambro. super illud Ro. 10. Sine pœnitentia sunt dona Dei, & vocatio, dicit, Gratia Dei in baptismo non requirit gemitũ, neque plantũ vel etiam opus aliquo, sed solam fidem, & omnia gratis cõdonat. Et quia exterior confessio peccatorum debet esse cũ planctu & gemitu, vt D. Augu. dicit in lib. de pœnitentia, sequitur quod non est necessaria, loquendo de confessione exteriori & sacramẽtali, triplici ratione, Prima quia sacramẽtũ baptismi ẽ ianua omniũ sacramẽtorũ ideo nullũ aliud põt prius conferri. Secũda, quia cõfessio exterior quæ fit sacerdoti, ordinatur ad hoc, quod sacerdos absoluat confitentem a peccatis & liget ad opera satisfactoria, quod fieri non debet ut dictum est. Tertia quia ipsa particularis confessio homini facta, est pœnosa, propter verecundiam, baptizando vero nulla pœna est imponenda, vt dictum est, ideo, &c. Sufficit enim generalis, quam faciunt secundũ ritũ ecclesiæ abrenunciant Satanæ & omnibus pompis eius. Et hoc modo dicit Glos. quod in baptismo Ioannis exemplum datur baptizandis confitendi peccata in generali, renuntiando Sathanæ, & promittendo meliora. Si qui tamen baptizandi ex deuotione confiteri vellent, eorum confessio esset audienda, nõ ad hoc quod eis absolutio daretur, & satisfactio imponeretur, sed ad hoc quod contra peccata consueta eis aliqua spiritualis uitæ informatio traderetur, Nec obstat quod dicitur quòd baptizabantur multi a Ioanne, cõfitentes peccata sua. Quia in baptismo Ioannis non remittebantur peccata. Erat enim baptismus pœnitentiæ, disponens ad remissionẽ peccatorum, ideo conuenienter confitebantur peccata, vt secundum quantitatem, & qualitatem peccatorum eis pœnitentia determinaretur, Sed baptismus Christi absque exteriori pœnitentia remittit peccata, vt D. Ambro. ait, ideo est perfectior, & sic non est similis ratio. Confessio tamen interior peccatorum, quę est actus virtutis pœnitentiæ, quæ fit Deo, requiritur ad baptismum saltem ad obtinendum vltimum effectum, vt scilicet homo peccata sua recogitans de eis doleat, quia vt dictũ est, nemo potest inchoare nouam uitam, nisi eum præteritæ uitæ pœniteat, sicut nec Christus resurgere potuit, antequam moreretur.

Baptismus omnem reatum delet. — *Matt. 9.* — *1. petr. 2.* — *Baptizãdi non debent sacramẽtaliter confiteri.* — *Matt. 3.* — *Confessio interior requiritur in peccatore baptizãdo.*

D 151

Ver 10. *De Ministro Sacramenti baptismi.*

MINISTER sacramenti baptismi ex officio est sacerdos administrationem habens. Ideo Isido. in lib. de Officiis, & habetur in cap. constat, de consecra. distin. 4 dicit solis sacerdotibus esse traditum baptisma. Non est tamen negandum quin episcopi possint baptizare. Quia quicquid potest inferior dignitas subordinata, potest, & superior. vnde & dominus officium baptizandi commisit Apostolus, dicens, Euntes in mundum uniuersum, &c. commisit authoritatem docendi, prædicandi, & baptizandi, differenter tamen, quia officium docendi commisit eis Christus, ut per se illud exercerent, tanquam principalissimum. vnde & ipsi Apostoli dixerunt, Nõ est æquum nos relinquere verbum dei, & ministrare mensis. Officium autem baptizandi commisit Apostolis, vt per alios exercerent. Vnde Aposto. Non me misit dominus baptizare, sed euangelizare, & hoc ideo, quia sapientia ministri nil operatur in baptizando, sicut in docendo, In cuius etiam signum nec ipse dominus baptizabat, sed discipuli eius. Quod intelligendum est communiter, vt D. Aug dicit. & credendum est quod discipulos suos baptizauerit, Verum quia sacramentum baptismi est sacramentum necessitatis, qua adueniente in absentia sacerdotis diaconus, & illo absentium subdiaconus, & deinde acolytus, & consequenter vsque ad clericum in absentium clerici laicus & in absentia viri, mulier cõferre põt. vnde in ca. mulier de consec. dist. 4. dicitur, mulier quamuis docta, aut sancta, viros docere aut baptizare non præsumat, nisi cogente necessitate, imo etiam (vt supra dictũ est) infidelis,

E 151

3. p q. 67. art. 2. — *Minister bap. ex officio.* — *Matt. ult.* — *Act 6.* — *1. Cor. 1.* — *Ioan. 4.* — *Ad Clementianum.*

alicuius cor mouetur a spiritu sancto ad credendum credenda, & diligendum Deum, desideratque baptizari baptismo aquæ in nomine trium personarum, & caret baptismo aquæ non ex negligentia, sed quia non potest suscipere. In tali casu gratia spiritus sancti supplet, & dicitur baptizari & renasci ex spiritu sancto, de hoc Esa.4 Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem (scilicet peccati) leuauerit de medio eius, in spiritu iudicii, & ardoris Et hæc ablutio uocatur baptismus flaminis, siue pœnitentiæ, sicut effusio sanguinis, inquantum supplex effectum baptismi aquæ, dicitur baptismus sanguinis. vnde D. Aug. dicit Baptismi vicem aliquando implere passionem, vt de latrone illo, cui non baptizato dictum est, Hodie mecū eris in paradiso, qui licet non fuerit occisus pro Christi nomine, fuit tamen ei mors accelerata propter disensionem Christi, ideo martyr potest appellari. Et quia efficatia horum trium baptismatum procedit ex passione Christi & virtute Spiritus sancti, (Nam passio Christi operatur in baptismo aquæ per quandam figuralem repræsentationem, in baptismo pœnitentiæ per cordis commotionem, in baptismo sanguinis per potissimum dilectionis & affectionis feruorem, secundum illud, Maiorē charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.) Ideo inter illos baptismus sanguinis est potisimus, & includit baptismum flaminis, cum ex charitate patiatur. Et quanuis baptismus sanguinis non sit sacramentum nec imprimat characterem, sicut baptismus aquæ, tamen præeminentiam habet, quantum ad effectum principalem sacramenti, non solum ex passione Christi, sed etiam ex virtute spiritus sancti. Quia magis per eum conformatur quis passione Christi, & feruentionem recipit motum Spiritus sancti. *Baptismus flaminis quid.* *In lib de Bap. Par.* *Ioan. 15.*

C *Ver. 12.* *De effectibus Sacramenti baptismi.*

152 SACRAMENTVM baptismi debite susceptum habet plures effectus, primus est remissio peccatorum non futurorum & post baptismum commissorum, vt hæretici astruere nituntur, dicentes quod per memoriam baptismi delentur peccata post baptismum commissa, Quorum error fuit condennatus in concilio. Tridenti. sessi. 5. tit. de baptismo, can. 10. vbi dicitur, Si quis dixerit quod omnia peccata, quæ post baptismum fiunt, sola recordatione suscepti baptismi vel dimitti, vel venialia fieri, Anathema sit. Fit tamen remissio peccatorum præteritorum, non solum originalis, sed etiam actualium, vt dictum est. Et quanuis per generationem non incurrat homo nisi vnum peccatum, non tamen sequitur quòd per regenerationem non mundetur nisi ab vno. Quia gratia Christi magis abundauit, quàm delictum Adæ, unde Apost. Nam iudicium ex vno in condennationem, gratia autem ex multis delectis in iustificationem. Ideo D. Aug in li de Baptismo Paruulorum dicit, quòd generatione carnis tantum trahitur peccatum originale, regenerante autem spiritu nō solū originalium, sed etiam voluntariorum fit remissio peccatorū Et licet in addultis quo ad deletionem actualium præcedat actus pœnitentiæ, virtutis, non tamen sufficeret ad remissionem culpæ nisi adesset fides passionis Christi. & propositum suscipiendi baptismum, per quod recipit gratiam, sed perfectius per sacramentum baptismi, Nō tamen ita, quin possit illam amittere, etiā absque infidelitate, vnde in concilio Tridentino, sess. 5. titu. de sacramento baptismi, can. 6 decretum fuit, Si quis dixerit baptizatum non posse, etiam si velit, gratiam amittere, quantumcunque peccet, nisi nolit credere, Anathema sit. ¶ Secundus effectus baptismi est deletio omnis reatus, siue liberatio a pœnis, pro peccatis debitis, eo quòd per baptismū sumus plene incorporati passioni Christi, ergo baptizato communicatur passio Christi ad remedium, ac si ipse passus esset. Vnde Apostolus, Si mortui sumus cum Christo credimus et quòd simul viuemus cum eo. & alibi, Nihil ergo damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, & non secundum carnem ambulant. sed damnatio solum duo complectitur, scilicet culpam & pœnam. & baptizati perfecte sunt in Christo Iesu, cui per baptismum perfecte conformantur, & consepeliuntur, igitur, &c. Hæc deletio pœnæ locum habet apud Deum, quia in pœnis, quæ in iudicio humano inferūtur, non solum attenditur qua pœna sit homo dignus, sed etiam in quo sit obligatus *Rom. 5.* *Omnis reatus deletio.* *Rom. 6.* *Rom. 8.* *Baptismus a quibus pœnis non liberet.*

apud homines, qui læsi & scandalizati sunt per peccatum alicuius. Et ideo homicida per baptismum liberatur a reatu pœnæ quoad Deum, remanet tamen obligatus quo ad homines, quos iustum est ędificari de pœna, sicut fuerunt scandalizati de culpa. Pie tamen posset princeps talibus indulgere. Dictum est autem, ab omni reatu pœnæ personæ debitę, quia (vt experimur) per baptismum non liberamur a pœnalitatibus huius vitæ, quæ sunt debitæ naturæ. vnde super illud Rom 6. Destruatur corpus peccati, dicit Glos. Per baptismum id agitur, vt vetus homo crucifigatur, Non tamen ita, vt in ipso carnis concupiscentia respersa, & innata repente absumatur, & nō sic fomes, sitis, æstus, mors, Sed ne obstent mortuo quæ inerant nato, & sic dominium & regnum deiecit, vt scilicet hoc homo non timeat, & eadem in nouissimo penitus exterminauit, Habet & alias pœnalitates, quas voluit Christus baptizatos sustinere, triplici ratione, Primo, propter conformationem, Turpis est enim pars quæ nō congruit suo vniuerso, sed per baptismum homo incorporatur Christo, & fit mēbrū eius, ideo conueniens est vt id agatur in membro incorporato, quod actum est in capite, Christus autem a principio suæ conceptionis fuit plenus gratia, corpus tamen eius fuit passibile, & post passionem & mortem ad uitam gloriosam resuscitatum, Sic Christianus in baptismo gratiam consequitur, quantum ad animam, habet tamē corpus passibile, in quo pro Christo pati possit. Post mortem vero resuscitabitur ad impassibilem vitā Vnde Aposto. Qui suscitauit Iesum a mortuis, viuificabitur ad talia corpora nostra. & infra, Si tamen compatimur, ut etiam simul glorificemur. Secundo hoc fuit cōueniens propter spirituale exercitium, In cuius figura legitur iudiciū 3. Hæ sunt gentes, quas Dominus reliquit vt erudiret in eis israelem & postea discerent filii eorum certare & habere consuetudinem prœliandi. Tertio hoc fuit conueniens, ne homines ad baptismum accederent, propter impassibilitatē præsentis vitæ. & non propter gloriam vitæ eternæ. Vnde Apostolus, Si in hac vita tātū in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus, Si dicatur remota causa remouetur effectus, Sed causa harū pœnalitatum est peccatū originale, quod tollitur per baptismum, igitur effectus debet tolli. Dicendum quòd peccatum originale hoc modo processit, quòd primo persona infecit naturam, postmodū uero natura infecit personā. Christus vero ordine conuerso, prius reparat id quod est personæ, & postmodum simul in omnibus reparabit quòd est naturæ, in resurrectione, Ideo licet per baptismū quilibet purgatus sit ab originali, quantum ad personā suā, non tamen quantum ad naturam & posteros. ideo generatus a baptizatis nascitur cum originali. ¶Tertius effectus baptismi est character, de quo supra dictum est, quòd est indelebilis, & recedente fictione quæ sacramenti efficaciam tollit, operatur effectum. Fictio.n. impedit vltimum & principalē effectum sacramenti, scilicet gratiam. Vnde Sap. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, sed effectus principalis baptismi est a Spiritu sancto, ergo fictio impedit. Fictus autē dicitur aliquis per hoc, quod voluntas eius contradicit baptismo uel eius effectui, Qui quum Deus, secundum Damascenum, non cogat aliquem ad iustitiam, sequitur quod ad hoc quòd aliquis iustificetur per baptismum, requiritur quòd uoluntas hominis amplectatur baptismum & baptismi effectum. Et secundum D. August. quatuor modis aliquis dicitur esse fictus, Primo quum non credit, quum tamen baptismus sit sacramentum fidei. Secundo quum contemnit ipsum sacramentum, & hi duo modi fictionis tollunt essentiam sacramenti. Tertio per hoc quòd recipit sacramentum, non seruans ritum Ecclesiæ. Quartò per hoc quòd aliquis indeuote & cum peccato accedit. Et hi duo modi impediunt vltimum sacramenti effectum, non tamen characterem, quia quum baptismus sit opus Dei, & non hominis, ideo non est omnino mortuum in eo, qui sine charitate baptizatur, sed est uiuum quoad characterem. Notandum tamē quod quum fictio cōmissa in baptismo, sit impedimentum baptismi, non deletur per baptismum, sed per pœnitentiam subsequentem, & fictione remota baptismus aufert culpam & reatum omnium peccatorum præcedentium, & simul existentium cum baptismo. Et sic ad baptismi effectum consequendum concurrunt baptismus &

Marginalia: D 152 — Cur baptizati pœnas habent. — Rom. 8. — 1. Cor. 5. — B 152 — Sap. 1. — Quatuor fictionis modi.

& pœnitentia, sed baptismus sicut causa per se, pœnitentia vero sicut causa per accidens, hoc est remouens prohibens.

¶ Quartus effectus baptismi est gratia sacramentalis, de qua superius dictũ est, unde D. Aug dicit quod ad hoc baptismus ualet ut baptizati Christo incorporentur, & mẽbra eius fiant. A capite autẽ (.s. Christo) in oĩa membra eius gratia & uirtutis plenitudo deriuatur, secundũ illud, De plenitudine eius nos omnes accepimus, & cũ paruuli per baptismũ incorporentur Christo, & efficiantur eius mẽbra, consequens est quod eis dentur uirtutes & dona Propter prędicta uerba August attribuitur baptismo incorporatio, & a diuo Dion illuminatio interior, & a Gloss. super illud Psal. super aquas refectionis, &c. fœcũditas, non quidẽ naturalis generationis, quia multi baptizati sunt steriles, sed fœcunditas, qua aliquid producit bona opera in se uel in aliis, vnde Apost. 1. Cor. 4. In Christo Iesu per euangelium ego uos genui. *In lib. de bap. Par. Ioan. 1. 2. e Eccl. Hierarc. Psal. 22. 3 p. q. 69 ar. 7.*

¶ Quintus effectus sacramẽti baptismi est apertio regni cœlestis, vt dicit Venerabilis Beda super illud Luc. 3. Apertũ est cœlũ, &c. Virtus hic baptismatis ostenditur de quo quisq; cũ egreditur, ei regni cœlestis ianua aperitur, Quia aperire ianuam regni cœlestis est tollere impedimentũ, quo quis impeditur regnum cœleste introire Illud autem impedimentum non est nisi culpa uel pœna, quæ (ut dictum est) tolluntur per baptismum, hunc autẽ effectum quantum ad efficaciam & in re accepit baptismus in Christi passione. Ante autem passionem baptismus non habebat hunc effectum in re, sed solum in spe, Quia baptizati tunc decedentes, ex certa spe introitũ regni cœlestis expectabãt. In re autem non habebant aditum, donec per soluto debito naturæ, quod est mors, ideo quando anima separatur a corpore, si post baptismum, non posuit impedimentum, statim aditum habet ad regnum cælorum, omnino tamen negandum est quod baptismus liberet ab omnibus Ecclesiæ pręceptis, & obliget solum ad fidem, ut hæretici fingere nituntur. Ideo in concilio Tridenti. Sess. 5. tit. de Baptismo, cap 7. decretum fuit. Si quis dixerit, baptizatos post baptismum ipsum tantum fidei fieri debitores, non autem vniuersæ Christi legis seruandæ, Anathema sit, & can. 8. dicitur. Si quis dixerit baptizatos esse liberos ab omnibus ecclesiæ sanctæ præceptis, quæ uel scripta uel tradita sunt, ita ut obseruare ea minime teneantur, nisi sua sponte illis se submittere uoluerint, Anathema sit. *Baptismus non liberat ab Ecclesiæ præceptis.*

Ver. 13. *De Circuncisione.*

C ET quia Circuncisioni successis baptismus in noua lege, ideo aliquid de ipsa Cir *3. p. q 70.*
154 cuncisione dicendum est. Et primo sciendum quod Circuncisio erat figuratiua, & præparatiua baptismi, ut dicit Apost. Col. 2. Circuncisi estis. Circuncisione non manufacta in expoliatione carnis, sed circuncisione Iesu Christi, consepulti ei in baptismo, iuxta illud, Habentes eundem spiritum fidei, credimus. Circuncisio enim erat quædam protestatio fidei. Et per Circuncisionem antiqui aggregabantur cœtui fidelium, quod hodie fit per baptismum, & sicut per Circuncisionem auferebatur quædam carnis pellicula, ita per baptismum homo spoliatur a carnali conuersatione, ideo Circuncisio fuit figuratiua & præparatiua baptismi, Quia antiquis patribus, quorum fides erat de futuro, omnia in figuram contingebant, non tamen adeo expresse figurabat baptismum, sicut transitus Maris rubri, Ideo Apostolus dicit quod omnes mare transierunt, & in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, renascimur enim ex aqua significata per Mare rubrum, & spiritu sancto significato per columnam nubis. Non tamen per prædicta fiebat protestatio fidei, sicut per Circuncisionem. Et ideo Mare rubrum & columna nubis erant tantum figura, & non sacramentum, sed Circuncisio erat figura & sacramentum. Ideo expressius significabat interiores effectus baptismi. ¶ Circuncisio fuit a Deo instituta, & data Abrahæ, et non omni populo, sicut baptismus, quia non continebat perfectionem salutis, sed solum figurabat eam perficiendam per Christum, qui erat ex Iudæorum populo nasciturus. Ideo illi soli populo data est, Baptismus uero omni populo, quia continet perfectionem salutis, ad quam Deus omnes homines vocat secundum illud. Qui vult omnes homines saluos fieri. Fiebat autem non in capite, sed generationis membro, *2. Cor. 8. Rom. 4. Circuncisio fuit figuratiua baptismi. 1. Cor. 10. Gen. 17. 1. Tim. 2.*

1.Gen.17. membro, propter tria, Primo, quia signum erat fidei, Abraham enim credidit Christum esse suo genere nasciturum. Secundo, quia erat in remedium peccati originalis. Tertio, quia ordinabatur in diminutionem, carnalis concupiscentiæ, quæ præcipue uiget in illo membro. Cultellus autem lapideus, non erat de necessitate circuncisionis. Vnde non inuenitur tale instrumentum præcepto diuino determinatum, neque etiam tali instrumento Iudæi communiter vtebantur, sicut neque nunc. Leguntur tamen aliquæ circuncisiones famosæ cultello lapideo factæ, unde Exod. 4. Dicitur quod tulit Sephora acutissimam, petram, & circuncidit preputium filii sui, & Iof. 5. Fac tibi cultellos lapideos, & circuncide filios Israel, per quod figurabatur, circuncisionem spiritualem per Christum (qui erat Petra) perficiendum. Determinabatur autem octauus dies circuncisioni, propter periculum & mysterium, Quia in octaua ætate, quæ erit ætas resurrectionis, quasi in octauo die perficietur per Christum spiritualis circuncisio quando auferet ab electis non solum culpam, sed etiam pœnam.
Leui.12. Tum etiam propter teneritudinem infantis, ante octauum diem, Vnde etiam de aliis animalibus præcipitur, Bos, ouis & capra, cum generata fuerint, semptem diebus erũt sub ubere matris suæ, die autem octauo offerri poterunt Domino. Erat octauus dies
Ioan.7. de necessitate præcepti, ita scilicet quod octauũ diem prætermittentes peccabant etiã si octauus dies esset. Sabbatum, secundum illud Circuncisiõnẽ accipit homo, in Sabbato, & non soluitur lex Moysi, & si filius post octauum diem & ante circũcisionem decederet, peribat anima eius de populo suo. Non erat tamen octauus dies de necessitate sacramenti, quia si aliqui in octauo die cricũcisionem omisissent, poterant alio die circuncidere, & circunsio habuisset effectum. Quidam etiam dicunt quod propter periculum imminentis mortis poterat octauus dies præueniri. Sed hoc nec ex authoritate scripturæ, neque ex consuetudine Iudæorum haberi potest, unde melius dicendum est, sicut etiam Hugo de S. Victore dicit, quod octauus dies nulla necessitate præueniebatur. Vnde super illud Prouer. 4. Vnigenitus eram coram matre mea dicit Glos. quod alius Bersabee paruulus non computabatur, quia ante octauum diẽ mortuus nominatus non fuit, & per consequens nec circuncisus. Excipitur tamen a prædictis tempus quo populus erat in deserto, tunc enim excusabantur prætermittentes præceptum circuncisionis, tum qui nesciebant quando mouenda erant castra, tum quia (ut Damascenus dicit) non erat necesse aliquod distinctionis signum habere, quia seorsum ab aliis populis habitabant D. tamen Augu. dicit quod inobedientiam incurrebãt, qui ex contemptu prætermittebant, unde uidetur quod nulli incircũcisi mortui sunt in deserto. Quia (ut dicitur in Psal.) Non erat in tribubus eo
In 4. dist. rũ infirmus, sed illi soli uidẽtur esse mortui in deserto qui fuerant circũcisi in Aegy
1.ar.1.q.2 pto. Si tamen aliqui incircuncisi mortui sunt, eadem est ratio de eis sicut de his qui ante octauum diem moriebantur.

¶ Circuncisio autẽ solis masculis & non mulieribus data fuit, unde apparet imperfectio illius sacramenti Ratio autẽ assignatur duplex: Primo eo quod originale peccatũ descendit a patre in filios, quantũ ad culpam & reatum, & quantũ ad pœnalitates descendit a fœmina, quia pater est efficiens in generatione, & mater materiã mi
Rom. 5. nistrat. Et quanuis transgressio a fœmina incœperit, tamen transfusionis originalis peccati causa non fuit fœmina, sed vir, Quia si vir non peccasset, peccatum originale transfusum non fuisset. Ideo dicit Apost. Per vnũ hominẽ peccatũ introiuit in mundũ. Secunda ratio, quia sacramentũ circũcisionis erat signũ distinctiuũ populi fidelis ab infideli, sed distinctio populi principaliter est ex parte uirorũ, quia mulieres eis subiectæ sunt, & ideo etiam inter Iudæos non computãtur genealogiæ ex parte mulierũ, sed ex parte virorum. Circuncisio administrata ab his qui erant in peccato mortali, habebat uirtutem & efficaciam ex opere operato, non per uirtutẽ inhærentem, sed solum ex pacto diuino. & ualebat paruulis ad peccati originalis deletionem, sicut Baptismus ex eo tempore quo fuit institutus, ut D. Augu. dicit, Quanuis D
ad ualeriũ contra Iulianum. lata sit differentia inter circunsionem & baptismũ, quia baptismus per uirtutẽ inhærentem instrumentaliter operatur, Circuncisio uero non. Secundo, quia baptismus 153
imprimit

imprimit characterem in anima, circuncisio uero in corpore tantum. Tertio, quia licet in circũcisione daretur gratia, non solum quantum ad remiſſionem peccati, ſed etiam quoad hoc ut faceret circuncisum dignum uita æterna, & quãtum ad repreſſionem concupiſcentiæ & ad impletionem mandatorum legis, quum minima gratia poſſit reſiſtere cuilibet concupiſcentię, & uitare quodlibet peccatum mortale, quod committitur in tranſgreſſione mandatorum legis. Minima enim charitas plus poteſt, quàm cupiditas, tamen in circuncisione non conferebatur tanta gratia, ſicut in baptiſmo, in quo (ut dictum eſt) copioſe & abondanter confertur. Quarto, quia per circuncisionem non fiebat apertio regni cœleſtis, ſicut per baptiſmum poſt paſsionem Chriſti. Quinto, quia adulti quando baptizantur habent remisſionem, nõ solũ peccati originalis & aliorum actualium, ſed etiam totius reatus pœnæ. Per circuncisionem uero non remittebatur reatus actualium delictorum. Præterea baptiſmus habebat efficaciam ante & poſt paſsionem, Circunſio autem poſt paſsionem Chriſti nullam habuit efficaciam. Sacramenta antiquę legis in morte Chriſti euacuerunt & mortua ſunt, licet aliquo tempore poſſent obſeruari, non ponendo tamen ſpem in eis, vt ſynagoga ſepeliretur cum honore.

Differentia baptiſmi et circuncisionis.

Ver. 14. *De Baptiſmo Ioannis.*

E BAPTISMVS D. Ioannis Baptiſtæ habebat pro materia aquã, iuxta illud Mar. 1. Baptizo uos aqua, & pro forma, hæc uerba, Ego te baptizo in nomine Chriſti uenturi & baptizatur in ſpiritu ſancto. Quæ elici poteſt ex uerbis eius dum ait, Veniet fortior me poſt me, & ego baptizo uos aqua, ille autem baptizauit uos in ſpiritu ſancto & D. Paulus Act. 19. expreſsit formam dicens, Ioannes baptizauit baptiſmo pœnitentiæ populum, dicens in eum qui uenturus eſſet poſt eum, ut crederent. Talis baptiſmus erat ſacramentum, cum eſſet ſignum ſenſibile ſacrę rei & myſterii Chriſti, & præparatio quædam, & initatio ſacramentorum gratiæ, & ſic erat ſacramentorũ mediũ inter ſacramenta legis Moyſi & Chriſti. Quia in D. Ioanne Baptiſta incœpit quodam modo tẽpus gratiæ & noua lex, iuxta illud, Lex & Prophetæ uſq; ad Ioannem, non quod ab ipſo Ioanne eſſet gratia, aut lex, aut quod eius baptiſmus conferret gratiam ex opere operato, quia ſolum in aqua, & non in ſpiritu ſancto, ſed cauſabat gratiam diſpoſitiue ex opere operantis duntaxat. Talis baptiſmus præparatiuus, fuit a deo inſtitutus. Nam. D. Ioan authoritate dei baptiſmũ pœnitentiæ prædicauit, & executioni mandauit. Vnde cum Chriſtus quæſiuiſſet a Scribis, an baptiſmus Ioannis è cœlo eſſet, an ex hominibus, &c. Sequitur, Omnes enim habebant Ioannem ſicut prophetam. Et quia baptiſmus Ioannis erat prępara tio ad baptiſmũ Chriſti, Baptizati baptiſmo Ioannis, tenebãtur baptizari baptiſmo Chriſti poſt inſtitutionem, & publicationem. Nec ſufficiebat eis relatio intentionis ad baptiſmum Chriſti, ſicut uidetur uelle Magiſter Sententiarũ, qui in hoc non tenetur, eo quod baptiſmus Chriſti erat aliud ſacramentum, & erat præceptum de illo ſuſcipiendo Et quia ſola intentio non cauſat effectum ſine ſacramento, ideo non ſufficit relatio De hoc baptiſmo decretum fuit in concilio Tridentino, tit de Sacramẽto Baptiſmi, ſi quis dixerit baptiſmum Ioannis habuiſſe eandem uim cum baptiſmo Chriſti Anathema ſit licet autem baptiſmus Ioannis eſſet præparatio ad baptiſmũ Chriſti nõ tamẽ ceſſauit omnino Chriſto baptizato, quia poſt baptiſmũ Chriſti ad huc Ioãnes, baptizabat, ceſſauit tamen quantũ ad ſuã dignitatẽ, quia ante baptiſmũ Chriſti in quo eſt data uirtus regeneratiua aquis, baptiſmus Ioan inter ablutiones ſiue purificationes, & baptiſmata legis Moyſi, primatum & dignitatem habuit, eo, quod proximius & clarius repræſentabat baptiſmum Chriſti, ſed poſtquam Chriſtus fuit baptizatus, & baptiſmum inſtituit, fuit alius baptiſmus eo dignior, ſicut ceſſat officium legati domino ſuo ſuperueniente, quamuis aliqua exerceat. Ceſſauit tamen totaliter, quando Ioannes miſſus fuit in carcerem, Quia myſterium illud ſoli Ioanni commiſſum eſt, licet eius mandato & in ſui præſentia diſcipuli eius baptizarent. ¶ Chriſtus autem licet non egeret baptiſmo Ioannis, uoluit tamen a Ioanne baptizari, triplici ratione, quas ponit gloſ Mar. 3. Prima, ut baptiſmum Ioannis appro-

In 4. diſt. 2. quæſt. 2.

Mar. 1. & Ioan. 1.

Act. 19.

Matt. 11.

Ioan. 3.

Cur Chriſtus baptizari uoluit in li. de na. boni.

Margin: 135 (beside "Mar. 1. Baptizo…"); F 135 (beside "zarent. ¶ Chriſtus…").

probaret. Secunda, ut humilitatem ostenderet, unde dixit, Sic nos oportet implere omnem iustitiam. Tertia, ut tactu suæ mundissimæ carnis aquas consecraret. Quartam tangit D. Aug. ut scilicet ostenderet quis & a quo baptizaretur, & ad exemplū baptismi proponendum his qui erant futuri filii Dei per fidem. Sextam tangit D. Chrys. ut scilicet in baptismo miracula ostēdēs, errorē illorū qui Ioanē Christo maiorem credebāt, reprobaret ¶ Difficultas est qua forma D. Ioannes usus sit, quando baptizauit Christum. Quidam dicunt quod his uerbis, Ego te baptizo, qui a te debeo baptizari, in spiritu sancto. Et licet non inueniatur scriptum quod Christus Ioānnem baptizauerit, tamen uerisimile & probabiliter dici potest a Christo Ioannem baptizatum fuisse, Nam Ioannes protestatus est dicens, Ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Ad quam protestationem respondit Christus, Sine modo, sic nos oportet implere omnem iustitiam. Ex quo uidetur sequi quod Christus in plurali

Ioan 13. numero loquens, seipsum comprehendit, & impleturum promisit illam iustitiam & iustificationem, quam petebat Ioannes, & pro qua protestabatur. Et quanuis baptismus Ioānis fuerit dispositio ad baptismum Christi, non tamen sequitur quod nunc ante baptismum Christi teneantur fideles baptizari baptismo Ioannis, Quia adueniente ueritate debet cessare figura. Licet enim omnis Christi actio nostra sit instructio, iuxta illud, Exemplum.n.dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Non tamen debet sic intelligi, quod omnia quæ fecit Christus, & nos faciamus, maxime ea quæ concernunt figuralia, quæ Christus nō ad imitationem & exēplum, sed ad impletionem legis & figurarum fecit. Sicut nec debemus circuncisionem accipere, nec barbam deferre, quod Christus fecit, ut legē circuncisionis & Nazareorum impleret, & qui Christus in præmissis se imitari dicūt, uere iudaisant, et Christo iniuriam faciunt, ipso facto protestantes Christum legem non impleuisse. Non debemus etiam ipsum in his quæ excedunt capacitatem nostram, uelle imitari, prout ieiunare quadraginta diebus & quadraginta noctibus, absque cibo & potu, sed nostro modo & secundum capacitatem nostram, quantum humana fragilitas permittit, conari debemus ad eius imitationem.

Barbam exemplo Christi deferre non licet.

§. 2. *De Sacramento confirmationis.*

CONFIRMATIO in sacris literis duplex inuenitur. 1. dicitur interior, A

3.p.q.72. qua cor firmatur & consolidatur ad credendum in Deum, & ipsum amandum, & ta 154

Psal. 103. lis fit per Eucharistiam, quæ habet effectū panis, de quo Psal. Et panis cor hominis confirmet. de hac in præsenti non intendimus loqui. Alia est Confirmatio exterior, Et est quędam roboratio ad constanter & intrepide exterius confitendum ea quæ sunt fidei, coram persecutoribus, & non obstantibus tormentis. & hæc fit per sacramentum confirmationis, quod ordinatur ad quoddam spirituale augmentum in

Psal. 74. spiritualibus, secundum perfectam ætatem. de hac Psal. Ego confirmaui columnas (hoc est Apostolos) eius. Confirmationem hanc esse unum uerum ex septem sacramentis ecclesiæ, constat ex his quę dicta sunt supra, cum de numero sacramentorum ageretur. & per ea quæ habentur in c. de his, de consec. dist. 4. unde in concilio Tridentino titu de Confirmat. can. 1. dicitur, Si quis dixerit confirmationem baptizatorum ociosam cæremoniam esse, & non potius uerum ac proprium sacramentum, Anathema sit. Fuit autē a Christo (sicut & cætera sacramenta) institutum, ut dictum est Et quanuis non instituerit hoc sacramentum, ipsum exhibendo, tamen bene promittendo, secundum illud, Si non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Si autem abiero, mittam eum ad uos. Et hoc ideo, quia in hoc sacramento datur spiri-

Ioan. 16. tus sancti plenitudo, quæ non erat danda ante Christi resurrectionē & ascensionē, secundum illud, Si non abiero, paracletus non ueniet ad uos. & Ioan 7. dicitur, Nō

Ibidem. dum erat spiritus datus, quia Iesu nondum erat glorificatus. Propter hanc rationē sacramentum hoc non habet aliquod respondens in ueteri Testamento, Quia nihil ad perfectum adducit lex. Et quia confirmatio est sacramentum plenitudinis gratiæ, fideles qui hoc sacramentum recipiuntur, conformantur christo, inquantū ip

Heb. 7. se ab instanti suæ conceptionis fuit plenus gratiæ & ueritatis, quæ plenitudo de-

Confirmationis institutio.

clarata

clarata eſt in baptiſmo, quando ſpiritus ſanctus deſcēdit corporali ſpecie ſicut columba, in ipſum, vnde Luc. 3. dicitur, Ieſus plenus ſpiritu ſancto, regreſſus eſt a Iordane. Hoc ſacramentum Chriſtus non accepit, quia non conueniebat dignitati eius vt ipſe qui eſt ſacramentorum author a ſacramento plenitudinem acciperet.

Ver. 1. *De materia ſacramenti Confirmationis.*

B MATERIA ſacramēti Cōfirmationis eſt ole ū ſanctum chriſma. Chriſma, ſecūdū 3. p q. 72.
145 Raban. in lib de naturis rerum, componitur ex puriſsimo oleo oliuarum, & balſamo art. 2.
per conſecrationem pontificis. Ideo oleum oliuarum per ſe, neque balſamum per ſe *Chriſtus*
niſi ſint ſimul mixta & conſecrata non poſſunt eſſe materia huius ſacramenti ſed *quid.*
chriſma conſecratum. Gratia enim Spiritus ſancti (cuius plenitudo datur in hoc ſa- *Pſal. 44.*
cramēto) ſignificaẽ per oleū. Vnde Chriſtus dicĩ eſſe vnctus oleo lętitiæ præ participibus ſuis, & ideo oleū cōpetit materiæ huius ſacramēti. Admiſcetur aūt balſamū propter fragrantiam odoris, quæ redūdat ad alios, ſicut homo qui in pueritia ſibiipſi viuit. & cū venerit ad augumentū perfectæ ætatis incipit iam cōicare actionis ſuas aliis. Sic homo fidelis qui per baptiſmū eſt regeneratus, & ſingulariter ſibiipſi uiuit, per ſacramētum cōfirmationis ſpiritualiter augetur, & efficitur perfectę ętatis, ut poſsit iā fidē publicē cōfiteri & ſuſtinere tormēta. Nec obſtat quod Chriſtus miſerit Spiritū ſanctū Apoſtolis, abſq; aliqua chriſmatis unctione. Quia Chriſtus ex poteſtate excellētiæ quā habet (ut ſupra dictū eſt) contulit Apoſtolis rē huius ſacramēti, abſq; ſacramento. Nihilominus, tñ aliquid conforme huius ſacramenti illis exhibitū fuit
C in collatione Spiritus ſancti, Quod enim ſenſibiliter Spiritus ſanctus ſuper eos deſcē
145 dit in ſpecie ignis, ad eandē ſignificationē refertur, ad quam refertur oleū, niſi quod ignis habet vim actiuam, oleum autem vim paſsiuam, inquantum eſt materia & fomentum ignis & hoc ſatis competebat. Nam per Apoſtolos gratia Spiritus ſancti de- *Cur ſpiri-*
riuanda erat ad alios deſcendit etiam Spiritus ſanctus ſuper Apoſtolos in figura lin- *tus ſanctus*
guæ, quo ad idem ſignificandum refertur, quod ſignificat balſamum, niſi quod lin- *deſcenderit*
gua eſt communicatiua ad alterū per locutionem, Balſamus uero per odorem, quia, *in forma*
ſcilicet Apoſtoli replebantur Spiritu ſancto, vt doctores, alii autem fideles. vt coo- *linguæ:*
peratores eorum quæ pertinent ad edificationem fidelium. Similiter ad impoſitionē manuum Apoſt. & prædicationē eorū deſcendebat plenitudo Spiritus ſancti ſuper fideles, etiā ſignis viſibilibus, ſicut a principio deſcenderat ſuper Apoſtolos, vnde D. Petrus dixit, Act. 15. Cunq; cœpiſſem loqui, cecidit Spiritus ſanctus, ſicut & in nos *Act. 15.*
ab initio, & tunc non erit neceſſaria materia ſacramentalis, vbi miraculoſa ſigna exhibebātur diuinitus. Vtebantur tamen communiter Apoſtoli chriſmate in exhibitione huius ſacramenti, quando huiuſmodi ſigna viſibilia non exhibebātur. Dicit n. 4 c. Eccle.
D. Dion. Eſt quædam perfectiua operatio, quam duces noſtri (hoc ad Apoſtoli) chriſ *Hierar.*
matis hoſtiam nominant. Nec obſtat pariter quod in baptiſmo accipitur materia *Apoſtoli*
ſimpliciter, & non conſecrata, & quæ de facili ubiq; poteſt inueniri. Quia ſacramentū *chriſmate*
baptiſmi eſt abſolutæ neceſsitatis, & non ſacramentum Confirmationis, quod con- *utebantur.*
uenienter habet pro materia oleum oliuarum, eo quod proprietates olei, quibus ſignificatur Spiritus ſanctus, magis inueniuntur in oleo oliuarum, quam in quodcūq; alio oleo, cui (ut dictum eſt) admiſcetur balſamus, qui quodammodo incorruptionum præſtat. ideo etiam in eo deſignantur effectus Spiritus ſancti, cuius plenitudo datur. Et licet non vbiq; reperiatur, poteſt tamen prælatorum cura de facili transferri quantū ſufficit Et quanuis hæc materia in Euangelio inſtituta non legatur, habetur tamen ex traditione Apoſt. vt D. D dicit uoluit enim deus aliquorū ſacramentorū (maxime quæ non ſunt abſolute neceſsitatis) materias & formas non oībus notas eſſe, propter irriſionem infidelium. Quoad conſecrationem autem dicit Inno. Papa Presbyteris cū baptizant, chriſmate baptizatus ungere liceat. quod ab epiſcopo fuerit conſecratum non tamen frontem ex eodem oleo ſignare, quod ſolum debetur epiſcopis, cū tradunt paracletū quod fit in ſaceamento confirmationis. Ad euidentiam cōſecrationis materiæ huius ſacramenti ſciendū eſt quod cū ſacramentorū ſanctificatio deriuetur a Chriſto, materia ſacramentorū quibus chriſtus uſus eſt ſ. baptiſmi

&

& eucharistię, ex contactu & usu Christi, aptitudinem & benedictionem accepit ad perfectionem sacramenti, & ideo non est de necessitate illorum sacramentorum quod materia prius benedicatur, quia sufficit benedictio Christi, & si aliqua benedictio adhibeatur, ut in baptismo Cathecuminorum, qui fit in vigilia Paschæ & Pentecostes, pertinet, ad solennitatem sacramenti, & ad necessitatem eius. Sed Christus nō est usus vnctionibus per modum ministerii, nec fuit vnctus exterius, ne fieret iniuria inuisibili vnctioni, quia vnctus est præcōsortibus suis, ideo tam chrisma quam oleum sanctum infirmorum prius benedicuntur, quam adhibeantur ad vsum huius sacramenti. Si dicatur quod Christus non est vsus sacramento baptismi uel eucharistiæ cū dicatur Ioan. 4. quod non baptizabat, sed discipuli eius, nec legatur quod receperit sacramētum eucharistiæ, Dicendū quod quod baptismū debet intelligi ordinarie & communiter, tamen probabile est quod baptizauerit D Ioan. vt dictū est, ac etiā D Virginem, non ad deletionem alicuius culpæ, cum nulla culpa in ea vnquam fuerit, sed propter alios effectus sacramēti baptismi, de quibus dictū est, §. præceden. ver. 12 & ut etiā modum baptizandi ostēderet Apostolis Vnde D. Aug. super illud Ioh. 13. Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, dicit Intelligimus Petrū & alios discipulos fuisse, baptizatos, siue baptismo Ioan (sicut nonnulli arbitrantur) siue (quod magis credibile est) batismo Christi, neq; enim renuit ministerium baptizandi, ut haberet seruos, per quos cæteros baptizaret, de eucharistia autem habetur, Benedixit similiter & calicem, Mat. 26 & sic vsus est ministrando, & ne tale sacramento Apostoli trepidarēt accipere, prius ipse sumpsit, quod potest trahi ex illo verbo, hoc facite scilicet quod me facere videtis. Vnde cantat Ecclesia, Se cibat ipse cibus.

Psal. 44.

D. Virgo al quid fuit baptizata.

Christus sacramētum eucharistiæ recepit.

Ver. 2. *De forma sacramenti Confirmatio.*

3. p. q. 72. ar. 4.

FORMA sacramenti Confirmationis qua vtitur Ecclesia consistit in his uerbis, Signo te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine patris & filii et spiritus sancti, ut implearis spiritus sancto, & habeas uitā æternā, Amē Et quāuis hæc forma nō legatur in scripturis sanctis, tamen ecclesia habuit ex traditione Apostolorū, ut supra dictū est de materia. Ideo sufficit authoritas ecclesiæ fundata super traditione Apostolorū, qui seruabāt in collatione sacramentorū, quæ a Christo seruanda audierant, licet in scripturis communiter propositis tradita & scripta nō sint Vnde D. Diony in fine Ecclesiasticæ Hierarchiæ dicit Cōsummatiuas inuocationes (hoc est uerba huius perficiuntur sacramenta) non est iustum scripturas interpretātibus, neq; misticum earum, aut in ipsis operatas a Deo virtutes, ex occulto ad cōmunem adducere, sed nostrorum sacramentorū traditio sine pompa (hoc est occulte) eas edocet. Vnde & Apostolus loquens, de celebratione Eucharistiæ. 1. Cor. 11. dicit, Cætera cum uenero disponā. Fit autem eius applicatio in fronte propter duo. Primo, quia insignitur signo crucis, sicut miles signo ducis, quod dēt ēe euidēs & manifestum Inter autem omnia loca corporis humani frōs maxime manifesta est, quia quasi nunquam obtegitur. Et ideo linitur confirmatus chrismate in fronte, ut in manifesto se demōstret esse Christianum. Sicut & Apostoli post acceptū Spiritū sanctum, se manifestauerunt, qui prius in cœnaculo latebant. Secundo quia, per hoc sacramentū accipit homo robur Spiritus sancti, ab spiritualem pugnā ut fortiter et inter aduersarios fidei Christi fidē confiteatur. Sed aliquis impeditur a libera Christi cōfessione propter duo scilicet propter timorē et uerecūdiā, vtriusq; autem horū signū manifestat in fronte duplici ratione scilicet propter propinquitatē imaginationis, & propter hoc quod spiritus vitales a corde ad frōtem ascendunt, vnde verecundati erubescunt, timentes autem pallescunt, ut dicitur in 4. Eth. Et ideo in fronte signātur chrismate, ut neque propter timorem neq; propter verecundiam, nomē christi confiteri prætermittant. Et quamuis principium fortitudinis sit in corde, signum tamen apparet in fronte. Vnde Ezec. 3. dicitur, Ecce dedi frontem tuam duriorem frontibus, eorum:

E 154

Cur confirmatio in frōte fiat.

Ver 3.

CVM sacramentum confirmationis non sit absolutæ necessitatis non oportet ad eius administrationem duplicē ministrum assignare.s.ordinarium, & qui in ne-
155. cessitate,sicut dictum est de baptismo.Sed assignandus est minister ordinarius, qui habeat confirmare ex officio,& est episcopus. Hoc primò probatur ex praxi & usu Apostolorum cum enim Philippus diaconus conuertisset ciuitatem Samariæ,& baptizasset illos, non est ausus eos confirmare. Sed cum audissent apostoli quia recepisset Samaria uerbum Dei,miserunt ad eos Petrū & Ioannem vt acciperent Spiritum sanctum. Nec etiam legimus discipulos confirmasse.nisi postquam facti sunt episcopi & missi. Probatur etiam authoritate Rabani & Eusebii papæ.Qui(vt habetur in c manus,de consecra.dis 5.)dicit,Manus impositiones sacramentū magna veneratione tenendum est,quod ab aliis perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus,neque tēpore Apostolorum ab aliis quàm Apostolis legitur aut scitur peractū esse. Neq; ab aliis qui eorū locum tenent,vnquā perfici potest aut fieri debet. Nam si aliter præsumptū fuerit,irritū habeatur & vacuū,& inter ecclesiastica non reputabuntur sacramenta Cuius ratio est, Quia ad illum qui est supremus in aliquo statu,pertinet disponere de illis,qui sub ipso præficiuntur populo communi, Sicut ad principem exercitus pertinet ordinare de cēturionibus & decurionibus,Sed Episcopus in ordine Ecclesiasticæ Hierarchiæ est supremus.igitur,&c. Ideo in cōcilio Tridentini de Confirmat.can 3.dicitur,Si quis dixerit sanctæ confirmationis ministrū ordinariū non esse solū episcopum,sed simplicē sacerdotem,Anathema sit. Nec obstat quod qui potest maius,potest & minus,sed simplex sacerdos potest consecrare & administrare sacramentum Eucharistiæ quod est maius sacramento confirmationis,igitur & confirmare, Quia illa maxima intelligitur,qn̄ minus includitur in maiori,vt qui potest ferre centū libras,potest ferre triginta. Secus si nō includatur. Aliquis enim potest generare hominem,qui non potest generare asinū, qui est aliquid minus. Nec obstat pariter quod Gre dicit, Peruenit ad nos quosdam scandalizatos fuisse quod presbyteros chrismate tangere eos qui baptizati sunt prohibuimus. Et nos quidem secundum veterem usum Romanæ Ecclesiæ fecimus,Sed si omnino de hac re aliqui contristātur,vbi episcopi desunt,vt presbyteri baptizatos in frontibus tangere possint concedimus. Sed illud quod pertinet ad necessitatem sacramentorum,propter vitandum scandalum,non est immutandum etiam per summū pontificem,cum non habeat potestatem excellentiæ, igitur vel Gre.abusus est concedendo,vel simplex sacerdos est minister Quidam breuiter se expediunt, concedendo primam partem consequentis,Non enim hoc egit vt papa cum cōcilio Ecclesiæ,sed vt particularis persona & secundum quod talis errare potuit,vt dictum est t. 10. Diuus tamen Thomas negat consequentiam,& dicit quod papa in ecclesia habet plenitudinem potestatis,ex qua potest quædam quæ sunt superiorum ordinum committere quibusdam inferioribus,ex causa rationabili, sicut cōferre minores ordines quod pertinet ad episcopum,& ex hac plenitudine potestatis Greg.papa concessit, quod simplex sacerdotes conferrent hoc sacramentum. Ad cuius euidentiam considerandum est,quod ad plenitudinem potestatis non solum pertinet disponere & ordinare ea quæ sunt iurisdictionis duntaxat,sed etiam ea quę sunt sacramenrorum inquantum illa concernunt corpus mysticum duntaxat,& non corpus Christi verū.Et ideo sicut potest aliquam variationem facere circa materiam matrimonii, & illegitimando personas,vt in gradibus consanguinitatis,ite quod si post illegitimationem attentēt cōtrahere,matrimoniū est nullum,hanc autem immutationē nullus alius a papa,potest. Sic etiam papa aliquam immutationem facere potest circa ministrum sacramenti, in his duntaxat, quæ pertinent ad corpus Christi mysticum,vt sunt confirmatio, & quatuor minores ordines,qui ex se non habent relationem directam & immediatam ad corpus Christi verum, sicut habent ordines subdiaconatus,diaconatus,& præsbyteratus,qui habent relationem directam, & immediatam præparandi & præsentandi materiam eucharistiæ. Confirmatio ve-

Act. 8.

In li. de institu. cleri.

Solus episcopus est minister cō firmationis ex officio.

Scribēs Ianuario episcopo.

Ad plenitudinem potestatis quid pertineat.

Confirmatio, & quatuor minores commissi possunt.

to & quatuor minores ordines,qui ex se nõ habēt relationē directā & immediatā ad corpus Christi verū,sicut hñt ordines subdiaconatus,diaconatus, & presbyteratus, qui habent relationē directā & imediatam prȩparandi & præsentandi materiam Eucharistiȩ. Cõfirmatio uerò & quatuor minores ordines nõ hñt relationē directā & imediatā ad corpus Chri uerū,sed in ordine ad Corpus Chri mysticū siue in ordine ad alios. Ideo ad plenitudinē potestatis papæ pertinet illa cõmittere ēt inferioribus ministris,quā sint episcopi. Sicut rex potest cõmittere receptionē & cõsignationem militum nõ solū ducib principalib sed ex cā,centenario. Neque hoc faciendo papa mutat omnino ministrū,quia quādo sacerdos simplex fit episcopus,nõ recipit aliū characterē,Sed character eius extenditur,Et illa extensio characteris in his quæ pertinēt ad corpus Christi mysticū,pertinet ad papā, & per solā cõmissionem absq; cõsecratione fieri põt.Et sic resolutorie dicēdū ē, ꝙ minister determinatus sacramēti cõfirmationis,tõsuræ,& quatuor minorū ordinū,iure diuino est episcopus vel simplex sacerdos,ex commissione plenitudinē potestatis habentis Et sic illa cõmissio erit mixta ex potestate ordinis& plenitudine potestatis iurisdictionis,quā nõ habent Episcopi,Et ad praxim Apostolorum dicēdū,quod D. Petrus multa potuit facere quȩ non fecit.Et sic noluit ibi vti plenitudine potestatis iurisdictionis. C

Ver.4. De effectibus sacramenti confirmationis. 155

3.p.q 72. ar.5. SACRAMENTVM Confirmationis habere virtutem, & efficaciā constat ex determinatione Ecclesiæ in cõcilio Tridētino,ti.de Cõfirmatione,can.2.vbi dicitur,Si quis dixerit iniurios esse Spiritui sancto qui sacramento cõfirmationis virtutem tribuunt,Anathema sit.Primo enim imprimit characterem,quia in omni sacramento quod non iteratur,imprimitur character,vt dictum est,Sed sacramentum confirmationisnon iteratur,vt D.Gregorius ait,agitur,Præterea character est quædam spiritualis potestas ad quasdam sacras actiones,sed per hoc sacramentum accipit homo potestatem ad agendum ea quȩ pertinent ad pugnam spiritualem contra hostes,& ad resistendum contradicentibus,& ad publicæ, constanter, & intrepide confitendum ut dictum est de Apostolis, qui primo erant inclusi in cœnaculo postmodum egressi non verebantur,&c.Igitur in sacramento confirmationis imprimitur character.Et quanuis pugna interior spiritualis contra hostes omnibus competat,iuxta illud,Militia est vita hominis super terram,non tamen pugna exterior,cõtra persecutores Christianæ fidei,nomen Christi publicæ confitēdo.Hoc enim specialiter pertinet ad confirmatos,qui iam perducti sunt ad virilem ætatem, secundū illud,Scribo vobis iuuenes,quoniā fortes estis,& verbū Dei in vobis manet, & vicistis malignū Et sic character confirmationis est signū distinctiuū,nõ fidelium ab infidelibus,sed spiritualiter prouectorum ab his quibus dicitur, Sicut modo geniti infantes Aliæ n.actiones conueniūt statim natis,& aliæ his qui peruenerunt ad perfectā ætatē hoc est cõfirmatis. Et quū baptismus fit ianua sacramētorū sequitur quòd character confirmationis præsupponit characterē baptismalē,ex quo sequitur quod non baptizati non possunt cõfirmari,& si attētetur,nõ recipiūt characterē. Et quia Christus uirtutem suam nõ alligauit sacramentis,ideo audiētes D. Petri prædicationem acceperunt miraculo effectum confirmationis sicut aliquando absq; sacramento baptismi quis consequi potest effectum baptismi,per votum & desideriū baptismi,sic per votum & desiderium confirmationis consequitur quis effectum principalem s gratiam,ad characterem autem exigitur exterior applicatio & prius debet applicari,baptismus,quam confirmatio.vnde Act.10.Nunquid aquam quis prohibere potest,vt non baptizentur hi qui Spiritum sanctum acceperunt,sicut & nos? Alius effectus confirmationis est gratia sacramentalis,si eam non inueniat,dūmodo sit aliter dispositus per attritionem.Si uero inueniat,auget illam, & extendit ad speciales effectus,vt dictum est quum de gratia sacramentali ageretur. Vnde Melchiades papa dicit,Spiritus sanctus in fonte baptismi plenitudinem tribuit ad innocentiam,in confirmatione augmentum tribuit ad robur & gratiam,quæ datur non solum ad remissionem culpæ, se ad augmentum & firmitatem iustitiæ. Vnde tempore Apostol.baptizatis per impositionem dabatur Spiritus sanctus,quæ datio nõ est nisi per gratia gratum facientem. Et quia ad hoc sacramentum pertinet

Margin notes: Ioan.7. (beside "pit homo potestatem"); 1. Ioan.2. (beside "modum egressi"); 1.Petr.2. (beside "illud,Scribo vobis"); Non baptizati nõ possunt confirmari. (beside "ctā ætatē"); Act.2. (beside "re potest"); D 159 (right margin beside "plicari,baptismus").

augere gratiam, non debet dari peccatoribus, nisi per pœnitentiam reparatis. vnde in Aurelian. concilio declaratum fuit, ut ieiuni ad confirmationem veniant & moneantur prius confessionem facere, ut mundi donum spiritus sancti ualeant accipere. Et tunc hoc sacramentum habet effectum, et per uirtutem characteris perficitur, sicut baptismus, & per sacramentum pœnitentiæ consequitur pœnitens pleniorem remissioné peccati, quantum ad reatú. Et si quis adultus in peccato existens cuius conscientiá non habet, uel si habet & si nó perfecte contritus accedat, per uirtuté huius sacramenti ex attrito fit contritus, & consequitur gratiam & remisioné peccatorum. Et his apparet, quòd gratia sacramentalis huius sacramenti addit ad gratiam baptismalem tres effectus, primus est character, Secundus robur, & firmitas ad pugnádum contra inimicos, Tertius est deletio alicuius partis reatus peccatorum post baptismum commissorum, & ad istos effectus auget gratiam baptismalem. Et quia illi effectus sacramentales non sunt eiusdem speciei cum aliis effectibus gratiæ baptismalis ideo dicitur alia gratia sacramentalis. *Confirmationis tres effectus.*

Ver. 5 *De Suscipientibus Sacramentum Confirmationis.*

B OMNES adulti baptizati & aliter (ut dictum est) dispositi, sunt capaces sacramenti confirmationis. Et licet non teneantur ad eius susceptionem sub pœna peccati mortalis, cum non sit sacramentú absolutæ necessitatis, sicut baptismus, peccarent tamen mortaliter si ex contemptu expresso uel interpretatiuo omitterent accipere tantum bonum, scilicet spiritus sancti plenitudinem, ad firmiter & publicè confitendum fidem, nó enim sufficit interius credere, & exterius protestari fidem, sed oportet ore confiteri, iuxta illud, Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem à qua confessione propter uerecundiam aut alias possunt impediri. ad quæ tollenda confirmatio ordinatur. dicit etiam Hugo de S. Victore, quòd omnino periculosum esset, aliquem ab hac uita absque cófirmatione migrare. Non quia damnaretur, nisi forte propter contemptum omitteret, sed quia perfectionis detrimentum pateretur. ¶ Hoc sacramentum non solum potest dare uiris adultis, sed etiam mulieribus & paruulis, vnde act. 2. dicitur, quòd spiritus sanctus adueniens repleuit totam domum, ubi erant uiri & mulieres & paruuli, ut colligi potest ex. 1. c. eiusdem libri. Et quamuis (ut D. Chrys. dicit) in mundanis agonibus ætatis forma generisque dignitas requiratur, & ideo seruis, mulieribus senibus, ac pueris denegatur, in cœlestibus tñ omni personæ, ætati, sex ui, indiscreta facultate stadium patet. Et alibi dicit, Apud eum etiam fœmineus militat sexus. Multæ nanque fœminæ animo uirili spiritualem militiá gerunt. Quædá interioris hominis uirtute viros æquauerunt in agonibus martyrii, Quędam uero etiam uiris fortiores extiterunt. Ideo etiam mulieribus hoc sacramentum conferendum est. Aetas ét corporalis, siue sit puertia, siue decrepitas, nó præiudicat animæ vnde & in puerili ætate, pót quis cósequi perfectionem spiritualis ætatis. Ideo Sap. 4. senectus uenerabilis non est diuturna, neque annorum numero cóputata, Hinc est quòd multi in puerili ætate propter robur Spiritus sancti vsq; ad sanguiné fortiter pugnauerút pro Christo. & pueri cófirmati decedétes maiorá gloriá cósequuntur, sicut & hic maiorem gratiá. Anima. n. (ad quá pertinet spiritualis ætas) immortalis est. Ideo ét morituris hoc sacramentú dádum est, non quidem propter periculum uitę præsentis, sed ut in resurrectione perfecti appareant, secúdum illud Ephe. 4. Donec occurramus in uirum perfectum, in mensuram ætatis, &c. ¶ Et licet non sit necessarium aliquem adesse leuátem, uel tenentem in sacramento confirmationis, est tamen conueniens, Si enim aliquis de nouo natus indiget instructore in his quæ pertinent ad conuersationé uitæ, ita illi qui assumuntur ad pugnandum, indigent eruditoribus, a quibus instruantur de his quæ pertinent ad modú certaminis. In bellis corporalibus constituuntur duces & centuriones, per quos alii gubernentur, vnde in c. si quis 30. q 4. Si quis ex cóiugibus filium uel filiá alterius leuauerit, aut ad chrisma tenuerit, &c. & quia qui erudire debet alium, oportet, ꝙ ipse sit eruditus, ideo non debet quis aliú tenere in cófirmatione, nisi & ipse sit confirmatus, Quia licet per baptismú factus sit membrum ecclesiæ, nondum tamen est adscriptus militiæ Christianæ, & ideo episcopo

Margin notes: 165 — 3. p. q 72. art. 8. — *Confirmatio non est absolutæ necessitatis.* — Rom. 10. — *In homi. de Macc.* — *In homi. de Mili. spirituali.* — *Infirmi morituri confirmantur.*

tanquam duci exercitus, per alium militie adscriptum exhiberi debet. Nec refert quoad hoc sacramētum an tenens sit masculus, uel fœmina, quia Cor. 3. dicitur. In Christo Iesu neque masculus, neque fœmina.

§ 3. *De Sacramento Eucharistia.*

3.p.q.73. art.1. EVCHARISTIA, secundum Ethimologiam uocabuli, idem sonat quod bona gratia, Et quia sub speciebus panis et uini cõsecratis est Christus, qui est author gratiæ, & digne se recipientibus dat bonā & optimam gratiam, sequitur quod species sacramentales panis et uini ipsum continentes, dicuntur Eucharistia, hoc est bona gratia. Eucharistiam constat esse sacramentum ex determinatione Ecclesiæ, ut dictum est quum de Sacramentorum numero ageretur. Vnde etiam Ecclesia in quadam collecta dicit, Præsta quæsumus, ut hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam Constat etiam ex definitione sacramenti, Sacramentum enim dicitur quod continet aliquid sacrum, &c. Sed Eucharistia est huiusmodi, igitur, &c. & quia Eucharistia continet Christum, qui est author gratiæ & totius sanctitatis, alia autē sacramēta nō continēt ipsum, sed aliquid sacrum in ordine ad aliud scilicet uirtutem ad sanctificandum, hinc est quod Eucharistia est dignissimum, & nobilissimum sacramentum, quod perficitur in ipsius materiæ consecratione, quæ materia, facta consecratione non manet, ut amplius dicetur. Alia uero sacramenta perficiuntur in usu siue applicatione materiæ ad hominem sanctificandum, quæ etiam facta applicatione manet. Ex hoc sequitur aliud differentia, nam in sacramento Eucharistiæ id quod est res & sacramentū, sunt species sacramentales, id autē quod est res, tantū est in suscipiente tantum scilicet gratia. In baptisma autē utrunque est in suscipiēte scilicet character, qui est res & sacramētū simul, & gratia, quæ est res tantū, & eadem ratione in aliis sacramenti. Et quanuis in sacramento Eucharistiæ sint diuersæ materię, & diuersæ formæ, & sint multa materialiter, non tamen sunt plura sacramenta, sed unum formaliter & perfectiue. Nam (ut dicitur in 5. Metha.) Vnum dicitur non solum quod est indiuisibile, vel quod est continuum, sed etiam quod est perfectum, vt cum dicitur, una domus, & vnus homo, est autem vnum perfectione, ad cuius integritatem concurrunt omnia, quæ requiruntur ad finem eiusdem · sicut homo integratur ex omnibus membris necessariis ad operationem animæ, & domus integratur ex ominibus partibus, quæ sunt necessariæ ad habitandum, Sit sacramentum istud, quod ordinatur ad spiritualem refectionem, quæ conformatur corporali, ad quam duo requiruntur, scilicet cibus qui est alimentum. & potus qui est humidus, ideo ad intregritatē huius sacramenti duo concurrūtur, scilicet spiritualis cibus, & spiritualis potus, secundum illud, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus vere est potus. Ideo Apostol. 1. Corinth. 10. Viuus panis & vnum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane, & de uno calice participamus. Ex quo patet quòd Eucharistia est sacramentum ecclesiasticæ vnitatis. Sed sacramentum imaginem gerit eis cuius est sacramentum, ergo eucharistia est unum sacramentum, & non plura.

Eucharistiæ est sacramentū. — *Eucharistia est unū sacramentum.* — *1. Ioan. 6.* — *1. Cor. 10.*

F 156 · A 154

Ver. 2. De Materia Sacramenti eucharistia.

3.p.q.74. ar.1. MATERIA huius sacramēti ante consecrationē est panis & vinū, quia Christus accepit panem & vinum. & Melchisedech, qui suo sacrficio figurabat Christū, obtulit panem & vinum. Sic etiam Christus instituit sub speciebus panis & uini. Et conuenienter. Primo quantum ad vsum sacramenti, qui est manducatio, sicut enim aqua assumitur in sacramento baptismi ad vsum spiritualis ablutionis, quia corporalis ablutio communiter fit in aqua, ita panis & uinum ad refectionem spiritualem, quia homines communius his corporaliter reficiuntur. Secundo ad significationem, quia hoc sacramentum est memoriale Dominicæ passionis, in qua sanguis fuit a corpore separatus, ita seorsum panis ut sacramentum corporis, & uinum ut sacramentum sanguinis. Tertio ad effectum, respectu totius ecclesiæ, quæ constituitur ex diuersis fidelibus, sic panis conficitur ex diuersis granis, & vinum ex diuersis vuis, vt dicit Gloss. super illud 1. Corin. 10. Multi unum corpus sumus Et

Matt. 26. B 154

quanuis

quanuis triticum & vinum non inueniātur in omnibus terris de facili, tamē ad oēs
F terras deferri pōt, quantum sufficit ad vsum huius sacramenti. Et ideo propter defe-
155 ctū alterius non esset vnum absque alio consecrandū, quia non esset perfectum sacra
mentū in significatione mysterii, licet esse perfectum in ratione contenti, quia tātū
continetur sub vno, sicut sub vtroque, In cōsecratione tamē debet mysteriū cōplete
significari & repræsentari, quanuis non in sumptione. Ideo non est necesse vt omnes
accipientes hoc sacramentum sub specie panis, accipiant sub specie vini, vt infra di-
cetur. Panis aūt qui est materia huius sacramenti, debet esse triticeus, quia Christus
qui continetur in hoc sacramento, comparauit se grano frumenti, Ioan. 12. Nisi gra
num frumenti, &c. debet ēt esse sanus, hoc est non corruptus, quia aliquando est tan ***Panis triticeus materia Eucharistiæ.***
ta corruptio, quod soluitur species panis, quæ solutio & corruptio apparet, quū sol-
uitur continuitas, & sapor, & color, & alia accidentia, tunc non conficitur sacramen
tum. Aliquando vero non est tanta corruptio, quod speciem panis soluāt, sed est ali
qua dispositio ad corruptionem, quod declarat aliqualis immutatio saporis, & ex ta
C li pane pōt confici sacramentum Sed peccat conficiens, propter irreuerentiam sacra
156 menti. Et quia Amydum est ex tritico corrupto, non videtur, quod possit consecra-
ri, quanuis quidam cōtrarium dicant. Modica tamē permixtio farinæ alterius grani
non soluit speciem quia id quod est modicum, assumitur quodam modo a plurimo,
& ideo poterit confici sacramentum. Si vero sit magna commixtio, puta ex æquo,
seu circa, talis permixtio speciem mutat ideo panis inde confectus nō est debita ma-
teria huius sacramenti In ordeo autē vel spelta, aut farre, quod inter omnia est gra-
no tritici similius aut in aliis granis, quæ non possūt ex frumenti semine generari,
non potest confici panis, qui sit debita materia huius sacramenti.

¶ Nec est de necessitate sacramenti, quod panis sit Azymus, vel fermētatus, quia ***Panis azimus nō est de necessitate.***
in vtroque cōfici pōt, conueniens aūt, est, vt vnusquisque seruet ritū ecclesiæ suæ in
sacramēti celebratione. Sunt.n super hoc diuersarū ecclesiarū consuetudines non re
probandæ. Nam (vt D. Greg. in registro ait) Romana ecclesia offert panes azymos
ideo punitus est sacerdos, qui in pane fermentato celebrare præsumpserat, in cap. per
literas, extra de celeb. missa. Græci tamen perficiunt in fermentato, prout verbum
patris indutum est carne humana sicut fermentū miscetur farinæ. Vnde sicut peccat
presbyter, in ecclesia latinorum conficiens in pane fermentato, ita in Græcia cona-
ciens in azymo, quasi peruertens ecclesiæ suæ ritum. Consuetudo tamen celebrandi
in pane azymo est rationabilior, Primo quidem propter institutionem Christi, qui ***Matt. 27.***
hoc sacramentum instituit prima die Azymorum. quo die nihil fermētatum in do ***Mar. 14.***
mibus Iudæorum esse debebat ut habetur Exod. 12. Secundo quia panis azymus est
D magis proprie corporis Christi significatiuus, quā fermentarius, quum fuerit sine
156 corruptione cōceptum. Tertia, quia hoc magis competit synceritati fideliam quæ re
quiritur ad usum sacramenti secundum illud, Pascha nostrum immolatus est Chri ***1. Cor. 5.***
stus, itaque epulemur in azymis synceritatis & veritatis Consuetudo tamen Græco
rum, aliquam rationem habet, & propter significationem quā tangit D. Greg. & in
detestationem hæresis Nazareorum, qui legalia euangelio miscebant. Nec tamē se
quitur quod conficientes in azymo, intendant cęremonias legis seruare se, confor-
mare se institutioni Christi. Et ideo non iudaizant. Alioqui & celebrantes in pane
fermentato iudaizarent. Quia Iudęi panes fermentatos offerebant.

¶ Sicut autem dominus cōparauit se grano frumenti, sic etiam comparauit se ui- ***Ioan. 15.***
ti, Ego sum vitis vera. Ex quo sequitur quod sicut solus panis triticeus ē materia hu ***Vinum uitis materia Eucharistiæ.***
ius sacramēti, ita ēt vinum vitis est materia propria huius sacramēti, præcipue quū
Christus in uino uitis hoc sacramentum instituerit, vt habetur Luc. 22. Amodo nō
bibam de hoc genimine vitis. Non refert tamen an sit album, siue fulgidum, aut ru-
beum, licet quantum ad significationem huius sacramenti, conuenientius sit rubeū,
sed standum est consuetudini. Et quemadmodum ex pane corrupto non potest con
fici hoc sacramentum, sic nec ex vino corrupto, scilicet aceto quanquam bene ex
vino acescenti, sicut de pane qui est in uia ad corruptionem, licet peccet conficiens

vt dictum est. In agresta autem non potest confici, quia nondum habet speciem vini, licet bene in musto, quòd vini speciem habet, Nam eius dulcedo attestatur digestioni, quæ est completio a naturali calore, ut dicitur in 4. Metha. Non tamen debet vuæ integræ huic sacramento misceri, quia iam esset aliquid præter vinum. Prohibitum tamē fuit a Iulio papa, ne mustum statim expressum de vua in calice offeratur, quia hoc, est indecens propter impuritatem musti, potest tamen in necessitate fieri, dicitur enim a prædicto Iulio, Si fuerit necesse, botrus in calice prematur.

Cur aquā in eucharistia sit uino per miscenda.

¶ Aquam autem uino permiscendam scribit Alexander, dicens, In sacramentorū oblationibus quæ inter missarum solennia domino offeruntur, panis tantum & uinum aqua permixtū in sacrificium offerantur Primo quidem propter institutionē, Probabiliter. n. creditur, quod dominus instituit in vino immixto aqua secundū morem illius terræ, unde & Prouerb. 20. Bibite uinum quod miscui uobis. Secūdo, quia hoc conuenit repræsentationi Dominicæ passionis. Quia utrunque ex latere eius in passione sua effluxisse legitur unde D. Ioan. 19. Exiuit sanguis & aqua, Tertio ad significandam efficaciam huius sacramenti, quæ est vnio populi Christiani ad Christum. Quarto, quia hoc competit quantum ad vltimum effectum huius sacramenti, qui est introitus ad vitā æternam unde D. Aug. dicit, Redundat aqua in calice. & salit in uitem æternā. Non est tamen hæc permixto aquę de necessitate sacramenti, dicit enim D. Cyprianus, Si quis de antecessoribus nostris uel ignoranter vel simpliciter non obseruauerit, vt scilicet aquā miscuerit in sacramēto, pōt simplicitati eius uenia concedi, quod non esset, si aqua esset de necessitate sacramenti, quod est memoriale passionis Christi. Est enim naturale corpori humano vulnerato quod ex eo pro fluat sanguis, sed effusio aquæ non est de necessitate passionis, sed ad ostendendum, effectum passionis, qui est ablutio a peccatis & refrigerium contra ardorem concupiscentiæ, voluit Deus quod ex latere Christi exiret sanguis & aqua, ideo aqua non offertur seorsum a vino, sed permixta, non tamen in magna quantitate, vnde in ca. perniciosus, extra de celebra missa. dicitur Perniciosus in tuis partibus inoleuit abusus. Videlicet quòd in maiori quantitate aqua in sacrificio ponitur quā vinū, cum secundum rationabilem consuetudinem Ecclesiæ generalis plus vini, quam aquæ, in ipso sit ponendum, oportet enim conuerti aquam in vinum, & vinum in sanguinem quæ conuersio aquæ significat populum Christo incorporari. hoc autem fieri non posset nisi adeo modicum poneretur aquæ, quod conuerteretur in vinum. Ideo totius est semper parum aquæ uino apponere, & præcipue si uinum sit debile, quia si tanta fieret appositio aquæ, ut solueretur species uini, non posset perfici sacramentum. Nec requiritur, quod aqua sit sensibilis post admixtionem, sed sufficit ad sacramenti huius significationē, quòd sentiatur aqua cum opponitur vino, quæ tamē non debet apponi in dolio, quia non sufficeret ad significationem huius sacramenti, ideo oportet aquam apponi uino circa ipsam celebrationem.

In libr. de Sacra.

Cur aqua exiuit de latere Christi.

An in sacramento Eucharistiæ sit determinata quantitas materiæ Quod hostias potest simul sacerdos consecrare.

¶ Notandū tamē quod licet de necessitate sacramenti sit certa & determinata quantitatis in intentione ministri ut scilicet intendat decem hostias, aut plures, siue pauciores, uel totum cumulū, si ignoret numerum, consecrare. Quia si ex centum non intendit consecrare nisi decem, quas non determinat aliquo sensuū, nihil facit Non est tamen ex parte materiæ determinata quātitas, sic quod vna consecratione tantam possit consecrare, & non maiorem, tot hostias, & non plures aut pauciores, cum non sit adeo parua uel magna, quantitas, quæ non possit una consecratione consecrari. In omnibus enim habentibus materiam ratio determinationis materiæ est in ordine ad finem, sicut materia serræ est ferrum, vt sit apta sectioni. Finis autem huius sacramenti ad quod specialiter ordinatur, est vsus fidelium. Et ideo oportet quod quantitas materiæ huius sacramenti determinetur per comparationem ad vsum fidelium, non qui nunc occurrunt, (alioqui sacerdos paucos parochianos habens, non posset consecrare multas hostias) ideo materia huius sacramenti determinatur per cōparationē ad usum fidelium absolutè. Numerus autem fideliū est indeterminatus, ideo non potest dici, quod quantitas materiæ huius sacramenti sit determinata, & sic vna cōsecratione potest

sacerdos

sacerdos tot hostias consecrare, quot sufficiant ad omnes fideles, non solũ, qui sunt sed etiam, qui erunt, dummodo materia sit præsens, Christus enim una consecratio ne omnes communicauit. ¶ Ad hoc autem, quòd materia sit præsens in hoc sacramento duo requiruntur, Primo quòd aliquo sensu eius præsentia a consecratore percipi possit. Secundo quòd sonus verborum possit illam contingere. Quia diuus Aug. dicit, Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentum. Non tñ est necesse, quòd semper uideatur, quia alio sensu materia percipi potest, puta tactu. Et ideo sacerdos cęcus potest consecrare. Nec sufficit visus, quia si materia esset in magna distantia, uel esset aliquod impedimẽtum medium, quòd sonus uerborum nõ posset ad eam peruenire, & ipsam cõtingere, non fieret consecratio, imò dicunt aliqui non sufficere, quòd species intentionales possint peruenire vsq; ad materiã, sed requiritur, quòd species naturales soni uerborum causatæ ex fractione aeris, materiã contingant, ex quo sequitur, quòd reclusus (licet per uitrum materiam ad extra uidere possit) si tamen per rimas coniunctas non possit aer transire, non potest cõsecrare. Alii tñ dicunt sufficere, ꝙ spẽs intẽtionales soni uerborũ possint materiã cõtingere. *Ad præsentiam materiæ quid requiratur.*

¶ Sed si in foro sacerdos proferret uerba consecrationis, intendens consecrare
A omnes panes, qui ibi sunt, omnes essent cõsecrati. Aliqui tamen dicunt, quòd ad per
557 fectionem hmôi sacramenti quinque requiruntur. Primo materia debita, & debite approximata, Secundo forma debita, & debitè applicata, Tertio minister determinatus, scilicet quod si sacerdos, Quarto intentio ministri, Quinto intentio illius, qui hoc sacramentum instituit, s. Christi, qui non intendit quod cũ tali ludibrio, & stultitia fiat consecratio, sed pro utilitate, & necessitate ecclesiæ, non enim est data potestas ad destructionem, sed ædificationem. Sed contra hos opponitur, quod determinatum fuit de baptismo, s. quòd baptizans cum intentione faciendi, quòd ecclesia facit, licet irrisorie baptizet, confert sacramentum, & tamen ibi non est intẽtio illius, qui instituit sacramentum baptismi. Et ad potestatem ad ædificatione, &c. respondere potest, quòd potestas ministrorũ ecclesiæ ad duo ordinatur, Primò quidem ad effectum proprium, secundo ad finem effectus. Secundum non tollit primũ. Vnde si sacerdos intendat consecrare corpus Christi, propter aliquem malum finẽ puta ut irrideat, uel superstitiones faciat, propter intentionem mali finis, peccat, Nihilominus tamẽ per potestatem sibi datam perficit sacramentum dum tamẽ aliqua possit subsequi aliorum utilitas, secus si nulla, sed solum populi scandalum, ut in casu dato, in quo non uidetur intendere facere quod ecclesia facit. *Quinta requisita, ad perfectionem Eucharistiæ.* *2. Cor. 10.*

Ver. 2. *De forma Sacramenti sub specie panis.* *3. p. q. 78 ar. 1.*

FORMA consecrationis Eucharistiæ sub speciebus panis, a diuo Matth. 26.
B Mar. 14. Luc. 22. & Pau. 1. Cor. 11. asseritur esse hæc. Hoc est corpus meũ. Consue
557 tudo tamen Romanę ecclesiæ a diuo Petro Apostolo deriuata, adiũxit hanc dictionẽ (enim) propter coniunctionem ad uerba præcedentia, quæ sunt, Accepit panẽ, benedixit, & fregit, dicens, Accipite, & manducate Hoc est enim corpus meum, & sic consecrans omissa hac coniunctione (enim) perficit sacramentum, Peccat tamen mortaliter non seruans ecclesiæ ritum. vnde diuus Ambro. Consecratio fit uerbis, & sermonibus domini Iesu. Nam per reliqua omnia, quæ dicunt, laus Deo offertur, orationes petitur pro populo, pro regibus, & cæteris, & uerba immediate præcedentia, sunt uerba Euangelistę historiam, & rem gestam texentis. ubi autem sacramentum conficitur, iam non suis sermonibus sacerdos utitur, sed sermonibus Christi. Et quanuis prædicta uerba exterius uideantur accipi ex persona sacerdotis proferentis, in cuius corpus panis non transubstantiatur, intentio tamen ministri facit, ut hæc uerba intelligantur quasi ex persona Christi prolata, intentio enim ministri sacramẽti, quę exterius uideri nõ põt, est de necessitate sacramẽti, ut dictũ est, Minister aũt in hoc sacramento perficiẽdo nõ habet aliũ actũ, nisi prolationem uerborũ & applicationẽ ad materiã, ideo formæ aliorũ [illegible] important usum, & actum ministri, & ideo exprimitur uel per modum ex[illegible] ut in baptismo, confirmatione, & pœnitentia, uel per modum imperantis, ut in [illegible] *Forma consecrationis panis.* *In lib. de Sacra.*

per modum deprecantis, ut in sacramento extremæ unctionis, sed forma huius sacramenti importat solam consecrationem materiæ, quæ consistit in transsubstantione, siue in quadam miraculosa conuersione substantiæ, quæ a solo Deo perfici potest. ideo non exprimitur persona ministri, nec actus, sed solum sermo Dei, et effectus huius consecrationis, qui non est in fieri, cum hmôi conuersio non sit successiua, sed instantanea, & in facto esse, & ideo côuenientius ponitur in forma siue uerbis consecrationis hoc uerbum (est) quam (fit) Et licet sermo Dei, qui operatur in creatione rerum operetur in hac consecratione, aliter tamen, & aliter, Nam in creatione rerum solum operatus est effectiue, quæ quidem efficacia est per imperium suæ sapientiæ. Ideo in creatione rerum exprimitur sermo Dominicus per uerbum imperatiui modi, sed in hac consecratione operatur sacramentaliter, hoc est secundum vim significationis. Et ideo oportet in hoc sacramento sermone significari vltimum effectum consecrationis per uerbum substantiam præsentis temporis. Notanda tamen est, & semper memoriæ mandanda maxima D. August. quod Euangelistæ recitando non semper eundem ordinem seruauerunt, quo res gestæ sunt, unde ad intelligendum ordinem rei gestæ, sententia euangelii sic exponi posset. Accipiẽs Iesus panem, benedixit, dicens, Hoc est corpus meum, deinde fregit, & dedit discipulis suis, dicens, Accipite, & manducate, licet, idem possit esse sensus euangelii, verbis mutatis ¶. Sed difficultas est, quare hæc uerba Quod pro uobis tradetur nõ sunt de forma consecrationis sacramenti Euchristię, sicut hæc uerba (qui pro uobis effundetur) sunt de essentia formæ consecrationi uini, cum utraque sint uerba Christi, ut Euangelistæ dicunt, & utraque designent aliquid quod tunc futurũ erat scilicet passionem. Cum igitur totum hoc sacramentum, & quantũ ad corpus, & quãtũ ad sanguinem sit memoriale Dominicæ passionis, iuxta illud, quotiescunque manducabitis panem huc & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis. Ergo non magis debuit in forma consecrationis sanguinis fieri mẽtio de passione Christi: et eius fructu: quã in forma consecrationis corporis. D. Tho. dicit quod sanguis seorsum cõsecratus a corpore, expressius repræsentat passionem Christi, quàm corpus solum. Sanguis enim non separatur a corpore, saltem totus, nisi fiat magna violentia, quæ est quædã passio, corpus aũt de se non importat quãcunque uiolentia qui nõ æque exprimit passionem, sicut sanguis, & ideo in consecratione sanguinis Christi fit potius mentio passione Christi, & fructu ipsius, quàm in consecratione corporis. Sed hæc quibusdam non uidentur satisfacere, cum Christus in consecratione corporis expresserit corpus suum tradendum. s. ad crucifigendum, sicut in consecratione sanguinis sanguinem fundendum. Ideo pro resolutione recurrendum est ad usum, & determinationem ecclesiæ, quæ formas consecrationũ a Christo per Apostolos, & eorum successores tales, vt in missalibus scribuntur, accepit, ut D. Dio. ait. De his in c. cum Marthę, immediate ante. § quęsiuisti, extra de celebrat. missa. ¶ Notandum præterea, quod (prout D. Aug. dicit) Christus tactu suo mũdissimæ carni vim regeneratiuam contulit aquis, si quis illa regeneratiua peruenit non solũ illas aquas quę Christũ tetigerunt, sed etiã ad omnes aquas vbique terrarũ per omnia futura secula, quæ applicarentur hominibus cum forma baptismi & intentione baptizandi, ita etiam ex prolatione verborũ Christi in consecratione uirtus creata cõsecratiua instrumentalis & per modũ fluxus deriuata est ad omnia uerba futura, quæ a quocunque sacerdote super materiam debitam prolata essent cũ intentione consecrandi, sic quòd habent talem uim consecratiuam, ac si Christus præsentialiter ea proferret. Et licet Damascenus dicat quòd sola virtute Spũs sancti sit cõuersio panis in corpus, per hoc tamen non cõcluditur uirtus instrumentalis, quæ in forma huius sacramenti, sicut cum dicitur, solus faber facit cultellum, non excluditur usus martelli, sed debet intelligi principaliter. Vis autem conuersiua, quę est uerbis, sequitur significationem, quæ in prolatione vltimæ dictionis terminatur. Ideo licet sit in omnibus uerbis per modum fluxus non tñ in quolibet uerbo habet effectũ, sed in ultimo instanti terminatio vltimæ dictionis, in quo significatio dictionis terminatur. Et ideo

Verba consecrationis quomodo operantur.

C 157

In libro de cons. euang.

p. 3. ad 3.

In fine tex. Hier.

D 159

Quando verba consecrationis habẽt effectum.

Et ideo hæc virtus dicitur simplex, licet in ipsis verbis exterius prolatis sit compositio. ¶ Vlterius sciendum est quòd hoc pronomen demonstratiuum (hoc) non demonstrat panem, quum panis non sit corpus Christi, nec etiam signatum siue significatũ per hoc complexum (hoc est corpus meum) quum in sacramentis hoc efficiatur quod significatur, & sic per hanc formam non fieret quòd Christus esset in hoc sacramento secundum virtutem, sed solum sicut in signo, quod est hæreticum. Neq; etiam demonstrat corpus meum pro instanti locutionis, sicut quũ aliquis dicit, nunc taceo, quia secundum hoc sensus huius locutionis (hoc est corpus meum) esset, hoc est corpus meum, quem prædicta locutio non facit, quia hoc fuit ante prolationem verborum, sed demonstrat contentum sub his speciebus sub quibus prius erat panis, esse corpus Christi in ultimo instanti locutionis. Et ideo signanter noluit dicere Dominus, Hic panis est corpus meum, sed in generali, Hoc est corpus meum, nullo nomine apposito a parte subiecti, sed solo pronomine, quod non demonstrat accidentia. sed substantiam sub accidentibus contentam in communi, hoc est sine forma aut natura determinata. *Quid demonstrat pronomen, hoc.*

Ver. 2. *De forma consecrationis uini.*

E
157 FORMA Consecrationis uini est hæc, Hic, est calix sanguinis mei noui & æterni Testamenti, mysterium fidei, qui pro nobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hæc forma non inuenitur in aliquo Euangelistarum expressa, quia Euangelistæ solum intendebant texere historiam, & non tradere sacramentorum formas quas in primitiua ecclesia oportebat esse occultas, ut dictum est ex D. Dion. Vnde formæ sacramentorum a Christo traditæ, manifestatæ sunt per familiarem traditionem Apostolorum successoribus suis, & per eos nobis, ut dicitur in cap. quum Marthæ, extra de celebrat. Miss. vnde in antiquissimis missalibus prædicta cõsecrationis verba semper scripta fuerunt grandioribus characheribus, & in ecclesia Ambrosiana (hoc est Mediola) literis aureis. Nec oportet circa huiusmodi inuestigationes nimium torqueri, propter Ecclesiæ, quæ errare non potest, authoritatem, determinationem, & usum ab Apostolis acceptum & obseruatum. Præterea legimus Apostolos aliqua ab Euangelistis prætermissa suppleuisse. vt habetur in prædicto c. cum Marthæ. Et tamen hæc omnia fere verba ex diuersis scripturæ locis accipi possunt. Nam hoc quod dicitur, Hic est calix, habetur Luc. 22. & 1. Cor. 11. Mat. aũt 26. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionẽ peccatorũ. D. Lucas dicit, pro vobis. Quod autem additur, æterni Testamenti, & mysterium fidei, ex traditione Domini habetur, quæ ad Ecclesiam per Apostolos peruenit, secundum illud, Ego enim accepi a Domino quod & tradidi vobis. Et post aliquam recitationem subdit, cætera cum venero disponam & non est dubiũ quin disposuerit sicut a Domino acceperat. ¶ Et quia circa prædicta verba consecrationis insurgere possunt difficultates, ideo ad eas enucleandas notandum est primo, quòd hæc dictio (calix) tripliciter in sacris literis accipitur, Primò pro uase in quo recipitur liquor aptus ad potandum, & hoc modo accipitur, cum dicitur. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens, &c. Secundo pro passione Christi, & sic accipitur ibi, cum dicebat, Transeat a me calix iste. & Mat. 2 cum dixit filiis Zebedei. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Tertio pro poculo in calice contento, & sic accipitur Matt 9. Quisquis uobis po um dederit calicem aquæ frigidæ in nomine meo, quia Christi estis, non perdet mercedem suam. Et quia panis est aliquid solidum, ideo accepit Christus panem, non in disco, sed seorsum, in sanctas ac uenerabiles manus suas. Nullus autem liquor potabilis conuenienter accipitur, nisi in uase ideo Christus non accepit vinum immediate tangendo, sicut panem, sed accepit in calice contẽtum. His suppositis, hic est calix sanguinis mei, potest dupliciter intelligi, vno modo secundum methonomiam, qua ponitur continens pro contento, vt sit sensus, hic (hoc est in hoc uase) contentus est sanguis meus pro instanti terminatiuo verborum, inquantum est potus fidelium, quod non importatur in ratione sanguinis, quia in ratione sanguinis importatur aliquid, quod natura horret potare vnde

3. p. q. 78. art. 3. *Forma consecrationis uini.* *1. Cor. 11.* *Calix quot mod's accipitur.* *Luc. 22.*

de

de Ioan.6.cum dixisset Christus, Nisi manducaueritis meam carnem, & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis, quidam dixeruut Durus est hic ser mo, & quis poterit audire? ideo decēs fuit hoc exprimere per uas, puta calicem huic usui accomodatum. Alio mo do potest intelligi secundum metaphorā, prout, s. pro

Thren. 4. calice intelligitur passio Christi, quæ ad simuitudinem calicis inebriat, secundum illud. Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio. Vnde & Dominus pas sionem suam calicem nominauit, vt sit sensus, Hic est calix sanguinis, hoc est passio- A

nis, de qua fit mentio in hac forma, & non in forma consecrationis panis, ratione iā 158

dicta in ver. præcedenti Et sic resolutorie sensus huius propositionis (hic est calis san guinis mei) est contentum sub his speciebus in ultimo instanti terminatiuo verborum (est sanguis) qui tunc erat effundendus, & nunc est effusus. Pro intelligentia ha rum dictionum (noui & æterni Testamenti) reducendum est ad memoriam quod su perius de Testamento dictum est, & sciendum quòd sicut antiquum Testamentum in figura promittebat hæreditatem æternam, ita sanguis Christi & mors eius fuit anti-

c.15.§.2. quis patribus solum exhibitus in figura. Et ideo ad confirmandum antiquum Testamentum fuit exhibitus sanguis figuralis animalium quæ occidebantur, & eorum san guis fundebatur, & sic morte animalium cōfirmatū fuit antiquum, Testamentum.

Heb.9. Omne enim Testamentum morte confirmatur. Vnde Exod.24. Lecto omni manda to legis Moyses omnem populum aspersit sanguine, dicens, Hic est sanguis Testamē ti, quem mandauit ad uos Deus. Sed quia in lege noua prommittebatur hæreditas, clare & sine quocunque velamine statim ex hibenda, Vnde Mat. 4. Pœnitentiā agite, appropinquabit enim regnum cœlorum, & Luc.23 Hodie mecum eris in paradiso. Ideo ad confirmationem effundendus erat sanguis præfiguratus. s. Christi, in morte eius. Vnde Heb.9. dicitur de Christo, Ideo noui Testamenti mediator est (scilicet Christus) vt morte intercedente repromissionem accipiant qui vocati sunt, æternæ hæreditatis. Dicitur ergo hic sanguis nouum Testamentum, quia non in figura, sed in ueritate exhibetur, unde subditur, Qui pro uobis & pro multis effundetur. Interna enim inspiratio siue gratia spiritus sancti, quæ est lex noua, ex hac sanguinis virtute procedit, quia per passionem Christi iustificamur meritorie & effe-

Testamentum nouū cur dicatur æternum. ctiue, ut dictum est. Dicitur igitur hoc Testamentum nouum, ratione realis exhibitionis, dicitur etiam nouum, ratione ueteris, quòd consummauit. Dicitur autē æter num, tam ratione æternæ dei præordinationis, quàm etiam ratione æternę hęreditatis, quæ per hoc Testamentum disponitur, ipsa etiam persona Christi, cuius sanguine Testamentum disponitur, est ęterna, non habens principium, neq; finem, vel dicitur æternum, hoc est perpetuum, quia nulla alia lege subsecutura reuocandum.

Cur in consecratione uini ponitur mysterium. ¶Cauendum est diligenter ne per hæc verba (mysterium fidei) incidamus in errorem Lutheranorum, qui ex his uerbis occasionem erroris sumentes, dixerunt cor pus & sanguinem Christi solum mystice esse in hoc sacramento, & non secundum veritatem, quòd est hæreticum, ut amplius infra deducetur, versi. 7. huius. §. Ideo notandum & firmiter tetinendum quòd mysterium hic non ponitur ad excludendū rei veritatem, sed ad ostendendam occultationem, quia corpus & sanguis Christi occulto modo sunt in hoc sacramento, & ipsa passio Christi occultæ fuit figurata in veteri testamēto. Dicitur aūt mysteriū fidei, quasi fidei obiectū, quia quòd sanguis Christi secundū veritatem sit in hoc sacramento, sola fide tenetur, vel referendo ad fidē passionis quæ in hoc sacramento repræsentatur, fuit enim sacrū secretū sub figuris ueteris Testamenti latens, & absconditū, præcognitum tamē a patribus, tāquā my B

sterium generalis. redemptionis. Et quanuis in omnibus sacramentis sit aliquid oc- 158

cultum & sola fide tenendum, tamen hoc sacramentum specialiter dicitur fidei, quia totum est fidei, quod in hoc sacramento contingit, & sola fide comprehensum, in conuersione, in contento, in accidentibus, in repræsentatione, in sumptione, nil tale est in aliis sacramentis, licet comparatio eorū ad gratiam occulta sit. & ad mysteriū fidei pertinēs non tamen ut hoc sacramentum. Et quanuis sacrametnum eucharistiæ sit sacramentum charitatis, vtpote figuratiuum & effectiuum ipsius, vt dicit D.

Chrys.

Chrys.cum sit indicium ineffabilis diuinæ charitatis,quia circa passioné(cuius memoriale est) Christus exhibuit.Est etiam inductiuum & allectiuum, hoc etiã sacramento vniuntur membra capiti.conueniẽtius tamen dicitur mysterium fidei, quam charitatis,quia mysterium proprie dicitur occultum, uel secretum, quod conuenit fidei quę est non apparentium, quasi absconditorum uel secretorum argumentum. Charitati vero non proprie cõuenit mysterium, eo quod ea quæ fiunt ex charitate, sunt quasi experimentaliter omnia manifesta. Vnde Ioan. 15. Iam non dicam vos seruos,sed amicos,quia omnia quæcũque audiui a patre meo,nota feci uobis. In hoc Heb 11.

C 158 autẽ quod subditur,Quod pro uobis,& pro multis est effundetur, &c.Exprimitur unus effectus huius sacramenti scilicet remissio peccatorum per effusioné, quæ tunc futura erat.Ideo dicit,effundetur. Nos etiam nunc in cõsecratione utimur uerbo futuri temporis,licet effusio sit iam præterita,quia in hoc mysterio exprimimus,& repræsentamus ea quæ Christus gessit in cœna,& quia tunc effusio debebat fieri,ideo utimur uerbo futuri temporis, sicq; nulla est falsitatis expressio. Et debent prædicta uerba(pro uobis & pro multis)sic intelligi,pro uobis scilicet Iudæis,ad quos Christus in persona Apostolorũ loquebatur,& pro multis scilicet Gẽtilibus, ex quibus multo plures erant saluandi,quam ex Iudæis.Non tamen dicit,pro omnibus, quia licet sanguis & passio Christi sufficienter satisfecerit pro infinitis mundis, si tot esset, (unde.1.Ioan 2.Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tãtum sed etiam totius mundi)non tamẽ efficaciter, quia nõ omnibus applicatur.propter eorum indispositionem,quia non curãt se præparare.Quo ad hoc figura habetur.4.Reg.4.ubi dicitur oleum quod erat in lechito,repleuisse omnia uasa applicata quãtumcunq; magna, & quãdo nõ fuit uas,stetit oleum, Applicatio est facilis. Potest etiam dici,pro uobis manducantibus, & pro multis pro quibus offertur in remissionem peccatorum,Quia Eucharistia non solum est sacramentum, sed etiam sacrificium. Vnde Apoc.1. Lauit nos a peccatis nostri in sanguine suo, Qui pluribus uicibus legitur esse usus. Primo in circuncisione,Secundo in horto apud montem Oliuarum,Tertio in flagellatione,Quarto in coronatione,Quinto in manuũ & pedũ perforatione,Sexto in lateris apertione cum unus militum lancea latus eius aperuit,continuo exiuit sanguis & aqua.

Passio Christi fuit sufficiens sed nõ efficax pro omnibus.

Sãguis christi quoties fuit effusus.

Ver.4. *De contentis sub speciebus sacramenti.*

D 158 ADVERTENDVM quod quando Christus hoc sacramẽtũ instituit, & consecrauit,erat uiuus mortalis tamen.Et ideo licet ex ui uerborũ sub specie panis non esset nisi solũ corpus Christi absque denominatione formæ, tamen per realem concomitãtiã sub illis speciebus facta cõsecratione erat sanguis, qui nondum erat separatus,& anima eius quę etiã nõ erat separata & secunda persona in diuinis, quæ suppositabat,& cum pater & Spiritus sanctus sint in filio,& filius inseparabiliter in patre & spiritu sancto,sequitur quod sub speciebus panis erat tota Trinitas, non circunscriptiue.sed propter unionem, neq; ui uerborum,sicut corpus, sed per concomitantium. Et similiter sub speciebus uini consecrati sub quibus ex ui uerborum erat sanguis separabilis a corpore reliqua uero per unionem & concomitantiam Si autẽ D.Pet.aut alius Apostolus infra triduum mortis Christi consecrasset, tunc sub specie panis non fuisset sanguis.neque anima, cum sanguis esset effusus & separatus a corpore,quod positum fuit in sepulchro,& anima descendisset ad inferos. Sed ex vi uerborum fuisset ibi corpus,& per realem cõncomitantiã secunda persona, quæ suppositabat,& ex cõsequenti tota Trinitas Quia(ut Damascenus dicit) Quod semel assumpsit,nunquã dimisit. Corpus n. Christi nõ habebat propriũ esse existẽtiæ,sed mediante forma corporeitatis,quæ in resurrectione desiit esse, supponebatur a uerbo,sicut anima in lymbo.Vnde in illo triduo Filius dei desiit esse homo propter separationẽ animæ a corpore,quæ soluit vnitatẽ naturæ humanæ,homo.n.mortuus nõ est homo.Tamẽ filius dei in illo triduo nõ desiit esse Christus quia erat unitus partibus naturæ humanæ,breui tẽpore uniendis,& sic propter illã habetudinẽ unionis

Quid sit ui uerborũ & quid per concomitantiam contineatur in sacramento.

Vnde Ioan. 12. Nos audiuimus ex lege quod Christus manet in æternum, quorum E
dictum Christus approbauit, dicens, Adhuc modicum lumen in uobis est. Post resur 158
rectionem uero quum anima fuerit reunita corporis, & sanguis inseparabiliter reassumptus, sequitur quod nunc sub speciebus panis, ex ui uerborum est corpus Christi, & per realem concomitantiam, sanguis, anima & tota Trinitas, sicut ante mortē, & proportionabiliter dicendum est de sanguine sub speciebus vini. Ex quo sequitur quod qui recipit hoc sacramētū sub specie panis, tantū accipit, quantū si sub vtraque specie sumeret, & sic tantum laicus, quantum sacerdos. Et ideo recipiendo sub specie panis manducat carnem, & bibit sanguinem Christi. Et per consequens nulla fit iniuria laicis, commŏnicando eos sub altera tantum specie, sicut nec dando paruam hostiam, in qua tot & tanta continentur quanta in magna, quam sacerdos sumit. Qui ideo magnā & sub specie uini recipit, ut complete mysterium sacrificii christi repræsentet, ut habetur in c. cōperimus, de consecr. dist. 2 ubi Gelasius papa sacerdotes diuidentes huiusmodi mysterium, sacrilegos & superstitiosus appellat.

Qui recipit Eucharist. sub una specie, tantum recipit sicut sub ambabus.

De communione primitiua eccle. 3. par. q. 89 ar. 12.

¶ Et quamuis in primitiua Ecclesia quū ille sanguis Christi ferueret in cordibus fidelium, & corda credentium inflammaret, laici sub vtraq; specie communicarent cū summa deuotione, reuerentia, diligentia, & cautela, quem morē adhuc seruant Græci, successu tamen temporis deferbuit deuotio fidelium ita, ut qui olim quotidie cōmunicabant, vix persuaderi possint, ut uel semel in anno hoc sacramentum recipiāt quod plerique ualde leuiter & cum minori deuotione, reuerentia & cautela faciunt. Eam ob rem non ex ordinatione Ecclesiæ (quæ nullibi reperitur) sed ex interno consensu Christi & orthodoxorum præsulum inoleuit usus, ut sub altera tantum specie laici ministretur, imo & sacerdotibus communicare uolentibus, nisi ipsi perficiant mysterium, ut cum sunt infirmi, uel in die cœnæ Domini, aut aliis diebus, quum nulla necessitas uel incommodum (ut dictū est) imminet, Nec aduersatur hic ritus Euāgelio, ut hæretici astruere nituntur, quia in Euangelio non reperitur fideles obligari ad recipiendum sub vtraq; specie, sed solum ad manducandum carnem, & bibendum sanguinem, Ioan. 6. Nisi mādu cau eritis meam carnem, & biberitis meum sanguinē non habebitis viam in uobis, quod fit (ut dictum est) cum sacramētum sumitur sub specie panis duntaxat. Nec uerba Christi in institutione & cœna prolata præcipiunt laici sub utraque specie sumere. Notentur igitur verba, & signentur mysteria:
Primo dicit, Accipite & manducate, hoc corpus meum. Hæc uerba diriguntur omni F
bus, similiter, Bibite ex eo omnes. quæ uerba implentur, communicando sub altera 158
tantum specie, ut dictū est. Sed uerba sequentia, scilicet, Hoc facite, & diuidite, solis Apostolis, qui per hæc uerba & aliqua alia omissa ab Euangelistis (rati one iam dicta, cum de forma sacramenti Cōfirmationis ageretur) fiebant præsbyteri. Nō enim pertinet ad laicos facere, repræsentare, & diuidere, seu ministrare aliis, sed solis sacerdotibus. Vnde D. Paulus post consecrationem uini refert Christum dixisse, Hoc facite quotiescunque bibetis in meam commemorationem; Non enim præcepit discipulis, qui sacerdotes repræsentabant, ut quotidie uel semper biberent calicem, sed quotiescunque hoc facerent ex officio, facerent omnia quę Christus fecit in cœna, & sic sub utraq; specie. Sed cum infirmi sunt, nō habent bibere, cum nō exerceant officium. Fundatur etiam hic ritus communionis laicæ in communione a Christo data duobus discipulis in Emaus, quibus Christus panem benedictum et consecratum porrexit, ubi diuus Augustinus dicit, quod Discipuli in sacramento panis cognouerunt Dominum, de calice nulla fit mentio, imo dicitur, quod statim euanuit ab oculis eorum. Non dederat prius calicem, cum in ordinata refectione cibus debeat præcedere, & si prius dedisset in benedictione cognouissent, & euanuisset, & de hoc Euangelista mentionem fecisset; Fundatur etiam hic ritus in communione, & usu Apostolorum, Actuum 2. Vbi dicitur quod fideles erant perseuerantes in doctrina Apostolorum, & in communicatione fractionis panis, & orationibus, & nulla fit mentio de calice. Ex quo sequitur quod interdum communicabant sub specie panis duntaxat. Multis etiam rationibus inductii, ortodoxi

De laicorū cōmunione sub specie panis duntaxat.

todoxi præsules hunc ritum introduxerunt, Primo propter periculum irreuerentiæ & effusionis, Quia si fieret communio sub utraque specie, oporteret habere magna uasa uini & attenta multitudine & indeuotione, esset periculum effusionis, & uix posset obseruari quin effunderetur, Secundo quia hoc est sacramentum communionis, in quo omnes debent conuenire, unde Apostolus. Omnes unum corpus sumus, qui de uno pane & de uno calice participamus, ubi calix accipitur pro passione Christi, quæ participatur communicãdo sub specie panis Aliqui enim tantũ abhorrent a uino, ut non possint etiã eius odorẽ sufferre, ideo illis non cõueniret, & sic nõ esset omnium communio. Tertia, quia uinum faciliter ubique inueniri non potest, & aliquando bella impediunt pro tanta multitudine deferri. Quarta, ad reprobandũ errore Nestorii, qui dicebat quod sub specie panis non erat sanguis, sed corpus exangue & cadauer, & sub specie uini solus sanguis, quod cedebat in errorem & scandalum simplicium, quia inde sequebatur Christum non resurrexisse. Ideo in concilio Basilien. sess. 30. & Constantien sess. 13. corroboratur ritus & consuetudo sumẽdi Eucharistiam a laicis sub specie panis duntaxat, ubi iam recepta erat, & condemnati fuerunt uelut hæretici, qui huiusmodi ritum & consuetudinem impugnare per gerent, & tanquam illicitum reprobarent, cæteros suæ libertati relinquentes.

Ver. 5. De conuersione Panis & Vini in Corpus et Sanguinem.

B • CORPVS & sanguinem Christi esse in hoc sacramento sub speciebus panis 3.p.q. 75. ar. 1.
350 & uini neque sensu percipi, neque naturali ratione deprehendi potest, sed sola fide, quæ innititur authoritati diuinæ. Quomodo autẽ hoc fiat, uidendum est. Ad cuius euidẽtiã sciẽdũ est quod aliquis potest incipere esse in aliquo loco multipliciter, Primo per loci mutationem, & tunc desinit esse in primo loco. Secundo per generationem, quæ fit ab agente naturali, cum forma educitur de potentia materiæ, quam præsupponit tanquam subiectum generationis. Tertio per alterationem, quæ est acquisitio formæ accidentalis, supposita substantia, Quarto per creationem, quæ naturali uirtute fieri nõ potest, quãdo scilicet aliquid nouiter creatur in loco. Quinto per operationẽ, et sic angeli incipiunt esse in loco, quando incipiunt in illo operari, ut dictum est cum de loco Angelorum ageretur, Sexto per transsubstantiationem, quę fit quando una tota substantia composita ex materia & forma, conuertitur in aliam, manentibus accidentibus primæ substantiæ, sub quibus (prima substantia remota) succedit alia loco illius, sub eisdem accidentibus. Talis mutatio siue conuersio unius substantiæ in aliam, dicitur speciali nomine Transsubstantiatio. His suppositis resolutio est quod corpus Christi localiter & circunscriptiue, hoc est secundum proprias dimensiones loco respondentes, est in cœlo Empyreo, ubi sedet (hoc est requiescit) a dextris dei, hoc est in potioribus bonis & nobiliori loco. Sed in hoc sacramento non est in loco, quia omne locatum est in loco secundum modum quantitatis dimensiue, inquãtũ scilicet commensuratur siue æquatur loco, secundũ suam quantitatem dimensiuam. Sed corpus Christi non commensuratur sacramento secundum modum quantitatis dimensiuæ, quum sit maior quantitate sacramenti, sed est in loco per modum substantiæ, siue eo modo quo substantia commensuratur dimensionibus, succedit enim substantiæ panis, quæ desiit ibi esse. unde sicut substantia panis secundum se non erat sub suis dimensionibus localiter, sed per modum substantiæ, ita nec substantia corporis, Christi. Nõ tamen substantia corporis Christi est subiectum illarum dimensionum sicut erat substantia panis. Et ideo substantia panis ratione suarum dimensionum siue secundum suas dimensiones erat ibi localiter, quia comparabatur ad locum, mediantibus propriis dimensionibus. Substantia uero corporis Christi comparatur ad locum, mediantibus dimensionibus alienis, & ideo corpus Christi nullo modo est in sacramento localiter. Et sic per consecrationem non mutat locum, nec per hoc quod est in sacramento, desinit esse in cœlo, in loco ubi prius erat localiter. Quod patet primo, quia omne corpus localiter motum pertransit media, quod hic dicit non potest, cum transsubstantiatio sic instanta

Incipere esse in loco pluribus modis contingit.

3.p.q. 76. art. 5.

nea, & non successiua. Secundo patet, quia impossibile est unum motum eiusdem C
corporis localiter terminari ad plura & diuersa loca, cum tamen in pluribus lo- 159
cis, simul corpus Christi incipiat esse in sacramento. Incipit igitur Christus esse sub sacramento secundum specialem modum, qui est proprius huic sacramento. Et sic corpus Christi est in diuersis altaribus, non sicut in diuersis locis, sed sicut est in sacramento secundum illum modum essendi, quem vocant theologhi sacramentalem. Non quod intelligant corpus Christi esse ibi, sicut in signo, licet sacramentũ sit in genere signi, Sed dicunt corpus Christi esse ibi realiter sub signo secundum modum substantiæ, scilicet totum in toto, & totum in qualibet parte. Quia per hoc, quòd dicitur ipsum esse sub sacramento, significatur quædam habitudo eius ad sacramentum, cum succedat substantiæ panis sub eisdem accidentibus, quas non recipit subiectiue, sicut substantia panis recipiebat. Hanc habitudinem successionis ex institutione. Christi dicentis, Accipite & mãducate, Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur, dicimus esse in loco sacramentaliter. Secundum igitur hoc esse Christus facta consecratione huic sacramento adueniens, non mouetur per se secundum locum, licet bene per accidens ad mutationem specierum sacramentalium, & sic contraria non verificantur de eodem secundum idem scilicet motus & quies. Cum enim aliquid est unum subiecto, & multiplex secundum esse, nihil prohibet secundum aliquid moueri, & secundum aliquid immobile permanere, Sicut corpori aliud est esse magnum, aliud album, vnde potest moueri secundum albedinem, & esse immobile secundum magnitudine. Sic Christus manet immobilis, & quietus in cœlo secundum esse per se, & circunscriptum, & est mobilis per accidens ad motum sacramenti, propter prædictam habitudinem.

Quomodo Christus incipit esse sub sacramento.

Esse sacramentaliter in loco quid.

¶ Notandum tamen quod cum Christus habeat esse indeficiens, non desinit esse per hoc quod sacramentum desinit esse sacramentum sed desinit esse in sacramento propter desitionem specierũ, quia absque Christi mutatione tollitur habitudo eius ad illas species, per quem modum Deus, qui est indeficiens, desinit esse in creatura, ipsa creatura deficiente & desinente. Si igitur Christus sub hoc sacramento est, quãdiu species sunt, & illis desinentibus desinit esse. Vnde Cyril. contra quosdam, qui propter illud quod dicitur de Agno Paschali, figura huius sacramenti, de quo non de D
bebat remanere quicquam usque ad mane, & pariter de manna, voluerunt dicere 159
quòd corpus Christi non remaneret in sacramento, si in crastinum reseruaretur, ait Insaniunt quidam, dicentes misticam benedictionem cessare a sanctificatione, si reliquiæ eius manserint in diem sequentem, Non enim mutatur sacramentum corporis Christi, sed virtus benedictionis, & viuificatiua gratia iugis in eo est, sicut omnes aliæ consecrationes immobiliter manent permanentibus rebus consecratis, propter quod non iterantur. Veritas autem licet figuræ respondeat, figura tamen non adæquatur ei.

Quando desinat esse Christus in sacramẽto.

¶ Ex præmissis apparet quòd corpus Christi non est in sacramento per creationem, cum prius fuerit, neque per generationem, cum tota substãtia, scilicet materia & forma, imo & ipsum compositum ibi incipiat esse. In generatione autem materia præsupponitur & non incipit esse, sed est per transsubstantiationẽ siue per conuersionem substantiæ in corpus Christi, Non quòd aliquid de substantia panis maneat, quia tam materia, quam forma panis desinit esse, Non tamen annihilantur, cũ succedat corpus Christi, & maneant accidentia panis, quæ se habent per modum continentis, & ideo sunt sicut cortinæ circundantes lectum, in quo rex requiescit, quę impediunt visum contenti, hæc enim conuersio substantialis importat quendam ordinem substantiarum, quarum vna conuertitur in aliam, siue succedit alteri.

Substantiæ panis & uini licet desinant esse nõ annihilantur.

¶ Ex præmissis sequitur quòd oculus corporalis etiam glorificatus non potest uidere corpus Christi sub sacramento, eo quòd omne corpus ideo est visibile, quia accidentia sua immutant medium, Accidentia autem corporis Christi in hoc sacramento

Christi corpus in sacramento contentum oculis corporalibus uideri non potest.

mento non possunt immutare medium, cum non habeant immediatam habitudi nem ad accidentia, quæ ipsum circunstanti igitur. Præterea corpus Christi in sacra mento est per modum substantiæ, Substantia autem inquantum huiusmodi, non est visibilis oculo corporali, neque subiacet alicui sensui exteriori, imo nec imaginatio ni, sed solum intellectui, cuius obiectum est, ut habetur in. 3. de Anima ideo a solo in *Angeli &*
tellectu, qui est oculus spiritualis, percipi potest, & a diversis intellectibus percipit di *beati quo-*
uersimode, Quia modus essendi, quo Christus est sub hoc sacramento, est penitus *modo uide-*
E supernaturalis, ideo solo intellectu diuino secundum se videri, & intelligi potest. *ant corpus*
156 Ab intellectu autem angeli vel hominis beati etiam potest videri, uel intelligi parti *Christi in*
cipatiue, secundum participatam charitatem diuini intellectus per visionem diuinæ *sacramēto.*
essentiæ, ab intellectu autem hominis viatoris non potest uideri, aut cognosci nisi per fidem, sicut &c. spiritualia. Sed nec etiam intellectus angelicus ex sua natura *Dæmones*
sufficit ad hoc intuendum, quum talis intellectus non habeat ordinem naturalem, *non uident*
nec speciem aliquam connaturalem ad illum modum essendi, & ad illam successio- *christū in*
nem substantiæ nisi reueletur a Deo. Vnde sequitur, quod dæmones non possunt *sacramento*
videre Christum sub hoc sacramento, sed credunt ipsum ibi esse, non uoluntarie, sed *sed credūt*
coacti euidentia signorum, prout dicitur Iacob. 2. Dæmones credunt & contremi- *credunt.*
scunt, Quamuis autem non videatur ibi corpus, non tamen sunt reprehendendi fideles, qui dicunt se Deum & Christum vidisse, quia uidendo signum datum siue sacramentum oculis corporalibus visione fidei, vident ibi Christum, cum credant eum ibi esse.

Ver. 6. *De uelamine sacramenti.*

F QVAERI solet cur Christus noluit uisibiliter apparere in hoc sacramento *Opusc. 58.*
150 sed sub uelamine specierum quia si uideretur, peccatores haberent maiorem contri- *c. 7. & 8.*
tionem, & deuotius susciperent. Respondetur quod hoc uoluit, quadruplici ratione, Prima propter indignitatem, quo ad malos & peccatores, qui non sunt digni uidere & tamen præsumerent, & punirentur, prout uiri Betsamitæ fuerunt acriter puniri, *1. Reg. 6.*
& multi mortui, eo quod præsumpserant uidere mensam discoopertam, hoc sacramentum signantem, quam Deus Num. 4. præceperat cooperiri pallio hiacintino, sic, &c. ex qua punitione boni haberent occasionem tristitiæ. Secundo propter imbecillitatem uisus, quantum ad cunctos. Nam excellens sensibile corrumpit *2. de Ani.*
sensum. Oculus noctuæ non potest uidere solem, Sed corpus Christi est clarior so- *Mar. 9.*
le, & nos habemus oculus lipposos, ideo caderemus in terram, prout Apostoli in transfiguratione. & figuraliter in Exod. habetur, quod uidentes filii Israel cornutam faciem Moysi ex consortio domini, timuerunt prope accedere, unde posuerunt uelamen super faciem suam. Hoc argumentum prosequitur Apostolus. Ter *2. Cor. 3. et*
tio propter horrorem, quantum ad sumentes. Non enim esse aliquis adeo animo *Heb. 3.*
sus, qui auderet eum recipere. Vnde quum Christus dixisset, Nisi manducaueritis *Ioan. 6.*
meam carnē, & biberitis meum sanguinem, &c dixerūt aliqui Durus est hic sermo & quis poterit audire? Legimus etiam quod Hugoni de S. Victore apparuit Christus in specie pueri quem cum diu contemplatus fuisset, dixit illi Christus, Manduca & recipe me. At ille sanctus orauit, ut sub uelamine specierum poneretur, qu a non habebat animum sub tali figura recipiendi illum. Esset etiam in horrorem paganorum, si carnes & cruorem occisi hominis biberemus. Quarto propter meriti fidei conseruationem, quia si ostenderet se in specie sua, non haberemus meritum fidei, adorando ipsum, Fides enim non habet meritum, ubi humana ratio præbet experimentum Legimus de D. Ludoui. audiente missam in sacello retro maius altare chori sanctæ capellę palatii Parisiensis, qualiter nobiles in choro audientes missam, uidentes elegantissimum, & pulcherrimum filium inter manus sacerdotis hostiam consecratam eleuantis, nunciauerunt regi, stimulantes, ut ueniret ad uidendum, Respondit, Qui non credit, uada, Ego credo, nolo perdere meritum fidei. Et ideo

ideo nunc quia non videmus & credimus, dando gloriā verbo dei, magis meremur iuxta illud Ioan. 20. Beati qui non viderunt & crediderunt. Hinc est, quod si ex duobus audientium missam vnus videat Christum, alius non, & ambo in equali deuotione & charitate adorent, qui non videt, magis meretur, & magis gratus est. Similitudo est de rege ambulante in habitu dissimulato, &c.

3. p. q. 76. ar. 8.

Apparitio Christi in sacramento dupliciter contingit.

¶ Notandum tamen quod si aliquando appareat, prout legitur apparuisse quòd talis apparitio dupliciter contingere potest. Vno modo ex parte videntium, quia quādo in sacramento miraculose apparet caro, aut sanguis, aut etiam aliquis puer, oculi videntium immutantur tali immutatione, ac si expresse viderent exterius carnem, &c. nulla tamen mutatione facta ex parte sacramenti. Et hoc quidē videtur contingere, quando ab vno sub specie carnis vel pueri, videtur, ab aliis tamen videtur sub specie panis. Nec tamen hoc pertinet ad aliquam deceptionem, sicut accidit in Magorū præstigiis, quum talis species formetur in oculo, ad aliquam veritatem figurandam, ad hoc s. quo manifestetur corpus Christi vere, esse sub hoc sacramento, sicut etiā Christus apparuit discipulis euntibus in Emaus sub specie peregrini, & finxit se longius ire dicit enim (vt D. Aug ait,) Cum fictio nostra refertur ad aliquam significationem, non est mendacium, sed aliqua figura veritatis. Et quia per hunc modum nulla mutatio fit ex parte sacramenti, Manifestum est quod non desinit esse Christus sub sacramento, tali apparitione facta. Quum tamen contingit apparitio non per solam immutationem videntium, sed per mutationem specierū sacramenti, quod videtur esse, quando omnibus sub tali specie apparet, & ad horam, sed ad longum tempus, ita permanet, & in tali casu dicendum est quòd manentibus dimensionibus, quæ prius fuerunt miraculosæ, fit quædam immutatio circa alia accidentiam, puta figuram, colorem, & alia huiusmodi, vt videatur caro, aut sanguis, aut puer & hæc immutatio etiam nō est deceptio, quia fit in figuram cuiusdam veritatis, vt dictū est. Et sic patet quod manentibus dimensionibus, quæ sunt fundamenta aliorum sensuū remanet corpus Christi in hoc sacramento. Appetere autem tales apparitiones prouenit ex infidelitate, vel curiositate, ideo absque peccato appeti non possunt. A 160

In lib. de q. Euan.

Appetere apparitiones est malum.

Ver. 7. *De ueritate huius sacramenti.*

FIRMITER credendum est & simpliciter cōfitendū verū corpus Christi, & sanguinem, animam, & diuinitatem realiter esse sub sacramento, cum eisdem dimēsionibus, quas habet in cœlo, licet secundum eas non commensuretur sacramento, siue speciebus illis. Nec sunt audiendæ rationes hæreticorum, nec aliorum infidelium irrisiones, nec illusiones, aut suggestiones, quas dæmones immittunt fantasiis hominū vt eos a fide deuiare, aut in ea faciant dubitare. Ideo tot & tanta immittunt argumēta, quę vix magni doctores soluere possunt. Ad excutiendum ergo ab intellectibus hominum omnia diaboli & hæreticorum ac infidelium tela, notanda & retinenda ac perpetuo memoriæ commendanda sunt quatuor fundamenta, quæ habemus ex sacris literis & sanctis doctoribus ab ecclesia approbatis desumpta. B 159

¶ Primum fundamentum ex D. Paulo qui 2. Cor. 10 dicit, In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, hoc est ac credendum omnibus quæ dixit Christus, & obediendum ei. ¶ Secundum fundamentum habent Luc. 1. Non est impossibile apud Deum omne verbum Deus potest facere omne quod intellectus potest concipere. ¶ Tertium fundamentū est ex D. Hilario, vbi dicit quòd cum Deus sit infinitæ potentiæ & actiuitatis, & intellectus noster sit finitus & limitatus, sequitur quod Deus multo plura potest facere, quàm intellectus noster intelligere, Ideo Iob 36 Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram, & Ro. 11. O altitudo diuitiarum &c. ¶ Quartum fundamentum est quòd cum Christus sit Deus, & veritas per essentiam, iuxta illud, Ego sum via, veritas, & vita, mentiri non potest & ad Titum 1. Qui non mentitur Deus, & Heb 6. Impossibile est Deum mentiri, Sequitur quod quicquid ipse dixit, hoc verum est. Sed Christus accepto pane dixit, Hoc est corpus meum, non dixit in signo sed realiter, quia subiunxit, Quod

Li. de Tri.

Christus uere et realiter est in sacramento & non in signo tantū.

pro vobis tradetur.& de sanguine,Qui pro vobis effundetur. Antiqui corpus Christi verum realiter fuit traditum pro nobis. & verus sanguis eius fuit realiter effusus,& non in signo,igitur ibi est realiter verum corpus, & verus sanguis Christi. Vnde Christus prædixerat, Caro mea vere est cibus,& sanguis meus vere est potus, & ibidem subiunxit, Et qui manducat me. & ipse viuet propter me. non dixit,propter signum meum.& 1.Cor.10.Calix cui benedicimus nonne cõmunicatio sanguinis Christi est,& panis quem frangimus. nonne communicatio corporis Christi est? Ratione etiam potest persuaderi. Quia in aliis sacramentis sacerdos loquitur in propria persona, Ego te baptizo,Signo, Absoluo,&c. Sed in hoc sacramento non lo
C quitur in ꝓpria ꝑsona,quia stulte loqueretur,nec posset eius locutio quocunq; modo
160 verificari,sed loquitur in persona Christi. quia refert, Qui pridie,quam pateretur, &c.dicens,&c Ideo in aliis sacramentis non est Christus in persona propria, sed assistit ex virtute data. Sed cum in hoc sacramento minister loquatur in persona Christi,sequitur quod Christus non solum assistit in virtute, sed etiam in propria persona. In signum cuius primum miraculum,quod facere voluit,fuit conuersio aquę in vinum,& vltimum,conuersio panis in corpus, & vini in sanguinem, vt correspon-derent vltima primis. Insuper Apost.dicit,Omnia in figuram contingebant illis, & cuilibet sacramento respondet figura, & econuerso figuris sacramenta. Quid igitur in noua lege respondet mannæ,quod erat cibus corporalis, omne delectamentum in se habens,& omnis saporis suauitatem, & figurabat cibum spiritualem? Nihil profecto repręsentare in noua lege poterat,nisi Christum,qui Ioan.6.dicebat, Caro mea vere est cibus,&c. Sicut agno occiso in lege antiqua non respondebat in noua nisi Christus occidendus, ergo nec cibo corporali, nisi Christus qui est cibus spiritualis. Sed Christus realiter occisus est,ergo est realis cibus. Præterea vel Christus potuit transsubstantiare siue conuertere substantiam panis in verum corpus suum, vel non. Si secundum, sequeretur quòd non fuisset omnipotens, quum talis transsubstantiatio non implicet contradictionem, nec in transsubstantiatione requiratur maior virtus, quam in creatione. Si primum,quæritur quibus verbis potuisset clarius exprimere illam transsubstantiationem,quàm his quæ refert Euangelista dicens, Accepit Iesus panem,benedixit,ac fregit,deditq; discipulis suis dicens, Accipite & mãducate,Hoc est corpus meum,quod pro vobis tradetur. igitur patet Christum transsubstantiationem sui corporis & sanguinis fecisse. Si ergo credimus scripturæ dicenti,In principio creauit Deus cœlum & terram, quare non credimus Christo dicen- 1.Cor.10.
D ti,Accipite & manducate,hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur? Si credi- Gen.1.
160 mus,quòd Deus subito ex limũ terræ Adam formauerit,& ex eius costa Euã, Gen. 1.& 2.quare,&c. Si credimus vxorẽ Loth conuersam in statuã salis, quæ est magis propria figura huius trãssubstantiationis,quia sicut in illa nõ mãserunt nisi dimẽsiones,& substãtia salis successit substãtiæ eius,idcirco eius memoria fuit nobis a Christo commendata,Luc.17. Mementote uxoris Loth, quare, &c. Si credimus, quòd Moses virtute Dei conuerterit virgã in colubrũ,& aquas in sanguinem, quare, &c. cum non maior uirtus requiratur, & Ecclesia illud attestetur, maxime in concilio Ephesino,contra Nestorium,cui authoritate pontificis præfuit Cyrillus, & in concilio Lateranen.vt habetur in c.firmiter,extra de summa Trini. & fide cath. vbi dicitur,Vna est vniuersalis Ecclesia,extra quam nullus omnino saluatur, in qua idem ipse sacerdos & sacrificium, Iesus Christus, cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini realiter cõtinentur, transsubstantiatis pane in corpus,& vino in sanguinem, potestate diuina. Omnesq; de sanctis doctores ab Ecclesia approbati,hoc asseueranter docuerunt,singulariter D Clemens, Petri successor, in Epistola ad Iacobum fratrem Domini.& D.Diony.3.c.Eccles.Hierar. & D. Ignatius in epistola ad Roma & D.Ambro in lib.4 de Sacramentis,c.5. Antequam consecratur,panis est,vbi autem uerba Christi accesserunt, corpus Christi est. Et ante uerba Christi, calix est, ubi etiam verba Christi operata fuerint, efficitur sanguis Christi & in eodem lib.c.4.dicit, Tu forte dicis,Meus panis est vsitatus, sed panis

Gen.19. Exo.7.

ste ante uerba sacramentorum, panis est, at ubi accesserit consecratio, de pane fit Christi caro. Hæc igitur astruamus, Quomodo potest qui panis est, consecratione corpus Christi esse? Respondet post pauca. Sermo Christi hoc confici sacramentum. Quis est sermo Christi? Is quo facta sunt omnia, Iussit Deus, & factum est cœlũ, iussit Deus, & facta est terra, iussit Deus, & facta sunt Maria Vides ergo quam operatorius sit sermo Christi? Si ergo tanta uis est in sermone domini, vt incœperint esse quæ non erant, quanto magis operatorius est, vt sint quæ erant, & in aliud E
Ser. 22. super Luc. et lib. de offi. cõmutent? Idẽ D. Aug. dicit, & habetur in cap. Ante benedictionem de conse. dist. 2. 160
¶Ex his patet quòd Lutherus pessime ac falso asseuerauit, ante trecentos annos ecclesiæ transubstantiationem ignotam fuisse. Nam hi qui citati sunt, antiquissimi fuerunt. Nec ante annum Domini millesimum circa hoc aduersarios habuit Ecclesia. Omitto miracula pene innumera in huius rei approbationem facta, inter quæ vnum fuit Parisiis tempore Philippi Le conquerant in ecclesia, quæ nunc dicitur des Billhetes. Nec obstat quod hæretici in oppositum adducunt, dicentes quòd scriptura hoc sacramentum panem appellat, dicens. 1. Cor. 10. Panis quem frangimus, & in eodem, Vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. Ad hæc enim promptu multiplex est solutio. Prima, quia quum Christus
Ioan. 6. ibi realiter existens, sit panis viuus qui de cœlo descendi, vt ipsemet dixit, ideo hoc sacramentum rectè panis (scilicet viuus) potest appellari. Non enim nominat Apostolus hoc sacramentum, panem corporalem, & Christus in oratione Dominica docet nos petere panem supersubstantialem. Secunda solutio, quia sub speciebus sacramentalibus fuit panis, videmus enim quòd illud quod in aliud mutatum est, suæ originis aliquando nomen retinet, Nam si tibi aliquis vinum dederit, quod iam in acetum versum est, dicis, Ecce vinum quod dedisti mihi. Sic virga Aaron in colubrum
Sap. 16. mutata, nomen virgę retinet, dicitur enim Exo. 7. quòd virga Aaron deuorauit virgas Magorum. & Eccle. 10. homo dicitur puluis & cinis, licet nunc sit caro. Quid superbis terra & cinis? Tertia solutio, quia oculis corporalibus videtur esse panis, licet non sit. Quarta solutio, quia omne quod manducari potest, panis dicitur. unde manna dicitur panis. Et quia hæc accidentia manducantur & reficiunt, ideo panis rectè dici possunt, non quòd sit ibi panis corporalis, sed panis viuus, qui manducatus & receptus mentem reficit. Quapropter Concilium Vercellense, quod fuit post annũ
c. 10 §. 5. Domini millesimum, damnauit Berengarium huius hæresis primum authorem, &
art. 7. eum abiurare fecit, cuius abiuratio, & rectæ fidei confessio habetur in c. Ego Berengarius, de consecra. dist. 2. quam scripsimus supra. Et deinde concilium Constantiense damnauit Ioannem Vuiclefz, & Ioannem Hus eius discipulum, dicentes in Eucharistia non esse identice corpus & sanguinẽ Christi, aut realiter in propria præsentia corporali, sed in figura tantũ. Nec obstat etiã quod ex D. Ioanne 6. c. cum cõmentario siue expositione D. August. inducere nituntur, dicitur enim Ioã. 6 quòd quum Dominus dixisset, Nisi manducaueritis meam carnem, &c. quidam discipuli audientes, dixerunt, Durus est hic sermo, & quis poterit audire, Quibus Christus dixit, Spiritus est qui viuificat, caro aũt non prodest quicquam, quasi diceret, secũdũ D. Aug Spiritualiter intelligite quæ locutus sum. Nõ hoc corpus quod videtis manducaturi estis, sed neque bibituri sanguinem quem fusuri sunt qui me crucifigent. Sacramentum autem quod vobis commendaui, spiritualiter intellectum viuificat, caro autem non prodest quicquam. Vt quid paras dentem aut ventrem? Crede, & manducasti. Et idem August. in epistola ad Adamantinum dicit, Non dubitauit Dominus dicere, Hoc est corpus meum, cum signum daret. Ad hæc respondet D. F 160
3. par. q. 75 art. 1. ad 1. Tho. quòd cum D. Augustinus dixit, Non corpus quod videtis manducaturi estis, non intendit excludere veritatem corporis Christi, sed modum manducandi; quia non erat manducandum visibiliter, in ea scilicet specie, qua ab eis videbatur. Per hoc autem quod subditur, Sacramentum quod vobis commendaui, spiritualiter intellectum viuificat, non intendit dicere quòd Christus sit in hoc sacramento solum secundum mysticam significationem, sed spiritualiter dici, hoc est inuisibiliter, & impassi-

Impassibiliter per virtutem Spiritus sancti. vnde super Ioan. exponens illud, Caro non prodest quicquam, dicit, Q̃uo intellexerunt manducadũ, q̃uo, scilicet in cadauere dilaniatur, aut in macello uenditur, non quomodo spiritu vegetarur, Accedat spiritus ad carnem, & prodest plurimum, Nam si caro nihil prodesset, verbum caro non fieret, vt habitaret in nobis. Et ad id quod dicit ad Adaman. dicendum quod in cœna Christus dedit signum, & corpus suum, Signum est quod sensu perficitur, Corpus Christi est, quod ibi contentum credimus. Alia autem quæ possunt adduci, sicut illi, Me autem non semper habebitis, debent intelligi visibiliter, quia inuisi-
A biliter in hoc sacramento se nobiscum futurum vsque ad consummationem seculi
161 pollicitus est. ¶ Si hæc agas ad populum, Ad confortandum spiritus pusillorum contra illusiones, & suggestiones dæmonum, quibusdam quæstionibus & fantasiis, quas dæmon immittit, respondendum est, Primo aliquibus suggerit, Quomodo est possibile quod Christus qui erat tã magnus, sit in tam paruo loco? Respõsum est quod est ibi per modum substantiæ, & non modo quantitatiuo, hoc est non utitur quantitate sua in hoc sacramento. Sicut eadem anima est in paruulo existente in vtero, & extra uterum, & quando est magnus vir, & in senectute, Sic Christus in parua, & magna hostia. Et quod possit dari aliquod quantum quod non vtatur sua quantitate, apparet ex illo quod dixit Christus, Facilius est camelum transire per foramen acus, quam diuitem intrare in regnũ cœlorum, si non esset possibile, non diceret facilius, sed impossibile est quod camelus, si utatur quantitate sua, transeat, ergo põt esse quantus, & non vti quãtitate sua, virtute diuina. Figura habetur 4. Reg. 4. de muliere, quæ ex paruo lecituo olei repleuit magna vasa, & alia figura de Manna, quod debebat accipi ad mensura Gomor, aliqui colligebant plus, aliqui minus, sed nec qui plus collegerat, plus habuit, nec qui minus parauerat, reperit minus. Sic Christus tantus est in parua, quantus in magna hostia, & in qualibet etiam minima particula. vnde Ecclesia cantat, Fracto demũ sacramento, ne vacilles, sed memento tantũ esse sub fragmento, quantum toto tegitur. Habetur etiã 4. Reg. de Helisæo quando incubuit super puerũ, quod non vtebatur sua quantitate. Si hę similitudines non sufficiant, recurre ad quatuor fundamenta prædicta. Secundo aliquibus suggerit, Q̃uo est possibile, quod Christus sit ante oculos & non videamus eũ? Figura est de Helisæo, qui rogauit Dñm vt apariret oculos pueri, qui non uidebat exercitum bellatorum qui erat pro eis. Christus etiam reddidit se inuisibilẽ, Luc 4 Tran-
B fiens n. per medium illorũ ibat. & 24. Euanuit ab oculis eorũ. Si hæc non sufficiant,
161 recurre ad fundamenta. Aliis suggerit, Quomodo potest esse in tot locis, cum nõ sit nisi vnus Christus? Dictum est, quòd non est localiter nisi in cœlo, in sacramẽto autem non est localiter, sed per modum substantię, & per habitudinem successionis. Similitudo datur cõiter de voce predicatoris, quæ cum nõ sit nisi vna in aere, est æqualis in auribus singulorum. Magis propria tamen similitudo est de cella circundata speculis. Si vnus homo sit in medio imago eius apparet in quolibet speculo. Si hoc facit natura, a fortiori Deus. Si hæ similitudines non sufficiant, recurre. &c. Aliis suggerit, Quomodo est possibile quòd Christus ita cito sit in hostia, cũ sit magna distãtia? Ratio naturalis est, quia virtus, eius est infinita, & quia illa mutatio nõ est localis, sed instãtanea, Similitudo naturalis est de sole, qui illuminat in instanti. Et Philosophi dicunt quod illuminatio fit in instanti, cum nulla sit repugnantia ex parte mediis Si hæc nõ sufficiant, recurre ad fundamẽta. Aliis suggerit, Quomodo ad fractionem hostiæ non frangitur? dicendum, quia est ibi per modum substantiæ, & quantitas specierum non est subiectiue in ipso, ideo Christus non diuiditur, sed quantitas. Similitudo est de speculo, ad cuius diuisionem non diuiditur imago in eo apparens, sed solum speculum, & in qualibet parte est imago. Si hæc facit natura, a fortiori Deus. Vnde cantat ecclesia, A sumente non concisus, non confractus, non diuisus, integer accipitur. Nulla rei fit scissura, signi tantum fit fractura, qua nec status nec natura signati minuitur. Si hęc non sufficiant, recurre ad fundamenta, q̃ nõ est impossibile apud Deũ omne uerbũ, & quòd Deus qui est infinitæ uirtu-

Consolatio pusillorum

Matt. 19.

Exod. 16.

4. Reg. 4

Illuminatio fit instãti.

tis & actiuitatis, plura potest facere, quàm intellectus tuus qui est finitus, intelligere, & quòd Deus qui hoc dixit, & reuelauit, nõ potest mentiri; Ideo firmißime absque quacunque dubitatione credendum est, & exibendæ sunt ei gratiarum actiones de tanto beneficio. Ad hoc hortatur mater Ecclesia in prosa solennitatis corporis Christi, dicens, Lauda Sion saluatorem, lauda ducem, & pastorem in hymnis, & canticis. Quantum potes tantum aude, quia maior omni laude. nec laudare sufficis. Laudis thema specialis, panis viuus & uitalis hodie proponitur. Quod. non capis, quod non uides, animosa firmat fides, præter rerum ordinem. Amplior perfecutio ad populum fieri poterit, tractando dignitatem, & effectus huius sacramenti, quæ scribuntur infra eodem. §. ver. 18.

Ver. 8. *De adoratione Christi in eucharistia.*

QVVM Christus, verus Deus, & uerus homo sit in hoc sacramento, in quo familiariter se nobis ingerere uoluit, consequens est vt ipsum sacramentum cum omnis honoris, & reuerentiæ significatione, ac delatione reuereamur atque tractemus, deferamus atque ingeramus, ad prouocãdum populum ad deuotioné, & ad excitandas mentes fidelium, & ad suum redemptorem se quasi oculis eorum ingerentem, puramente & sincero affectu confugiant, sicut ab antiquis patribus & religiosis uiris fieri uidimus, & vbique facere didicimus, ac toto orbe terrarum multis sęculis factum certo cognoscimus Explodendique sunt a nobis, & nullatenus audiendi hæretici, quorum aliqui & si Christum sub sacraméto esse profiteantur, tamen non sunt ueriti habere pro fatuis & stultis sanctos patres, dicentes, quòd Deum se collere arbitrantes, eum ludibrio habuerunt. hac sola ratione inducti, quòd non inuenitur in sacris literis talem honorem debere fieri, & quòd Christus non est in Eucharistia, nisi vt manducetur, & non ut adoretur, idololatras dicentes eos, qui honorem & cultum exibent Deo, qui in sacris literis non est expressus, Quod quidem axioma, & fundamentum est falsißimum, & hæreticum esse manifeste constat, eo quòd secundum Apostolum. 1. Cor. 11. Probare nos debemus, antequam de pane illo edamus, & ne indigne (hoc est irreuerenter) manducemus, Quia qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini, hoc est non discernens inter corpus domini, & alios cibus. Honor huic tam admirando sacramento exhibendus est, quanuis non inueniatur scriptum in sacris literis, quum ab Apostolis & sanctis patribus toto orbe terrarum fuerit semper obseruatum Argumentumque a scripturis & authoritate negatiue sumptum (vt sæpe diximus) inefficax est ex prædicto fundamento sequeretur magos illos, qui Christum in cunabulis, & illis mysticis muneribus adorauerunt, esse idololatras. Neq; enim ad hoc incarnatus, & in hunc mundum natus est, vt adoraretur in mortali corpore, sed ut paterentur, & curcifigeretur, & pro peccatis nostris satisfaceret Nec vllum uerbum ex scripturis proferri põt, quòd talis cultus siue honor sit ab eis exactus. Si enim propter signum stellæ in lib Numerorum absque ex presione cultum illũ exhibuerunt, quid nos facere debemus, qui maius testimoniũ ab euangelistis & Apostolis accepimus? Ibi esse uerum corpus suum hoc certe docet omnes lumen diuini vultus signatum super nos, & amplius illi qui fidei lumen habent, iudicant, ut diuinum nomen adoremus, vbicunque cognosceremus singularem eius familiaritatem; aliquam nobis ingestam præsentiam Nec apostoli ornantes uestibus asinam & pullum, licet non exigerentur, peccauerunt, imo illum honorem gratanter accepit Christus, atque eorum qui ramos præscindentes de arboribus, & vestimenta sternebant in uia. Non immerito igitur hunc cultum instituit Ecclesia, & hymnos ac cantica approbauit. uide alias rationes contra prędictum fundamentum, infra hoc, § ver. 14.

C 161

D 161

Math. 2.

Math. 21.

Ver. 9. *De accidentibus Sacramento remanentibus.*

3. p. q. 77. ar. 1. & 2.

INTER alia mirabilia, quæ fiunt in hoc sacraméto vnũ est, quòd accidentia, quæ naturaliter sine subiecto esse non possunt, tamen virtute diuina in hoc sacramento sunt sine subiecto, quo & quod, hoc est propinquo, uel remoto & maxime quantitas. Alia enim accidentia non habent subiectum quod, sed quo, scilicet quantitatem.

quantitatem, quæ habet uim substantiæ, quantum ab sustentationem & immutationem exteriorum, nõ solum sensus, sed etiam quãtum ad immutationem quæ est ad formam substãtialem, quia talis immutatio non fit a forma substantiali imme diate, sed mediantibus qualitatibus actiuis & passiuis, quæ agunt instrumentaliter uirtute substantiæ. Hæc autẽ uirtus instrumentalis seruatur in speciebus sacramẽta libus, sicut prius erãt, cum substantia esset, hoc autem fit uirtute diuina. Ideo possunt agere ad formam substantialem instrumentaliter, per quem modũ, aliquid potest agere præter speciem suam, sicut calor naturalis ad carnem & sanguinem, non uirtute propria, sed uirtute principalis agentis. Ex quo sequitur quod accidentia panis & uini possunt corrumpi, sicut poterant corrumpi quando erant subiectiue in substantia panis & uini. Tunc enim poterãt corrũpi dupliciter, scilicet per se et per accidens, per se quidem, per alterationem, quæ fit per contrariam qualitatem, et per augmentum & diminutionem quantitatis, non quidem per modum augmenti & diminutionis, quę inuenitur solum in corporibus animatis, qualia non sunt panis, & vinum, sed per additionem & diuisionem, Nam (ut dicitur. 3. Metha.) per diuisionẽ vna dimensio corrumpitur, & fiunt duæ, per additionem uero ex duabus fit una. Alio modo poterant prius corrumpi per accidens, scilicet per corruptionẽ subiecti & hoc etiam modo post consecrationem corrumpi possunt. Quia quamuis subiectũ non remaneat, remanet tamen esse & uirtus, quam habebant accidentia in subiecto & ideo huiusmodi, esse & virtus potest agere & corrumpi a contrario agente, sicut poterat corrumpi substantia panis & uini, quæ non poterat corrumpi nisi præcedẽte alteratione. ¶ Circa tamen accidentia distinguendum est inter vtrunq; modum prædictarum corruptionum. Quia quum corpus & sanguis Christi succedant substantiæ panis & uini, si fiat talis immutatio ex parte accidentium, quæ nõ suffecisset ad corruptionem panis, & uini, propter talem immutationẽ non desinit esse corpus

Accidẽtia dupliciter corrumpi possunt.

Quæ immutatio specierum requiratur ad desitionem sacramenti.

F aut sanguis Christi in hoc sacramento, siue fiat immutatio ex parte qualitatis, puta

161 quum modicum immutatur color, sapor, & odor panis aut uini, siue ex parte quantitatis in tales partes, in quibus posset saluari natura panis aut vini. Si vero fiat tanta immutatio, quòd corrupta fuisset substantia panis aut vini, nõ remaneret corpus aut sanguis Christi sub hoc sacramento sicut quum mutatur color, & sapor, & aliæ qualitates panis aut vini, quod nullo modo posset secum compati natura panis aut vini, aut ex parte quantitatis, puta si pulverizetur panis, vel vinum in tam minutas partes diuidatur, vt iam non remaneat forma panis aut vini, tunc non remanet corpus aut sanguis in hoc sacramento, nec illa corruptio est miraculosa, sed naturalis. Præsupponit tamen miraculum quod factũ est in consecratione. s. quòd illæ species sacramentales retinerẽt esse sine subiecto, quod prius habebãt in subiecto. Sicut & cæcus miraculosè illuminatus, naturaliter videt. Et quum ad corruptionem vnius sequatur generatio alterius (ut dicitur in. 1. de Generatione) sequit quòd ex speciebus sacramentalibus poterit aliquid generari. Non enim sic corrumputur, ut omnino dispareant. Et ad sensum uidemus aliquid ex prędictis speciebus generari, uta cineres, si species comburantur, uel uermes, si putrefiant. Hæc autem generatio non fit ex substantia corporis aut sanguinis Christi, quum sit incorruptibilis, nec quòd materia panis quæ per consecrationem desierat esse, redeat, nec alia materia creatur, Sed quum in consecratione miraculosè detur quantitati dimẽsiuæ panis, quòd sit primum subiectum consequentium formarum, quod est proprium materiæ, ideo ex consequenti datur ei omne illud quod ad materiam pertinet, & per consequens quod posset generari ex eis, quicquid posset generari ex materia panis aut uini, si esset. ¶ Ex pręmissis infertur quòd ex solis speciebus sacramẽtalibus quis potest nutriri, si acciperentur in tanta quantitate, in qua panis sufficeret ad nutrimentum, quum habeant uim substantię panis. ¶ Difficultas est an quando infunditur liquor eiusdem speciei uel alterius in uinum, fiat corruptio, & si non, vbi maneat id quod infunditur. Dicendum quòd si infundatur uel permisceatur in tanta quantitate quòd possit diffundi in totum uinum consecratum, totũ fiet permixtũ.

Quid dicẽdum de infusione liquoris in uinum consecratum.

Quod autem commixtum est ex duobus,neutrum commiſcibilium eſt,ſed vtrumque tranſit in quoddam, tertiũ ex his compoſitum . vnde ſequitur quòd vinũ prius exiſtẽs nõ maneret. Si liquor eſſet alterius ſpeciei,puta ſi aqua poneretur in magna quantitate,ſolueretur ſpecies vini,& illud totum eſſet alterius ſpeciei Si autem per miſceretur liquor eiuſdem ſpeciei,puta vinum,remaneret quidem ſpes, ſed non remaneret idem numero vinum ,quod declarat diuerſitas accidentium puta ſi vinum infimum eſſet album,& aliud rubeum,& ſi ex eodem dolio diuerſa quantitas, tunc A
desineret eſſe ſacramentum,cum fundamentum omnium ſit quantitas,ideo tunc de 162
ſinit ibi eſſe Chriſtus . Si verò liquor admixtus eſſet tam paruæ quantitatis , quòd non poſſet diffundi per totum vinum conſecratum ,non fieret totum vinum permixtum,ſed aliqua pars eius, quæ quidem non remaneret eadem numero propter admixtionem extraneę materiæ, Maneret tamen eadem ſpecie,non ſolum ſi paruus liquor permixtus eſſet eiuſdem ſpeciei,quia gutta aquæ multo uino permixta,tranſit in ſpeciem uini,ut dicitur in primo de Generatione. Manifeſtum eſt autem ex prædictis quòd corpus & ſanguis Chriſti manent in hoc ſacramẽto, quandiu illæ ſpecies manet eædem numero,& in ſingulari . Per pronomen demonſtratiuũ poſſunt demonſtrari,ſiue ſingularizari , ideo ſi totum uinum conſecratum fuerit permixtũ, erit aliud numero,& deſinet ibi eſſe Chriſtus. Si uero fiat tam paruã alicuius liquoris mixto,quòd non poſſit diffundi per totum , ſed per aliquam partem ſpecierum, deſinit eſſe ſanguis Chriſti ſub illa parte uini conſecrati , tamen manebit ſub alia. Et ſic pars vini permixta erit ſubſtantialiter infra vinum in loco a nobis imperceptibili. Si dicatur quòd quando aqua admiſcetur aquæ benedictæ , efficitur benedicta,quia maius dignum trahit ad ſe minus dignum , igitur.Sic in propoſito dicendũ cum Innocentio in ca.cum Marthæ,extra.de celeb.miſſ. quòd non eſt ſimile de aqua benedicta , quia illa benedictio nullam mutationem ſubſtantialem facit circa ſubſtantiam aquæ,ſicut facit conſecratio vini. Nec obſtat quod magnum, & paruũ ſunt duæ quantitates,& diuerſificant ipſam , ſicut album & nigrum colorem , ergo quantumcunqúe paruum addatur,quantitas corrumpitur,& per conſequens Chriſtus definit eſſe ſub ea,quia licet magnum & paruum diuerſificent, quantitatem dimenſiuam in ratione menſuræ,non tamen quantum ad eius eſſentiam. Et liquor appoſitus poteſt eſſe adeo paruus , quòd ſua paruitate impeditur ne diffundatur per totum ,ſed per paruas dimenſiones,quæ licet ſint ſine ſubiecto, tamen ſubſtant alteri liquori,ſicut & ſubſtantia,ſi ibi adeſſet.

Ver.10. *De Sacramenti Eucharistiæ nominibus.*

ALTARIS ſacramẽtum pluribus nominibus nũcupatur,eo quòd plures effe B
3.p.q.73. art.4. ctus,proprietates , & repræſentationes habeat , Et maxime tres , Vnam reſpectu 262
rei præſentis ſiue Eccleſiaſticæ vnitatis , cui homines aggregantur per hoc ſacramentum , & ſecundum hoc dicitur Synaxis Græce , quod idem eſt quod communio Latine. Vnde Damaſcenus,ait,Dicitur communio,quia per ipſam communicamus Chriſto. Et quia participamus de eius carne & deitate, & vnimur ad inuicem per ipſam, iuxta illud, Vnum corpus multi ſumus , omnes qui de uno pane ,& de vno calice participamus ſequitur. Calix benedictionis cui benedicimus , nonne cõicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et panis quẽ frangimus,nonne cõmunicatio corporis Chriſti eſt? Et (vt D. Aug.dicit) Chriſtus ad huiuſmodi vnitatẽ,& communionem ſignificandam,materiam huius ſacramenti ex his rebus elegit,quæ ad aliquod vnum rediguntur, Ex multis enim granis panis conficitur,& ex multis vuis vinum confluit . Sic nos quamuis ſimus multi, efficimur tamen vnum in Chriſto per hoc ſacramentum. Vnde et idem Auguſt.ait,O ſacramentum pietatis O ſignum vnitatis O vinculum charitatis,et Innocentius tertius in c quum Marthæ , de celebrat. Miſſ. dicit, Per hoc enim quod ipſe Chriſtus ſuſcepit de noſtro(ſcilicet carnem) et nos accipimus ipſi de ſuo(ſcilicet in hoc ſacramento)non ſolum carnẽ ,ſed etiã animam et diuinitatem,vt dictum eſt. Et tã inſolubili nexu coniungimur , vt qui eſt vnum cum patre per ineffabilem vnitatem, fiat unum , nobiſcum per admirabilem

Lib.4. 1.Cor.10. Super Ioã.

vnionem,

vnionem, ac per hoc (ſcilicet ſacramentum) ipſo mediante, cum patre & ſpiritu ſancto vnum efficimur, Pater (inquit) ſancte, ſerua eos quos dediſti mihi, vt ſint vnum ſicut & nos. Non pro eis rogo tantum, ſed pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt & ipſi in nobis vnum ſint, vt mundus credat, &c. Ideo hoc ſacramẽtum dicitur cõio ſiue cõmunicatio quam debemus habere, idem ſapere, dicere, & velle, & omnia cõicare, præcipue in neceſſitate, ſicut Apoſtolus cõmunicauit. Ideo 1. Cor. 10. Obſecro vos fratres per nomen dñi noſtri Ieſu Chriſti, idipſum dicatis, oẽs, & non ſint in vobis ſchiſmata. & 2. Cor. 13 Idipſum ſapite. & Heb. 13. Beneficentiæ & communionis nolite obliuiſci. ¶ Aliam ſignificationem habet reſpectu ſuturi inquantum, ſcilicet hoc ſacramentũ eſt pignus futurum fruitionis Dei, quæ erit in patria. Et ſecundũ hoc dicitur Viaticum, quæ præbet nobis viam perueniendi illuc. Et ſecundum hoc ẽt dicitur Euchariſtia, quod interpretatur bona gratia, quia gratia Dei, vita eterna, vel quia realiter continet Chriſtum, qui eſt plenitudo, & author gratiæ, qui bonã imò optimam gratiam fecit dando ſe nobis ſub hoc ſacramento Sicut enim Chriſtus in mundũ viſibiliter ueniens contulit mundo uitã ſecũdum illud Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt ita in hominem veniens ſacramentaliter, vitam gratiæ operatus, ſecundum illud Ioan. 6. Qui manducat me, & ipſe viuet propter me Vnde dicit D. Thomas, quod hoc ſacramentum de ſe ipſo habet virtutem gratiam conferendi. Nec aliquis habet gratiam ante ſuſceptionem huius niſi ex aliquo uoto vel deſiderio ipſius, uel per ſe ipſum ſicut adulti, uel Eccleſiæ, ſicut paruuli. Vnde ex efficacia virtutis ipſius eſt, quod etiam ex uoto ipſius aliquis gratiam conſequatur, per quam ſpiritualiter viuificetur. Hic enim eſt panis viuus, qui de cœlo deſcendit, qui ſolus viuificat. Vnde Chriſtus, Amen dico vobis, non Moyſes dedit vobis panem de cœlo, ſed pater meus dat uobis panem de cœlo, verum Panis enim verus eſt, qui de cœlo deſcendit & dat uitam mundo. Subdit deinde. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et qui mãducat me, ipſe viuet propter me panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet uitam æternam, & per oppoſitum, Niſi manducaueritis (ſaltem in voto proprio vel eccleſiæ) meam carnem, &c. Non eſt ergo vita ſpiritualis ex ſide, licet prerequiratur diſpoſitiue, ſed effectiue ex carne, & ſanguine Chriſti in hoc ſacramento contentis. Imo & omnia alia ſacramenta virtutem iuſtificandi, & peccata remittendi ab iſta paſſionis oblatione recipiunt. Si dicatur quòd hoc ſacramentum nemo debet recipere niſi contritus & in gratia, Dicendum quòd quicunque accedit ad hoc ſacramentum impræparatus aut cum affectu peccati mortalis, peccat mortaliter, iuxta illud, Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat. & de calice bibat, Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit. Sed ſi facta præparatione debita (ſaltem probabiliter) & adhuc eſt in peccato mortali, quia ſtat quò quis habeat probabilitatem quòd ſit contritus & in gratia, qui tamen non eſt, quia forte non ex toto corde. Tunc hoc ſacramentum adueniens cauſat gratiam & virtutes, & dat vitam. Si vero inueniat gratiã, auget eam. Ex hoc ſequitur, quod per hoc ſacramentum remittuntur peccata mortalia & gratia datur, Vnde in conſecratione ſanguinis dicitur, In remiſſionem peccatorum. Nomine autem peccata intelligitur mortale, & ſi remittat peccatum mortale, a fortiori ueniale quod intelligendum eſt de præteritis. Quia ſi quis venialiter eſſet diſtractus in ſumptione huius ſacramenti, illud veniale impediret remiſſionem mortaliũ, & per conſequẽs collationem gratiæ. Aliqui ponunt acceſſum medium ad hoc ſacramentũ, ſcilicet quòd accedens non peccat mortaliter, nec accipit gratiã. Et quãdo ſit argumentum ex D. Pau. quia uel comedit digne, uel indigne, dicunt quod comedit digne quantum ad ſuam æſtimationem, quæ excuſat a mortali. Alii uero ponunt acceſſum medium, ſecundũ diuerſos gradus intentionis, quos ponũt in cõuerſione, ſiue deteſtatione peccatorum, & dicunt ꝙ ſtat aliquem probabiliter æſtimare ſe eſſe contritũ, qui nõ erit ſufficienter attritus, ad hoc ꝙ ſacramẽtum confeſſionis faciat cũ de attrito cõtritum

Marginal notes: Euchariſtia dicitur conuentio. — Viaticum. Rom. 6. Ioan. 15. — C 161 — 3. p. q. 79. ar. 1. ad 1. Nullus conſequitur gratiam niſi ex uoto euchariſtia. — 1. Cor. 11. — D 162 — Diſtractio impedit effectum ſacramenti. — De acceſſu medio.

sed dispositionem aliquam faciat, & tandem sacramentum Eucharistiæ aduenien̄s perficit & facit contritum & sic ausat gratiam,& dat uitā, aliquando enim aliquis haber probabile indicium,sufficientis dispositionis,qui tamen adeo remisse dispositus est, quòd nec sacramentum pœnitentię nec Eucharistiæ sufficit propter illam remissionem & negligentiam conatus, cuius intencio requisita incerta est, & cum quæritur ab eis an talis fecerit quod in se est,uel non respōdent ipsum fecisse, quod in se est,ad uitandum peccatum indignæ sumptionis, sed non ad obtinendam gratiam Hac distinctione bene intellecta soluuntur omnia argumenta, & quum replicatur,si fecit diligentiam ad quam tenebatur, indubitanter habet gratiam, respondēt,quòd ad maiorem diligentiam tenetur ad obtinēdam gratiam,quàm ad euitandum peccatum. Alii ponunt accessum medium,quum quis tenetur euchari stiam sumere, & non habet copiam confessoris. Hic modus non tot amplectitur difficultates,& facilius soluit argumenta,quia contra pręcedentes dici potest,quòd omne sacramentum susceptum ab attrito facit illum contritum.

Ver 11. *De sacrificio Missę.*

SACRAMENTVM Eucharistiæ ēt dicitur Sacrificium rōne præteriti, inquantum, scilicet est repræsentatiuum dominicæ passionis, quæ est verum sacrificium,& inquantum per hoc sacramentum dominica passio offertur. Et secundum hoc etiam dicitur Missa,non accipiendo missam pro omnibus solennitatibus præcedentibus,aut sequentibus,quæ non sunt aspernandæ,(Nam Christum ante,& post cœnam cæremonias seruasse legimus Præcessit enim homo lagenam, aquæ baiulās quæ pœnitentiam,contritionem,& satisfactionem significat,benedixit & hymnum addidit,orationemque pro se & Apostolis,ac aliis fecit,ut habetur Ioann.17. & D. Pau.1.Timot.2 Orationes,obsecrationes,& postulationes, ac gratiarū actiones adiungere docuit,vt D. Augu. ibidem interpretatur.) Sed accipiendo Missam pro sacromysterio,quod fit in consecratione, oblatione,& communione corporis & sanguinis Christi,sub speciebus panis,& vini,ac repræsentatione passionis eiusdem, ad salutem fidelium, & remissionem peccatorum, Missa tunc dicitur sacrum mysterium,& sacrificium,& quodammodo pignus,& instrumētum remissionis peccatorum, a diuo Iacobo,fratre domini, Hierosolimitano episcopo,primo celebrata, vt habetur in cap.Iacobus,de consecra. distin.1. Ad sciendum autem quomodo Missa est sacrificiū,notādum est ex D.Aug.10.de Ciuitate dei c.4 quòd sacrificiū est cultus siue honor soli Deo exhibendus,iuxta illud. Exo.22. Sacrificans diis, eradicabitur,nisi domino soli Per sacrificiū igitur intelligunt omnes theologi,& Christiani, omnem oblationem,siue omne id quod Deo offertur in recognitionem supremi dominii,siue ad impetrandam misericordiam,& ueniam peccatorum, & gratiam acquirendam,siue ad auertendam iram,vltionem,atque vindictam, siue ad reddendas gratias de acceptis beneficiis, & sic peccatorum contritio dicitur sacrificium interius,iuxta illud. Psal. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, & oratio & gratiarum actio dicuntur sacrificiū,iuxta illud Psal Sacrificate sacrificium iustitiæ & sperate in domino. Nec ipse offerendi actus dicitur sacrificium, sed id quod Deo offertur in recognitionem supremi dominii, Recognitio autem supremi dominii est duplex, scilicet interior, & exterior, Recognitio interior eodem modo fiebat in antiqua lege,quo nunc fit in noua. Antiqui enim patres habebant cor contritum,& humiliatum,& laudabant Deum interius,& gratias agebant, & alia opera interiora & secreta pœnitentiæ habebant. sicut nos,qui sumus in lege noua. Recognitio supremi dominii exterior erat alia in lege Moysi,& alia est nūc in lege gratiæ,& sic aliud est sacrificium exterius legis antiquæ, & nouæ In antiqua enim lege aliquando offerebatur sacrificium de inanimatis,ut de pane, simila, & thure, & fiebat huiusmodi sacrificium cōmuniter in laudem & gratiarum actionem pro beneficiis acceptis,& uocabatur oblatio simpliciter, & sine adiuncto. Est enim oblatio nomen cōmune ad omnia sacrificia. Aliquando aūt fiebat sacrificium de animatis, quæ occidebantur, & quorum sanguis effundebatur. Et hoc genus sacrificiorum uocabatur

E 161

A quo missa primo fuerit celebrata.

Contritio dicitur sacrificium.

Recognitio supremi dominii duplex.

Leu.1.2.3 & 4.c.

Oblatio simpliciter quid.

Victima quid.

A tur uictima,& fiebat triplici fine. Aliquando in expiationem & satisfactionem pro *Victima quid.*
163 peccato,aut pro pœnis peccatis debitis, & uocabatur Sacrificium Expiatiuum, & Hostia pro peccato. Aliquando uero fiebat ad placandum Deum,& dicebatur Holocaustum siue Victima holocausti,& totum cedebat in cultum Dei. Aliquãdo autem fiebat in gratiarum actionem pro beneficiis acceptis, & uocabatur Sacrificium Pacificum. Et quum illa omnia sacrificia ordinarentur in sacrificium Christi,qui cõtinetur in hoc sacramento,tãquam ad finem, eo quod eius sacrificiũ & oblatio eminenter continet omnes effectus sacrificiorum prædictorum, sequitur quod in sacris literis hoc sacramentum intitulatur & nominatur omnibus nominibus prædictorũ sacrificiorũ,ratione contēti. Primò enim dicitur Oblatio Ephe. 5. Qui dilexit nos, & tradidit semetipsum oblationem pro nobis Deo. & Esa. 53. Oblatus est, quia ipse uoluit,& in c. communione,de cõsecra dist. 2. uocatur Oblatio. Secũdo dicitur Hostia siue Victima in Holocaustum,in odorem suauissimum domino, quia Christus ad placandum Deum, & reconciliandum nos,se obtulit in ara crucis, ideò dicitur Holocaustum siue sacrificium Recõciliatiuum, Rom. 5. Cum inimici essemus, recõciliati sumus Deo per mortem filii eius. & Ephe 5. Tradidit semetipsum in oblationem & hostiam,in odorem suauitatis. s. ad placãdum Deum, Vnde cantat Ecclesia, O salutaris hostia,&c. Tertio hoc sacramentum dicitur Sacrificium expiatiuum,siue Sacrificiũ & Hostia pro peccato, eo quod expiet & mũdet peccata & satisfaciat pro pœnis peccatorũ Vnde Apostolus, Si. n. sanguis hircorum aut uitulorum inquinatos sanctificat ad emundationem carnis,quanto magis sanguis Christi, qui se ipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiã nostram ab operibus mortuis? & Col. 2. Donans uobis omnia delicta,delēs quod aduersus nos erat, chyrographum decreti,& tulit ipsum de medio,affigens illud cruci. Chyrographum decreti erat obligatio pro peccatis debita siue reatus pœnæ,quam christus pro nobis portauit,& pro qua satisfecit,prout prophetauerat, Esa 53. Vere languores nostros tulit & dolores nostros ipse portauit. Si enim Christus emundauit conscientias nostras a peccatis,& satisfecit pro eis,& in hoc Altaris sacramēto offeratur Deo patri, cõsequens est quod hoc sacramentum quod ipsum continet,& eum tãquam in cruce representat, expiet conscientias nostras, & emundet siue liberet a maculis & pœnis peccatorum & sic dicitur Sacrificium expiatiuum. Sicut. n. panis habet ex se uirtutē nutriendi,& Reubarbarum detrahendi choleram, & si panis Reubarbaro misceatur,utranq; habet uirtutem, sic Christus,qui est verus panis, nutrit, inquantum est

Holocaustũ quid.

Holocaustum est sacrificium recõciliatiuum.

Heb. 9.

B sacramētum,inquantũ uero mixtus Reubarbaro & amaritudinis passionis, per quã
163 dolores nostros ipse tulit, expiat peccata & pœnas peccatorum & sic Christus est nutrimentum,& medicamentum,ac holocaustum ad sanandas infirmitates,& purgandas iniquitates. ¶ Et quia hæretici instant nullibi in sacris literis esse expressum hoc sacramentũ esse sacrificium, neq; ut offerat in expiationē, in qua non se obtulit Deo patri, sed solum se dedit in cibum, ideo ex sacris literis ostendendum est huiusmodi sacramentum esse sacrificium & expiatiuum,& ad hoc a Christo institutum. Ad cuius euidentiam supponendum est quod dicit Apost. Omnia in figurã contingebant illis. Ex quo fundamento in epistola ad Hebr. 7 aperte ostendit sacerdotium antique legis siue Aaronicum (quod erat tēporaneum) figurare sacerdotium Christi,quod futurum erat æternum, prout Dauid prædixerat dicēs, Iurauit Dominus, et nõ pœnitebit eum, Tu es sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedech, Sicut igitur adueniente lumine, fugatur & euanescit umbra, ita aduenięte nouo Christi sacerdotio, secundum ordinē,& formam Melchisedech, euanuit sacerdotium Leuiticum & Aaronicum,& translatum est in nouum sacerdotium Christi siue euãgelicum, quod est multo perfectius Leuitico, sicut lux est perfectior umbra, Et quemadmodum Heb 7. dicitur correspōdenter se habent sacerdotium & lex. unde Apost. dicit, Translato sacerdotio necesse est ut legis trans'atio fiat, Ita correspondenter se habent sacerdotium,& sacrificium,quia (ut idem Apost. dicit) Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deũ, ut of *Heb. 5.*

Eucharistiã esse sacrificium probatur.

1 Cor. 10.

ferat

offerat dona & sacrificia pro peccatis. Ergo eadem ratione ad sacerdotem euangeli cum pertinet offerre sacrificium, quod non licet offerre plebi, sicut & in antiquo testamento. Et quum sacerdotium Euangelicum sit secundum ordinem & formam Melchisedech, & perfectius illo, Melchisedech autem obtulit panem & uinum, ergo ad sacerdotem euangelicum pertinet offerre sacrificium sub specie panis & uini, siue panem & uinum de cœlo uerum, prout Christus fecit in cœna, & faciendum iussit, dicens, Hoc facite in meam commemorationem. Hãc translationem & sacrificii speciem bene prædixit Malachias ex parte domini pronuncias, Nõ est (inquit) mihi uoluntas in uobis dicit, dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu uestra, ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco sacrificatur mihi, & offertur nomini meo oblatio munda. Propter certitudinem prophetiæ loquitur Malachias in præsenti pro futuro, sicut Dauid propter eandem causam loquitur in præterito pro futuro, dicens, Foderunt manus meas, & pedes meos, &c. Sed quomodo dominus per Malachiam hæc dicebat, Nonne ipse instituerat sacerdotium Leuiticum? Nonne præceperat offerri oblationes & sacrificia? Nunquid promisit se suscepturum de manibus eorum? Leuit. 4. Si peccauerit omnis turba filiorum Israel, oblata pro peccato eius constituta hostia, seruatis certis solennitatibus rogante pro eo sacerdote, propitius erit dominus & benedictionem suam ad sacerdotalem subsecuturam promisit, Num 6. Sic benedicetis filiis Israel, Benedicat tibi Deus, & custodiat te, & ostendat dominus faciem suam tibi, & misereatur tui, conuertat dominus uultum suum ad te, & det tibi pacem. Inuocabuntque nomen domini super filios Israel, & ego benedicam eis. Quomodo ergo per Malachiam dominus ait, Non est uoluntas mea in uobis, & munus non suscipiam de manu uestra, Profecto nil aliud intendit, nisi quod aboleretur illud uetus sacrificium, secundum ordinem Aaronicum, succedente illo nouo, secundum ordinem Melchisedech. Ideo inquit, Non est mihi uoluntas, scilicet perpetua, in uobis. Et rationem assignat, quia non tantum in hoc populo Israel, sed etiam in omnibus Gentibus uolo sacrificari nomini meo, & offerri oblationem mundam. Non potest intelligi de sacrificio contritionis aut laudis diuinæ, duplici ratione, Prima, quia illa erant communia omnibus sacerdotibus & non sacerdotibus, & erant etiam in antiquo testamento. Præterea quia (ut dicitur Esa. 64.) Facti sumus omnes immundi & iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ. Oblatio ergo una munda succedens loco omnium illarum ueterum, quam inter gentes in omni loco orbis sacrificandam & offerendam prædixit dominus, non est alia quam Christus ipse, qui (ut D. Petrus ait) peccatum non fecit, qui (ut dictum est) dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo in ara crucis, qui etiam hoc sacramentum non solum in recordationem cœnæ, sed etiam passionis & oblationis suę ab initio conceptionis suæ uoluntarie acceptatæ, & postmodum in ara crucis realiter exhibitæ in sacrificium & oblationem, & expiationem peccatorum instituit, & offerendam præcepit, ut manifeste ex Euangelio & traditionibus Apostolum et omnium sanctorum patrum habetur. Primo ex D. Luc. 22. habemus, quod Christus hanc oblationem per agnum Paschalẽ figuratam, uocat Pasch. dicens. Desiderio desideraui hoc Pascha manducare uobiscum, antequam patiar, hoc, inquit, Pascha, non illud uetus in quo nihil dignum erat tanto Christi desiderio, quemadmodum Tertulianus aduersus Marchionem, hoc ipsum in hoc passu diligenter annotauit, Nam ante sæpius idipsum cum eisdem discipulis non solum semel, sed iterum atque iterum manducauerat, de eo minime ipsum locutum fuisse plane indubitatum, sed hoc Pascha nouum, hoc (inquam) & uerum, in quo in ueritate terminatæ sunt umbræ antiqui testamenti. Agnus ille typicus habet rationem hostiæ, immolabatur ante ab uniuersa multitudine filiorum Israel, & deinde edebatur, ut habetur Exod. 12. Cum ergo Christus contentus sit in hoc sacramento, in cuius forma immolatio exprimitur, sequitur quod ipsum Sacramentum, Hostia, & Sacrificium dicatur. ¶ Præterea alia uerba consecrationis habent (ut dicunt Euangelistæ) quod Christus accepit panem, & gratias agens benedixit,

Marginalia: Genes. 4. — Malach. 1. — Psal. 21. — C 163 — D 163 — *Eucharistia sacramentũ in recordatione passionis institutum.*

nedixit, & in verbis consecrationis passionē suā tam in consecratione panis quam vi
B ni expressit, deinde subiunxit, *Hoc* pronomen (hoc) cū nō restringatur, demonstrat
164 omnia præcedētia, & hoc verbū (facere) importat plus quàm recordari, unde facere est cōsecrare & immolare, siue immolationē mortē offerre, quia Christus dicit, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc est immolabitur. Et sic, hoc facite in memoriā passionis, & effusionis, ac immolationis meæ, cōsecratæ, & immolatæ in remissionē, hoc est in expiationē peccatorū. Hunc intellectū verborū satis ex litera manifestū, Catholica ecclesia toto orbe terrarū diffusa prolata illa mystica consecrationis verba intelligit. Ideo subiunxit, unde, & memores domine nos serui, sed, & plebes sancta eiusdē Christi filii tui domini dei nostri, tā beatę passionis, &c. Offerimus præclare maiestati tuæ, de tuis donis ac datis, hostiam puram, &c. Hic nempe apparet quō ecclesia intelligat quod sibi a domino præceptum est Hoc facite in meam cōmemorationem, & declarat, ut uidelicet diuinæ maiestati offerat illam hostiam mūdam, & sanctam quam Christus obtulit, & suo exemplo instituisse monstrauit. Hoc modo Apostoli, & orthodoxi omnes usq; ad nos maximo consensu (ut eorum monumenta probant) intellexerunt quare ad memoriam reuocandum & tenendum est fidele illud & plane Christianum Origenis consilium, quod in quadam homelia super Mat. 24. his verbis inculcat, Quoties, inquit, aduersus ea quæ obseruat vniuersa Christi ecclesia, quibus omnis orbis Christianus consentit & credit, canonicas scripturas aliqui proferunt, videntur dicere, Ecce in domibus est verbum veritatis, sed nos illi credere non debemus neq; exire a paterna & ecclesiastica traditione, nec aliter credere, nisi quemadmodum ecclesiæ tradiderunt nobis. Christus. n. præmonuit, Surgent pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa, & prodigia, ita, vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. Ecce prædixi uobis. Si dixerint esse in deserto est, nolite exire. Ecce in penetralibus, nolite credere. Et Apostolus, Miror quòd sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud euāgelium, quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere euangeliū Christi Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelicet nobis aliter, quàm euangelizauimus, Anathema sit. Et nunc iterum dico uobis. Si quis uobis euāgelizauerit præterquā quod accepistis. Anathema sit. Cū igitur tot patres & uniuersale cōsiliū Ephesinū affirment nos offerre quotidie illam mundam & uiuificatricem ho-

Notandū et fidele dictū. Math. 24.

Gal. 1.

F stiam preciosi corporis & sanguinis redemptoris omnium, & incruentam celebrare
164 in ecclesiis sacrificii veritatem, qui aduersus omnes inducit Apostolum & alias scripturas, quid aliud dicit, quàm sibi soli illuxisse verā sacrę scripturæ intelligentiā, quā nemo illorum sit assecutus? Quod ipsum quis sanę mentis ferre poterit? Et iam prius quàm è propinquo discutiatur ea de qua agitur sententia, quis non statim explodet, exibilabit, execrabitur ut hostem catholicæ, ecclesiæ ut pertinacem hæreticū? Origenes tractans illud Apostoli ad Titum, Hæreticum hominem, &c. (ut legere est in epist. D. Pamphili martyris) sic hęreticū definit, *Hæreticus*, inquit, nobis habendus est omnis qui Christo se credere profitetur, & aliud de ueritate fidei Christianæ credit, quam habeat definitio traditionis ecclesiæ. Stat ergo firmum fidei & ecclesiæ fulcrum fundamentum, Missam & eucharistiam esse sacrificium.

Quis habēdus sit hæreticus

¶ Nunc ad hæreticorum friuolas obiectiones diluendas accedamus. Opponunt in primis, tanquā fortissimū & insolubile argumētum, id quod Apostolus dicit Heb. 9. Christus introiuit semel in sancta æterna redēptione inuenta, non ut deinceps appareat vultui dei pro nobis, neq; ut sæpe offerat semetipsum, quēadmodū pontifex per singulos annos in sanguine alieno, alio qui oportebat eum frequenter pati ab origine mundi Nunc aūt semel in consummatione seculorum, ad destructionem peccati per hostiam suam apparuit, & Heb. 10. Hic autem unam pro peccatis offerens hostiam, consummauit in æternū sanctificatos. Si expiauit, ergo nunc non expiat Pro huiusmodi explicatione supponendum est primo, quòd quanuis meritum passionis fuerit sufficiens ad expiandum omnia peccata totius mundi, non tamen efficaciter expiauit. Vnde Christus non dixit, Qui pro omnibus effundetur in remissionem peccatorum,

Solutiones obiectionum.

rum, sed solum dixit, pro uobis, & multis, quibus applicabitur. Applicatur autem so- A
lum per sacramenta aut fidem, cum uoto huius sacramenti proprio uel Ecclesiæ, ut 164
dictum est, nec est alius modus expiandi. Secundo supponendum est, quòd Apostolus in præfatis duobus capitulis ostendit dignitatem & potestatem sacrificii Christi super sacrificia sacerdotis Leuitici generis, quia illa sacrificia non purgabant nec expiabant peccata futura siue recidiuationes peccatorum. Si enim aliquis post sacrificium pro peccato præterito oblatum iterum peccasset, requirebatur aliud sacrificiũ, & alia sanguinis effusio, Christi autem sacrificium in die parasceues oblatum, sufficiens est ad delenda omnia peccata, etiam futura, & recidiuationes peccatorum. Neque requiritur noua sanguinis effusio, sed requiritur noua eiusdem sacrificii applicatio, quia per peccatum sequens amisit effectum primæ applicationis, & expers factus est meriti passionis Christi, eoq; priuatus est sed per nouam applicationem eiusdem sacrificii, quę fit in missa, per hoc sacramentum efficitur iterum particeps, & purgatur a peccatis, & expiantur pœnæ, & sic non est aliud sacrificium, sed idem cum illo quod fuit oblatum in ara crucis, cum sit idem Christus, qui erat in ara crucis, & qui est in hoc sacramento siue sacrificio, hoc dempto, quia tunc erat cruentum, nunc autem est incruentum. Sic soluunt & intelligunt sancti doctores, signanter D. Ambr. in epistola ad Hebreos, & habetur in c. in Christo de consec. dist. 2. vbi ait, Semel oblata est hostia, ad sempiternam salutem potens. Quid ergo nos? Nonne per singulos dies offerimus? verum sed ad recordationem mortis eius. Et vna eademq; est hostia, & nō multæ vt i veteri lege. Deinde respondet tacitæ quæstioni, Quomodo est B
vna, & non multæ? Quia semel oblatus est Christus; hoc autem sacrificium exem- 164
plum est illius idipsum, & semper idipsum. Idem D. Aug in lib. Senten. Prosperi, & habetur in c. semel, in 2. eadem dist. Semel oblatus est Christus in semetipso, & quotidie immolatur in sacramento, hoc est eius immolatio præsentatur, & in c. iteraĕ, eadem dist. dicitur, Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus semel passus sit in carne, sed quia quotidie labimur, quotidie Christus pro nobis immolatur, hoc est eius immolatio Deo offertur, & passio eius in ministerio traditur, ut qui semel moriendo mortem uicerat, quotidie recidiua delictorum per hęc sacramenta corporis & sanguinis expurget. Gregorius etiam Nazianzenus in epist ad Episcopos, quæ habet in symbolo Ephesino, & recitatur in c. necessariæ, eadem dist. ait, Eadem est hostia, quã offert sacerdos, & quæ in ara crucis, Sed illa cruenta, quia Christus ibi mortuus est, Hæc vero incruenta, quia idem Christus immortalis in memoriam illius oblationis offertur a nobis. Et non seipsum offert, sed apparet vultui dei pro nobis. Et sic eius propitiatio nobis applicatur, & sic nō rursus recrucifig mus filium dei, ut hæretici impingunt, sed meritum crucifixionis, & passionis eius recolimus & offerimus.

Idē sacrificiũ in missa et in ara crucis.

Recidiua peccatorum per sacrificiũ missæ expiantur. Christus nunc nō se ipsum offert sed offertur 3. p. q. 83 art. 1.

¶Ex præmissis patet quòd celebratio huius sacramenti duplici ratione dicitur immolatio. Primo quidem, quia (sicut dicit D. Aug ad Simplicium) solent imagines earum rerum nominibus nuncupari, quarum imagines sunt sicut quum intuemur tabulam aut parietem, dicimus, Ille Cicero est, Ille Salustius. Sed celebratio huius sacramenti est imago repræsentatiua passionis eius, quæ est vera immolatio Ideo dicitur immolatio, ut supra dictum est ex D. Ambr. & secundum hunc modum potest dici, quòd in antiquo Testamento Christus ĩmolabatur, hoc est in figuris & ĩmolationibus eius passio futura repræsentabatur. Vnde Apoc. 13. dicitur, quod Agnus occisus est ab origine mundi, quia animalia quæ non peccauerant, pro peccatis hominum immolabantur & occidebantur, sanguisq; eorum, & illorum occisio erat imago siue figura aut repræsentatio Christi qui peccatum non fecit occidendi pro peccatis nostris. Secundo dicitur immolatio, quantum ad effectum passionis Christi, quia, scilicet per hoc sacramentum participes efficimur fructus dominicæ passionis. Vnde in quadam oratione dominicali secreta dicitur, Quotiens huius hostiæ commemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur, & hic modus proprius est huic sacramento, & non figuris antiqui Testamenti.

Cur missa dicatur immolatio.

C MISSAE ſacrificium prodeſt non ſolum ſumenti,ſed omnibus quibus appli-
164 catur,& pro quibus offertur,ſi ſint diſpoſiti. Et in hoc ſacramentum euchariſtiæ ex
cedit alia ſacramenta,quæ ſolum proſunt ſuſcipientibus,ideo nō ſunt ſacrificia pro-
prie dicta. Sed euchariſtia eſt ſacramentum,& ſacrificium,inquantum eſt ſacrame-
tum,prodeſt ſolis ſumentibus, inquantum vero eſt ſacrificium,prodeſt aliis, ſi ſint
diſpoſiti,hoc eſt qui ſunt in gratia,quo ad præmium accidentale, ſecundum propor
tionem gratiæ quam habent,quo ad augmentum gratiæ de congruo, ac etiam quo
ad acquiſitionem attritis,Quoad expiationem uero pœnæ,ſolis uiatoribus in gratia Animæ
exiſtentibus , & ſecundum affectum & diſpoſitionem eorum . Et quia animę quæ purgatorij
ſunt in purgatorio , ſunt diſpoſitæ, quum ſint in gratia . & viatrices,non enim ſunt ſuffraga-
in termino,conſequens eſt vt hoc ſacrificium poſſit illis,quo ad præmium acciden- tur Miſſæ
tale,ſ.gaudium de oblatione,& quo ad expiationem pœnarum,ſecundum deuotio- ſacrificiū.
nē offerentis in gratia exiſtentis. Vnde Dauid. Pſal. 22. quem edidit de fructibus hu
ius ſacramenti,dicit,Et miſericordia tua ſubſequetur me,ſcilicet poſt mortē,& hoc
in pœnarum expiationem. Figura habetur Dan. vlt. vt amplius declarabitur circa fi
nem. Ratione autē ſic probari poteſt,Suppoſito fundamēto quod habetur. 1. Cor.
10. quòd omnes vnum corpus ſumus in Chriſto,alter alterius membra.ſ.in auxiliū uer. 18.
ut in eadem epiſtola c. 12. dicit,Si quid patitur vnum membrum compatiuntur alia
membra Compaſſio autem ſubleuamen importat,& communicationem in neceſſi-
tatibus,vnde Ro. 12. Neceſſitatibus ſanctorum communicantes. His ſuppoſitis, ſic
poteſt probari,Sicut ſe habet membrum corporis naturalis ad aliud membrū eidē
corpori vnitum in neceſſitate exiſtens ſic membrum myſticum , hoc eſt fidelis ad
fidelem,quando eſt in neceſſitate, cum ſint membra eidem corpori vnita per chari
tatem. Sed membrū corporale compatitur alter,& poteſt ipſum iuuare, imo de fa-
cto iuuat, Igitur,&c. Potiſſimum autem ſubleuationis pœnarum remedium eſt paſ
ſio Chriſti,quæ per hoc ſacrificium applicatur,& ſancti Apoſtoli applicauerunt, vt
dicit D. Diony ubi officium ſepulturæ tempore Apoſtolorum deſcribens,inquit,ue
nerādus antiſtes precem ſacram(hoc eſt miſſæ ſacrificium)peragit precaturque il 7. c. Eccle.
la oratio diuinam clementiam,vt Deus defuncto cūcta dimittat peccata,hoc eſt pœ Hierar.
nas peccatorum,quæ pro fragilitate ſunt admiſſa. Et D. Chryſ. in homilia 69. ad po Mos ſepeli
pulum Antiochenum,dicit,Non temere ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt,ut in tre endi tempo
mendis myſteriis defunctorum agatur commemoratio. Sciebant enim illis multū , re.
contingere lucri & vtilitatis. Et Dama. in quodam ſermone de ſuffragiis Mortuorū
dicit,Myſteriorum conſcii diſcipuli Saluatoris,& ſancti Apoſtoli in tremendis uiui
ficis myſteriis memoriam fieri eorum qui fideliter dormierant,ſanxerunt. Ex præ-
miſſis patet quam falſe & impudenter dicant hęretici , quod Græcus canon hanc Apoſtolorū
commemorationem non habet. Quia manifeſtum eſt D. Diony. & Chryſoſt. fuiſſe Canon græ
Græcos,qui de Canone huiuſmodi faciunt mentionem,licet Græci commemora- corum com
tionem defunctorum alio ordine habeant, quia præponunt eam, dicunt enim , Et memoratio
omnium ſanctorū,quorum ſupplicationibus reſpice nos deus,& memēto omnium nem habet
qui dormierunt in ſpe reſurrectionis & uitæ æternæ,& requieſcere eos facito , vbi fidelium.
videtur lumen uultus tui Adhuc te domine inuocamus,memento omnis epiſcopa-
tus orthodoxorum,&c. & ſubditur. Etiam offerimus tibi hoc rationale obſequium
pro orbe terrarum, & ſancta Eccleſia catholica · Latini etiam omnes hæc aſſerue-
runt Inter quos D. Aug. in li de cura agenda pro mortuis dicit, Non eſt parua vni
uerſæ Eccleſiæ,quæ in hac conſuetudine claret , authoritas,ut in precibus ſacerdo-
tis quæ domino ad altare funduntur,locum habeat commemoratio defunctorū &
D. Grego. Animæ defunctorum quatuor ſoluuntur modis , Oblationibus ſacerdo- In 4. Dia.
tum,&c. & in concilio Cabilonen ut recitatur in c. viſum,de conſecra. diſt. 1. dici-
tur,Viſum eſt præterea nobis,ut in omnibus miſſarum ſolēnis pro ſpiritibus defun
ctorum domino deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur,in qua non pro uiuenti
bus & quibuſcunque neceſſitatibus deprecetur , ita nimirum nulla dies excipi de-
bet,

bet, quin pro animabus fidelium p. eces communo in missarum solenniis fundatur.

Pro defunctis celebrare unde sit ipsius originem. ¶ Ex praemissis appares quod offerre sacrificiū missae pro defunctis non processisse ex inventituris sacerdotum, ut mentiuntur haeretici, sed ex Apostolorum & sancto rum patrum vniuersalisq; Ecclesiae traditionibus. ¶ Notandum tamen quòd quanuis ad solos sacerdotes pertineat missam in persona ecclesiae celebrare, hoc est sacramentum corporis & sanguinis Christi consecrare, & mysterium passionis Christi sub illis speciebus solenniter repraesentare & offerre, sic quòd si non sacerdotes attentarent, nihil efficerent. Possunt tamē omnes Christiani, etiam laici & mulieres; sacrificium hoc a sacerdote consecratum, spiritualiter offerre Deo patri, in memoriam & recordationem passionis Christi & deprecari ut illam passionem per hoc sacrificium repraesentatam, dignetur applicare sibi, uel suis, ac etiam aliis extraneis, hoc enim habetur in canone missae In quo post primum memēto dicitur, & omniū circunstantium, quorum tibi fides cognita est & nota deuotio, pro quibus tibi offerimus, uel qui tibi offerunt pro se suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis & incolumitatis tuae. Et propter huiusmodi oblationem D. Petrus uocat omnes Christianos, Sacerdotes, dicens, vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta. & Apoc. 1. Fecit nos regnum & sacerdotes, &c. sed de his amplius cum de ministro huius sacramenti agetur.

Notabile dictum.

1. Pet. 2.

Ver. 13. *De modo quo hoc Sacrificium operatur effectum.*

ET quia haeretici circa hoc sacrificium multa falsa imponunt doctoribus theologicis, quae & improbant, & suggillant, praesertim quòd dicunt Missae sacrificium facere remissionem peccatorum ex opere operato, uocantq; hanc persuasionem Pharisaicam & Ethnicam, quam nemo probare debet. Ideo eis respondendum est, In primis quo ad hoc quòd dicunt hanc uocem (ex opere operato) non haberi in sacris, neque fuisse ab antiquis doctoribus usitatā, sed in scholis theologicis nuper natam, ad circunuolutionem ueritatis, Dicendum quòd haeretici hoc complexum (ex opere operato) aliter accipiunt, quàm theologi intelligant. Ideo rident & calumniātur, Putant enim theologos intelligere per opus operatum ipsam applicationem sacramentorum, siue sacrificandi actum, quod nemo doctorum theologorum, unquā cogitauit, imò illam applicationem siue sacrificandi actum uocant. opus operātis. Opus autem operatum intelligunt ipsum opus aut rē ipsam in se, & ualere aliquid ex opere operato dicitur, quum ex re ipsa applicata aliquis effectus utilis sequitur, & non solum ex opere operantis, hoc est propter sanctitatem aut eius quis applicat uel recipit, aut utitur, quemadmodum panis habet ex se, siue ex natura sua, efficaciā nutriendi, Reubarbarum siue Scammea habet ex se siue in se uim detrahēdi choleram, ex ipso (ut sic dicam) opere operato, hoc est ex re ipsa, & non tantum ex imaginatione, uel affectu, aut fiducia sumentium, aut applicantis, quàuis imaginatio et affectus uel adiuuet uel impediat rei in se energiam & operandi efficaciam. Ita sacramenta instituta sunt a Christo, ut essent alicuius diuinae gratiae in nobis signa et instrumenta, habentia in se efficaciam ad assequendum ea, ad quę sunt a deo instituta, non ponentibus obicem siue impedimentum. Ipsa igitur habent efficaciam, non tantum ab operante, hoc est ob deuotionem aut bonum motum uoluntatis conferentium aut suscipientium, ut euidens est in baptismo patuulorum a peccatore administratum, qui efficaciam habet regenerandi non a conferente, cum sit malus, nec a paruulo, cum nullum actum habeat, sed in se ex diuina institutione. Sic panis unus, quem dedit deus pater de coelo uerum, qui est caro Christi, pro mundi uita, habet ex se, ut est sacramentum, nutrire, & ut habet Reubarbarum, hoc est amaritudinem passionis illatae, siue ut sacrificium repraesentans passionem, habet expiare peccata, & satisfacere pro poenis peccatorum. Et haeretici non uerentur dicere nil ualere ex opere operato. In quo euidenter blasphemant, nam Christus dixit. Qui manducat me, & ipse uiuet propter me. Nec habet hoc ex fiducia, ut ipsi uolūt, quanuis fides & fiducia siue spes debeāt adesse, ut digne sumatur. Non tamen fidei aut fiducię, sed huius uiui & uiuifici panis est ea uitae energia & effi-

F 164

Opus operatū quid.

Ioan. 6.

efficacia. Nec dicunt theologi (ut hæretici falsè imponunt) Christi passionem solū ad peccatum originale expiandum exhibitam, sed etiam ad omnia peccata actualia, & pœnas peccatorum, imò & omnia sacramenta ex passione Christi efficaciam habent. Sed hoc sacramentum iteratur (ut dictum est) propter nouam applicationem, propter peccata deinceps commissa, & deletionem reatus, ac augmentum gratiæ.

Ver. 14 — *De missis priuatis.*

Missæ priuatæ utiles & frequentandæ.

CVM Missa (prout dictum est) fit corporis & sanguinis Christi consecratio, & oblatio in remissionem peccatorum, & in spem salutis & incoluminatis æternæ,
A 165 sequitur quod est bona & utilis, siue sit publica, siue priuata, siue corā multis, siue corā paucis dicta, nō solū diebus dominicis, & ab uno, sed etiā omnibus diebus ferialibus, & ab omnibus sacerdotibus, alias bene dispositis, & ideo est frequentanda. Hoc enim a tēpore Apostolorum sancti patres, & uniuersa Ecclesia seruauerunt ut habetur in c. semel, & c. iteratur, & c. & si nō frequentius, de consecr. dist. 2. Et D. Ambr. Si quotiescunq; effunditur sanguis Christi (hoc est eius effusio repræsentatur) in remissionem peccatorum funditur, debeo merito semper accipere, quia semper pecco, debeo semper medicinā accipere, qui semper infirmor. Si liceat vni sacerdoti, quare non licebit alteri pro se ac pro aliis, offerre, quum orationem cōem docuerit Christus? Si missa bona est, sequō per iterationem deterior efficitur? An ideo perdicum, & phasianorum deterior fit cibus, quia in mensis nobiliū duntaxat frequentior est? Vnde D. Hier. ad Vigilātium, epist. 10. parte. 1. dicit, Quod semel fecisse bonum est, et laudabile, si frequenter fiat, seruatis. s. omnibus debitis circunstantiis, quomodo potest esse malum? aut si aliqua culpa vitanda est, non ex eo quod sæpe, sed quod fit culpabile. Est n. in missa peccatorum confessio, quia etiam iustus ab initio accusator est sui Prouer. 18. Diuina subnectitur laus, fiunt orationes pro populo, Euangelica eruditio fidei auditur cōfessio, est in præsentia corporis Christi Dei fruitio, & archanorum cordis coram Deo patefactio, supplex diuini auxilii imploratio, sunt & cæremoniæ, homines ad deuotionem prouocantes, & in gratiarum actione finem accipit missa. Quid horū reprehensione dignum est, si frequenter fiat? Septies in die laudē dixi tibi, ait regius Psaltes, Quid si pluries, ut D. Bartholomæus, qui cēties per diē & centies per noctem flectebat genua ad orandum? & isti indeuoti hæretici coartare uolunt populum, ut semel singulis hebdomadibus laudes offerant Deo. Nec obstat quod allegant, Christus semel passus est, ergo semel duntaxat offerri debet. Nō ualet consequentia, Quia hoc sacramentum incruentū est, nec realiter iteratur passio, sed eadem pluries ad memoriam reducitur, & pluries Deo præsentatur, quia semel oblata non operatur secundum suam infinitam virtutem, sed secundum deuotionē offerentis, uel eorū pro quibus offerē, tā quo ad deletionē culpæ & reatus pœnæ, quam quo ad collationem gratiæ, quæ semper in hac via augeri pōt, ut dictū est.

Quid in missa agatur.

Psal. 118.

Semel in die uni sacerdoti sufficit missam celebrare. Quando pluries in die uni sacerdoti licitum est.

B 15 ¶ Sufficit tamen vni sacerdoti semel in die celebrare. Non enim modica res est vnam missam facere, & ualde fœlix est, qui unam in die celebrare potest. Dominus Innocen. in c. proposuisti, extra de celebra. missa. excepit duos casus. Primus est propter solennitatem diei. Natiuitatis domini, in quo licitum & non præceptum, tres missas dicere, ad repræsentandum triplicem Christi natiuitatē, Prima natiuitas, est æterna a patre, secunda corporalis a Diua Virgine, tertia spiritualis in cordibus fidelium, uel ad repræsentādū triplicem statū. s. legis naturæ, Moysi, & gratiæ. Secundus casus est necessitas, Si moriatur aliquis dicta a curato missa de die, & non sit alius presbyter, uel si celebrata missa petatur infirmorum communio, & nil reseruatum est in pixide, aut aliquid huiusmodi, uel sint diuersæ annexæ in eadem cura, solent episcopi dispensare cum ieiuniis, quanuis glo. dicat non esse specialiter prohibitum plures missas celebrare, vnam de die, & unam pro mortuis, quia licet canon dicat, sufficit, non tamen prohibet, ritus tamen ecclesiæ aliter se habet. Ideo nisi in prædictis casibus non licet, & per consequens extra illos casus pluries celebrans peccat. Et idē dicēdū est de eo qui in die parasceues missam priuatā celebraret, quia cōtra ritū uniuersalis ecclesiæ faceret, quāuis plures audire, & pluries spūaliter offerre nō

sit

sit illicitum, imò ualde utile & meritorium. Propter indeuotionem tamen supersedendum est sacerdoti. Vnde D. Aug. & habetur in c. quotidie, de consecr. dist. 2. Quotidie celebrare nec laudo nec uitupero, singulis tamen diebus dominicis communicandum hortor. Si autem deuotio adsit, laudat Apostoli enim erant perseuerantes in communicatione & fractionis panis.

Missa priuatæ de quo sunt celebrādæ.

¶ Debent autem missę priuatæ celebrari de die, nisi propter specialem deuotionē ut in c. quidem laicorum, extra de celeb. mis. vbi non præcipitur, sed solum sancitur: Ideo nō est de necessitate, sed de honestate, quod celebretur uel audiatur missa peculiaris de die, etiā in die festo, nisi propter scandalū, & in magnis solennitatibus. Nec C
obstat illa maxima falsa & hæretica, qua improbantes missæ sacrificium, & priuatas 193
siue peculiares missas, tanquam summam euangelii ueritatem, & principium firmissimum, & receptissimum fundamentum supponunt, dicentes esse idololatriam, quicquid fit diuini cultus gratia sine expresso verbo Dei, qui sic se coli præcepit, aut hoc ipsum instituit. Nam ultra ea quæ superius hoc. § uer. 8. allegata sunt cōtra hoc fundamentum, D. Paulus. 2. Thessalo. 2. monet nos tenere quod accepimus a patribus, dum ait: Tenete traditiones quas didicistis, siue per epistolam scriptam, siue per sermonem non scriptum. & Gal. 1. dicit habētes esse sub Anathemate eos qui audent dicere contra id quod accepimus: Non possumus ex scripturis proferre uerbum, quo constet Deum instituisse aut præcepisse Abelli, ut sacrificium offerret de primogenitis, Si Abel ergo nō idololatrauit, quū ad eum & eius munera aspexerit Dominus licet, non haberet scriptum uerbum, quo pręciperetur sic fieri, Si Noe aut Abraham & Iacob non male egerint, diuersa offerendo sacrificia absq; aliquo verbo scripto, eo quod dominus interius inspirauit, Quomodo non uerentur hi in idololatriam conuertere ea quæ spiritu sancto inspirante ab Apostoli in gratia cōfirmatis, D
& tātis patribus, cum consensu totius Ecclesię, quæ errare non potest, edocta sunt? 194

Vnus solus cōmunionē licite accipere potest.

¶ Et licet Christus plures conuiuas in cœna habuerit quibus corpus suum cōicauit, non pręcepit tamen, ut quum hoc ageretur, tantum numerum haberent s. quū dixit, Hoc facite, sed quod in suam commemorationem agerent, quotiescunq; hoc facerent. Quod si repente feruore aliorum aliquis in charitate Dei, illius uiuifici panis super substantialis quotidianam refectionem desiderat, debet ne fraudari illo sancto desiderio, & illius panis alimonia, nisi socium illius deuotionis inueniat? Si unus ægrotus requirat, dabitur illi quare sacerdos spiritualiter ægrotus, pro se medicinam non accipiet? Ecclesiæ ergo Catholicæ determinationi & ritui magis standum est, quam hæreticorum temeritati.

Ver. 15. *De ualore Missa.*

Valor missæ penes quid attēditur.

VALOR missæ (ut ad propositum sufficit attendi, & considerari potest dupliciter, Primo ex parte sacramenti siue sacrificii contenti in sacramento, Secundo B
ex parte sacerdotis offerentis. Si consideretur ex parte sacrificii siue Christi obla- 195
ti in sacramento, cum ipse Christus sit infinitus, sequitur quod ualor eius infinitus, quia tamen hoc sacrificium non operatur nisi per applicationem, & applicatio non possit esse infinita, cum infinitas creaturæ repugnet sequitur quod non operatur infinitè. Eam ob rem D. Thomas dicit quòd quamuis uirtus Christi qui continetur in sacramento Eucharistiæ, sit infinita, est tamen determinatus eius effectus, ad quem illud sacramentum ordinatur, Ideo non oportet quod per unum altaris sacrificium tota pœna eorum qui sunt in purgatorio, expietur. Vnde quandoque plures missæ in satisfactionem unius peccati iniunguntur. Secundo consideratur, ualor siue effectus missæ ex parte offerentis. Et ita si offerens sit in gratia, ualet ad tria, primo ad meritum essentiale, quod est solius offerentis, qui offerendo meretur, nec potest huiusmodi meritum communicares. Et secundum hoc effectus proportionatur gratiæ. Secundo ad meritum accidentale, quod est gaudium de illo actu sacrificandi, & hic effectus cōicatur omnibus in gratia existentibus, secundum proportionem gratiæ quam habent, ut dictum est cum de beatitudine accidentali ageretur. Tertio ualet quantum ad satisfactionem, & quantum ad hoc proportiona-

in. 4. dist. 45. q. 2. ar. ul. q. ul. ad ultimū argumentum.

Missa utilitates.

portionatur conatui siue affectui & deuotioni offerentis, Quia quo ad satisfactionem magis attenditur affectus offerentis, quàm quantitas oblationis. Vnde Christus dixit viduam plus omnibus misisse in gazofilatium. Quanuis ergo hęc oblatio ex sua virtute sufficiat pro tota pœna illorum, pro quibus offertur, non tamen satisfacit pro tota pœna, sed secundum quantitatem deuotionis, qua sacramentum offertur. Vnde D. Tho dicit, quòd hoc sacrificium tollit pœnam, uel in toto, uel in parte, secundum mensuram pœnæ debitæ ei pro quo offertur mediate uel immediate. Quia (ut idem doctor habet) suffragia facta per malos ex imperio ecclesiæ, aut defuncti qui præcepit ea fieri, ualent illi, ita quòd deuotio imperantis facit idem quod exequentis. Quod etiam inde patet, quia si sacerdos sit malus, uel nullum habeat effectum ad eum pro quo celebrat, ut cum odit eum, aut ignorat quis sit, & nihilominus vult pro eo celebrare, ut euitet scandalum, sacrificium proderit illi, & non infinite, ergo limitatur per aliquem affectum, non sacerdotis, ergo alterius offerentis per sacerdotem uel ecclesiæ. ¶ Notandum tamen quòd meritum missæ secundum aliquos in tres partes diuiditur, quarum una attribuitur Christo, Alia vero intentioni & deuotioni ecclesiæ. Tertia attribuitur ministro. Quantitatem applicationis quā facit Christus, & deuotionis ecclesiæ ignoramus. & licet sacerdos sciret illam, non posset eam aliter applicare. Sed quantitatem expiationis siue satisfactionis, quæ ei competit ex conatu & affectu suæ deuotionis, potest alteri applicare, & dispensare, sicut pœnalitatem & satisfactionem ieiunii, & peregrinationis, ac aliorum operum pœnitentiæ, habet enim conatus deuotionis ex natura sua quandam pœnalitatem, licet propter affectum & dispositionem delectet.

Luc. 21.

Meritū missæ diuiditur in tres partes.

Ver 16. *De Missa pro pluribus dicta.*

F DIFFICVLTAS grauis est an missa priuata pro pluribus dicta, profit cui
165 libet illorum, ac si pro quolibet illorum celebraret. Quidā (vt Præpositiuus & D. Hiero.) attendentes ad infinitum valorem ex parte Christi, dicunt quòd sic. Quidam uero attendentes ad finitam applicationem, dicunt quòd nō, & huius opinionis est D. Tho. Dominus aūt Caietanus medius inter eos, ambos nitit concordare, dicens. quòd presbyter pōt considerari celebrare pro pluribus dupliciter, primo ut eius intētio primo fe at in oēs in vniuersali & æqualiter, ut si decem rogēt sacerdotem celebrare pro se, & ipse omnes decem simul cōmendet. Tunc dicit quòd non prodest unicuique, sicut si pro unoquoq; offeretur. Et ratio est, quia licet uirtus sacrificii in se sit infinita, non tamen operatur infinite, quia tunc sequeretur quòd non esset dicenda nisi una missa pro toto mundo. & quod una missa euacuaret totum purgatorium, infinito.n. non pōt fieri additio. & sic aliæ missæ essent superfluę, & ecclesia male fecisset, instituendo quòd missa pro aliquo particulari diceretur, quod consequens pro utraq; sui parte est erroneum, & a bonis operibus retractiuum, cultusq; diuini diminutiuum. Operatur ergo finite secundum proportionem deuotionis offerentis, quæ est finita & limitata, & determinatæ quantitatis. Sed omne quantū diuisum per partes quantitatiuas, diminuitur, & redditur minus, & tandem consumitur, ut experimento uidemus, Ergo deuotio sacerdotis pluribus æque primo applicata diuiditur, & per consequens unus minus accipit, quàm si tota deuotio ei applicaretur, & secundum hunc modum dicendi dicit debere intelligi D. Tho. & alios qui hanc opinionē sequuntur. Ex quo sequitur quòd sacerdos promittens seorsum pluribus celebrare pro quolibet in particulari, non satisfacit omnibus, dicendo vnam missam duntaxat, Sicut si quis cuilibet ex decem promittat quinq; duodenos, non satisfacit cuilibet, dando omnibus simul quinq; duodenos. Et ad dictum D. Hie quod habetur in c. non mediocriter, de consec. dist. 5. vbi dicitur, Cum igitur pro cunctis animab. psal mus uel missa dicitur, nihilominus quàm si pro unoquoq; illorum diceret, accipit, respōdet quòd loquitur quātū ad pręmiū accidētale, quod omnes participant, iuxta illud Psal. Particeps ego sum omnium timentium te. In Symbolo dicimus Sanctorum communionem, hoc est communicationem, uel debet intelligi dictum D. Hie. quando effectus seu intentio offerentis fertur primo in particulari sigillatim, ut amplius

Psal. 118.

plius statim dicet. Et cum dicit quòd suffragia, præcipue orationum, inniteuntur diui- A
næ liberalitati, quæ est infinita, ad quam non refert orare pro uno uel pro pluribus, 160
imò tanto videatur acceptabilior, quanto pro pluribus fit, quia ex maiori charitate uidetur procedere. Ideo Christus docuit orare in plurali & pro omnibus. Respondet quòd oratio pōt dupliciter cōsiderari, Vno modo ex parte eius qui orat s. Dei, & sic non refert pro vno vel pro multis orare, Alio modo ex parte orantis, inquantum habet pœnalitatem, & satisfacit, & sic refert, cū deuotio sit finita, & diuisa redatur, minor, Nec obstat quòd Ecclesia celebrans, pro uno defuncto, adiungit orationes pro aliis, quia est alius actus sacerdotis, in quo non præiudicatur illi, pro quo celebratur, cum pro eo speciali actu obtulerit sacrificium, nec est simile de lectione, quæ tantum, imò aliquando amplius prodest aliis assistentibus, quàm illi pro quo fit, quia suffragia (prout sunt satisfactiones) non sunt per modum actionis, ut doctrina, sed per modum passionis & pœnalitatis conatus ex natura rei, licet oratio inquātum meritoria meriti essentialis aut accidentalis, consideretur per modū actionis.

Opinio Domini Caietani. ¶ Alio modo potest considerari sacerdos celebrans pro pluribus, ut eius conatus siue affectus & applicatio fertur, primo in singulos, hoc est offert pro unoquoq; sigillatim & successiue passionem Christi, in hoc sacramento repræsentatam, primo pro se & peccatis suis, secundo pro parentibus, tertio pro eo qui dedit illi tres duodenos pro sustentatione, deinde pro alio similiter dante, & sic de aliis. Tunc cum sint plures actus oblationis respectu unius sacrificii, secundum eundem Caietanū, tantum prodest omnibus illis, sicut si pro vnoquoque solo illorum offerretur, quia tota deuotio sacerdotis cuilibet applicatur, successiue tamen. Ex quo videtur sequi quòd si sacerdos promisit sigillatim & in particulari tribus aut pluribus celebrare vnam missam, & a quolibet recipit stipendium pro sustentatione, celebrando vnā, offerendo sigillatim & distinctè & successiuè pro quolibet, satisfacit omnibus illis, facit enim quod promisit, & nil deperit primo si pro aliis deinde & successiue offerat, & sic dicit intelligi dictum D. Hier. supra allegatum. quia uel petens ab eo missam intendebat ut solum offerret pro se, & non pro aliis, tunc eius intētio esset obliqua & contra charitatem, & saperet speciem simoniæ, & pecunia sua esset in suam perditionē Et sic celebrans non debet se conformare eius intentioni, neq; ad id se obligare, magis enim sacerdos tenetur sibi, & parentibus, & celebrare pro se, & illis quam pro eo a quo accipit stipendium pro sustentatione unius diei. Nec ordo priori- B
tatis, aut posterioritatis in his oblationibus est essentialis Cum ergo nil depereat pe- 160
tenti, imò accrescat ei gaudium accidentale de aliis oblationibus, & sacerdos non teneatur se conformare intentioni inordinatè petentis, non uidetur ratio apud eum, quare non satisfaciat omnibus. Sicut qui promisit cuilibet ex decem, quinq; duodenos, si daret cuilibet sex duodenos, satisfaceret cuilibet, imò esset liberalis, &c. Si vero vnus missam petat de beata Virgine, alius de spiritu sancto, respondet quòd quantum ad sacrificium satisfacit, sed tenetur ante vel post ad orationes, & suffragia, ad quæ se obligauit. Hæc opinio habet magnam apparentiam, & faciliter soluit omnia argumenta, vno dempto, quod fit ex diminutione cultus diuini. Cum enim quilibet petens intendat, & rectè intendere possit, ut hoc sacrificium particulariter & semel in die, offeratur & passio Christi in hoc sacramento repræsentetur, & sic eorum intentio est, quòd pluries distinctè repræsentetur, quæ ex hoc apparet, quòd si scirent sacerdotem ab alio accepisse stipendium, & promisisse alteri pro eo celebrare, alium sacerdotem quærerent. ¶ Cum ergo hæc opinio sit cultus diuini diminutiua, & præbeat materiam cupiditatis, non uidetur in foro conscientiæ tuta. Si autem ille qui petit, & dat, scit de aliis qui petierunt & dederunt, tunc cùm uolenti non fiat iniuria, censetur contentari quòd in uno sacrificio eius cōmemoratio fiat. & sic satisfacit.

Opinio tutior.

Cautio sacerdotes. ¶ Non tamen excusantur sacerdotes a peccato, nec a restitutione, qui plures missas admittentes, minori precio per pauperes sacerdotes supplent. Non enim videtur quo titulo residuum pecuniarum retinere possint.

Ver. 17.

Ver. 17. *De dignitate Sacramenti Eucharistiæ.*

EVCHARISTIAE sacramētū aliis sacramentis esse dignius apparet ex multis,primo ex contentio in hoc sacramento, quia in eo cōtinetur realiter Christus,qui cū sit Deus,est ineffabilis dignitatis,in aliis sacramentis est solū quædā uirtus instrumentalis a Christo participata. Secundo ex ordine sacramentorum, quia omnia alia sacramenta ad hoc sicut ad finem ordinātur. Tertio quia omnia fere sacramenta in Eucharistia consummantur,ut diuus Dion.dicit. Quarto ex mirabilibus,quę fiunt in huius sacramenti consecratione, Prima fit transsubstantiatio panis & uini in uerum corpus & sanguinem.Secundo quia Christus est ita magnus in paruo loco,sicut fuit in cruce,& nunc est in cœlo.Tertio, quod materia panis non annihilatur,cum aliquid eius maneat. Quarto,quia idem corpus in pluribus locis simul est,licet nō localiter. Quinto,quia manent accidētia sine subiecto.Sexto,quia accidentia habent uirtutem substantiæ,& ex eis potest fieri generatio, Septimo,quia diuisis accidentibus corpus non diuiditur,& alia innumera, quæ ex his sequūtur, & in hoc sacramento continetur. Ideo Psalm.uocat memoriale omnium mirabilium quæ fecit,dicens, Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus,escam dedit timentibus se. Octauo apparet dignitas ex effectibus,quia plures & nobiliores habet quam alia sacramenta.

3. p q. 65. ar. 3. — *3. e. eccle. Hierar.* — *Psal. 110. D. Thom. opus. 58. c. 11. & seq.*

Ver. 18. *De effectibus Sacramenti Eucharistiæ.*

CVM Eucharistia non solum sit sacramentū,sed etiam sacrificium, in effectibus quos habet ut sacrificium,excedit omnia sacramenta, quæ non sunt sacrificia, sed sacramenta tantum,& sic solum prosunt accipientibus, & non aliis, sicut Eucharistia,inquantum est sacrificium hoc est inquantum offertur Deo in memoriam,et repræsentationem passionis Christi,prodest non solum celebranti, sed etiam aliis. Effectus Eucharistię est causare,uel augere gratiam, remittere peccata. & satisfacere pro pœnis peccatorum eorum pro quibus offertur secundum mensuram deuotionis illorū.Eucharistia uero(ut est sacramētum.s.prout sumatur)habet duplicem
D effectum,vnum directe,alium ex consequenti. Directè quidem,ex vi sacramenti ha
166 bet illud ad quod est institutum.s.ad nutriendum spiritualiter per vnionē ad Christum,& eius membra,ex cuius feruore aliquis consequitur non solum remissionem culpæ,sed etiam pœnæ,nō quidem totius(sicut per sacramentū baptismi, quod est ordinatum ad remissionē culpæ,& totius pœnæ ,eo quòd per ipsum homo cōmoritur Christo)sed secundū modū suæ deuotionis & feruoris,quia Eucharistia directè ordinatur ad nutriendū,& perficiendum per Christum, quantum ad primum effectum,quem habet ex ui sacramenti,operatur,spūaliter nutriendo animam, ea quæ operatur cibus,nutriēdo corpus. Cibus enim delectat,nutrit,substentat auget,reparat humidum radicale,sic cibus iste spūaliter animam. ¶ Vnde rectè pōt dici Mensa,de qua gratias agere debent fideles,tanquam de magno Dei dono,cuius institutionem præuidens Salomon,dicebat,Omni homini dedit Deus diuitias,atque substantiam,potestatemq; ei tribuit,ut comedat ex eis, ut fruatur parte sua,lætetur q; de labore suo,hoc est donū dei. Similiter Dauid præuidens hoc donum, recitando beneficia,cognoscens se teneri ad gratias, dicebat, Dominus regit me, & nil mihi deerit,in loco pascuæ ibi me collocauit,&c.sequitur,Parasti in cōspectu meo mensam.Sed quā mensam parauit deus? inuenio quòd duplicem,Prima est naturæ, ad nutriendum corpus,secunda est gratiæ,ad nutriendā animam. Prima,&c. est terra, quæ est repleta omnibus bonis corporalibus, vt uidere est in Vere in mense Maii. Videbis blada, & in eas florentes,arbores fructiferas,uolatilia cœli,bestias terræ, pisces maris,qui etiam appropinquant terræ.Certè terra prædictis, repleta nil aliud est,quàm mensa cibis referta,ad nutriendum corpus. Hanc mensam ab origine mūdi apposuit deus,& ad edendum homines inuitauit.Gene. 1. Dominamini. &c & Gene. 9. Omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt. Omne quod mouetur, & uiuit, erit uobis in cibum. Quasi olera virentia tradidi uobis omnia. Ideo debemus gratias agere & non esse similes porcis, qui comedunt glandem, & non respi

Sacrificii missæ effectus. — *Eucharistiæ uel sacramētum quos effectus habet.* — *Eccle. 5.* — *Psal. 22.* — *Mensa duplex homini parata.* — *Mensa naturæ.*

ciunt arborem, ex qua prouenit. Si esset aliquis hospes, qui sine precio bene tracta ret, & nil quæreret nisi post resurrectionē gratiarum actiones, Si aliquis recederet, non redditis ei gratijs, dignus esset ut ei hospes mensam plicaret propter ingratitu dinem Sic etiam nos, nisi de fructibus terræ perceptis, gratias habeamus. Et ideo E
quum deficimus Deus aliquando plicat mensam, mittendo gelu, siccitates, pluuias, 166
tempestates, &c. Ideo si uolumus præseruari ab his, gratias agamus, & bonis ab ipso perceptis bene utamur. ¶ Secunda mensa, &c. dicitur sacramentalis, quam cibo spiri tuali repleuit, in die ultimæ cœnæ instituendo hoc sacramentum, ipsum recipiendo, & Apostolus dando. Ad quam mensam omnes fideles inuitauit cū ait, Accipite, & manducate ex hoc oēs, & figuraliter Prou 9. Venite, comedite panē, & bibite uinū quod miscui uobis. Hæc est mensa nobilis & regalis, in qua uassallus comedit cum rege de eodem cibo, & in eodem carino. In hac re Deus ualde honorauit hominē: Vnde potest dici quod nō potuit Deus homini pro statu huius uiæ maius donū ad re, & maiorem honorē facere, quam instituendo hoc sacramentum, et inuitando ad hanc mensam. Si rex temporalis ad suam mensam, ad quā non admittuntur principes, inuitaret, & admitteret vnum rusticum, faceret illi magnū honorē, cuius ille nunquam obliuisceretur, imo frequenter recitaret qūo rex fecerat illi talem gratiā. &c. & ageret gratias, diligeretq; regem, & seruaret mandata eius. Sic debent fa cere illi, quibus Deus dedit gratiam comedendi in sua mēsa, &c. De hoc honore ha bemus figurā 2. Reg. 9 Vbi Dauid uolens ostendere amorem, quem habebat ad Io nathā mortuum quęsiuit an esset illi filius, respōsumq; est quod vnus, qui uocaba tur Miphiboset, qui erat utroque pede claudus, quia cū esset paruulus, nutrix eius ebria cadere fecit eum in terram, ideo erat uerecundus comparere corā rege, qui di xit ei, Miphiboset comedet super mensam meā, quasi unus ex filijs regis Hæc nem pe significāt gratiam, quam fecit nobis Deus, instituendo hoc sacramentum, & in uitando ad sumendum ipsum. Dauid repræsentat Christum. Ionathas mortuus re præsentat Adam, Miphiboset repræsentat quēlibet nostrum, qui sumus claudi utro que pede. s. intellectu, & uolu ntate, intellectu per ignorantiam, & uoluntate per ne gligentiam & malam inclinationem, quia nutrix nostra. s. Eua. ebria vino adulatio nis serpentis; inducendo Adam ad esum ligni uetiti, proiecit nos, & cadere nos fecit F
in foueam peccati originalis Propter quod oēs potentiæ sunt debiles. Christus er- 166
go volens ostendere amorem quem habebat ad Adam & posteritatem eius, dixit, & ordinauit quòd comederemus super mensam suam, s. sacramentalem, quasi filij regis. Vnde debemus verecundari, & gratias agere de tanto dono, & honore. Sed qui sunt isti filij regis? Nempe angeli vnde Iob. 4. Vbi eras cum me laudarēt astra matutina, & iubilarent filij dei? Angeli comedunt super hanc mensam, & Christus vult quòd nos, comedamus Vnde Sap. 16 Panem cœli dedit eis, panem angelorum manducauit homo, non sicut angeli, sed quasi angeli, quia angeli clare uidēt & fruū tur, nos uero cooperte recipimus, & non clare uidemus, sed quasi sub quibusdam cor tinis & uelaminibus accidentium sumimus. videt nonnunquam aliquis lectum cor tinatum, in quo rex est, & non uidet regem. Sic hic accidentia sunt cortinę coope rientes, & cæt Hic quadrat quod dictum est supra hoc cap. & §. versic. 6. de uelami ne sacramenti, & versicu. 7. de ueritate sacramenti. Si hæc agas populum, dic vt ti bi uidebitur. vt autem maiorem habeamus occasionem recognoscendi beneficia, & agendi gratias, considerare debemus maiorem excellentiam, & magnificentiam mensæ huius, quæ amplior est omnibus mensis magnificis huius mundi, propter quatuor rationes. ¶ Prima ratio dicitur durabilitatis. Legimus Hester. 1. de conuiuio Assueri magnifico in ciuitate Suza, quod fuit magnificum, eo quòd durauit per sex menses. Cœnaculum opertum. & mensa parata omnibus illius regni Sed si velimus considerare durabilitatem huius mensæ, inueniemus eam magnificentiorem, quia in ea non solum admittuntur de vno regno, sed etiam de omnibus, Et mi rum est quòd vnus sacerdos vna consecratione potest tot hostias consecrare, quot suffi. iunt toti mundo, vt dictum est. Mensa illa durauit solum per sex menses, hæc autem

Mensa sacramentalis.

Quomodo panem angelorū manducat homo

autem per mille quingentos quadraginta nouem annos, & durabit usque in finem
A seculi,iuxta illud, Ecce ego uobiscum sum vsque,ad consummationē seculi Ex quo
167 trahit dominus Gerson cancellarius Parisien. quòd vsque ad diē iudicii celebrabi tur missa,& quòd in die qua audies missam,potes dicere quòd in illa die non erit finis mundi,& iudiciū vniuersale Si uelimus bene cōtemplari, inueniemus mensam paratam ab initio mundi figuraliter in paradiso terrestri per lignū uitę, in sacrificio Melchisedech,in Manna in Agno Paschali,& in aliis figuris,quas recitare longum esset,Sed esca fuit realiter per Christum posita. Et in hoc excedit mensam solis,quæ erat sine cibis abscōdita in sabulo,de aqua D. Hiero.in Prologo Bibliæ.

¶ Secūda ratio dicitur ministrorū dignitatis Si esset cōuiuiū,in cuius mensa ministraret Rex, Imperator, Papa, Patriarchæ,& Cardinales,& assisterēt filii regis, esset ualde nobile & magnificum. Verum hoc cōuiuiū est nobilius, quia nō Rex, aut Imperator tempo alis,aut mortalis,& terrenus, sed Imperator cœlestis & immortalis Christus ministrauit.inunxit Pontificibus, Patriarchis, Episcopis, & Sacerdotibus ministrare,dicens, Hoc facite, & diuidite. Præterea Angeli sunt assistentes,ut D. Greg. ait, Quis enim fideliū habere possit in dubio in illa immolationis hora ad uocem sacerdotis cœlos aperiri? Angelorum choros interesse?summa imis sociari? Et D. Chrysost dicit,quod tunc Angeli circunstant sacerdotem. Si quæratur quot angeli assist.nt,dicendum quòd non habemus numerum determinatum, credendum tamen,quòd in magna copia & multitudine,cum numeru s Angelorū excedat numerum arenæ maris. Assistunt aūt Angeli ad tria,primo ad honorandū Christum. Guilielmus Parisien. dicit quòd sicut Episcopus nunquam facit officiū episcopale solus,& quanto pontifi x maior est, tanto plures habet assistentes. Sic cum Christus sit Pontifex pontificum,necesse est dicere ipsum habere multos assistentes. Secundo ad accendendū & inflammādum nos in amore Dei, vbi enim est multitudo carbonum,& titionum ignitorum accenditur maior ignis,quia vnus calefacit,& inflammat aliū. Angeli sunt titiones & carbones igniti,iuxta illud, Qui
B facis angelos tuos spiritus,& ministros tuos ignem urentem. Tertio ad repellendū
167 dæmones,qui sunt adeo malitia pleni,quòd si permitterentur, impedirent deuotionē cōicantium,euagationibus, & in diuersis impresionibus in fantasiis illorū. Sed boni angeli arcent,& fugant eos,dicentes illud Psal Non habitabit iuxta te malignus,& illud 2. Cor. 6. Quæ societas Christi ad tenebras; quæ cōuentio Christi ad Belial? Si angeli psallentibus se coniungunt,iuxta illud. Præuenerunt principes cōiuncti psallentibus,quanto magis communicantibus? ¶ Tertia ratio est cibi preciositas,&c Magna fit æstimatio conuiuii,quando in eo est pręda diu uenata & tenera, velut res preciosa. Sed in hac mensa est præda uenata per quinque millia annorū, et ultra quia patres antiqui a principio mundi cucurrerunt post hanc prædam,quæ tandem sicut Vnicornis ad genua virginis declinauit.& ibi fuit accepta,& tandem in hac missa posita. Sed quę præda? Christus filius Dei, cuius caro, & sanguis est preciosior,& excellentior omni esca, quæ possit esse. Vnde Ioan 6 Caro mea vere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Si velimus profunde contemplari escam,siue cibum,& potum huius mensæ sacramentalis,inueniemus ualde differre ab esca corporali,præcipue in tribus.f.in vigore, virtute,& perfectione Primo in vigore,quia licet cibi corporales nutriant,tamen corrumpuntur,& conuertuntur in substantiam aliti, uigore caloris naturalis. Sed uigor huius cibi maior est vigore naturali,quia non corrumpitur, neq; cōuertitur in substantiam aliti,sed mutat, & cōuertit alitum in substantiam suam vnde dictum fuit D. Aug contemplanti uirtutē huius sacramenti, Cresce,et manducabis me,nec tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ,sed tu mutaberis in me. Hinc est quòd qui deuote accipiunt hoc sacramentum,ex carnalibus efficiūtur spirituales,adeo ut cibo corporali non egeant, vt de D. Catherina Senen. legimus. Secundo in virtute, quia cibi corporales nō portāt,sed portantur a manducantibus;hic autem cibus portat manducātē. Habemus de Helia 3. Regum 19. quòd postquam comedit panē subcinericium ab angelo præ

In homi. Pasche.
In li. de digni. sacer.
Angeli ad tria assistūt sacramēto,et cōmunicantibus.
Psal. 130.
Psal. 5.
Psal 67.

paratum (qui erat figura huius sacramenti) ambulauit in fortitudine cibi illius. 40. diebus. & 40. noctibus, usq; ad montem Dei Oreb. Sic uirtute huius cibi fideles usque ad paradisum, ideo dicitur uiaticũ. Tertio, in perfectione, quia in cibis corporalibus inuenitur triplex defectus, quorum perfectiones inueniuntur in isto. Primus C 167

Primus defectus cibi corporalis. defectus est diminutio. Cũ comedis de aliquo cibo corporali, diminuitur talis cibus corporalis, sufficit tribus, qui non sufficeret decem. Sed hic cibus spiritualis per acceptionem non diminuitur. Vnde Ecclesia cantat Sumit unus, sumunt mille, tantũ isti, quantũ ille, nec sumptus consumitur. Licet hostia diuidatur & frangatur, tamen cibus iste non diuiditur. Vnde Ecclesia cantat, Fracto demum sacramento, ne uacilles, sed memento tantũ esse sub fragmento, quantũ toto tegitur. Nulla rei fit scissura, signi tantum fit fractura, qua nec status nec statura signati minuitur.

Secũdus defectus. Secundus defectus in cibis corporalibus est fastidium, Cibaria enim corporalia cito satiant, & fastidiunt, dicitur communiter quod panis albus, aliquando fastidium generat, & columbo saturo cerasa (quæ alia sunt illi dulcia) sunt amara. Sed hic cibus nunquam fastidium generat bene dispositis, imo præstat & auget appetitum. Vnde Eccle. 24. Qui manducat me, adhuc esurient, & qui bibit me, adhuc sitient. Hinc est quod

Sap. 16. qui consueuerunt frequentare, amplius desiderant, nec satiãtur aut contenti sunt, donec clare perceperint in paradiso. Qui uero sunt indispositi, non sentiunt delectationem, sed fastidium. In figuram huius legimus de Manna (quod repræsentabat hoc sacramentum) quandiu filii Israel fuerunt boni, & bene usi sunt Manna, sentiebant omne delectamentum, sed cum fuerunt mali & indispositi, dicebant, Nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo. Vtinam essemus in Aegypto, & sederemus super ollas carnium, & comederemus carnes in saturitate, Veniunt in mentem porri, cæpe & allia, pepones, & cucumeres Sic boni quanto magis deuote frequentãt hoc sacramẽtum, tanto magis delectantur, & frequentare uolunt, sed mali fastidiunt. Vnde accensuri uidentur duci ad patibulum. Ideo Ecclesia, Sumunt boni, sumunt mali, sorte tamen inæquali uitæ uel interitus. Mors est malis, uita bonis, uide pari sumptionis quàm dispar sic exitus. Sed vnde est quòd mali fastidiant? quia sunt dediti carnali-

3. Defectus. bus, quẽadmodum Iudæi erant effecti porris, cæpe, & alliis, peponibus, &c. Sic mali superbie, ambitioni, gulæ, luxuriæ, cupiditati, inuidiæ, & aliis huiusmodi. Tertius de-

Phili. 2. fectus in cibis corporalibus est paucus sapor, quia quilibet cibus habet suũ saporẽ

Ioan. 15. unus non habet saporẽ alterius, sed in hoc cibo spirituali inuenimus omnes sapores siue omnis saporis suauitem. Ideo bene figurabatur per Manna, de quo Sap. 16. Panem de cœlo præstitisti eis, omne delectamẽtũ se habenrẽ, & omnis saporis suauitatem, id quod quisq; volebat, conuertebatur. Si sacramentũ istud habet saporem omnium virtutũ. Non est virtus, quã perfectissime non inuenias in hoc sacramẽto, seu in contentis sub eo. Si humilitatem, Exinaniuit, semetipsum, &c, Si charitatem, Maiorem charitatẽ, &c. Si patientiã. Tanquam ouis coram tondente se, &c. & sic de aliis virtutibus. ¶ Quarta ratio magnificẽtiæ huius mensæ dicitur multiplex vtilitas, Nõ est lingua, quæ posset explicare, nec intellectus qui posset cõprehẽdere fructus, & vtilitates receptiõis huius sacramẽti. Vnde recte de eo põt intelligi illud Esa. 64.

Duodecim utilitates cõsequuntur de uote communicantes & 1. Cor. 2. Oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hõis ascẽdit, quæ preparauit Deus his quid diligũt illũ. Pro aliquali tamẽ suauitate & spiriuali gaudio seu delectatione poterit quis contemplari. Psal. 22. quem de hoc sacramento edidit Dauid, gratias agendo, vbi enumerat duodecim utilitates, quas cõsequitur deuote accedentes ad hoc sacramentum. ¶ Prima salubris directio & conductio. Deus dedit

Psal. 22. nobis cõductorem naturalem s. Synderesim Psal. 4 Signatũ est super nos lumen uultus tui domine, & supernaturalem s. fidem, Sed hoc sacramentũ amplius illuminat & securus dirigit, vnde Psal. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quẽ timebo? & Psal 22. Dominus regit me s. specialiter inspirando, sicut rex regnum, magister discipulum, nauta nauim, ita quòd sequendo ipsum, illique inhærendo, non ambulamus in tenebris, non subiicimur erroribus, neq; submersioni, &c. ¶ Secunda est abundãtia & plenitudo gratiæ, quæ tãgitur ibi, Et nihil mihi deerit. Vnde 1 Cor. 1.

Apostolus congratulans digne communicantibus, dicebat, Gratias ago Deo meo semper pro uobis, quia in omnibus diuites facti estis in Christo Iesu, in omni uerbo, & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, ita vt nihil vobis desit in ulla gratia, expectātibus reuelationē domini nostri Nec mirū, quia in hoc sacramento cōtinetur Christus, qui est plenus gratia. Ioan. 1. Vidimus eū plenū gratiæ, & veritatis, & iterū, Lex per Moysē data est, gratia & veritas per Iesū Christum facta est. Ipse est fons qui teplet riuulos siue oēs potentias animę.

¶Tertias est spiritualis dulcedo & refectio, unde dicit, In loco pascuę ibi me collocauit. Non est dulcedo ei comparabilis est enim manna absconditum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Si aliquando communicasti digne, potes ferre testimonium. Vnde Psal. Et introibo ad altare dei, ad Deum qui lætificat iuuētutē meam, & Ecclesia, Ex altari tuo domine Christū sumimus, in quo cor & caro nostra exultāt. Psal. 42.
Si delectatio te trahit, hoc sacramentum debet allicere ¶Quarta est, concupiscentiæ inordinatæ refrenatio Caro enim concupiscit aduersus spiritum, sed quis refrigerat concupiscentiam carnis, oculorum, & superbiā vitæ? Non est tale remedium sicut accedere deuote ad hoc sacramentū vnde Eccle. 18 Nonne ardorē refrigerabit ros? Sed in hoc sacro continetur ros ille, quē sancti patres desiderabāt dicentes. Rorate cœli desuper, & nubes pluāt iustum. Ideo hic dicit, Super aquā refectionis educabit me ¶Quinta, a quotidianis malis, hoc est peccatis venialibus liberatio. vnde sequitur, Animā meā cōuertit, vix. n diuertitur anima, quin in peccatū venialē Esa. 45.
incidat, & præcipitetur, propter fragilitatē naturæ. vnde Prou 24. Septies in die cadit iustus. Sed hoc sacramentū cōuertit ad dominū, vt nō sit ita præceps, imo si quę sint peccata uenialia, de quibus homo non cogitat, per hoc sacramētū, & eius virtutē delētur ac ēt mortalia oblita. ¶Sexta, ad bonum inclinatio & quodammō cō-
F
167 firmatio, unde sequitur, Deduxit super semitas iustitiæ, propter nomen suū hoc est, inclinauit me ad sequendū semitas bonorū operū propter nomen suum, hoc est, propter uerbū suū digne sumptū. ¶Septima cōtra tētationes & insidias diaboli tutatio. Vnde sequitur, Si ambulauero in medio vmbræ mortis, hoc est tētationis, & nequitiarū diaboli, non timebo mala, quoniā tu mecum es. In cuius figura Exod. 12. dicitur quod domus (cuius fores linitæ erāt sanguine agni Paschalis) præseruatæ fuerunt ab angelo percutiente. Latrones nō audēt appropinquare castris & domibus, in quibus sciunt regē esse. Et si appropinquare præsumāt, male accidit eis. Sic conscientiā, in qua Christus est, dæmones non audēt molestare, maxime si recurratur ad eam. ¶Octaua contra mundanas persecutiones & tristitias atq; angustias cōsolatio, unde subdit, Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me. Ideo D. Amb. orabat, dicens, Domine per hæc sancta mysteria mitigentur tribulationes, pericula populorum, gemitus captiuorū, miseriæ orphanorum, necessitates peregrinorum, inopia pauperū, desperationes languentium, defectus senum, suspiria iuuenum uota uirginum, lamenta uiduarum. ¶ Nona, intellectus illuminatio Luc. 24.
& voluntatis inflāmatio, unde dicit. Impugnasti in oleo caput meū. Caput animæ est ratio, & uoluntas, quæ oleo misericordiæ inpinguatur, illuminatur inflammatur multitudine charismatum, & eleuatur ad cognitionem ueritatis. Vnde discipuli nō cognouerur diminū, nisi in fractione panis. unde Theophilius, Consumentibus sacramētum panis, aperiuntur oculi. & 1. Reg. 14. Aperti sunt oculi Ionathæ, cū gustasset modicū mellis. ¶Decima, diuini amoris inebriatio, unde sequitur, Calix inebrians, quam præclarus est, Homerus poeta Græcus dicit quandam herbā esse quę obliuisci facit omnium tristitiarum, Videmus, quod qñ rustici bene biberunt, obliuiscuntur omniū laborū, & paupertatis, & non curant neque multū æstimāt labores Sic digne cōicantes obliuiscuntur tristitiarū, & delitiarū, imo aliquando cibi corporalis, sicut de D. Catharina Senen. legemus. ¶Vndecima a reliquis peccatorū, & pœnis purgatorii liberatio, Vnde sequitur. Et misericordia tua subsequetur me, hoc est, post uitam sequetur in purgatorio Hoc est singulare in hoc sacramēto. quis non solū est sacramētū, sed etiam sacrificium, quod placat Deū iratum animabus.

In figuram huius legimus, quod per ſanguinem Agni Paſchalis filii Iſrael fuerunt
Exod. 12. liberati a tenebris palpabilibus, & quomodo Daniele exiſtens in lacu leonum, acce A
Dan. ult. pit prandium ab Abacuc, quod parauerat meſſoribus ſuis. Daniel in lacu repræſen- 168
tat animas in lacu purgatorii exiſtentes, Abucuc ſacerdotē, qui parat in hoc ſacrifi
cium meſſoribus ſuis, hoc eſt illis a quibus accipit ſtipendium ſuſtentationis. Sed
angelus domini vno crine, hoc eſt vna intētione & applicatione portat ad Danielē
&c. Altiſſidoren. dicit unum mirabile uerbum, quod nunquam miſſa celebratur,
quin aliqua aīa exeat, & liberetur a purgatorio Et ratio illius eſt, quia ſpōſa Chri-
ſti eccleſia in omni miſſa facit ſpecialē commemorationem pro liberatione anima
rum, Nec eſt veriſimile, quòd ſponſus qui eam tantum diligit, qui eſt tā benignus
& miſericors, preces ſponſæ ſuæ refutet. ¶ Duodecima utilitas, eſt finalis gloriæ ade
ptio, vnde ſequitur, Vt habitem in domo domini in lōgitudine dierum. vnde Chri-
ſtus, Ioan 6. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. & eccleſia, O uere di-
gna hoſtia per quam fracta ſūt tartara, redempta plebs captiuata, reddita vitæ præ
mia. Viſis ergo tot & tātis vtilitatibus, ſequitur quod quilibet debet ſe diſponere ad
deuote tantum ſacramentum recipiendum, vt prædictis vtilitates aſſequi poſſit.

3. p q. 80. art. 1. Ver. 19. *De uſu Sacramenti Euchariſtiæ.*

IN huius menſæ cibo duo ſunt ſcilicet ſacramentum & ſacramēti vſus ſiue ef B
fectus. Sacramentum ſunt ſpecies ſacramētales, virtus & effectus ſunt nutritio ſpi 168
ritualis, & liberatio a peccato, & ab æterna mortis damnatione, qui quidē effectus
ſi impediantur, talis ſumptio eſt imperfecta. Ex quo ſequitur quod ſint tres modi
Tres modi manducandi Chriſtū. vtendi hoc cibo, ſiue accipiendi, aut manducandi hoc ſacramētum, Primus modus
dicitur ſacramentalis tantum, & hoc modo manducant mali. Secundus modus eſt
ſpiritualis tantum, & hoc modo manducauerunt & manducant omnes ſancti, qui
1. Cor. 10. per fidem crediderunt aut credunt ſe per Chriſtum (qui eſt in hoc ſacramēto) ſal
uandos. & hoc modo antiqui patres manducauerunt. vnde Apoſt Omnes eandem
eſcam ſpiritualem manducauerunt Et quotidie boni catholici, reuerenter adoran-
do, & credendo, manducant & accipiunt. Et de hoc modo manducandi D. Augu.
ait, Crede, & manducaſti. Tertius modus manducandi eſt, quando Chriſtianus be-
ne probatus & diſpoſitus, reuerenter, & deuote accipit hoc ſacramentū, cū effectu
Iure diuino præceptū eſt Chriſtianis recipere ſacramentum euchariſtiæ. illius, & hoc modo non acceperunt patres antiqui, quia nondum inſtitutum erat
ſacramentum. Secundus modus manducandi, ſcilicet ſpiritualis, adhuc eſt duplex,
quidam per fidem, quidam uero per claram uiſionem, & fruitionem in propria ſpe
cie. Et hic conuenit angelis, ſed manducare ſacramentaliter & ſpiritualiter conue
nit ſolum bonis Chriſtianis, quibus iure diuino præceptum eſt recipere hoc ſacra-
mentum per illa verba Ioan 6. Niſi māducaueritis meam carnem, &c. & per illud
Matth. 26. Accipite & comedite, ſiue (vt alii dicunt) manducate ex hoc omnes. Et
cum quilibet teneatur ſpiritualiter manducare hoc ſacramentum, ſpiritualis autē
manducatio includit votum, & deſiderium perficiendi hoc ſacramentum, ergo ſine
voto ſuſcipiendi hoc ſacramentum non poteſt eſſe alicui ſalus, fruſtra autem eſſet
votū, niſi quādo eſt opportunitas, impleretur. Iō homo tenetur ex mandato domi
ni accipere ſpiritualiter & ſacramētaliter. Et quū nō ſit determinatu tempus, tenē
tur iure diuino ſemel in uita, data opportunitate. Sacerdotes autē curam animarum
non habentes deberent, ſaltem ex congruitate celebrare ſaltem in præcipuis feſti
uitatibus, in quibus conſueuerunt laici communicare, ne in vacuum gratiā Dei ac-
cepiſſe cenſeātur. vnde Apoſt. Hortamur vos, ne in uacuū gratiam dei recipiatis, &
2 Cor. 6. 1. Timo. 4. Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiā cū
Chriſtus euchariſtiæ ſacramentum recipit. impoſitione manuum presbyteri. ¶ Primus qui vſus eſt hoc ſacramento ſecundū
tercium modum, eſt Chriſtus, qū inſtituit hoc ſacramētum, ut dicit D. Hieron. ad
Lesbiam, dominus Ieſus Chriſtus, ipſe conuiua, & conuiuium, ipſe comedens, ipſe
qui comeditur, & hoc cōmuniter tenetur, quia quæ aliis obſeruanda inſtituit, ipſe
primus ſeruauit. vnde & ipſe prius uoluit baptizari, quàm aliis baptiſmū impone-
ret. ſecundū illud Act. 1. Cœpit Ieſus facere, & docere. Ideo ipſe primò corpus, &
ſanguinem

sanguinem suum sumpsit, postea aliis tradidit. Et licet hoc non habeatur in Euangeliis formaliter & expresse, habetur tamen in eis uirtualiter & in sententia. Legimus enim quòd Christus accepit panem & calicem. Non est aũt intelligendũ quòd acceperit solum in manibus, sed eo modo quo aliis accipiendũ tradidit. Vnde quum discipulis dixerit, Accipite & comedite, & iterum, Accipite & bibite, intelligendũ est quòd ipse accipiens comederit & biberit. unde quidam meretrice dixit, Rex sedet in cœna, turba cinctus duodena, Atque suis manibus se cibat ipse cibus. Ne Apostoli horrerent ipsum sumere, sicut quidam fecerunt audiendo, cum prædixisset. Nisi manducaueritis meam carnem, &c. quidã dixerunt, Durus est hic sermo, quis poterit audire? Et quamuis cibando se non acceperit omnes effectus huius sacramenti, (Quia eius gratia cum esset infinita, nõ est aucta) accepit tamen aliquem effectum, scilicet quandã actualẽ delectationẽ spiritualis dulcedinis. vnde ipse dicebat Luc. 22. Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum. desiderium enim cum implẽtur, generat gaudium & delectationem. Quidam dicũt quòd dedit Iudæ, vt D. Aug. super illud Ioan. 13. Cùm intinxisset panẽ, dedit Iudæ Simonis Scariotis, Nõ quòd seorsum & sub pane intincto dederit, sed intelligendum est quòd Dominus antea distribuerat omnibus discipulis suis sacramentum corporis, & sanguinis sui, ubi & ipse Iudas erat, sicut D. Lucas narrat, Mar. & Mat. etiã dicunt quod biberũt ex eo omnes, ad deinde ad hoc uentum est, ubi secundum narrationem Ioannis, per buccellam intinctam atque porrectam, suum exprimit proditorem, huius sentẽtiæ fuit D. Chrys. dicens, Iudas particeps ministeriorum, conuersus non est. hoc etiam expresse dicit D. Dion. Hilarius tamen dicit oppositum. Et sic secundum eum communio fuit facta post exitum Iudæ. Eius dictum conueniens esset, si solum ad malitiam Iudę consideremus. Sed quia Christus debuit nobis exemplum iustitiæ ostendere, non conueniebat eius magisterio, ut Iudam occultum peccatorem sine accusatore & euidenti probatione ab aliorum communione separaret, ne per hoc daretur exemplum prælatis ecclesiæ similia faciendi; & ipse Iudas inde exasperatus, sumeret occasionem peccandi. unde Eugenius papa in ca. si sacerdos, extra de offi. iu-
D di. ordi. dixit, quod occultus peccator non debet nominatim argui, nec ei publice cõ
68 munio prohiberi, quia Christus Iudam nõ nominatim arguit, sed unus uestrũ me tradet, dixit, nec Iudam a communione remouit. Publico autem peccatori non debet administrari, iuxta illud, Nolite sanctum dare canibus. Quod intelligendũ est, nisi uere pœniteat. Vnde in Concilio Carthaginen. legitur, Scenicis atque histrionibus cæterisque huiusmodi personis uel apostatis conuersis ad deum, reconciliatio non negetur.

Ioan. 6.

3. p. q. 81. art. 2. ad. 1. *An Christus corpus suum primo Iudæ tradiderit.* In li. Eccl. Hierar.

Matt. 7.

Ver. 20. *De diuersificatione usus Eucharistiæ.*

VSVS accipiendi hoc sacramentum, secundum diuersum Ecclesiæ statum diuersificatus est, & diuersa circa hoc statuta emanuerunt. Nam in primitiua Ecclesia quando uigebat fidei Christianæ deuotio, statutum fuit ut quotidie fideles communicarent. vnde Anacletus Papa dicit, Peracta consecratione omnes cõmunicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus, sicut etiam sancti Apostoli statuerunt, & sancta Romana Ecclesia tenet. Postmodum uero diminuto fidei feruore, solis diebus dominicis communicabant. In cuius memoriam datur hodie panis benedictus. deinde uero amplius diminuto feruore, Fabianus papa ordinauit, vt & si non frequẽtius, tamẽ ter in anno omnes cõmunicarẽt, scilicet in Paschate Pentecoste, & Natali, vt habetur in c. & si non frequentius, de consec dist. 2. Sother uero papa ordinauit in cœna domini esse communicandum, vt habetur in c. in cœna, eadem dist. Post modum propter iniquitatis abundantiam, refrigescente charitate multorum, Innocentius tertius statuit in concilio generali, ut saltẽ semel in anno in Paschate. s. fideles communicarent, vt habetur in c. omnis utriusque sexus, extra de pœn. & remis. ubi dicitur, Omnis utriusque sexus fidelis postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia solus peccata sua, saltem semel in anno, fideliter confiteatur proprio sacerdoti, et iniũctam sibi pœnitentiam totis uiribus studeat adimplere, suscipiẽs reuerenter,

Communio primitiuæ Ecclesiæ.

Communio in Paschate omnibus Christi fidelibus præcepta.

uerenter, ad minus in Pascate, Eucharistæ sacramentum, nisi forte de proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab huiusmodi receptione duxerit abstinendum. Alioqui & uiuens ab ecclesiæ ingressu arceatur, & moriens ecclesiastica careat sepultura. Ex quibus uerbis apparet hoc præceptum obligare sub pœna peccati mortalis, quia ingressu Ecclesiæ, & Ecclesiastica sepultura non prohibentur, nisi pro peccato mortali. Hoc præceptum est de iure humano, ad quod non habentes plenū usum rationis, non sunt astricti. Et quia difficile est illud cognoscere, cum aliquibus propter mollitiem & præceptores ac exercitia accelleretur usus rationis, & circa finem primi septennii efficiantur doli capaces, vt in Gallia, & in aliis propter duritiem carnis, uel incuriam parentum, aut solitudinem, retardetur, ut in montanis, qui aliquando post pubertatem non habent cōpletū usum rationis. Ideo remittitur discretioni proprii sacerdotis eos audientis de confessione. Quidam tamen per annos discretioni intelligunt annos pubertatis, in quibus cōmuniter & in pluribus habent cōpletū vsum rationis. Sed si dubium sit, remittitur iudicio proprii sacerdotis. Post annos uero pubertatis, et si habeant debilem vsum rōnis, & habeant aliquam deuotionē, non debet denegari. Circa infirmos aūt, qui sana mente requisierunt, & tandem in frenesim inciderunt, Cōciliū Carthaginen. (vt habetur in c. is qui 26 q. 6.) determinauit quòd si is qui in infinitate pœnitentiam petit, casu dū sacerdos inuitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, uel in frenesim conuersus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitētiam, & si continuo credatur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius eucharistia, nisi forte esset periculum uomitus, aut alterius irreuerentiæ. Per Pascha uero idem Eugenius in quadam extrauagāti incipienti, Fide digna, declarauit quòd intelligitur a cœna Domini usq; ad octauas Paschæ, Sic quòd qui infra illud tempus receperint, satisfaciunt huic præcepto. Qui vero non receperint infra illud tempus, etiam si infra quadragesimam, voluntarie uel coacti infirmitate, non satisfaciunt huic præcepto, nisi illud iterum recipiant infra prædictum tempus.

A uente 14 annos tenētur in præceptis ecclesiæ.

Quid per Pascha intelligatur.

Ver. 21. *De digna Communicatione.*

NON debet uideri graue præceptum communionis in Paschate, quia si semel in anno recognoscimus res & dominos temporales, & soluimus tributa & census, à fortiori debemus recognoscere regem regum, Christum regem nostrum, & in signum recognitionis soluere tributum probationis, & præsentare ad sacramentum suscipiendum in nostræ redemptionis commemorationem. Ad impletionem huius precepti non sufficit recipere sacramentaliter tantum, non se offerre & venire leuiter, absque præmeditatione, quia melius seu minus malum esset recipire metallum liquefactū, aut scorpionem, quam cū mortali sine cōtritione, & indigne recipere hostiam consecratā. Quod bene ostendit Christus in parabola de inuitatis ad nuptias filii regis, vbi dicitur quòd inuentus est uir non habens uestem nuptialem, cui dixit rex, Amice quomodo huc intrasti non habens vestē nuptialem? deinde dixit ministris, Ligatis manibus & pedibus, mittite eū in tenebras exteriores. Applicatio est, facilis. De his etiam mouet Apostolus, dicens, Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim māducat & bibit indignè, iudiciū sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Sed ad quod iudiciū declarat, Quicunque manducauerit panem hunc, & biberit calicem indigne reus erit corporis & sanguinis domini. Gl. exponit dupliciter, Primo materialiter, hoc est peccatū incurrit ex peccato commisso in corpus & sanguinem domini, quod in hoc sacramento continetur. Et in hoc culpa aggrauatur. Tanto enim est grauior, quanto maior est is contra quem peccatur. vnde Heb. 10 Irritam qui faciēs legem Moysi. sine ulla miseratione duobus uel tribus testibus moritur. quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est? Secundo exponit per similitudinē, Reus erit corporis & sanguinis domini, hoc est mortis dabit pœnas, hoc est, ac si Christus occidisset, punietur, iuxta illud Heb. 6 Rursus crucifigentes in semetipsis filium Dei.

Matt. 22.

1. Cor. 11.

¶Si uis

A ¶Si uis amplius ſc ire mala,& pericula,& incōuenientia,quæ accidunt his qui in *incommoda & pericula indigne communicantium.*
169 digne accedunt,contemplare imprecationem quam facit Dauid in perſona Chriſti, Pſal.68.ubi,ait fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum,& in retributionem,et in ſcandalum.Obſcurentur oculi eorum ne u deāt,& deorſum eorum ſemper incurua Effunde ſuper eos iram tuam,& furor iræ tuæ comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deſerta,& in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet. Appone iniquitatē ſuper iniquitatem eorum,& non intrent in iuſtitiam tuam.Deleantur de libero uiuētium,& cum iuſti non ſcribantur dat rationem,Quia quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt,& ſuper dolorem uulnerum meorum addiderunt. Remedium eſt accedere digne cum præparatione ſufficienti,ſaltem probabilitate morali.

Ver. 22. De modo ſe probandi,et præparandi ad Euchariſtiam.

B CONVENIENTEM modū,& formā ſe debite probādi,& præparādi ad *Sermo utilis.*
169 recipiendū Euchariſtiæ ſacramentū,docebunt tres dominæ, hoc eſt uirtutes ſcilicet prouidentia, fides, & charitas Prouidentia docebit quid te facere opporteat ante quā te præſentes ad cōmunionē. Fides autē, quid agere,& dicere debeas, cum eris coram ſacramento. Charitas uero docebit quid te facere oporteat poſt communionē.

¶Prima igitur uirtus,quæ dicitur prouidentia,docebit facere quinque uel ſex antequam te præſentes ad ſacramentum.Quatuor per figuram in eſu Agni paſchalis, ſunt declarata Exod. 12.vbi dicitur,Edēt carnes(ſcilicet Agni paſchalis) et azymos panes cū lactucis agreſtibus,& poſt pauca ſi dicitur,Renes veſtros accingetis, et calceamenta habebitis in pedibus. tenentes baculum in manibus, & comedetis feſtinanter. Eſt enim Phaſe,hoc eſt tranſitus domini. Sed quid habebat agere Deus de lactucis agreſtibus, &c. Dicendum,quod non propter ſe, ſed propter repræſentationem.Sicut enim agnus ille, qui occidebatur,& edebatur in ſignum liberationis populi, figurabat, & repræſentabat Chriſtum, qui fuit Agnus Dei, occiſus pro redemptione humanæ naturæ. Et in huius ſignum, & commemorationem præceptus eſt ſub ſpeciebus ſacramentalibus manducari.Sic ea, cum quibus comedebatur agnus ſignificabant ea, quę debemus obſeruare manducando Chriſtum, in hoc ſacramento.

¶Primo Lactucæ agreſtes ſignificabant dolorem & amaritudinem peccatorum, *Lactucæ agreſtes quid ſignificent,* ſiue probationem quam ante facere debemus,de qua Apoſto ubi ſupra, probet autem,&c.Probatio hæc conſiſtit in tribus.ſ.in contritione,confeſſione, & ſatisfactione, de quibus plenum inferius dicetur. Hic autem pro modo, & forma ſe præparandi aliqua dicere oportet.Et in primis cum dicat Apoſt. 2 Cor.3. Non ſumus ſufficientes ex nobis,quaſi ex nobis, aliquid cogitare, ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Ideo per aliquod tempus antequam accedas ad ſacramentum, puta in uigilia,debes recurrere ad Deum,& illum humillime deprecari,ut per ſuam infinitam bonitatem,& miſericordiam det tibi gratiam te præparandi ad talem menſam, & tātum ſacramentum ſuſcipiendum, ad quod te inuitauit. imo uenire, & accedere,ac etiam digne ſuſcipere præcipit, ſua ineffabili clementia dignetur te inſpirare, & dirigere,ut digne accedas,& dare peccatorum memoriam,& recordationem, cum vera,& perfecta contritione,ut ualeas confiteri,& ſatisfacere, ipſorumq; remiſſionem obtinere,& tandem ipſum digne ad ſalutem animę tuæ recipere in vitam æternam, ad quam conſequendam dignatus eſt hoc ſacramentum inſtituere. Facta, & pluries repetita oratione, diligenter diſcutienda, & examinanda eſt conſcientia,& inueſtigandum ab ultima confeſſione aliqua, peccata de quibus non fuit peccator confeſſus, redeant ad memoriam. Et ſi occurrant, illa notare, & memoriæ commendare, & deinde confiteri cum illis, quæ inueniet poſt ultimam, confeſſionem ſe perpetraſſe. *Probatio ſuiipſius in tribus conſiſtit.*

¶Secundò

communicantes esse debeant. ¶Secundo docet renes accingere. Renum cingulum significabat cingulum castitatis, quam seruare debent communicantes, mente, & corpore. In huius figuram legimus. 1. Reg. 21. quod Dauid petente cibos ab Abimelech sacerdote, qui non habebat laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum, qui erat figura huius sacramenti, dixit, Si mundi sint pueri a mulieribus. poterunt mãducare. Respõdit Dauid, Continuimus ab heri, & nudiustertius. Si ad comedendos panes propositionis debebant esse casti & mundi a mulieribus, a fortiori instante communione abstinere debent vxorati, & timere ne eis contingat, sicut figuraliter contingit Ozæ, de quo. 2. Reg. 6. dicitur quod in trãslatione archæ testamenti cũ recalcitrarent boues, & declinaret arca, Oza sacerdos extendit manum suam ad arcam, & tenuit eam, iratusq; est dominus indignatione contra Ozam, & percussit eum super temeritate, qui mortuus est iuxta arcam, dei, quæ figurabat hoc sacramentum. Dicunt communiter doctores quod hoc ideo, quia ea nocte dormierat cum uxore sua. Si ergo Dominus iratus fuit contra Ozam, qui bono fine, & propter reuerentiam manum admouit ne caderet archa, a fortiori erit iratus contra eos, qui polluti præsumunt accedere ad hoc sacramentum D. Hier. super Mat. dicit Si panis propositionis ab his qui vxores tetigerant, comedi non poterat, quanto magis panis, qui de coelo descendit, non potest ab his qui cõiugalibus uacauere amplexibus, uiolari atq; contingi, non quod nuptias condemnemus, sed quod eo tempore, quo carnes agni manducaturi sumus, uacare carnalibus operibus non debemus. Si quæratur quot diebus abstinendum sit ante. In c. omnis homo, de consec. dist. 2. ex concilio Elibertano, dicitur, Omnis homo ante sacram communionem ab uxore abstineat tribus aut quatuor, uel quinque, aut sex uel septem diebus, Glo. dicit quantũ est ex se, quia, ex actus omni tempore reddere debet, ut in c. si dicat. 33. q. 5. Non. n. est præceptum, quod in prædicto c. omnis homo, continetur, ut habetur in c. uir cum propria uxore. 33. q. 4. Grego. scribens Aug. Anglorum episcopo dicit, Si quis sua coniuge non cupidine uoluptatis raptus sed tantum procreandorum liberorum gratia utitur ille profecto siue de ingressu ecclesiæ, siue de sumendi dominici corporis mysterio est suo iudicio relinquendus. Eadem ratione dicendum est de eo qui reddendi debiti gratia matrimonio vtitur, est enim suo arbitrio relinquendus, licet de congruitate deberet abstinere. Si autem uoluptas dominetur in opere, ut ibidem Greg. subdit, tunc prohiberi debet. Consulendi sunt vt faciant, sicut Dauid ab heri, & nudiustertius.

3. p. q. 8. ar. 7. ad. 2.

C 169

An pollutio impediat cõmunionem. ¶De pollutione etiam est difficultas. Resolutio D. Thom. est, quod si pollutio proueniat sine peccato mortali, ut quum ex illusione dæmonum vel ex abundantia cibi & potus in somno, uel etiam in uigilia ex fluxu naturæ, Sicut enim cõtingit sanguinem fluere absque peccato, ita & fluxũ seminis, qui ex superfluitas sanguinis secundum Philosophum, tunc non impedit sumptionem sacramenti ex necessitate, sed ex quadam congruitate, hoc tamen impedimentum postponi debet propter aliquam necessitatẽ, ut D. Greg. dicit, tũ fortasse dies festiuus exigit, aut deest alius sacerdos. Si autem ex peccato mortali, siue in somno, siue in vigilia impedit ex necessitate, Licet enim per confessionem & contritionẽ auferatur reatus culpæ, non tamen aufertur corporalis immunditia, & distractio mentis ex pollutione sequens. Nec est simile de somno homicidii ex peccato mortali proueniente, quia non relinquit immunditiam neque tantam distractionem, & per consequens peccato per contritionem, & confessionem deleto nil quod prohibeat manet, sicut in fornicatione aut pollutione, ideo, &c.

D 169

Baculus quid significabat. Psal. 36. Mat. 26 1. Cor. 11 ¶Tertio docet baculũ in manibus tenere Baculus figurabat spem veniæ, & uitæ quã debent, habere communicantes. Quia sicut per baculũ aliquis substẽtatur, et refocillatur, sic per spem. Vnde D. Greg. Spes præmii vim minuit laboris. Spera ergo in domino, & fac bonitatem, & pasceris in diuitiis eius, uel baculus significat crucẽ & memoriã passionis, quam debent habere cõicantes, iuxta illud, hoc facite in meam commemorationem, unde Apost. Quoties cunque mãducabitis, panem hunc, et calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec ueniat. ¶Quarto docet habere

calcea-

calceamenta in pedibus. Calceamenta, quæ fiunt ex pelle & corio animalium mortuorum, significant exemplum deuotionis, quã habebant Sancti ad hoc sacramẽtũ. Mat. 13.
B Calceamenta præseruant pedes a lapidibus & spinis, Sic exempla Sanctorum a pun
169 cturis carnalium delectationum, & solicitudinibus huius seculi, quæ dicũtur spinæ. vnde Hier. 2. Prohibe pedem tuum a nuditate. & Ephe. 4. Calceati pedes in præparationẽ euangelii pacis. Calceamenta ergo significant promptam voluntatem obediendi euangelio, & seruãdi mãdata. quam promptitudinem poterimus habere si sanctos qui fuerunt prompti, sequamur. Vnde D. Greg. Si labores & obedientiam sanctorum recolamus, non erunt grauia quæ toleramus. ¶ Quinto docet prius reconciliari inimicis quia Christus Matth. 5. dicit, Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quòd frater tuus habet aliquid aduersum te relinque ibi munus tuũ ante altare & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuũ. Maius munus quod quis potest offerre, est Christi passio, quam in hoc sacramento offerimus Deo patri, in remissionem peccatorum, quòd fit per sumptionem huius sacramenti, &c. Hoc videtur durũ aliquibus. Veruntamẽ Christus passus est pro reconciliatione nostra. Si hoc cogitetur, non erit graue, sed dulce. Et modus dulcorandi est per amicos & dulcia uerba. Si vero nolit, nisi personaliter veniat, quum actus sit personalis, iniurians ad iniuriatum ire debet cũ aliquo amico illius. Quod si offensus indulgere nolit, Deus indulget, nec tenetur amplius pro huiusmodi reconciliatione ad eum redire. Tenetur tamen ad restitutionem famæ vel bonorũ ablatorum, & reparationem malorum datorum. Si dicatur quod offensus est multum distans, vadat per volitionem efficacem cum proposito accedendi corporaliter tempore & loco data opportunitate. Si dicatur, alius primo offendit, ideo debet prius ueniam petere, quod tamen non facit. Resolutio est quod si oppositus uelit damnari, Luc. 22. & & nõ facere debitum suũ, alius nõ debet eum sequi, sed debet facere quod tenetur. 1. Cor. 11.
¶ Sexto docet accedere stomacho ieiunio. Licet enim Christus post cœnam hoc *Stomacho*
F sacramẽtum instituerit, non tamen ita obseruandũ præcepit. vnde D. Aug. li. respõ *ieiunio com*
169 sionum ad Ianuarium, dicit, Per vniuersum mundum mos iste seruatur, ut corpus *municãdũ.* Christi a ieiuniis sumatur. Neque quia post cibos dominus dedit, propterea pransi aut cœnatis fratres ad hoc sacramentum accipiendum conuenire debent, aut mẽsis suis miscere. Sicut faciebant quos Apostolus reprehendit & emendat. Nã Saluator quo vehementius commendaret mysterii illius altitudinem vltimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum. Et ideo non præcepit vt deinceps tali ordine, scilicet post sumptum cibum sumeretur. vnde habetur in can. liquido, de consecra. distin secunda, Placuit spiritui sancto, ut in honorem tãti sacramẽti prius in os *Infirmi nõ* Christiani corpus dominicum intraret, quam cæteri cibi. Alia ratio potest dari pro- *ieiuni com* pter significationẽ, ut scilicet detur intelligi quod Christus, qui est res huius sacra- *municare* menti, & charitas, debet primo fundari in cordibus nostris, secundum illud Mat. 6. *possunt.* Quærite primum regnum dei, &c. Tertia ratio est propter periculum uomitus & ebrietatis, quæ quandoq; contingit ex hoc quod nonnunquã homines cibo & potu male vtuntur Hanc rationẽ tangit Apostolus, dicens, Alius quidẽ esurit, alius autẽ ebrius est. Ex hac tamen generali regula excipiuntur infirmi, qui statim communicandi sunt, etiam post cibum, si de eorũ periculo timeatur, ne sine communione decedant, quia necessitas legem non habet. vnde in c. presbyter, de consecra dist 2. dicitur, Presbyter infirmũ statim communicet, ne sine communione, moriatur.
¶ Ex his sequitur quod licet solum peccatum mortale sit per se impedimentum, sumptionis huius sacramenti, tanquam repugnantiam habens ad significatum eius, per accidens tamen prouenit ex prohibitione Ecclesiæ, quæ in concilio Carthaginensi habetur Et licet excipiat unum diem, scilicet cœnæ Domini, hoc tamen postea quantum ad illum fuit abrogatum Et cum Apostolus ubi supra dicit. Cum cõuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet, exponitur secundum Glosã, Si quis esurit, & impatiens nõ uult expectare alios, manducet cibos, nec post Eucharistiam sumat. Ex quibus verbis D. Aug. & habetur in di-

Mos reci- cto cam liquido, dicit quòd mos ille recipiendi sacramentum ieiuno stomacho ha-
piendi Eu buit ortum tempore D. Pauli, & intelligẽdum est de ieiunio naturæ, quod soluitur
charistiam per sumptionem medicinæ, non tamẽ per deglutionẽ saliuæ, quæ naturaliter fluit.
unde habu ¶ Secunda uirtus s. fides, docet quatuor, quæ considerare debemus per confessio-
it originẽ. nem in conspectu sacramenti, elongati tamen. Primo docet cui standum siue credẽ dũ sit, non uisui, tactui, odoratui, aut gustui, quia deciperemur, cum eodẽ modo se habeant isti quatuor sensus ad hostiam consecratam, & non consecratam. Ideo idem color, odor, sapor, &c. in consecrata & non consecrata. Illa accidentia (ut dictum est) non sunt corpus Christi, sed uelamen quoddã siue cortinæ. Sed debemus credere sẽsui auditus, quia fides ex auditu est, auditus autem per uerbum dei. quod
Rom. 10. dicit, Accipite & manducate, hoc. s. cõtentum sub his speciebus est corpus meũ. In A
huius figuram habemus de Isaac qui fuit deceptus primo in uisu, caligauerãt enim 170
oculi eius. Secũdo in tactu, quia iudicauit manus Iacob esse manus Esau. Tertio in odorant, quia sensit odorem uestium. Quarto in gustu quia sensit saporem uenatio
Gen. 27. nis, quã quæsierat, & tamen non erat. Sed in auditu non fuit deceptus. vnde dixit, Vox quidem Iacob est, manus autem sunt Esau, qui recesserat & reliquerat uestes per hoc repræsentans substantiam panis, quæ in instanti terminatiuo cõsecrationis recedit, hoc est desinit esse, relictis uestibus, hoc est accidentibus, &c. Secundo docet quid cogitandum sit & contemplandum in hoc sacramento s. tria. Primo quòd sub illis speciebus continetur Christus, qui est speculum morale, in quo debemus nos mirari & speculari Mulieres ornant se decenter, uidentes se in speculo, Sic debemus nos componere & ornare, intuendo hoc speculum. Vnde Sa. 7. Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula. Sicut enim in speculo sunt duo, Primo vitrũ quod secũdũ D. Aug. est maxime durationis. Secũdo est plumbum, illis separatis non esset speculũ. Sic in Christo est diuinitas & humanitas vnita in persona filii Dei, sine qua vnitate nõ dedisset exemplum, nec nos potuissemus in eo uidere modum ornandi & componendi nos. Est ergo humanitas & diuinitas in hoc sacramẽto, per quondam concomitantiam, vt supra dictum est Contemplando ergo diuinitatẽ, cogita coram quo te habes præsentare, &c. Si corã rege terreno haberes te præsentare, timeres, & bene te præparares, ac componeres, præmeditaresq; ea quæ dicturus esses. Sic etiam nos debemus timere & humiliari, attendentes fragilitatẽ, nostram, & excellentiam Dei recognoscere, petere ueniam de peccatis, & reddere gratias de beneficiis, petere præseruationem a periculis, & inopiæ nostrę subleuationem gratiamque digne recipiẽdi, &c. Contẽplando eius humanitatẽ, habemus occasionem diligendi eum, eo quod adeo nos dilexit, vt voluerit tot & tanta pro nostra reconciliatione sustinere, qui se nobis dedit & dat in pignus hæreditatis æternę Hæc contemplata dabunt fiduciam & spem perueniẽdi ad regnum. Et vt melius possis, aspice & considera uirtutes illius, per quas ipse peruenit quantum ad humanitatem. Vide & contemplare illius charitatẽ, humilitatem, & cæteras virtutes & disponere a cætero te illi conformare, illum imitari, & secundum quod ipse ostẽ
Ezec. 2. dit viuere. Tertio docet sub illis speciebus esse librum doctrinalem, de quo per figuram dicitur Ezechieli, Aperi os tuum, & comede quæcũque do tibi. Et ecce manus missa est ad me, in qua erat inuolutus liber, qui erat scriptus intus & foris. Et scriptæ erãt in eo lamẽtationes, carmẽ, & væ. Liber ille figurabat Christũ qui scriptus est intus & foris. Sed quid scriptum est foris? sunt quinque plagæ manuum, pedũ & lateris, pergamen fuit sua preciosa pellis, attramentũ fuit sanguis, calami fuerũt claui scribẽtes stylo ferreo nomina electorum, qui ipsum digne suscipiunt, quorum ipse obliuisci non potest. Vnde Esa. 6. Nunquid potest obliuisci mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblitia fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce enim in manibus meis descripsi te. Scriptum est. s. carmen delectabile pro innocentibus, qui nunquam illum offenderunt, qui in receptione habent occasionem cantandi carmen delectationis, sicut, beata virgo Maria. Scriptæ sunt etiam lamentationes & uæ pro peccatoribus, qui offenderunt, qui habent occasionem

nem flendi, eo quod fuerunt causæ passionis eius, Vnde ipse dicebat filiabus Hierusalem, Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed super uos ipsas flete, quæ.s. fuistis causa, Quia si in viridi ligno hoc fit, in arido quid fiet? Si Deus permisit tantum ignem pœnæ & tribulationis in Christo, qui erat lignum uiride, plenum aqua spiritualis gratiæ tanquam plantarum secus aquarum decursus, in arido, hoc est in priuatis gratia, quid fiet? Qualis ignis deuorans accedetur? si non faciant pœnitentiã in hoc mundo habebunt cantare in alio tertiam cantilenã. s. uæ, & maledictiones in inferno. Iob 1. Pereat dies, &c. uide ergo, & considera quam cantilenam desideras cantare Non potes primam, canta ergo secundã, ut finaliter merito passionis Christi ad primam possis peruenire, & ad ea quę intus scripta sunt, s. visionem & fruitionem diuinitatis. Quia si illam non cantes, habebis perfecto cantare tertiam Apoca. 10 dicitur quod D. Ioannes inuenit dulcedinem libri in ore, considerando amorem & beneficia Dei, sed in uentre sensit amaritudinem, considerando peccata, quibus offendimus illum. Tertio debemus contemplari, quod sub illis speciebus est præda quam persequi debemus, quia ipse uult uenari, & conqueritur de his qui non per sequuntur illum, hoc est non imitantur eum. Vnde Psalmista. Periit fuga a me, & non est qui requirat animam meam. Debes ergo ad memoriam reducere valorem huius prædæ, qui est infinitus, & sequi illum per uias uirtutum, quia per eas inuenies eam, & cum apprehenderis, caue ne dimittas, aut perdas eam, Sed dic cum sponsa. Cant. 3. Quæsiui quem diligit anima mea, &c. Tenui eum, & non dimittam.

E 154 — *Tria genera cicantionum.* — *Luc. 2* — *Psal. 141.*

¶ Tertio fides docet quid dicendum, hoc est orationem quam facere debemus, scilicet vnã cõpositã ex quatuor pulcherrimis, & acceptissimis orationibus, quas inuenimus in euãgeliis. Prima fuit filii Prodigi, Pater peccaui in cœlũ, & coram te, &c. Hęc fuit adeo grata, quod antequam eam diceret, seu dicere proponeret, pater occurrit & amplexatus est eũ, deditq; osculum, reddidit stolam primam, & parauit cõuiuium, &c Secunda fuit Publicani, qui (ut habetur Luc. 18.) non audebat oculos in cœlum leuare, sed dicebat. Deus propitius esto mihi peccatori. Hęc fuit gratia, quia descendit iustificatus in domum suam. Tertia fuit Centurionis, qui dicebat, Domine non sum dignus vt intres sub rectum meum, &c. Aliqui hæretici uoluerunt dicere quod hæc oratio non debet dici, quia qui dicunt, condemnant seipsos, iuxta illud, Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Sed illi ualde errãt ignorantes differentiam inter hæc duo, sum indignus, & non sum dignus quia unũ est priuatiuum & ponit indignitatem peccati mortalis, de quo non, est contritus, sed secundum, scilicet non sum dignus, puram negationem dicit, quæ est respectus rationis, consequens comparationem dignitatis Christi, & sumentis, quæ nulla est cum finiti ad infinitum nulla sit proportio. Vnde Esa 64. Omnes iustitiæ nostræ tãquam pannus menstruatæ, in comparatione ad diuinam iustitiam. Et ideo sic dicendo, non peccamus, sed humillimus nos. Sic faciebat D. Ioannes Baptista, dicendo, Non sum dignus ut solum corrigiam calceamenti eius, Sic Centurio, Ideo eius oratio grata fuit. Quia (ut D. Augu. ait) dicendo se non dignũ prębitit ex exhibuit se ut fieret dignus, nõ in cuius domum, sed in cuius cor Christus intraret. Ideo Christus etiã miratus fuit, et ipsum laudauit. Quarta oratio fuit D. Virginis, quæ dixit, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Hæc fuit adeo grata, quod descendere fecit filium Dei, & naturam nostram assumere in utero suo, Ex his quatuor faciliter confici potest una incipiendo ab oratione filii Prodigi, deinde secundum ordinem prædictum, & dici potest, Pater mi, & redemptor meus, ego sum adeo miser peccator, qui te tot modis & toties offendi, quod non sum dignus vocari filius tuus, imo potius merui detrudi in abyssum & profundum inferni. Nihilominus per tuam infinitam bonitatem, & clementiam tibi placuit me illuminare, & dare cognitionem peccatorum, et nunc agnosco me grauiter te offendisse, et doleo me fecisse, & si non te offendissem, nollem te pro aliqua re mundi offendere. Placuit tuæ infinitæ bonitati reuelare quod non uis mortem peccatoris, sed ut magis

Luc. 15. — *Oratio dicenda ante cibum.* — F 164 — *Luc. 1.*

gis

gis conuertatur, & uiuat, & in quacunq; hora ingemuerit peccator, omnium iniqui tatum eius nō recordaberis. Ad te ergo qui præstabilis es super malitia, recurro hu millime obsecrans per temetipsum, ut propitius esse uelis mihi miserrimo peccato ri, & digneris concedere ueniam, & indulgentiam peccatorum meorum, quā bono corde, & affectu peto. Heu domine deus meus, & redemptor meus, scio, & cōfiteor quod nō sum dignus me præsentare ante conspectum tuum & mensam tuam uerū tamē ut impleam uoluntatem tuam, humillime me offero maiestati tuæ, recogno scēs te proq; vero Deo, & supremo omniū domino creatore prouisore & redēptore, qui me tua passione redemisti decreuiq; te a cætero mediante tua gratia, quā sup plex exposco pro tali sēper recognoscere, & tenere, & tibi inseruire mādata & præ cepta melius, quam fecerim, in futurum implere, offeroq; tibi animam meā, et cor pus meū, & omnia bona quæ mihi dedisti, ad seruitiū tuū, obsecro ut digneris me pro minimo famulo tuo acceptare. Ecce seruus uel ancilla domini, fiat mihi secun dum uerbum tuum. Heu domine Deus meus, pater mi, & redēptor meus, tu digna tus es dicere, Qui manducat me, & ipse uiuet propter me, & qui manducat hunc panem, uiuet in æternum, placeat tibi ineffabili tua clementia dare mihi gratiā tuā & vitam animæ, & finaliter uitam æternam, per meritum tuæ amarissimæ passionis ad cuius recordationem hanc mensam parasti, & hoc sacramētum instituisti. Hæc oratio declarāda est ad populū & consulenda nō quod sit de necessitate præcepti, ni si forte in præparatione animi, & implicite, sed de congruitate, et ad generādū am pliorem deuotionem, sæpius enim repetita antequam quis se sacerdoti præsentet, mentem eleuat, & disponit ad dignam sacramenti sumptionem.

Exo. 12. ¶Quarto fides docet quomodo sumere & comedere debemus, Quia diligēter & attente. Sicut illi qui comedebāt Agnum paschalem, comedebant festinanter. s. cū diligentia & feruore magno. Sic nos cum diligentia, animi eleuatione, et feruore debemus nos præsentare sacerdoti, ne superueniāt distractiones, & illusiones dæmo num, quæ perdunt suauitatem & odorem unguenti, hoc est deuotionem sacramēti. Dæmones enim conantur procurare euagationes & distractiones mentis, ut impe diant fructum & deuotionem, & aliquando immittunt scrupulos, ut cadere faciant, & quasi contra cōscientiam sacramentum quis accipere uideatur. Aliquibus enim reducunt aliqua peccata ad memoriam, & suggerunt, quod de illius non sunt cōfes si, vt retrocedant, uel contra conscientiam accipiant. Pharao persequebatur filios Israel, quādo recedebant de Aegypto, sic dæmones, &c. Multi torquētur in se, et re uertuntur ad confessores, qui sunt in die Paschæ occupatissimi, & scādalizant allos. Alii dimittunt bonum propositum, & sacramentum, &c. Consolādæ sunt timoratæ conscientiæ, & dicendum quod in tali casu debent facere sicut si non haberent copiā confessoris. Quemadmodum si sacerdos indutus, post inchoationem missæ recor detur alicuius peccati non confessi, uel si confessus est, iudicat, se nō fuisse cōfessum non tenetur discontinuare missam, & quærere alium sacerdotem, ut illi confiteatur, quia scandalizaret assistentes, & quodā modo diffamaret seipsum. Sed sufficit quod conteratur de illo negligentia, petatq; absolutionem a Christo, cum proposito con fitendi, cum se obtulerit opportunitas, & ita potest perficere missam absq; peccato imò etiam merebitur. Sic ad propositum, &c. Roga Deum ut sicut in mari rubro submersit Pharaonem & exercitium eius, ita per mare rubrum suæ passionis sub mergat & auferat huiusmodi scrupulos. Pone omnia in illo mari rubro, & inuenies consolationem.

Astutia dæmonū circa cōmunicantes.

Timoratarū cōscientiarum consolatio.

Notanda similitudo.

¶Tertia virtus est charitas, quæ docet facere quinq; post communionem. Primo gratias humiliter reddere, dicendo Deus meus, creator meus, pater meus, & redem ptor meus per infinitam clementiam tuam dignare indulgere negligentiam & in deuotionem meam, & præsta, ut hoc sacramentum non sit mihi reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad ueniam sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra mundi pericula firmamentum. Obsecro pariter, ut des mihi gratiam con seruandi uitam, quam per hoc sacramento pare dignatus es, fac me tuis semper

obedire

obedire mandatis, & a te nunquam me separari permittas, per meritũ passionis domini nostri Iesu Christi, qui de voluntate tua, cooperante Spiritu sancto, me redimere dignatus est. dein le inuocanda est D. Virgo, & omnes sancti præcipue patroni, ad quos quis habet specialem deuotionem, vt sint pii intercessores ad huiusmodi conseruationem, &c ¶ Secundo charitas docet exercere opera misericordiæ, Contemplando enim misericordiam quam fecit tibi Christus, qui dixit Mat. 5. cap. Esto te misericordes, sicut pater vester cœlestis misericors est, habebis occasionem faciẽdi misericordiam defunctis, orando pro eis, & pauperibus bona distribuendo, &c. ¶ Tertio docet cauere a cibo & potu inordinato, & maxime ab his quæ prouocant ad vomitum, ne fiat irreuerentia tanto sacramento. ¶ Quartò docet fugere malas societates, & occasionem malorũ, & ab omni specie mali. ¶ Quintò docet perseuerare in bonis operibus, & in Dei famulatu, quia qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit. Hoc facile erit, si aduertas ad tormenta malorum, ad breuitatem vitæ, ad facilitatem mandatorum Dei, ad infinitam mercedem paratam, quam oculus non vidit, &c Hanc charitatis doctrinam sequendam monebat Apostolus Phil. 4. dicens, De cætero fratres mei, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua laus est disciplinæ, hęc cogitate. & quę audistis & vidistis in me, hoc agite, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum, per gratiam in pręsenti, & gloriam in futuro.

Ver. 23. *De Ministro Sacramenti Eucharistiæ.*

B
171 SACRAMENTI Eucharistiæ cõsecrationẽ solis presbyteris diuinitus esse concessam generale concilium Lateranen. sub Innocentio 3. determinauit, vt habetur in c firmiter. §. Vna, extra de summa Trini. & fide cath. vbi postquam de veritate huius sacramẽti factus est sermo, subiũgitur, Et hoc vtiq; sacramẽtũ nemo pôt cõficere, nisi sacerdos, qui rite fuerit, ordinatus, secundũ claues Ecclesiæ, quas ipse cõcessit Apostolis eorumq; successoribus, Iesus Christus. Et Isidorus, & habetur in c. perlectis. 25. dist. dicit, Ad presbyterum pertinet sacrificium corporis, & sanguinis Domini in altario conficere, orationes dicere, benedicere dona Dei Cuius ratio est, quia hoc sacramentũ est tantæ dignitatis, quod non conficitur nisi in persona Christi. Quicunq; autem agit aliquid in persona alterius oportet quòd habeat ad hoc potestatem ab illo commissam. Sed soli sacerdoti cum ordinatur. conceditur potestas consecrandi hoc sacramentũ in persona Christi, vt ex verbis ordinationis eius (de quibus infra dicetur) constat, dicitur, enim ei, Accipe potestatem, &c. Per hoc enim constituitur in numero eorũ, quibus dictũ est a Domino, Hoc facite in meã commemorationẽ, Ergo proprium est sacerdotum conficere hoc sacramentum. ¶ Nec audiendi sunt hæretici, dicentes omnes fideles etiã mulieres eandem potestatem habere, omnesque Christianos sanctificatos in Christo esse, & in eodem gradu cõsistere. quod omnino esse constat contra sacras literas, & determinationem Ecclesiæ, ac etiam contra omnem veritatẽ, ita vt mirũ, sit quomodo taliter sint excæcati, vt prædicta dicere non vereantur, Nam in primis Apost. Rom. 13. dicit, Omina quæ sunt a Deo, ordina sunt. Ordo autem secundum D Aug. 19. de Ciuit. Dei. Ca. 13 est parıũ atq; dispariũ rerũ in sua loca tribuens dispositio. Vnde euidens est ꝙ non omnes sunt equales, neq; in eodem gradu, hoc enim repugnat omni politiæ, etiã humanæ, quantuncunq; imperfectæ, quanto magis Ecclesiasticæ, quę est perfectissima, tanquã a perfectissimo instituta? Pręterea in antiquo testamento (in quo omnia in figu

3. p. q. 82. *Non omnes Christiani sunt sacerdotes.*

C
171 rã contingebant illis, & cuius sacerdotium figurabat sacerdotium nouæ legis) non omnes etiã viri erant sacerdotes, sed separati fuerunt a vulgo & laicis. Vnde Num. 1. Tribum Leui noli numerare, neque ponas summam eorum cum filiis Israel, sed cõstitues eos super tabernaculum testimoniũ, & cuncta vasa eius, & quicquid ad cæremonias pertinet ipsi portabunt tabernaculũ, & omnia vtensilia eius, & erunt in ministerio. Sequitur, quisquis exteriorum accesserit, occidetur. Et Num. 8. Statues Leuitas in conspectu Aaron & filiorum eius, & consecrabis domino, & separabis eos de medio filiorum Israel, & postea ingrediantur tabernaculum fœderis, vt seruiant

mihi. Inter eos etiam erãt gradus, Aaron erat pontifex, alii sacerdotes, alii Leuitæ, in diuersis gradibus, & diuersis vestibus inducebantur, ex quo ordine synagoga deco rata refulgebat. Si igitur vmbram, & figuram tali ordine decorauit Deus, quanto magis ecclesiam? Et sicut qui in antiqua lege oppositum præsumpserunt, acriter puniti sunt, prout Dathan, & Abiron, & ducenti quinquaginta viri, proceres synagogæ, qui tempore consilii per nomina vocabãtur, aduersus Moysen, & Aarõ insurgentes, dixerunt, Sufficiat vobis, quia oĩs multitudo sanctorũ est, & in ipsis est Dñs Cur eleuamini super populũ, &c. Et quia ad sacerdotalis dignitatis munus ausi sunt se ingerere, egressa a Domino vltrix flãma, eos assumpsit, & terra viuos absorbuit. & 2. Para. 16. dicitur qualiter Ozias rex percussus est lepra, eo quòd sacerdotalis ordinis munus vsurpauit, & offerre incensum super altare thimiamatis præsumpsit. Sic qui in lege euangelica præsumunt, maioribus pœnis digni sunt, quanto magis lex, status, & officium, maiorem obtinent dignitatem. ¶ Et quoad mulieres quidem. Nec in lege naturæ, aut Moysi legitur aliquas sacrificasse, & sacerdotis exercuisse officium. Officium enim sacerdotale repugnat sexui mulierum, Quia sacerdotes habent consecrare corpus Christi, peccata in confessione audire, populis præesse & eos docere. duo prima mulieribus non conueniunt, quia Dñs uiris & non mulieribus hoc munus commisit, reliqua autem negãtur eis, quia suapte natura subiectionis statum habent, Etenim (ut Aposto. ait) non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter uirum. Ideo debet mulier velamen habere super caput suum 1. Cor. 11. Et capilli pro uelamine illi dati sunt. Et 1. Tim. 2. Mulier in silentio discat cũ omni subiectione. Docere autem mulieri nõ permitto, neque dominari in virũ & 1 Cor. 4. Mulieres in ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut lex dicit si quid autem uelint discere, domi uiros suos interrogent. Ideo in concilio Carthaginen dicitur, Mulier quamuis docta & sancta, uiros in conuentu docere non præsumat. Nec obstat quòd seruus ordinatus ordinẽ suscipit, quia subiectio mulieris est de iure naturæ, non autem seruitus. Nec obstat etiã quod allegant ex 1. D. Pet. D
Episto. c. 2. vbi indifferenter viris & mulieribus loquens, ait, Vos estis genus electũ, 171
regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, & Apoca. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terrã. Ad has authoritates duplex solet dari solutio, Prima est, quod Deus fecit oẽs sacerdotes spũaliter, ad offerendum spirituales hostias, de quibus Psal. Sacrificiũ Deo spiritus contribulatus & Ro. 12. Exhibeamus corpora nostra, hostiam uiuentem, &c. Et (ut supra dictum est oẽs Christiani, qui fide & charitate deo sunt vniti, possunt offerre spũaliter Christi passionem & eucharistiam a sacerdote consecratam, audiẽdo missam, ut habetur in primo memento Canonis missæ, ubi dicitur Et omnium circumstantium, pro quibus tibi offerimus, uel qui tibi offerunt pro se suisque omnibus, &c. Et hoc modo dicit diuus Chryso super Matt. quod omnis sanctus est sacerdos. Quod autem prædicta uerba intelligantur de spirituali sacerdotio, & regno, declarat diuus Ioannes dicens loco præallegato, & regnabimus super terram, Et tamen non uidemus, ꝙ quilibet fidelis & iustus regnet super terram, nisi spiritualiter, sed non per sacramentalem potestatem, & consecrationem, aut exteriorem oblationem, quia solis sacerdotibus rite ordinatis illa potestas data est. Secunda solutio est, quia diuus Petrus in illo passu reperiit promissionem factam in Exod. 19 Vos estis mihi in regnum sacerdotale & gentem sanctam, & diuus Petrus dicit, regale sacerdotium, uerba hæc dicta sunt vniuersæ multitudini siue communitati collectiue, non cuilibet personæ Et ideo sicut tũc in lege Moysi propter illa uerba nõ quilibet erat sacerdos, neq; rex, nec licebat cuilibet se gerere pro sacerdote aut rege, sed alius erat sacerdos, alius rex, alius populus subiectus. Nec quilibet poterat dici gens sancta, sed populus uniuersus collectiue erat honestatus regno, & sacerdotio. Sic nec nũc propter hæc uerba d. Pet. &c. Unde Heb 5 Nemo assumat sibi honorem, nisi qui uocatus fuerit a deo tãquã Aaron Si dicatur quod eodem contextu uerborum fuit dictum, Accipite, & manducate, & hoc facite, sed primum fuit dictum omnibus fidelibus, ergo & secundum & maxime

Num. 16.

in Addi. p. q. 39.

Mulieres sunt incapaces sacerdotij.

Rom. 3.

Omnes sunt sacerdotes spirituales, sed non ministeriales.

& maximè cum dicatur Mar. 12. Quod vni dico omnibus dico. Dicendum quod ex aliis passibus & traditione Apostolorum, ac etiam Ecclesię ritu, & determinatione cum consensu omniũ catholicorũ vsque ad hæc tempora obseruata, habetur verus sensus, & intellectus uerborum Christi, & illud quo dicitur Mar. 12. intelligitur de his, quæ pertinent ad omnes status, vt sunt præcepta communia & moralia de acti-
E bus virtutum, quæ ad omnes particulares personas pertinent. Nec obstat pariter, *Quæ perti*
171 quod sacramentum hoc conficitur in consecratione materiæ, quæ consecratio ad *nent ad cor*
solum episcopum pertinet. Quia episcopus inquantum huiusmodi accipit potesta- *pus eb ysis*
tem, vt agat in persona Christi supra corpus eius mysticum, scilicet Ecclesiam, *mysticum*
quam quidem potestatem non accipit simplex sacerdos in sua consecratione, sed *reseruan-*
bene accipit potestatem in corpus Christi verum. Et ideo ea, quæ non pertinent ad *tur episco-*
corpus Christi mysticum, non reseruantur Episcopo, sicut consecratio huius sacra- *pis.*
menti. Et quamuis liceat laici, in necessitate baptizare, non tamen sequitur, quòd liceat eis in necessitate consecrare, quia perceptio huius sacramenti non est tantæ necessitatis. Nec obstat etiam quod in Calcedonen. concilio decretum fuit, vt habetur in c. diaconissam, 27. q. 1. Diaconissam nõ habere annos. 40. ordinari, &c. quia per diaconissam intelligit Abbatissam. & per ordinari, benedici, per quam benedictionem habent solum potestatem legendi humilias & euangelia in officio matuti- nali. Non quòd accipiat characterẽ, quia mulieres sunt incapaces, ut habetur in ca. *3 p q. 82.*
1. vers. mulieres. 15. q. 3 nullo enim tempore mulieres admissæ sunt administrandũ *ar t. 3.*
in spiritualibus. Et si alicubi inueniatur presbytera vel presbyterissa, intelligendum *Contactus*
est de uidua, vel antiqua, vel vxore presbyteri in parte orientali, Presbyter enim *sacramenti*
dicitur senior. Sicut autem consecratio corporis, & sanguinis Christi ad sacerdo *solis presby*
tem pertinet, ita & contactus, vt habetur in c. peruenit, de consec dist. 2. Quòd in- *teris conue*
telligendum est nisi in casu necessitatis, ne fiat irreuerentia, vt si caderet in terram. *nit extra ca*
Et licet ad diaconum pertineat dispensare sanguinem ex commissione sacerdotis, *sum necessi*
non tamen corpus sub specie panis, nisi in necessitate, iubente episcopo, quia san- *tatis.*
guis Christi continetur in calice, & non portet quòd tangatur a dispensante, sicut tangitur corpus Christi. Et quia quum sacerdos ordinatur, constituitur in gradu eorum, qui a domino acceperũt potestatem consecrandi in cœna Domini. Ideo secun-
F dum consuetudinem quarundam ecclesiarum, sicut Apostoli Christo concœnanti
171 concœnauerunt, ita nouiter ordinati episcopo ordinanti concelebrant, nec iteratur consecratio super eandem hostiam, Quia sicut Innoc. 3. dicit, omnium intentio debet ferri ad idem instans consecrationis, nec superfluunt, quum non operentur in uirtute propria, sed in persona Christi. Nec est simile de baptismo, quia non legimus Christum simul cum Apostolis baptizasse, qñ iniũxit eis officiũ baptizandi, ideo nõ possunt plures unum baptizare, quia vnus superflueret. Sacerdos aũt celebrans sicut tenentur sub utraq; specie cõsecrare, ita & cõicarent, declaratum fuit in concilio Toletano, ut habetur in c. prælatum de consec. dist. 2 nisi miraculosè appareret caro, uel sanguis, vt D. Hier dicit super Leuiticũ. Nec propter hoc sacerdos efficeretur transgressor, Quia ea quæ miraculosè fiunt, legibus non subduntur. Consulendum tamen esset sacerdoti, vt iterum corpus & sanguinem consecraret, & sumeret, si non cessaret miraculum. Sacerdos uero malus, hæreticus, excommunicatus, & degrada- *In libr. de*
tus, si cum intentione consecrandi proferat verba consecrationis supra materiam *Ser. do. in*
debitam, consecrat, Quia (vt Diuus Aug. dicit) Nõ in merito consecratus, sed in ver *monte.*
bo perficitur consecratio. nec per degradationem amittitur character in quo residet potestas, vt dictum est cum de charactere ageretur. Peccat tamen consecrando, quia male vtitur potestate sibi data. Et cum non liceat alterius peccato communicare, aut ei cooperari, iuxta illud Aposto. Digni sunt morte non solum qui faciunt, *Rom. 1.*
sed etiam qui consentiunt facientibus, ideo peccant quicunque scienter ab hæreticis, & schismaticis, aut excommunicatis communionem recipiunt, & eorum missas, audiunt. Ab his autem, qui non sunt adhuc per ecclesiam denunciati, licet ipsi celebrando peccent, accipientes, tamen ab eis sacram cõmunionem, & missam eorũ

audientes, non peccant. Vnde super illud, Nec cũ huiusmodi cibum sumere, dicit D.
1. Cor. 9. August. Hoc dicendo nõluit hominem ab homine ex arbitrio suspitionis, uel etiam A
extraordinariè vsurpato iudicio, sed potius ea lege Dei secundum ordinem ecclesiæ 172
siue ultro confessum, siue accusatum, & conuictum Nec obstat capit. nullus 23. dist.
vbi dicitur, Nullus audiat missam sacerdotis, quem indubitanter concubinam nouit habere, quia intelligitur de notorio & per sententiam declaratio, non tenetur. n. quis iure diuino vitare, nisi fuerit declaratus, vnde Matth. 18. Dominus ante quam diceret, Sit tibi sicut ethnicus & publicanus, præmisit sententiam ecclesiæ. Et prædicta constitutio prædicti c nullus, reuocata fuit in concilio Constantien. & Basilien. vbi dicitur, quod non tenentur laici vitare sacerdotes fornicatores, vsque ad declarationem. In nullo tamen intendit concilium talibus celebrantibus suffragari. verum,
Quoli. 11. ar. 8. quia adhuc manet prohibitio iuris diuini, ideo quamuis liceat talem celebrantẽ audire, non licet tamen ipsum inducere ad celebrandum sine necessitate, quando quis habet probabilitatem quod non pœnitebit, in necessitate, tamen quando non inuenitur alius, & stat præceptum de audienda missa, licitũ est petere ab eo missam, quia non inducitur ad aliquid quod sit de se malum, vt dictum est de mutuo.

§. 4. *De Sacramento pœnitentiæ.*

3. p. q. 85. POENITENTIA tripliciter accipitur, vno modo large, pro omni displicẽtia & nolitione, siue boni commissi siue mali omissi, vt cum quis dicit, pœnitet me, B 172
Gen. 6. ꝙ tibi opẽ dederim, vel quod te non percusserim. Sed hic modus est improprius, quia non est naturale pœnitere de bono commisso, vel de malo omissio, nisi ad bonum commissum sequatur euidens malum, ad quem sensum dixit Deus, Pœnitet me fecisse hominem, licet aliqui exponant, pœnitentiam agam pro homine, vel admodum pœnitentis se habuit cum eum in diluuio deleuit vnde subdit, delebo, &c. Ad hunc sensum dicimus, pœnitet me, quod talem non occiderim propter multam pecuniã.

¶ Secundo accipitur pro pœnitentia virtute, & sic accipiendo, est habitus electiuus in voluntate existens, quo quis dolet de peccatis præteritis cum intentione, & proposito remouendi sequelam ipsius, s. offensam dei, & reatum pœnæ, ad quod faciendum exquirit vniuersa remedia, quæ ad hoc constituit Deus. Licet n ad charitatem pertineat elicere gaudium de bono, & tristitiã de opposito malo, non tñ pertinet ad eam elicere intentionem operandi, ad deletionem peccati Et ideo si in actu
Pœnitẽtiæ virtus quid pœnitentis consideretur sola displicẽtia peccati præteriti, pertinet ad charitatem, sicut gaudere de bonis præteritis. Sed si consideretur intentio operandi ad deletionem peccati sub ratione speciali, inquantum sunt emendabilia per actum hominis cooperantis Deo ad suam iustificationem, & sic expellit peccatum effectiue, inquantum operatur ad destructionem peccati, prout est remissibile ex diuina gratia, homine cooperante. Est autem pœnitentia virtus pars iustitiæ, quũ sit ad alterũ scilicet in ordine ad Deum. Non tamen est pars subiectiua, quum non respiciat iustum simpliciter, sed secundum quid, quum inter deum & hominem nõ possit esse æqualitas.
Pœnitẽtia est pars iustitiæ. Sed est pars integralis affinis iustitiæ vindicatiuæ, Quia sicut est commutatio quædam in beneficiis. scilicet, quũ aliquis pro beneficio recepto gratiã rependit, ita etiã est commutatio in offensis, cum aliquis pro offensa in alium cõmissa punitur. Quod si inuitus puniatur, pertinet ad iustitiam uindicatiuam. Si uero voluntarie recompenset emendam pertinet ad pœnitentiam, quę respicit personam peccatoris, sicut iustitia vindicatiua, siue punitiua personam iudicis. Et sic nomen pœnitentiæ importat pœnam voluntariam in emendam diuinę ostensæ. Licet autem pœnitentia sit pars iustitię, comprehendit tamen quodam modo ea quæ pertinẽt ad alias uirtutes. C
Quia inquãtum est iustitia hominis ad deum, oportet, quòd participet siue præsupponat ea quæ sunt uirtutum Theologicarum, quæ habent deum pro obiecto. Vnde 172
pœnitentia est cum fide passionis Christi, per quam iustificamur a peccatis, cum spe veniæ, & cum odio uitiorum, quòd pertinet ad charitatem, inquantum uero est uirtus moralis, participat aliquid prudentiæ, quæ est directiua moralium. Sed ex ipsa ratione iustitiæ non solum habet id quod est iustitiæ, sed etiam ea, quæ

sunt

sunt temperantiæ,& fortitudinis,inquantum,s. moderantur ea quæ delectationem causant,& terrorem incutiunt,& sic ad pœnitentiam pertinet abstinere a delectationibus,& sustinere dura. ¶ Pœnitentia virtus quantum ad habitum,immediate a Deo confunditur,sine nobis principaliter cooperantibus, non tamen absque dispositione nostra per aliquos actus. Pœnitentiæ verò, inquãtum est actus quo Deo operante,nostram iustificationem cui cooperamur, a timore seruili vt in pluribus procedit, & in filiali terminatur. Ad cuius euidentiam sciendum est quòd pœnitẽtia comprehendit sex actus,quorum actuum primum principium est dei operatio, conuertentis cor,secundum illud, Conuerte nos domine ad te, & conuertemur, & Hier.3.Postquam conuertisti me, egi pœnitentiam. Secundus actus est motus fidei,Tertius est motus timoris seruilis,quo quis timore suppliciorum a peccatis retrahitur,iuxta illud, Sicut quæ concepit quum appropinquat ad partũ,dolens clamat in doloribus suis,sic facti sumus per pœnitentiã postea subditur, A timore tuo concepimus,& quasi parturiuimus spiritum salutis,hoc est pœnitentię salutaris, in remissionẽ peccatorũ. Quartus actus est motus spei,quo quis sub spe veniæ consequendæ assumit propositum emendandi. Quintus actus est motus charitatis, quo alicui peccatum displicet sec seipsum,& iam non propter supplicia. Sextus actus est motus timoris filialis, quo quis propter reuerentiam dei, emendam voluntarie offert. Sic igitur patet quod actus pœnitentiæ,quo iustificamur, procedit vt in pluribus a timore seruili,sicut a primo motu affectus ad hoc ordinato, sed his amplius & resolutorie dictũ est c.13.§.8.ver.1. A timore autẽ filiali sicut ab immediato & proximo principio. Nec per hoc quod dicimus eam procedere a timore excludimus quin procedat ex actione dei conuertentis cor. Hanc pœnitentiam virtutem definit D.Amb.dicens Pœnitentia est præterita mala plangere,& plangenda iterũ nõ cõmittere. Quia(vt Isido dicit) Irrisor est & nõ pœnitens, qui agit quod pœnitet. Hæc pœnitentia dicitur sacrificium spirituale, iuxta illud Psal.50. Sacrificium
172 Deo spiritus contribulatus.& illud, Volũtarie sacrificabo tibi. & est de iure naturali,nã ad rõnem rectam pertinet dolere de eo quod dolendum est, & emendam uoluntarie persoluere,aut sustinere. Cum igitur sit de iure naturali, sequitur quod nõ est sacramentũ nouæ legis,quia sacramenta sunt ex instõne diuina. Propterea talis pœnitentia ante baptismum fieri põt,imò ante baptismũ exquirebatur a D. Ioãne Baptista,& a christo dicentibus,Pœnitentiam agite,& appropinquabit regnũ cœlorum. Notandum tamen quod lugere pro peccatis propriis,est actus pęnitentiæ. lugere aũt pro alienis est actus misericordiæ,lugere uero pro bonis æternis dilatis, est actus tertiæ beatitudinis,de qua Mat.5. Beati qui lugent. ¶ Ex præmissis patet, quod ad veram pœnitentiam uirtutem requiruntur sex,Primo,s.diplicentia,nolitio,odium,& detestatio peccati,quæ idem sunt, Secundo propositum a cætero non peccandi,Tertio pœna voluntaria,quæ recompenset offensam, Quarto intentio remouẽdi sequelã peccati,quę est culpa & reatus pœnæ. Quinto quod propter Deũ, Sextò quòd cum spe ueniæ. Secundò infertur quod multiplex est pęnitẽtia, Quædam est perfecta,quæ habet omnes conditiones prædictas, Alia est falsa, quæ, s.caret his conditionibus,uel aliqua illarum,& diuiditur secundum defectus, Quædã est irrisoria,de qua Isidorus, Irrisor est & nõ pœnitẽs,qui agit,qđ poenitet. Quædam coacta,de qua Psal. Conuersus sum in ærumna mea. talis fuit poenitentia Antiochi 2.Mach 9. Quædam sera siue tarda,de qua D.Aug. Si poenites quando peccare nõ potes,peccata dimiserunt te,non tu illa. Quædam iniqua,de qua Mat. 27. Iudas poenitentia ductus,&c. Quędam desperata, Sapientiæ quinto. Præ angustia spiritus gementes. ¶ Tertio modo & magis ad propositum accipitur poenitentia, prout est sacramentũ nouæ legis,& tunc potest sic definiri, Poenitentia est signum sensibile,siue mago sacræ rei,scilicet remissionis peccatorum,per contritionem,cõfessionem,& satisfactionem sensibilem,ac etiam per absolutionem, causa eius existens Poenitentiam esse sacramentum nouæ legis probatum est, cum de numero sacramentorum ageretur. Si rationes uelis, uide diuum Thomam.

Pœnitẽtia est uirtus infusa.

Pœnitẽtia cõprehẽdit sex actus.

Thre.4.

Esa.26.

Pœnitẽtia actus est sacrificium.

Requisita ad uerã poenitentiam.

Poenitẽtia multiplex.

Poenitẽtia sacramentũ quid.

3.p.q.84. art.1.

Ver. 1. *De Materia Sacramenti Pœnitentiæ.*

3. p. q. 84. art. 2.

MATERIA proxima sacramenti Pœnitentiæ sunt actus pœnitentis. s. contritio, confessio, & satisfactio, quorum actuū materia sunt peccata, de quibus pœnitens dolet, quæ confitetur, & pro quibus satisfacit. Et ideo peccata nō acceptanda, sed detestanda, sunt materia remota, sed materia proxima, sunt actus peccatoris subditi. Et hinc est quòd peccator subditus, est materia sacramenti pœnitentiæ. Et quāuis omnia peccata actualia sint propria materia huius sacramenti, quia proprie dicimur poenitere de his quæ nostra voluntate commisimus, & sic peccata venialia sunt propria materia huius sacramēti, sed non principalis, quia propria & principalis materia huius sacramenti, sunt peccata mortalia, Propria quidem, quia actualia & propria voluntate commissa, Principalis vero, quia hoc sacramentum est principaliter institutum ad deletionem mortalium ¶ Ex quo sequitur quòd peccatum originale non est materia pœnitentiæ, neque propria, neque principalis, cum nō sit nostra voluntate contractum, nec ad ipsum pelendum, sacramentum pœnitentiæ sit ordinatū, sicut baptismum, licet inquantū poenitentia accipitur large, & primo modo pro quacunque displicentia, posset dici quòd pœnitentia est de peccato originali, sicut loquitur D. Aug. in lib. de poenitentia ¶ Ex præmissis infertur quòd innocentes, qui. s. nunquā peccauerunt, vt D. Virgo, nō sunt capaces, neque materia debita sacramenti pnīæ. Vnde sequitur quòd si innocentibus forma sacramenti poenitentiæ applicaretur, nihil operaretur, sicut nec forma consecrationis super lapidem. E 171

Materia proxima, remota, propria, & principalis sacramēti poenitentiæ quid.

D. Virgo non fuit capax sacramenti poenitentiæ.

Ver. 2. *De Forma Sacramenti Pœnitentiæ.*

3. p. q. 84. art. 3.

FORMA sacramenti poenitentiæ est ista, Ego te absoluo a peccatis tuis, quæ operatur instrumentaliter, sicut in aliis sacramentis nam peccata sunt quædam vincula, iuxta illud Prou 5. Iniquitates suæ capiunt impiū Hæc forma trahitur ex illo Matth. 16. Quodcunque solueris super terram, solutum erit & in coelis. Hac forma vtitur Ecclesia, determinatione Concilii Florentini, sub Eugenio 4. Et quanuis Christus, Ioan. 20. dixerit Apostolis, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, Ecclesia tamen potius dicit, Ego te absoluo, quàm, Ego tibi peccata remitto. quia hoc magis congruit verbis, quibus Dominus virtutem clauium ostendens, per quas sacerdotes absoluunt & liberāt a peccatis effectiue, nō principaliter (quia hoc ad solū Deū pertinet) sed ministerialiter effectiue, non deprecatiue, ut in prima & completorio, quæ absolutiones non sunt sacramētales, sed quædā orationes ordinatæ ad remissionem peccatorū uenialium, Vnde in sacramentali absolutione nō sufficit dicere, Misereatur tui Deus, &c. vel Absolutionē & remissionem omniū peccatorū tribuat tibi Deus, vt fit in principio missæ, Quia per hæc verba sacerdos nō significat absolutionem fieri, quum de ratione formæ sit, quòd significet & repræsentet, siue sit, aut gerat imaginem eius quod causāt & operatur, ut in baptismo, & aliis sacramentis. Præmittitur tamen prædicta oratio, non ex necessitate, sed ex cōgruentia ne. s. impediatur ex parte poenitentis, cuius actus materialiter quodammodo se habent in hoc sacramento, & non in baptismo, vel confirmatione Conueniēter etiam additur inuocatio sanctissimæ Trinitatis, dum dicitur, In nomine patris, & filii & Spiritus sancti, eo quod minister absoluit vt minister S. Trinitatis, non est tamen de necessitate, quia hoc non est determinatum ex verbis Christi, sicut in baptismo, ideo relinquitur sacerdotis arbitrio, Deinde postponitur passio Domini nostri Iesu Christi, & merita D. Verginis & omnium Sanctorū, vt quicquid boni egeris, vel mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum tuorum, in augmentum gratiæ, & futurum prēmium vitæ æternæ, amen. Non sunt tamen de necessitate, vt dictum est de inuocatione sanctæ Trinitatis. ¶ Ex præmissis apparet primo quòd prædicta verba, Ego te absoluo, non sunt sic exponenda, hoc est, absolutum te esse declaro, cum in sacramentis nouæ legis verba vel facta nō solū significatiue debent accipi, sed etiam effectiue. Nec tamen sic dicēdo, sacerdos loquitur tanquā de re incerta, quia sicut alia sacramenta nouæ legis habent de se certū effectū ex virtute passionis Christi licet possint impediri ex parte recipiētis, sic ēt & in hoc sacramento F 172

Forma sacramēti poenitentiæ unde habetur

mento

mento. unde nec sacerdos indiget speciali reuelatione sibi facta, sed sufficit generalis reuelatio fidei a Christo D. Petro facta, Mat. 16. Perfectio autem expositio esset, si diceretur, Ego te absoluo, hoc est sacramētum absolutionis tibi impendo, nec hoc pronomen (ego) secūdum Caietanum, est de necessitate sacramenti, cum sub intelligatur. Secundo sequitur quod quis non debet petere fraternam remissionem sed absolutionem, quia peccata in fratrem cōmissa habent specialem remissionem, quæ non operatur effectiue, sicut in sacramento. ¶ Notādum ex domino Caietano in summula, super vero, absoluitur, quod si in forma prædicta loco huius accusatiui (te) ponatur (vos) honoris causa vel si episcopus assuetus loqui in plurali numero diceret, Nos absoluimus te, peccaret, recedendo a uerbis per ecclesiam determinatis, absolutio tamen facta teneret, quoniam ex accommodatione vsus idem significatur per huiusmodi verba, quod per hæc, Ego te absoluo. Dicit præterea, quod si sacerdos dubitet se protulisse verba absolutionis, dicere posset, si non es absolutus, ego te absoluo, sicut dictum fuit de baptismo. Absoluēs tamē sub cōditione futura pura si restituerit, aut fecerit talem pœnitentiam, &c. cum intentione præcisa, hoc est si non feceris, quæ dixi tibi, non te absoluo, nihil faceret, imo peccaret, quia non est in potestate ministri sacramenti conferre nunc, & suspendere effectum illius in aliud tempus implendæ conditionis. Errat etiam sacerdos absoluens sub conditione præsenti præcisa, vtputa si promiseris restituere, aut te superiori præsentare, quia præsumit tradere sub forma dubia, quod Christus præcepit sub forma certa ministrari. ¶ Vlterius notādum ex dicto Caietano circa reiterationē formæ, quod pōt iterari super omnino eadem peccata, quæ quis pluries pōt cōfiteri. sed non potest iterari super omnino eandem confessionem, Quia super eādem materiā proximam nullius sacramēti forma iterabilis est, absque iniuria sacramenti, quia ipsa iteratio attestatur insufficientiam prioris formæ. ¶ Insuper sciendum quod manus impositio non est de necessitate absolutionis, sicut est de necessitate sacramenti confirmationis, & ordinis, Quia quum Christus dixit Petro, Quodcūque solueris, &c. nullam facit mentionem de manum impositione, sicut in prædictis duobus sacramentis, vt inferius dicetur. Non est tamen illicita, imò vtilis ad excitādum affectū pœnitentis. dicunt tamen aliqui quod quum de ratione sacramenti sit vnio, & coniunctio formæ ad materiam, iuxta illud D. Aug. Accedit uerbum ad elemētū & fit sacramentum, Si cæcus mutus & surdus confiteretur per signa, non posset ei applicari forma pœnitentiæ, nisi per contactum.

An absolutio conditionata sit licita.

De iteratione formæ sacramēti pœnitētiæ.

Ver. 3. *De institutione Sacramenti Pœnitentiæ.*

B SACRAMENTI pœnitētiæ institutionem a christo factā cōstat ex determinatione ecclesiæ vt dictū est quū de numero sacramentorum ageretur, ac per illud quod dixit Dominus, Matt. 4. Poenitentiam agite, & appropinquabit regnū coelorum. & Luc. 13. Nisi poenitentiā egeritis, omnes simul peribitis. & Lucæ vltimo Oportebat Christū pati, & resurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius poenitentiam in omnes gentes. Non enim dici pōt, quòd in vltimo passu loqueretur de poenitentia virtute, quæ præcedit baptismum, quia prius tempore de necessitate baptismi, locutus fuerat, Ioan 3. ante incarcerationem diui Ioannis Baptistæ. Et quamuis illud quod dixit Mat. 4. possit, intelligi de poenitentia virtute, non tamen ea, quæ dicta sunt Luc. ulti. quum adiunxerit, in remissionem peccatorum quæ non fit per solam poenitentiam virtutem, & iā baptismus publicatus erat, & multi recesserant a fide tēpore passionis, postquā fuerāt baptizati & inciderant in alia peccata, ad quæ purganda & abolenda Christus post resurrectionē suā dixit, In remissionem peccatorū, & potestatem clauium, quæ promiserat, Mat. 16. statim dedit, dicens. Ioan. 2. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Et licet ratio naturalis dictet homini poenitendum esse de malis, quæ fecit, quātū ad hoc quod doleat se fecisse, & remediū quærat per aliquod mediū, & quod aliqua signa doloris ostendat, sicut fecerunt Niniuitæ, & ideo quoad hoc non indiget institutione, sed quod hoc vel illo modo agat poenitētiam, non est ex naturali

173

3. p. q. 84. ar. 7.

Ioan. 2

ratione, sed diuina institutione. Et ideo in lege naturæ ante legẽ Moysi poterat quilibet modum pœnitendi sibi eligere, sicut & modũ sacrificandi. Sed per legẽ Moysi fuit determinatus modus pœnitendi secundum quod congruebat perfectione ueteris legis, quãtum quidem ad dolorem, ut esset magis in corde, quàm in exterioribus ignis, secundum illud, Scindite corda uestra, & non uestimenta uestra, quantum ue ro ad remedium doloris quærendum, vt aliquo modo ministris dei peccata sua confiterẽtur, saltẽ in generali. vnde Leuit. 5. Dominus dixit, Anima quæ per ignorantiam peccauerit, offeret arietẽ, &c. in hoc enim quòd quis oblationem faciebat pro peccato suo, quodammodo satisfaciebat, & peccatum suum sacerdoti confitebatur. Et secundum hũc modum dicitur Prou. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur a dño, qui aũt confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam cõsequetur. Quãtum aũt ad satisfactionẽ indicta fuerũt ieiunia & afflictiones exteriores, ut in Zach. legitur, & Leuit. 16. Affligetis animas vestras, hoc est corpus uiuens vita corporali. Tunc nondum erat instituta potestas clauium, quæ a passione Christi deriuatur, & per consequens nondum erat institutum, quòd aliquis doleret de peccato cũ proposito se subiicendi per confessionem, & satisfationem, clauibus ecclesiæ, sub spe consequendæ veniæ, uirtute passionis Christi quod pertinet ad sacramentum pœnitentię. Christus ergo dando claues Ecclesiæ, hoc est potestatem remittendi peccata materiæ pœnitentiæ alio modo, quàm in antiqua lege determinauit. In antiqua enim lege sacerdos non remittebat, sed solum orabat. In noua autem lege sacerdos remittit, quòd non potest, nisi prius inducentur ei, Igitur ex diuina institutione peccatores tenentur indicare, & confiteri. ¶ Ex præmissis apparet quod in lege naturæ & Moysi erat sacramentũ pœnitentiæ, sed non eodem modo neque ita perfectum, sicut in noua lege. Sequitur ẽt quòd pessime Lutherus, & sui sequaces definiũt pœnitẽtiæ, dicẽtes esse nouã vitã, & sufficere absq; præteritæ uitæ detestatione, cõtritione, cõfesione, & satisfatione. Sed de his amplius cum de singulis partibus agẽ:

Tobiæ. 3.

Leuit. 5.

Ver. 4. *De Sacramenti pœnitentiæ Necessitate.*

3. p. q. 84. art. 5. Iacob. 1.

SACRAMENTVM pœnitentiæ ad salutẽ animæ peccatori in peccato mortali existenti est necessarium, Peccatum.n. cum consummatum fuerit. generat mortem, non potest remoueri, nisi per pœnitentiã, igitur, &c. vnde. Christus Luc. 3. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Licet enim ad salutem hominis sufficiat charitatis, quia tamen per peccatum mortale post baptismum perdita. absque pœnitentiæ sacramento in actu, uel in uoto, recuperari non potest, igitur. Nec obstat quòd Christus Magdalenam & adulteram absoluit sine sacramento pœnitentiæ, quia Christus habebat potestatem excellentiæ, qua poterat conferre effectus sacramentorum absque sacramento, hanc autem potestatem non communicauit Ex præmisis apparet veritas dicti D. Hiero. quòd secunda post naufragium tabula est pœnitentia. Nam sicut primum remedium mare transeuntibus est, vt conseruentur innaui integra. Secundum quòd post nauim fractam, magnam tabulam accipiant, qua perducantur ad littus, ita etiam primũ remedium in mari huius uitæ, post naufragium peccati originalis, est baptismus, vt integritatem seruemus Secundum est tabula sacramenti pœnitentiæ in actu, si haberi posit, quòd si non, sufficit contritio cum proposito & desiderio se sumittendi clauibus Ecclesiæ, & satisfaciendi data opportunitate. D 178

Luc. 7. Ioan. 8.

Ver. 5. *De Pœnitentiæ duratione.*

3. p. q. 84. art. 8. *pœnitentia duplex interior et exterior.*

POENITENTIA est duplex, scilicet interior & exterior. Interior est, qua quis dolet de peccato commisso, & talis durare debet vsque ad finẽ vitæ, actu uel habitu, sẽper enim debet displicere homini, quod peccauit. Si enim placeret ei peccasse, ex hoc ipso peccatũ incurreret, & fructum veniæ perderet. Displicentia autem dolorem, siue tristitiam causat in eo qui est susceptiui doloris, seu tristitiæ, pro ut homo in hac vita. Sancti vero post hanc uitam non sunt susceptiui doloris. Vnde displicebunt semper eis peccata prętérita absque omni tristitia, secundum illud, Obliuioni traditæ sunt angustiæ priores. Sed in hac uita semper sumus capaces, B 178

Esa. 65. In lib. de pœnitentia.

ces,ideo semper dolere debemus. vnde Diuus Augu. Qui restat nobis nisi dolere in uita? vbi enim dolor deficit, deficit pœnitentia. Si uero pœnitencia finitur, quid relinquitur de uenia? Ex quo infertur quod pœnitētia debet esse continua actu uel habitu,ut dictum est. Vnde idem August in. Dolor in pœnitente continue custodiatur. Et Hugo de S. Victore dicit quod quando Deus absoluit hominem a uinculo peccati,obligat eum vinculo detestationis perpetuę,saltem ad hoc quod non habeat actum oppositum,Quia non oportet quod semper actu, quum necesse sit actū, siue interiorem,siue exteriorem,interpolari in somno & aliis occupationibus. Pœnitētia uero exterior est qua quis signa exteriora doloris ostendit, & uerbo peccata sua confitetur sacerdoti absoluenti, & iuxta arbitrium eius satisfacit & hanc nō est necesse durare usque in finem vitæ, sed vsque ad determinatum tempus secundum mensuram delicti, Deuter. 25. *Pœnitētia exterior quid.*

Ver. 6. *De Reiteratione Pœnitentiæ.*

F QVIA circa iterationem pœnitentiæ errauerunt Nouatiani, ideo probandum est quod pœnitencia post plures iterati. Homo enim inducitur ad misericordiam, *3.p.q.84. art.10.*
173 exemplo misericordiæ diuinæ, secundum illud, Estote misericordes, sicut pater uester cœlestis misericors est. Sed dominus hanc misericordiam discipulis suis imposuit, ut sæpius remitterent fratribus contra se peccantibus, Non dico tibi vsque septies, sed usque septuagies septies, hoc est totiens quotiens, unde sequitur quod Deus sæpius per pœnitentiam ueniam petentibus præbet, præsertim quum doceat nos quotidianum panem petere, & dicere, Dimitte nobis debita nostra. Nec obstat quod Apost Heb. 6. dicit, impossibile est eos qui semel illuminati sunt, & gustauerunt cœleste donum, & participes facti sunt spiritus sancti, & proplasi sunt, renouari rursus ad pœnitentiam, Quia (ut dicit D. Tho. ibidem) apud Iudæos erant quædam lauacra, in quibus se pluries ab immunditiis purgabant, & tunc credebant aliqui Iudæorum, quod etiam per lauacrum baptismi aliquis pluries purificari posset: Ad quod excludendum Apost. scribit, Impossibile, &c. intelligens de baptismo, Non enim dicit, per pœnitentiam, sed, ad pœnitentiam, & ratio est, Quia homo per baptismum Christo semel mortuo commoritur, unde subdit, Rursus crucifigentes in semetipsis filium dei, &c Et sic non est simile de pœnitentia quę habet uirtutem ex passione Christi, sicut quædam spiritualis medicina, quæ iriterari potest superueniēte infirmitate, sed non potest reiterari regeneratio spiritualis, sicut nec carnalis generatio. Nec iterari potest peccatum originale, ad quod delendum baptismus est institutus. Nec obstat pariter quod D. Ambr. dicit, Reperiuntur qui sæpius agendam pœnitentiam putent, qui luxuriantur in Christo, Nā si ueram pœnitentiam agerēt, iterandam postea non putarent. Quia sicut unum est baptisma, sic una est pœnitentia. Quia D. Ambr. loquitur ibi de pœnitentia solenni, quæ non iteratur in ecclesia. ut in uers. sequenti dicetur. Et quod D. Greg. dicit in homilia quadragesimę, Penitentia est ante acta peccata deflere, & iterum plangenda non committere, debet intelligi dum flet actu uel proposito, quia tunc (ut dictum est ex Isidoro) Irrisor est & non poenitens, & cæt. Quia quod quis postea peccet, uel actu, uel proposito, non excludit quin prima poenitentia uera fuerit. Nusquam.n. ueritas prioris actus excluditur per actum contrarium sequentem. Sicut enim uere currit, qui postea sedet, sic uere pœnitet, qui postea peccat. Et quamuis (ut d. Greg. dicit) facilitas ueniæ incentiuum præbeat delinquendi, non tamen sequitur quod deus indulgendo, illud præbeat, aut quod delectetur in peccatis. quia (ut D. Aug. dicit in lib. de pœnitentia) constat deo multum displicere peccata, qui semper præsto est ea destruere, nec soluatur quod creauit, ne corrumpatur quod amauit, scilicet per desperationem. *Mat. 6. Mat. 18. In lib. de poenit. In lib. de poenis.*

Ver. 7 *De Publica et Solenni Pœnitentia.*

A OMNIS pœnitentia solennis est publica, sed non econuerso Pœnitentia solē- *3.p.q.28.*
174 nis fit hoc modo, In capite quadragesimæ Pœnitentes præsentat se cum presbyteris suis Episcopo ciuitatis, ante fores Ecclesiæ sacco induti nudis pedibus uultibus demissis, crine deposito, nisi sit mulier, quę comam in signum subiectionis habet, &

cis

inueniat, & si eã inueniat, extendere eã ad effectus sacramẽtales. & facere eã sacramẽtalẽ. Effectus autẽ sacramentales in sacramento poenitentiæ sunt specialiter iuuare, & fortificare uoluntatẽ ad perseuerantiã in bono proposito in futurũ. Et quoad peccata præterita delere de reatu pœnæ, secundum deuotionem sacramentum accipientis. Quod autem post peccatũ deletũ, & gratiam datã maneat reatus siue obligatio ad poenã, dicetur infra hoc. § 4. uer. 22. ¶ Tertius effectus est deletio omniũ peccatorum. Vnde Luc. 24. Oportebat Christũ pati, & resurgere a mortuis tertia die, et prædicari in nomine eius poenitentiam in remissionem peccatorũ in omnes gentes. Primo per poenitẽtiã directe remittuntur omnia peccata mortalia, iuxta illud, Omniũ iniquitatũ eius, non recordabor. Quia licet peccata non sint connexa, quantum ad comissionem, sunt tamen connexa, quantum ad remissionem, sic quod nullum peccatum (saltem mortale) remitti potest, quin omnia remittãtur, Quia implicat quod quis simul, & semel sit auersus a Deo, et conuersus ad Deum, Venialia vero peccata absq; poenitẽtia remitti possunt, per bonum motum & feruorem charitatis. Non n. ad uenialium remissionem requiritur noua infusio gratiæ, quum ueniale adueniens non tollat gratiam, nec eam diminuat, ut dictum est quũ de charitate, ageretur, Sed sufficit aliquis actus procedens ex gratia, quo aliquis detestatur peccatum ueniale, vel explicite, uel saltem implicite, sicut quum aliquis feruenter mouetur in Deum. Et sic tripliciter aliqua causant remissionem uenialium. Primo inquantum infunditur gratia, quia per gratiæ infusionem delentur. Peccata venialia. Et hoc modo per omnia sacramenta nouæ legis peccata uenialia remittuntur. Secundo, inquantum sunt cum aliquo motu detestationis peccatorum. Et hoc modo confessio generalis, & tunsio pectoris facta in gratia, & oratio Dominica, operantur ad remissionem venialium. Nam in oratione Dominica petimus, Dimitte nobis debita nostra. Tertio inquantum sunt cum aliquo motu reuerentiæ in Deum, & ad res diuinas. Et hoc modo benedictio Episcopalis, aspersio aquæ benedictę, & quælibet sacramẽtalis unctio, & oratio dicta in ecclesia dedicata, & si aliqua alia sunt huiusmodi operantur, ad remissionem uenialium, quod est intelligendum in habente gratiam, Quia quũ gratia quæ prouenit ex merito passionis Christi, sit principium remissionis cuiuscunque peccati, & cuiuscunque reatus, qui licet pœna æterna fuerit translata in tẽporalẽ, hoc fuit ea lege, vt in gratia persolueretur. Vnde Apostolus Rom. 4. dicit, quòd ad gratiam Dei pertinet, quòd Deus nõ imputet alicui peccatum, quod glos. ibi exponit de veniali. & 1. Cor. 3. Fundamentũ aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, &c. & eiusdem. 13. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem nõ habuero, nihil mihi prodest, & Heb 9 Sine sanguinis effusione nulla fit remissio, sed quia meritum passionis non applicatur nisi per gratiam, consequens est quod veniale iunctum mortali, non posset remitti, nisi per sacramentũ baptismi, aut poenitẽtiæ, in actu vel in voto, & sic absque baptismo, & poenitẽtiæ æternaliter punitur. Vnde Matth. 5. Non exibis hinc, donec reddas nouissimum quadrantem, Et eadẽ ratione reatus venialis aut mortalis remissi in eo qui post remissionem culpæ ante expiationem poenæ, iterum mortaliter peccat, & moritur in illo, Quia in inferno nulla est remissio, neqs satisfactio Nec obstat quòd omne debitum per solutionem eius quod debetur, expiatur, Sed peccato veniali, & reatui mortalis remissi debetur poena temporalis, igitur per satisfactionem expiatur. Quia licet peccato veniali, & illi reatui absolute, & simpliciter nõ debeatur, nisi pœna temporalis in eo qui est in gratia, eo quòd habet principiũ & fundamentum remissionis, & satisfactionis Sed in eo quis non habet illud fundamentum, peccato veniali, & reatui peccati mortalis remissi debetur poena æterna, nõ per se, sed per accidens, ratione conditionis subiecti, quod non habet fundamentum, & principium remissionis, & satisfactionis, quod est gratia, vt probatum est ex Apostolo Romanorum 4. Hebræorum. 9 quia etiam ex sola acceptatione diuina est, quòd aliquis satisfaciat. Illi, quum illa seclusa nulla sit proportio nec proportionabilitas inter Deum, & creaturam. Et si dicatur, quòd Deus in remissione, peccati

acce-

Ezec. 18. peccata mortalia quo ad remissionem sunt connexa

Peccata uenialia quo remittantur.

peccata uenialia absque gratia non remittuntur.

Venialis et reatus eis aeternaliter puniuntur in inferno.

acceptauit pœnam temporalem, uerum est, sed in gratia exoluēdam ratione iam di cta, nec tunc punit vltra condignum, imo citra, quia propter illam coniunctionem ad mortalem, illi debetur pœna æterna, etiā maior si comparetur reatus ille ad culpam remissam, & negligentiam, atque ingratitudinem, Et ideo in illo casu concedi potest quòd difficilior est remissio peccati venialis, quàm mortalis, quia tunc ad remissionem venialis requiritur remissio mortalis, sed non econtra, & quòd quis tenetur confiteri de peccato veniali per accidens. Non obstat pariter quòd bona opera extra gratiam facta merentur aliquod bonū temporale, vt D. Aug. dicit de Romanis, quòd per opera moralium virtutum meruerunt imperiū, & obstetrices Aegyptiorum domos, quas eis dominus edificauit, & Raab meretrix Hierico præseruationem ruinæ domus suæ propter bonum factum exploratoribus, licet esset infideles, & extra gratiam. Sed remissio pœnæ temporalis est aliquod bonum temporale, igitur extra gratiam mereri potest Dicendū primo, quòd Deus illa temporalia illis dedit, non propter meritum illorum. quod nullum erat saltem de condigno, quum non haberent gratiam, sed solum ex liberalitate sua, quæ fit his qui bene vtūtur naturalibus, quod nō fecerūt illi qui mortui sunt in peccato mortali, & non expiaue runt veniale, vel reatum illius. Secundo, quod reatus peccati venialis, & reatus mortalis remissi per comparationem ad culpam mortalem, non est aliquid temporale, sed æternū, licet per accidens, manente culpa mortali. Et quanuis D. Tho. in. 4. sen. dicat quòd ideo veniale æternaliter punitur in inferno, quòd culpa venialis semper maneat, & manente culpa necesse est manere pœnam, ex quo inferri uidetur, quòd reatus peccati remissi possit expiari, quia non ex totalis ratio, sed defectus principii remissionis, & satisfactionis, ut dictum est.

Exod. 1. Iosue. 6.

174

¶ Quartus effectus sacramenti pœnitentiæ est uirtutū & donorum deperditorū recuperatio Quia quum per sacramentū pœnitentiæ causetur gratia gratū faciens & sacramentalis, ex qua fluunt uirtutes & dona, quæ per peccatū mortale fuerunt deperdita, & si non eadem numero propter successionem, tamen bene eadem specie, Vnde Luc. 15 dicitur quòd pater mādauit quòd filius prodigus indueretur stola prima, quæ significat gratiam, & quanuis post primū actum pœnitentiæ qui est cōtritio, remaneant aliquæ reliquiæ peccatorum. s. dispositiones ex prioribus actibus peccatorum causatæ, ex quibus prestatur difficultas quædam pœnitenti ad operandum opera uirtutum sequentium, tamē quantū est ex ipsa inclinatione charitatis, & aliarum uirtutum, delectabiliter, & sine difficultate operatur. Sicut si uirtuosus per accidens pateretur aliquam difficultatē, in diligenti executione actus uirtutis, propter somnum aut aliquam corporis indispositionem, Nō tamen sequitur, quòd semper quis resurgat ad maiorem gratiam in sacramento pœnitentię. sicut in sacramento baptismi, in quo semper datur baptizato aliquis gradus gratiæ correspondēs conatiui, & actui, quo vult realiter sumere sacramentum, secundū dispositionē subiecti, Quia in sacramento pœnitentiæ contingit quòd aliquis perfectissime se dispo nit, ideo resurgit ad maiorem gratiam, Aliquando minus perfecte, & remisse, ideo aliquando resurgit ad æqualem, aliquando ad minorem. Nec obstat quod dicitur. Rom. 8. Diligētibus Deum omnia cooperātur in bonū. vbi D. Aug. ait quòd hoc adeo verum est, quòd qui eorum de uient, & exorbitent, hoc ipsū faciat Deus in bonum proficere, Quia illa authoritas non intelligitur de his qui cadunt & nunquam resurrecturi sunt, vel qui sunt iterum casuri, Sed de his tantum, qui secundū propositum vocati sunt sancti, scilicet prædestinati, qui quotiescunque cadunt, finaliter resurgunt. Cedit eis ergo in bonum, quòd cadunt, non quòd semper in maiori gratia resurgant, sed quia in permanentiori, non quidem ex parte ipsius gratiæ, quæ quanto maior est, tanto de se est permanentior, sed ex parte hominis, qui tanto stabilius in gratia permanet, quanto est cautior, & humilior. Ideo Gloss. ibi dē dicit, Quòd ideo proficit eis in bonum, quòd cadunt, quia humiliores redeunt, & doctiores, fiunt non quòd ad maiorem gratiam semper. Hoc tamen non est ex defectu sacramenti pœnitentiæ, sed ex defectu hominis, qui remissius mouetur in

3. p. q. 89. art. 2. An pœnitens semper resurgat ad maiorem gratiam.

Deum. Nec obstat pariter quod dicitur Iohel. 2. Reddam uobis annos quos comedit locusta & brucus. Et Ezech. 33. Impietas impii non nocebit ei, quia quantum ad redditionem dictum Iohelis intelligitur secundum dispositionem resurgentis, & quantum ad nocumentum, dictum Ezechielis debet intelligi æternaliter aut etiam temporaliter, nisi stet per eos, quia si perfecte se præparant, non nocebit eis, nisi in his quæ important continuationem, ut uirginitas & innocentia, quę per pœnitentiam non restituuntur. ¶ Ex præmissis apparet primo, quòd per pœnitentiam non semper restituitur homo in pristinam & æqualem dignitatem, nec quoad homines nec quoad Ecclesiam, ut habetur in ca. Domino sancto. 56. distin. nec etiam quoad Deum, quantum ad primariam & principalem dignitatem, saltem in eodem gradu, quando scilicet remisse se præparat, licet bene secundum essentiam, & aliquando ad
B eandem. unde Luc. 15. iussit pater dari stolam primã, annulum & calceamenta, aliã
175 uero dignitatem secundariam, scilicet innocentiam, amisit, de qua filius senior dicebat, Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam mandatum tuum præterivi. Et hanc dignitatem peccator recuperare non potest, licet aliquando recuperet aliquid maius, Quia (ut D. Gregorius dicit in homilia de cẽtum ouibus.) Qui errasse a deo se considerant, damna præcedentia lucris sequentibus compensant.

Pœnitẽtia non sem per restituit in pristinã dignitatem.

¶ Quintus effectus est, quód per sacramentũ pœnitentiæ opera mortificata reuiuiscunt. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd opera hominis quædam dicuntur uiua, quædam mortua, quædam mortifera, quædam mortificata. Opera uiua dicũtur ea quæ fiunt in charitate & gratia, quæ est principium uitæ & meriti, & sic opera meritoria dicuntur quia per talia, si quis in eis perseueret, consequitur uitam æternam. Opera autem mortua sunt duplicia, quædam dicuntur mortua effectiue, quia scilicet sunt causa mortis, & talia sunt peccata mortalia, de quibus Hebræ. 9. Sanguis Christi emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis. Hęc opera dicuntur mortifera, & nunquam uiuificantur per pœnitentiam, sed magis abolentur. Quædã sunt mortua negatiuè, quia scilicet non habent gratiam quæ est principium uitæ, ut sunt opera mortaliter bona, facta in peccato mortali. Et hoc modo etiam fides sine charitate dicitur mortua. Iaco. 2. Et alia licet ad uitam disponant, nunquam tamen reuiuiscunt per pœnitentiã, Vnde. 1. Cor. 13. Si distribuero, &c. Opera vero mortificata dicuntur opera facta in charitate, quæ per peccatum mortale sequens mortificantur, pro quanto impediũtur a proprio effectu, scilicet consecutione uitæ æternæ vnde Ezech. 18. & 33. Si auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius non recordabuntur, hoc est non præmiabuntur. Et quia per pœnitẽtiam subsequentem remouetur peccatum mortale impediens effectum illorum bonorum operum meritorium, sequitur quod illa opera prius uiua, & per peccatum mortale mortificata siue impedita, per pœnitentiam subsequentem uiuificãtur, hoc est, recuperant efficaciam perducendi eum qui ea fecit, ad uitam æternam. Et si ille qui ea fecit, nunquam resurgat, Deus illa merita alicui vel aliquibus dabit iuxta illud, Omni habenti dabitur, & abundabit, &c. & Apoc. 3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Opera enim in charitate facta nõ abolentur per peccatum mortale, sicut opera mortifera per pœnitentiam, quia opera mortifera solum rema
C nent per culpam, & reatum, quæ abolentur per pœnitentiam. Opera autem merito
175 ria licet transeant, manent tamen merito, & in acceptatione dei, qui per pœnitẽtiã reddit ei qui illa fecit, ut, dictum est ex Iohele. 2. Reddam uobis, &c. Si uero non resurgat, reddet aliis, quia peccatum mortale non potest abolere ea quæ sunt in acceptatione diuina, nisi in ordine ad eum qui peccauit, & quandiu peccatum manet.

Pœnitẽtia opera mortificata uiuificantur.
Opera uiua.
Opera mortua duplicia.
Opera mortua negatiuè.
Opera mortificata.
Math. 25.

¶ Pœnitentiæ partes integrales ex parte materiæ ipsius sacramenti sunt tres, scilicet contritio, confessio, & satisfactio. Et quamuis in aliis sacramentis ex parte materiæ non sint d ue: sę partes, quia materia illorum est aliquod sensibile extrinsecum, in pœnitentia uero materia sunt actus humani tres requisiti uel in actu, uel in uoto, ut amplius dicetur. Ideo dicuntur partes integrales, siue integrantes & facientes materiam integram & perfectam. Matrimonium uero cuius materia est consen

3 p. q. 90. Pœnitentia, tribus partibus integratur.

sus

gis couertatur,& uiuat,& in quacunq; hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius nõ recordaberis. Ad te ergo qui præstabilis es super malitia,recurro humillime obsecrans per temetipsum, ut propitius esse uelis mihi miserrimo peccatori,& digneris concedere ueniam,& indulgentiam peccatorum meorum, quã bono corde,& affectu peto. Heu domine deus meus, & redemptor meus, scio,& cõfiteor quod nõ sum dignus me præsentare ante conspectum tuum & mensam tuam uerũ tamẽ ut impleam uoluntatem tuam, humillime me offero maiestati tuæ, recognoscẽs te pro vero Deo,& supremo omniũ domino creatore prouisore & redẽptore, qui me tua passione redemisti decreuiq; te a cætero mediante tua gratia, quã supplex exposco pro tali sẽper recognoscere,& tenere, & tibi inseruire mãdata & præcepta melius,quam fecerim,in futurum implere,offeroq; tibi animam meã,et corpus meũ,& omnia bona quæ mihi dedisti,ad seruitiũ tuũ, obsecro ut digneris me pro minimo famulo tuo acceptare Ecce seruus uel ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum Heu domine Deus meus,pater mi,& redẽptor meus, tu digna tua es dicere, Qui manducat me,& ipse uiuet propter me, & qui manducat hunc panem,uiuet in æternum,placeat tibi ineffabili tua clementia dare mihi gratiã tuã & vitam animæ,& finaliter uitam æternam,per meritum tuę amatissimæ passionis ad cuius recordationem hanc mensam parasti, & hoc sacramẽtum instituisti Hæc oratio declarãda est ad populũ & consulendã nõ quod sit de necessitate præcepti,nisi forte in præparatione animi,& implicite,sed de congruitate, et ad generãdũ ampliorem deuotionem, sæpius enim repetita antequam quis se sacerdoti præsentet, mentem eleuat,& disponit ad dignam sacramenti sumptionem.

Exo. 12. ¶Quarto fides docet quomodo sumere & comedere debemus, Quia diligẽter & attente. Sicut illi qui comedebãt Agnum paschalem ,comedebant festinanter.s. cũ diligentia & feruore magno. Sic nos cum diligentia,animi eleuatione,et feruore debemus nos præsentare sacerdoti,ne superueniãt distractiones,& illusiones dæmonum,quæ perdunt suauitatem & odorem unguenti,hoc est deuotionem sacramẽti. Dæmones enim conantur procurare euagationes & distractiones mentis, ut impediant fructum & deuotionem,& aliquando immittunt scrupulos,ut cadere faciant, & quasi contra cõscientiam sacramentum quis accipere uideatur. Aliquibus enim reducunt aliqua peccata ad memoriam,& suggerunt, quod de illis non sunt cõfessi,vt retrocedant,uel contra conscientiam accipiant. Pharao persequebatur filios Israel,quãdo recedebant de Aegypto,sic dæmones,&c Multi torquẽtur in se,et reuertuntur ad confessores,qui sunt in die Paschæ occupatissimi,& scãdalizant alios. Alii dimittunt bonum propositum,& sacramentum,&c. Consolãdæ sunt timoratæ conscientiæ,& dicendum quod in tali casu debent facere sicut si non haberent copiã confessoris. Quemadmodum si sacerdos indutus, post inchoationem missæ recordetur alicuius peccati non confessi,uel si confessus est,iudicat,se nõ fuisset cõfessum non tenetur discontinuare missam,& quærere alium sacerdotem,ut illi confiteatur, quia scandalizaret assistentes,& quodã modo diffamaret seipsum. Sed sufficit quod conteratur de illo negligentia,petatq; absolutionem a Christo, cum proposito confitendi,cum se obtulerit opportunitas, & ita potest perficere missam absq; peccato imò etiam merebitur. Sic ad propositum , &c. Roga Deum ut sicut in mari rubro submersit Pharaonem & exercitium eius, ita per mare rubrum suæ passionis submergat & auferat huiusmodi scrupulos. Pone omnia in illo mari rubro,& inuenies consolationem.

Astutia dæmonũ circa cõmunicantes.

Timoratarũ cõscientiarum consolatio.

Notanda similitudo.

F 172

¶Tertia virtus est charitas,quæ docet facere quinq; post communionem. Primo gratias humiliter reddere,dicendo Deus meus,creator meus,pater meus, & redemptor meus per infinitam clementiam tuam dignare indulgere negligentiam & indeuotionem meam,& præsta,ut hoc sacramentum non sit mihi reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad ueniam sit ablutio scelerum , sit fortitudo fragilium , sit contra mundi pericula firmamentum. Obsecro pariter , ut des mihi gratiam conseruandi uitam , quam per hoc sacramento pare dignatus es , fac me tuis semper A 172

obedire

obedire mandatis, & a te nunquam me separari permittas, per meritū passionis domini nostri Iesu Christi, qui de voluntate tua, cooperante Spiritu sancto, me redimere dignatus est. deinde inuocanda est D. Virgo, & omnes sancti præcipue patroni, ad quos quis habet specialem deuotionem, vt sint pii intercessores ad huiusmodi conseruationem, &c ¶ Secundo charitas docet exercere opera misericordiæ, Contemplando enim misericordiam quam fecit tibi Christus, qui dixit Mat. 5. cap. Esto te misericordes, sicut pater vester cœlestis misericors est, habebis occasionem faciēdi misericordiam defunctis, orando pro eis, & pauperibus bona distribuendo, &c. ¶ Tertio docet cauere a cibo & potu inordinato, & maxime ab his quæ prouocant ad vomitum, ne fiat irreuerentia tanto sacramento. ¶ Quartò docet fugere malas societates, & occasionem malorū, & ab omni specie mali. ¶ Quintò docet perseuerare in bonis operibus, & in Dei famulatu, quia qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit. Hoc facile erit, si aduertas ad tormenta malorum, ad breuitatem vitæ, ad facilitatem mandatorum Dei, ad infinitam mercedem paratam, quam oculus non vidit, &c Hanc charitatis doctrinam sequendam monebat Apostolus Phil. 4. dicens, De cætero fratres mei, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua laus est disciplinæ, hęc cogitate. & quę audistis & vidistis in me, hoc agite, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum, per gratiam in pręsenti, & gloriam in futuro.

Ver. 23. *De Ministro Sacramenti Eucharistiæ.*

B SACRAMENTI Eucharistiæ cōsecrationē solis presbyteris diuinitus esse
171 concessam generale concilium Lateranen. sub Innocentio 3. determinauit, vt habetur in c. firmiter. §. Vna, extra de summa Trini. & fide cath. vbi postquam de veritate huius sacramēti factus est sermo, subiūgitur, Et hoc vtiq; sacramētū nemo pōt cōficere, nisi sacerdos, qui rite fuerit, ordinatus, secundū claues Ecclesiæ, quas ipse cōcessit Apostolis eorumq; successoribus, Iesus Christus. Et Isidorus, & habetur in c. perlectis. 25. dist. dicit, Ad presbyterum pertinet sacrificium corporis, & sanguinis Domini in altario conficere, orationes dicere, benedicere dona Dei Cuius ratio est, quia hoc sacramentū est tantæ dignitatis, quod non conficitur nisi in persona Christi. Quicunq; autem agit aliquid in persona alterius oportet quòd habeat ad hoc potestatem ab illo commissam. Sed soli sacerdoti cum ordinatur. conceditur potestas consecrandi hoc sacramentū in persona Christi, vt ex verbis ordinationis eius (de quibus infra dicetur) constat, dicitur, enim ei, Accipe potestatem, &c. Per hoc enim constituitur in numero eorū, quibus dictū est a Domino, Hoc facite in meā commemorationē, Ergo proprium est sacerdotum conficere hoc sacramentum. ¶ Nec audiendi sunt hæretici, dicentes omnes fideles etiā mulieres eandem potestatem habere, omnesque Christianos sanctificatos in Christo esse, & in eodem gradu cōsistere. quod omnino esse constat contra sacras literas, & determinationem Ecclesiæ, ac etiam contra omnem veritatē, ita vt mirū, sit quomodo taliter sint excæcati, vt prædicta dicere non vereantur, Nam in primis Apost. Rom. 13. dicit, Omnia quæ sunt a Deo, ordinata sunt. Ordo autem secundum D Aug. 19. de Ciuit. Dei. Ca. 13 est parium atq; dispariū rerū in sua loca tribuens dispositio. Vnde euidens est ꝙ non omnes sunt equales, neq; in eodem gradu hoc enim repugnat omni politiæ, etiā humanæ, quantuncunq; imperfectæ, quanto magis Ecclesiasticæ, quę est perfectissima, tanquā a perfectissimo instituta? Pręterea in antiquo testamento (in quo omnia in figu
C
171 rā contingebant illis, & cuius sacerdotium figurabat sacerdotium nouæ legis) non omnes etiā viri erant sacerdotes, sed separati fuerunt a vulgo & laicis. Vnde Num. 1. Tribum Leui noli numerare, neque ponas summam eorum cum filiis Israel, sed cōstitues eos super tabernaculum testimonii, & cuncta vasa eius, & quicquid ad cæremonias pertinet ipsi portabunt tabernaculū, & omnia vtensilia eius, & erunt in ministerio. Sequitur, quisquis exteriorum accesserit, occidetur. Et Num. 8. Staties Leuitas in conspectu Aaron & filiorum eius, & consecrabis domino, & separabis eos de medio filiorum Israel, & postea ingrediantur tabernaculum fœderis, vt seruiant

3. p. q. 82.

Non omnes Christiani sunt sacerdotes.

mihi. Inter eos etiam erāt gradus, Aaron erat pontifex, alii sacerdotes, alii Leuitæ, in diuersis gradibus, & diuersis vestibus induebantur, ex quo ordine synagoga deco rata refulgebat. Si igitur vmbram, & figuram tali ordine decorauit Deus, quanto magis ecclesiam? Et sicut qui in antiqua lege oppositum præsumpserunt, acriter puniti sunt, prout Dathan, & Abiron, & ducenti quinquaginta viri, proceres synagogæ, qui tempore consilii per nomina vocabātur, aduersus Moysen, & Aarō insurgentes, dixerunt, Sufficiat vobis, quia ois multitudo sanctorū est, & in ipsis est Dñs Cur elevamini super populū, &c. Et quia ad sacerdotalis dignitatis munus ausi sunt se in gerere, egressa a Domino vltrix flāma, eos consumpsit, & terra viuos absorbuit. & 2. Para. 16. dicitur qualiter Ozias rex percussus est lepra, eo quòd sacerdotalis ordinis munus vsurpauit, & offerre incensum super altare thimiamatis præsumpsit. Sic qui in lege euangelica præsumunt, maioribus pœnis digni sunt, quanto magis lex, status, & officium, maiorem obtinent dignitatem. ¶ Et quoad mulieres quidem. Nec in lege naturæ, aut Moysi legitur aliquas sacrificasse, & sacerdotis exercuisse officium. Officium enim sacerdotale repugnat sexui mulierum, Quia sacerdotes habent con secrare corpus Christi, peccata in confessione audire, populis præesse & eos docere. duo prima mulieribus non conueniunt, quia Dñs uiris & non mulieribus hoc mu nus commisit, reliqua autem negātur eis, quia suapte natura subiectionis statum habent, Etenim (ut Aposto. ait) non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter uirum. Ideo debet mulier velamen habere super caput suum 1. Cor. 11. Et capilli pro uelamine illi dati sunt. Et 1. Timo. 2. Mulier in silentio discat cū omni subiectione. Docere autem mulieri nō permitto, neque dominari in virū & 1 Cor. 4. Mulieres in ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut lex dicit si quid autem uelint discere, domi uiros suos interrogent. Ideo in concilio Carthaginen dicitur, Mulier quamuis docta & sancta, uiros in conuentu docere non præsumat. Nec obstat quòd seruus ordinatus ordinē suscipit, quia subiectio mulieris est de iure naturæ, non autem seruitus. Nec obstat etiā quod allegant ex 1. D. Pet. D
Episto. c. 2. vbi indifferenter viris & mulieribus loquens, ait, Vos estis genus electū, 171
regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, & Apoca. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terrā. Ad has authoritates duplex solet dari solutio, Prima est, quod Deus fecit oēs sacerdotes spūaliter, ad offerendum spirituales hostias, de quibus Psal. Sacrificiū Deo spiritus contribulatus & Ro. 12. Exhibeamus corpora nostra, hostiam uiuentem, &c. Et (ut supra dictum est oēs Christiani, qui fide & charitate deo sunt vniti, possunt offerre spūaliter Christi passionem & eucharistiam a sacerdote consecratam, audiēdo missam, ut habetur in primo memento Canonis missæ, ubi dicitur. Et omnium circunstantium, pro quibus tibi offerimus, uel qui tibi offerunt pro se suisque omnibus, &c. Et hoc modo dicit diuus Chryso super Matt. quod omnis sanctus est sacerdos. Quod autem prædicta uerba intelligantur de spirituali sacerdotio, & regno, declarat diuus Ioannes dicens loco præallegato, & regnabimus super terram, Et tamen non uidemus, q̃ quilibet fidelis & iustus regnet super terram, nisi spiritualiter, sed non per sacramentalem potestatem, & consecrationem, aut exteriorem oblationem, quia solis sacerdotibus rite ordinatis illa potestas data est. Secunda solutio est, quia diuus Petrus in illo passu repetit promissionem factam in Exod. 19 Vos estis mihi in regnum sacerdotale & gentem sanctam, & diuus Petrus dicit, regale sacerdotium, uerba hæc dicta sunt vniuersæ multitudini siue communitati collectiue, non cuilibet personæ Et ideo sicut tūc in lege Moysi propter illa uerba nō quilibet erat sacerdos, neq; rex, nec licebat cuilibet se gerere pro sacerdote aut rege, sed alius erat sacerdos, alius rex, alius populus subiectus. Nec quilibet poterat dici gens sancta, sed populus uniuersus collectiue erat honestatus regno, & sacerdotio. Sic nec nūc propter hæc uerba d. Pet. &c. Vnde Heb 5 Nemo assumat sibi honorem, nisi qui uocatus fuerit a deo tāquā Aaron Si dicatur quod eodem contextu uerborum fuit dictum, Accipite, & manducate, & hoc facite, sed primum fuit dictum omnibus fidelibus, ergo & secundum

& maxime

Num. 16.

in Addi. p. q. 39. Mulieres sunt incapaces sacerdotij.

Rom. 3.

Omnes sunt sacerdotes spirituales, sed non ministeriales.

& maximè cum dicatur Mar. 12. Quod vni dico omnibus dico. Dicendum quod ex aliis passibus & traditione Apostolorum, ac etiam Ecclesię ritu, & determinatione cum consensu omniū catholicorū vsque ad hæc tempora obseruata, habetur verus sensus, & intellectus uerborum Christi, & illud quo dicitur Mar. 12. intelligitur de his, quæ pertinent ad omnes status, vt sunt præcepta communia & moralia de actibus virtutum, quæ ad omnes particulares personas pertinent. Nec obstat pariter, quod sacramentum hoc conficitur in consecratione materiæ, quæ consecratio ad solum episcopum pertinet. Quia episcopus inquantum huiusmodi accipit potestatem, vt agat in persona Christi supra corpus eius mysticum, scilicet Ecclesiam, quam quidem potestatem non accipit simplex sacerdos in sua consecratione, sed bene accipit potestatem in corpus Christi verum. Et ideo ea, quæ non pertinent ad corpus Christi mysticum, non reseruantur Episcopo, sicut consecratio huius sacramenti. Et quamuis liceat laici, in necessitate baptizare, non tamen sequitur, quòd liceat eis in necessitate consecrare, quia perceptio huius sacramenti non est tantæ necessitatis. Nec obstat etiam quod in Calcedonen. concilio decretum fuit, vt habetur in c. diaconissam, 27. q. 1. Diaconissam nō habere annos. 40. ordinari, &c. quia per diaconissam intelligit Abbatissam. & per ordinari, benedici, per quam benedictionem habent solum potestatem legendi humilias & euangelia in officio matutinali. Non quòd accipiat characterē, quia mulieres sunt incapaces, ut habetur in ca. 1. vers. mulieres. 15. q. 3 nullo enim tempore mulieres admissæ sunt administrandū in spiritualibus. Et si alicubi inueniatur presbytera vel presbyterissa, intelligendum est de uidua, vel antiqua, vel vxore presbyteri in parte orientali, Presbyter enim dicitur senior. Sicut autem consecratio corporis, & sanguinis Christi ad sacerdotem pertinet, ita & contactus, vt habetur in c. peruenit, de consec dist 2. Quòd intelligendum est nisi in casu necessitatis, ne fiat irreuerentia, vt si caderet in terram. Et licet ad diaconum pertineat dispensare sanguinem ex commissione sacerdotis, non tamen corpus sub specie panis, nisi in necessitate, iubente episcopo, quia sanguis Christi continetur in calice, & non portet quòd tangatur a dispensante, sicut tangitur corpus Christi. Et quia quum sacerdos ordinatur, constituitur in gradu eorum, qui a domino acceperūt potestatem consecrandi in cœna Domini. Ideo secundum consuetudinem quarundam ecclesiarum, sicut Apostoli Christo concœnanti concęnauerunt, ita nouiter ordinati episcopo ordinanti concelebrant, nec iteratur consecratio super eandem hostiam, Quia sicut Innoc. 3. dicit, omnium intencio debet ferri ad idem instans consecrationis, nec superfluunt, quum non operentur in uirtute propria, sed in persona Christi. Nec est simile de baptismo, quia non legimus Christum simul cum Apostolis baptizasse, qn̄ iniūxit eis officiū baptizandi, ideo nō possunt plures unum baptizare, quia vnus superflueret. Sacerdos aūt celebrans sicut tenentur sub vtraq; specie cōsecrare, ita & cōicarent, declaratum fuit in concilio Toletano, ut habetur in c. prælatum de consec. dist. 2 nisi miraculose appareret caro, uel sanguis, vt D. Hier dicit super Leuiticū. Nec propter hoc sacerdos efficeretur transgressor, Quia ea quæ miraculosè fiunt, legibus non subduntur. Consulendum tamen esset sacerdoti, vt iterum corpus & sanguinem consecraret, & sumeret, si non cessaret miraculum. Sacerdos uero malus, hæreticus, excommunicatus, & degradatus, si cum intentione consecrandi proferat verba consecrationis supra materiam debitam, consecrat, Quia (vt Diuus Aug. dicit) Nō in merito consecratus, sed in verbo perficitur consecratio. nec per degradationem amittitur character in quo residet potestas, vt dictum est cum de charactere ageretur. Peccat tamen consecrando, quia male vtitur potestate sibi data. Et cum non liceat alterius peccato communicare, aut ei cooperari, iuxta illud Aposto. Digni sunt morte non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, ideo peccant quicunque scienter ab hæreticis, & schismaticis, aut excommunicatis communionem recipiunt, & eorum missas, audiunt. Ab his autem, qui non sunt adhuc per ecclesiam denunciati, licet ipsi celebrando peccent, accipientes, tamen ab eis sacram cōmunionem, & missam eorū

[Margin: E 171 — Quæ pertinent ad corpus eius mysticum reseruantur episcopis. — 3 p q. 82. ar. 3. Contactus sacramenti solis presbyteris conuenit extra casum necessitatis. — F 171 — In libr. de Ser. do. in monte. — Rom. 1.]

sunt temperantiæ, & fortitudinis, inquantum, s. moderantur ea quæ delectationem causant, & terrorem incutiunt, & sic ad pœnitentiam pertinet abstinere a delecta- *Pœnitentia*
tionibus, & sustinere dura. ¶ Pœnitentia virtus quantum ad habitum, immediate *est virtus*
a Deo confunditur, sine nobis principaliter cooperantibus, non tamen absque di- *infusa.*
spositione nostra per aliquos actus. Pœnitentiæ verò, inquãtum est actus quo Deo *Pœnitẽtia*
operante, nostram iustificationem cui cooperamur, a timore seruili vt in pluribus- *cõprehẽdit*
procedit, & in filiali terminatur. Ad cuius euidentiam sciendum est quòd pœnitẽ *sex actus.*
tia comprehendit sex actus, quorum actuum primum principium est dei operatio, *Thre. 4.*
conuertentis cor, secundum illud, Conuerte nos domine ad te, & conuertemur, & Hier. 3. Postquam conuertisti me, egi pœnitentiam. Secundus actus est motus fidei, Tertius est motus timoris seruilis, quo quis timore suppliciorum a peccatis retrahitur, iuxta illud, Sicut quæ concepit quum appropinquat ad partũ, dolens cla- *Esa. 26.*
mat in doloribus suis, sic facti sumus per pœnitentiã postea subditur, A timore tuo concepimus, & quasi parturiuimus spiritum salutis, hoc est pœnitentię salutaris, in remissionẽ peccatorũ. Quartus actus est motus spei, quo quis sub spe veniæ consequendæ assumit propositum emendandi. Quintus actus est motus charitatis, quo alicui peccatum displicet sec seipsum, & iam non propter supplicia. Sextus actus est motus timoris filialis, quo quis propter reuerentiam dei, emendam voluntarie offert. Sic igitur patet quod actus pœnitentiæ, quo iustificamur, procedit vt in pluribus a timore seruili, sicut a primo motu affectus ad hoc ordinato, sed his amplius & resolutorie dictũ est c. 13. §. 8. ver. 1. A timore autẽ filiali sicut ab immediato & proximo principio. Nec per hoc quod dicimus eam procedere a timore excludimus quin procedat ex actione dei conuertentis cor. Hanc pœnitentiam virtutem definit D. Amb. dicens Pœnitentia est præterita mala plangere, & plangenda iterũ *Pœnitẽtia*
nõ cõmittere. Quia (vt Isido dicit) Irrisor est & nõ pœnitens, qui agit quod pœni *actus est sa*
D tet. Hæc pœnitentia dicitur sacrificium spirituale, iuxta illud Psal. 50. Sacrificium *crificium.*
172 Deo spiritus contribulatus, & illud, Volũtarie sacrificabo tibi. & est de iure naturali, nã ad rõnem rectam pertinet dolere de eo quod dolendum est, & emendam uolunrarie persoluere, aut sustinere. Cum igitur sit de iure naturali, sequitur quod nõ est sacramentũ nouæ legis, quia sacramenta sunt ex instõne diuina. Propterea talis pœnitentia ante baptismum fieri põt, imò ante baptismũ exquirebatur a D. Ioãne Baptista, & a christo dicentibus, Pœnitentiam agite, & appropinquabit regnũ cœlorum. Notandum tamen quod lugere pro peccatis propriis, est actus pęnitentiæ, lugere aũt pro alienis est actus misericordiæ, lugere uero pro bonis æternis dilatis, est actus tertiæ beatitudinis, de qua Mat. 5. Beati qui lugent. ¶ Ex præmissis patet, *Requisita*
quod ad veram pœnitentiam uirtutem requiruntur sex, Primo, s. displicentia, noli- *ad uerã pœ*
tio, odium, & detestatio peccati, quæ idem sunt, Secundo propositum a cætero non *nitentiam.*
peccandi, Tertio poena voluntaria, quæ recompenset offensam, Quarto intentio remouẽdi sequelã peccati, quę est culpa & reatus poenæ. Quinto quod propter Deũ, Sextò quòd cum spe ueniæ. Secundò infertur quod multiplex est pęnitẽtia, Quædam est perfecta, quæ habet omnes conditiones prædictas, Alia est falsa, quæ, s. caret his conditionibus, uel aliqua illarum, & diuiditur secundum defectus, Quædã est irrisoria, de qua Isidorus, Irrisor est & nõ pœnitẽs, qui agit, qđ poenitet. Quæ- *Pœnitẽtia*
dam coacta, de qua Psal. Conuersus sum in ærumna mea. talis fuit poenitentia An- *multiplex.*
tiochi 2. Mach 9. Quædam sera siue tarda, de qua D. Aug. Si poenites quando peccare nõ potes, peccata dimiserunt te, non tu illa. Quædam iniqua, de qua Mat. 27. Iudas poenitentia ductus, &c. Quędam desperata, Sapientiæ quinto. Præ angustia *Pœnitẽtia*
spiritus gementes. ¶ Tertio modo & magis ad propositum accipitur poenitentia, *sacramentũ*
prout ẽst sacramentũ nouæ legis, & tunc potest sic definiri, Poenitentia est signum *quid.*
sensibile, siue imago sacræ rei, scilicet remissionis peccatorum, per contritionem, cõfessionem, & satisfactionem sensibilem, ac etiam per absolutionem, causa eius existens Poenitentiam esse sacramentum nouæ legis probatum est, cum de numero *3. p. q. 84.*
sacramentorum ageretur. Si rationes uelis, uide diuum Thomam. *art. 1.*

Ver. 1. *De Materia Sacramenti Pœnitentiæ.*

3. p. q. 84. art. 2.

MATERIA proxima ſacramenti Pœnitentiæ ſunt actus pœnitentis. ſ. contritio, confeſſio, & ſatisfactio, quorum actuũ materia ſunt peccata, de quibus pœnitens dolet, quæ confitetur, & pro quibus ſatisfacit. Et ideo peccata nõ acceptanda, ſed deteſtanda, ſunt materia remota, ſed materia proxima, ſunt actus peccatoris ſubditi. Et hinc eſt quòd peccator ſubditus, eſt materia ſacramenti pœnitentiæ. Et quãuis omnia peccata actualia ſint propria materia huius ſacramenti, quia proprie dicimur poenitere de his quæ noſtra voluntate commiſimus, & ſic peccata venialia ſunt propria materia huius ſacramẽti, ſed non principalis, quia propria & principalis materia huius ſacramenti, ſunt peccata mortalia, Propria quidem, quia actualia & propria voluntate commiſſa, Principalis vero, quia hoc ſacramentum eſt principaliter inſtitutum ad delectionem mortalium ¶ Ex quo ſequitur quòd peccatum originale non eſt materia pœnitentiæ, neque propria, neque principalis, cum nõ ſit noſtra voluntate contractum, nec ad ipſum pelendum, ſacramentum pœnitentiæ ſit ordinatũ, ſicut baptiſmum, licet inquantũ poenitentia accipitur large, & primo modo pro quacunque diſplicentia, poſſet dici quòd pœnitentia eſt de peccato originali, ſicut loquitur D. Aug. in lib. de poenitentia ¶ Ex præmiſsis infertur quòd innocentes, qui. ſ. nunquã peccauerunt, vt D. Virgo, nõ ſunt capaces, neque materia debita ſacramenti pniæ. Vnde ſequitur quòd ſi innocentibus forma ſacramenti poenitentiæ applicaretur, nihil operaretur, ſicut nec forma conſecrationis ſuper lapidem.

E 172

Materia proxima remota, propria, & principalis ſacramẽti poenitentiæ quid.

D. Virgo non fuit capax ſacramenti poenitentiæ.

Ver 2. *De Forma Sacramenti Pœnitentiæ.*

3. p q. 84. art. 3.

FORMA ſacramenti poenitentiæ eſt iſta, Ego te abſoluo a peccatis tuis, quæ operatur inſtrumentaliter, ſicut in aliis ſacramentis nam peccata ſunt quædam vincula, iuxta illud Prou 5. Iniquitates ſuæ capiunt impiũ Hæc forma trahitur ex illo Matth. 16. Quodcunque ſolueris ſuper terram, ſolutum erit & in coelis. Hac forma vtitur Eccleſia, determinatione Concilii Florentini, ſub Eugenio 4. Et quanuis Chriſtus, Ioan. 20. dixerit Apoſtolis, Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, Eccleſia tamen potius dicit, Ego te abſoluo, quàm, Ego tibi peccata remitto. quia hoc magis congruit verbis, quibus Dominus virtutem clauium oſtendens, per quas ſacerdotes abſoluunt & liberãt a peccatis effectiue, nõ principaliter (quia hoc ad ſolũ Deũ pertinet) ſed miniſterialiter effectiue, non deprecatiue, ut in prima & completorio, quæ abſolutiones non ſunt ſacramẽtales, ſed quædã orationes ordinatæ ad remisſionem peccatorũ uenialium, Vnde in ſacramentali abſolutione nõ ſufficit dicere, Miſereatur tui Deus, &c. vel Abſolutionẽ & remiſsionem omnium peccatorũ tribuat tibi Deus, vt ſit in principio miſſæ, Quia per hæc verba ſacerdos nõ ſignificat abſolutionem fieri, quum de ratione formæ ſit, quòd ſignificet & repræſentet, ſiue ſit, aut gerat imaginem eius quod cauſat & operatur, ut in baptiſmo, & aliis ſacramentis. Præmittitur tamen prædicta oratio, non ex neceſſitate, ſed ex cõgruentia ne. ſ. impediatur ex parte poenitentis, cuius actus materialiter quodammodo ſe habent in hoc ſacramento, & non in baptiſmo, vel confirmatione. Conueniẽter etiam additur inuocatio ſanctisſimæ Trinitatis, dum dicitur, In nomine patris, & filii & Spiritus ſancti, eo quod miniſter abſoluit vt miniſter S. Trinitatis, non eſt tamen de neceſſitate, quia hoc non eſt determinatum ex verbis Chriſti, ſicut in baptiſmo, ideo relinquitur ſacerdotis arbitrio, Deinde poſtponitur paſsio Domini noſtri Ieſu Chriſti, & merita D. Verginis & omnium Sanctorũ, vt quicquid boni egeris, vel mali ſuſtinueris, ſint tibi in remiſsionem peccatorum tuorum, in augmentum gratiæ, & futurum prœmium vitæ æternæ, amen. Non ſunt tamen de neceſſitate, vt dictum eſt de inuocatione ſanctæ Trinitatis. ¶ Ex præmiſsis apparet primo quòd prædicta verba, Ego te abſoluo, non ſunt ſic exponenda, hoc eſt, abſolutum te eſſe declaro, cum in ſacramentis nouæ legis verba vel facta nõ ſolũ ſignificatiue debent accipi, ſed etiam effectiue. Nec tamen ſic dicẽdo, ſacerdos loquitur tanquã de re incerta, quia ſicut alia ſacramenta nouæ legis habent de ſe certũ effectũ ex virtute paſsionis Chriſti licet poſſint impediri ex parte recipiẽtis, ſic ẽt & in hoc ſacramento

F 172

Forma ſacramẽti poenitentia unde habetur

mento. unde nec sacerdos indiget speciali reuelatione sibi facta, sed sufficit generalis reuelatio fidei a Christo D. Petro facta, Mat. 16. Perfectio autem expositio esset, si diceretur, Ego te absoluo, hoc est sacramētum absolutionis tibi impendo, nec hoc pronomen (ego) secūdum Caietanum, est de necessitate sacramenti, cum sub intelligatur. Secundo sequitur quod quis non debet petere fraternam remissionem sed absolutionem, quia peccata in fratrem cōmissa habent specialem remissionem, quæ non operatur effectiue, sicut in sacramento. ¶ Notādum ex domino Caietano in summula, super vero, absoluitur, quod si in forma prædicta loco huius accusatiui (te) ponatur (vos) honoris causa vel si episcopus assuetus loqui in plurali numero diceret, Nos absoluimus te. peccaret, recedendo a uerbis per ecclesiam determinatis, absolutio tamen facta teneret, quoniam ex accommodatione vsus idem significatur per huiusmodi verba, quod per hæc, Ego te absoluo. Dicit præterea, quod si sacerdos dubitet se protulisse verba absolutionis, dicere posset, si non es absolutus, ego te absoluo, sicut dictum fuit de baptismo. Absolués tamē sub cōditione futura pura si restituerit, aut fecerit talem pœnitentiam, &c. cum intentione præcisa, hoc est si non feceris, quæ dixi tibi, non te absoluo, nihil faceret, imo peccaret, quia non est in potestate ministri sacramenti conferre nunc, & suspendere effectum illius in aliud tempus implendæ conditionis. Errat etiam sacerdos absoluens sub conditione præsenti præcisa, vtputa si promiseris restituere, aut te superiori præsentare, quia præsumit tradere sub forma dubia, quod Christus præcepit sub forma certa ministrari. ¶ Vlterius notādum ex dicto Caietano circa reiterationē formæ, quod pōt iterari super omnino eandem peccata, quæ quis pluries pōt cōfiteri. sed non potest iterari super omnino eadem confessionem, Quia super eādem materiā proximam nullius sacramēti forma iterabilis est, absque iniuria sacramenti, quia ipsa iteratio attestatur in sufficientiam prioris formæ. ¶ Insuper sciendum quod manus impositio non est de necessitate absolutionis, sicut est de necessitate sacramenti confirmationis, & ordinis, Quia quum Christus dixit Petro, Quodcūque solueris, &c. nullam facit mentionem de manuum impositione, sicut in prædictis duobus sacramentis, vt inferius dicetur. Non est tamen illicita. imò vtilis ad excitādum affectū pœnitentis. dicunt tamen aliqui quod quum de ratione sacramenti sit vnio, & con iunctio formæ ad materiam, iuxta illud D. Aug. Accedit uerbum ad elemētū & fit sacramentum, Si cæcus mutus & surdus confiteretur per signa, non posset ei applicari forma pœnitentiæ, nisi per contractum.

An absolutio conditionata sit licita.

De iteratione formæ sacramēti pœnitētiæ.

Ver. 3. *De institutione Sacramenti Pœnitentiæ.*

B 173 SACRAMENTI pœnitētię institutionem a christo factā cōstat ex determinatione ecclesiæ vt dictū est quū de numero sacramentorum ageretur, ac per illud quod dixit Dominus, Matt. 4. Poenitentiam agite, & appropinquabit regnū coelorum. & Luc. 13. Nisi poenitentiā egeritis, omnes simul peribitis. & Lucæ vltimo Oportebat Christū pati, & resurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius poenitentiam in omnes gentes. Non enim dici pōt, quòd in vltimo passu loqueretur de poenitentia virtute, quæ præcedit baptismum, quia prius tempore de necessitate baptismi, locutus fuerat, Ioan 3. ante incarcerationem diui Ioannis Baptistę. Et quamuis illud quod dixit Mat. 4. possit, intelligi de poenitentia virtute, non tamen ea, quæ dicta sunt Luc. ulti. quum adiunxerit, in remissionem peccatorum quæ non fit per solam poenitentiam virtutem, & iā baptismus publicatus erat, & multi recesserant a fide tēpore passionis, postquā fuerāt baptizati & inciderant in alia peccata, ad quæ purganda & abolenda Christus post resurrectionē suā dixit, In remissionem peccatorū, & potestatem clauium, quæ promiserat, Mat. 16. statim dedit, dicens. Ioan. 2. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Et licet ratio naturalis dictet homini poenitendum esse de malis, quæ fecit, quātū ad hoc quod doleat se fecisse, & remediū quęrat p aliquod mediū, & quod aliqua signa doloris ostendat, sicut fecerunt Niniuitæ, & ideo quoad hoc non indiget institutione, sed quod hoc vel illo modo agat poenitētiam, non est ex naturali

3. p. q. 84. ar. 7.

Ioan. 2

ratione, sed diuina institutione. Et ideo in lege naturæ ante legē Moysi poterat quilibet modum pœnitendi sibi eligere, sicut & modū sacrificandi. Sed per legē Moysi fuit determinatus modus pœnitendi secundum quod congruebat perfectione ueteris legis, quātum quidem ad dolorem, ut esset magis in corde, quàm in exterioribus ignis, secundum illud, Scindite corda uestra, & non uestimenta uestra, quantum uero ad remedium doloris quærendum, vt aliquo modo ministris dei peccata sua confiterētur, sal tē in generali. vnde Leuit. 5. Dominus dixit, Anima quæ per ignorantiam peccauerit, offeret arietē, &c. in hoc enim quòd quis oblationem faciebat pro
Ibid. 8. peccato suo, quodammodo satisfaciebat, & peccatum suum sacerdoti confitebatur. Et secundum hūc modum dicitur Prou. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur a dn̄o, qui aūt confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam cōsequetur. Quātum aūt ad satisfactionē indicta fuerūt ieiunia & afflictiones exteriores, ut in Zach. legitur, & Leuit. 16. Affligetis animas vestras, hoc est corpus uiuens vita corporali. Tunc nondum erat instituta potestas clauium, quæ a passione Christi deriuatur, & per consequens nondum erat institutum, quòd aliquis doleret de peccato cū proposito se subiiciendi per confessionem, & satisfationem, clauibus ecclesiæ, sub spe consequendæ veniæ, uirtute passionis Christi quod pertinet ad sacramentum pœnitentię Christus ergo dando claues Ecclesiæ, hoc est potestatem remittendi pecca-
Leuit. 5. ta materiæ pœnitentiæ alio modo, quàm in antiqua lege determinauit. In antiqua enim lege sacerdos non remittebat, sed solum orabat. In noua autem lege sacerdos remittit, quòd non potest, nisi prius inducentur ei, Igitur ex diuina institutione peccatores tenentur indicare, & confiteri. ¶ Ex præmissis apparet quod in lege naturæ & Moysi erat sacramentū pœnitentiæ, sed non eodem modo neque ita perfectum, sicut in noua lege. Sequitur ēc quòd pessime Lutherus, & sui sequaces definiūt pœnitētiā, dicētes esse nouā vitā, & sufficere absq; præteritæ uitæ detestatione, cōtritione, cōfesione, & satisfatione. Sed de his amplius cum de singulis partibus agetː

3. p. q. 84. art. 5. *Ver. 4.* *De Sacramenti pœnitentiæ Necessitate.*

SACRAMENTVM pœnitentiæ ad salutē animæ peccatori in peccato D
Iacob. 1. mortali existenti est necessarium, Peccatum. n. cum consummatum fuerit. generat 178
mortem, non potest remoueri, nisi per pœnitentiā, igitur, &c. vnde. Christus Luc. 3. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Licet enim ad salutem hominis sufficiat charitatis, quia tamen per peccatum mortale post baptismum perdita. absque pœnitentiæ sacramento in actu, uel in uoto, recuperari non potest, igitur. Nec obstat quòd Christus Magdalenam & adulteram absoluit sine sacramento pœ-
Luc. 7. nitentiæ, quia Christus habebat potestatem excellentiæ, qua poterat conferre ef-
Ioan 8. fectus sacramentorum absque sacramento, hanc autem potestatem non communicauit. Ex præmisis apparet veritas dicti D. Hiero. quòd secunda post naufragium tabula est pœnitentia. Nam sicut primum remedium mare transeuntibus est, vt conseruentur innaui integra. Secundum quòd post nauim fractam, magnam tabulam accipiant, qua perducantur ad littus, ita etiam primū remedium in mari huius uitæ, post naufragium peccati originalis, est baptismus, vt integritatem seruemus Secundum est tabula sacramenti pœnitentiæ in actu, si haberi possit, quòd si non, sufficit contritio cum proposito & desiderio se sumittendi clauibus Ecclesiæ, & satisfaciendi data opportunitate.

3. p. q. 84. art. 8. *Ver. 5.* *De Pœnitentiæ duratione.*

POENITENTIA est duplex, scilicet interior & exterior. Interior est, B
pœnitentia duplex interior et exterior. qua quis dolet de peccato commisso, & talis durare debet vsque ad finē vitæ, actu uel habitu, sēper enim debet displicere homini, quod peccauit. Si enim placeret ei 178
peccasse, ex hoc ipso peccatū incurreret, & fructum veniæ perderet. Displicentia autem dolorem, siue tristitiam causat in eo qui est susceptiui doloris, seu tristitiæ, pro
Esa. 65. ut homo in hac vita. Sancti vero post hanc uitam non sunt susceptiui doloris. Vn-
In li. ad pænitentia. de displicebunt semper eis peccata preterita absque omni tristitia, secundum illud, Obliuioni traditæ sunt angustiæ priores. Sed in hac uita semper sumus capaces,

cet, ideo semper dolere debemus. vnde Diuus Augu. Qui restat nobis nisi dolere in uita? vbi enim dolor deficit, deficit pœnitentia. Si uero pœnitentia finitur, quid relinquitur de uenia? Ex quo infertur quod poenitētia debet esse continua actu uel habitu, ut dictum est. Vnde idem August. in. Dolor in pœnitente continue custodiatur. Et Hugo de S. Victore dicit quod quando Deus absoluit hominem a uinculo peccati, obligat eum vinculo detestationis perpetuę, saltem ad hoc quod non habeat actum oppositum, Quia non oportet quod semper actu, quum necesse sit actū, siue interiorem, siue exteriorem, interpolari in somno & aliis occupationibus. Pœnitētia uero exterior est qua quis signa exteriora doloris ostendit, & uerbo peccata sua confitetur sacerdoti absoluenti, & iuxta arbitrium eius satisfacit & hanc nō est necesse durare usque in finem vitæ, sed vsque ad determinatum tempus secundum mensuram delicti, Deuter. 25. *Pœnitētia exterior quid.*

Ver. 6. *De Reiteratione Pœnitentiæ.*

F 173 QVIA circa iterationem pœnitentiæ errauerunt Nouatiani, ideo probandum est quod pœnitentia post plures iterati. Homo enim inducitur ad misericordiam, exemplo misericordiæ diuinæ, secundum illud, Estote misericordes, sicut pater uester cœlestis misericors est. Sed dominus hanc misericordiam discipulis suis imposuit, ut sæpius remitterent fratribus contra se peccantibus, Non dico tibi vsque septies, sed usque septuagies septies, hoc est totiens quotiens, unde sequitur quod Deus sæpius per pœnitentiam ueniam petentibus præbet, præsertim quum doceat nos quotidianum panem petere, & dicere, Dimitte nobis debita nostra. Nec obstat quod Apost. Heb. 6. dicit, impossibile est eos qui semel illuminati sunt, & gustauerunt cœleste donum, & participes facti sunt spiritus sancti, & proplasi sunt, renouari rursus ad pœnitentiam, Quia (ut dicit D. Tho. ibidem) apud Iudæos erant quædam lauacra, in quibus se pluries ab immunditiis purgabant, & tunc credebant aliqui Iudæorum, quod etiam per lauacrum baptismi aliquis pluries purificari posset: Ad quod excludendum Apost. scribit, Impossibile, &c. intelligens de baptismo, Non enim dicit, per pœnitentiam, sed, ad pœnitentiam, & ratio est, Quia homo per baptismum Christo semel mortuo commoritur, unde subdit, Rursus crucifigentes in semetipsis filium dei, &c Et sic non est simile de pœnitentia quę habet uirtutem ex passione Christi, sicut quædam spiritualis medicina, quæ iterari potest superueniēte infirmitate, sed non potest reiterari regeneratio spiritualis, sicut nec carnalis generatio. Nec iterari potest peccatum originale, ad quod delendum baptismus est institutus. Nec obstat pariter quod D. Ambr. dicit, Reperiuntur qui sæpius agendam pœnitentiam putent, qui luxuriantur in Christo, Nā si ueram pœnitentiam agerēt, iterandam postea non putarent. Quia sicut unum est baptisma, sic una est pœnitentia. Quia D. Ambr. loquitur ibi de pœnitentia solenni, quæ non iteratur in ecclesia. ut in uers. sequenti dicetur. Et quod D. Greg. dicit in homilia quadragesimę, Pœnitentia est ante acta peccata deflere, & iterum plangenda non committere, debet intelligi dum flet actu uel proposito, quia tunc (ut dictum est ex Isidoro) Irrisor est & non poenitens, & cæt. Quia quod quis postea peccet, uel actu, uel proposito, non excludit quin prima poenitentia uera fuerit. Nusquam.n. ueritas prioris actus excluditur per actum contrarium sequentem. Sicut enim uere currit, qui postea sedet, sic uere pœnitet, qui postea peccat. Et quamuis (ut d. Greg. dicit) facilitas ueniæ incentiuum præbeat delinquendi, non tamen sequitur quod deus indulgendo, illud præbeat, aut quod delectetur in peccatis. quia (ut D. Aug. dicit in lib. de pœnitentia) constat deo multum displicere peccata, qui semper præsto est ea destruere, nec soluatur quod creauit, ne corrumpatur quod amauit, scilicet per desperationem.

3.p.q.84. art.10. *Mat.6.* *Mat.18.* *In lib. de pœnit.* *In li. de pœnit.*

V*er.* 7 *De Publica et Solenni Pœnitentia.*

A 174 OMNIS pœnitentia solennis est publica, sed non econuerso Pœnitentia solēnis fit hoc modo, In capite quadragesimæ Pœnitentes præsentat se cum præsbyteris suis Episcopo ciuitatis, ante fores Ecclesiæ sacco induti nudispedibus uultibus demissis, crine deposito, nisi sit mulier, quę comam in signum subiectionis habet, & *3.p.q.28.*

cis

inueniat,& si eã inueniat,extendere eã ad effectus sacramẽtales. & facere eã sacramẽ talẽ. Effectus autẽ sacramentales in sacramento poenitentiæ sunt specialiter iuuare, & fortificare uoluntatẽ ad perseuerantiã in bono proposito in futurũ. Et quoad peccata præterita delere de reatu pœnæ, secundum deuotionem sacramentum accipientis. Quod autem post peccatũ deletũ, & gratiam datã maneat reatus siue obligatio ad poenã, dicetur infra hoc.§ 4.uer.22.¶Tertius effectus est deletio omniũ peccatorum. Vnde Luc.24. Oportebat Christũ pati,& resurgere a mortuis tertia die,et prædicari in nomine eius poenitentiam in remissionem peccatorũ in omnes gentes. Primo per poenitẽtiã directe remittuntur omnia peccata mortalia,iuxta illud, Omniũ iniquitatũ eius,non recordabor. Quia licet peccata non sint connexa, quantum ad comissionem,sunt tamen connexa,quantum ad remissionem, sic quod nullum peccatum (saltem mortale) remitti potest,quin omnia remittãtur, Quia implicat quod quis simul,& semel sit auersus a Deo,et conuersus ad Deum, Venialia vero peccata absq; poenitẽtia remitti possunt,per bonum motum & feruorem charitatis. Non n. ad uenialium remissionem requiritur noua infusio gratiæ, quum ueniale adueniens non tollat gratiam,nec eam diminuat,ut dictum est quũ de charitate, ageretur, Sed sufficit aliquis actus procedens ex gratia, quo aliquis detestatur peccatum ueniale, vel explicite,uel saltem implicite, sicut quum aliquis feruenter mouetur in Deum. Et sic tripliciter aliqua causant remissionem uenialium. Primo inquantum infunditur gratia, quia per gratiæ infusionem delentur. Peccata venialia. Et hoc modo per omnia sacramenta nouæ legis peccata uenialia remittuntur. Secundo, inquantum sunt cum aliquo motu detestationis peccatorum. Et hoc modo confessio generalis, & tunsio pectoris facta in gratia,& oratio Dominica,operantur ad remissionem venialium. Nam in oratione Dominica petimus, Dimitte nobis debita nostra. Tertio inquantum sunt cum aliquo motu reuerentiæ in Deum, & ad res diuinas. Et hoc modo benedictio Episcopalis, aspersio aquæ benedictę, & quælibet sacramẽtalis unctio,& oratio dicta in ecclesia dedicata, & si aliqua alia sunt huiusmodi operantur, ad remissionem uenialium,quod est intelligendum in habente gratiam, Quia quũ gratia quæ prouenit ex merito passionis Christi,sit principium remissionis cuiuscunque peccati,& cuiuscunque reatus,qui licet pœna æterna fuerit translata in tẽporalẽ,hoc fuit ea lege,vt in gratia persolueretur. Vnde Apostolus Rom.4. dicit, quòd ad gratiam Dei pertinet,quòd Deus nõ imputet alicui peccatum,quod glos. ibi exponit de veniali. & 1.Cor. 3. Fundamentũ aliud nemo potest ponere præter id quod positum est,&c.& eiusdem.13. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem nõ habuero,nihil mihi prodest,& Heb 9 Sine sanguinis effusione nulla fit remissio, sed quia meritum passionis non applicatur nisi per gratiam, consequens est quod veniale iunctum mortali,non posset remitti,nisi per sacramentũ baptismi,aut poenitẽtiæ,in actu vel in voto,& sic absque baptismo, & poenitẽtia æternaliter punitur. Vnde Matth.5. Non exibis hinc,donec reddas nouissimum quadrantem,Et eadẽ,ratione reatus venialis aut mortalis remissi in eo qui post remissionem culpæ ante expiationem poenæ,iterum mortaliter peccat,& moritur in illo,Quia in inferno nulla est remissio,neq; satisfactio Nec obstat quòd omne debitum per solutionem eius quod debetur,expiatur, Sed peccato veniali, & reatui mortalis remissi debetur poena temporalis, igitur per satisfactionem expiatur. Quia licet peccato veniali,& illi reatui absolute,& simpliciter nõ debeatur,nisi pæna temporalis in eo qui est in gratia, eo quòd habet principiũ & fundamentum remissionis,& satisfactionis Sed in eo quis non habet illud fundamentum,peccato veniali,& reatui peccati mortalis remissi debetur poena æterna,nõ per se, sed per accidens,ratione conditionis subiecti,quod non habet fundamentum, & principium remissionis,& satisfactionis,quod est gratia, vt probatum est ex Apostolo Romanorum 4. Hebræorum.9 quia etiam ex sola acceptatione diuina est,quòd aliquis satisfaciat. Illi,quum illa seclusa nulla sit proportio nec proportionabilitas inter Deum, & creaturam. Et si dicatur, quòd Deus in remissione, peccati acce-

Ezec. 18. peccata mortalia quo ad remissionem sunt connexa

Peccata uenialia quo remittantur.

peccata uenialia ac- - sque gratia non remittuntur.

Venialis et reatus eternaliter puniuntur in inferno.

Deum. Nec obſtat pariter quod dicitur Iohel. 2. Reddam uobis annos quos comedit locuſta & brucus. Et Ezech. 33. Impietas impii non nocebit ei, quia quantum ad redditionem dictum Iohelis intelligitur ſecundum diſpoſitionem reſurgentis, & quantum ad nocumentum, dictum Ezechielis debet intelligi æternaliter aut etiam temporaliter, niſi ſtet per eos, quia ſi perfecte ſe præparant, non nocebit eis, niſi in his quæ important continuationem, ut uirginitas & innocentia, quę per pœnitentiam non reſtituuntur. ¶ Ex præmiſſis apparet primo, quòd per pœnitentiam non ſemper reſtituitur homo in priſtinam & æqualem dignitatem, nec quoad homines nec quoad Eccleſiam, ut habetur in ca. Domino ſancto. 56. diſtin. nec etiam quoad Deum, quantum ad primariam & principalem dignitatem, ſaltem in eodem gradu, quando ſcilicet remiſſe ſe præparat, licet bene ſecundum eſſentiam, & aliquando ad

Pœnitētia non ſemper reſtituit in priſtinā dignitatem.

B eandem. unde Luc. 15. iuſſit pater dari ſtolam primā, annulum & calceamenta, aliā
175 uero dignitatem ſecundariam, ſcilicet innocentiam, amiſit, de qua filius ſenior dicebat, Ecce tot annis ſeruio tibi, & nunquam mandatum tuum præterivi. Et hanc dignitatem peccator recuperare non poteſt, licet aliquando recuperet aliquid maius, Quia (ut D. Gregorius dicit in homilia de cētum ouibus.) Qui erraſſe a deo ſe conſiderant, damna præcedentia lucris ſequentibus compenſant.

¶ Quintus effectus eſt, quòd per ſacramentū pœnitentiæ opera mortificata reuiuiſcunt. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd opera hominis quædam dicuntur uiua, quædam mortua, quædam mortifera, quædam mortificata. Opera uiua dicūtur ea quæ fiunt in charitate & gratia, quæ eſt principium uitæ & meriti, & ſic opera meritoria dicuntur quia per talia, ſi quis in eis perſeueret, conſequitur uitam æternam. Opera autem mortua ſunt duplicia, quædam dicuntur mortua effectiue, quia ſcilicet ſunt cauſa mortis, & talia ſunt peccata mortalia, de quibus Hebræ. 9. Sanguis Chriſti emundabit conſcientias noſtras ab operibus mortuis. Hęc opera dicuntur mortifera, & nunquam uiuificantur per pœnitentiam, ſed magis abolentur. Quædā ſunt mortua negatiuè, quia ſcilicet non habent gratiam quæ eſt principium uitæ, ut ſunt opera mortaliter bona, facta in peccato mortali. Et hoc modo etiam fides ſine charitate dicitur mortua. Iaco. 2. Et talia licet ad vitam diſponant, nunquam tamen reuiuiſcunt per pœnitentiā, Vnde. 1. Cor. 13. Si diſtribuero, &c. Opera vero mortificata dicuntur opera facta in charitate, quæ per peccatum mortale ſequens mortificantur, pro quanto impediūtur a proprio effectu, ſcilicet conſecutione uitæ æternæ vnde Ezech. 18. & 33. Si auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ eius non recordabuntur, hoc eſt non præmiabuntur. Et quia per pœnitētiam ſubſequentem remouetur peccatum mortale impediens effectum illorum bonorum operum meritorium, ſequitur quod illa opera prius uiua, & per peccatum mortale mortificata ſiue impedita, per pœnitentiam ſubſequentem uiuificātur, hoc eſt, recuperant efficaciam perducendi eum qui ea fecit, ad uitam æternam. Et ſi ille qui ea fecit, nunquam reſurgat, Deus illa merita alicui vel aliquibus dabit iuxta illud, Omni habenti dabitur, & abundabit, &c. & Apoc. 3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Opera enim in charitate facta nō abolentur per peccatum mortale, ſicut opera mortifera per pœnitentiam, quia opera mortifera ſolum remanent per culpam, & reatum, quæ abolentur per pœnitentiam. Opera autem merito

Pœnitētia opera mortificata uiuificantur

Opera uiua.

Opera mortua duplicia.

Opera mortua negatiuè.

Opera mortificata.

Matth. 25.

C ria licet tranſeant, manent tamen merito, & in acceptatione dei, qui per pœnitētiā
175 reddit ei qui illa fecit, ut, dictum eſt ex Iohele. 2. Reddam uobis, &c. Si uero non reſurgat, reddet aliis, quia peccatum mortale non poteſt abolere ea quæ ſunt in acceptatione diuina, niſi in ordine ad eum qui peccauit, & quandiu peccatum manet.

¶ Pœnitentiæ partes integrales ex parte materiæ ipſius ſacramenti ſunt tres, ſcilicet contritio, confeſſio, & ſatisfactio. Et quanuis in aliis ſacramentis ex parte materiæ non ſint duę tales partes, quia materia illorum eſt aliquod ſenſibile extrinſecum, in pœnitentia uero materia ſunt actus humani tres requiſiti uel in actu, uel in uoto, ut amplius dicetur. Ideo dicuntur partes integrales, ſiue integrantes & facientes materiam integram & perfectam. Matrimonium uero cuius materia eſt conſen

3 p. q. 90. Pœnitentia, tribus partibus integratur.

ſus

sus primus contrahentium, non requirit alios actus ideo non habet partes.

Ver. 10 De Contriti. ne.

CONTRITIO secūdū allusionē uocabuli, differt a fractione, quia ea quę sunt dura, quando in magnas partes diuiduntur, frangi dicuntur. Ad spiritualia autē transferendo, dura dicuntur corda hominum, qui per superbiam suo sensui inhærentes, a mandatis diuinis recedunt, & ideo oportet quòd illud quod destruit peccatum, discedere faciat cor hominis a proprio sensu, in quo firmus & induratus erat, ita ut affectum cuiuslibet peccati dimittat. Quod fit per affectum ut uoluntatem oppositā & ideo actus uoluntatis, quo peccatum detestatur & dimittitur, dicitur contritio per quandam similitudinem à theologis in usu communiter acceptam. Et quum cōtritio dupliciter possit considerari, primo ut est actus virtutis pœnitentiæ, Secundo D ut est pars sacramenti, Ideo dupliciter definiri potest, Contritio, ut est actus uirtutis pœnitentiæ iustitiæ vindicatiuæ affinis, est dolor voluntarie assumptus pro offensa in alterum commissa, quo offendens punit in se quod dolet cōmisisse, secundum arbitrium offensi cum opposito recompensandi, hoc est satisfaciendi, & hæc cōtritio est de iure naturæ, & prærequiritur ad contritionem sacramentalem. 175

In addi. 3. p. q. 1.

Contritio ut actus uirtutis quid.

¶ Et quia circa huiusmodi dolorem in hac materia aliquę ortæ sunt difficultate, eam ob rem pro resolutione sciendum est quid, & quotuplex sit Dolor, Dolor enim dupliciter accipitur, primo proprie, ut est passio corporis uel appetitus sensitiui. De hoc dolore dictum est, quum de appetitu concupiscibili ageretur. Talis dolor uocatur sensibilis, & non est de essentia contritionis, sed potius effectus eius, quia contritio est actus voluntatis, & dolor ille sensibilis est actus appetitus concupiscib lis, uel passio disconueniens corpori. Alio modo accipitur dolor large, pro quacunque displicentia siue nolitione, aut his quæ sequuntur ad nolitionem, prout est afflictio quædam uoluntatis quæ dicitur. Tristitia spiritualis. Vnde D. Augustin. dicit, Tristitia est quædam afflictio de his quę nobis nolentibus accidunt. Et hoc modo dolor est de essentia contritionis & actus pœnitentiæ uirtutis moralis. Contritio uero, ut est pars integralis sacramenti pœnitentiæ, sic definitur, Est dolor de peccatis propriis voluntarie assumptus, propter Deum summe dilectum, cum proposito a talibus & aliis omnibus cauendi, & dei mandata implendi, cum spe veniæ consequēdæ.

In Addi. 3. p. q. 3. art. 1. Quis dolor ad contritionem sit necessariis.

Tristitia quid.

Contritio sacramentalis quid.

¶ Ex hac definitione apparet primo, quod contritio quæ est pars sacramenti pœnitentiæ, includit contritionem, quæ est actus poenitentiæ virtutis, & multa supra eam addit, Quia actus pœnitentię, uirtutis est dolor uoluntarie assumptus de peccatis, inquantum sunt contra rationem & bonum honestum, nec requiritur quod sit maximus, sed sufficit quòd sit dolor moderatus cum solo proposito recompensandi siue satisfaciendi & cauendi. Sed contritio, quæ est pars sacramenti pœnitentiæ, est dolor de peccatis propriis uoluntarie assumptus, propter Deum summe dilectum. Et ideo oportet quod sit maximus, qui possit esse in natura, non quidem intensiue, sed appreciatiue, ita quod sicut deus debet diligi supra omne diligibile, ita peccatum displiceat, & odiatur supra omne odibile, & quod sit propositum confitendi, & absolutionem obtinendi, & satisfaciendi, ac etiam uitandi supra omne uitabile; sic quod peccator sit (saltem in pręparatione animi) taliter dispositus, quòd mallet priuari omnibus bonis mundi temporalibus, ac etiam corporalibus, quàm deo, & mallet sustinere omnia tormenta, etiā inferni, ac etiam mortem ipsam, E quam a cętero offendere deum, iuxta illud Lucæ. 14. Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum, & matrem suam, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc & animam suam (hoc est uitam suam, ut communiter exponunt doctores) non potest meus esse discipulus. Non tamen ita specifice interrogandi sunt pœnitentes, ne terreantur, sed sufficit confessori ex exterioribus signis illam supponere. Cum hoc tamen stat quod magis sit dolendum de maiori peccato, quia (ut habetur Deuteronom. decimoquinto.) secūdum mensuram delicti erit & plagarum modus. Sed in commensuratione peccati plage commensurantur delicto, cum contri- 175.

Dolor contritionis sacramētalis quomodo est maximus.

art. 4. Magis dolē

tritio includat propositũ satisfaciendi. Præterea ratio doloris est maior de vno quam de alio scilicet offēsa dei, qui magis offenditur ex magis inordinato actu. Nũquã dolor siue displicentia voluntatis potest esse nimius, sicut nec actus charitatis licet dolor sensitiuus possit esse nimius, sicut exterior corporis afflictio, Quia in his ultimis debet accipi pro mensura conseruatio subiecti, & bonę habitudinis sufficientis ad agenda ea quę incumbunt agenda, & propterea dicitur Rom. 12. Rationabile sit obsequium vestrum. Et quia incertum est nobis ad talem summam dilectionem dei ex toto corde, mente, anima, & viribus (quam habere præcipimur) habeamus, ideo incerti sumus an cõtritionem, quæ est pars sacramenti pœnitentiæ, habeamus, licet scire possimus, & teneamur nos habere contritionem, quæ est actus pœnitentiæ virtutis, quum sit de iure naturali. Addit præterea contritio, quę est pars sacramenti, propositum confitendi, & spem veniæ. Secundo ex hac definitione apparet quod sit obie- *dũ de maiori peccato probatur.* *Matth. 22*
F ctum primarium contritionis, quæ est pars sacramenti pœnitentiæ, habet enim pro
175 obiecto singula & omnia peccata mortalia collectiue, cum fractio importet fractionem in minimas partes. Et ratio est, quia diuersorum morborum diuersę sunt medicinæ, quia non sanat oculum quod sanat calcaneum, ut D. Her. dicit. Sed contritio est medicina singularis contra vnum peccatum mortale, præterea contritio explicatur per confessionem. sed oportet singula peccata confiteri, ut infra dicetur, ergo de singulis confiteri, saltem quantum ad principium illis contritionis. Secus quoad terminum, quum in eo iam sint peccata deleta, propter informantem gratiam, alias de singulis, & omnibus. Quod intelligẽdum est, quum memoriæ non occurrũt. Quia circa oblita uel quæ memoriæ non occurrunt, sufficit generalis cõtritio de omni malo, per quod Deum offendit, Sed quando ad memoriam reuocantur, tunc tenetur homo specialiter confiteri. Similitudo est de paupere, qui non potest soluere illud quod debet, excusatur pro tempore quo non potest, tenetur tamen quum poterit. Quoad venialia uero omnia, sufficit generalis contritio, quia vna medicina particularis plures paruas fatigationes euacuare potest. ¶ Ex præmissis sequitur, quod de peccato originali non est contritio, nec de peccatis alienis, quum non sint ex dura, propria voluntate. Et quamuis de peccatis alienis ex charitate possit esse dolor, & displicentia, & aliquis pro eis possit se affligere, vt de multis sanctis legimus, ille tamen dolor non debet dici contritio, ut est pars sacramenti pœnitentiæ, quum nõ ordinetur ad confessionem, in cuius absolutione perficitur pœnitentiæ sacramentum. Tertio apparet quod contritio proprie non est de peccatis futuris, sed de illis est cautio, uel (sicut dicunt aliqui) dolor de peccatis præteritis etiam dimissis, est medicina præseruatiua futurorũ. Quarto apparet quod contritio in actu & in uoto implicat, & cõplectitur alias sacramenti pœnitentiæ partes, & ideo per contritionem consequitur quis remissionem peccatorum unde Psalmista, Dixi, confitebor aduer *In Addi: 3.p.q.2. ar.6. ar.3.ad.2.*
176 sum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Verũ quia talis remissio fit ex voto ac desiderio confitendi, ideo peccator licet habeat peccatorum remissionem, tenetur data opportunitate confiteri, & absolutionem obtinere, ac satisfacere, alias de nouo peccaret, uel ueram contritionem se non habuisse ostenderet Et licet contritio possit tantum intendi, quod delebit totum reatum pœnæ, quia tamen peccator incertus est de tali intentione contritionis, & sic remissionis reatus, ne se exponat periculo maioris pœnæ in purgatorio, non debet satisfactionem omittere, concessa opportunitate. Quinto apparet quod contritio cõplectitur quatuor actus ad iustificationẽ requisitos, de quibus dictum est supra c. 16 § 4. versic. 1. Sexto apparet discrimen inter contritionem & attritionem, quia contritio est propter Deum summe dilectum, ideo non potest esse sine gratia, & charitate in qua est causa imperatiua eius, & sic contritio est posterior charitate in genere causæ efficientis, non tamen tempore, sed ordine naturæ. Sed in genere causæ materialis contritio est prior ordine naturæ, quum sit dispositio ad gratiam, & charitatem, Attritio autem est sine gratia, & charitate. ¶ Circa huiusmodi attritionem sunt variæ, & contrariæ opiniones, pro quarum concordia, & resolutione sciendum est, *Psal. 31.* *Discrimē inter contritionem & attritionem.*

A i & quo ex attrito fit contritus. est quòd si attritio dicatur dolor de peccatis uoluntariæ assumptus, propter timorem seruilẽ, sic ꝙ principiũ eius sit timor seruilis vt scilicet sit detestatio peccatorum propter metũ pœnæ, tunc attritio nunquã fit cõtritio, nec ex attrito aliquis fit cõtritus, nisi ad hunc sensum, quod post attritionem venit cõtritio, sicut dicimus ex mane fit meridies, & ex iniusto iustus consecutiue. Sic postea quam aliquis est attritus, fit contritus attritione desinente esse propter aliud principiũ siue obiectum supe ueniẽs, quod est timor filialis Et hæc fuit opinio D Tho. in. 4. Et quanuis habitus fidei idem B

in Add. 3.p.q.1. ar.2. numero informis fiat formatus, nunquam tamen actus fidei informis fit actus fidei 176 formatæ, quia actus fidei informis transit, & non manet veniente charitate. Sed attritio & contritio non dicunt habitum, sed actum, habitus autem virtutum infusarum, quæ voluntatem respiciunt, non possunt esse informes, quum ex gratia fluant, & charitatem consequantur, ideo antequam gratia infundatur, non est habitus, a quo actus contritionis eliciatur.

¶Quidã tamẽ dicũt quòd sicut contingit eundẽ actum numero cõtinuatũ in genere naturæ esse successiue bonum, & malum, ita dicunt quod contingit eundẽ actũ numero successiue esse informem, & formatum. Sed notum est quod sunt plures actus specie distincti in genere moris, quod est de cõsideratione Theologi. Si uero attritio dicatur dolor voluntarie assumptus, propter deum summe dilectum, sed non cum sufficienti, & requisita intentione siue gradu, puta quia non ex toto corde, & ex tota mẽte, &c. quũ motus naturalis a principio sit remissus, & in fine velocissimus, & tamen est idem motus, qui successiue perficitur, Sic attritio per continuationem, vel applicationem absolutionis fit contritio. Et sic intelligitur id quod a doctoribus communiter dicitur, quod virtute clauium ex attrito fit cõtritus Formatio enim secundum hunc modum dicendi est extrinseca actui continuato, sicut habitui fidei, de cuius essentia non est quod sit formatus charitate. Sic de essentia actus contritionis

c.13.§ 8. ar.1. quantum ad substantiam, non est qnod eliciatur a gratia & charitate, quæ est illi extrinseca. Et sicut dictum est, timor seruilis secundum substantiam suam non contrariatur charitati, neq; seruilitas est de essentia ipsius, ideo remota seruilitate, potest informari gratia extrinsece, non tamen elicitiue est a charitate, aut a pœnitentia infusa, a qua est habitus contritionis. Et sic pro omni resolutione, & concordia dicendum, quod attritio elicita ab habitu acquisito pœnitentiæ virtutis, non est neq; fit cõtritio elicita ab habitu infuso, & hanc arbitror intentionem D Tho. quæ ex eius probatione resultat, loquitur enim de diuersitate principiorum. Attritio autem elicita a pura potentia, adueniente habitu infuso perficitur, quia illa principia sunt subordinata.

Ver. 11. *De tempore contritionis.*

CVM pœnitẽtia secũdũ habitũ siue in præparatione animi debeat durare vsq; C ad finẽ vitæ, & (ut dicitur Eccl. 5.) De propitiatu peccatorũ noli esse sine metu, &c. 176 sequitur quod contritio, quæ est principalior pars materialis sacramenti pœnitentiæ & omnes alias partes complectens, debet durare vsq; ad finẽ vitæ, Quia post hanc vitã quũ sacramenta non remaneant, nec contritio, quæ est pars sacramenti pœnitẽtiæ, & sic beati in patria quũ careant omni dolore, propter gaudii amplitudinẽ contritionẽ (saltem eiusdẽ rationis) habere nõ possunt, licet sit in eis displicentia, & nolitio peccatorũ præteritorum. Damnati vero in inferno, etsi dolorem semper habeãt,

Damnati grauiter, et irrationaliter pœnitent. contritione carẽt, deficit n. in eis gratia dolorẽ informans, & sic non dolent propter Deũ summe dilectũ. Sed præ angustia pænarũ & tormentorũ sunt gementes, et pœnitentiã infructuosam agentes, ut dicitur. Sap. 5. Sed animæ in purgatorio existentes, quanuis habeant dolorem de peccatis gratia informatum, non tamen meritoriũ, quum non sint in statu merendi, nec proprie satisfaciendi, quum satisfactio proprie dicta opus meritorium requirat. Sed largo modo satisfactio dicitur pœnę debitæ solutio. Et sic animæ in purgatorio sunt in statu satisfaciendi. Non est tamen in eis contritionis efficacia, & ideo secundum aliquos displicentia peccatorum præteritorum,

teritorum, pro quibus torquentur, non dicitur proprie contritio. In vita tamen præsenti quilibet tenetur dolere, donec credat peccatum sibi esse remissum, & peccatorem Dei gratię esse restitutum, sicut infirmus sanitati, quoniam huiusmodi contritio comparatur ad peccatorem, sicut medicina curatiua ad infirmum. Sicut igitur cessat medicus a medicina curatiua, sanato infirmo, sic cessat huiusmodi contritio, sanato peccato per ueram confessionem, & satisfactionem. fundatas super uera contritione. In præparatione tamen animi in hac vita, semper durare necesse est. ¶ Sed quoad actum, de eius necessitate videndum est, quando scilicet peccator in peccato
D mortali existens, teneatur sub pœna peccati mortalis conteri, Dicendum est quod
176 in quatuor casibus, Primo, quãdocunque imminet periculum mortis, Quia nec per momentum instante periculo tutum est stare in statu offensæ & iræ Dei, iuxta illud, Qui amat periculum, in illo peribit. Ideo debet cõteri, uel saltem atteri, aut habere probabilitatem contritionis Vnde Eccl. 5. dicitur non tardes cõuerti ad Dominum, neque differas de die in diem. Subito enim uenit ira eius, & in tempore vindictæ disperdet te. Secundo, quando imminet susceptio vel administratio sacramenti, tunc enim obligat illud, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, & illud Matt. 7. Nolite sanctum dare canibus. Et generaliter quandocunque est exercitatio alicuius actus necessario requirens hominem esse in gratia, tunc tenetur conteri. Tertio omni die Dominico, quia præceptum est de sanctificatione Sabbati, in quo includitur dilectio Dei super omnia & sanctificatio animæ, iuxta illud, Sanctificabũt animas suas. Hoc autem fieri non potest, nisi per contritionem, igitur tenetur habere contritionem, secundum ęstimationem probabilem. Et ideo quamuis alia præcepta possint impleri absque gratia, non tamen præceptum de sanctificatione Sabbati, quod includit dilectionẽ Dei super omnia. Vnde D. Greg. dicit. Dominico die a labore terreno cessandum est, atque orationibus omnino insistendũ, vt si quid negligentiæ per sex dies agitur, die resurrectionis Dominicæ expietur. Et ideo Ecclesia ad implendũ hoc præceptum præcepit omnibus Christianis diebus Dominicis missam audire, ut habetur in c. missam, de conse. dist. 1. Ac etiam ordinauit in principio missæ fieri confessionẽ generalem, & corporis Christi eleuationem ut populus haberet occasionem petendi veniã, & pręcepta fidei, spei, & charitatis (quæ illa die obligant) implendi. Quarto quis tenetur conteri, quandocunque peccatorũ mortale præteritum occurrit memoriæ practicè, hoc est cum iudicio practico, siue cum inclinatione ad complacendum vel delectandum, quia nisi tunc detestetur, exponit se periculò recidiui. Si vero aliquando peccata præterita, de quibus aliquis aliquando contritus fuit, redeant ad memoriam speculatiue, siue per modum transeuntis, absque iudicio practico, & inclinatione prædicta, non tenetur quis ad contritionẽ. ¶ Ex præmissis faciliter inferri possunt multa corolaria, quæ sunt vtilia, & populo declaranda, Puta ingredientibus mare aut bellũ, aut in loco pestifero manentibus, & suscipientibus sacramentum confirmationis, matrimonii, & ordinis, necessariam esse contritionem. imo & confessionem, data oportunitate, ut infra dicetur, & ualde utile & securum est quolibet mane & sero conteri, propter multiplicem vtilitatem & periculorum uitationem.

Peccator in quatuor casibus tenetur conteri. *Eccle 5.* *Leuit. 19* *Eccle. 2.* *In regist.* *Cur missa diebus dominicis est præcepta.* *Notãda corolaria.*

Ver. 12. *De Confessione in Generali.*

E
76 CONFESSIO multipliciter accipitur, Primo pro gratiarũ actione, & hoc modo Dauid cõmuniter vtitur in psalmis, & singulariter quũ dicit, Confessio & magnificentia opus eius, & iterũ, Confessio & pulchritudo in conspectu eius, & quũ dicit. Confitemini Domino, quoniã bonus. & Christus Matt. 11. Confiteor tibi pater, Domine cœli, & terræ, &c. Secundo pro cõfessione fidei, Rom. 10. Corde creditur ad iustitiã, ore aũt confessio fit ad salutem, ut dictũ est. Quandoq; pro confessione debiti, & aliquando pro confessione delicti. Confessio debiti est duplex. s. iudicialis, & extraiudicialis, hanc (quia pertinet ad iuristas) pertranseo, aliquid tamen de ea superius diximus. Cõfessio etiam delicti est duplex. Quædam est iudicialis, de qua

Confessionis multiplex acceptio. *c. 10 § 3: uersi 3.* *Confessio delicti duplex.*

Iosue 7. Da gloriam Deo Israel, & confitere & indica nobis quid feceris. de hac dicendum est, sicut de confessione debiti in iudicio. Alia est extraiudicialis, & hæc est duplex, quædam generalis, prout illa quæ fit in principio missæ, & in prima ac completorio. Alia est particularis, & hæc etiam est duplex, Quædam consultiua, amico facta, quædam sacramentalis, quæ est una pars integralis sacramenti pœnitentiæ, sicut & contritio. de hac confessione nunc agendum est.

c. 4 §. 2. ver. 6.

Ver. 13. *De Confessionis Sacramentalis quidditate.*

In addi. 3. p. q. 7. ar. 1

Cōfessio sacramētalis quid.

CONFESSIONEM sacramētalē D. August. definiuit dicens, Confessio est qua morbus latens sub spe veniæ aperitur. Quidam uero dicunt quòd cōfessio est coram sacerdote legitima peccatorum declaratio. Alii autem, quòd confessio sacramentalis est delinquentis accusatio, & erubescētia, & per claues ecclesiæ satisfactoria, obligans ad peragendam pœnitentiam iniunctam. Completa aūt definitio hæc est, Confessio sacramentalis est actus uirtutis pœnitentiæ, quo specialis, distincta, & particularis, ac uoluntaria peccatorum quæ memoriç occurrunt, fit manifestatio, cum submissione, sacerdoti potestatē clauium habenti facta cū spe ueniæ, siue ad remissionē consequendam, & proposito in futurum cauendi, & iniunctam poenitētiam implendi. In prædicta definitione continetur genus, quia est actus uirtutis poenitentiæ, non quidem elicitus, quia elicitur a uirtute ueritatis, importat. n. ex suo nomine manifestationem veram alicuius quod in conscientia aliquis tenet, sic enim simul in unum os & cor conueniunt. Si enim aliquis proferat ore quod corde non tenet, non est confessio, sed fictio, hęc autem conditio, quòd quis ore vel alio signo confiteatur siue manifestet, pertinet ad uirtutem ueritatis elicitiue, imperatiue autem ad uirtutem poenitentiæ, potest etiam ad multas uirtutes pertinere, secundum quod actus confessionis potest ordinari in finem multarum uirtutum. Secundo in definitione prædicta ponitur differentia eius, quia manifestatio. Tertio de quo fieri debet, scilicet de peccatis, & sic causa materialis. Quarto cui debet fieri, quia sacerdoti. Quinto causa eius finalis, scilicet remissionem peccatorum. Sexto effectus, scilicet absolutio & obligatio ad poenam exoluendam. ¶ Notandum tamen quod licet actus cuiuslibet uirtutis acquisitæ sit de iure naturali, (quum secundum Philosophum. 2. Ethi. Ad uirtutes aptissimi simus a natura,) Confessio tamen sacramentalis non est de iure naturali, nisi forte accipiatur ius naturale, secundum quod cuilibet rei illud est naturale, quod ei a suo creatore imponitur, Non tamen proprie accipiendo ius naturale, pro eo. s. quòd nō opinio genuit, sed inata quædam uis inseruit. vt Cicero dicit, uel secundum quod dicunē naturalia, quæ ex principiis naturæ causantur. Sed confessio nō est huiusmodi, cū sit ex institutione diuina, Talia. n. sunt supra naturā, sicut ea quæ ipse Deus sibi reseruat absq; naturæ ministerio operanda, siue in operationibus miraculorum, siue in reuelationibus mysteriorum, siue in institutionibus sacramentorum, de quorum numero est sacramentū poenitentiæ, cuius pars est cōfessio exterior, quāuis interior confessio, quæ fit Deo in recognitionē peccati, quantum pertinet ad uirtutē ueritatis uel pœnitentię, quæ est pars iustitiæ, affinis iustitiæ uindicatiua, sit de iure naturali, & ideo inculpantur primi parentes & Cain, qui peccatum suū non recognouerunt, ratio n. naturalis inclinat ad confessionē uero modo debito faciēdam cui oportet, quando oportet, & secundum quod oportet. Sed non est de iure naturali, ut est pars sacramenti poenitentiæ, determinatio. n. circunstantiarū, quando, quomodo, & quid confiteri oporteat, ac cui, & ad quem finem fieri debet, est ex institutione diuina, vnde patet quòd ius naturale inclinat ad confessionem, mediante iure diuino, quo circunstantiæ determinantur sicut etiam inclinat ad ea quę sunt iuris positiui, mediante institutione humana. Et licet præcepta iuris naturę semper maneant, non tamen eodem modo. Hinc est quòd in lege naturæ sufficiebat recognitio peccati interior, cum oblatione sacrificii exterioris indeterminati, siue secūdum arbitrium peccatoris In lege vero Moysi oportebat aliquo signo exteriori determinato per legem, peccatum manifestare, & se peccatorē protestari sicut

Confessio quō sit de iure naturali.

per oblationem hostiæ pro peccato, vt habetur in Leuit. non tñ oportebat vt specialiter peccatum a se commissum peccator manifestaret sicut in lege noua.

Ver. 14. *De confessionis Necessitate.*

B CONFESSIONEM sacramẽtalẽ a Christo institutã, ei qui est in peccato mortali ad salutẽ animæ esse necessariã, cõstat ex determinatione ecclesiæ in concilio Triden. vbi dicitur, Si quis dixerit eum qui post baptismum lapsus est, nõ posse per Dei gratiam resurgere, aut posse quidem, sed sola fide amissam iustitiã recuperare sine sacramento pœnitentiæ, prout sancta Romana, & uniuersalis ecclesia seruauit, & docuit, Anathema sit. Confessionem sacramentalẽ ex duobus euãgelii partibus manifestatum est a Christo institutã esse, Primo ex illo Mat. 5. Nolite putare quoniã veni soluere legẽ aut prophetas, non ueni soluere sed adimplere & potest sic deduci, Necesse est dicere Christum impleuisse legem Moysi, & omnia quæ in ea continebãtur, & figurabãtur, Sed confessio & absolutio sacramẽtalis erãt figuratæ in lege Moysi, ergo fuerunt à Christo institutæ. Maior est manifesta ex prædicta auctoritate in qua Christus dicit ad hoc se uenisse. Et cum sit ipsa veritas, & mentiri non possit, igitur. Minor probatur, Quia omnia in figuram contingebat illis, & probat Apostolus de sacramento baptismi & eucharistiæ, quæ erant in veteri testamento figurata, & per Christum impleta sunt, alias non impleuisset legem. Quod autem confessio fuerit figurata, patet, quia sacerdotium Leuiticum quod erat supra carnalia, & corporalia, figurabat sacerdotium Euangelicum, quod futurum erat circa spiritualia, ut probat Apost qui cõcludit sacerdotium Leuiticũ fuisse transferendum, imò etiam trãslatum in sacerdotium Euangelicum, vnde ait, Translatio sacerdotio necesse est, ut legis translatio fiat. Sed ad sacerdotes Leuitici generis pertinebat iudicium lepræ carnalis, quæ figurabat lepram spiritualem hoc est peccatum, & leprosi tenebantur ostendere sacerdoti locum & tumorem illius lepræ carnali, unde Mat & Luc. 5 & 17. iussit Christus leprosis, ut se ostenderent sacerdotibus, sicut præcepit Moyses, Ergo ad sacerdotium Euangelicũ, siue ad sacerdotes Euangelico, pertinet iudicare de lepra spiritualia, hoc est de peccatis, & leprosi spirituales, hoc est peccatores, tenentur. ei ostendere lepram, hoc est peccatum, quod fit per cõfessionem, & iudicium fit per absolutionem. Et sicut leprosi qui ostendebant lepram sacerdoti, & per eius iudiciũ remittebantur a castra, erant sanati, & qui non se ostendebant, vel habebant ex iudicio sacerdotis manere extra castra, non sanabantur. Sic peccatores ostendentes & confitentes peccata sua sacerdoti, cui commissum est iudicium, per eius iudicium, hoc est absolutionem, remittuntur peccata, Qui uero non confitentur, uel qui confitentur, & nõ intẽdunt cauere aut satisfacere ad iudicium sacerdotum non obtinent absolutionẽ, manent peccatores & non sanantur ¶ Quòd autẽ iudicium de peccatis sacerdotibus euãgelicis fuerit cõmissum, habetur Matt. 16. quando Christus dixit Petro, Tu es Petrus, &c. Sequitur, Quodcũq; ligaueris super terrã, erit ligatũ, & in cœlis Et quodcunque solueris super terrã, erit solutum & in cœlis. Per hæc verba promisit Christus dare iudiciũ de peccatis absoluendis, & ligandis aut retinendis, quod expressius declarauit, quũ realiter dedit potestatem absoluendi, siue remittendi, & retinẽdi peccata, cũ dixit, Accipite spiritum sanctum hoc est uirtutem potestatem spiritus sancti, Quorũ remiseritis peccata, &c. Remissio respondet solutioni promissæ & retentio ligationi. Peccata autem dicuntur retenta, quæ non remittuntur, siue non soluuntur, & soluta siue remissa, quæ non retinentur. Per hæc uerba Christus clarissime, ostẽdit quod dedit potestatem absoluendi, & retinendi peccata, & mandauit peccatoribus ea confiteri. Nam ostendit peccata non remitti apud Deum in cœlo, nisi ministerio sacerdotum uel actu, vel in voto. Quilibet aũt peccator qui uult consequi uitã æternã, tenetur facere ut sibi peccata dimittãtur, Ergo quilibet tenetur ex petere ministeriũ sacerdotũ, hoc est cõfiteri peccata, & petere absolutionẽ, quã nõ possunt dare absq; causæ & circunstãtiarum cognitione. ¶ Neq; sufficit cõfiteri in generali, & dicere, Ego sum peccator, peto absolutionẽ,

In addi 5. p q 8. ar. 4

Confessionis sacramentalis institutio.

1. Cor. 10.

Heb 7.

Leuit. 13.

Iudiciũ de peccat s fuit sacerdotibus commissum.

Ioan. 10.

vt dicit D. Chris. Sicut non sufficiebat leprosis dicere sacerdotibus, Ego sum lepro sus, remittite me ad castra. Sed tenebantur ostendere locũ lepræ, vnde sacerdotes pos sunt sumere iudicium separandi ad tempus, vel remittendi, Sic peccatores peccata in particulari, & circunstantias, ex quibus cõfessor potest sumere iudiciũ satisfactio nis iniungendæ, quia licet Christus contulerit sacerdotibus potestatem absoluendi & retinendi, non tamẽ ad ipsorũ arbitrium. Nã si libere remittere possent, & nõ re mitterent, impii essent. Si vero indignos absoluerent, infideles essent. Postquã ergo dedit potestatẽ retinendi & absoluendi, nõ omnia omnibus peccata indifferẽter re mitti voluit, alias non dedisset potestatẽ retinendi. Secundũ ergo rationis iudicium potestatem dedit absoluendi, & retinendi, absoluendi quidem vere pœnitentes, & obedientes, retinendi vero peccata non confitentium, uel perseuerare in eis uolen tium, vel se submittere eorum iudicio nolentium. Hoc autem absque peccantium, manifestatione facere non poterant Apostoli seu discipuli, nec possunt eorũ succes sore, Sequitur ergo quod per hæc uerba Christus iniunxit peccatoribus manifesta tionẽ siue confessionẽ, ut erubescerent, & fructus dignos pœnitentiæ a sacerdoti bus iniunctos agerent, alias eis Ecclesiæ claues frustra dedisse uideretur, qui tamen omnia in sapientia fecit. vnde D. August. dicit, Sunt quidam qui sibi sufficere existi mant, si soli Deo cui nil occultum est, quem nullius latet conscientia, sua crimina, confiteantur, nolunt enim, aut erubescunt, seu dedignãtur ostẽdere se sacerdotibus quos tamẽ inter leprã & leprã discernere, per legislatorem cõstituit dominus. Sed nolo, ut decipiaris opinione, quatenus confundaris confiteri Christi vicario, ergo ad te roges venire sacerdotem, & fac ipsam conscientiarũ tuarum participem, erro neam autem esse persuasionem contrariam. Et alio in loco docet, quod nõ per nun tium, nec per scriptum, sed proprio ore debemus confiteri sacerdotibus. Et in li. de Pœnitentia. vt habetur in c. agite pœnitentiã. de pœniten. dist. 1. ait, Agite pœni tẽ tiam, qualiter agitur in ecclesia, vt oret pro vobis Ecclesia. Nemo dicat sibi Occul te ago, apud deum ago, Nouit deus qui mihi ignoscit, quid ago. Ergo sine causa di ctũ est, Quæ solueritis in terra, soluta erũt, & in cœlo. Ergo sine causa claues datæ sunt Ecclesiæ Dei? Frustramus euangelium Dei? frustramus verbum Christi, si pro mittimus quod ille negauit? Et alibi dicit, Medicũ quis vidit curantem vulnera, quæ sibi nõ ostenduntur? & D. Boetius in lib de consola. Si operam medicatis expectas, oportet ut vulnus detegas tuum. Quilibet corporaliter vulneratus ad mortẽ, iure naturali tenetur accedere, vel vocare medicum, & ostendere non unum uulnus læ thale solum, sed omnia, uno. n. occultato mors sequitur, & nauis uno foramine non obtuso submergitur. Ideo occultans, & nõ accedens, uel non uocans, est homicida, suipsius, a fortiori uulneratus spiritualiter &c ¶ Præterea quandocunque rex con stituit aliquem iudicem, aut dat illi aliquod officiũ, aut potestatem, censetur dare ei omnia necessaria, & sine quibus non potest exercere officium illud, alias frustra daret. Et sic dat ei potestatem aduocandi testes & si nolint uenire, dat illi potesta tẽ cõpellendi, quia sine testiũ despositione non põt iudicare, ut habetur in c. præ rea, extra de offi. iudi. ordin. Cũ ergo Deus & natura nihil faciant frustra, sequitur quod Christus qui est uerus deus, dando discipulis potestatem absoluendi eos, qui forent absoluendi, dedit mandatum peccatoribus confitendi, alias eorum potestas esset nulla. Vlterius in iudicio seculari non est idem iudex, actor, & reus, sed iudi cium spirituale est ordinatius, Ergo peccator qui est reus, non debet esse suipsius iudex, sed ab alio debet iudicari, secundum allegata & probata. Cõfessio autem est species probationis, secundum iuristas, igitur, &c. Ideo sicut Deus uolens allicere homines ad baptismũ Christi præmisit baptismũ Ioannis. Sic uolens allicere homines ad confessionem sacramentalẽ per Christum instituendã, præmisit di uum Ioannem Baptistam, qui eos hortaretur ad confessionem uocalem peccatorũ specialem. unde Mar. 1. dicitur Egrediebatur ad eũ omnis Iudææ regio & Hierosoly mitæ uniuersi, & baptizabantur ab illo confitentes peccata sua Præmisit et prophe tas & exempla sanctorum in antiquo testamẽto. vnde Iob. 10. Dimitte ...

Generalis cõfessio mor talium non sufficit.

In li. de ui sita infir.

Notanda similitudo.

C 177

me eloquium meum. & Salamon Prou. 18. Iustus prior accusator est sui. & Pro. 28. Qui abscondit scelera sua, non diregitur. Qui autem cōfessus fuerit, & relique rit ea, misericordiam consequetur. & Ecclesi. 4. Non confundaris confiteri peccata tua, & non te subiicias omni homini (sed deputato) pro peccato tuo. Et Eccl. 7. Ante mortem confitere, A mortuo. n quasi nil, periit confessio. Confiteberis ergo uiuens, & sanus confiteberis, & laudabis Deū, & gloriaberis in miserationibus eius. *Prophetiæ confessionis*

F Dauid confessus est Nathā, & præuidens confessionē sacramētalem per Christum *Psal. 31.*

177 instituendam, dicebat Dixi confitebor peccatū meū domino (hoc est ad præceptū domini, vicario suo,) & tu remisisti impietatē peccati mei. Non potest intelligi illa confessio, de qua loquebatur per verbū futuri temporis, de confessione interiori sola, quia iam illā fecerat, & ante illam non est possibile obtinere remissionem peccatorū, quā tamē ipse dicebat iam obtinuisse, dicens, Et tu remisisti impietatem peccati mei. Intelligebat ergo de confessione exteriori, vel secundum legem offerendo sacrificia & oblationes pro peccato, in quo cōfitebantur publice peccata, saltem in genere, quum secundum diuersitatem peccatorum haberent offerre diuersa genera sacrificiorum, ut habetur Leu 5. uel intelligebat de confessione exteriori pctōrum, pro tpe legis gratiæ, in quo quis per contritionem & desideriū confitendi sacerdoti, consequitur remissionem pctōrum. In cuius significationē Christus dixit leprosis, ite & ostendite uos sacerdotibus sequitur, Et dum irent (& antequam peruenirent) mundati sunt In huius etiam significationem, Ioan. 11. dicitur, quod quando Christus resuscitauit Lazarū, prodiit qui fuerat mortuus, ligatis manibus & pedibus, & facies eius etiam sudario erat ligata, & dixit discipulis suis, Soluite, & sinite eum abire. Poterat Christus illum, si voluisset, resuscitasse solutum, & facere quod solutus produisset, sed noluit, ut typice indicaret peccatorem mortuum per peccatū & resuscitatum per contionem, esse adhuc ligatum duobus ligaminibus, hoc est duabus obligationibus. s. confitendi, quod significatur per ligamen faciei, & restituendi ac satisfaciendi, quod significatur per ligamen manuū & pedum. Hac authoritate usos esse Apostolos & discipulos legimus Act 19. vbi dicitur, Multi credentium venerunt, confitētes actus suos. Doctores, qui de hac materia contra Lutherū scripserunt, exponunt, hoc est peccata sua, quæ sunt maxime propria, bona aūt opera magis sunt Dei, quam nostra. Et ex cōtextu apparet ꝙ cōfitebantur peccata, nā statim sequitur, Multi aūt ex his qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt eos Et Diuus Ioannes dicit, Si confiteamur peccata nostra, fidelis est, iustus, vel remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. s. *1. Ioan. 1.*

A per ministros suos, sicut promisit. Et D. Iacobus institutionem promulgans, dixit, *Iac. 5.*

178 Confitemini alterutrū peccata uestra, Manifestum est quod non loquebatur de cōfessione interiori, sed exteriora Christo instituta. Et quanuis exacte personam nō exprimat, tñ ex euangelio satis cōstat cui tradiderit Dominus claues, & absoluēdi potestatem, quia solis sacerdotibus, & sic debet intelligi quod dicit (alterutrum inter deputatos, & aliis ab ipsis deputatis, sub D. Petro, quem constituit principalem clauigerum & directorem D. etiam Dionys. hunc ritum confessionis sacramentalis suo tempore, viuentibus Apostolis, testatur fuisse seruatū, D. etiam Cyprianus martyr & pontifex, hoc idem attestatur. Origenes pariter in Psal. 37. Visis igitur tot & tantis testimoniis scripturam & sanctorum patrum, rituque vniuersalis Ecclesiæ a tempore Apostolorum seruato, nemo sanę mentis dissentire potest, nec dicere quod confessio sacramentalis non sit de iure diuino necessaria. ¶ Ex præmissis infertur primo, quod nec papa nec concilium uniuersalis Ecclesiæ possunt dispēsare, ut quis in mortali existens, non confiteatur, sicut quòd quis non baptizetur, Quia sacramenta instituere, aut instituta remouere, pertinet ad potestatē excellētiæ, quę soli Christo debetur, & contra præceptum superioris inferior dispensare non pōt Possent tamē dispensare, semel in anno, cum hoc sit præceptū de iure humano Secundo infertur quòd Glo decreti de pœnit distin. 5 in summa, dicens meliorē opinionē illorū, qui dicūt quòd ex traditione Ecclesiæ confessio sit instituta, *In epist. ad Demophilum monachum. Ser. 5. de lap. Glo. decreti circa instit*

 est erro-

tutionē con fessionis re probatur. est erronea, & qui vellet illam pertinaciter defendere, esset hæreticus. Tertio infertur quod non solum puberes, hoc est fœminæ in. 12. & masculi in 14. anno tenetur confiteri, sed etiam ante, cum possint ante illud tempus mortaliter peccare, puta in fine primi septennii, quamuis non teneantur ex præcepto Ecclesiæ, quæ confessionem non præcipit, nisi postquā ad annos discretionis venerint, propter Eucharistiæ sacramentum, quia licet in fine primi septennii habeant discretionem, & sint in annis discretionis, nō tamē in annis discretionis a iure determinatis, ideo non ligantur illo præcepto, debent tamen assuefieri, & quū imminet periculum mortis, cōfiteri: Potest etiam illis ante tempus 14. annorum sacramentum eucharistiæ ministrari, si sciant discernere inter cibum corporalem & spiritualem, Quia Christus dicebat, Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum cœlorum. Nec ualet hæreticorum euasio, dum dicunt Sanctorum dicta intelligi de publica & solenni pœnitentia, qua famosi peccatores non recipiebantur ad sacramentorum cōmunionem, nisi sub certis satisfactionibus. Ideo confessionem faciebant, Quia ex prædictis apparet, quòd de occultis, & non solum publicis criminibus, imo etiam de cogitationibus facienda est cōfessio. Nec Christus distinxit, neque Apostoli, imo Leo Papa, ad Theodorum Foroliuien episcopum, inter cætera scribit, Quod qui regenerationis hoc est baptismi, dona violassent, indulgentiam Dei, nisi sacerdotum Dei ministerio, obtinere non possunt. Mediator. n. Dei & hominum, homo Christus Iesus, hāc præpositis Ecclesiæ tradidit potestatē, vt confitentibus actionē pœnitentiæ darent & salubri satisfactione purgatos ad cōionem sacramentorū per reconciliationis ianuam admitterent. Loquitur ibi de omni uiolatione regenerationis, siue occulta, siue publica. Nec obstat factum Nectarii episcopi Constantinopolitani, quod in historia tripartita recitatur, de quodam scandalo propter confessionem, & iniunctionem pœnitentiæ in sacerdotes sæuientæ populo suborto, ad quod sedandum Nectarius episcopus amoto scelerato diacono, populum quoad confessionem attinet, suæ libertati & conscientiæ dimisit, Quia hæc nihil aduersus sententiam catholicā faciunt. Hoc factū est ab vno episcopo, qui nō pōt toti Ecclesiæ præiudicare, & cuius erratum successor eius D. Chry reparauit, & morem pristinū reduxit, Nec propter malorum scandala abiicienda sunt Dei & Ecclesiæ sacramenta. ¶ Nec obstat pariter ꝙ per contritionem deleatur peccatū a Deo. Si igitur Deus absoluit, ad quid petenda est solutio a ministro & sacerdote, qui cū dicit, Absoluo te a peccatis(quę nō habet) falsum immiscet sacramētis, quod est immane sacrilegium? Ad hoc enim dicendum est in primis ꝙ nemo certus est se contritionē habere. Ideo non debet præsumere de seipso, & periculo se exponere, sed remedia statuta & ordinata quærere & adhibere. Secundo quod Deus contrito condonat & remittit peccata, propter desideriū petendi absolutionem, quod si quis non habet, nō est contritus, vt dictum est, nec aliqua falsitas exprimitur. Licet enim per contritionē deleatur peccati macula, manet tñ reatus siue obligatio confitendi, & satisfaciendi, quæ quidem obligationes; cū ex peccato oriantur, peccata nominantur iuxta illud, De peccato damnauit peccatum in carne, &c. Illi. n. qui gratiam a rege obtinent, culpa illis in exteriori foro remittitur, tamē necesse est ad cancellariū pro literis & sigillo accedere, alias si præueniantur in iudicio, & fidē non faciant de literis, morientur. Sic peccator licet gratiā obtinuerit per contritionē remittitur ad sacerdotem. Ideo Christus sanatum leprosum misit ad sacerdotes vnde D. Hier exponens illud Mat. 16 Tibi dabo claues regni cœlorū, dicit, Istū locum episcopi sacerdotes non intelligentes, aliquid de Pharisæorum sumunt supercilio, ut vel damnent innocentes, vel soluere se mox eos arbitrētur, cū apud Deū non sēa sacerdotum, sed reorū uita quæratur. Mūdati ibant ad sacerdotes, & sacerdotes discernebāt. ¶ Notandū præterea circa huiusmodi necessitatem confessionis quod cū cōfessio sit actus virtutis, vt dictum est, cadere potest sub præcepto humano, quia præcepta humana sunt de actibus virtutum, & præcipue exterioribus, prout est confessio sacramentalis, quę a pluribus uirtutibus imperari potest, maxime a pœnitētia & religione. Et licet humana authoritas

Mar. 6. *Cur absolutio a Deo absolutionē petere tenetur a ministro.* *Rom. 8.* *Math. 8. & Luc. 6.* *Confessio quō cadere pōt sub præcepto huma*

non

non se extendat directe & per se ad actus pure interiores, huiusmodi est contritio, inquantum tamen habet habitudinem, & ordinatur ad exteriores, cadunt sub præcepto humano, ut dictum est. Unde apparet quòd confessionis necessitatis est duplex, quædam per se, ut cũ imminet mortis periculũ, iuxta illud Luc. 13. Nisi pœnitentiam egeritis, &c. Quædam per accidens, ut quum imminet præceptum ecclesiæ, uel actus qui sine delectione peccati exerceri non põt, ut sumptio sacramentorum. Tunc n. quilibet debet se probare per contritionem, cõfessionẽ & satisfactionem, & se exhibere sanctum, iuxta illud, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum.

Confessionis duplex necessitas. (B) — *1 Cor. 11. Leuit. 19.* (177)

Ver. 15. *De effectibus et utilitate confessionis.*

CVM confessio sit actus sacramenti pœnitentiæ (de cuius effectibus supra dictum est) sequitur quòd confessio partialiter, & in uim cõtritionis, & absolutionis ac satisfactionis, liberat a culpa, quod intelligitur nisi ille qui confitetur sit fictus, ut puta, quia malo fine cõfitetur uel quia non est contritus, aut attritus. Sed dubium est an ille qui confitetur solum peccata, quæ habet in memoria, & non fecit sufficientem indaginem, quam tamen putat se fecisse, & est attritus, sit fictus, & an generalis confessio sufficiat ad delenda peccata oblita. Dicẽdum quòd non est fictus, & quòd generalis confessio sufficit, cum nullum (quantũ in ipso est) habeat impedimentum: Quia obliuio peccati, siue ignorantia inuincibilis facti, excusat a peccato actionis. Nec propter hoc reportat cõmodum ex negligẽtia, quia non ita plenam remissionem cõsequitur, sicut fuisset cõsecutus, nec tantũ meretur, & tenetur confiteri peccatum oblitum, si memoriæ occurrat. ¶Secundo cõfessio liberat a pœna dupliciter, Primo ex vi absolutionis, & sic confessio in voto existẽs dum contritione, liberat a pœna æterna, a qua homo liberatus adhuc manet obligatus ad pœnam temporalem, secundum quod est purgans & promouens, & hęc pœna deskat in purgatorio soluenda, si nõ expietur, in hoc mundo, Quæ quidem pœna est improportionata viribus pœnitentis, in hoc mundo, sed per uirtutem clauiũ in tantũ minuitur, quòd manet proportionata viribus pęnitẽtis, sic ꝙ satisfaciẽdo in gratia, in hac uita se purgare potest. Secundo diminuit pęnam ex ipsa natura confitentis, qui habet pœnam erubescentiæ annexam, & ideo quãto pluries de peccatis cõfitetur, tanto magis pęna minuitur. ¶Tertius effectus, & utilitas confessionis est ianuę paradisi apertio, pro quanto per eam homo subiicitur clauibus, per quas aperitur paradisus, per remotionem impedimentorũ culpæ, & pœnæ. ¶Quarto cõfessio tribuit spem salutis, quia per cõfessionẽ homo fit humilior, & mitior, per quod cõcipit homo spem salutis, secundũ illud, Qui se humiliat, exaltabitur, & qui se exaltat, humiliabitur. Et Mat. 5. Beati mites, &c. Si nõ esset cõfessio, pricipes essẽt elati & superbi, nec esset ordo prouidendi eis. Sed cum vident quod oportet eos humiliari inferiori se, & confiteri peccata sua, ipsi & oẽs alii humiliãtur, exẽplo pauonis, qui demittit rotã, qñ uidet pedes sordidos. ¶Quinto confessio utilis est ad conscientiæ pacificationem. Aliqui sunt ignorantes, qui nesciunt quid sit bene vel male factũ. Nesciunt quando peccant, nec quando bene faciunt. Alii sunt scrupulosi, qui putant se peccare, & tñ bene faciunt. Alii, qui nullum habẽt scrupulum, putãt se bene agere, ubi male agunt. Sed confessor discretus consolatur oẽs, & eis dat cõsilia salutis. ¶Sexto confessio dat sui ipsius cognitionem. Philosophi dicunt quòd pręcipua philosophia est sui ipsius cognitio. Multi multa sciunt, sed seipsos nesciũt. Melius aũt mediũ quod esse põt ad cognitionẽ sui, est cõfessio, quia ad eam requiritur perscrutatio omniũ inordinationũ. ¶Septimò cõfessio est causa facilioris curationis. Qui enim, sæpe cõfitetur, facilius reducit peccata ad memoriã, & emollitur cor eius. Exemplum de duobus uasis luto repletis, relinquendo longo tẽpore lutum in vno, aliud quotidie leuando & iterum luto replendo, vnum facilius mundatur alio, s. quod quotidie lauatur. Sic qui quotidie confitetur licet recidiuet, facilius purgatur a peccatis, quam qui longo tẽpore perseuerat in eis absq; cõfessione. ¶Octauo cõfessio præseruat a malis, cũ oporteat pœnitentem fieri ante cõfessionem, & abstinere, ac etiam postmodum, nec est ita procliuis ad recidiuationem.

In addi. 3. p. q. 10. ar. 1.

An generalis confessio sufficiat ad delenda peccata oblita.

¶ Nono fortificat potentias per peccatum debilitatas, quarum debilitationes dicuntur reliquiæ peccatorum. ¶ Ex præmissis sequitur, quòd Christus in lege noua instituendo confessionem, non grauauit nos, imo magnam gratiam nobis fecit, & magnas occasiones merendi dedit, & magnis oneribus liberauit præsertim a tribus magnis oneribus, Primo ab onere legis Moysi, in qua erāt tot & tāta præcepta, quæ seruare erat iugum ualde graue, & quasi importabile Oportebat enim publice confundi, & confiteri, saltem in genere, offerendo certa sacrificia pro certis peccatis. Secundum onus est remorsus conscientiæ, & sinderesis, quæ maxime pungit. Vnde diuus August. Iussisti domine, & uerę sic est, ut omnis inordinatus appetitus pœna sibi sit. Et Esa. 57. Cor impii quasi mare feruēs, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem. Non est pax impiis. Hoc onus est adeo graue, quod aliqui ad euadendum illud, præeligunt sibi mortem, vt Iudas, sed quis auferet hoc onus? absque dubio confessio, cum absolutione. Sit maximus peccator mundi, cuius cor non quiescit, sed fluctuat uelut mare, conuertatur & confiteatur, inueniet se liberatum a remorsu illo, & interius lætum, vbi antea erat tristis, & ponderosus, fleat quantum uoluerit peccator, ante confessionem tristis manet, & per confessionem lætificatur. Vnde apparet quod Christus apposuit magnam uirtutem in hoc sacramento. Hæc sola ratio est sufficiens ad inducendum nos ad confessionem, & ad conuincendum, quod confessio a solo Deo est instituta, quia dat pacem, quæ exuperat omnem sensum. Et ecclesia cantat, Da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem. Si quæras, unde causatur illa pax? Respondeo, quòd quando minister sacramenti dicit, Authoritate Dei ego te absoluo, Quia tantū ualet, sicut si Christus diceret ore proprio, Ideo uirtus inde procedens, uermen sinderesis quietat, & tollit. Tertium onus a quo liberat confessio, est timor & incertitudo, Quia confessio facit de attrito contritum, omnes enim peccatores, quia nesciūt an ex toto corde reuertantur, sunt in timore propter incertitudinem, quæ in confessione tollitur, quum peccator audit quittantiam delictorum suorum. Et sic dat ibi certitudinē, & probabilitatem moralem, quod sit in gratia, Quia si non habeat sufficientem dolorem, ex ui clauium & propter uerecundiam, humilitatē, & obedientiam, ac liberam submissionem, dolor ille perficitur, & de attrito fit contritus, vnde sequitur quòd multo plures saluantur in noua lege, quam antiqua, & quòd confessio est magnum beneficium, quod Deus dedit Ecclesiæ.

Confessio sacramentalis liberat a tribus magnis oneribus. *Act. 15* *Leuit. 5.*

F 178

Philip. 4

Ver. 16. *De conditionibus confessionis.*

CVM sacramentum pœnitentiæ, quod in absolutione, facta cōfessione perficitur, sit quædam spiritualis medicina, ideo ad similitudinem medicinæ corporalis, tria sunt seruenda a pœnitente in confessione. s. antecedentia, concomitantia, & consequentia. Antecedentia sunt tria, s. deuota oratio, diligēs recordatio, & discreta electio. ¶ Primum antecedens est deuota oratio, quia non sumus sufficientes aliquid cogitare a nobis, tanquam ex nobis sed sufficientia nostra ex Deo est. Ideo aliquibus diebus ante confessionem debet peccator se recolligere, & deuote dicere, Domine Deus omnipotens, pater meus & redemptor, qui per tuā infinitam clementiam sacramentum pœnitentiæ instituere dignatus es, da mihi miserrimo peccatori omnium peccatorum meorū memoriam, & contritionem ueram, vt bonā, & dignam confessionem facere ualeam, & eorum potius obtinere indulgentiam. Hęc oratio deuote pluries est repetenda, & deinde ueniendum est ad aliud antecedens. ¶ Secundum antecedens est diligens peccatorum recordatio, iuxta illud, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et Cant. 3. Surgam & circuibo ciuitatem, hoc est conscientiam meam, & proiiciam omnia peccata mea, & quæram quem diligit anima mea. Si thesaurarius habens reddere rationem, non præcogitaret in quibus lex posuit, non obtineret quittanciam, Sic qui impræmediate ueniunt ad sacramentum confessionis, non sunt uere pœnitentes, sed peccatores nisi forte periculum mortis occurreret, vel talis causas necessitatis, in quo temporis angustia nō patitur longam dilationem præmeditandi. Debet enim in hac recordatione

Tria confitentibus obseruanda. *2. Cor. 3.* A 179

Esa. 38.

recordatione immorari secundum temporis angustiam, et secundum distantiam tẽ poris ab ultima confessione. Circa tamen peccata carnalia non est multũ immorã dum, ne in huiusmodi mora diabolus inducat ad consensum. Poterunt autem pecca
B ta faciliter reduci ad memoriam, si considerentur circunstantiæ ætatis, exercitii, lo
179 ci, temporis, ac societatem. ¶ Tertium antecedẽs est discreta electio, quia debet eli gere confessorem, qui habeat tres conditiones. Prima, quod sit sacerdos, quia nõ sa cerdos quanuis in necessitatis articulo audire possit confessiones, et ei peccator ex charitate & propter humilitatẽ confiteri possit non tenetur tamen ex necessitate, quia talis non habet claues Ecclesiæ, & si attentet absoluere, nihil facit, & sic non est confessio sacramentalis. Tenetur tamen laicus in tali casu confessionem audiẽs, ad seruandam sigillum. Nec obstat quod in necessitate laicus & mulier possunt ba ptizare, ergo uidetur quod etiam absoluere, Quia sacramentum baptismi est maio ris necessitatis, ideo nõ habet de necessitate determinatum ministrum, sicut pœni tentia & eucharistia, ut dictum est cum de eius ministro ageretur. Secũda conditio quam debet habere confessor eligendus, est bonitas uitæ, Pãni enim melius in aqua clara, quam in turbida mundantur. Aspectus enim uiri iusti, secũdũ D. Ambro. ad pœnitentiam inducit. Non tamen uitiatur sacramentũ, si a malo ministro exhibea tur, vt dictũ est. Ideo hęc conditio non est de necessitate, sed de congruitate, quan uis pœnitens non debeat inducere malum sacerdotem ad ministrandum ei sacramẽ tum pœnitentiæ, ubi habet alios, In necessitate tamen uel propter magnã utilitatẽ excellentis doctrinæ petens a malo, non communicat peccato eius, quia quantum est de se, non inducat ad aliquid quod sit de se malum, sicut nec qui exigit iuramen tum ab idololatra. Tertia conditio quam debet habere sacerdos eligendus, est quod habeat claues Ecclesiæ, hoc est potestatem discernendi & absoluendi, siue iurisdi ctionem, non enim omnes sacerdotes habent usum clauium, siue iurisdictionem siue potestatẽ in corpus Christi mysticum, nisi in mortis articulo, tunc. n. quilibet sacerdos nõ præcisus ab Ecclesia, põt quemlibet a quolibet pctõ absoluere, quo ca su si conualescat, tenetur se præsentare superiori, si habet casus reseruatos. An autẽ quilibet sacerdos possit absoluere quemlibet ab excommunicatione in mortis ar ticulo, tractant Canonistæ in c. non dubium, & in c. quãuis de sen. excom. & glo. in c. pastoralis. § præterea, extra de offi iudi. Extra tamen articulum mortis sacer dos non habens iurisdictionem, absoluere non potest, & si attẽtet nil facit, eo quod materia sacramenti pœnitentiæ est peccator subditus, sicut panis & uinum est ma teria sacramenti Eucharistiæ. Et ideo sicut proferens uerba consecrationis super la pidem, nil facit, sic qui proferunt uerba absolutionis super peccatorem non subdi tum, &c. Requiritur igitur in sacerdote eligendo, primo clauis scientiæ. Nam quem admodum Christus dicebat, Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadũt unde Origenes, Psal. 37. dicit, Circunspice diligentius cui debeas confiteri peccatũ tuum Proba medicum, cui debeas causam languoris exponere, qui sciat infirmari cum infirmante, flere cum flẽte, qui condolẽdi, compatiendiq; disciplinã nouerit. Multa hoc deliberatione indiget D. Tho. in. 4 dicit quod in sacerdote audiente con fessionem, & si non sit maior scientia, tãta debet esse, ut sciat distinguere inter pec catũ & non peccatũ, et inter ueniale et mortale Et si in aliquo sit dubitatio, sciat considerare, u. possit recurrere ad peritiores. deinde dicit quod tantã sciẽtiã debet habere confessor, quod sciat discernere in peccatis cõmunibus, quod sit ueniale, & quod mortale, & quod sciat aduertere circa casu restitutioni subiectos, et quod sciat ad quæ peccata, sua potestas se extendere possit Nec hoc absq; ratione dici tur, nam alia pœnitentia pro mortali, alia pro ueniali est imponenda, & ideo talia ignorans, exponere se periculo ponendi falcẽ in messem alienam, & absoluendi a quibus non potest. Secundo requiritur quod sacerdos habeat clauẽ ptãtis siue iuris dictionis quod sit proprius sacerdos, uel habeat ptãtẽ aut cõmissionem a proprio sacerdos Proprius autem sacerdos est, qui iure ordinario absoluere potest. Et sic curatus est sacerdos omniũ parochianorum suorum, & episcopus omnium dioce

sanorum

Modus reducendi ad memoriam peccata omissa in addi. 3. p. q. 8.

Tres conditiones confessoris eligendi. c. 16. nor. 5

In addi. 3. p. q. 8. ar. 4

Matt. 15.

Quæ scientia requiritur in confessore

sanorum suorum, & papa omnium hominum. Ac etiã prædicatores & minores per superiores præsentati episcopo, ut habetur in Clement dudum, de sepulturis. quare ad hoc munus authoritate Apostolica admitti iubentur, non possunt tamen absoluere a casibus ipsi episcopo reseruatis, sine speciali licentia.

Ver. 27. *De Conditionibus concomitantibus Confessionem.*

In Add. 3. p. q. 9. ar. 4. Sexdecim conditiones bonæ confessionis.

CONDITIONES concomitantes uel quæ concomitari debent confes- D
sionẽ sacramentalẽ, sunt sexdecim, quæ in sequentibus uersibus cõtinentur. Sit sim 179
plex, humilis confessio, pura, fidelis, atque frequens, nuda, & discreta, libens, verecunda, Integra, secreta, & lachrymabilis, accelerata, Fortis, & accusans, & sit parere parata, Ex prædictis duæ sunt de bene esse siue congruitate, scilicet quod sit frequens, & quod sit accelerata, siue quod statim post peccatum fiat. Sufficit.n. quod tempore determinato ab Ecclesia, nisi quando extra illud tempus imminet periculum mortis, aut susceptio alicuius sacramenti, aut occurrit exercendus actus, qui non potest licite fieri sine gratia, uel nisi conscientia dictet sub pœna peccati mortalis, quod tali tempore debet fieri, quia fortasse postea non erit copia confessoris. Extra illos casus sufficit, quod confiteantur semel in anno, ad implendum præceptum Ecclesiæ, quod habet in c. omnis utriusq; sexus, extra de pœnitentia & remissionibus. ad quod implendum necesse est circa Pascha confiteri, etsi pluries in anno quis confessus fuerit, prout de sacramento eucharistiæ dictum est. Et hoc intelligendum est de his qui sunt in peccato mortali, quia habent solum venialia, nõ tenetur confiteri, ut dictum est, licet teneatur se præsentare proprio sacerdoti, aut sufficientem potestatem habenti, & generaliter ei cõfiteri, aut declarare se non habere scrupulum peccati mortali, de quo non fuerit alias confessus, & hoc ideo, quia proprius sacerdos in Paschate habet administrare sacramẽtum eucharistiæ, & ideo debet agnoscere vultum pecoris, valde enim esset præsumptuosus, si diceret se esse sine peccato, quum dicatur. 1. Ioan. 3. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. & Iac 3. In multis offendimus omnes.

Discretio cõfessionis in quo consistit.

Aliæ autem conditiones sunt de necessitate confessionis, uel inquantum est actus uirtutis in communi, uel indeterminata specie, uel inquantum est pars sacramenti. Virtutes enim in communi habent quatuor conditiones, Prima est, quod sit sciens & quantum ad hoc dicitur quod debet esse discreta, secundum quod in actu cuiuslibet uirtutis requiritur prudentia. Est autem hæc discretio, ut maiora & grauiora cum maiori pondere confiteatur, & honestis uerbis explicet peccata sua, ut non nisi necessaria circunstantias, maxime in peccatis carnalibus explicet. Et quantum admodum narrandi, ut quæ simul & in certo numero exprimi possunt nõ diuidar.

Psal. 53.

Secunda conditio communis omni uirtuti, est quod sit eligens. Quia actus uirtutũ debent esse uoluntarii. Et secundum hoc dicitur quod confessio debet esse libens, hoc est uoluntaria & non coacta. Vnde Psalmista, Voluntarie sacrificabo tibi. Tertia conditio uirtutis est, ut sic propter hoc, hoc est propter debitum finem, & quantum ad hoc dicitur, quod confessio debet esse pura, hoc est recta intentione facta. Quarta conditio uirtutis est, ut immobiliter operetur, & quantum ad hoc dicitur quod confessio debet esse fortis, ut scilicet propter uerecundiam non dimittatur, Et quia pœnitentia initium sumit in horrore turpitudinis peccati, & quantum ad hoc dicitur ꝙ confessio debet esse uerecunda, ut s. non iactet se de peccatis propter seculi vanitatẽ admixtam, & sic debet esse uerecunda de malis perpetratis. Non tamen debet uereri confiteri illa, quantumcunq; grauia sint et enormia, imo illa uerecũdia est superanda unde dictum est quod cõfessio debet esse fortis.

Verecũdia duplex.

Et sic patet ꝙ duplex est uerecundia, quædã est de malo, siue de turpi, & hæc inducit ad bonũ, & sic est bona. Alia est de bono. s. actu uirtutis exercẽdo, & hæc est mala & diabolica, diabolus.n. cũ inducit hominẽ ad peccandũ aufert, verecũdiam bonã, & cum homo nititur conuerti, conatur illi reddere uerecundiam malam. De his Ecclesiasti. 4. est confusio adducens peccatum, & confusio adducens gloriam.

Quæ lachrymæ in

Quinta conditio est quod sit lachrymabilis, cũ progrediatur cõtritione & dolore de peccato cõmisso.

Et

Et quanuis si vtile, & delectabile emittere lachrymas exteriores, non est tamen necesse, quia non semper sunt in potestate hominis, sed sufficiūt lachrymę interiores quæ sunt afflictiones voluntatis naturaliter consequentes nolitionem, & detestationem peccati. Sexta conditio est quòd sit humilis, cū pœnitentia terminetur in abiectione sui, vt, s. se miserum, & peccatorem iniustum recognoscat, & confiteatur. De bene esse autem est quòd genibus flexis, & inclinatio aut discooperto capite, quod tamen pōt omitti propter ægritudinem, aut alias causas rationabiles. Ex propria *confessione requiruntur*

F
391 aūt ratione actus qui est virtutis pœnitentiæ, est quòd confessio sit manifestatiua, quæ quidē manifestatio per quatuor impediri pōt. Primò p falsitatē, & quantum ad hoc ponitur septima conditio, quòd sit fidelis, hoc est quòd sit vera, vt, s. non cōfiteatur peccata quæ nō fecit, nec neget aut subticeat ea quæ fecit. Nec obstat quod D. Greg. dicit, Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est, quia non intelligitur quantum ad substantiam actus. Quod. n. aliquis recognoscat se cōmisisse quod non commisit, non pertinet ad bonam mentem, sed ad errātem. Illud ergo dictum intelligendū est quantum ad conditiones actus qu a iustus in actu qui de se bonus videtur, formidat vel in aliquo ex parte sua defecerit. Et sic Iob 9 dicebat, Verebar oīa opera mea. Si pœnitens dubitat de aliquo, dubitatiue debet loqui. Secundò impediri potest manifestatio propter obscuritatem verborum, & quātū ad hoc ponitur octaua conditio, quòd sit nuda, hoc est clara, aperta, & manifesta, sic quod bene intelligātur peccat, & circunstantiæ a confessore. Tertiò impediri pōt manifestatio propter multiplicationem verborum, & quantum ad hoc ponitur noua conditio, quòd sit simplex, vt. s. non recitet nisi ea quæ pertinent ad quātitatem peccati sui. Hæc tamen conditio non est de necessitate confessionis, quia multiplicitas verborum non semper impedit manifestationē, & multis videtur quòd nō sint bene confessi, nisi secundum suam fantasiam explicent, verba multiplicando. Cauēdum tamen est a peccato vaniloquii, quia qui alia immiscet, irreuerētiā facit sacramēto, quod non est ad talia institutū. Et amplius debet caueri ad immixtione alienorum peccatorum, si propria sine alienis possunt sufficienter exprimi. *In cōfessione cauēdū est vaniloquio.*

A ¶ Quod si non possunt propria sine alienis exprimi, & nō inuenitur sacerdos qui
391 non cognoscat illum cuius peccatum debet exprimi, vtendum est regula de non habente copiam confessoris, qui absque confessione potest accedere ad sacramentum Eucharistiæ, stante præcepto. Dominus tamen Caietanus dicit quòd peccator potest confiteri alia peccata, & subticere illud quod absque alterius infamia non pōt confiteri quia licet sit dimidiatio confessionis, non est tamen de per se, sed per accidens, propter periculum alienæ famæ, maxime vbi haberetur mala suspicio de communicante, si non confiteretur. Quarto impediri potest manifestatio per subtractionem, quando subtrahitur aliquid de his quæ manifestanda sunt, & quantum ad hoc ponitur decima conditio. s. quòd sit integra, vt, s. nullū peccatū, quod scitur vel dubitatur esse mortale, dimittatur, debet enim confessio correspondere contritioni, cum sit signum ipsius. Contritio autē quæ non est integra, non est vera cōtritio vt dictum est ex Ezech. 18. Igitur, &c ¶ Ex his sequitur quod non licet peccatori dimidiare siue diuidere confessionem, sed integraliter omnia peccata sua mortalia tenetur vbi sacerdoti cōfiteri, vt dicitur in c. omnis vtriusq; sexus, extra de pœnitētii, & remiss. Si autē pœnitens habet casus reseruatos episcopo & prius vadat ad eū confiteatur omnia, & absoluetur ab omnibus. Si vero episcopus aut aliis superior auditis reseruatis vult audire alia, sed absoluit a reseruatis, & quo ad alia remittit ad curatum, tunc pœnitens est excusatus, nec dimidiat cōfessionem, cū sit paratus integre confiteri. Et absolutio episcopi non est sacramentalis, nec absoluit eum a peccatis, sed solum ab obligatione confitēdi sibi, cum peccata quoad remissionem sint connexa, vt dictum est. Licet possit aliquis absolui ab vna excōicatione, manente alia, ut infra dicetur, & licet etiam possit vna pars pœnitentiæ iniungi vno die, & alia alio die; Sed absolutio dimidiari non potest, sicut nec contritio. Tenetur tamen superior seruare sigillum sacramentale, sicut qui non subditum audisset, putans *Quid agendū cū pœnitente habente casus reseruatos.* *Absolutio dimidiari non potest.*

quod

quo subditus esset. Si uero pœnitens habens casus reseruatos, prius uadit ad confessorem, debet ei omnia confiteri etiam reseruata, & sacerdos absoluit eum sacramētaliter ab omnibus peccatis etiam reseruatis, sed non ab obligatione confitēdi peccata reseruata superiori. Et ideo tunc confitendo superiori peccata reseruata duntaxat, non dimidiat confessionem, cum iam omnia peccata sint remissa, sed quia manebat obligatus peccata reseruata superiori confiteri, & acceptare pœnitentiam pro illis, ideo confitetur illi reseruata. An autem episcopus possit sibi reseruare aliqua peccata, inferius dicetur. ¶ Circa hanc integritatem notandum est, quòd qui ex proposito aliquod peccatum mortale dimittit, siue ex verecundia, siue ex pusillanimitate,

In Addi.3 p q.8.ar.4 ad.3. aut alia irrationabili causa peccat mortaliter. Si uero præter intentum ex præcedente tamen contemptu recordationis debitæ, confessio est iteranda. Si autem facta probabili (ut existimat) examinatione, ex obliuione dimittit, non peccat, nec D confessio est iteranda, tenetur tamen confiteri peccatum oblitum, quum ad memoriam uenerit, & opportunitas confitendi se obtulerit. Si autem contingat casus 18 in quo aliquis confiteri uolens de aliquo peccato, nisi reuelet alienam confessionē uel aliam personam, & ex tali reuelatione probabiliter timeat periculum ruinę cōfessoris, uel suipsius, aut alicuius alterius personæ, debet petere licentiam alteri confitendi, uel ad superiorem recurrere, & de eius licentia alium sacerdotē incognitum, uel ad alium locum in quo est incognitus, ire, & confiteri. Quòd si peccator sit infirmus, & non potest alio ire, aut alium confessorem aduocare, dictum est in præcedenti

1.Tem. 1. conditione quid agere debeat. Nec in tali casu transgreditur aliquis præceptū Ecclesiæ, de confitendo in Paschate, quia præcepta non positum non se extendunt

Ad.6. ultra intentionem præcipientis, quæ est finis præcepti. Hoc autem est charitas, secūdum Apostolum, nec fit iniuria aliqua sacerdoti, quia priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate, peccat enim proprius sacerdos, quū nō est facilis ad prębendum subdito licētiam confitendi alteri, quia multi sunt adeo infirmi qui potius sine confessione morerentur, quàm tali sacerdoti confiterentur. Vnde qui nimis sunt solliciti, ut conscientias subditorum per confessionem sciant, multis laqueum damnationis iniiciunt, & sibi ipsis.

An circunstātiæ sunt confitendæ. ¶ Sed dubium est de circunstantiis, an scilicet necesse sit omnes circunstantias cōfiteri. Resolutio D. Tho. est, quòd circūstātias alleuiātes confiteri nō uidetur laudabile nisi forte ex taciturnitate illarum iudicaretur mortale quod est solum veniale, ut in peccatis mortalibus ex genere siue ex obiecto, quæ ex subreptione, uel imperfectione actus fiunt venialia, ut furtum in re modica. Circunstantias uero aggrauātes confiteri laudabile, non autem semper necesse, nisi mutent speciem peccati, quæ dicuntur augere in infinitum, & quando tales sunt, quòd cōfessor sine eis nō potest scire, quid sit acturus, uel rōne iurisdictionis, uel rōne iniuriæ illatæ, ut si sit enormis læsio in clerico, uel etiam ratione modi imponendæ restitutionis, ut si decem millia aureorū furatus sit, non sufficit dicere simpliciter, cōmisi furtū, similiter si furtum fecit in Ecclesia, in prædictis casibus, & similibus circunstantias confiteri necesse est, maxime quum habent specialem prohibitionē, alias non esset sufficiens peccati manifestatio siue confessio. ¶ Quo ad circunstantiam vero numeri maior est difficultas, quum nil expressum in sacris literis habeatur, & parum de ea sancti doctores loquantur, Non.n. circunstantias numeri mutat speciem peccati. Ex definitione tamen contritionis, ex correspondentia confessionis ad illam, claret quòd circunstantia numeri necessāriò sit confitenda. Contritio enim est, qua cor durum in minimas partes redigitur. Et sic de quolibet peccato mortali quis tenetur conteri, & quum contritio respondeat confessioni, quæ est signum contritionis, sequitur quod de illis peccatis est specialiter confitendum, de quibus specialiter oportet conteri. Igitur de quolibet numeraliter. Et hoc satis exprimitur Ezech. 18 ubi dicitur, Omnium

E 18

De circunstantia numeri.

Opus. 12. ad lectorē Bisuntiū. iniquitatum distributiue, aliquibus enim enumeratis subiungitur uniuersalem. Et licet circunstantia numeri non uariet speciem, aggrauat tamen in infinitum, & sic quis tenetur conteri de primo, quia per illud peccatum auertitur homo a Deo, ita etiam

etiam per secundum auertitur. Ideo D. Thomas dicit quòd tenetur numerum pec catorum suorum eo modo quo habet in memoria exprimere, certũ si sciat, si uero ignoret, dicat circumcirca. ¶ Confessio autem secundum quod est pars sacramenti pœnitentiæ, concernit iudicium sacerdotis. Vnde ponitur vndecima conditio, quæ se tenent ex parte confitentis, scilicet quòd sit accusans, siue quòd cognoscat & dicat se male fecisse. Et per comparationem ad sacerdotem, ponitur duodecima, scili
D cet quòd sit parere parata, hoc est quòd si paratus adimplere pœnitentiã per sacer
180 dotem iniungendam, si sit rationabilis. Si tamen uideatur pœnitẽti difficilis, potest petere a sacerdote commutationem. Confessor autem non debet esse nimis austerus, ubi Deus est liberalissimus, qui infinitam pœnã commutat in temporalẽ. Acceptam tamẽ tenetur pœnitens adimplere, sub pœna peccati mortalis, cum fuerit data potestas sacerdoti ligandi, quod intelligendũ est, nisi fuerit impossibilitatus, uel commutationem ab eodem sacerdote obtineat. Si autem oblitus fuerit, repetat cõfessionem, uel nisi confessor dixerit iniungendo, uel aliquid æquiualens, tunc enim probabiliter poterit æstimare quantitatẽ pœnitentiæ iniunctæ, Ideo laudabile est ad subueniẽdum debilitati memoriæ hominum, ut sacerdotes iniũcta pœnitẽtia di cant, uel aliquid æquiualens. ¶ An autem pœnitens teneatur acceptare rationabilẽ pœnitentiam a sacerdote iniuncta, dubiũ est, Aliquibus uidetur quòd sufficit pœnitenti ut sit paratus satisfactionem pœnæ temporalis a Deo reseruatæ facere in hoc mundo, uel in purgatorio, & ideo dicunt quòd pœnitentiæ sunt arbitrariæ. Sed multo rationabilius uidetur quòd teneatur acceptare, sicut infirmus medicinam corporalem. Tenetur enim subire iudicium sacerdotis, cum sit iudex & habeat iudicare inter peccata, sicut sacerdotes Leuitici generis inter lepram & leprã. Et ideo sicut leprosi tenebantur secundum iudicium sacerdotis manere extra castra, aliqui plus, alii minus, quod erat eis pœnale, ita peccatores in noua lege pœnitentiam acceptare, alias sacerdotes non possent ligare, quod est contra illud quod dixit Christus, Quocunque ligaueris super terram, &c. Præterea non sine deordinatione maius malũ (quod est purgatorii pœna) eligitur, ubi multo minori malo potest euitari. Et
E non uidetur quòd taliter accedẽs ut nil uelit acceptare, intendat se submittere cla-
180 uibus ecclesię, ideo uidetur irrisor, & non est materia sacramẽti pœnitentiæ, quum talis sit peccator subditus, sed quomodo est subditus, si nullam pœnitentiam acceptare teneatur? Et ideo non puto talem consequi effectũ clauium, Et cũ dicitur a sanctis doctoribus, quòd pœnitentiæ sunt arbitrariæ, Dicendũ quòd uerum est ex parte cõfessoris, sed non pœnitentis, nisi intelligatur de pœnitentia solenni, de qua supra dictum est, & de qua intelligendum est illud de septenni poenitentia, quòd pro quolibet peccato mortali publico, scandalizante & conturbante totam ciuitatem, debet imponi septennis pœnitentia, Quod tamen non semper est uerum consideratis quibusdam peccatorum & pœnitentium circunstantiis, quia pœnitens illam solennem pœnitentiam acceptare non tenentur nisi uelint. Cauere tamen debet iniũgens pœnitentiam, ne uilescat potestas clauium, dicitur enim in c. Sunt qui de pœnitentia, dist. 1. Minus malum est si contingat errare dãdo nimis paruam pœnitentiam, quàm magnam, ergo malum est, quia ex hoc uilescunt claues ecclesiæ. Et licet D. Chrys. dicat, Melius est reddere rationẽ de nimia misericordia, quã de nimia seueritate, Si enim benignus est dominus, ut quid sacerdos debet esse crudelis? Non enim negat quin reddenda sit ratio de nimia misericordia Non enim potest nec debet sacerdos esse adeo liberalis, sicut Christus, qui nulli (uel saltem paucis) pœnitentiam iniunxit, eo quòd haberet potestatem excellentię, quã nõ habẽt sacerdotes. Iniunctio tamen poenitentiæ etiam paruæ, multum prodest, maxime si dicatur. Et cætera bona quæ facies, sint in remissionem peccatorum, tunc bona opera sequentia participant aliquo modo de uirtute clauium, & efficacia remissionis poenarum, sic quod sunt magis satisfactoria. Debet etiam confessor curare iniungẽdo poenitentias, vt meliori & faciliori modo quo potest, præscindat causas & occasiones peccatorum.

An pœnitens teneatur acceptare pœnitentiam iniunctam.

In Add. 3. p. q. 8 ar. 9 ad. 2.

Peccator nõ tenetur acceptare pœnitentiam solennem.

Tria post confessionẽ observando

CONSEQVENTIA autem confessionem sunt tria, scilicet gratiarum actio, cautio siue cautela contra recidiuum, & perseuerantia in bono, & satisfactio. Quo ad primum notandum quòd absque ingratitudinis nota, magna beneficia sine gratiarum actione pręteriri nõ possunt. Cum igitur in cætera beneficia, quę cõfert Deus homini post batismum, sit sacramentum pœnitentiæ, cuius pars est confessio, & alia absolutio, si pœnitens post confessionem, & absolutionem gratias non agat, ab ingratitudine excusari nõ potest. Eam ob rem conandũ est ad gratiarum actionem cum omni humilitate, orandusque est Deus, vt negligentiam debitæ pręmeditationis & discusſionis, ac etiam peccata oblita. & tepiditatem deuotionis, sua ineffabili clementia condonare dignetur, & ab occultis mũdare, dareque gratiã satisfaciendi, & cauendi in futurum a malis, & perseuerandi in bonis. F 18

Ver 19. De cautela Recidiuationis.

Matt. 18.
Psal. 108.
An & quo modo peccata dimissa per recidiuũ redeant

SVMMOPERE etiam cauendum est pœnitenti, maxime confesso, qui uirtute sacramẽti absolutionis adiutus est, ne recideuit, ne deterius illi contingat, & ne fiant nouissima hominis illius peiora prioribus, unde Ioan. 5. cum enim spiritus immundus exierit ab homine, &c. & in parabola de seruo ingrato tradito tortoribus, donec redderet uniuersũ debitũ. Et Psalm. In memoriã redeat iniquitates patrũ eius. D. August. de Iuda dicit, Rediit iniquitas patrũ in conspectu domini, vt in eo etiam ipsa puniretur. Et idem August. Qui diuini beneficii oblitus, suas uult uindicare iniurias, non solum de peccatis futuris ueniã non meretur, sed etiã præterita, quæ sibi dimissa esse gaudebat, ad uindictam reputabũtur. Vnde aliqui uoluerunt dicere, quòd sicut bona per peccatum mortificata, per pœnitẽtiam reuiuiscũt, ita etiam peccata per pœnitẽtiam deleta, per sequens peccatum reuiuiscunt. Verum quia (ut habetur in c. diuina, de pœnitẽtia distinctio. 4. vbi hæc difficultas tractatur) Diuina clementia dimissa peccata in ultionem ulterius redire non patitur, nec consurget duplex tribulatio, quia Deus non iudicat bis in id ipsum. Ideo D. Thom dicit quòd peccata dimissa non redeunt ad animam, nec quoad culpam, nec quoad poenam, ut scilicet pro omnibus dimissis sustineat poenam, sicut si dimissa nõ fuissent. Nec etiam sequens recidiui culpa est tantæ grauitatis, sicut sunt simul omnia peccata dimissa, neque est digna tanta poena. Sed redire dicuntur, non quidem simpliciter, sed secundum effectum aggrauationis, propter illam circunstantiam ingratitudinis. Habet enim illa culpa recidiui ultra suam substantialem malitiam, maiorem grauitatem, quàm haberet propter ingratitudinem prædictæ indulgentiæ peccatorum præteritorum. Sicut etiam qui magnum recipit a domino temporali beneficium super excessu perpetrato contra eum, si relabatur, multo maiori poena dignus est quàm si non fuisset ei indultum. Non tamen tenetur peccata pręterita debito modo confessa, iterum confiteri, licet debeat dicere se in similia incidisse, si recidiuauit, ut deprehendatur maior grauitas peccati. Vnde Apostolus, Quãto putas maiora mereri supplicia qui filium Dei conculcauerit, propter ingratitudinem, & sic non redeunt, nisi quantum ad circunstantiam ingratitudinis Morales exponunt illam parabolam de septem spiritibus immundis nequioribus, & dicunt esse septem circunstantias aggrauantes. Prima est ingratitudo ueniæ, quia quando peccatum dimittitur alicui, obligat se pro illo beneficio ad nunquam offendendum. Ideo quando recidiuat, uenit contra illam obligationem, & cætera. Secunda circunstantia est subsannatio diuinæ misericordiæ, cui fit sicut Amon fecis Thamar, quæ dixit, ei Maius est hoc malum quod nunc agis aduersum me, quàm quod ante fecisti. Tertia circunstantia est ruptura foederis, pro qua est, figura. 4 Reg. de Sedechia, qui faceret foedus cum Nabuchodonosor, qui post A 17

3. p. q. 88. ar. 3. & in 4. dist. 22.
Heb. 10.
2. Reg. 3.

post victoriam constituerat eum regem,&c. Quarta, contemptus sacramēti. Quinta iniqua eiectio, figura. 2 Reg. 13. & 14. de Absalone, qui post remissionem peccati, patrem eiecit a regno. Sexta, passionis iteratio, Heb. 6 Rursum crucifigētes, &c. Septima, induratio, & obstinatio, exemplo de Pharaone, Exo. 7.

In Addi. 3. p. q. 11. ar. 1. et. 3.

Ver. 20. *De sigillo confessioni.*

SIGILLVM theologicè loquendo est duplex. s. confessionis, & secreti, Sigillum confessionis, secundum D. Thom. nil aliud est, quàm debitum celandi peccata in cōfessione audita, & omnia alia per quæ potest peccatum vel peccator deprehendi, siue sacerdos absoluat siue non. Hoc autem debitum consurgit non solum iure humano, sed etiam diuino, ex ipso sacramento confessionis, in quo ea, que interius fiunt debent exterius significari, & sic confessio est signum contritionis. Et cum peccator cōfitetur, & manifestat peccatū suum, Deus tegit illud, prout dicit Psal. Beati quorū remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Et ideo hoc debet per sacerdotē, qui est minister Dei, significari, ut sicut Deus celat, & tegit, ita, et sacerdos, quia minister se cōformare debet ei cuius est minister. Et ideo si sacerdos reuelaret, significaret quod Deus peccata confessa reuelaret, quod est falsum, & sic sacrilegium contra sacramētum pœnitētiæ. Ideo celatio siue occultatio peccati dicitur de essentia sacramenti, non quod sit materia uel forma, sed consequitur naturaliter ex ipsa natura sacramenti, cuius est exterius significari, quod interius agitur. Et cū præceptum diuinum sit fortius humano, sequitur quod in nullo casu, & quocūque præceptum humano adueniente, nunquā debet sacerdos reuelare, imo tenetur potius mori quam Deum offendere, & suis sacramentis irreuerentiam facere, etiā pro conseruatione totius reipublicæ, cū præceptum negatiuū obliget ad semper et pro semper, ideo est fortius præcepto affirmatiuo, quo quis tenetur conseruare bonum commune. Et si exigeretur ab eo iuramentum, posset licite iurare, quod nil scit, cū nesciat ut homo, sed ut Deus. Et si prælatus præciperet sub sententia excommunicationis, confessor non tenetur dicere. Nec propterea excōmunicationem incurrit, quia nō est in his subiectus superiori, qui non potest præcipere ut dicat ueritatem, nisi eam quam, scit ut homo. Et si præciperet dicere ueritatem, quam in confessione audiuit, præceptum esse nullum. Et cum iniuste exigat iuramētum, nō tenetur respondere ad intentionē iuramentum recipientis. Nec obstat dictum D. Bernardi, Quod introductum est pro charitate, non debet contra charitatem militare. Sed aliquando talis occultatio militat contra charitatem, vt quādo scitur perditi regni uel combustio ciuitatis, aut aliquid huiusmodi. Quia charitas non requirit quod apponatur remedium peccator quod homo nescit, nec quod fiat per aliquid quod cederet in irreuerētiā dei, potest tamē cōfessor absq; præiudicio reuelationis hortari custodes vt vigilent, quia hoc non est reuelare, sed hortari eos ad debitum officiū.

Sigillū cōfessionis quid.

Psal. 31.

B

181

¶ De licentia tamen confitentis extra cōfessionem data, potest sacerdos alicui reuelare, quia pœnitens facere potest, ut sciat inquantum homo, debet tamen vitare scandalum in dicendo, ne fractor sigilli confessionis reputetur. Si autem confessor alio modo scit peccatum confitentis, uel ante, uel post, debet quantū, potest occultare propter scandalum, ne alii retrahantur a confessione. In necessitatis tamen casu, quando imminet scandalum, potest dicere, & deponere se non audiuisse in cōfessione sed uidisse, uel aliter audiuisse. Qui enim pluribus modis scit aliquid, si dicat se scire vno modo, nō reuelat se scire alio. Tunc illud quod dicitur in confessione, licet reueletur materialiter, & per accidens, non tamen formaliter, & per se.

¶ Notandum quod sacerdos celare debet peccata non solum veri pœnitens, sed etiā ficti non attriti, imo etiā non proponentis se emendare, sed peccare, quia ab initio confessionis pœnitentem accipit, ut conferat ei sacramentū, occultatio autem sequitur naturam sacramenti pœnitentiæ. Et quamuis solus sacerdos sit minister sacramenti pœnitentiæ, quia tamen in aliquo casu aliquis non sacerdos participat, aliquid de actu clauis, dū confessionē audit propter necessitatē, ideo etiā participat *Qui tenentur ad sigillum confessionis.*

de

de debito sigilli confessionis, sic quòd reuelando, mortaliter peccat, licet proprie loquendo sigillum confessionis non habeat. Ideo dominus Petrus de palude dicit, quòd is ad quem notitia peccatorum in confessione dictorum peruenit, licite uel illicite, mediate uel immediate, tenetur celare. Et sic quando non sacerdos in casu necessitatis audit confessionem, siue de uenialibus, siue de mortalibus, tenetur celare similiter interpres, & qui casu audit, & qui se fingit confessorem, ac etiam qui latentur sunt absconditi.

Pœna reuelantis cōfessionem quæ sit. ¶ Pœna reuelantis confessionem, secundum antiqua iura, ut habetur in c. Si sacerdos, de pœnitentia dist. 6 est depositio, & per totam vitam ignominiosa peregrinatio: Sed secundum decretalem, omnis vtriusq; sexus. § caueat est depositio, & detrusio in monasterium, ad perpetuam agendam pœnitentiam.

Sigillum secreti. ¶ Sigillum secreti est debitum seruandum, siue illud sit peccatum, siue aliud temporale negotium. Et hoc debitum ex promissione consurgit, quando. s. reuelans exigit ante reuelationem ut teneatur secretum, & is cui fit reuelatio promittit celare tunc iure naturali, quo tenetur seruare promissum, tenetur seruare secretum, Et maiori obligatione, si promittit seruare, ut in confessione, siue sub sigillo confessionis, quamuis non sit sigillum confessionis, quia pacta priuatorum non possunt ius diuinum statuere. Est tamen talis promissio quasi iuramentum, quia per aliquod sacrum aliquo modo promittitur. Et ideo qui promisit aliqua celare sub sigillo confessionis, reuelādo magis peccat, quàm si simpliciter promisisset seruare secretum. Et amplius peccat, si promissionem confirmauit iuramento. Vnde Prou. 11. Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana, qui autem fidelis est, celat amici commissum, & Eccl. 27. Qui denudat arcanum amici, fidem perdit, & non inueniet amicum ad animum suum. Quia tamen maior est obligatio iuris naturę, qua quis tenetur cōmunitati, uel Deo, quàm qua tenetur particulari personę, ideo ubi illud secretum uergeret in perniciem reipublicæ temporalis, uel spiritualis, (ut cum aliquis alicui secrete reuelat, quòd vult prodere regnum, uel comburere ciuitatem, aut hęresim seminare) non debet celare, imo tenet reuelare his qui possunt prodesse, & maxime stante monitione prælati sub sententia excōicationis. Et non tenetur post priuatam monitionem expectare correctionem uel reciduum, quia mora esset in magnum præiudicium, si se non emendaret. Et ad processum euangelicum responsum est, cum de fraterna correctione agebatur. D 189

Sigillum secreti est de iure naturali.

Ver. 211 *De satisfactione.*

In Addi. 3. p. q. 12. ar. 1. 2. & 3. TERTIA pars integralis sacramenti pœnitentiæ est satisfactio, quę secundum se est actus virtutis pœnitentiæ. Et inter nos, & Deum non inuenit æqualitas, siue iustum simpliciter, sed secundum quid, ideo satisfactio in ordine ad Deum (quā uocamus satisfactionē sacramētalē) non est pars iustitiæ subiectiua, nō integralis, qua homo recompensat offensam, quo ad temporalem pœnam remanentem post peccatum remissum, cum cautela amplius offendēdi. Et sic satisfactio est solutio uel expiatio pœnæ debite pro peccato pręterito, & cautela de futuro. Ad eam enim, secundum Aug. pertinet peccatorū caussas præscindere, & eorū suggestionibus additū nō indulgere. Intelligit per causas, non remotas, puta fomitem, qui præscindi nō potest, sed propinquas, quæ sunt duplices. s. interiores, ut libido ex consuetudine uel actu peccati relicta, & ea quæ dicuntur reliquiæ peccati. Quædam uero sunt exteriores occasiones ad peccandum, ut locus, mala societas, & alia huiusmodi, & tales causæ in uita per satisfactionem possunt remoueri, & non fomes, quāuis possit debilitari, Et quāuis pœnitentia ex prima sui institutione respiciat præteritum, tamen ex consequēti respicit futurum, inquantum est medicina præseruans, ita, & satisfactio, quæ est pars eius. D. autem Anselmus aliter definit Satisfactionem, & dicit, Satisfactio est honorem Deo debitum impendere, & non loquitur de honore simpliciter, quia hoc pertinet ad religionis uirtutem, sed de honore per culpam ablato, qui impenditur, & redditur per pœnam temporalem, quam sibi Deus reseruat, etiam remissa culpa quia licet si misericors, tamen est iustus. Maximam misericordiam facit remittendo culpam, E 188

Satisfactio sacramentalis quid.

In lib. cur Deus & homo.

D

culpā, & cōferēdo gratiā, uirtutes, et dona, ac commutando pęnā æternam in tēporalē. Oftendit ēt fe iuftū referuando pœnam temporalē. Si enim nullam pœnā referuaret, nullā iuftitiam oftēderet, & tamē Pfal. dicit. Mifericordia & veritas (hoc eft inftitia) obuiauerūt fibi. Iuftitia & pax (hoc ē mifericordia) ofculatæ funt. ¶ Et licet homo fatisfacere non poffit quoad beneficia fufcepta, & minus quo ad culpā & pœnam æternam, quæ eft infinita, nec etiam quantum ad pœnā temporalē æquiualenter, cū totū quod habet vel habere poteft homo, non fufficiat ad debitum perfoluendum pro beneficio creationis, quia (vt dicit Philofophus) Diis, parentibus, & magiftris nō reditur æquiualens, & Chriftus Luc. 17 Cum feceritis omnia quæ præcepta funt uobis, dicit, Serui inutiles fumus, quod enim debuimus facere, fecimus. Poteft tamen fatisfacere fufficienter fecundum æqualitate, non quantitatis, fed proportionibilitatis, quia quanuis totum fuum poffe habeat a Deo tamen nō exigitur ab eo, ut totum quod poteft faciat, quū hoc fit ei impoffibile fecundum ftatū præfentis vitæ, vt totum fuum poffe expēdat in aliquid vnum, quū oporteat eum circa multa effe folicitū. Sed eft quedam mēfura homini adhibita a Deo quæ ab eo requiritur f. impletio mādatorum dei. Et quia poteft fuper ea erogare, ideo per opera: pęnalia fupererogationis libere facta, poteft fatisfacere pro pœna temporali, quā fibi Deus referuat & exigit fecundū menfuram peccati, iuxta illud, Secundū menfurā delicti erit & plagarū modus, hoc eft ut tātam pœnam fubftinear, quantum delectatus fuit iuxta illud, Quātū fe glorificauit, et in deliciis fuit, tantū dare illi tormentū, & luctū. Et fic nō eft dubiū quin fatisfaciat peccato ex parte cōuerfionis, fed ex parte aueríionis, quum peccatum habeat infinitatem fatisfacere non pōt, fed Deus ei gratias dimittit. Verum quū fatisfactio non refpondeat peccato, nifi fecundū quod eft offenfā Dei, & fic fecundū auerfionem homo pro peccato Deo fatisfacere non pōt, nifi inquantum eius fatisfactio innititur merito Chrifti, quod fuit infinitū, cui coniungitur homo per fidem formatam. Hinc eft ꝙ hō fine gratia, nullo modo pōt fatisfacere pro peccato. nec etiam pœna temporali pro peccato debita ex quo fequitur ꝙ peccatum veniale & pœna temporales debitę damnatis pro peccatis remiffis, æternaliter puniūtur in inferno, ut dictū eft, quia deeft principiū remiffionis & fatisfactionis f. fides formata gratia, per quam coniungimur & innitimur merito & infinitæ fatisfactioni Chrifti. Et quia fundamētū fatiffactionis indulgentiarū & purgatorii pendet ex hoc quod dictū eft, quod Deus delata & remiffa culpa, referuet fibi pœnam temporalem, ideo hoc examinādum eft.

In addi. 3. p. q. 13. ar. 1.

F 281

Quomodo homo poteft fuper erogare, & Deo fatisfacere.

Deut. 25.

Apoc. 18.

Ver 22. *De Reatu pœnæ remanente, remiffa culpa.*

REATVM pœne remanere remiffa culpa, ueteris & noui teftamēti affirmat authoritas, veteris quidem multipliciter, Primo hoc teftātur humani generis miferiæ, & reatus, fiue obligatio pœnæ, quæ ei ex peccato primi parentis fucceffit, etiā poft deletionem eius. Sap 10. habetur, quod Deus primum hominem eduxit a delicto fuo. & Gen. 4. quod refpexit ad Abel & munera eius Et tamen remanferūt pœnę temporales, ad quas eum damnauerat. Et licet Chriftus abbundantiffime fatiffecerit pro peccato illo, ac etiam pro peccatis totius mundi, Nihilominus tamen nunc baptizati & fuæ paffionis participes effecti, fubditi funt morti, & aliis pœnis pro peccato primi parentis taxatis Prꝛterea Nu. 12. dicitur, quomodo poftquam Dominus ad preces Moyfi remifit peccatum Mariæ fororis eius, & fanauit eam. iuffit eam feparari a caftris feptem diebus. Et Exo. 32 poftquam Dominus pepercit populo Ifrael, ad praeces Moyfi, dixit, Ego autem in die ultionis vifitabo & hoc peccatum eorū Sequitur, Percuffit populū pro reatu vituli. Infuper Num. 14. dicitur quod ad preces Moyfi pepercit Deus populo Ifrael peccatū murmurationis, quo alium ducē eligere uolebāt, & reuerti in Aegyptū, dixitq; Deus Moyfi, Dimifi iuxta verbum tuū. Attamen omnes homines qui viderunt maieftatem meā, non videbunt terram, pro qua iuraui patribus eorū. Et Nu. 20. dicitur ꝙ Moyfes, & Aaron peccauerunt in aquis contradictionis, qui non crediderunt Domino, ut fanctificarent eū corā filiis Ifrael Et licet Deus eis pepercerit, dixit, Non tū introducetis po

1. 2. q. 87. ar. 6.

Reatū pœnæ remanere dimiffa culpa probatur.

Gen. 3.

1. Ioan. 2

pulos hos in terram quã dabo eis. Vlterius. 2. Reg. 12. cum Dauid adulterio simul, & homicido se commaculasset, misit Dominus Nathan, qui increpauit Dauid, & dixit eum dignũ morte, & respondente Dauid, Peccaui Dño, dixit Nathã, Transtulit a te Dominus peccatũ tuũ, nõ morieris. Verũtamẽ nõ obstãte peccati translatione, satisfactionis pœna subinfertur, Verũtamẽ quia blasphemare fecisti inimicos Domini, propter hoc filius qui natus est tibi, morietur, & nõ recedet gladius de domo tua vsq; in sempiternũ, & tollã vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo. Rursus. 2. Reg. 24. cum idẽ Dauid aduerteret se offendisse Dominum in numerãdo populum, dixit, Peccaui valde Domino in hoc facto, precor Domine, ut transferas iniquitatẽ serui tui, quia stulte egi nimis. Venit Gad propheta ad ipsum, dicẽs, Hæc dicit Dominus, Trium tibi datur optimo, Aut septem annis ueniet tibi fames in terra, Aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & illi te persequentur, Aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra. Cui Dauid, Coarctor nimis, sed melius est, vt incidã in manus Dñi (multę .n misericordiæ eius) quã in manus hominũ. Immisit itaque Deus pestilentiam in Israel, ẽt deleto, & remisso peccato. Notãda est hic fides Dauid, qui licet audisset pœnam a Deo taxatam, adhuc credidit illam posse expiari ieiunus & afflictionibus cilicii & prostrationum, & tandẽ mortuo filio statim comedit, & interrogantibus respondit, Propter infantem dum uiueret ieiunaui, & fleui, dicebam enim, Quis scit si forte donet eũ mihi Dominus, & uiuat infans? cuius mors in pœnam peccati sui prædicta fuerat, Separabat enim illam pœnam iuste illatam, per pœnitentiam, & afflictionem se posse auertere. Vnde dicebat, Amplius laua me Domine. Dixerat, Ego dixi, Cõfitebor aduersũ peccatum meũ, & tu remisisti, &c. Confessus fuerat, dicens, Peccaui Domino. Postulauerat misericordiã, dicens, Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, Trãstulerat Dominus peccatum suum, ut quid ergo amplius lauari petebat? profecto a reatu pœnæ temporalis, a qua pro peccato numerationis populi saltem pro magna parte liberatus est, adeo enim se afflixit, ut eius respectu Dominus unius diei uindicta cõtentus fuerit, licet tres dies indixisset. Hoc exemplo pœnas temporales, quas pro peccatis nostris meremur, expiare contendamus. Postremo Dan. 4. dicitur, Consilium meũ regi placeat, Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum. Sed hoc non potest intelligi quo ad culpam, quia Apostolus dicit, Si distribuero omnes facultates meas, &c. Ergo intelligitur de pœna peccatorum, remissa culpa, & manẽte gratia. In nouo etiam testamento reperimus post cõdonatam culpam manere adhuc cõiter & in pluribus reatũ pœnæ, præcursor enim dñi, D. Ioã. dicebat, Facite fructus dignos poenitentiæ, vbi fere oẽs sancti, & orthodoxi doctores dicunt alios esse fructus pœnitentiæ, qui exiguntur a peccatoribus vere poenitentibus pro peccatis suis, & alios fructus bonorum operum, qui produci exiguntur perpetuo a quibuslibet, etiam innocentibus, sunt autem opera mãdatorũ Dei. Fructus poenitentiæ dicuntur opera poenalia, uel abstinendo a licitis, uel imperando sibi aspera, ad quæ antea quis non obligatur. Sic exponunt D. Gregor. & Aug. qui ait, Non sufficit mores in melius commutare, & a præteritis malis recedere (quod dicitur noua vita) nisi etiam de his quæ iam facta sunt, satisfiat domino per poenitentiæ dolorem, & humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperãtib. ieiuniis, & eleemosynis. Iuc dicit D. Chrys. in hom. de Poenit. Poenitẽtiã exhibuit Dauid, ita dicẽs, Lauabo per singulas noctes lectũ meũ, et lachrymis meis stratum meum rigabo. & olim perpetratum peccatum, quasi nuper accidisset, lugebat, & dicebat, Vide humilitatem meã & laborem meũ, & dimitte omnia peccata mea, hoc est, poenas peccatorum, quorum culpa remissa erat. Idem significare uidetur lotio, quam fecit Christus in coena discipulis mundis, & ipse testatus est, Vos enim mundi estis, Ad idem etiam facit quod habetur. Act. 1. Ioãnes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini (hoc est mundabimini) spiritu sancto, non post multos hos dies Apostolis post resurrectionẽ remisit Christus culpã infidelitatis, & sic mundi erãt, & baptismus importat lotionẽ & mundationem,

Sequ.tur

[Right margin, beside "vt incidã": B 118]

[Left margin notes:]
1. Cor. 13.
Mat. 3.
Super Matthaeum, & homil. 4. de Poenit.
Psal. 6.
Ioan 13.
Act. 1.

Sequitur quòd debebant mundari a reatu pœnæ, quum culpa eorum esset mundata. *Ser. 5. de*
D. etiam Cyprianus dicit, Agite pœnitentiā plenā doloribus & lamētis animi, pro *laps.*
bate mœstitiam, nec nos cōmoueat quorundā aut error improuidus, aut stupor va
nus, Qui quum teneātur in tam graui crimine, percussi sunt animi cęcitate, ut pec
cata cognoscant, neć plāgant. Præterea postquā Christus sanauit eū qui. 38 annos
in porticu Piscinæ iacuerat, dixit illi, Tolle grabatum tuum, & ambula, quod erat
opus laboriosum & pœnale Et licet Christus aliquibus aliis satisfactionem nō im *Ioan. 5.*
posuerit, vt Mariæ Magdalenæ, Latroni, & Adulteræ, sed dixerit, Vade in pace, eo
quod erat Deus, & inquantum homo ptātē excellētiæ habebat, & effectū sacramē
torum absque sacramētis causare poterat, hoc fecit ad ostendendam infinitam mi
sericordiam Illi tamen quem sanauit in porticu Piscinæ, ad exemplum discipulorū
D & nostrum, iniūxit opus laboriosum & Deo gratum, ad satisfactionē reatus, et ad
182 cautelam Vnde ait, Noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat. Alii tñ prædi
cti opera satisfactoria Deo respirante assumpserunt, Maria Magdalena lachrymis
rigauit pedes Domini non solum ante indulgentiam, sed etiam postea mirabiles sa
tisfactiones & supererogationis opera penalia ipsam fecisse certissimum est. Adul
tera pariter multum erubuit, & timuit, cōfusio enim quæ magna poena erat, ei loco
satisfactionis fuit: Bonus pariter Latro tormēta passionis sustinuit, & Christū de
fendit, propter quod eius crura prius fuisse fracta dicuntur. Præterea eius contritio
perfectissima fuit, quemadmodum Petri, qui egressus foras fleuit amare, & post re
missionem tamen peccati toto tempore vitæ suæ non cessauit a lachrymis, ut D.
Clemens in Itinerario suo attestatur, Sed quare hæc faciebat, nisi ad satisfaciendū,
vel ad dandum exemplū satisfaciendi? Non negamus tñ quin possit esse tanta & tā
feruens contritio, quæ non solum culpam, sed etiam & totam pœnā expiare suffi
ciat, Verum attenta humana fragilitate & negligentia, raro contingit talis contri
tio, quia frequenter, & vt in pluribus satis tepide cōuertimur ad Deū. Igitur Deus
uoluit in peccatore satisfactionē, triplici ratione. Prima, in pœnam tepidæ conuer- *Cur Deus*
sionis, Secunda, ne homines misericordiā consecuti, remissiores fierent. Tertia & *uelit pecca*
potissima, vt ei assimilarentur. Vnde dicebat, Exemplū enim debi vobis, vt queād- *torem satis*
modū ego feci, ita & vos faciatis. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis reli *facere.*
quens exēplū, vt sequamini vestigia eius. & Luc 9. Qui vult venire post me, abne *Ioan. 13.*
get semetipsum, & tollat crucem suā, & sequatur me. non dicit, crucem meam, sed
suam, hoc est satisfactionis pœnam, vt quemadmodum ipse satisfecit pro peccatis
totius mundi, si & nos pro peccatis nostris. Nō enim crux siue satisfactio Christi
potest nobis applicari, nisi conformemur ei per crucē nostrā. Vnde Rom. 8. Nam
quos præsciuit, hos & prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui, & in eodē c.
dicit, Si filii, & hæredes, hęredes quidem Dei, cohæredes autem Christi si tamē cō
patimur, ut & conglorificemur. & Ro. 6. Humanum dico propter infirmitatē car
E nis vestrę, Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire iniustitię & iniquitati ad
182 iniquitatē, ita nūc exhibet seruire iustitiæ in sanctificationē, hoc est expiationē.
& Col. 3. Mortificate membra vestra &. 2. Cor. 4. Mortificationē Iesu Christi in
corpore vestro circunferētes & Gal. 6 Ego stigmata domini mei Iesu Christi in
corpore meo porto & 2. Cor. 6. hortatur ad opera pœnalia, dicēs, In omnibus ex
hibeamus nos sicut Dei ministros, in multa patiētia, in ieiuniis, in vigiliis, &c. Scie
bat enim Apostolus per opera pœnalia temporales poenas expiari, quòd aperte o-
stendit. 1 Cor. 11. vbi ponit pœnam temporalem, quam à nobis, etiā pro peccatis
remissis, exigit Deus, quam nos per iustitiam & animaduersionem in nosipsos pos
sumus expiare, & flagella Dei a nobis auertere. Ideo, inquit, inter uos multi infir-
mi & imbecilles & dormiunt multi. Quod si nosipsos iudicaremus, non utique
iudicaremur, dum iudicamur autem à Domino, corripimur, ut nō cum hoc mūdo
damnemur. Semetipsos se diiudicant, qui de perpetrato malo de seipsis su[illegible]
piunt supplicium, & hi a Domino non diiudicantur, neque puniuntur, aut flag[illegible]
tur. Proinde subiungit Apostolus, Quum autem iudicamur, &c Et D. August. de

M m 2 [illegible]

ſtinguit triplicem pœnitentiam, unam quæ bapt iſmo præexigitur, quæ eſt interior
nō tamen iniunguntur opera pœnalia, Altera, quæ pro quotidianis & minutis pec
Col. 2. catis eſt neceſſaria, Tertia (inquit) actio pœnitētiæ eſt quæ pro magnis peccatis eſt
ſubeunda. ¶ Nec obſtat præmiſsis quod dixit Apoſtolus, Quum vos mortui eſſetis
delictis & præputio carnis ueſtræ, conuiuificauit cum illo, donans uobis delicta, do
lens quod a ‘uerſus nos erat, chirographum decreti, quod erat contrarium nobis,
Chirographum decreti quid. & tulit ipſum de medio, affigens illud cruci, & expolians principatus & poteſtates,
&c. Chirographum decreti nihil aliud eſt, quam reatus ſiue obligatio ad pœnas. Si
ergo Chriſtus illud tulit de medio, ut quid igitur neceſſe eſt iterum ſubſtinere pœ
nas? videtur fieri iniuria paſsioni Chriſti, quaſi inſufficiens fuerit, & tamen. 1. Ioā.
2 dicitur, Ipſe eſt propitiatio (hoc eſt ſatisfactio) non ſolum pro peccatis noſtris
ſed etiam totius mundi, Videtur fieri iniuria iuſtitiæ diuinæ. quaſi Deus bis iudicet
hoc. §i ver. 16. in id ipſum, cuius contrarium ſupra probatum eſt. Ad hæc dicendum. quod reatus
pœnæ temporalis non ponitur propter inſufficientiam paſsionis, aut ſatisfactionis
Chriſtus, quia (ut probatū eſt) ipſe abundantiſsime ſatisfecit tam pro pœnis æter
nis, quam temporalibus. Sed propter negligentiam conuerſionis, & indebitā appli
catione paſsionis eius, quia non perfecte applicatur nobis propter tepiditaté & ne
gligentiam noſtrā, ſiue defectus conatus noſtri, qui non ſemper ex toto corde, &c.
Actus enim actiuorum, ſecundum Philoſophum, non applicantur niſi ſubiectis di- F
ſpoſitis, & ſecundum diſpoſitionem illorum, ſic nec paſsio Chriſti. Vnde non appli 182
catur damnatis, licet ſufficienter ſatisfecerit pro eis. Sunt præterea aliæ duæ ratio
nes, quas tetigimus Et ſic Chriſtus tulit chirographum ſufficienter, quantū eſt ex
parte ſui, ſed non efficaciter, quantū eſt ex parte noſtri, vel quia nō diſponimus nos
ad illam, uel non ſufficienter Nec per hoc bis iudicat id ipſum, quia non iudicauit
in Chriſto, niſi pro diſpoſitis ſufficienter, uel in actu, uel in propoſito. Per hæc pa-
tet ſolutio ad id quod hęretici retorquent ex D. Paulo, Rom. 8. vbi ait, Nihil ergo
damnationis eſt his qui ſunt in Chriſto Ieſu, & non ſēm carnem ambulāt. Ex quo
loco ſic obiiciunt hæretici, Damnatio in duobus conſiſtit ſ. in culpa, & pœna, Sed
his qui ſūt in Chriſto Ieſu, nihil eſt dānationis, hoc eſt culpæ aut pœnę, Igitur &c.
Quia (vt ibi dicit Apoſtolus) hoc intelligitur de his ſolum, qui non ſecundū carné
Rom. 6. ambulāt, & de his qui ſunt ſufficienter diſpoſiti, & quibus totaliter virtus paſsionis
applicatur, vt in baptiſmo, in quo morti Chriſti perfecte cōformantur. Conſepulti
enim ſunt cum illo per baptiſmum in morté. Ideo nil damnationis in illis manet,
quum nil carnalitatis, habeant. Sed in peccatoribus poſt baptiſmum peccantibus,
manet vt in pluribus reatus pœnæ, quod ex ritu vniuerſalis Eccleſiæ apparet, quæ
conſueuit, non ſolum publicas & Solennes ſatisfactiones iniungere pro peccatis pu
blicis (vt dictum eſt) ſed etiam priuatas pro priuatis.

Ver 23. *De ſatisfactione unius pro alio.*

In addi. 3. p. q. 13. art. 3. AD Sciendum quo modo vnus poteſt ſatisfacere pro alio, aduertendum eſt,
quod pœna ſatisfactoria ad duo ordinatur, primo ad ſolutionem pœnæ debi-
tæ pro peccato præterito, ſecundo ad medicinam pro peccato vitando. Quo
ad ſecundum (inquantum eſt remedium ſequentis peccati) ſatisfactio vnius non
prodeſt alteri, quia ex ieiunio vnius, caro alterius non domatur, neque ex acti-
bus vnius, alius bene agere conſueuit, niſi per accidens, inquantum ſcilicet ali-
quis per bona opera poteſt mereri alteri de congruo augmentum gratiæ, quæ eſt
efficaciſſimum remedium ad vitandum peccatum, ſed hoc eſt magis per modum
meriti, quam per modum ſatisfactionis. Si vero conſideretur pœna ſatisfacto-
ria, vt ordinatur ad ſolutionem pœnæ debitæ, vnus poteſt pro alio ſatisfacere, dum
modo ambo ſint in charitate, quia per charitatem opera vnius poſſunt fieri, & eſ-
ſe opera alterius. Vnde Galat. 6. dicitur, Alter altero onera portate, ergo alter
Vnus pro alio ſatisfacere poteſt. alterius poteſt opera pœnitentiæ & ſatisfactionis. quæ ſunt onera, pro altero por-
tare. Præterea ſi vnus homo apud homines poteſt pro alterius amore debitū eius
ſoluere, quia qui per aliū facit, per ſeipſum facere videtur, ergo multo fortius apud

Deum

Deũ qui est liberalior & misericordior. Nec oportet quod maior pœna imponatur ei qui pro altero satisfacit, quã principali imponeretur, vt quidam dicunt, hac ratione moti, quod pœna propria magis satisfacit, quam aliena, Cũ pœna habeat vim satisfactionis, ratione charitatis, propter quã homo ipsam sustinet. Maior autem charitas apparet in hoc quod aliquis pro altero satisfacit, Igitur. Nec exigitur (quantum ad solutionem debiti) quod ille pro quo fit satisfactio per alterum, sit impotens ad satisfaciendum, quia etiam si esset potens, alio satisfaciente pro eo ipse debitor a debito liberaretur. Et quamuis quis non possit conteri, aut confiteri, siue sacramentum pœnitentiæ accipere pro altero, neque mereri, quantum ad præmium essentiale, Nõ tamen sequitur quin possit satisfacere pro alio, quia satisfactio est aliquid accidentale. Præterea per charitatem, per quam omnes unum corpus sumus in Christo, actus vnius efficitur alterius. Neque taxatur satisfactio siue pœna satisfactoria secundum proportionem & dispositionem eius cui debetur pœna, quia quandoque ille qui est

B melior, habet minoris pœnæ reatum. Nec tamen qui satisfacit pro alio, priuatur me- *Satisfaciēs pro alio non perdit meritum.*

183 rito, quia satisfaciendo pro alio, vltra expiationem pœnæ alterius, meretur sibiipsi uitam æternam, quæ maioris ualoris est, quam expiatio pœnæ alterius.

Ver. 24. *De Satisfactionis Qualitate.*

POENA quam aliquis sustinet pro peccatis, non habet nomen neque rationẽ satisfactionis, nisi per charitatem, quia æqualitas in satisfactione apud Deum non est secundum æquiualens, sed magis secundum acceptationem ipsius. Opera autẽ satisfactoria sunt accepta Deo per charitatem, igitur absque ea opera pœnalia non sunt satisfactoria. Vnde. 1. Cor. 13. Si distribuero, &c. Et si tradidero, &c. Vnde sequit̃ quod consilium Danielis datum Nabuchodonosor de faciendis eleemosinis, Dan 4 intelligitur post pœnitentiam, quia si non pœniteret, per eleemosinas non expiaret. Et sicut nemo potest scire se esse in charitate, ita nemo potest certo scire an plene satisfecerit. Et ideo dicitur Eccle. 5. De propiciatu peccatorum noli esse sine metu. Non est tamen necesse quod homo propter hunc metum satisfactionem expletam iteret, si conscientiam peccati mortalis non habet, quia quamuis poenam per huiusmodi satisfactionem non exoluat, peccatum tamen ex satisfactione neglecta non incurrit. Sicut ille qui accedit ad Eucharistiam, habens probabilitatem quod est in gratia, & tamen non est, peccatum indignæ sumptionis non incurrit. ¶ Ex præmissis sequitur quod existens in vno peccato mortali, non potest satisfacere pro alio, Sicut nec extra charitatem existens, pro peccatis de quibus prius contritus fuit. Nec satisfactio extra charitatem facta, adueniente charitate reuiuiscit aut prodest, nisi forte remaneat ex ea aliquis effectus. Sunt enim aliquæ satisfactiones, ex quibus manet aliqui effectus in satisfacientibus, etiam postquam actus satisfactorius transiit.

C Sicut ex ieiunio manet corporis debilitatio, & ex eleemosinarum largitione substantiæ diminutio, & sic de similibus Et tales satisfactiones in peccatis factæ, prosunt ad hoc quod non oportet eas iterare, ad implendam iniunctam a confessore poenitentiam quia quantum ad hoc quod de eis manet, adueniente gratia sunt Deo acceptę. Non tamen prosunt ad deletionem poenæ. Satisfactiones uero quæ non relinquunt aliquem effectum in satisfaciente, postquam actus transiit, oportet quod iterentur, vt orationes, & alia huiusmodi, Actus autem interior, quia totaliter trãsiit, non viuificatur. Ideo oportet quod iteretur. Non est tamen cessandum a bonis operibus, his qui sunt in peccato mortali, quia licet opera facta in peccato mortali, non prosint quantum ad meritum essentiale, prosunt tamen ad triplex bonum, primo ad temporalium consecutionem, secundo ad dispositionem gratiæ, tertio ad assuetudinem bonorum operum. Quia tamen hoc bonum non proprie dicitur meritum, ideo magis concedendum est, quod huiusmodi opera non sint meritoria, quam quod sint meritoria. Nec obstat quod D Aug dicit in Enchiridio, quod opera extra charitatem facta ad hoc prosunt ut pœna sit remissior, aut tolerabilior damnatio, non enim potest inferni poena mitigari, nisi diminuta uel deletẽ causa, quæ est culpa, quamuis dici possit quod opera in peccato mortali facta, minuant poenam inferni, ad hunc sensum,

In Add. 3. p. q. 14. artic. 2.

Nemo se satisfecisse Deo.

An satisfactio extra charitatem facta reuiuiscat.

Opera in pctõ mortali facta ad quid prosint.

sum,quia homo per euadat reatum omissionis Et sic non tantum damnabitur, sicut si omisisset opera pracepta. Secundo, quia huiusmodi bona opera disponunt ad bonum,ut homo ex minori contemptu peccata committat.

Ver.25. *De his per quae fit satisfactio.*

In addi.3. p.q.18. NECESSE est vt id per quod fit satisfactio,sit aliquo modo poenale,quia satisfactio importat quandam recompensationem offensae, secundum quandam adaequationem uel quantitatis quoad homines,vel proportionabilitatis quoad Deum. Sed adaequatio satisfactionis in humana iustitia est per subtractionem ab uno qui plus habet iusto, ad additionem alterius cui subtractum est aliquid. Et licet Deo, quantum est ex parte sua,nihil subtrahi possit,peccator tamen quantum in ipso est subtrahit aliquid peccādo.s.debitum honorem & obedientiam. Vnde oportet quod ad hoc vt debita recompensatio fiat,aliquid subtrahatur a peccante per satisfactionem,quod in honorem Dei cedat.Sed opus bonum,secundum quod huiusmodi, siue secundum quod bonum est,non subtrahit aliquid ab operante, sed magis perficit ipsum.Et ideo satisfactio non potest fieri per bonum opus,nisi sit poenale. Et ideo ad hoc quod aliquod opus sit satisfactorium,oportet quod sic bonum & poenale, & in honorem Dei factum, vt aliquid peccatori subtrahatur. Vnde D.Greg.in homilia uigiliae Natiuitatis Domini dicit,Iustum est,ut peccator tanto maiora sibi inferat lamenta,quanto maiora intulit damna, quantum ad culpam. Et quamuis Deus non delectetur in poenis,ut poenae sunt,delectatur tamen in eis,ut iustae sunt. & sic satisfactoriae esse possunt. Nec tamen sequitur quod opera poenalia ex maiori charitate facta,sint minus satisfactoria,quam in minori charitate facta,cum maiorē habeant delectationem,quia poenalitas consideratur in satisfactione,sicut in merito,in quod diminuitur difficultas ex parte subiecti,siue ex promptitudine voluntatis, quā facit charitas,quae non diminuit,sed auget efficaciam satisfactionis.

D 183

Solum opus poenale est satisfactorium.

¶Quoad flagella autem Dei dicendum est,quod habent respectum ad culpā praeteritam naturae,& non semper personae Si enim in natura nulla praecessisset culpa, nulla poena in ea fuisset.Sed quia natura inuenitur in persona, ideo sine culpa personae,ad meritum virtutis,& cautelam peccati sequentis, diuinitus infertur poena per flagella,quę etsi non sint in potestate nostra, possunt tamen fieri nostra,inquantum acceptamus ea in purgationem peccatorum,eis vtentes.& patienter ferentes,facientes de necessitate uirtutem,& sic sunt meritoria,& satisfactoria Vnde Ro 5 Tribulatio patientiam operatur,patientia autem probationem, hoc est a peccato purgationem ut exponit ibi glosa. Si autem omnino eis per impatientiam dissentiamus, non efficiuntur aliquo modo nostra, & per consequens nec meritoria, nec satisfactoria.Et ideo apud eos qui acceptant,habent rationem satisfactionis,apud eos uero qui non acceptant,habent rationem uindicationis.

An et quando flagella Deo immissa sint satisfactoria.

¶Inter opera satisfactoria tria communiter nominantur,scilicet ieiunium, oratio, & eleemosyna, includendo sub ieiunio omnes afflictiones corporales, ut sunt peregrinationes,& disciplinae,& sub eleemosyna, quicquid fit in utilitatem proximi. Per haec tria subtrahimus nobis ad honorē Dei tria bona,scilicet animae, corporis,& exteriora bona Et quidem quoad bona animae non subtrahimus a nobis realiter,sed per hoc quòd submittimus ea totaliter Deo per orationem. Per ieiunium autem subtrahimus bona corporis Per eleemosynam uero bona fortunae. Et quamuis quaedam oratio habeat suauitatem & dulcedinem spiritus,ex dispositione & assuetudine orantis gratia & uirtutibus ac donis adiuti, tamen ex parte obiecti habet afflictionem carnis,quia vt dicit D.Gregorius,dum crescit in nobis fortitudo amoris intimi,infirmamur,procuIdubio fortitudine carnis.Vnde & neruus foemoris Iacob ex lucta angeli emarcuisse legitur,& Abraham multum laborabat ad abigendas muscas.Sic orantes ad effugandas euagationes & subreptiones mentis, quae dicuntur Muscę morientes,perdentes suauitatem vnguenti,hoc est deuotionis Ecclesiastes.10.

Tria sunt opera satisfactoria.

Super Ezechielem.

Gen.32.

Ver 26.

Ver. 26. *De suscipientibus Sacramentum Pœnitentiæ.*

CVM materia sacramenti pœnitentiæ sit peccator subditus contritus vel attritus & confessus, satisfacere proponens, sequitur quod angelus non est capax sacramenti pœnitentiæ, cum non sit homo nec possit detestari peccatum, & ei (vt dictũ est) immobiliter, adhæreat. Angeli autem boni sunt impeccabiles, Igitur, &c. Sequitur etiam quod innocentes, & qui nullum peccatum actuale habuerunt, nõ sunt materia huius sacramenti. & per consequens nec D. Virgo Maria, quæ nec actuale nec originale peccatum vnquã habuit, quia sacramentũ pœnitentiæ ordinatur ad culpã actualem delendam. Vnde Luc. 15. Gaudium est angelis super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouẽ iustis, qui non egent pœnitentia. Et licet iusti non egeant sacramẽto pœnitentiæ, sunt tamẽ capaces virtutis pœnitẽtiæ, quæ infunditur in baptismo, quia licet peccatũ non cõmiserint, tamen (quantũ est ex natura sua) cõmittere possunt, quãuis per gratiã Dei præseruantẽ nunquã committant, vt D. Virgo Maria immaculata Nec tamen sequitur quòd habitus sit frustra, quũ sit perfectio naturalis. Sequitur præterea quod beati in patria nõ sunt capaces sacramẽti pœnitẽtiæ, cum non sint in via, aut obnoxii p̃cõ aut pœnæ, virtus tamen pœnitẽtiæ manet in illis, non quòd habeãt actũ pœnitẽtię, qui nũc est in via, sed alium actum s. gratias agere Deo de pœnitentia relaxante, vt dicit D. Tho. in 4 Sed eadem rõne videretur quod fides, spes. & patientia, remanerẽt in patria, quod tñ ipse negat. Præterea gratiarum actio est actus religionis, & non pœnitentiæ, ideo in Sũma aliter dicit, & iudicio meo, melius, vt supra dictum est. Quarto pariter sequitur quod damnati, cum sint extra viam, non sunt capaces sacramenti pœnitentiæ, nec habent virtutem poenitentiæ, quæ est donum dei infusum, licet habeãt dolore & tristitiã de malo cõmisso, tñ non habent voluntatẽ se emẽdandi & expiãdi, ideo nõ habẽt proprie actũ poenitẽtiæ, sed aliquid simile in genere Et fm in hoc dicitur Sap 5. Intra se pænitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes.

In 4 di. 3. p. q. 16.

F 183

c. 6. § 6. ver. 2.

Ver. 27. *De locco Satisfactionis.*

LOCVS satisfactionis siue soluendi & expiãdi poenas pro peccatis actualibus debitas, est mundus iste in quo viatores plene p̃nt accipere sacramentum pœnitentiæ. Verum quia contingit aliquando quod aliquis existens in gratia, obnoxius reatibus pœnarũ pro peccatis præteritis, moritur, ante expiationem & quia (vt dicitur Apoc 21.) Non intrabit in illam (.s. ciuitatem cęlestem Hierusalem) Aliquid coinquinatum, aut abominationẽ faciens, ideo necessario ponendus est locus, ubi post mortem expientur & exoluantur reatus pœnę tẽporalis. aliter fieret iniuria diuinæ iustitiæ, si non punirentur, & diuinæ misericordiæ, si non expiarentur, sequereturq; quod aliquis in gratia existẽs, priuaretur vita æterna, absq; nouo peccato, qđ est erroneum. Ideo necesse est ponere locum, vbi expientur. Hunc locũ Ecclesia & communiter Doctores vocant Purgatorium, de quo tractandum est.

A 184

Ver. 28. *De existentia Purgatorii.*

PVRGATORIVM esse firmiter credendũ, est nã hoc sacræ literæ pluribus in locis manifestant: Hoc etiã Ecclesia in pluribus conciliis generalibus determinauit. s. in Concilio Florẽtino Bareñ & Agatensi, quã determinationem omnes sancti & orthodoxi atque catholici. Doctores semper secuti sunt. Prædicta concilia plurima in sacris literis habent, fundamenta, quorum aliqua ad veritatem fidei substinendam, inserenda duxi. Primò quia de nomine apud aliquos est quęstio, (quæ propriæ solis pertinacibus est relinquenda, dũmodo de re ipsa constet) indifferens enim est quo vocabulo vna quæque res noncupetur. Vocitent hæretici quo nomine voluerint, nos uero locũ, in quo post mortem expiẽtur peccata venialia, & reatus peccatorum mortalium, qui (vt iam probatum est) manet, etiã deleta culpa Purgatorium nuncupamus. Fundamentum huius nominis sumptum est ex Malachiæ. 3. cap. vbi dicitur, Quis poterit cogitare diem aduentus eius? aut qui stabit, ad uidendum eum? ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans & emundans argentũ, & purgabit filios Leui Per diem Domini intellexit

Purgatorii nomen ex sacris literis habetur Malachias mortem, in qua venit Dominus ad iudicandum; iuxta illud, Statutū est hominibus semel mori, & post hoc iudicium. Tunc ergo si qui sint qui non fuerint plene purgati, purgabantur igne. Ad hunc sensum D. Paulus dicit, Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus (siue fides Iesu Christi charitate formata, secundū Glo.) Si quis autem super ædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, tigna fœnum, & stipulam, vniuscuiusque opus manifestum erit, dies enim Domini (hoc est aduentus Dñi ad iudicium post mortem) declarabit, quia in igne reuelabitur. Et vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod super ædificauit, veluti

Heb. 9. aurum, argentum, lapides preciosos, quibus ignis non nocet, Sic nec illis qui in ho-
1. Cor. 3. ra mortis non habebunt nisi bona opera, ignis nocebit, nec detrimentum patietur, sed mercedem accipient. Si cuius verò opus arserit (puta quia ex lignis, fœno & F
stipula, quibus ignis nocet, & quæ repræsentat peccata venialia, & reatus peccatorum) detrimentum patietur ipse tñ saluus erit (scilicet propter fundamentum) sic tñ 186
quasi per ignem (scilicet purgatus.) Et quanuis ignis in sacris literis aliquando accipiatur pro tribulationibus, quas patiuntur homines in hac mortali vita, per quas (vt dictum est) possunt expiare pœnas, Malachias tamen & Apostolus intellexerunt de igne reali, in quo cruciantur post mortem animæ habent aliquid ligni, fœni, & stipulæ, vt D. Augustinus dicit in Sermo. 4. de commemorat. anima. & D. Gregorius in. 4. Dialogorum cap. 39. & Glo. ordinaria, & omnes antiqui Doctores dicunt, animas post mortem luere pœnas, de quibus Malachias & Apostolus lo-

Liberatio animarū a pœnis probatur. quuntur, scilicet ignis, a quibus poterunt liberari, vt Tobias declarauit. 4. cap. Panem tuum & vinum super sepulturam iusti constitue. Hoc idem declarauit Iudas Machabæus, qui collatione facta, misit Hierosolymis, offerri duodecim milia dragmas argenti pro peccatis mortuorum, iuste & religiosè de resurrectione cogitans.

2. Mac. 12. Sequitur, Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur. Et si obiiciatur librum Machabeorum non esse de Canone dicendū est, quòd licet non sit de Canone Hebræorum siue Iudæorum, est tamen de Canone Ecclesiæ catholicæ, quæ non regitur per Canonem Hebræorum, sed Spiritu sancto. Hebræi enim multa a Spiritu sancto reuelata omiserunt, sicut librum qui intitulatur Ecclesiasticus, vt recitat D. Hieronymus in epistola ad Cromachiū & Heliodorum episcopos, Idem Hierony. in prologo Danielis ait, Hebræi historiam Susannæ, hymnum triū puerorū, & historiā Beelis non habent, multaq; absurda de traditionibus eorum interposuerunt, & illa quindecim signa ante iudicium, vt testatur idem Hieronymus, quæ tamen Ecclesia non recipit, libros autem Machabeorum (quanuis incerto authore) Ecclesia recipit, & inter Canonicos D. Aug. & Hieronymus numerauerunt. Ecclesiaque in Concilio Tridentino eos inter Canonicos numera-

Matt. 12. uit. Præterea & peremptorie Christus dominus dixit, Si quis dixerit uerbum contra spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc seculo, nec in futuro. Omnes orthodoxi expositores ex his verbis eliciunt, quòd verè & in bona consequentia sequitur, q̃ in futuro seculo aliqua peccata remittantur, a fortiori reatus pænarum temporalium, quia si nullum in futuro seculo peccatum remitteretur, frustra Christus dixisset, Neque in futuro seculo, quod est blasphemum, & in maximam iniuriam Christi, qui est ipsa sapientia patris Peccata autem mortalia non remittū tur, vt dicitur. 1. Ioan. 5. Est peccatū ad mortē. non pro illo dico vt roget quis. Ergo peccata venialia remittuntur in futuro secu'o, vel reatus pœnarū tēporaliū, quæ se cū compatiūtur gratiam, quę est principium satisfactionis. Insuper Apoc. 5. dicitur, quòd D. Ioannes post Christi ascensionem vidit subtus terrā animas benedicentes Deum, sed hoc non pōt dici de damnatis, quia (vt dicit Psalmista) superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Nec potest dici de patribus antiquis, qui iam cum Christo in die Ascensionis ascenderant, & sic nō erāt subtus terrā, Nec ēt pōt dici de pueris, qui decesserunt sine baptismo & ante vsum rōnis, quia ignorant Christum sedentem super thronum, quem vidit & audiuit Ioannes laudari & benedici.

Ergo necesse est illa verba intelligi de aliquibus existentibus in gratia, qui habebant aliquid purgandum. Vlterius in antiquo testamento omnes Iudæi orabant pro mortuis, & affligebant se pro eis. Vnde 2. Reg. 1. dicitur, Apprehendens aūt Dauid vestimenta sua scidit, omnesq; viri qui cum eo erant, planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt usq; ad vesperam, super Saul & super Ionathan filium eius, & super populum domini, eo quod corruissent, sed hoc frustra fecissent, si non profuisset illis, & si non esset purgatorium, Igitur. Et (vt infra dicetur) solennitas sepulturarum, & cultus exequiarum, ab Apostolis & sanctis Patribus obseruatus, non frustra fiebat. Insuper D. Diony. recitat ritum Apostolorum in sepultura Christianorum, & dicit quòd Apostoli orabant pro defunctis, imo ab ipsis fuit institutum, vt in qualibet missa fieret commemoratio defunctorum. Vnde Damas. in quodam sermone de suffragii Defunctorum dicit. Ministeriorum cōscii discipuli Saluatoris, intremendis uiuificis mysteriis memoriam fieri eorum qui fideliter dormierant, sanxerunt. Et quibus apparet væsania nouorum hæreticorum, qui non verentur purgatorium negare, & dicere purgatorium esse imposturam sacerdotum. Nec obstat illud quod scribitur Apoc. 14. Beati mortui, qui in Domino (hoc est in gratia) moriuntur, quia non omnes qui moriuntur in Domino, hoc est in gratia, statim sunt perfecte beati, sed solum illi, qui nil purgandum habent. Animę autem purgatorii sunt beatæ in spe certa, quia certæ sunt quod liberabuntur, & peruenient ad beatitudinem perfectam. De hac beatitudine Psal. Beatus vir qui sperat in Domino. Et Christus, Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cœlorū. Nec obstat pariter quòd Charitas est ignis, Lucæ. 12. Ignem, &c. & Ideo naturaliter inclinatur sursum. Et ideo qui moriuntur in Charitate, ascendunt & non descendunt, quia quemadmodū ignis potest impediri ne acendat sursum, sic charitas per peccata venialia, & reatus pœnarum temporalium. Et quia de loco purgatorii, in quo animæ purgandæ recipiuntur, dictum est, consequenter dicendum est de receptaculis aliarum animarum.

hoc. §. 4. uer 33. Vltimo c. Eccl Hie. Mat. 5

B Ver. 29. *De receptaculis animarum.*

184 QVAMVIS substantiæ spirituales secundum suum esse a corporibus non pendeant, deus tamen gubernat & disponit temporalia, mediantibus spiritualibus creaturis, Vt D. Aug dicit tertio de Trinitate. Ideo est quædam conuenientia spiritualium creaturarum ad corporalem substantiam, per congruentiam quandam, ut scilicet dignioribus substantiis digniora & nobiliora corpora deputentur. Vnde Philosophi secundum ordinem mobilium posuerunt ordinem substantiarum separatarū. Et quanuis animabus post mortem non assignentur aliqua corpora, quorum sint formæ uel determinati motores, determinantur tamen eis quædam corporalia loca, per congruitatem quandam, secundum gradum dignitatis meriti, vel demeriti, quibus insunt quasi in loco, eo modo quo spiritualia esse possunt in loco, secundum quod magis accedunt ad primam substantiam, uel elongantur ab ea, quod fit per meritum vel demeritum: Sicut enim in corporalibus est grauitas, qua feruntur ad locum suum, qui est finis motus ipsorum, ita in animabus meritum & demeritum, quibus perueniunt ad præmium, vel pœnam, quæ sunt fines actionum ipsarum. Vnde sicut corpus per leuitatem vel grauitatem statim fertur in locum suum, qui est finis motus ipsius, ita in animabus meritū & demeritum, quibus perueniunt ad præmium vel pœnam, quæ sunt fines actionum ipsarum. vnde sicut corpus per grauitatem, vel leuitatem statim fertur in locum suum, nisi prohibeatur, ita & animæ statim soluto vinculo carnis, per quod in statu vię detinebantur, statim præmium consequuntur vel pœnam, nisi aliquid impediat consecutionem præmii. vt peccatum veniale, & reatus peccatorum mortaliū: Et quia ante mortem Christi paradisi porta nondum aperta erat, nulla anima quantuncunque perfecta in gratia, poterat cœlum ascendere, sed omnes descendebant ad infernum, iuxta illud. Quis est homo qui uiuet, & nō videbit mortem? eruet animam suā de manu inferi? Ad cuius euidētiam supponendum est secundum omnes catholicos, & singulariter secundum

In addi. 3 p. q. 69. 3. de. Trni.

D. Bar-

In lib. de imag. mundi. D. Bernardum, quòd infernus dicitur quasi inferius. & sic subtus terram positus, & aliquando vocatur Abyssus, & D. Aug. in libro Retractationum dicit quod, Infernus sub terris est. Et ideo Esa. 7. dicitur locus profundus, Pete tibi a domino signum in profundum Inferni, siue in excelsum supra D. Hierony. super illud Mat. 12. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic filius hominis in corde terræ, dicit quòd sicut cor est in medio animalis, sic infernus in medio terræ. Vnde de Christo dicitur in Symbolo, Descendit ad inferos. Ex quo loco sequitur terram circa centrum esse concauam. Et ibi dicuntur fuisse quatuor receptacula ordinata, vnum super aliud, ad modum sphærarum, cuius congruentia potest assignari quia anima quæ quandiu coniuncta est corpori, est in statu merendi & demerendi, sed exuta a corpore est in statu recipiendi finalem retributionem, & hoc dupliciter, vel quantum ad bonum, & sic post Christi ascensionem fuit & nunc est paradisus, & ante resurrectionem Christi erat sinus Abrahæ, siue lymbus Patrum, quia tunc reatus peccati originalis impediebat, sed in descensu Christi ad inferos impedimentum hoc sublatū est, iuxta illud Psal. Attollite portas principes uestras, hoc est potestatem detinendi animas. Si quantum ad malum, dupliciter, aut rõne culpæ mortalis, & sic est infernus, qui est locus infimus et dr̄ profundissimus. vn̄ Iob in persona reproborum, in profundissimum infernum descendet anima mea. Hic locus a deo siue a Paradiso est remotissimus, iuxta illud Psal. Longe a peccatoribus salus & sic in centro terræ, in circuitu eius. Si uero ratione culpæ originalis, est limbus puerorum. Si uero anima est in statu in quo impeditur a finali retributione cō sequenda, vel hoc est propter defectum personæ, & sic est Purgatorum, in quo detinetur, donec satisfecerit pro uenialibus, aut reatu peccatorum mortalium vel uenialium remissorum. Si uero propter defectum naturæ, sic ante mortem Christi erat lymbus Patrum, vt dictum est. Et quia de Paradiso sufficienter dictum est supra ca. 14 Ideo nunc de aliis receptaculis dicendum est.

Quatuor animarum receptacula

Psal. 23.

Psal. 118.

Ver. 30. *De Lymbo Patrum.*

In 4. dist. 22. q. 2. ar. 1. q. 2.

Lymbus patrum quid.

LYMBVS proprie significat uittam siue fasciolam quandam, qua vestis extremitas ornatur, sed extenso vocabulo generaliter omnis orbis vel extremitas circularis rei, dicitur Lymbus. Et ideo superior pars inferni circulariter comprehendens alias partes, dicitur, Lymbus. Et pariter locus puerorum & Purgatorium possunt hoc modo dici Lymbi. Sed communi usu locus expiationis siue satisfactionis dicitur Purgatorium, Infernus vero damnatorū lymbus non potest dici. Lymbus Patrum est prima & superior pars inferni, in qua detinebantur animæ sanctorū Patrum, quæ non habebant aliquid purgandum, eo quod paradisi porta nondum erat aperta per clauem Dauid, hoc est per Christi passionum. In hoc lymbo erant tenebræ, quantum ad carentiam claræ uisionis diuinæ. Vnde Esa. 9 Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam. & secundum hoc etiam dicebatur infernus & lacus. Vnde Zach. 9. Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu. Non tamen erant tenebræ, quantum ad carentiam gratiæ aut scientiæ. Nec erat ibi pœna sensibilis, quam homines patiuntur pro actuali peccato, sed erat quædam quies & refrigerium. Et secundum hoc non dicitur Infernus, Sed sinus Abrahæ, eo quod primum principium credendi explicite mysterium incarnationis & redemptionis, fuit ipse Abraham, qui se separauit ab idololatria, & signum fidei accepit, & cui primo de Christo (sine cuius fide non peruenitur ad requiem) specialis facta fuit reuelatio, Ideo nunc requies Sanctorum in cœlis, vbi nullus est dolor, ad similitudinem sinus matris, in quo non sunt agitationes, neque procellæ aut fluctuationes, sed tranquillitas summa, dicitur Sinus Abrahæ. Ad hunc sinum siue quietem delata fuit ab Angelis anima Lazari, & ibi refrigerabatur, ante mortem Christi, refrigerio quietis, absque dolore sensibili, quo refrigerio carebat diues Epulo, existens in profundissimo inferno. Vnde Luc. 16. dicitur eleuasse oculos in tormentis, & petiuisse refrigerium linguæ. Refrigerium & consolatio eorum qui erant in hoc sinu. Consistebat in quiete conscientiæ, & in contemplatione

Luc. 16

Gen. 12.

3. p. q. 53. ar. 2.

tione rerum naturalium, & eorum quæ per fidem audierant de reparatione humani generis & mysteriis dignis. Erat tamen quidam dolor de dilatione separatæ gloriæ secũdum illud, Spes quæ differtur, affligit animam. Vnde D. Aug. in quodam sermone de Passione Dñi dicit, quod lachrymabili obsecratione Christum orabant. Ab his doloribus liberauit eos Christus, Vnde Act. 2. dicebat D Petrus, Deus Christũ suscitauit doloribus inferni. *Refrigeria sinus Abrahæ.* *Prou. 7.*

¶ Ad hunc locum inferni anima Christi diuinati coniuncta, postquã emisit spiritum in die parasceues descendit quantum ad essentiam, & reiecit potestatem principium tenebrarum, iuxta illud Psal. 23. Attolite portas principes vestras Glo. exponit, Principes auferte potestatem vestram, quam hucusque homines in inferno deti- *Anima Christi ad quem locũ inferorũ descendit & quid operata est*
B nebatis, & sic in nomine Iesu omne genu flectatur, &c. Fuit etiã in aliis inferni par-
158 tibus. Nam eos qui erant in inferno, de sua malitia increpauit, maxime Iudã, et Luciferum ad mille annos ligauit, & eis qui erant in purgatorio, spem dedit, paruulos in lymbo ad gratiarum actiones inuitauit. Et secundum hoc debet intelligi quod dicit Apostolus, Descendit in inferiores partes terræ, & illud quod dicitur in Symbolo, Descendit ad inferos, hoc est in omnes partes, secundum animam, ita tamẽ quod solos iustos illuminauit dicitur enim Eccle. 24 Penetrabo inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormiẽtes, & illuminabo omnes sperantes in domino. f. sanctos Patres, lumine glorie, & claræ visionis suę. Tunc impletum fuit illud, Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in regione vmbre mortis, lux orta est eis. ¶ In hoc loco mansit anima Christi per quadraginta horas, siue tribus diebus, & tribus noctibus, per synecdochen, accipiendo partem pro toto tanto tempore, quanto mansit Ionas in ventre ceti. Vnde Matth 12. Sicut fuit Ionas in uẽtre ceti, &c. & hæc est ratio quare tantum mansit, vt hanc figuram implere, & ne si statim resurrexisset, videretur non fuisse mortuus In hoc eodem lymbo fuit anima boni Latronis in die Parasceues in paradiso, sicut Christus promiserat, dicens, Hodie mecum eris in paradiso. Tandem in die resurrectionis suę, prima sabbati diluculo, orto lucifero, secundum prophetiam Oseæ. 13. Ero mors tua, ò mors, & morsus tuus, ò inferne, eduxit omnes patres de lacu, vt dictum est ex Zacharia, & Apostolus, Spolians principatus, & potestates infernales, & forte duxit eos ad sepulchrum, vt viderent resurrectionem, & gloriam corporis, & deinde per dies quadraginta, seclusis apparitionibus, ad paradisum terrestrem, tanquam ad conuenientiorem locum, & tandem ad montem Olíueti, & finaliter in cœlum in die Ascensionis captiuam duxit captiuitatem. Et ab eo tempore in prædicto lymbo nullus fuit, quia postquam porta paradisi aperta fuit, animæ quæ aliquid purgandum habent, facta purgatione, euolãt ad cœlum cum Christum in æternum victuræ, & regnaturæ, potestate detinendi ipsis dæmonibus ablata. *Ephe. 4.* *Esa. 9.* *Luc. 23.* *Collo. 2.* *Psal. 67.*

Ver 31. *De lymbo puerorum.*

C QVANVIS de Lymbo puerorum nihil expresse inueniatur in sacris lite-
85 ris, implicite tamen inuenitur licet non sub hoc nomine Lymbus. Necesse enim ponere aliquem, locum pro pueris non circuncisis octauo die, tempore quo durabat præceptum circuncisionis, & pro non baptizatis ante vsum rationis decedentibus, in noua lege, illi enim non euolabant ad cœlum, quum paradisi porta nondum esset aperta, nec portabantur ad signum Abrahæ, quum Gen. 17. dicatur, Masculus, cuius præputii caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illius de populo suo. Et Ioan 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Si ergo locus deputandus est non est lymbus patrum. quia qui illuc accedebant, erant in gratia, & in propinquo Deum visuri, decedentes autem in solo originali, non erant in gratia, neque vnquam Deum visuri, ideo locus ille eis conueniens non fuisset. Nec debet eis assignari Purgatorium, aut infernus, quum nunquam habuerint peccatum actuale, & per consequens non debeant pati

pœnam

c.8.§.9. pœnam sensus, vt amplius dicetur. In purgatorio autem, & inferno illa pœna sustinetur, ergo alius locus est assignandus, quem si comparemus ad dignitatem personarum locatarum, ponendus est sub purgatorio, quia illi qui sunt in purgatorio sunt in gratia, & sic digniores. Si vero comparemus a qualitatem pœnæ vel pręmii, illi qui sunt in purgatorio, magis affliguntur, quia patiuntur pœnã sensus, iuxta illud, Quantum se glorificauit, &c. Ideo ecclesia dicit animas purgatorii esse in porta inferni, nõ quod sint contiguæ inferno, sed quia pœnam ignis patiuntur, sicut damnati in inferno, differenter tamen, quia illi perpetuo, hi autem solum ad tempus, patiuntur tamen ab igne eiusdem speciei cum damnatis. Vnde D. Grego. Eodem igne rutilat aurum, & fumat palea, & D. August. Eodẽ igne purgatur electus, & crematur damnatus. Non tamen æque atrociter cruciantur purgatorii animæ, sicut damnatæ, quia ignis ille non cruciat naturaliter, sed secundum quod est instrumentum diuinæ iustitiæ, quæ punit secundum quantitatem demęritorum. Et quum D Thom. dicit quod Purgatorium est locus coniunctus inferno, intelligendum est mediante lymbo paruulorum. Et quum dicit quod probabiliter creditur, quod limbus patrum, & paruulorum secundum situm sit idem locus, nisi quod requies sanctorum adhuc erat in superiori loco, quam lymbus puerorum, Dicendum quod se remittit ad ea quæ supra dixerat s. quod lymbus patrum, & infernus damnatorum, si consideretur secundum situm loci est idem locus, vel quamuis contiguus, ita tamen quod superior pars inferni lymbus patrum dicitur, tamen inter lymbum patrum, & infernũ mediat purgatorium, & lymbus puerorum. Et quum dicitur Christũ momordisse infernũ intelligẽdum est de lymbo patrum, & purgatorio. Et sic infernus, & lymbus patrum sunt idẽ locus, secundum situm. Si vero accipiatur secundum dignitatem rerũ locatarũ, tunc lymbus puerorum mediat inter purgatorium, & infernum.

Vbi sit lymbus puerorũ

Apo. 18.

In 4. dist. 21.q.1.articuli.1.q.2

¶Si quæratur an in lymbo paruulorum aut patrum sit ignis, Dicendum quod incertum est, si tamen sit, non affligit in illis locis, neque est instrumentũ diuinæ iustitiæ. Paruuli enim quum non habuerint actum proprium, neque delectati sint, nõ patiuntur pœnam sensus, sed solum damni. Hæc pœna damni siue priuatio diuinæ visionis in paruulis, multũ distat a pœna dãni in damnatis, quia damnati ex culpa actuali, & propria priuãtur, ideo ad illam priuationem sequitur maxima tristitia, et pœna sensibilis, siue afflictiua intrinseca, quæ secundum D. Chrys. est maxima pœnarum, vt inferius dicetur. Paruuli autem quum non ex actu proprio, sed ex peccato naturę quod contraxerunt ex origine, non tristantur, quia secundum aliquos, non, apprehendunt se aliquando fuisse capaces illius beatitudinis. Quum ergo omnis tristitia sequatur apprehensionem, sequitur quod non tristantur. Potest etiam dici quod Deus qui ordinauit pœnam sensibilem correspondere delectationi (vt dictum est) non concurrit ad apprehensionem, nec ad tristitiam, etiam si apprehenderent. Et sic soluuntur omnia argumenta in oppositum. Quid autem faciant paruuli in lymbo, dicunt communiter doctores, quod speculantur naturalia Licet enim anima humana a principio sui esse sit tanquam tabula rasa, in qua nihil depictum est, Nihilominus tamen Deus, qui nõ deficit in necessariis, & qui animam creauit intellectualis naturæ, in separatione ipsius a corpore influit tot species rerum, quot acquirere potuit corpori vnita, ne frustetur intellectus earum, cui dedit Deus potestatem fieri, & continere, quodam modo.s. per similitudinem, omnia, vt habetur Sap. 10. sic quod nullus Philosophus unquã tanta cognouit de naturalibus, sicut anima paruuli separata. Et quũ omnes tales sint eiusdem speciei, sequitur ꝙ omnes erunt pares in huiusmodi infusione, & beatitudine naturali. Hæ animæ non possunt iuuari neq; liberari suffragiis, viuorum, quum non sint in gratia, & sint perpetuo damnatæ. Quidam tamẽ dicunt quod post diem iudicii, & resurrectionis (ut detur spatium corporibus damnatorũ) deambulabunt per hunc mundum, sed hæc incerta sunt, & solus Deus nouit.

In addi.3.p.q.69.ar.5.& 6.

Pœna dãni paruulos non affligit.

2.de ani.

D. Anth. Flo.1.p. summa tit. 8.c.1.§.4.

Ver.32.

Ver. 32. *De purgatorii loco & pœnis.*

PVRGATORIVM siue locus expiationis, satisfactionis & solutionis pœnarũ post mortẽ, est duplex, vnus secundũ dispensationẽ, & sic in diuersis locis, & in hoc mundo, aliquæ animę, secundum D. Greg in. 4. Dia. Purgatæ sunt uel ad viuorum instructionem, uel ad defunctorum subuentionem, vel propter punitionẽ viuorum, qui negligentes fuerunt, secundum vero legem communem dicitur esse subtus terram, contiguus inferno, non immediate, sed mediante lymbo puerorũ vt dictum est ¶ in purgatorio duplex est pœna, scilicet damni & sensus. Sed D. Anthoninus Floreñ. in prima parte Summæ libr. 8. cap. 5. §. 1. duas alias addit, quæ possunt dici accidentales & ex consequenti. Prima & principalis est pœna damni, siue priuationis diuinæ uisionis ad tempus, per quam retardatur ab ipsa diuina uisione quam anima separata existens in gratia, summopere affectat, & quum ex culpa sua videt se priuari, & summum bonum illi differri, dolet & affligitur, unde mentaliter clamat cum Psal. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quia quamuis speret lapso determinato tempore, & soluta pœna, se visuram dei essentiam, nihilominus tamen tristatur & affligitur. dicitur enim Prou. 13 Spes quæ differtur, affligit animam, & tanto magis, quanto res magis desiderata amatur. tam intensum enim
F
861 est desideriũ animæ separatæ uidendi Deũ, quod nullũ desiderium ei in præsenti æquari potest, quia post separationem a corpore animæ non retardantur mole corporis, quod aggrauat & retardat animam. Ideo pœna damni purgatorii excedit omnẽ pœnam huius mundi. Vnde puer non tãtum dolet aut tristatur de absentia matris, quum necessitatem eius habet, sicut anima separata, de absentia Dei, neque quiuis, alius ex quacunque priuationes seu perditione boni, etiam regni temporalis, quum omnia talia finita sit, & Deus infinitus. Ideo non est proportio. Eam ob rem lamẽtantur cũ Psal. dicentes, Heu me, quia incolatus meus prolongatus est. Ad hãc primam pœnam damni sequitur etiam pœna vermis ex consideratione culpæ, propter quam meruit priuari. Sequitur etiam alia ex cõsideratione propriæ negligentiæ, eo quod in hoc mundo potuit satisfacere, & non curauit.

In 4 dist. 21. q. ar. 1. q 3.
Purgatorii pœnæ.
Psal. 41.
Sap. 9.
Psal. 119.

¶ Alia pœna est ignis. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod eodem modo patiũtur animæ ab igne, sicut dæmones Et quum nullum corpus possit agere in spiritum, eo quòd oportet agens esse mobilius passio, & omne corpus agere per contactum, Spiritus autem non potest tangi, igitur ignis uirtute suæ naturę non potest agere in animam, sed si agit, oportet ut agat sicut instrumentũ diuinæ iustitiæ. Verum quia nihil assumitur vt instrumentum, nisi habeat aliquã habitudinẽ secundũ propriam formam in ordine ad passum, nõ enim uideretur ratio cur unum magis acciperetur ut instrumentũ, quàm aliud, serra ad secundum, quàm baculus aut lapis, ideo necesse est dicere quod in ignis in ordine ad spiritum siue animam, habeat aliquam habitudinem, scilicet locantis, pro quanto spiritus aliquam actionem habet circa locum, saltem conatus, quia sua præsentia potest ornare locum, etiam si nihil extrinsece operetur. & ideo possunt detru si compelli spiritus ad certum locum,
G
862 & tunc locus exercendo habitudinem suam, est capax uirtutis instrumentalis diuinæ. Et sic ignis instrumentaliter imprimit aliquid afflictiuum in spiritum. Et cum ignis operetur solum vt instrumentũ diuinæ iustitiæ, quæ non punit nisi pro demeritis, sequitur quod idẽ ignis inferni non æqualiter cruciat omnes, neq; ignis purgatorii eos, qui sunt in purgatorio. De hac pœna ignis dicitur in c ignis §. hoc etiã de pœniten, dist 7. & sunt verba D. Aug. in lib. de pœnitẽ. Hic etiam ignis etsi æternus non sit (scilicet quoad purgandos) miro tamẽ modo grauius est, Excedit enim oẽm pœnam quam unquam aliquis passus est in hac uita, licet mirabilia martyres passi sint tormenta. Et ratio esse potest, quia cum dolor non solum sit læsio (cum inanimata lędantur, & non doleant) sed etiã læsionis perceptio, ideo tanto magis aliquis dolet de aliquo læsiuo, quanto magis est sensitiuus & apprehensiuus. Ideo non tantum affligitur rusticus, quantum delicatus, cæteris paribus. & uidemus quòd in partibus magis sensibilibus læsiones maiorem dolorem causant. Et quia totus

In. 4. dist. 44. q. 3. ar. 3. q. 3.
In Add. 3. p. q. 7. ar. 3
Animæ quo modo patiũtur ab igne
In. 4. dist. 21. q. 1 ar. 1. q. 3.
Pœna ignis purgatorii excedit omnes pœnas martyrum.

c.8.§.9. pœnam sensus, vt amplius dicetur. In purgatorio autem, & inferno illa pœna sustinetur, ergo alius locus est assignandus, quem si comparemus ad dignitatem personarum locatarum, ponendus est sub purgatorio, quia illi qui sunt in purgatorio sunt in gratia, & sic digniores. Si vero comparemus a qualitatem pœnæ vel pręmii, illi qui sunt in purgatorio, magis affliguntur, quia patiuntur pœnã sensus, iuxta illud, Quantum se glorificauit, &c. Ideo ecclesia dicit animas purgatorii esse in porta inferni, nõ quod sint contiguæ inferno, sed quia pœnam ignis patiuntur, sicut damnati in inferno, differenter tamen, quia illi perpetuo, hi autem solum ad tempus, patiuntur tamen ab igne eiusdem speciei cum damnatis. Vnde D. Grego. Eodem igne rutilat aurum, & fumat palea, & D. August. Eodẽ igne purgatur electus, & crematur damnatus. Non tamen æque atrociter cruciantur purgatorii animæ, sicut damnatæ, quia ignis ille non cruciat naturaliter, sed secundum quod est instrumentum *diuinæ* iustitiæ, quæ punit secundum quantitatem demęritorum. Et quum D Thom. *dicit* quod Purgatorium est locus cõiunctus inferno, intelligendum est mediante lymbo paruulorum. Et quum dicit quod probabiliter creditur, quod limbus patrum, & paruulorum secundum situm sit idem locus, nisi quod requies sanctorum adhuc erat *in* superiori loco, quam lymbus puerorum, Dicendum quod se remittit ad ea quæ supra dixerat s. quod lymbus patrum, & infernus damnatorum, si consideretur secundum situm loci est idem locus, vel quanuis contiguus, ita tamen quod superior pars inferni lymbus patrum dicitur, tamen inter lymbum patrum, & infernũ mediat purgatorium, & lymbus puerorum. Et quum dicitur Christũ momordisse infernũ intelligẽdum est de lymbo patrum, & purgatorio. Et sic infernus, & lymbus patrum sunt idẽ locus, secundum situm. Si vero accipiatur secundum dignitatem rerũ locatarũ, tunc lymbus puerorum mediat inter purgatorium, & infernum.

Vbi sit lymbus puerorũ

Apo. 18.

In 4. dist. 21. q. 1. arti. 1. q. 2

In addi. 3. p. q. 69. ar. 5. & 6. ¶Si quæratur an in lymbo paruulorum aut patrum sit ignis, Dicendum quod incertum est, si tamen sit, non affligit in illis locis, neque est instrumentũ diuinæ iustitiæ. Paruuli enim quum non habuerint actum proprium, neque delectati sint, nõ patiuntur pœnam sensus, sed solum damni. Hæc pœna damni siue priuatio diuinæ visionis in paruulis, multũ distat a pœna dãni in damnatis, quia damnati ex culpa actuali, & propria priuãtur, ideo ad illam priuationem sequitur maxima tristitia, et pœna sensibilis, siue afflictiua intrinseca, quæ secundum D. Chrys. est maxima pœnarum, vt inferius dicetur. Paruuli autem quum non ex actu proprio, sed ex peccato naturę quod contraxerunt ex origine, non tristantur, quia secundum aliquos, non, apprehendunt se aliquando fuisse capaces illius beatitudinis. Quum ergo omnis tristitia sequatur apprehensionem, sequitur quod non tristantur. Potest etiam dici quod Deus qui ordinauit pœnam sensibilem correspondere delectationi (vt dictum est) non concurrit ad apprehensionem, nec ad tristitiam, etiam si apprehenderent. Et sic soluuntur omnia argumenta in oppositum. Quid autem faciant paruuli in lymbo, dicunt communiter doctores, quod speculantur naturalia Licet enim anima humana a principio sui esse sit tanquam tabula rasa, in qua nihil depictum est, Nihilominus tamen Deus, qui nõ deficit in necessariis, & qui animam creauit intellectualis naturæ, in separatione ipsius a corpore influit tot species rerum, quot acquirere potuit corpori vnita, ne frustetur intellectus earum, cui dedit Deus potestatem fieri, & continere, quodam modo. s. per similitudinem, omnia, vt habetur Sap. 10 sic quod nullus Philosophus unquã tanta cognouit de naturalibus, sicut anima paruuli separata. Et quũ omnes tales sint eiusdem speciei, sequitur ꝙ omnes erunt pares in huiusmodi infusione, & beatitudine naturali. Hæ animæ non possunt iuuari neqꝫ liberari suffragiis, viuorum, quum non sint in gratia, & sint perpetuo damnatæ. Quidam tamẽ dicunt quod post diem iudicii, & resurrectionis (ut detur spatium corporibus damnatorũ) deambulabunt per hunc mundum, sed hæc incerta sunt, & solus Deus nouit.

Pœna dãni paruulis non affligit.

2. de ãia.

D. Anth. Flo. 1. p. summæ tit. 8. c. 1. §. 4.

Ver. 321 *De purgatorii loco & pœnis.*

PVRGATORIVM siue locus expiationis, satisfactionis, & solutionis pœnarũ post mortẽ, est duplex, vnus secundũ dispensationẽ, & sic in diuersis locis, et in hoc mundo, aliquæ animę, secundum D. Greg in. 4. Dia Purgatæ sunt uel ad viuorum instructionem, uel ad defunctorum subuentionem, vel propter punitionẽ viuorum, qui negligentes fuerunt, secundum vero legem communem dicitur esse subtus terram, continguus inferno, non immediate, sed mediante lymbo puerorũ vt dictum est ¶ In purgatorio duplex est pœna, scilicet damni & sensus. Sed D. Antthoninus Floreñ. in prima parte Summæ libr. 8. cap. 5. §. 1. duas alias addit, quæ possunt dici accidentales & ex consequenti. Prima & principalis est pœna damni, siue priuationis diuinæ uisionis ad tempus, per quam retardatur ab ipsa diuina uisione quam anima separata existens in gratia, summopere affectat, & quum ex culpa sua videt se priuari, & summum bonum illi differri, dolet & affligitur, unde mentaliter clamat cum Psal. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quia quamuis speret lapso determinato tempore, & soluta pœna, se visuram dei essentiam, nihilominus tamen tristatur & affligitur. dicitur enim Prou. 13 Spes quæ differtur, affligit animam, & tanto magis, quanto res magis desiderata amatur. tam intensum enim est desideriũ animæ separatæ uidendi Deũ, quod nullũ desiderium ei in præsenti æquari potest, quia post separationem a corpore animæ non retardantur mole corporis, quod aggrauat & retardat animam. Ideo pœna damni purgatorii excedit omnẽ pœnam huius mundi. Vnde puer non tãtum dolet aut tristatur de absentia matris, quum necessitatem eius habet, sicut anima separata, de absentia Dei, neque quiuis, alius ex quacunque priuationes seu perditione boni, etiam regni temporalis, quum omnia talia finita sit, & Deus infinitus. Ideo non est proportio. Eam ob rem lamẽtantur cũ Psal. dicentes, Heu me, quia incolatus meus prolongatus est. Ad hãc primam pœnam damni sequitur etiam pœna vermis ex consideratione culpæ, propter quam meruit priuari. Sequitur etiam alia ex cõsideratione propriæ negligentiæ, eo quod in hoc mundo potuit satisfacere, & non curauit.

In. 4 dist. 21. q. ar. 1. q 3.

Purgatorii pœnæ.

Psal. 41.

Sap. 9.

F

861

Psal. 119.

¶ Alia pœna est ignis. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod eodem modo patiũtur animæ ab igne, sicut dæmones Et quum nullum corpus possit agere in spiritum, eo quòd oportet agens esse mobilius passio, & omne corpus agere per contactum, Spiritus autem non potest tangi, igitur ignis uirtute suæ naturę non potest agere in animam, sed si agit, oportet ut agat sicut instrumentũ diuinæ iustitiæ. Verum quia nihil assumitur vt instrumentum, nisi habeat aliquã habitudinẽ secundũ propriam formam in ordine ad passum, nõ enim uidetur ratio cur unum magis acciperetur ut instrumentũ, quàm aliud, serra ad secundum, quàm baculus aut lapis, ideo necesse est dicere quod in ignis in ordine ad spiritum siue animam, habeat aliquam habitudinem, scilicet locantis, pro quanto spiritus aliquam actionem habet circa locum, saltem conatus, quia sua præsentia potest ornare locum, etiam si nihil extrinsece operetur. & ideo possunt detrudi compelli spiritus ad certum locum, & tunc locus exercendo habitudinem suam, est capax uirtutis instrumentalis diuinæ. Et sic ignis instrumentaliter imprimit aliquid afflictiuum in spiritum. Et cum ignis operetur solum vt instrumentũ diuinæ iustitiæ quæ non punit nisi pro demeritis, sequitur quod idẽ ignis inferni non æqualiter cruciat omnes, neq; ignis purgatorii eos, qui sunt in purgatorio. De hac pœna ignis dicitur in c ignis §. hoc etiã de pœniten, dist 7. & sunt verba D. Aug. in lib. de pœnitẽ. Hic etiam ignis etsi æternus non sit (scilicet quoad purgandos) miro tamẽ modo grauius est, Excedit enim oẽm pœnam quam unquam aliquis passus est in hac uita, licet mirabilia martyres passi sint tormenta. Et ratio esse potest, quia cum dolor non solum sit læsio (cum inanimata lędantur, & non doleant) sed etiã læsionis perceptio, ideo tanto magis aliquis dolet de aliquo læsiuo, quanto magis est sensitiuus & apprehensiuus. Ideo non tantum affligitur rusticus, quantum delicatus, cæteris paribus, & uidemus quòd in partibus magis sensibilibus læsiones maiorem dolorem causant. Et quia to-

In. 4. dist. 44. q. 3. ar. 3. q. 3.

In Add. 3. p. q. 7. ar. 3

Animæque modo patiũtur ab igne

G

In. 4 dist. 21. q. 1 ar. 1. q. 3.

Pœna ignis purgatorii excedit omnes pœnas martyrum.

tus

tus sensus corporis est ab anima, ideo si in ipsam animam aliquid læsiuũ agat, maxime affligitur. Ignis autẽ qui est maxime actiuus, ut instrumentum diuinæ iustitiæ fortius agit. Ideo non potest bene declarari cruciatus animarum. Ignis autem purgatorii idem dicitur cum igne inferni, secundum speciem, ut dictum est uersiculo præcedenti, ex D. Greg & Aug. Adeo autem grauis est, ut quidã dicant quòd ignis quo utimur in hoc mundo, respectu illius reputatur ignis pictus quod tamẽ non est absolute asserendum, Quia quocunque modo ignis inueniatur, semper est idem in specie, quantum ad naturam ignis pertinet. Veruntamen quia in agendo est maximæ uirtutis, inter alia elementa, ideo habet corpora pro materia ut dicitur in 4. Metheo. Vnde ignis dupliciter inuenitur, scilicet in materia, & sphæra propria & in materia aliena siue terrestri, ut in carbone aut flamma, ferro, aut metallo, in quibus non differt specie essentiali, siue per violentiam introducatur, vt in ferro vel metallo, siue ex principio intrinseco, vt in sulphure, quia omnia ignita, inquantum habent aliquid de igne, sunt eiusdem speciei cum igne, qui est apud nos, licet sint magis actiua, secundũ quod materia est magis solida. potest tamẽ ab igne qui apud nos est differre materialiter. An autẽ ignis inferni vel purgatorii sit in propria materia aut aliena, incertum est. Quosdam tamen proprietates differentes ab igne huius mundi, ignis inferni & purgatorii habet, Sicut quod successione nõ indiget, nec lignis nutritur. Sed hæ differentiæ non ostẽdunt diuersitatem essentialem in specie. Et quia actiuitas eius in animam, nõ conuenit ei ex natura sua, sed ut instrumẽtum diuinæ iustitiæ, ideo superuacaneum videtur circa hęc immorari. Nam tantum posset torquere animas aer & aqua, ut instrumenta diuinæ iustitiæ, sicut ignis. Voluit tamen deus ignem realem eligere ad puniendum, ut intelligeremus maiorẽ actiuitatem esse diuinæ iustitiæ, quam ignis. Licet enim ignis sit maximæ actiuitatis, iustitia tamẽ diuina est maioris. ideo Apostolus Heb. 10 dicit, Horrendum est incidere in manus dei viuẽtis, quod debet nos inducere ad satisfactionẽ in hac vita.

4. Methe. *In 4. dist. 44. q. 2.* *Materia ignis duplex* *Ignis purgatorii quo differunt ab igne huius mundi.*

¶ Alia pœna, est dęmonum insultatio. Licet.n. electi post hanc uitam non purgẽtur, nec puniãtur ministerio dæmonum, quorum uictores extiterunt, nec etiam ministerio angelorum, quia conciues suos non tam vehementer affligerent, possibile tamen est quod angeli boni eas ad locum pœnarum deducant, & etiam ipsi dæmones qui de pœnis hominum lætantur & insultant, eas comiterentur, & assistãt pur gandis, vt de pœnis eorum satientur. Potest etiam pie credi, quod boni angeli, maxime custodes, quando uisitant eas, consolẽtur. Facit ad hoc illud quod dicitur Iob. 4. In horrore uisionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines, pauor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt. Et quum spiritus me præsente transiret, inhorruerũt pili carnis meæ. Stetit quidam, cuius vultum non agnoscebam, imago coram oculis meis, & uocẽ quasi auræ lenis audiui. Sopor enim & nox pro morte in sacris literis accipiuntur, Iudicum 4. Saporem morti socians. & Esa. 29. Immiscu t uobis dominus soporem, &c. & Ioan. 9 venit nox, in qua nemo potest operari. Et sic per pilos carnis intelligi possunt affectione, quæ ex affectione carnis processerunt, & per spiritus, dæmones, Sap. 17 Personæ tristes illis apparentes pauorem præstabant imago repręsentat angelũ, &c. ¶ Ex prædictis patet quòd ante iudicium uniuersale ad purgatorium deducuntur tria genera animarum, Primo illi qui moriuntur sine quacunque culpa ueniali aut mortali, tamẽ habent reatum pœnæ alicuius peccati mortalis remissi. Secundo illi qui moriuntur cum solo peccato ueniali & nullum alium pœnæ reatum habent. Tertio illi qui habẽt utrũque, scilicet culpam uenialem, & reatum peccatorum mortalium remissorum alii non puniuntur in purgatorio.

In 4. dist. 21. q. 1. ar. 1. q. 5. *Tria genera hominũ deducũtur ad purgatorium.*

Ver. 33. *De Liberatione Animarum a purgatorio.*

Animę a Purgatorio dupliciter liberari possunt, Primo per satisfactionem, quando pœnam temporalem per diuinam iustitiam eis indictam sustinuerint. Tunc.enim satisfactione completa, quum nullum impedimentum habeant, statim euolant ad coelum, & summo gaudio clara dei uisione fruuntur. Secundo liberan-

liberantur etiã ante tempus determinatũ per suffragia viuorũ, & hæc quatuor modis secũdũ D. Greg. in 4. Dia. & habetur in c. aiæ defunctorũ 13. q. 2. ubi dicitur, Animæ defunctorũ quatuor soluuntur modis, Oblationibus sacerdotum, aut præcibus sanctorũ, charorũ eleemosynis, aut ieiuniis cognatorũ. Sed isti quatuor modi reducuntur ad duos, Primus est per modũ meriti, secundus p modũ suffragii. Et isti duo modi sunt diuersi, quia meritum innititur iustitiæ, suffragiũ uero liberalitati. Per modũ meriti suffragia uiuorũ prosunt animabus defunctorũ, dupliciter. Primo quãtum ad prẽmiũ accidẽtale, Psal. Particeps ego sum omniũ timẽtiũ te, &c. & hoc modo suffragia viuorũ prosunt etiã sanctis existentibus in patria, Quia gaudent de bonis viuorum, iuxta illud Luc. 15. Gaudium est angelis in cœlo sup uno peccatore pœnitentiã agente. Secundo suffragia uiuorum prosunt defunctis per modum meriti, quãtum ad satisfactionẽ vel expiationẽ, seu diminutionẽ pœnæ. Et hoc est quando per intentionem opera pœnalia uirorum existẽtium in gratia applicantur illis, quia per illã applicationẽ opera viuorum efficiuntur defunctorum. Fundamentum huius cõmunicationis habetur ex Apost. 1. Cor. 12. vbi Ecclesiã siue congregationem fidelium dicit esse unum corpus in Christo, s. mysticum, & similitudinarium. Sicut. n. corpus naturale habet multa membra, & unum suffragatur aliis mẽbris unitis, ut experimento videmus, Omnes autem fideles per gratiam, & charitatem uniuntur Christo capiti, & aliis membris, hoc est fidelibus unitis Christo hoc est in gratia existentibus. Vnde sequitur quod sicut mẽbrum corporale suffragatur, & subleuat aliud mẽbrum per applicationẽ, sic unus fidelis alium, applicatio autẽ spiritualis fit per intentionem. Et quum animæ purgatorii sint membra unita, & egeant, sequitur, &c. Iustitia enim diuina, ad cuius imitationẽ iustitia humana est exẽplata, non est rigorosior iustitia humana. Sed uidemus quòd si aliquis sit captus pro debito alio satisfaciente pro eo liberatur, Quia qui per alium facit, per seipsum facere uidetur. Et ideo existens in gratia, ieiunat, uel dat eleemosynã, aut aliud opus satisfactorium facit pro eo qui est in purgatorio, satisfacit, & expiat pœnam ab eo sicut satisfaceret pro se, si illud opus alteri non applicaret. Nec refert an sint uiuentes, uel mortui illi quibus applicantur, dummodo sint uniti per charitatem, quæ (ut dicitur, 1. Cor. 13) nunquàm excidit, Quia applicatio spiritualis non requirit propinquitatem locale, Coniunctio. n. charitatis facit maiorem, propinquitatem, quàm sit localis, quanuis etiam dici possit quòd defuncti in memoriis uiuentium uiuunt, & sic sunt propinqui, illis vero qui sunt separati a corpore, ut damnati suffragia non possunt prodesse. Viuentes autem suffragando defunctis, merentur sibiipsis præmium essentiale. s. uitam æternam, aut aliquem gradu ipsius, quod non potest communicari, sicut præmium accidentale, & satisfactio, ut dictum est quum de merito ageretur. Ad suffragandum defunctis hortatur nos Apost. Gal. 6. dicens, Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi, scilicet in operibus misericordiæ.

Animæ. 4. modis liberantur a purgatorio.

Psal. 11.

D 981 *In addi. 3. p q. 71. ar. 1.*

¶ Aduertẽdum ẽt quòd non solùm suffragia facta ab his qui sunt in gratia prosunt defunctis, sed etiã suffragia Ecclesiæ ordinata fieri ab his qui sunt in gratia, etiã si exequantur per eos qui sunt in peccato mortali, non quidem inquantum, sunt peccatorum, seu a peccatoribus applicantur, sed inquantum sunt ministri Ecclesiæ, cuius personam gerunt, ut sacerdotes in celebrando, uel officiando, dicendo uigilias, & exequias defunctorum. Quia ille intelligitur facere cuius uice uel nomine fit, vt patet per D. Dion. vel inquãtum peccator agit, ut instrumentum eius qui est in gratia, quia opus instrumentale est magis participalis agentis, quam instrumenti. Vnde peccatum mortale serui ex præcepto domini eleemosynam facientis, non impedit meritum domini in gratia præcipientis. Ex quo sequitur quòd si aliquis in charitate decedens, ordinet fieri aliqua suffragia (quãuis illi per quos fiunt, sint peccatores) nihilominus tamen prosunt illis pro quibus fiunt, & ordinãtur, si sint in gratia. ¶ Secundo suffragia fidelium possunt prodesse aliis unus ac defunctis per modum suffragii, hoc est per modum orationis, & supplicationis ultra illum conatum,

In lib. Eccle. Hiera.

tum, & pęnalitatem quæ est in oratione. quæ pertinet ad meritum, & potest appli cari sicut alia opera pœnalia. Sed vltra illum conatum & pœnalitatem, quū in orationis impetratio potius innitatur liberalitati dantis, quàm pœnalitati orantis, pōt aliquis orando Deum iuuare alios, iā uiuos, quam defunctos, saltem de congruo: Et per hunc modum suffragiis animę purgatorii possunt liberari, tam per indulgentias (vt inferius dicetur) quam per orationes sanctorū qui sunt in patria, nec non viuorum, vt probatum est ex D. Diony. de orationibus quas faciebant in Apostoli in sepultura fidelium. Et quamuis Sancti qui sunt in patria, non sint in statu merēdi nec sibi, nec aliis, nec satisfaciendi pro illis, quum non possit habere pœnalitates, Nihilominus tamen sunt in statu impetrandi ex merito præcedēti. Nam dū essent in via meruerunt vt orationes eorum exaudirentur cum essent in patria, sed de his amplius c. 5 § 5. ver. 8. vbi dictū est quod dupliciter sancti orant in patria. s. oratione expressiua, & interpretatiua. Nec tamen ex hoc sequitur quòd animæ parum in purgatorio maneat attento quòd tot angeli, & tot sancti martyres, & cōfessores ac virgines, videant eorum indigentias, & orēt pro ipsis, & eorum orationes exaudiātur, quum sint in gratia consummata. Quia sancti in patria clare vident ordinem diuinæ iustitiæ, & se illi conformant. Ideo non oēs neq; semper orant pro qualibet anima, quia non volunt neq; petūt nisi ea quæ Deus vult impleri, & sic eorum orationes semper exaudiuntur. Et quia animæ purgatorii sciunt quòd nos possumus illi suffragari tot, & tantis modis nobis facilibus, ideo o din nt, & dirigunt ad nos affectū suū, & si nobis loqui posset, mirabiles obsecrationes facerent, quas Psalmi. in pluribus locis in earū persona desc ibit, signāter in Psal. De profundis, & B. Iob. 19. Miseremini mei, miseremini mei salte vos amici mei, qa manus dni tetigit me. Et patriarcha Ioseph, Memento mei dum tibi bene fuerit, & facies mecum miseri cordiā, ut suggeras Pharaoni, vt educat me de isto carcere, quia furtim sublatus sū, & hic innocens in lacum missus sum, Quod vtiq; nos facere debemus, attentis tot, & tantis causis, & rationibus non mouentibus.

Psam. 129 Ioan. 10. Gen. 40. Motiua inducentia ad suffragandū animabus purgatorii.

¶Primū motiuū, quod nos inducere debet paupertas, quia sunt in vltimo gradu paupertatis, dicit enim cōmuniter, Pauper est, qui parū habet, pauperior, cui nihil, est, adhuc pauperior, qui multa debet, vlterius qui nil pōt lucrari, neq; mutuo petere, & habet agere cum rigoroso, & terribili creditore, qui non uult dare delationē, & facit practicare illud quod Iuristæ dicunt in l. si. ff. de in ius vocando, Qui nō habet in ære, luat in corpore vel anima. In hmōi gradu sunt animæ purgatorii, quia licet habeant merita, nō tamē sunt tūc illis se iuuare ideo dicunt miseremini, &c.

¶Secundum motiuū est parentela, & amicitia, quia fratres no ex eodē patre immediato. s. Deo, Mat. 23 & eodē patre, & patre, & matre remo icet Adā, & Eua Et aliqui habet consanguineos, & amicos, & illi qui sunt in charitate, sunt amici, ideo dicunt, Saltem vos amici mei, illis præcipue, qui tenentur eis, vt sunt filii, filię, viri vxores, hæredes, & legatarii. Rationes earum ad inducendum sunt faciles, ideo illis non est lector onerandus.

¶Tertium motiuum est multitudo pœnarum, & acerbitas supplicii, vt dictū est verli. præcedenti. Miseremur vnius latronis quum a lictore acriter vulneratur, ac etiam vnius canis a fortiori animarum, &c. Animaliā eiusdem speciei subueniunt indigentibus, vel elephantes, &c.

¶Quartum motiuū, sunt fructus, & vtilitates, quæ proueniunt nobis, quādo illis suffragamur Primo meremur præmiū essentiale, & accidentale. Secundò peccatorum remissionem, vnde Tobias, Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosina extinguit peccatū. Et Danielis quarto capite, Peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum, & Lucæ vndecimo capite, Date eleemosynam, & omnia munda sunt uobis. Tertio ipsæ nō erūt ingratæ, ideo, &c. Quartò Deus propter hanc charitatem solet etiam in hoc mundo retribuere, bona multiplicando, iuxta illud Prouerbium vigesimo octauo cap. Qui dat pauperi, nunquam egebit, & Christus, Date & dabitur vobis. Item, Centuplum accipiet, & vitam æternā posside-

Luc. 6. Mat. 19. Psal. 41.

possidebit. Quinto a malo vie liberatio, iuxta illud Psalmistæ, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. De pluribus legimus quod fuerunt a morte præseruati, & ab inimicis etiam aliquando, Deo permittente, per ipsas animas in corporibus assumptis.

¶Quintū motiuum est facultas subleuaminis. Quia per media facillima, quæ ponit Diuus Gregorius, de quibus dictum est. Inter illa tamen media sacerdotum oblatio est præcipuum. Quia per illam applicatur Christi passio. Hæc materia potest faciliter dilatari. Si quæratur. Quibus magis subueniendum est, an pauperibus viuis, an defunctis. Dicendum quod si pauperes uiuentes sunt in extrema, vel quasi extrema necessitate vitæ, eis magis tenemur quam defunctis, propter periculum salutis spiritualis, in quo non sunt animæ purgatorii. In aliis autem casibus eleemosina, quę fit magis indigenti, est magis meritoria. Quum ergo animæ purgatorii magis egeant, sequitur, &c. *An potius subueniendum sit pauperibus viuis ad defunctis.*

¶Sextū motiuum est punitio, Matthæi decimo octauo capite, Nonne & te oportuit misereri conserui tui? &c. Clamant enim vindictam, vt habetur Apocalyp. sexto *Psal. 108.*
B Vindica Domine sanguinem, &c, & Psalmista, dispereat de terra memoria eorum,
187 pro eo quod non est recordatus facere misericordiam. Deus faciet eis de tali pane offas, &c. Et Lucæ. 18 Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamātium ad se die & nocte, & patientiam habebit in illis? Dico autē vobis, quod cito faciet vindictam illorum. Duę circa hæc insurgunt difficultates, prima est, an suffragia pro pluribus facta tantum prosint cuilibet, sicut si pro quolibet illorum agerentur. Resolutio est quod non per modum meriti, sed bene per modum suffragii. Sed de his amplius dictum est, quum de sacrificio missæ ageretur, c. 16. §. 3. Versi. 16. Secunda difficultas est, an cultus exequiarum prosit, Et quia his temporibus aliqui hæretici non uerentur irridere huiusmodi cultum, dicētes quod vanum est pulsare tot campanas, quum nil audiant defuncti, & accendere tot luminaria, quum non videant, &c. ideo tantisper circa huiusmodi insistendum est Et in primis notādum quod cultus & solennitas sepulturæ tam in antiquo quam in nouo testamento commēdatur, vt patet de sepultura Saræ, quam sepeliuit Abraham in magnifico sepulchro, et Genesi. 25 de sepultura Abrahę & 49: de sepultura Iacob, et Deuteronomio 34 de sepultura Mosi. & in primo Regum de Samuele, & 2. Regum. 2. Laudauit Dauid viros Iabes de sepultura Saul. & Tob. 12. Laudatur a Raphaele de sepultura defunctorum, & Esaiæ. 11. de sepulchro Christi fuit prophetatum, In die illa radix Iesse stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. Et quoad nouum testamentum, Matthęi. 27 & Marci 16. Lucæ. 23. & Ioannis decimonono explicatur solennitas sepulturæ Christi, facta a Nicodemo & Ioseph ab Arimathia, qui in sindone munda & centum libris aromatum in sepulchro nouo in petra exciso sepelierunt ipsum. & Matthę. 26. Christus laudauit Magdalenam, *An cultus exequiarum sine sepultura prosit.* *Gen. 23.*
18 quod vnguentum pretiosum seruasset ad sepeliendum eum. & Luc. septimo laudati sunt viri Naim, de societate sepulturæ filii viduæ, & D. Dion. in ulti. cap. Ecclesiasti. Hierar recitat solennem cultum sepulturæ, quem seruabant Apostoli. Nos itaque ritum antiqui & noui testamenti sequentes, laudamus cultum sepulturæ, non absque causa & magnis rationibus a sanctis patribus inuētum & obseruatū Diuus August. in libr. de Cura agenda pro mortuis, dicit quod solennitas sepulturæ adinuenta & seruata est propter viuos, & propter defunctos. Propter viuos quidem quadruplici ratione. Prima est naturalis, ne oculi eorum ex turpitudine cadauerum offendātur, & corpora fœtoribus inficiantur. Secunda ad instruendam, & protestandam fidem resurrectionis. Antiqui enim Gentiles, qui non credebant, nec sperabant resurrectionem, non curabant sepulturas, sed corpora flāmis dabant, & cineres spargebant. Sed antiqui & sancti patres, vt fidem & spem resurrectionis quam habebāt, ostenderent protestarentur, curabant diligenter, sicut quis curat, & notat locum rei quam se reacceptururum putat. Vnde D. August. in 1 de Ciui. Dei dicit, quod Iacob & Ioseph aliique patres voluerunt sepeliri in terra promissionis, vbi credebant *Sepulturæ cultus rationabilis.*

N n Christum

Vtilitates sepulturæ. Christum nasciturum, cuius resurrectio nostræ resurrectionis est causa. Tertia ratio est honoranda instrumenta diuinæ misericordiæ & spiritus sancti, quia corpora sanctorum fuerunt vasa & instrumenta spiritus sancti in bonum. Quarta ratio est propter vtilitatem spiritualem viuentium, qui habent occasionem veniendi ad monumentum, quod interpretatur monens mentem, ut D. Augustinus ait. Videns enim homo proximum mortuum, habet occasionem cogitandi quod et ipse mortalis est, ideo debet cauere a peccatis pœnitere, & satisfacere, ne incidat in manus horrendi iudicii Dei viuentis. vnde Ecclesiast. 7. Mihi heri, & tibi hodie. Et quoad ornatum exteriorem prosunt uiuis, inquantum sunt quædam viuorum solatia, cognoscunt eni in alios aduenientes esse amicos, & quod non gaudent de morte filiorum, sed compatiuntur, assistendo, & sociando. Prosunt etiam defunctis, non quoad sensum, quem corpus post mortem non habet, ideo non pulsantur campanę vt ipsi audiant, neque cærei aut tedæ accenduntur, vt ipsi videant, sed ut homines audientes & inspicientes sepulchra & solennitates sepulturæ, orent pro ipsis defunctis per huiusmodi enim exteriora excitatur animus audientium & videntium, & indicitur ad compatiendum. Et ex sumptibus sepulturæ pauperes fructum capiunt, & Ecclesiæ decorantur. Sic enim sepultura inter cæteras elemosinas, & opera misericordiæ computatur. Vnde Damascenus in sermo. de Innocentibus inducit verba athanasii sic dicentis, licet in area qui in pietate consummatus est, positus fuerit, ne renuas oleum & ceras Deum inuocantes in sepulchro, accepta sunt enim ista Deo, et multam ab eo recipientia retributionem. Nec obstat quod D. Greg. ait, quod ad maioris damnationis cumulum eorum corpora in Ecclesiis ponuntur, Quia sepultura solennis in sacro sepulchro non nocet, nisi pro quanto frustrat propter eam creditores, vel quatenus hanc sibi indigni propter humanam gloriam procurant,

D 187

Sepultura locus quis.

¶ Circa huiusmodi sepulturas notāda sunt aliqua, Primo quod sepulturæ locus est Ecclesia uel cœmiterium, ut in c. sunt. 17. q. 4.

¶ Secundo quod sepultura non debet vendi, nec aliquid exigi pro ea, siue pro actu, & officio clericorum qui sepeliunt, quum sit aliquid spirituale vel spirituali annexū gratis tamen oblata suscipi possunt, licet locus sepulchri, sicut & calix consecratus, materialiter possit vendi sed nil ratione benedictionis aut consecrationis potest exigi, Vnde & Abraham emit agrum speluncæ duplicis in possessionem sepulchri.

Gen. 23.

Ius sepeliēdi quibus conuenit. Prædicatores et Minores habent ius sepeliendi.

¶ Tertio notandum est ꝙ ius sepulture siue sepeliendi conuenit Ecclesiis parochialibus. Ideo qui moriuntur, absq; electione sepulturæ, in Ecclesia parochiali vel eius cœmiterio, in cuius territorio moriuntur, debent sepeliri. Pertinet etiam ius sepeliēdi aliis Ecclesiis uel conuentib. quibus iure cano. uel ex priuile. concessum est, ut in Ecclesiis & cæmiteriis Prædicatorū & Mino. vt habetur in Clē. dudū, de sepulturis.

¶ Quarto notandū est ꝙ quilibet, tā masculus quam fœmina, nō professus religionē habens liberū arbit. & debitā ętatē pubertatis, quæ in fœmina est in. 12, anno, & in masculo in decimoquarto, pōt sibi eligere sepulturā, etiam uxor sine consensu uiri, & filius uel filia pubes sine consensu patris aut matris, ut habetur in c. licet, de sepulturis in 6. Regulariter autem, & seruus, ac filii, & filiæ impuberes, non possunt sibi eligere sepulturam, sed dominus uel pater eligit eis, etiam si post annos pubertatis moriantur, si ipsi non elegerint. Et similiter maritus eligit uxori, si ipsa non elegerit, non tñ econuerso. Et si maritus præmortuus fuerit, & uxor non elegerit, sepelitur in sepulchro uiri ultimi, si plures habuerit, & filii in sepulchro patris. Probatio autem electionis fieri potest non solum per testes, sed etiam per signa, ut si pater de sua sepultura non fecit specialem mentionem, eligendo sepulturam pro filio suo in aliquo religioso loco, censetur etiam pro se elegisse Idem de marito qui elegit sepulturam uxori, aut si ædificauit sepulcrum, aut posuit lapidem pro signo sepulchri. Ad uertendum tamen quod ratio potissima electionis sepulturæ est sanctitas loci, quæ prouenire potest primo ex corporibus sanctorum ibi sepultorum, qui per talem electionem efficiuntur patroni & aduocati eligentium, unde. 3. Regum 13. dicebat quidam propheta filiis suis, Quum mortuus fuero, sepelite me in sepulchro,

187

Ratio electionis sepulturę triplex.

in quo

in quo uir Dei sepultus est iuxta ossa eius ponite ossa mea. & 4. Regum. 13. habetur uirtus ossium Helisæi. Secunda ratio mouens aliquem ad eligẽdam sepulturam in aliquo loco, est generationis proximitas, unde olim antiqui eligebãt sepeliri cum patribus suis, siue sepulchro maiorum. Tertia ratio potest esse habitatio & incolatus deuotorum virorum, quorũ suffragia separantur. Et licet interdicatur religiosis sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne habeant uoto vel iuramento seculares astringere ad aligendum vel non mutandum sepulturam, Non tamen inhibetur eis persuadere allegando rationes propter quas eligenda est sepultura.

¶ Quarto notandum est quod si quis in testamento eligit in aliquo loco sepulturã, & ratione sepulturæ aliqua legauit Ecclesiæ, in qua elegit sepeliri, ornamẽta, aut alia quæ sequuntur ad exequiarum cultum, vt sunt oblationes panis & vini, atque alia suffragia facienda, si postmodum simpliciter mutet sepulturam, non mutato testamento, & eligit in alia Ecclesia sepeliri censetur etiam mutasse legata, Sexto notãdum est quod hæretici ac cæteri infideles ac etiã Christianorũ filii non baptizati, nõ debent sepeliri in loco sacro, nec mortui in torniamentis, aut desperati, vel rapto- *Qui carent ecclesiasti-*
F res. Suspensi verò aut aliter iustitia, si non moriantur impœnitentes, de licentia iu- *ca sepultu-*
187 dicis possunt sepeliri. Leprosi uerò Christiani de consuetudine sepeliuntur, in cœmi *ra.*
terio separato, benedicto tamen. Aliqui dicuntur quod non debent cũ aliis sepeliri, quia cui non communicamus in vita, nec ẽt in morte communicamus Excõmunicati vero donec obtinuerint absolutionẽ, iñ terra prophana sunt sepeliendi & relinquẽdi post adeptam vero absolutionem, sunt transferendi, & in loco sacro aut benedicto sepeliendi. Si circa huiusmodi plura scire desideras, & probationem præcedentium habere velis, vide apud Summistas in uerbo, sepultura.

Ver. 24. *De inferno damnatorum.*

INFERNVS damnatorum est locus profundissimus circa centrum terre, in quo vsq; ad diẽ iudicii cruciabuntur animę pctõrum in peccato mortali decedẽtiũ & post diem iudicii animæ & corpora simul cum dæmonibus. Hic locus ab aliquibus dicit. Auernus, quia sine vere & temperie, ab aliis vero Acheron, quasi sine gaudio. Si domini temporales habent carceres perpetuos pro sceleratis a fortiori Deus. Et quia inferni consyderatio est vtilis ad retrahendum homines a peccato, eo quod D. Dionysius aut, Nemo intendens in malum, operatur, Non enim est aliquis, qui si actu apprehenderet inferni pœnas peccatoribus præparatas, consentiret peccato, & si ante consensisset, quin retraheretur a peccato, & induceretur ad detestãdum ip- *In 4. dist. 48. q. 2. ar. 3. ad 4.* *Psal. 118.*
A sum, & agendũ pœnitentiã, vnde Psalmista dicebat, Consideraui vias (scilicet ad in- *Psal. 9.*
188 fernũ tendentes) & conuerti pedes meos in testimonia tua. & alibi, Conuertantur peccatores in infernum. omnes qui obliuiscuntur Deum, & Salomon Ecclesiastici septimo dicebat, Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. ideo circa huiusmodi inferni conditiones parum nobis insistendum est. Hic infernus dicitur inferior a Psalmista, Eruisti animam meam ex inferno inferiori. Aliquando dicitur profundissimus, vt Iob quarto. Si quæratur quantum distet a superficiæ terrę, Quicquid dicant Astronomi, incertum nobis est. Lucifer & alii mali angeli, qui mensurauerunt, dicere possent. ¶ Iste infernus multas habet malas conditiones quarum prima est, quia est cauerna clausa, sine aliquo ostio aut fenestra uel foramine, nec est aliqua uia localis, per quam fit accessus ad illam. quicquid dicatur de cœmiterio sancti Patricii, de quo multæ illusiones & fatuitates narrantur. Nec etiam credendum est quod in monte Aetna, qui in Cicilia continuè comburitur, audiunturque mirabiles, voces & soni, sit porta uel introitus inferni. Vnde Cassiodorus dicit, Quo itinere animæ in infernum perferantur, quia in diuina authoritate non legitur, habemus incertum. Quoad ingressum animarum non requiritur porta. quia corporalia non impediunt spiritum, qui absque medii pertransitione, potest localiter moueri. Et sic in instanti mortis *Super Psal. 86.*

per dæmones pertrahuntur mali in infernum. Corpora verò non glorificata impediuntur mole corporis. Et ideo in die iudicii post sententiam, in eius executione aperietur terra, sicut aperta fuit quando degluriuit Dathan & Abiron, qui descenderunt in infernum viuentes, Numeri. 16. Postmodum iterum claudetur, & continuabitur. Nec obstat quod dicit Psalmista, Attollite portas principes vestras, quia
Psal. 103. (ut dictum est) accipitur porta pro potestate detinendi animas Et quũ dicitur Matt. 16. Portæ inferi non præualebunt aduersus eam, intelliguntur dæmones & peccata, quæ portant homines in infernum, & sunt causa damnationis eorum.

Infernus quomodo dicitur latus. ¶ Si quæratur an sit magna & lata cauerna, dicitur quòd infernus est largus quadrupliciter, Primò auiditate retinendi, Secundò multitudine damnatorum, Tertio pœnarum diuersitate, Quarto æternitate, sed quoad situm loci ignoramus, Ante diē iudicii non requiritur magnum spacium, quum dæmones & animæ non occupent locum. Post diem vero iudicii propter multa corpora requiritur magnum spacium, quia multi sunt vocati pauci uero electi, ideo extendetur ad purgatorium, quia nul- B
Matt. 20. lus post diem iudicii erit in purgatorio. Et quia in lymbo patrum nullus est, aliqui 188
dicunt quod usque ad lymbum patrum extendetur, quia paruuli existentes in solo peccato originali, post resurrectionem erunt super terram, sed hoc non habet authoritatem. Quicquid tamen sit, credendum est quod diuina prouidētia quæ præuidit ab æterno quot futuri erunt damnati, sufficientem locum præparauit. Nec erunt ad placitum elongati, sed ualde pressi, iuxta illud Psalmistæ, Sicut oues in inferno positi sunt.
Psal. 48. ¶ Secunda conditio huius cauernæ dicitur obscuritas & tenebrositas, de qua Iob. 10. Dimitte me ut plangam paululum dolorem meum, antequam vadam ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine. Christus illas tenebras
Matt. 22. vocauit exteriores siue extraneas, quæ fuerũt figuratæ per tenebras AEgipti, de quibus Exod. 10. Extende manum tuam in cœlum, & sint tenebræ super AEgiptum ita densæ, vt palpari possint. Sequitur, Et factæ sunt tenebræ horribiles in uniuersa terra AEgipti, tribus diebus nemo vidit fratrem suum, neque mouit se de loco in quo erat. Multo magis horribiles & densæ sunt tenebræ inferni, quia habent muros in circuitu spicissimos. Nec habet portas aut fenestras, sicut dictum est, ideo Psalmi
Psal. 48. sta dicit, In æternum non videbit lumen. Si dicatur quod diues Epulo uidit Abraham a longè, & Lazarum in sinu eius, Lucæ. 16. Dicendum quod non erat visio corporalis, sed spiritualis, ad quam non requiritur lumen corporale. Nec illa flamma fumo mixta lucet, sed fumat. de illius illuminatione diuus Gregorius dicit. Ignis inferni quamuis ad consolationem non luceat, vt tamē magis torqueat, ad aliquid lucet. Nam sequaces quosque suos secum in tormento reprobi uisuri sunt,
Ignis inferni est realis & non metaphoricus quorum amore deliquerunt. ¶ Tertia conditio illius cauernæ est ignis abundantia & plenitudo, Quia ibi est ignis corporalis, qui ut instrumentũ diuinæ iustitiæ, C mirabiliter cruciabit & affliget, quia in materia solida. Et sic non est ibi ignis metaphoricus siue similitudinarius, quia tunc pœna esset solum per imaginationem, & sic non essent ueræ pœnæ, sed imaginariç duntaxat, quod est erroneum in fide, Quia ex multis passibus habetur quod sit ignis materialis, & realis cruciatus. unde Diues Epulo clamabat, Crucior in hac flamma. Et Christus, Ite in ignem æternũ, Mat. 25. Ibunt hi in supplicium æternum, &c. Supplicium importat actum & Mat. 10 Timete eum qui potest animam & corpus perdere in gehennam. &. 18 Bonum est tibi unum oculum habentem in uitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. & Psalmista, Ignis, sulphur, &c & Iob. 24 Ad nimium calorem transiet ab aquis niuium. Postquam ergo ille ignis est calidus, & materialis, sequitur quòd realiter cruciat. Apocal 21. dicitur, Timidis & execratis. &c Pars illorum in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Non potest clarius exprimi ignis corporalis, quàm per calorem & ardorem. Nec est possibile quòd per ignem intelligatur vermis conscientiæ, vt quidam hæretici dixerunt, quia Esa vltimo dicitur, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. vnde oportet quòd aliud sit ignis, & aliud uermis. Deuteron 32. Ignis

 succen-

succensus est in furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima. & Sapien. 5. Pugnabat orbis terrarum contra insensatos. Si punirentur sola imaginaria pœna, totus orbis non pugnaret. D. Gregorius in 4. Dialogorum dicit, Ignem gehennæ corporeum esse non ambigo, quo certum est corpora cruciari. Nec obstat quòd Damascenus in fine quarti libri dicit, Tradetur diabolus, & dæmones, & homo eius, scilicet Antichristus, cum impiis & peccatoribus in ignem æternum, non materialē qualis apud nos est, sed qualem nouit Deus. Quia Damascenus non negat simpliciter illum ignem esse materialem, sed dicit quòd non est taliter materialiter qua
D 188 liter ignis qui apud nos, est eo quod quibusdā proprietatibus ab isto igne distinguitur, Quia ignis noster lignis nutritur, & faciliter extinguitur, Ille uero nec nutritur, extingui pōt, sed perpetuo manet, uel ideo quia ibi ignis non consumet corpora, sicut hic, quia ibi agit, vt est instrumentū diuinæ iustitiæ, per quā modificatur, & nō punit omnes æqualiter, sed secundū quantitatē & mensuram demeritorum. Nō obstat pariter quod D. Aug 12 super Gen. ad literam dicit, Spiritualem arbitror (scilicet locum) ad quem anima defertur per mortem non corporalem, Quia per hæc verba nolebat aliud dicere, quā quod anima post mortem non locatur corporaliter & circunscriptiue, sed alio modo spirituali, sicut angeli sunt in loco. Nec ibi loquitur determinando, sed opinando & inquirendo. ¶ Quarta conditio cauernæ infernalis est, quia ultra calorem continet frigus intolerabile. Vnde D. Gregorius in Moralibus dicit, In inferno est frigus insuperabilis, ignis inextinguibilis uermis immortalis, fœtor intolerabilis, tenebræ palpabiles, flagella cedentium, horrida dæmonum uisio, confusio peccatorum, desperatio omniū bonorū. & Iob. 24. Ad nimium calorem transiet ab aquis niuum. ¶ Quinta conditio est ęternitas aperte posteriori, hoc est ęternæ durationis, quia nunquam habebit finem, & qui semel ingredientur, nunquam exibunt, quanuis ex diuina dispensatione nonnunquam extra infernum, sint spiritus damnati, vel ad instructionem, vel ad exercitiū electorum, tamen portant secum ignem inferni, qui vt instrumentum diuinæ iustitiæ, illos torquet, quantumcunque elongentur, quia distantia non impedit infinitam Dei uirtutem, vident præterea ignem inferni in pœnam eis præparatum. Et sicut gloria sanctorum non minuitur, siue sint in cœlo, siue extra cœlum, Sic nec pœna damnatorum, quando ex dispensatione diuina sunt extra infernum. Post diem uero iudicii nulla erit ratio exeundi, & per consequens nulla dispensatio, & sic æternaliter in hac cauerna torquebuntur. Et quia illi qui sunt in hoc inferno, carent gratia, quæ est remissionis, & satisfactionis principium, ideo nunquam eis remittentur peccata, nec diminuetur poena, nec etiam reatus peccatorum remissorum, & peccatum ueniale in eo
E 188 perpetuo punitur, nullumq; suffragium eis prodesse potest aut applicari. vnde Ecclesia cantat, In inferno nulla est redemptio. Nec obstat quod D. Aug. dicit, Quod quibus suffragia valent, ad hoc valēt vt sit pœna remisior, vel tolerabilior eorum damnatio, Sed solum illi qui sunt inferno, sunt damnati, igitur, &c. Quia damnatio in verbis D. Aug. sumitur large, pro quacunque punitione, & sic includit pœnā purgatorii, quæ quandoque totaliter expiatur, quandoque autem non, sed diminuitur, & tunc tolerabilior est eorum punitio. Et quanuis Ecclesia oret pro existentibus in peccato mortali in hac uita, & suffragia eis prosint, non per modum meriti, quum nō sint in gratia, sed per modum suffragii, quod (vt dictum est) innititur liberalitati Dei, Non tamen post mortem, quia quandiu sunt in hac uita, possunt transferri de statu culpæ mortalis, in statum gratiæ, & non post mortem, secundū illud Eccl. 11. Vbi ceciderit lignum, siue ad Austrum, siue ad Aquilonē, ibi erit, Quia secundum Damascenum, hoc facit in hominibus mors, quod facit in angelis casus. Angeli autem post casum sunt immutabilia (ut supra dictum est) igitur & homines per mortem. vnde 1. Ioan. 5. Est peccatum ad mortem, non per hoc dico, ut roget quis. Constat igitur hominem in peccato mortali diem claudentem in extremū, orationibus ecclesiæ minime subleuari posse, ¶ Si adducatur historia, quæ legitur in Vitis Patrum, quam, & Damascenus refert in quodam sermone, quod D. Macharius inuen

Dæmones & animæ dānatæ secum portāt infernum.

Dānator pœna non minuitur.

In Add. 5. p. q. 71. ar. 11. 5.

ta in via caluaria cuiusdam defuncti, oratione præmissa, quæ siuit cuius esset, respõdit quòd erat cuiusdam sacerdotis Pagani, qui in inferno damnatus erat, & tamen confessus est oratione D. Macharii se & alios iuuari. Quidam negant historiam, & dicunt quòd in illo libro multa falsa & apochrypha inueniuntur. Nihil omninus illa admissa, dicit diuus Thomas quòd illud adiutorium non erat tale, scilicet quòd eorum pœna minueretur, sed in hoc solo (vt ibidem dicitur) quòd eo orante concedebatur eis, quòd mutuo se viderent. Et in hoc aliquod gaudium non uerum, sed phantasticum habebãt, dum implebatur quod desiderabant. Sicut dæmones gaudere dicuntur, dum homines ad peccatum pertrahunt, quanuis per hoc eorum pœna nullatenus minuatur. Sicut nec minuitur angelorum gaudium per hoc, quòd malis nostris compati dicũtur. Si vero allegatur historia Traiani, quam idem Damascenus in eodem sermone narrat, & dicit quod D. Gregorius videns iustitiam Traiani de filio suo, qui equitans occiderat filium viduæ, orationem pro eo fudit, audiuit vocem sibi diuinitus dicẽtem, Vocem tuam audiui, & Traiano veniam do. Cuius rei (ut Damascenus dicit in eodem sermone) testis est omnis Oriens & Occidens, & tamen erat in inferno, quia idololatra, & multorum martyrum necem instituerat. Quidam se expediunt, negantes historiam, & omnes doctores approbantes illam, eo quod sit contra sacram scripturam & Ecclesiæ determinationem. Diuus tamen Thomas dat duas solutiones, dicens quòd probabiliter æstimari potest quòd precibus D. Gregorii ad vitam fuerit reuocatus, & ita per pœnitentiam & baptismum gratiam consecutus, Sicut etiam apparet in illis qui fuerunt miraculose a mortuis resuscitati, quorum plures constat idololatras fuisse & dãnatos, de omnibus enim talibus similiter dici oportet, quod non erant in inferno finaliter deputati, sed secundum præsentem propriorum meritorum iustitiam. Secundum autem superiores causas, quibus præuidebantur ad uitam reuocandi, erat aliter de illis disponendum. Vel dicendum est secundum quosdam, quod anima Traiani non fuit simpliciter, & absolute a reatu æternæ pœnæ liberata, sed eius pœna fuit suspensa ad tempus, vsque ad diem iudicii. Nec tamen oportet, quòd hoc fiat communiter per suffragia sanctorum, quia aliqua sunt quæ ex lege communiter accidunt, & aliqua quæ ex priuilegio aliquibus conceduntur. Sicut alii sunt humanarum limites rerum, alia diuinarum signa virtutum, vt D. Augustinus dicit. ¶ Quibusdam videtur valde graue, quòd pro peccato mortali temporali infligatur a Deo supplicium æternum, quum pœna debeat proportionari culpæ & peccato. Ad cuius euidentiam sciendũ est primò, quod triplex consueuit assignari ratio, quare peccatum mortale obliget ad pœnam æternam, Prima, quia peccatum ex parte obiecti aggrauatur, & maiori pœna punitur, si offensus sit maioris dignitatis. Vnde non adeo punitur percutiens rusticum, sicut nobilẽ, principẽ, regem, aut imperatorem. Sed Deus qui est infinitæ dignitatis, per peccatum offenditur, igitur debet peccator puniri pœna infinita, nõ intensiue, quum nõ sit capax, ergo ex tensiue. & sic pœna infinita secundum duratione. Secunda ratio sumitur ex voluntate peccãtis, quia peccans mortaliter, ponit finẽ delectationis suæ in eo in quo mortaliter peccat, vt etiam Deum pro illo cõtemnat, Sed quicunque diligit aliquit, sicut finẽ vltimum suæ voluntatis, ex hoc ipso vellet semper sibi adhærere, nisi per accidens retrahatur, vel timore pœnæ, vel aliquo huiusmodi Sed si impune adhærere posset, semper adhæreret. Vnde secundum D. Greg. Iustum est vt qui in suo æterno contra Deum peccauit, in æterno Dei puniatur. Dicitur autem aliquis in suo æterno peccasse, non solum secundum continuationem actus in tota hominis vita, sed quia finem vltimum in peccato constituit, voluntatem habuit in æternum peccandi, ideo D. Gregor. 24. Moralium dicit, quòd iniqui voluissent sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Tertia ratio sumitur ex parte peccantis mortaliter, quia per peccatũ mortale quis priuat se gratia quæ est principium remissionis culpæ, & sine qua peccatum remitti non potest. Et ideo si in peccato mortali moriatur, semper remanet in culpa, quum propter obstinationem nõ sit gratiæ susceptiuus. Manente autem culpa semper est obnoxius poe-

[Margin notes:]
Traianus si fuerit ab inferno liberatus.

In lib. de Cura pro mor. agen.

In quarto sen. d. 42. q. 2. ar. 5.

Peccatum mortale pœnã æternã triplici ratione demeretur.

xius pœnæ quæ reordinat culpam, alias remaneret aliquid inordinatum in vniuerso, contra illud, Quæ a Deo sunt, ordinata sunt ideo æternaliter puniri debet. Secũdo sciendum est, quod pœna proportionatur peccato, in peccato autem sunt duo. Primum est, auersio ab incõmutabili & infinito bono. s. Deo Vnde ex hac parte peccatum est infinitum, & sic peccato respondet poena damni quæ est infinita, est enim amisso boni infiniti s. Dei, ad quam subsequitur pœna afflictiua. ut infra dicetur. Alterum aũt, est inordinata conuersio ad bonum commutabile, & ex hac parte peccatum dicitur infinitũ, quia ipsa conuersio est finita, quum actus creaturæ non possit esse infinitus Et sic peccato debetur pœna finita intensiue secũdum quantitatem cõuersionis. Sed quia ille se priuauit principio remissionis, & immobiliter adhæret, *Rem. 15. Poena damni respondet auersioni et poenæ sensus conuersioni.*

B ideo poena illa intensiua æternaliter extenditur. Et sic quantitas poenæ sensus non

189 respondet quantitati culpæ, sed irremissibilitati ipsius. vnde Mar. 6 dicitur, Qui blasphemauerit in Spiritũ sanctum, non habebit remissionẽ in æternum. Tertio notandum est ꝙ licet pœna proportionetur culpæ secundum acerbitatẽ, tam in iudicio humano quã diuino, in nullo tñ iudicio requiritur quod pœna adæquetur culpæ actuali secundũ durationẽ, vt D. Aug. dicit in. 21. lib. de Ciuitate Dei. Quia adulteriũ vel homicidiũ, quod quasi in momento cõmittitur, non propterea momentanea pœna punitur, sed quandoque perpetuo carcere, vel exilio, uel etiam morte. In qua non cõsyderatur occisionis mora, sed potius quod in perpetuum auferatur a potestate peccandi, & societate uiuentium, & sic repręsentat suo modo æternitatem pœnæ diuinitus inflictæ. Nec tamen sequitur quod peccatũ veniale, quod propter defectum gratiæ, quæ est principium remissionis peccatorum, æternaliter punitur, sit adeo graue, sicut mortale, nec quod ita acerbe puniatur intensiue. *Poenæ non æquatur culpæ actuali secũdũ durationem.*

Ver. 35. *De Poenis Damnatorum ante iudicium.*

DAMNATI in inferno vsque ad diem iudicii solum in anima puniuntur trisplici pœna scilicet damni, sensus, remorsus conscientiæ siue vermis. ¶ Prima pœna dicitur damni siue priuationis, quia priuatur bono infinito. s. clara Dei uisione, in qua consistit beatitudo, ad quam sequitur tristitia, quæ ineffabiliter torquet animam eo, quod ex culpa sua priuatam ea se cognoscit, Qui. n. perdit centũ aureos ex culpa ac vitio suo, dolet, si mille, amplius, & sic consequenter. Similiter de possessionibus, officiis, ac dignitatibus ex culpa amissis. Vnde sequitur quod qui ex culpa sua perdidit summũ bonum, summe doleat & tristetur. Ideo D. Chrys. dicit, Nonnulli imperitorũ sibi satis esse putant optabile videri, si gehenna tantũmodo careant. Ego aũt multo grauiores gehenna dico esse cruciatus, remoueri & abii- *Poene damni quæ qualis, & quã ta sit.*

C ci ab illa gloria. Pone mille gehennas, & mille cruciatus, nil tale quale a gloria ex *In homil. de repar. Lap.*

189 cidere, & a Deo odio haberi, & audire, Ite maledicti. Hoc tantum generat cruciatũ, quod si nulla extrinsecus pœna torqueret, hæc sola sufficeret, omnes. n gehẽnæ superat cruciatus. Notãdum tñ quod hæc pœnã priuationis, licet si eadem respectu obiecti, est tamẽ diuersæ, & plures, respectu subiecti, & causarum, & sic maior sequitur pœna afflictiua ex priuatione huius infiniti boni propter maior & emormius pctm̃, quã propter minus & propter plura peccata, quam propter vnũ. ¶ Secunda pœna dicitur sensus, & nõ quod animæ in inferno habeant potentias sensitiuas nisi radicaliter, ut dictum est quũ est intellectu animę separatæ ageretur. Sed dicũtur puniri pœna sensus, quia ab extrinseco, scilicet a b igne, qui vt instrumentum diuinæ iustitiæ, imprimit in eas nõ calorẽ (quia non sunt capaces) sed quandã qualitatẽ afflictiuam secundum quantitatem peccati, ex parte cõuersionis. ¶ Tertia pœna dicitur vermis non corporalis (quũ ibi non sint vermes nec alia animalia) sed spiritualis quia sicut vermis pungit & corrodit, sic remorsus cõscientiæ pungit, lacerat, & affligit. Hic aũt remorsus est de quolibet peccato, tam ex parte auersionis, quam ex parte conuersionis, ac etiam negligentiæ, eo quod poterant facillime bonum infinitum recuperare per pœnitentiam, & non curauerunt. Quidam addunt quartam pœnam, visionem intellectualem Luciferi & aliorum dæmonum, eorũq; irrisionẽ, *pœna damni nõ est in omnibus æqualis. c. 2. §. 1. uer. 2.*

Ver. 36. De Pœna damnatorum post Iudicium.

DAEMONES non punientur maiori pœna essentiali post iudicium, quam ante quia quum eorum esse non varietur, sequitur quod pœna essentialis intrinseca, quæ consistit in priuatione diuinæ visionis, & pœna extrinseca ab igne impressa, aut remorsus. non augetur nec minuitur, sicut nec præmium essentiale bonorum Angelorum. Punientur tamen maiori pœna accidentali dupliciter, Primò, quia omnes qui sunt in aere caliginoso ad exercitum iustorum, detrudentur in infernum, a quo non poterunt amplius exire. quod cedet in illorum pœnam, cum nocere non poterint, prout volunt. Vnde Matt. 8. dicitur quod duo dæmonia habentes, exeuntes de monumentis clamauerunt dicentes, Quid tibi & nobis Iesu filii Dauid? venisti huc ante tempus (scilicet iudicii) torquere nos, Quia sentiebant se exituros, & non amplius nocituros illis hominibus, Ideo ut saltem possent in aliquo nocere, rogabant Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Et sic post diem iudicii magis torquebuntur, quia priuabuntur executione iniquæ voluntatis suæ, Et ideo (ut dicitur Lucæ. 8.) rogauerunt illum ne imperaret eis vt in abyssum irent. Secundò, quia tristabuntur accidentaliter de malis ad quæ homines induxerunt, sicut boni gaudebunt de bonis factis in gratia animę autem damnatorum quæ nunc habent esse imperfectum, cum sint separatæ a corpore, cui natæ sunt vniri post resurrectionem, quando habebunt esse perfectum, maiorem pęnam pacietur quam nunc, secundo D. August. qui ait, Maiores pœnas passuri sunt quum resurrexerint, in quarum comparatione tales sunt istæ quas patiuntur, qui mortui sunt mali homines, quales, sunt poenæ eorum qui torquentur in somnis Animæ eorũ patiuntur, cato vero eorum non patitur. Maior autem est cruciatus, si vigilans torqueatur. Nec est simile de dæmonibus, qui non habent corpora, & quorum esse non variatur, nec ẽt de animabus beatis, quarum gloria post resurrectionem non intenditur, licet habeant perfectus esse, quia quamuis operari sequatur esse in naturalibus, non tñ in grauitis. sed sequitur proportionem gratiæ & luminis gloriæ. In damnatis verò hominibus, quum habeant perfectius esse magis conabũtur resistere, & succumbent, ideo in hoc magis torquebuntur, licet quantum ad intrinsecas apprehensiones aut intrinseca tormenta pœna eorum essentialis non augeatur neque minuatur Pœna aũt accidentalis hominũ damnatorũ absq; dubio post resurrectionẽ augebitur quantũ ad præmium siue demeritũ accidentale, quia dolebunt, quotiens recordabuntur malefactorum. sicut lætantur boni de bonis, differenter tñ, quia boni vident simul in verbo omnia bona opera sua, ideo simul de omnibus gaudebunt, etiam in particulari. quod gaudium pertinet ad eorum præmium essentiale postquã in verbo vident, & ad accidentale, quando per species per quas etiam successiue quum voluerint poterunt gaudere. Damnati verò non simul omnia peccata sua distinctè videre poterunt, sed successiuè, ideo de illis successiuè dolebunt, & punientur pœna vermis siue remorsus conscientiæ Nec est inconueniens quòd non tantũ puniantur proportionabiliter, sicut iusti præmiabuntur, quia miserationes Dei sunt super omnia opera eius, & pronior est ad præmiandum, quàm ad puniendũ, hoc est dictũ per effectus exteriores magis ostendit misericordiã, quã iustitiã. ¶ Præterea punientur accidentaliter quantum ad corpus, quia licet sola voluntas peccauerit, corpus tamen coniunctum instrumentaliter cooperatum est, & quum actiones sint suppositorum, siue attribuantur suppositis, & corpus sint pars compositi siue suppositi, consequens est quòd corpora malorum punientur, sicut corpora bonorum præmiabuntur, differenter tamẽ, quia præmium corporum beatorum quod consistit in quatuor dotibus (de quibus dictum est) fluit à gloria animæ, & redundat in corpus. Pœna verò corporum damnatorum, licet quoad aliqua pendeat ab anima, propter coniunctionem animæ (cuius actus redundat in corpus, & econuerso) non tamen totaliter sicut in beatis, in quibus tota gloria corporis procedit à gloria animæ, in damnatis verò non, sed ab extrinseco affliguntur. Et ideo damnati non solũ priuabũtur dotibus, sed etiã exterius torquebũtur, per opposita ipsis dotibus, quibus

Margin notes: Pœnas accidentalis dæmonum augebitur post iudicium. — Pœna essentialis damnatorũ post iudiciũ erit maior. — In Serm. plu. mart. — B 189

quibus potiuntur animæ beatæ. Dictum est autem quod beati habebūt quatuor dotes, s. impassibilitatem, claritatem, subtilitatem, & agilitatem, damnati vero non solū istis dotibus priuabuntur, sed etiam habebunt aliquid oppositum, ut magis torqueantur. Licet enim damnati resurgant incorruptibiles, non tamen in melius immutabuntur. unde Apost. dicit, Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Iusti resurgent impassibiles, hoc est incapaces receptionis alicuius qualitatis *1. Cor. 15*
F
189 disconuenientis, damnati uero magis passibiles & sensibiles quam fuerint in hoc mundo, præseruabuntur a corruptione, ut iustitia punitiua semper in illis appareat. Præterea iustorum corpora resurgent in gloria & claritate, sed corpora damnatorū in maiori ignominia, siue ignobilitate, deformitate, cōfusione, ac aliis defectibus, quam fuerint in hoc mundo. Et verificabitur de illis illud, Denigrata est super carbones facies eorū. Et eadē ratione non solū erunt priuati agilitate & subtilitate, sed etiā erunt graues, ponderosi, spissi, & immobiles, iuxta illud, Submersi sunt quasi plūbum in aquis vehementibus & illud, Fiāt immobiles quasi lapis. Præter hęc quantum ad corpus in inferno erunt mirabilia sensus tormenta, quia omnes torquebuntur, sicut in beatis delectantur. ¶ Primo sensus uisus. Sicut. n. sensus uisus beatorum delectabitur in uisione glorię humanitatis Christi, D. Virginis, & aliorum sanctorum, solis, lunæ, planetarum, stellarum, & aliarum rerum creatarum, Sic visus damnatorum torquebitur tripliciter, Primo, priuatiue, quia in tenebris densissimis, & horribilibus erunt, & nihil quod eis delectationem afferat, videre poterunt. Si Tobias dicebat, Quale gaudium mihi est, &c. quid poterunt dicere damnati, qui nō sedebunt siue non requiescent, sed torquebuntur in tenebris densissimis exterioribus & extraneis? Secundo torquebuntur fumo inferni, quia quum ibi sit sulphur inflammatum, ut habetur. Apoc. 21. & nullum sit spiraculum, fumus circunuoluet eos, & magnum afferet tormentum, quod Christus per fletum expressit dicent, Ibi erit fletus & stridor dentium. Non quod sit ibi emissio seu resolutio lachrymarum, quia quum nil in eis per cibum restauretur, consumerentur, Sed accipitur ibi fletus pro commotionem, & conturbatione capitis, & oculorum, & quantum ad hoc corpora damnatorum non solum ab exteriori affliguntur, sed etiam ab interiori, secun

Thren. 4.
Exo. 15.
Ibidem.
uisus damnatorum. quemmodo torquebitur.
Tob. 5.
Matt. 8
Fletus absque lachrymarum emissione.

A
189 dum quod corpus immutatur ad passionem animæ bonam uel malam. Tertio visus damnatorum torquebitur ex aspectu dæmonum in corporibus assumptis. Licet enim non habeant corpora, assument tñ ex uilissima materia, ad torquendum visum damnatorum, qui uidendo pulchra & delectabilia peccauerunt. vnde Sap. 17. Personæ tristes illis apparentes, pauorem præstabant in tenebris Aegypti. quæ erant figuræ tenebrarum & apparitionum inferni. & Naum. 2. Aspectus eorum quasi fulgura discurrentia, & Iob, Vadent & ueniēt super eos horribiles ad irridendum eos. Ideo Dauid petebat, Ne irrideant me inimici mei. ¶ Secundo damnati torquebuntur in auditu, sicut sancti delectabūtur, iuxta illud, Clare sonant iugiter organa Sanctorum. & Psal Exultationes Dei in gutture eorum. Sic auditus damnatorum torquebitur, audiendo fletus, planctus, & ululatus, blasphemias, & maledictiones et opprobia damnatorum, de quibus Psal. Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper & Iob. 1. Pereat dies in qua natus sum, &c. Hier. 20 Maledicta dies in qua natus sum & Iob. 12, Vtinā cōsumptus essem, ne oculus me videret Repleta est malis anima mea, Miserabiliores facti sumus omnibus, quia in opprobium omnium, Sol iustitiæ non ortus est nobis Lassati sumus in via iniquitatis, &c. Nos insensati, &c. Zac. 2 Plangent se super se familiæ. & Hier. 3. In uiis eius ploratus & vlulatus Dęmones punientes eos in corporibus assumptis vlulabunt. Vnde Ezech 27 A sonitu gubernatorum eius turbabuntur. D. Augustin. in sermone ad hæremitas dicit quod Lucifer non cessabit clamare in corpore assumpto aliis dęmonibus, ut percutiant & torqueant hinc & inde Amos. 1. Leo rugiet quia non timebit? Præterea 1. Reg. 2 Dominum formidabunt aduersarii eius, & super ipsos in cœlis tonabit, Tonitruū illius sententiæ. Ite maledicti, &c. semper manet in auribus eorum,

Iob. 10:
Psal. 24
Psal. 149.
Psal. 73
Psal. 87
1 Cor. 15
Sap. 5.
In Serm. ad Here.

¶ Tertio torquebuntur damnati in odoratu. Sicut enim odoratus. Sanctorum delecta-

lectabitur in odore suauissimo, qui exibit a corporibus eorum, iuxta illud, Sancti tui Domine florebunt sicut lilium, & sicut odor balsami erunt ante te, Sic odoratus damnatorum torquebitur ex fœtore procedente ex cadaueribus eorum, iuxta illud Esa. 24. De cadaueribus eorum ascendit fœtor, magis abominabilis, quam Antiochi, de quo. 2 Mach 9 dicitur, quod eius fœtore uniuersus exercitus grauabatur, imo & ipse met suũ fœtoré sufferre nõ poterat. Quantus esse poterit fœtor, inferni, in quo tot cadauera & oẽs immunditiæ putrefactiones, abominationes, sulphura, & procellæ maris in purgatione & conflagratione mundi detrudentur? & verificabitur illud Esa. 8. Erit pro suaui odore fœtor. ¶ Quarto torquebuntur damnati in gustu, sicut gustus beatorum delectabitur non per cibũ aut potium, sed per immutationem linguæ, ab aliqua humiditate a Deo adiuncta linguæ eorum, habente omnis saporis suauitaté Sic in pœnã in lingua damnatorum adiungetur aliqua qualitas, quæ erit amarior felle & ueneno insanabili Vnde Deu. 32 Fel draconũ uinum eorum, et uenenũ aspidũ insanabile. Vua eorũ vua fellis, & botrus amarissimus: & Psal. Ignis sulphur, & spiritus procelarũ, pars calicis eorũ. Dicunt aliqui practici quod dæmones apothecarii infernales in assumptis corporibus assument materia abominabiles ad nauseam prouocantes, & eas miscebunt adinuicem, iuxta illud Psal. Et inclinauit, ex hoc in hoc, veruntamen fex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. Lucifer clamabat, & dicet illud Apoc 17. Date (scilicet huic uel illi sitibũdo) calicem indignationis iræ dei, & illud Ezech. 33. Potabis usque ad fęces, & fragmenta eius deuorabis, ponent in ore, & si deglutiant, statim euoment, Postmodũ insultabunt illudentes eis, & dicentes illud Esa. 51. Bibisti de manu (hoc est de potétia) Domini, calicem iræ eius. usque ad fundum calicis potasti, & usque ae fæces. Si amaritudo coloquintidarum agri coegit filios prophetarũ clamare, & dicere, Mors in olla uir dei. quem clamorem excitabit tanta amaritudo quę erit in inferno?

¶ Quinto torquebitur, tactus damnatorum multipliciter. Primo per ignem corporalem, qui erit ibi (ut dictum est) & torquebit ut instrumẽtum diuinæ iustitiæ. Ideo non corrumpet neque incinerabit corpora illorum, nec tantum torquebit uunm sicut alium, sed secundum demerita, ita quod membra quæ plus demeruerunt, amplius cruciabunt. Vnde diues Epulo plus conquerebatur de lingua, quam de aliis membris, licet tunc sola uoluntas torqueretur pro peccato linguæ, sed post resurrectionem ipsa lingua cruciabitur. Secundo cruciabuntur in tactu per frigiditatem, Quia (ut dicitur Iob. 24.) ad nimium calorem transiet ab aquis niuium. absque hoc tamen, quod sit in eis aliquod refrigerium, quia passio eorum non erit per transmutationem corporalem, per quam reducitur qualitas contraria ad æqualitatem & temperiem quandam, quæ causat refrigerium, sed per actionem spiritualem & intentionalem. Insuper cruciabuntur morsu vermium aut aliorum animaliũ. unde Esa. 24. Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Et Esa. 34. Erit cubile draconum, & pascua strutionum, & occurrent dæmonia. & Deu. 32. dentes bestiarum immittam in eos cum furore trahentium super terrã atque serpẽtium, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Non quidem quod sit ibi aliquis vermis corporalis aut naturalis, siue alia animalia. Qui post diem iudicii in mundo innouato non manebit aliquod animal. Sed dęmones ad torquendum damnatos assument corpora in modum animalium prędictorum, & per ea torquebunt eos, & verificabuntur prædicta, & illud Esa. 3. Erit pro crispanti crine caluitium, & cęt. Quidam hæc rident, & somnia putant, sed quum hæc scriptura non sine causa rememoret, aliquando non esse somnia experientur.

Ver. 37. *De statu et conditione damnatorum:*

DAMNATI post dié iudicii & ante, erũt in tali statu quo dæmones qui nõ possunt conuerti ad bonum, nec pœnitere de peccatis, hoc est abominari peccatum, inquantum est offensiuum dei, Quia uoluntas malitię peccati semper in eis manet, quum sint obstinati licet per accidens ratione pœnæ adiunctæ doceant, ratione cũius attribuitur eis poenitentia. non quidem poenitentia uirtus, quæ non manet in eis

Marginalia: *Esa. 24* — *In addi. 3 p. q. 74 ar. 6 ad. 2.* — B 190 — *In addi. 3. p. q. 28.* — *Psal. 10.* — *Psa. 74* — *In addi. 3 p. q. 97.* — C 190 — *Demones in assum. corporibus. torquebunt damnatos.* — *In addi. 3 p. q. 98. ar. 2.*

in eis,ſicut nec habitus cæterarum virtutũ. Et licet manerent, nũquã tamen in actũ exirent,quia obſtinatione ligati ſunt. Sed attribuitur eis aliquid ſimile pœnitẽtiæ.ſ. triſtitia, vnde Sap.5. Pœnitentiam agentes,& præanguſtia ſpiritus gementes, Philo. 9.Eth.dicit quod pœnitudine replentur mali, Et quanuis voluntas eorum vt natura poſſit imperfecte uelle bonũ(quia illa inclinatio eſt eis inſerta a deo)non tamẽ poſſunt uelle bonum voluntate deliberata,quia ſunt perfecte auerſi a fine vltimo rectæ voluntatis,& omnia ordinant in ſuũ finem malum præſtitutum. *Obſtinatio damnator.*

D

190 ¶Et quia non eſſe ſecundum ſe non habet rationem boni,cum ſit priuatio aut negatio,ideo non poſſunt ſecundum ſe appetere non eſſe. Sed quia non eſſe per accidens eſt ablatiuum pœnalis vitæ ſeu miſeriæ,& ſic accipit rationẽ boni,ideo inquantũ huiuſmodi appetere poſſunt,& appetunt. Vnde Mat.26. Bonum erat illi ſi natus nõ fuiſſet homo ille. Et glo.ſuper illud Hier.20. Maledicti dies in qua natus ſum,&c dicit melius eſt non eſſe quam male eſſe Et Apoc.9. In diebus illis deſiderabunt homines mortem,& mors fugiet ab eis. Et cũ ſint inuidia pleni dolebunt de fœlicitate bonorum,& eorum damnationem appetent. Quia (ut dicit gloſſ.ſuper illud Eſa.14 Surrexerunt de ſoliis ſuis, &c.) Solatium eſt miſeris ſocios habere pœnarum. Nec obſtat quod diues Epulo rogabat mitti Lazarum ad fratres ſuos,ne ipſi venirent in illum locum tormentorũ,quia non ex charitate dicebat,ſed ne eius pœna augeretur quę fuiſſet aucta,ſi ipſi veniſſent,eo quod ipſe erat cauſa, & occaſio damnationis eorum. Non eſt tamen arbitrandum quod ipſe clare videant, aut cognoſcant gloriam uel fœlicitatem Sanctorum in ſpeciali,licet bene cõfuſe,& in communi. ſ quod ſint beati quadam gloria ineffabili. Luc.16 dicitur quod diues Epulo vidit Abrahã a longe. Illa tamen cognitione propter inuidiam quam habent, torquẽtur de fœlicitate eorum,& eo quod ipſi talem gloriam amiſerunt. Vnde Sap.5.de impiis,dicitur, videntes turbabuntur timore horribili.&c. *Dãnati quomo appetũt non eſſe.*

¶Propter hanc autem,inuidiam aut alias eorum malas voluntates,non demerentur nouo demerito,eo quod ad ſummum malorum deuenerint, verum tamen eſt ꝙ eorum demerita attribuuntur,vltimo demerito vitæ,ex quo ſecutã fuit peccandi neceſſitas. Nec obſtat quod ſecundum Philoſ in.3.Eth. dicitur, quod Ebrius meretur duplicem malectionem,ſi ex Ebrietate aliquod aliud peccatum committat. Quia hoc eſt propter ſcandalum,& dãnum nouum proximi.quæ ratio non militat in dãnatis,Et finaliter reſoluendo,ſicut propter perfectam Sanctorum beatitudinem nil erit in eis,quod non ſit materia gaudii,ita nihil erit in damnatis,quod non ſit in eis *Damnati non demerẽtur nouo demerito.*

E materia, & occaſio triſtitiæ, nec deerit aliquid quod ad triſtitiam pertinet poſſit ſe

190 cũdũ eorũ demerita,vt ſit eorũ miſeria conſummata. Et ideo neq; conſideratio Dei quẽ apprehendunt,non ſub ratione ſummi boni,ſed ſub ratione punientis,neq; conſideratio aliorum delectabilium,quorum ſpecies habuerunt in vita, quæ non poſſunt corrumpi,neq; per obliuionem deleri,illis erit ad delectionem, ſed ſolum ad triſtitiam,ſicut cætera omnia.

§.5. *De ſacramento extremę unctionis.*

EXTREMAM vnctionem,quæ circa infirmos obſeruatur in eccleſia, eſſe ſacramẽtũ nouæ legis conſtat ex determinatione Concilii Tridentini,de qua ſupra dictũ eſt cũ de numero ſacramẽtorũ ageretur. Poteſt etiã probari ex definitione ſacramenti,quia omne ſignum exterius, a Chriſto ordinatum ad deletionem peccatorũ,& ſanctificationem hominis,cuius imaginem gerit,& cauſa exiſtit,eſt ſacramẽtum. Vnde Eſa.27. Hic eſt omnis fructus,vt tollatur peccatum. Sed extrema vnctio eſt huiuſmodi, vt patet per D. Iac. cap. Et ſi in peccatis ſit,remittentur ei,& curatio peccatum ſignificatur per vnctionem olei, quæ vulnera exteriora ſanat. vnde Eſa. 1. Plagã tumens non eſt curata medicam, neq; fota oleo. Et quanuis ſint plures vnctiones,non eſt tamen niſi vnum ſacramentum,quia omnes ordinantur ad vnam perfectam,quæ eſt vnctio omniũ exteriorũ ſenſuum, quibus hauritur morbus interior, Nec pluralitas materiæ aut formæ tollit vnitatẽ ſacramenti (ut dictum eſt cum de ſacramento Euchariſtiæ ageretur) ſicut nec etiam pluralitas miniſtrorum, *In addi.3.p.q.92.c.16.ver.4*

vt

vt si facta prima vnctione moreretur sacerdos, aliius deberet perficere, & non inchoare, Sicut si consecrato pane moreretur, non esset eadem hostia bis consecrãda, Quia quum minister tantum instrumentaliter operetur mutatio ministri non tollit vnitatem sacramenti, sicut nec operatio martellorum tollit vnitatem operationis fabri.

Ver. I *De Materia sacramenti extremæ vnctionis.*

In addi. 3. p. q. 29. *Oleum oliuarum propria materia extremę vnctionis.* MATERIA huius sacramenti teste D. Iac. est oleum. Et quum oleum proprie, communiter ad sanationem non accipiatur nisi oliuarum, eo quòd est linitiuum, & penetratiuum vsque ad intima ac etiam diffusiuum, alii autem liquores ad similitudinem olei oliuæ nomen accipiunt ideo oleum oliuarum est propria materia huius F sacramẽti, sicut aqua elementaris est propria materia baptismi. Voluit autem Christus eligere pro materia oleum, & non vinum, quo etiam vulnera sanantur, quia vinum sanat mordendo, oleum aut leniendo Et quum omnis efficacia sacramentorũ descendat a Christo, illa sacramenta quibus ipse vsus est, habent efficaciam ex ipso suo, sicut tactu suæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis. Ideo benedictio aquæ non est de essentia baptismi. Sed Christus non est vsus hoc sacramento, nec aliqua corporali vnctione ad hoc ordinata. Ideo in omnibus vnctionibus de necessitate sacramenti requiritur sanctificatio seu consecratio materiæ, quia effectus non causatur ex naturali proprietate materiæ sed a Christo, a quo effectus descendit mediantibus ministris, scilicet sacerdotibus, & in ministros inferiores mediantibus ministris superioribus, qui materiam sanctificant per cõsecrationem, & benedictionem. Et ideo in omnibus sacramentis quæ indigent materia sanctificata sanctificatio materiæ fit per episcopum, & vsus quandoque per sacerdotem, ut ostẽdatur sacerdotali potestas ab episcopalis deriuati secundum illud Psal. Sicut vnguentum in capite, quod descen-
Psal. 132. dit in barbam, barbam Aaron. sequitur, quod descendit in oram vestimenti eius. Nec obstat quòd materia sacramenti Eucharistiæ non necessario requiritur quod sit benedicta. Quia sacramentum Eucharistiæ consistit in ipsius materiæ consecratione, & Christus eo vsus est, vnde canit Ecclesia, Se cibat ipse cibus.

Ver. 2. *De forma sacramenti extreme vnctionis.*

In Addi. 3 p. q. 26. ar. 7. & 8. CVM omnia sacramenta nouæ legis efficiant quod figurant, inquantum per uerba determinatur materia, quæ ad multa potest se habere, necesse est hoc sacramentum habere formam, quę sit oratio deprecatiua, qua ex traditione Apostolorum vtitur ecclesia Romana, & est hæc. Per istam vnctionem, & suam piissimam misericordiã indulgeat tibi Deus quicquid peccasti per visum, & sic de aliis sẽsibus. Hæc autem oratio datur pro forma, duplici ratione, Prima quia suscipiens hoc sacramentum, est propriis viribus destitutus, ideo indiget orationibus subleuari. Secũda, quia datur exeuntibus, qui iam desunt esse de foro Ecclesiæ, & in solius Dei manu requiescunt. Vnde ei per orationem committuntur. Et quia in forma debet exprimi effectus principalis, qui semper inducitur per sacramentum, nisi sit defectus ex parte recipientis, Sanitas autem corporis non est effectus sacramenti, quamuis quandoque sequatur, ideo non ponitur in hac forma.

Ver. 3. *De institutione sacramenti extremę vnctionis.*

In addi. 3. p. q. 29. ar. 3. QVVM sacramenta nouæ legis habeant efficaciam, quæ nõ nisi diuinitus inest necesse est dicere quòd hoc sacramentũ est immediate a deo institutum, Nec obstat quòd Euãgelistæ de hoc faciãt mẽtionẽ, quia multa dominus fecit, & dixit, quæ euãgelistæ tradere, quę ad necessitatem salutis, & ecclesiæ dispositionem pertinent. Iõ potius institutionem baptismi, pœnitẽtiæ, & Eucharistiæ, ac ordinis facta a Christo, narrauerunt, quàm extremæ vnctionis, confirmationis, & matrimonii, quæ nõ sunt de necessitate salutis, neq; ad dispositionẽ ecclesiæ pertinẽt. De vsu tamẽ huius sacramenti, fit mentio in Mar. 6. vbi dicitur quod Apostoli oleo vngebant infirmos, quod

non fecissent, nisi Christus ordinasset. Nec sequendi sunt qui dicunt hoc sacramentum cum sacramento confirmationis Christum dimisisse Apostolis instituendum, Quia illis non contulit potestatem excellentiæ, ad quam pertinet instituere sacramenta, sed solam publicationem istorum commisit, ipse uero per seipsum ea, quæ erant maioris difficultatis promulgauit Sacramenta enim ad fundamenta legis pertinent, ideo ad legislatorem spectat institutio, publicatio autem huius facta est per D. Iac. vbi dicitur. Infirmatur quis in uobis? inducat presbyteros, &c. *Iac. 5.*

Ver. 4. *De effectu sacramenti Extremæ unctionis.*

B SACRAMENTVM Extremæ Vnctionis, sicut & quodlibet aliud sacramētū, est institutū ad unū effectus principalē, quanuis possit inducere alios effectus secundarios. Principalis effectus huius sacramenti ex eius significatione accipitur, et est quædam spiritualis sanatio siue medicatio. Sicut autem corporalis medicatio præsupponit vitam corporalem in medicato, sic spiritualis supernaturalē. Et sic hoc sacramentum non datur contra defectus, quibus vita spiritualis tollitur scilicet contra peccatum originale, vel mortale, sed contra peccatum ueniale, & illos defectus quibus homo spiritualiter infirmatur, vt non habeat perfectum uigorem vitæ, gratiæ, vel gloriæ. Et hic defectus est quædam debilitas & ineptitudo, quæ in nobis relinquitur ex actuali, uel originali peccato, qui defectus dicuntur reliquię peccati. Non sunt tamen dispositiones ex actibus relictæ, quæ sunt quidam habitus inchoati, sed quædam debilitas in ipsa mente existens, qua sublata per gratiam sacramentalem specialem huius sacramenti, quæ in uoluntate subiectiuatur, eisdem habitibus & dispositionibus ex actibus præteritis manentibus, uoluntas hominis nō potest ita inclinari ad peccatum, sicut stante illa debilitate. Et ideo contra hanc debilitatē ex peccatis prouenientem homo roboratur per hoc sacramentum. Sed quia gratia quæ secum non compatitur peccatum, facit hoc robur, ideo hoc sacramentum si inueniat aliquod peccatum, mortale uel ueniale, quo ad culpam, ex consequenti tollit illud dummodo non ponatur obex ex parte recipientis, sicut de cōfirmatione et Eucharistia dictum est. Ideo D. Iac. de remissione peccati conditionaliter loquitur, dicens, Et si in peccatis fuerit, dimittentur ei, scilicet quoad culpam, quam non semper delet, quum non semper inueniat, sed semper operatur contra debilitatem prædictam. Et quanuis peccatum mortale non dimittatur sine contritione, tamen hoc sacramentum per gratiam, quam confert, facit quòd ille motus liberi arbitrii in peccatum, quem extrema unctio præsupponit, fiat contritio, sicut in sacramento eucharistiæ & confirmationis. Et quia extrema vnctio non facit sanitatem corporalem ex naturali proprietate materiæ (sicut aqua baptismi lauat corporaliter) sed ex uirtute diuina, quæ rationabiliter operatur, & ratio operans non inducit secundarium effectum, nisi secundum quod expedit ad principalem. Ideo in hoc sacramento non semper sequitur corporalis sanatio, sed solum quando expedit ad spiritualem sanationem, & tūc semper eam inducit, nisi sit impedimentum ex parte recipientis. Delet etiam de reatu pœnæ secundum dispositionem eius, Non tamen imprimit characterem, quia per hoc sacramentum non deputatur homo ad aliquod sacramentum agēdum uel suscipiendum, causat tamen ornatum, sicut pœnitentia.

In addi. 3. p. q. 30.

Extrema unctio ex cōsequenti delet pctm mortale.

191 (margin, at "sacramētū") · C 191 (margin, at "per delet")

Ver. 5. *De ministro Sacramenti Extremæ Vnctionis.*

QVANVIS episcopus possit hoc sacramentum sicut & alia ministrare, nō tamen est solus minister huius sacramenti. quia non posset ad omnes infirmos accedere. Et ideo sacerdotes, & non diaconi, aut laici sunt ministri huius sacramenti. Eam ob rem D. Iacobus in eius publicatione dixit, Inducat presbyteros ecclesiæ &c. Nec obstat quòd oratio laicorum sit non nunquam magis Deo accepta, quam ea quæ fit a presbytero ministrante hoc sacramentum, quia hoc est verum secundum se, inquantum laicus est in maiori gratia, & fit in persona propria. Sed presbyter in hoc sacramento orat ut persona publica, & in persona ecclesię, quę est sponsa Christi dilectissima, quod laicus, qui est persona priuata, facere non potest. Et licet legatur quòd aliqui presbyteri in Aegypto transmiserint oleum ad infirmos, quo sanabantur,

In addi. 3. p. q. 31.

Sacerdotes sunt ministri sacramenti extremæ unctionis.

tur, & similiter de D. Genouefa legitur quod oleo ungebat infirmos, & sanabantur, illę tamen unctiones non erant sacramẽtales, sed ex quadam deuotione recipientium vel mittentium oleum, consequebantur effectum sanitatis corporalis per gratiam gratis datam sanitatum, & non per gratia sacramentalem.

Ver 6. *De Suscipientibus Sacramentum Extremæ Vnctionis:*

In Addi. 3. p. q. 32. CVM hoc sacramentum sit quædam spiritualis medicina, quæ per modũ corporalis significatur, sequitur quòd sanis quibus corporalis curatio non competit, & non debet hoc sacramentum ministrari. Quia quanuis spiritualis sanitas sit principalis effectus, tamen requiritur quòd per corporalem significetur, etiã si corporalis sanatio non sequatur: ideo illis solis sanitas spiritualis per hoc sacramentum dari potest, quibus curatio corporalis competit. s. infirmis. Vnde D Iacobus dicit, infirmatur quis in vobis? &c. Sicut ille solus potest sacramentum baptismi suscipere, qui põt corporalis ablutionis esse particeps. Et cum hoc sacramentum sit ultimũ quod Ecclesia conferre potest, quasi disponens ad gloriã, ideo illis tantum infirmantibus debet exhiberi, qui sunt in statu exeuntiũ, quando scilicet ægritudo nata est inducere mortẽ, siue cũ de periculo mortis timetur. Et quia ad effectũ huius sacramẽti percipiendum requiritur actualis deuotio in suscipiente, & meritũ generale totius Ecclesiæ. quod patet ex eo quòd per modũ deprecationis forma huius sacramenti dat, ideo illis qui non possunt hoc sacramentũ recognoscere, & cũ deuotionẽ suscipere, siue qui non habent vsum rationis, præcipue cũ in illis non sint reliquæ peccati actualis contra quas hoc sacramentũ est institutum, neq; furiosis, & amentibus, qui possent, huic sacramento irreuerentiã per immũditia facere, nisi habeãt dilucida interualla, cõferri non debet. His autẽ qui in vsu rationis petierũt, si in mora vsum rationis amiserint, denegari nõ debet. Mutilati vero cũ habeant actualẽ deuotionem, quantũis nõ habeãt mẽbra quibus iniungi debeant, habent tamen potentias animæ, quæ illis membris debentur, saltẽ in radice, & interius peccare possunt, ideo debent iniungi in partibus propinquoribus ad illas partes, in quibus vnctio debebat fieri. F 183

Soli infirmis sunt materia sacramenti extremę Vnctionis.

Ver. 7. *De Partibus quæ iniungi debent.*

QVIA hoc sacramentum per modũ curationis exibetur, & cum nõ oporteat quòd curatio corporalis fiat per medicinam toti corpori appositam, sed illis partibus, in quibus est radix morbi, ideo Vnctio sacramẽtalis debet fieri in illis partibus tantum, in quibus est radix spiritualis infirmitatis, quanuis anima sit omnibus partibus tota per essentiam, non tamen quoad potentias, quæ sunt radices actuum peccati. Cum autem principia agendi sint principia peccandi, eo quòd peccatũ cõsistit in actu, ideo in illis partibus in quibus inueniũtur illa principia, uel quæ sunt instrumenta principaliora illarum potentiarũ, debet unctio fieri. Principia autẽ agendi in nobis sunt tria. Primũ est dirigens. s. potẽtia cognoscitiua, quæ diuiditur in quinque sensus exteriores, qui sunt primũ fundamentũ cognitionis. Omnis enim nostra cognitio ortũ habet a sensu, vt dicit Philosophus in. 1. Posteriorum. Et quia ubi est in nobis prima origo peccati, ibi debet vnctio adhiberi, ideo iniungũtur loca quinq; sẽsuũ. s. oculi, propter uisum, aures, propter auditum, nares, propter odoratum, os, propter gustũ, manus, propter tactum, qui in pulpis digitorum maxime viget. Secundũ principiũ est uis appetitiua, propter quã iniunguntur renes Tertium principium est uirtus motiua, cuius principalius instrumentum sunt pedes ideo pedes iniunguntur. Et cum primum principium omnium aliorum sit uis cognoscitiua, ideo vnctio quinque sensuum seruatur ad omnibus, quasi de necessitate sacramenti. Quidã autem non seruant alias unctiones, Quidam uero seruant eas quæ sunt ad pedes, & non ad renes, sed loco renum ad pectus circa regionem cordis, quod est subiectum appetitus sensibilis. Et quanuis in uiri morbus præcipue uigeat in membris genitalibus, & in mulieribus in vmbilico (secundum illud Iob. 40. Potestas eius in lumbis eius) membra tamen genitalia non iniunguntur, proter immunditiam illarum partium, & honestatem sacramenti. A 184

In Add. 3. p. q. 32. art. 5.

Principia agẽdi quot et quæ sint.

Ve. 8

Ver. 8. *De iteratione sacramenti extremæ unctionis.*

F CVM hoc sacramentum sit quædam spiritualis curatio, quæ per corporalem significatur, & curatio corporis iteretur, sequitur quòd hoc sacramentum est iterabile, sicut, & cã morbi maxime cũ nõ habeat perpetuũ effectum, sicut sacramenta quæ cãnt charactere, quæ non iteratur. Nec obstat quòd hoc sacramẽtum dr̃ Extrema vnctio, & vltimũ remediũ, Quia illud quod quandoq; secũdũ veritatẽ nõ est extremũ, est extremũ secundũ indicium hominũ, & ideo hoc sacramentũ non debet dari nisi illis, quorũ mors est propinqua, secũdũ existimationem hominũ, & si homo euadat, & recidiuũ patiatur, alia erit infirmitas, & poterit fieri alia inunctio, In infirmitatibus vero diuturnis, sicut in ethica, podagra, & hydropisi, aut aliis, nõ debet dari, nisi sit periculũ mortis, & si homo illum articulũ euadat eadem infirmitate durãte & iterũ ad similem statum per illam infirmitatem reducatur iterum poterit inũgi, quia iam, quasi est alius status infirmitatis, quanuis nõ sit alia infirmitas simpliciter. *In addi. 3. p. q. 33. art. 1.*

191

§ 6. *De sacramento ordinis.*

A ORDINEM esse sacramentum nouæ legis ecclesia determinauit in pluribus cõcilis vniuersalibus, & ultimate in Concilio Tridẽtino. Cuius ratio est, quia sacramẽtum nil aliud est, quàm signum sensibile, adhibitum ad sanctificationẽ hominis. Sed ordo est hmõi, igitur. Ordo secundum Magistrum Sen. in 24. dist. 4. est signaculum siue signum quoddam, per quod spiritualis potestas traditur ordinato. Et quãuis sint plures ordines, quia tamen ordinantur ad vnum. s. sacramentum Eucharistiæ, quod est sacramentum sacramentorum, ideo est vnum sacramentum, quemadmodum de Eucharistia dictum est, licet sint diuersæ materiæ, & formæ. *In add. 3. p. q. 34. ar. 3. Ordinis sacramentum quid.*

192

Ver. 1. *De Materia sacramenti ordinis.*

CVM omne sacramentum consistat in rebus, & verbis, & res dicatur materia, cõsequens est sacramentum ordinis habere materiam exterius adhibitam, diuersimode tamen ab aliis sacramẽtis quia hoc quod in hoc sacramẽto cõfertur, in aliis sacramẽtis deriuatur tantum a Deo, & non a ministro, qui sacramentum dispensat. Sed illud quod in sacramento ordinis traditur. s. spiritualis potestas, deriuatur ab eo qui sacramentum dat, sicut potestas imperfecta a perfecta. Et ideo efficacia aliorum sacramentorum præcipue consistit in materia, quæ virtutem diuinam significat, & continet ex sanctificatione per ministrum adhibita. Sed efficacia huius sacramẽti principaliter residet penes eum qui sacramenta dispensat, materia, autem magis pertinet, ad determinandam potestatem, quæ traditur particulariter ab habente eam cõplete, quam ad potestatẽ causandã, quod patet ex hoc quod materia cõpetit vsui potestatis. Notandum tamen quòd non solum porrectio materiæ est de essentia sacramenti ordinis, sed etiam tactus illius ab eo qui ordinem suscipit, quòd verba forme ostendunt cũ dicitur, Accipe hoc vel illud, Materia ordinis Hostiariatus sunt claues, materia autẽ Lectoratus, liber, qui dicitur lectionarius, Materia ordinis Exorcistatus, est liber Exorcismorum, Materia Acolitatus, est candelabrum cum cæreo extincto, & vrceolis vacuis, Materia Subdiaconatus, est liber Epistolarum, Materia Diaconatus, est liber Euangeliorum, Materia uero sacerdotalis Ordinis, est calix, cum vino, & aqua, & patena, cum hostia superposita. *In addi. 3. p q. 34. ar. 5. Materia ordinum qua sit.*

Ver. 2. *De forma sacramenti ordinis.*

QVIA sacramentum ordinis principaliter consistit in potestate tradita, quæ potestas traducitur a potestate, sicut simile ex simili, & iterum potestas pẽt vsum innotescit, quia potentiæ notificantur per actus, ideo in forma sacramenti ordinis exprimitur vsus ordinis per actum qui imperatur, & exprimitur traductio potestatis per imperatiuum modum. *In addi. 3. p. q. 34. ar. 3.*

¶ Forma Hostiariatus est hæc, Accipe potestatem aperiendi Ecclesiam, & sacrarium. & claudendi infidelibus, dicitur hæc forma, porrigendo claues

¶ Forma Lectoratus, porrigendo lectionarium, est, Accipe potestatem, & esto verbi Dei relator. Si fideliter, & vtiliter impleueris officium, partem cum his qui verbum Dei ministrauerunt ab initio accipies.

¶ Forma

¶ Forma Exorcistatus, porrigendo librum Exorcismorum, est, Accipe, & commenda memoriæ, & habe potestatem imponendi manus super energumenos, siue baptizatos, siue cathecumenos. B 192

¶ Forma Acolitatus, porrigendo candelabrum cum cæreo, & urceolis, est, Accipe cæroferarium cum cæreo, & scias te ad accedenda luminaria mancipatum, in nomine domini. Accipite vrceolum, ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistiæ sanguinis Christi sacramentum.

¶ Forma Subdiaconatus, postquã amictus capiti eius impositus fuerit ab episcopo & manipulus in cracchio sinistro, & dalmarica indutus, porrigendo librũ Epistolarum, est, Accipe librum Epistolarum, & habe potestatem legendi eas in ecclesia sancta dei, tam pro viuis, quam defunctis, in nomine patris. & filii, & spiritu sancti.

¶ Forma ordinis Diaconatus. postquã episcopus dicit, Accipe Spiritum sanctum ad resistendum diabolo, & tẽtationibus eius, in nomine Domini, & postquam dedit stolam super humerũ sinistrum, porrigẽdo librum Euangeliorũ, est, Accipe potestatẽ legendi Euãgeliũ in ecclesia dei, tã pro viuis, quam defunctis in nomine domini.

¶ Forma præsbyteratus, postquam episcopus reflexit stolam ab humero sinistro in dextrum, in modum crucis, dicendo, Accipe iugum domini, Iugum enim eius suaue est, & onus eius leue, & postquam dedit vestem sacerdotalem, & consecrauit manus dicendo, Consecrare, & sanctificare digneris Domine manus istas per istam vnctionem, & nostram benedictionem, porrigẽdo calicem cum vino, & aqua, superposita patena cum hostia, est, Accipe potestatem offerendi sacrificium Deo missásq; celebrandi, in nomine domini. Deinde imponẽdo ambas manus super caput cuiuslibet dicit, Accipe spiritum sanctum, quorum remiseris peccata, remittuntur eis, & quorum retinueris, retenta sunt.

¶ In consecratione episcopi consecrator, & assistentes episcopi simul ambas manus imponunt super caput eius, dicentes, Accipe spũm sctũm, & consecrator dicit orõnẽ, Propitiare domine supplicationibus nostri, & inclinato super hunc famulum tuũ cornu gratiæ sacerdotalis benedictionis tuæ in eum infunde virtutem, per Christum dominum nostrum. Deinde inungitur primo caput chrismate cum pollice per modũ crucis, deinde tota corona, & manus, seruatis multis aliis solẽnitatibus, asperso baculo aqua benedicta porrigendo illum dicit, accipe baculum pastoralis officii, vt si corrigendis vitiis pie seuerus, iudicium sine ira tenens, in fouendis virtutibus auditorum animos demulcens, in tranquillitate seueritatis censuram non deferens, deinde porrigendo annulum aqua benedicta aspersum, dicit, accipe annulum fidei. s. signaculum, quatenus sponsam dei (sanctam videlicet ecclesiam) intemerata fide ornatus illibate custodias. Deinde tradendo librum euangeliorum clausum, dicit consecrator, accipe euangelium, & vade, prædica populo tibi commisso, potens est enim deus augere tibi gratiam suam, qui viuit, & regnat cum deo patre, in vnitate spiritus sancti, per omnia secula seculorum. Hæc omnia prædicta ex põtificali Romanæ Ecclesiæ, in quo scribuntur ritus a tempore Apostolorum & ex eorum traditione obseruati, desumpta sunt. C 192

Ver. 3. *De distinctione ordinum, & actibus eorum.*

In addi. 3. p. q. 37. CVM corpus Christi mysticum (quod est ecclesia, vt dicitur Ephe. 1) si simile corpori naturali, vt habetur. 1. Corin. 12. consequens est. quod sicut corpus naturale habet diuersa membra ordinata quæ habent diuersa officia, ita in Ecclesia sit multitudo ordinum, & officiorum a Christo (qui bene omnia fecit) introducta, & instituta propter tria Primo propter Dei sapientiã commendandam, quę in ordinata rerum distinctione maxime refulget, tam in naturalibus, quàm in spiritualibus. Vnde regina Saba videns ordinem ministrorum Salomonis & cæt. non habebat vltra spiritum præ Admiratione sapientię illius 2. Para. 9. Secundo ad subueniendum humanæ infirmitati, quæ per vnum non poterat omnia quæ ad diuina mysteria pertinebant explere, sine magno grauamine, & ideo distinguntur ordines, diuersi ad diuersa officia. Et hoc patet ex hoc quod Dominus Num. 11. dedit

Moysi 7.

D Moysi 7. senes populi in adiutorium, & Aaron ac filios eius per diuersos gradus. Et
192 quia sacerdotium Leuiticum per diuersos gradus distinctum figurabat sacerdotium Christianum siue euangelicum, & figura debeat correspondere figurato, conueniens fuit quòd in sacerdotio Christi aut nouæ legis essent plures ordines siue gradus. Tertio, vt in via proficiendi amplior omnibus detur occasio, dum plures in diuersis officiis distribuuntur, Et quia hoc sacramentum datur ad aliquos actus, ideò secūdū diuersitatem actuū oportet quòd ordines distinguãtur. Distinctio aūt ordinis nō est totius integralis in partes integrales, neque totius vniuersalis in partes subiectiuas, sed totius potentialis in partes potestatiuas, prout est distinctio siue diuisio animæ in vegetatiuam, sensitiuam, & intellectiuam, de quibus supra dictum est. Quia totū secundum completam rationem est in vno, in aliis autem est aliqua participatio ipsius. Et ita tota plenitudo sacramenti Ordinis est in uno ordine sacerdotali, sicut tota plenitudo animæ in anima rationali, quæ eminenter continet quicquid aliæ habent, & aliquid ultra. Sic sacerdotalis Ordo continet quicquid habent inferiores, & aliquid vltra. Hæc participatio significata est in hoc quod Dominus dixit, Auferam de Spiritu tuo, & tradam eis, vt sustentent tecum onus populi. Illa ablatio non fuit per essentiam, sed participationem, quia illi non habeant in tali ac tanto gradu spiritum, sicut Moyses. Et cum omnes ordines ordinentur ad vnū, sequitur quòd Ordo non est nisi vnum sacramentū. Et quamuis tota potestatis plenitudo resideat penes regē, non tamē excluduntur ministrorum potestates, nec tamē superfluie propter rationes iam datas. ¶ Et quia sacramentum Ordinis ad sacramētum Eucharistiæ (quod est sacramentum Sacramentorum) ordinatur vt D. Dionysius dicit, ideo distinctio sacramenti ordinis accipienda est secundū considerationem, & approximationem ad Eucharistiam, quia potestas ordinis aut est ad consecrationem ipsius, aut ad aliquod ministerium ordinandum ad illam. Si primum, est ordo sacerdotalis comparatio autem ministrorum uel est in ordine ad ipsum sacramentum Eucharistiæ, uel in ordine ad suscipientes. Si primum, hoc tripliciter. Primo enim est ministerium, quo minister cooperatur sacerdoti in ipso sacramento, non quantum ad consecrationem, quæ ad solum sacerdotem pertinet, sed quantum ad dispensationem. Et ad hoc est ordo diaconatus, ad quem pertinet immediate ministrare sacerdotibus in omnibus quæ aguntur in sacramentis. Vnde & sanguinem Christi, quem tamen non tangit, defert in pixide, & ministrat Secundo est ministeriū ordinarū ad materiam Eucharistiæ præparandam in sacris vasibus ipsius sacramenti, & ad hoc ponitur Subdiaconatus Ideo subdiaconi vasa domini portant, & oblationes in altari ponunt. Et ideo cum ordinantur, accipiunt calicē de manu episcopi, sed vacuum. Ex præmissis apparet quod potestas diaconi media est inter potestatem subdiaconi & sacerdotis Sacerdos enim habet potestatem supra corpus Christi verum, Subdiaconus super vasa tantum, Diaconus autem supra corpus Christi in vase contentum. Ideo portat pixidem, & dispensat sanguinem. Tertium mysterium ordinatur

Num. 11.

Distinctio ordinū unde sumitur

E
192 ad præsentandum materiam sacramenti, & ad hoc est Acolitatus, ad quem pertinet præparare in vrceolis aquam cum vino. Ministerium uero in ordine ad præparationem recipientium non potest nisi super immundos, nam qui mundi sunt, iam sunt ad percipienda sacramenta idonei. Triplex est aūt immundorum genus, secundum D. Dion. Quidam sunt omnino infideles, & hi totaliter a visione diuinorū & cœtu fidelium arcendi sunt. & ad hoc ponitur hostiariatus Quidam aūt sunt volentes credere, sed nondum instructi, ut sunt cathecumini. Et ad huiusmodi instructionem est ordo Lectoratus, ad quem pertinet prima fidei rudimenta docere quidam vero sunt fideles & instructi, sed impedimentum habentes & dæmonum potestate. vt Energumeni. & ad hoc ministerium est ordo. Exorcistarum. ¶ Hi septē ordines diuiduntur in sacros, & non sacros. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd ordo dicitur sacer dupliciter, vno modo per se, & sic quilibet ordo est sacer, cum sit sacramentum quoddam. Alio modo ratione materiæ, circa quam habet actuum. Et sic aliquis ordo dicitur sacer, qui habet aliquem actum circa aliquam rem consecratam.

Officia quatuor minorū ordinū.

Ordo sacer quid.

Oo & sic-

& sic sunt tres ordines sacri. s Sacerdotalis, qui habet actum consecrandi panem, & vinum,&c. Diaconatus,qui habet actum circa corpus & sanguiné Christi in vase, & Subdiaconatus, qui habet potestatem super vasa sacra & corporalia. Ideo istis tribus ordinibus continentia indicitur,ut mundi & sancti sint qui sancta tractãt,his etiam iniungitur sub pręcepto,diuinum officium siue septem horæ canonicæ, in c. dolentes,extra de celebratione missarum. Ordinatis autem aliis quatuor ordinibus non iniunguntur septem horę canonicæ, nec eis indicitur continentia,ideo non impediunt matrimonium contrahendum, sicut tres sacri, qui etiam diriniunt contractum, vt infra dicetur. ¶ Clericatus autem,ad quem pertinet diuinas laudes dicere, & ad quem non requiritur aliqua specialis potestas,sed solum deputatur ad tale officium,quod fit per tonsuram siue coronam,ideo non est ordo, sed dispositio & præambulum ad ordines. Et licet clericus sit in altiori statu quam laicus,non tamen habet amplioris potestatis gradum. Sed quia deputatur ad diuinum cultum, oportet quòd deputatio fiat per episcopum ad quem pertinet confirmare & ordines conferre,vasa,& templa consecrare.cœmiteria & vestes benedicere, ac omnia quæ ordinãtur ad diuinum cultum,applicare. Nec tamen per talem deputationem quæ fit in clericatu,clerici patrimonio bonisq; temporalibus priuantur, quia terrenorũ possessio non contrariatur diuino cultui,ad quem clerici deputantur, licet nimia solicitudo eis prohibeatur, Quia(vt D. Gregor.ait) affectus in crimine est Et quamuis Hugo de S. Victore dicat quòd postquam aliquis est factus clericus, ad sacros ordines promotus,episcopus qui eum promouit absque patrimonio, debet illi prouidere de victu aut beneficiò. Ipsi tamen ex ordine suscepto, tenentur ecclesię ministrare.

Ordinati in sacris ad quid teneãtur. *Clericatus nõ est ordo.* *In addi 3. p.q. 40. artic. 5: An episcopatus sit ordo.*

F 192

¶ Ad sciendum autem an Episcopatus sit ordo, notandum est quod ordo dupliciter accipitur, Vno modo vt est sacramentum,& sic(vt dictum est)omnes ordines ad sacramentum Eucharistiæ ordinantur, & hoc modo accipiendo episcopatus non est ordo distinctus a sacerdotio,quia Episcopus nullam potestatem habet supra corpus Christi verum,quam non habeat sacerdos, Alio modo potest considerari ordo,secũdum quod est officium quoddam, respectu quarundam actionum sacrarum. Et sic cum episcopus habeat potestatem in omnibus actibus hierarchicis, respectu corporis mystici,quam non habet sacerdos,sequitur quòd Episcopatus est ordo, Quia ordo est disparitas gradus in spiritualibus dispensandis Vnde D. Diony. assignat tres ordines s. episcopum, sacerdotem & ministrum intelligendo per ministrum,diaconum & inferiores ordines,qui eminenter sunt in diacono.

In li. Eccl. Hierar.

Ver. 4. *De Institutione Sacramenti Ordinis.*

SACRAMENTVM Ordinis fuit immediate a Christo institutum,quemadmodum & cætera sacramenta, prout definitum fuit in Synodo Tridentina,de quadictum est. Fuit etiam determinatum in quarto cõcilio Carthaginensi, in quo omnes gradus ordinis, & modus, quo ordinatio facienda est,discernuntur, habetur ét in nouem canonibus Apostolorũ. Et quamuis Euangelistæ non faciant de omnibus ordinibus mentionẽ,quia teste D. Dion. Christus voluit formas sacramentorum esse occultas,ne venirent in irrisionẽ infideliũ,eas tamẽ docuit & ante & post resurrectionem,maxime per dies 40. Apparens eis & loquens de regno Dei,hoc est de regimine ecclesiæ, Legimus etiã in Euangelhis Christum quodã modo vsum fuisse actibus omnium ordinum. & tunc(vt verisimile est)ordinem instituit,& potestatem vtendi & conferẽdi Apostolis dedit Quoad ordinẽ hostiariatus,habetur quòd fecit quasi flagellum de funiculis,& eiecit ementes & vendentes, boues quoque & oues prophanantes tẽplũ. Et Ioan. 10. dixit,Ego sum ostium,per me si quis introierit, &c. Officio lectoratus vsus est, cum aperuit librũ Esaiæ, & cõpleta lectione prophetiæ, clausit & dedit ministro. Officio Exorcistæ vsus est quando tetigit aures surdi & muti,dicens,Ephpheta,quod est adaperire dedit Apostolis potestatem spirituum immundorũ,ut eiicerent eos Officiũ vero Acolitatus in se esse protestatus est dicens; Ego sum lux mundi,qui sequitur me,non ambulat in tenebris. Officio Subdiaconatus vsus est in cœna, quando præparauit materiam sacramenti, ac etiam officio

c.16.ver. 14. A 192

Christus quodam modo omnium ordinum officiis usus ẽ. *Ioan.2.* *Luc. 4.*

Diacu-

Diaconi, cum ministrauit & ministrari fecit sanguinem. ¶ Officium autem Sacerdotale, quantum ad primum actum exercuit, cum panem & uinum consecrauit, & instituit cum dixit, Hoc facite in meam commemorationem, hoc est, quod me uidistis facere scilicet consecrare, &c. tacite, Mat 26. & ioã. 13. Exemplum dedi vobis vt quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Quoad secundum vero actum ordinis sacerdotalis, post resurrectionem, cum dixit, Ioan 20. Accipite Spiritum sanctũ, quorum remiseritis peccata, &c Potestatem verò Episcopalem instituit, cum dixit Petro Pasce oues meas, nam promiserat, Mat. 16. Tibi dabo claues regni cœlorum, per quas quæcunque ligauerit super terram, &c. Sed realis datio & exhibitio fuit, cum dixit, Pasce oues meas. Cũ enim character episcopalis & sacerdotalis sit eiusdẽ speciei, differẽter tamen, quia in episcopo est extensior & character episcopalis præsupponit sacerdotalem, ideo per illa verba de futuro. Mat. 16. non fecit eum episcopum, neque Apostolos, per illa verba Matt. 18. Quæcunque ligaueritis super terram ligata erunt & in cœlis, quæ verba debent intelligi promissiue, fundata. scilicet Ecclesia Sed primo fecit eos sacerdotes in cœna, quantum ad primũ actũ, qui cõsistit in consecratione, cũ dixit, Hoc facite, quoad secundum vero actum, qui consistit in absolutionem, cũ dixit, Ioan. 20. Quorum remiseritis, &c. Deinde fecit Petrum Episcopum Episcoporum, cum dixit Ioan. 21. Simon Ioannis diligis me plus his? Pasce agnos, & Pasce oues. Postremo in die ascensionis fecit alios episcopos, sub ditione tamen Petri, cui commiserat oues, cum dixit, Euntes in mundum vniuersum, docete omnes gentes, &c. Principalis enim actus episcopi est docere, ideo dixerunt, Act 6. Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis Et licet Christus non fuerit vsus vnctionibus, & aliis solennitatibus, eo quod haberet potestatem excellentiæ docuit tamen Apostolos illis signis sensibilibus uti. Ideo vsi sunt & per exemplum & traditiones suas, modum & formam vtendi successoribus reliquerunt. Et quamuis Apostolus de tribus tantum ordinibus fecerit mentionem. s. de Episcopo, Presbytero, & Diacono, non tamen ex hoc sequitur quod Christus illos solos ordines instituerit. Tunc enim propter defectum & paucitatẽ ministrorũ omnia inferiora ministeria diaconibus committebantur, ut patet ex D. Dion. 3. ca. Ecclesiast. Hierar. vbi dicit, Ministrorũ alii stãt ad portas tẽpli clausas, aliud alii proprii ordinis operantur, alii aũt sacerdotibus proponunt super altare sacrum, quod pertinet ad subdiaconũ. Sed postmodum ampliatus est cultus diuinus, & ecclesia quod implicite habebat in uno, explicite tradidit diuersis. Vnde D. Ignatius D. Ioannis discipulus, in epistola ad Ecclesiam Antiochenam dicit, Saluto Subdiaconos, saluto Lectores, Cantores, Hostiarios laborantes, & Exorcistas.

Mat. 7. Mat. 10. Ioan. 8. In Add. 3. p. q. 37. ar 5. ad 2.

Apostoli prius sacerdotes quam episcopi.

Mat. ult.

C 193

In Add. 3. p. q. 37. ar. 2. ad. 2.

Ver. 5. *De primatu Petri.*

CVM Christus ordinum diuersitatem in Ecclesia statuerit secundum diuersos potestatis gradus quos eis tribuit, non sũt audiẽdi hæretici, qui omnes Christianos parificant, & eandem potestatem habere dicunt, nullam distinctionem inter episcopum & sacerdotem facientes, vt Aerius hæreticus, qui ambiens episcopatum, nec valens obtinere, hunc errorẽ primus inuenit. sed ut repullularet curarunt Valdeñ. & hæretici neoterici, qui etiam non erubuerunt D. Petri primatum tollere uelle, & illũ aliis episcopis & presbyteris æquare Hi omnes in pluribus generalibus Conciliis fuerunt condemnati, maxime in Concilio Constantinopolitano, his uerbis, Veneramur, secundum scripturas & secũdum canonum statuta, sanctissimum antiquæ Romæ episcopum primum esse & maximum episcoporum, & post ipsum Constantinopolitanũ episcopũ. Et D. Cyrillus episcopus Alexãdrinus dicit, Vt mẽbra maneamus in capite nostro Apostolico Romano põtifice, a quo nrm est quærere quid credere, & quid tenere debeamus, ipsum veneramur. ipsum rogantes præ omnibus quoniam ipsius solius est reprehendere, statuere, soluere, & ligare, loco, illius qui ipsum edificauit. Et nulli alii quod suũ est plenum, sed ipsi dedit, cui omnes iure diuino caput inclinant & primates mundi tanquam ipsi Dño Iesu Christo, obediunt. Id. n. expresse habemus in euãgelio. Nam soli Petro & successoribus promisit Christus

In add. 3. p. q. 4. arti. 6.

D 193

 stus

stus claues regni cœlorum, hoc est ecclesiæ militantis primatum, dicens, Tu es Petrus, non Ioannes, non Andreas, & super hanc petram ædificabo (loquitur de futuro) ecclesiam meam, &c. Et tibi dabo, &c. Nec per uerba sequentia (quæ debent intelligi secundum præcedentia) dedit aliquam potestatē Petro aut aliis, sed solum promisit, & declarauit uirtutem clauium quas daturus erat Petro. Nec ē: per illud quod habetur Mat 18 Quod patet ex hoc quod prædixerat, Dic ecclesiæ. Si ecclesiā non audierit, &c. intelligebat cum ecclesia secūdum exteriorem gubernationem esset fundata. Quod non fuit ante quā Christus diceret Petro, Pasce oues meas. vbi cōparans eū aliis, dixit, Simō Ioannis diligis me plus his? dixit ei Etiam Domine, tu scis quia amo te dixit ei iterum, & postquam respondit ait illi, Pasce agnos meos per agnos imperfectos, & postquam interrogasset eum tertio, dixit, Pasce oues meas, per oues intelligens perfectos, prout erant inter cæteros Apostoli. Et sicut soli Petro & successoribus ded t illas commitendo pasturā & gubernationem nō solum agnorum, sed etiam ouium. Ideo qui non est subiectus Petro, non est de o uili Christi. Huic argumento nec sufficienter nec apparenter respondere possunt hæretici quin ex hoc loco habeatur solum Petrum constitutum esse pastorem omnium etiam ipsorum Apostolorum, cū fuerint oues Christi. Et licet D. Petrus esset ouis Christi, fuit tamē cōstitutus pastor omnium aliarum ouium, & ei nō fuit deputatus aliis particularis pastor. Hoc ipse Petrus declarauit in primo Concil. Act. 15. vbi dicitur quod conuenerunt Apostoli & seniores ad Petrū videre de obseruatione circuncisionis, & aliorum legalium Cumque magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos, Viri fratres, vos scitis quoad ab antiquis diebus Deus in nobis (hoc est inter nos,) elegit per os meum gentes audire verbū euangelii, & credere. Ibi clare explicauit & affirmauit, ad se resolutionem & fidei decisionem pertinere, quā ēt dedit præsente apostolo Paulo, qui dixerat. Galat. 2. Mihi. n. qui uidebantur aliquid esse, nihil contulerunt, Sed contra cum uidissent quod creditū esset mihi euangeliū E 193
prępūtii, sicut, & Petro circuncisionis qui. n. operatus est Petro in apostolatum circūcisionis, operatus est mihi inter gentes Et nihilominus cū Petrus dixisset Deū elegisse Gētes audite uerbū euangelii per os Petri, & credere nō est ausus Paulus se illi æquare, nec cū reprehēdere, prout fecit in illa simulatione Antiochena. Quod utique fecisset, si Petrus uerū non dixisset, nec ambulasset secundū veritatē euangelii. Sed ipse cum tota multitudine recognouit Petrū pastorē & superiorem omniū, dicitur enim in textu, Tacuit multitudo, audita resolutione Petri dicentis, Quid tentatis imponere iugum super ceruices discipulorum, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus? quam resolutionem D. Iac. de Petri licentia & authoritate, recitando dicta D. Petri publicauit, eo quod Episcopus Hierosolymitanus esset. Et sic apparet quod D. Petro data est primò potestatis plenitudo, per petrum ad alios deriuanda, & ab eo dirigenda, tutanda, & confirmanda vnde Luc. 22. Et tu aliquādo con uersus, confirma fratres tuos, hoc est Apostolos, quoad potestatem & directionem ac soliditatem fidei. ¶ Ratione etiā naturali ac manifesta conuinci pōt Christū vnū super omnes dimisisse pastorem, Quia quum Christus sit sapientia patris, necesse est dicere ipsum perfectiorem instituisse politiam in Ecclesia sua, quam fuerit aliqua politia humana. Sed euidenter constat politiam regalem, in qua præsidet vnus, esse omnibus aliis perfectiorem ut probat Philosophus. 12. Metha. Et ideo illi qui primatum Petri negant, sunt schismatici & heretici, negant enim vnitatem quam Christus tantum commendauit & pro ea orauit, Manifestum est etiam quod inter Episcopū & papam sunt alii gradus dignitatum, correspondentes gradibus vnionis diocœsum, prouinciarum, & regnorum, secundum quos vna cōgregatio vel communitas includit aliam, & communitas totius mundi includit communitatem omnium regnorum, & sic sunt archiepiscopi, primates, patriarchæ. Nec obstat quod in sacerdotio Leuitico erat tantum unus pontifex, hoc est sacerdotum princeps, scilicet Aaron, Quia titus Iudæorum non erat diffusus in diuersis regnis, sed F
in vna gente, tantum. Et ideo non oportebat quòd sub eo qui habebat potestatem 193
prin-

Soli Petro Christus primatum dedit.

Petro non fuit deputatus particularis pastor

Potestatis plenitudo a Petro deriuatur in singulares personas.

principalem, alii pontifices distinguerentur. ¶ Ad ampliorem tamen notitiam & argumentorum solutionem, notandum est primo, quod inter sacerdotem & episcopum (quantum ad actum principalem, qui est consecrare corpus Christi verum) nõ est differentia, Quia potestas sacerdotalis, quantum ad consecrationem non dependet ab aliqua alia superiori potestate, nisi diuina. Sed quantum ad secundum actum, qui est pręparare populum ad susceptionem sacramenti eucharistiæ, per absolutionem & remissionem peccatorum, potestas sacerdotalis pendet ab aliqua superiori potestate, scilicet humana. Omnis enim potestas, quæ non potest exire in actum, nisi præsuppositis quibusdam ordinationibus, pendet ab alia potestate, quæ illas ordinationes facit. Sacerdotes autem (vt supra dictum est) non potest soluere vel ligare, nisi præsupposita iurisdictione, qua subdantur ei illi quos absoluit, quum peccator subditui sit materia sacramenti poenitentiæ. Hæc autem subiectio & iurisdictio est ex dispositione humana, igitur, &c. Potest tamen consecrare quamlibet materiam a Christo determinatam, nec requiritur alia iurisdictio vel licentia, quo ad necessitatem sacramenti, quanuis ex congruitate requiratur consecratio altaris, & benedictio vestium. Et ideo resolutorie loquendo potestas ordinis est æqualis in sacerdore, & episcopo & non potestas iurisdictionis, per quam habet episcopus supra præsbyterũ, ꝙ possit excõicare, absoluere, suspẽdere, interdicere, conferre sacramentum confirmationis & ordinis, chrysma, tẽpla, vasa consecrare, vestes benedicere, & alia hmõi, quę tangũt corpus Christi mysticum, Secundo notãdũ est ꝙ potestas sacerdotalis exceditur a potestate episcopi, quasi a potestate alterius generis. s. potestate iurisdictionis. Sed potestas episcopi exceditur a potestate archiepiscopi & aliorum superiorum, ac etiã papæ, quasi a potestate eiusdem generis, Quia omnes habẽt iurisdictionem & potestatem supra corpus Christi mysticũ. Ideo omnem actum hierarchicum siue potestatiuum, quum põt facere papa in administratione sacramentorũ confirmationis & ordinis, potest facere episcopus, nõ aũt simplex sacerdos. Et ideo quantum ad ea quæ sunt episcopalis ordinis, omnes episcopi sunt æquales. Et propter hoc vnus alium pot est consecrare. Sed non sunt æquales in potestate iurisdictionis, secundum quam quicquid potest inferior, põt superior, sed non econuerso. Nec propter hoc Ecclesia potest dici monstruosa, tanquã habens plura capita, quia sunt subordinata. ¶ Ex pręmissis apparet falsum esse fundamentum hæreticorum, qui dicunt nullam Christum potestatem dedisse Petro, quam nõ dederit aliis Apostolis. Quia nulli aliorum dictum est, quòd diximus supra de pastura agnorum & ouium, aut confirmatione fratrum. Et si allegentur authoritates sanctorum dicentiũ, quòd dedit Petro in persona Ecclesiæ, dicendum quòd dedit Petro tanquam capitis Ecclesiæ, & successoribus suis. sicut Moysi tãquam capiti synagogæ, & successoribus suis, vt expresse Christus dixit, Mat. 23. Super cathedram Moysi sederũt scribæ & Pharisæi, Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, seruate & facite, eo. s quòd habeant potestatem Moysi, cum sedeãt in cathedra eius, hoc est, cũm sint eius successores. Et cũ D. Ambro. super illud, Pasce oues meas, dicit, Quas oues? & quem gregẽ? non solũ tunc suscepit Petrus claues, sed & nobiscum suscepit, & nos cum illo eas suscepimus, debet intelligi quòd Christus non dedit claues soli Petro, pro persona sua, sed etiam pro successoribus suis, & pro illis quos ipse vel alii episcopi ordinarent, aut consecrarent alias politia Christi fuisset manca & imperfectior humana. ¶ Nec obstat quod dicitur ut Act. 8. Cũ audisset Apostoli qui erãt Hierosolymis, quòd recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem, Quia illa missio non fuit præceptiua, sed consultiua. Nec obstat pariter quòd successor Petri, frater est & peccare potest, ideo corrigendus, iuxta illud, Si peccauerit in te, &c. Tandem sequitur. Dic Ecclesiæ, Quòd si ecclesiam non audierit, sit sibi sicut Ethnicus & publicanus. Ex quo sequitur quòd papa subiicitur correctionis Ecclesiæ, & potest per eam puniri, maxime ubi abuteretur potestate, & totam Ecclesiam scandalizaret Vnde & D. Pau. in faciem restitit Petro, Gal. 2. cum non sit data potesta in destructionem, sed ædificationem, vt dicitur. 2. Cor. 10. iuxta illud Hie. 24. Aedificabo eos

Sacerdos & episcopus in potestate consecrãdi sunt æquales.

Episcopi in quibus excedunt sacerdotem.

A 194

Omnes episcopi in quo sint æquales.

Mat. 18.

Ver. 7. *De Suscipientibus Sacramentum Ordinis.*

SOLI viri sunt capaces sacraméti ordinis,& non mulieris, A deo quod si episcopus attentet ordinare mulierum in sacerdotem,nil faciet,nec ipsa reciperet characterem secerdotalem,nec alterius ordinis, Quia est contrà statum ei à Dño inditum,vt probatum fuit cum de ministro sacramenti Eucharistiæ ageretur. *In Add 3. p.q. 36. ar. 1. q. 39. ar. 1. c. 16. § 3. ner. 2.*

¶Ordinis sacramentum suscipientes debent esse in gratia, non ex necessitate sacramenti, sed ex necessitate precepti, Quia si mali præsumant suscipere, peccant mortaliter licet suscipiant sacramentum. Peccant etiam existentes in peccato mortali,quodcunque sacramentum ministrare præsumentes, quia homo sancta sancte perpetractare debet, Scriptũ est enim. Sancti estote,quoniam ego sanctus sum. Et *Leuit. 19.* quamuis degradatus aut quicunque peccator in necessitate baptizans non peccet, peccat tamen et in necessitate ministrans, siue exercens ea quæ pertinent ad sacramentum ordinis, Quia non potest esse talis articulus necessitatis in ordine exercendo,sicut in baptismo administrando D. Hier. non solum episcopi & presbyteri debent magnopere prouidere,vt cunctum populum cui præsident,sermone & conuersatione præcedant,sed etiam inferiores gradus, & omnes qui diuino oraculo deseruiunt. Quamuis peccatores corporales obsequium Christo in membris eius ministrare possint,& eleemosynam facere, non tamen spirituale,ad sacramanra pert.- nens.vnde D. Dion. Immundis(hoc est peccatoribus)nec symbola(hoc est sacram'e talia signa) phas est tangere. ¶Debent etiam suscipientes hoc sacramentum, habere sufficientem scientiam, secundum conditionem ordinis quem suscipiunt, & præcipue sacerdotes Religiosi tamen qui solum admittuntur ad primum actum. s.consecrationis,& non ad secundum.s curam animarum, tenẽtur habere tantũ scientiæ, quantum requiritur ad ritè & recte perficiendum & celebrandum sacramentum Eu- *1. c. Eccl. hierar.* *Scientia in ordinandis requisita.*

B charistiæ Seculares verò qui ad sacerdotium & ad curam animarum promouen-

194 tur,siue supra corpus Christi mysticum,debent habere maiorem scientiam,quia ex talium ore populus legem Dei requirit, vt dicitur Malac. 2. Non requiritur tamen quod sciat omnes difficiles quæstiones, quia in his debet ad superiores recursus haberi. Ad episcopos verò pertinet, vt etiam quæ in lege difficultatem facere possunt sciant,& tanto magis, quantò in maiori gradu collocantur. vnde. 1. Petri. 3. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem de ea quæ in vobis est spe, cum modestia & timore,conscientiam habentes bonam. Ex hoc sequitur quod peccant episcopi indignos & insufficientes absque diligenti examinatione & sufficienti probatione ordinantes, & ad regimen animarum admittentes. Ideo ad Titum. 5. Nemini citò manus imposueris. Et quamuis non semper inueniantur idonei ministri,nihilominus(tamen vt D. clemens dicit) Melius est paucos ministros habere bonos quam multos malos & insufficientes. Nec propter temporalia commoda indigni & insufficientes sunt promouẽdi. Nec sequitur aliquem fore perplexum, vt peccandi necessitatem habeat, Quia põt peccatum dimittere, vel officio aut beneficio renũciare. ¶Requiritur etiam in omnibus ordinibus de necessitate præcepti (quamuis non sacramenti) vsus rationis. licet in minoribus, si necessitas adsit, & spes profectus ante annos pubertatis,hoc est. 14. sed non ante septennium, etiam si sint in vsu rationis,possunt ordinari,sed non in maioribus Subdiaconatus requirit. 18. annum, Diaconatus. 20 Presbyteratus. 25. Episcopatus. 30. vt habetur in ti. de ętate et qualitate ordinandorum, extra per totum titulum,& in clemen. 1. & c. cum in cunctis. extra de electione. nec potest episcopus super ætate dispensare. Dicunt tamẽ aliqui quod sufficit attingere vltimũ annũ,quia in his, annus inceptus habetur pro completo,licet non in testamẽtis, vt l. qua ætate. ff. de testamẽtis. Seruitus etiam impedit, quia nullus potest dare quod suum non est. Si tñ ordinetur seruus,ordinem quidẽ suscipit, sed peccat ordinans, ac etiam ipse, nec absque consensu domini potest ministrare. Si autem dominus eius consentit ordinationi, efficitur liber. Nec est simile de muliere, quia eius subiecto est naturalis,& non seruitus. Homicidæ verò quia sunt irregulares, non sunt ordinandi, etiam si sint homicidæ sine culpa. *Contra pluralitatem sacerdotum* *De tempore ordinandorum.*

Si tamen ordinantur, suscipunt. Idem dicendum est de illegitime natis de quibus F
Deu.23. Nō ingredietur manser(hoc est illegitime natus) ecclesiā Dei vsq; ad quar 194
tam generationē. Idem ēt dicendū est mutilatis, ac etiam bigamis, circa quos nec
papa consueuit dispensare, quia. 1. Tim 3 Oportet episcopum esse vnius vxoris virum. & si esset bigamus, esset falsa significatio, propter quod aliqui dicunt quod dispensatus a papa, nō est tutus in conscientia, sed de his alias.

In addi. 3. q. q. 35. *Ver. 8.* *De Effectibus Sacramenti ordinis:*

PRIMVS EFFECTVS sacramenti Ordinis, est gratia sacramentalis, per quam datur facultas congrue & debitè exequendi officium in ordine ad communitatem, & pellendam ignorantiam in plebe, nisi sit obex ex parte recipiētis. Effectus huius gratiæ sacramentalis vltra gratiam gratum facientem, est in intellectu, qui per eam fortificatur & dirigitur ad debite exercendum officiū ordinis: Secundus effectus est character, qui imprimitur in quolibet ordine, qui est dispositio ad prædictam gratiā sacramentalem, & præsupponit characterē sacramentalem sine quo(etiam si sacramentum ordinis conferatur) non accipitur, cū baptismus sit ianua sacramentorum. Non tamē præsupponit de necessitate sacramenti characterem confirmationis, quia Apostoli acceperunt sacerdotium ante confirmationem. Congruum tamen est quod prius confirmētur, quam ordinentur. Non est etiam de necessitate superiorum ordinum, quod aliquis, inferiores ordines prius susceperit, quia potestates sunt distinctæ, vt patet ex actibus. Et vna(quātū est de ratione sui) non prærequirit aliam in eodem subiecto, excepta potestate episcopatus, qui non A
habet alium characterem a sacerdotali. Ideo in primitiua Ecclesia aliqui ordina- 195
bantur in presbyteros, qui non habebant inferiores ordines, & tñ poterant omnia quæ inferiores ordines possūnt. Quia inferior potestas virtute comprehenditur in superiori, vt sensus in intellectu, & potestas ducis est in rege. Postea tamen determinatū est quod ad maiores ordines non se ingerant, qui in minoribus officiis non se humiliauerunt, vt habetur in c. solicitudo. 25. dist. Et inde est quod qui ordinantur per saltū, secundū canones non reordinātur, sed quod omissū fuerat, pœnitentia imposita suppletur, vt habetur in c. vnico, extra de clerico per saltum promoto. Et quia tonsura est signum regni, & perfectionis(quia est figuræ circularis, quæ est perfectissima, vnde reges coronātur) Ideo cū seruire Deo regnare, fit secundū D. Grego. congruū est quòd ordinandi prius tonsurentur, siue clericatum (qui non est ordo, sed dispositio ad ordines) recipiant non tamen est de necessitate sacramenti, sed ex ordinatione Ecclesiæ.

Tonsura sine clericatus non est ordo.

Ver. 9. *De Clauibus Ecclesiæ.*

In addi. 3. q. q. 17. art. 1. NECESSARIVM est dicere ecclesiā habere claues, cū Dominus noster Iesus Christus, filius Dei, & verus Deus, fidelis in promissis, illas D. Petro promiserit Mat. 16. Tibi dabo claues regni cœlorum. Non est tamē intelligendum, quòd dederit claues materiales, sed metaphoricas & similitudinarias. Accipit enim claues pro potestate auferendi, vel ponendi impedimentum ingressus regni cœlorum, quemadmodum per clauem ponitur, vel remouetur impedimētū ingressus domus. Et quia regnū cœlorū clauditur homini per peccatū, ideo potestas, qua tale obstaculum remouetur, dr̄ clauis regni cœlorum, Quia remouendo tale obstaculū, aperit, & nō remouendo, claudit, Sicut Deus dicitur indurare, non quidem impartiendo malitiam, sed non conferendo gratiam. Et cum per hanc potestatem conferatur gratia, per quam aperitur infernus, quando quis educitur de peccato, quod dicitur inferni porta, & clauditur, cum homo per gratiam disponitur, vt in peccatum vlterà non labatur, ideo talis potestas potest dici clauis inferni, vel quia aperiendo paradisum clauditur infernus, & claudēdo paradisum, aperitur infernus. Iedo Apo. 1: Ego habeo claues mortis & inferni. & Apoc. 9. dicitur clauis putei. & 10 dicitur clauis abyssi. Sed quia vnūquodq; denominatur a digniori, ideo potius dicuntur claues B
regni cœlorum, quam inferni. Et quamuis ostium cœli (quantū est de se) semper sit 197
apertum,

Clauis quo claudat paradisum.

apertum, tamen dicitur clausum alicui, propter impedimentum intrandi. Impedimentum autem toti naturæ humanæ positum est per peccatum primi parentis, & per Christi passionem fuit amotum. Ideo Apoc. 4. Vidi in cœlo ostium apertum, quod est Christus, qui de seipso dicebat. Ioa. 10. Ego sũ ostiũ. Sed quia adhuc quotidie manet clausum propter peccatũ originale contractum, vel actuale cõmissum, indigemus sacramenti & clauibus Ecclesiæ. Nec obstat quod Apoc. 3. dicitur de Christo, quod aperit, & nemo claudit, quia hoc intelligẽdum est de apertione lymbi sanctorum patrum, ne quis vltra in illum descendat. cum autem hæc potestas remouendi peccatum, & conferendi gratiam authoritatiue, pertineat ad sanctissimam Trinitatem, ideo dicitur quod solus Deus, qui est trinus & unus, habet clauem authoritatis, Sed in Christo homine, siue secundum humanam naturam, fuit potestas remouendi prædictum obstaculum, per meritũ suæ sacratissimæ passionis, quod dicitur aperire ianuam cœli, ideo Christus dicitur habere claues excellentiæ. Et quia ex latere Christi dormientis in cruce, fluxerunt sacramenta, ex quibus (ut dictum est) ædificata est ecclesia, ideo in sacramentis ecclesiæ, efficacia passionis Christi manet. Et propter hoc ministri ecclesiæ, qui sunt dispensatores sacramentorum, dicuntur habere claues ministeriales, ad prædictum impedimentum remouendum. Et sic triplex est clauis, scilicet authoritatis, excellentiæ, & ministerii. Clauis igitur (prout accipitur in sacris literis) est potestas ligandi atque soluendi, qua ecclesiasticus iudex dignos potest & debet recipere, & eis aperire, & indignos excludere sic ue claudere, uel non soluere. Notandum tamen quod cum in foro conscientiæ causa *Clauis triplex. Clauis ecclesiastica quid.*

C

195 sã agatur inter hominẽ & deum, & in foro exterioris iudicii agatur causa hominis ad hominẽ, sequitur quod absolutio uel ligatio, quę vnũ hominẽ ligat uel absoluit, quoad deum, tantum pertinet ad forum pœnitentiæ. Sed illa quę hominem ligat, in comparatione ad alios homines, pertinet ad forum publicum exterioris iudicii, vt excommunicatio, qua homo a consortio hominũ separatur, quæ non est proprie & directe actus clauis, sed magis actus exterioris iudicii, quod promulgatur, Verum quia sentẽtia excommunicationis aliquo modo pertinet ad aditum regni, secundum quod Ecclesia militans est via ad triumphantem, ideo talis potestas, qua homo excommunicare potest, secundum quosdã dicitur Clauis, Sed proprie clauis est in foro pœnitentiæ, quæ a magistro dicitur potestas ligandi atque soluendi. &c.

¶ Clauis diuiditur primo in clauem communiter dictam quam alii uocant clauem iurisdictionis, de qua inferius, & clauem proprie dictam, quam vocant clauem ordinis, quæ subdiuiditur in clauẽ scientiæ & potentiæ, ut infra dicetur. Et hæc clauis ordinis quoad essentiam, nil aliud est, quam character sacerdotalis, quantum ad secundum actum, scilicet absoluendi vel retinendi. Quia quoad primum, qui est potestas consecrandi, secundum diuum Thomam clauibus, non connumeratur, licet (vt dictum est) quantum ad essentia sit vna & eadem potestas, & idem character. Quia potestas, quæ dicitur clauis, est ad diuersos actus eiusdem generis. Potestas vero consecrandi se extendit ad unum tãtũ actum. Nec etiam potestas consecrandi (quantum est de se) ordinatur ad tollẽdum impedimentum regni cœlorum, sicut potestas soluendi & ligandi, quæ habet plures actus, ideo secundum illos, dicitur diuidi in clauem scientiæ, & clauem potentiæ siue potestatis, Quia in omni actu qui requirit idoneitatem ex parte recipientis, duo sunt necessaria illi qui debet actum illum exercere, scilicet iudicium de idoneitate recipientis, & expletio actus, scilicet solutio uel ligatio, Sicut in actu iustitiæ distributiuæ, per quã redditur alicui id quo dignus est, opus est primo iudicio, per quod discernitur an iste sit dignus, Secundo ipsa redditio siue distributio. Sic ad sacerdotem pertinet primo iudicium an iste sit dignus absolui, Secundo ipsa absolutio. Et ad vtrunque istorum potestas, siue authoritas quædam exigitur. Potestas discernendi siue iudicandi dicitur Clauis scientiæ, *Clauis diuiditur in clauem iurisdictionis & ordinis. Clauis ordinis quid.*

D Et authoritas siue potestas ligandi, & soluendi, dicitur Clauis Potestatis.

195 ¶ Non est tamen arbitrandum quod habitus uel actus scientiæ acquisitus uel infusus, relatus in ordine ad aliam clauem potentiæ, sit clauis scientiæ, sicut quidam

dicere

dicere voluerunt, Quia multi sacerdotes carent huiusmodi habitibus, & tamen habent claues. Nec est etiam asserendum quòd quædam industria naturalis, qua vtuntur ad absoluendum sacerdotes illiterati, dicatur clauiola, quæ per ordinem acceptum fiat clauis, quæ prius non erat, vt uidetur dicere Magister Sententiarum, qui in hoc non est sequendus, eo quòd hæc non videtur concordare uerbis Euangelii, quæ D. Petro claues promittunt. Sed clauis scientiæ est authoritas exercendi actū scientię, quæ authoritas quandoque est sine scientia, & quandoque scientia est sine authoritate. sicut patet in iudiciis secularibus aliquis enim iudex secularis habet authoritatem iudicandi, & tamen non habet iuris prudentiam. Et econuerso aliquis habet iuris prudentiam, qui non habet authoritatē iudicandi. Et quia actus iudicii, ad quod quis ex authoritate suscepta ordinatur, sine vtroque bene fieri non potest, ideo authoritas iudicandi, quę est clauis siue scientia, absque peccato accipi non potest. Ideo peccant ignorantes, se ad tale munus sacerdotiis offerentes. Sed scientia prærequiritur absque peccato, etiam suscepto ordine acquiri potest. Cū autem clauis (vt dictum est) sit essentialiter character sacerdotalis, sequitur quòd omnes sacerdotes habent claues, licet non omnes habeant exercitium illarum, sed solum illi, qui habent iurisdictionem siue curam animarum ordinariam vel delegatam.

Clauis scientia quid.

In add. 3. p. q. 18. a. 16. ver. 81.

Ver. 10. De effectu Clauium.

EFFECTVS clauium est causare ornatū & gratiā sacramentalem in pænitēte effectiue, & attinctiue, instrumentaliter tamen Et quanuis D. Tho. in 4. sequēs Magist. Sent dixerit quod solum dispositiue, in tertia tamen parte Sūmæ aliter dixit, vt dictū est. Et quia ad gratiæ infusionē sequitur culpæ remissio, ideo virtus clauium se extendit ad culpę remissionem instrumentaliter & ex consequenti. Verum B
quia per sacramentum pœnitentiæ nunquam datur gratia, nisi præparatio adsit, vel 195
prius fuerit, sicut nec per baptismum in adultis, Ideo virtus clauiū, quę habet efficaciam ex passione Christi, operatur ad culpæ remissionem, non solum quando absolutio a sacerdote actualiter datur, sed etiam quando est in uoto & desiderio, sicut dictum est de baptismo. Alius effectus clauiū est cōmutatio reatus pœnæ ęternæ in tēporalem, quem effectum non solum habet cum absolutio datur, sed etiam cū est in voto & desiderio, ut patet in contrito, cui ante absolutionem dimissa est pœna ęterna, vel saltem commutata in pœnā temporalem Et quando actus clauis exercetur per absolutionem actualem vltra ornatum & gratiam sacramentalem, dimittit de pœna temporali secundum dispositionem confitentis qui talem & tam feruentem potest habere cōtritionem, quòd tota pœna delebitur, Nec tamen propterea peccatum manet impunitū, quia per pœnā passionis, quæ per claues applicatur satisfit illi. A
¶ Sed difficultas est non modica, an super idem peccatum actus clauis repetitus, hoc 199
est absolutio repetita, aliquid operetur. Equidem certum est quod si sacerdos absq; noua cōfessione repetat absolutionem, in vanum eam repetit, cum sacramentū naturaliter operetur quantum potest ab initio, secundum dispositionem recipientis. Et ideo absq; irreuerentia sacramenti non repetitur quemadmodum forma consecrationis Eucharistiæ, imo videtur ex quadam infidelitate procedere, nisi forte sacerdos dubitet se dedisse absolutionem, & tunc videtur idem iudicium, sicut quando est dubium de baptismo, & potest dicere, Si te non absolui, ego te absoluo a peccatis tuis, &c. Si vero eadem hora peccator idem peccatum confiteatur, etiam uidetur superfluum repetere absolutionem. Sed si in crastinum confiteatur idem peccatum & alia, & tunc certum est claues in illo operari, secundum dispositionē confitentis, directe quidem, quoad peccata de nouo perpetrata, & indirecte siue ex consequenti circa peccata alias confessa. Si vero nullum peccatum de nouo commiserit, videtur quibusdam quod in prima absolutione remittitur virtute clauium, quantum dimitti potest, licet valeat iterata confessio, tum propter verecundiæ meritum, tum etiam propter instructionem, tum propter intercessionem sacerdotis, tum

De iterata absolutione.

propter

B propter maiorem certitudinem. Sed hoc non videtur verũ, quia illo ſuppoſito quòd
196 in prima abſolutione totum effectum habuerit, licet rationis prædictæ eſſent cauſa ſufficiens iterandæ confeſſionis, ſic quod pœnitens non male ageret reconfitendo, non tamen eſſet cã ſiue ratio reiterandi abſolutionem, maxime in eo qui non habet aliquam cauſam dubitationis de prima abſolutione. Quia ita poterit dubitare poſt ſecundum abſolutionem, ſicut poſt primam. Ideo ſicut ſacramentum extremæ vnctionis non iteratur ſuper eundem morbum, eo quod totum quod fieri potuit per ſacramẽtum, factum fuit per primam applicationem, licet in craſtinum infirmus melius ſe diſponat, & petat, ſic, &c. Et ſi in ſecunda confeſſione non requiratur abſolutio, ſic nec requiritur quod ille qui audit ſecundam confeſſionem, habeat claues, ſi ibi vis clauium nil operetur. Et ideo alii dicunt, ꝙ in ſecunda abſolutione propter illã humilitatem, & verecundiã, virtute clauiũ confertur augmentũ gratiæ. Et quanto maior gratia recipitur, minus de impuritate præcedentis peccati remanet, & ideo minor pœna purgans debetur. Et ſic per frequentẽ confeſſionẽ poterit totus reatus pœnæ deleri. Nec eſt ſimile de extrema vnctione, quia illa (vt dictum eſt) ordinatur contra debilitatem voluntatis, & propter periculum exitus. Et quia per ſacramentum extremæ vnctionis voluntas ſufficienter firmatur, ideo non iteratur, niſi euaſo periculo in alia peccata incidat, per quę voluntas de nouo debilitatur. Tunc etiam adueniente eodem periculo, & perſeuerante eodem morbo, ſacramentum iteratur. Pœnitentiæ uero ſacramentum non ſolum directe ordinatur contra culpam, cum deleatur per contritionem, ſed etiam contra pœnam quam habet. Sed adhuc ex hoc ſequi videtur, quod etiam ſacramentum extremæ vnctionis propter augmentũ gratiæ poſſet iterari, quia per eam eſſet maior fortificatio voluntatis. Negatur conſequentia, quia principaliter ordinatur contra debilitatem voluntatis in periculo mortis exiſtentem
A licet ex conſequenti ordinetur contra peccata. Ideo D. Iac. conditionaliter dicit, Si
196 in peccatis ſit, &c. Ideo remoto principali, remouetur effectus ſacramenti.

¶ Notandum præterea quod cum ſacerdos inſtrumentaliter, & in virtute Dei operetur ſacerdotis operatio debet eſſe conformis in vſu clauium operationi Dei, Deus autem operatur in culpam, & pœnam ſed diuerſimode, culpã ſoluendo, & dimittẽdo ſed non ligando, niſi indirecte inquantum non ſoluit. Sed in pœnam habet operationem directe, quantũ ad ſolutionem, & ligationẽ, quia pœnam æternam remittit, et ligat ſiue infligit pœnam temporalem. Sic ſacerdos in abſoluẽdo virtute clauiũ, habet aliquam operationem ordinatam ad culpæ dimiſſionẽ, & ſolutionem, ſed non quoad ligationem niſi vt dictum eſt, inquantum nõ abſoluit. Sed in pœnam habet operationẽ ligãdi atq; ſoluendi, ſoluendi quidem pœnã quã dimittit, & ligandi ad pœnã quæ remanet, ad quam ligare dicitur dupliciter, Vno modo conſiderando ipſam quantitatem pœnæ in communi, & ſic non ligat, niſi inquantum non ſoluit. Alio modo conſiderando hanc vel illam pœnam determinate, & ſic ligat ad pœnam imponendo eam tanquam medicinam purgatiuam impuritatis peccati, & aliquando tanquam medicinam præſeruatiuam. Nec obſtat quod vis, & efficacia clauium procedit a paſſione Chriſti, qui plene ſatiſfecit, ſoluit, & non ligauit, quia etiam paſſio Chriſti obligat nos ad pœnam aliquam, per quã ei conformemur. vnde Ro 8. Si filii, & hæredes. &c. Si tamen compatimur, ita vt conglorificemur. & in eodem c. ſequitur, Nam quod pręſciuit hos, & prædeſtinauit conformes fieri imagini filii ſui.

Sacerdos quo ſe habet ad culpa, et pœna ſolutionẽ & ligationem.

Notabile dictum.

¶ Notandum inſuper quod (vt D. Dion. in fine Eccle. Hiera. dicit) Sacerdotibus vtendũ eſt virtutibus hierarchicis quõ diuinitas eos mouerit. In cuius ſignũ Mat. 16 ante poteſtatem clauium Petro promiſſam, fit mentio de reuelatione per diuinitatem ei facta Et Ioan. 20. poteſtati remiſſionis Apoſtolis datæ præmittitur, Accipite Spiritum ſanctum. quo filii Dei aguntur, Ideo ſi ultra illum motum diuinum vti ſua authoritate præſumpſerint, non ſequitur effectus ad vſum illũ, vt idem D. Dio. dicit. Et quia pœnæ ſatiſfactoriæ infligendæ, ſunt medicinæ, & ſecundum medicorũ artem, medicinæ non ſunt determinatæ, nec omnibus omnia competunt, vnde variandę ſunt, non ſecundum voluntatem medici, ſed ſecundum ſcientiam medicinæ, &

Pœnitentiæ iniungendæ non ſunt determinatæ.

cinæ,& diſpoſitionem infirmi,ita, & pœnæ ſatisfactoriæ in canonibus determinatæ non competunt omnibus,ſed variandæ ſunt ſecundum arbitrium ſacerdotis,non ſecundum propriam voluntatem,ſed ſecũdum diuinum inſtinctum, & diſpoſitionem pœnitentis. Et ideo ſicut aliquando medicus prudenter non dat medicinam efficacẽ quæ ad morbi curationem ſufficiat,ne propter debilitatem naturæ maius periculum oriatur,ita ſacerdos,diuino inſtinctu motus,non ſemper eam pœnam vni peccato debitam totam iniungit,ne infirmus ex magnitudine pœnæ deſperet, & a pœnitentia recedat. Nec tamen peccator ob inſufficientem pœnæ iniunctionem prorſus a pœna,liberatur,ſicut nec infirmus per medicinã leuiorem a languoribus.Et licet Christi actio, noſtra ſit inſtructio,nec legamus, Chriſtum ligaſſe aliquem,ſiue pœnam iniunxiſſe, non tamen ſequitur quòd ſacerdos non debeat iniungere, quia ſacerdos non habet poteſtatem excellentiæ,vt Chriſtus,qui interiora cordis nouerat, & promouebat ad totalem ſanctificationem,qui etiam(vt exemplum iniungendi pœnitentiam ſacerdotibus daret)impoſuit onus portandi grabatum ei qui in porticu piſcinæ annos.38.habuerat in infirmitate ſua Io 5.Nec eſt aliquis ſacerdos habens vſum rationis,qui abſque iniunctione pœnitẽtiæ præſumat aut intendat a reatu pœnæ debitæ pro parua pœna iniuncta totaliter abſoluere,vnde poſt pœnitẽtiæ iniunctionem, & abſolutionem,ſperantes de eorum voluntaria pœnitentia, Dominum deprecantur,dicentes,Meritum paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti,& interceſſio D.Virginis Mariæ,& bona opera quæ facere intendis,ſint tibi in remiſſionem peccatorũ, ſcilicet quoad pœnam,& in augmentũ gratiæ,& futurum præmiũ vitæ æternæ. Vnde monendi ſunt ſimplices ſacerdotes,vt hanc orationem dicant,quia virtute clauiũ opera pœnalia ſequentia in gratia facta,habent maiorem vim ſatisfaciendi,quam haberent ſi prætermitterentur,& quam ſi ſacerdos remittat,vt quidam faciunt, ad miſericordiam Dei. C 196

Chriſtus iniũxit pœnitentiam.

In Addi.3 p.q.19. Ver.11. *De miniſtris clauium.*

ECCLESIA triumphas ſ.Angelorum,qui(vt habetur Apoc.12) vicerunt in merito paſſionis Chriſti prçuiſæ,claues non habet quũ eorum natura ſit poſt electionem inflexibilis. Et per cõſequens impedimentum vel obſtaculum ingreſſus regni cœlorum ab eis non poteſt remoueri. Eccleſia vero humana ante lapſum nõ habuit claues,quia non egebat ſenſibilibus ſacramentis,vt dictum eſt. Poſt lapſum vero Adæ,quanuis coercionem delictorum iure naturæ habuerit,& per legẽ Moyſi ordinem ſacerdotalem,& authoritatem,& poteſtatem diſcernendi, & iudicandi ac cõdemnandi,ſiue declarandi lepram,& ſeparandi a caſtris,& ſynagoga,ac etiam reintroducendi,non dicitur tamen claues habuiſſe, niſi figuraliter,Quia poteſtas illis ſacerdotii non ſe extendebat ad cœleſtia, nec auferebat obſtaculum ingreſſus regni cœlorum,neq; purgabat homines a culpis, ſed ab irregularitatibus,& inducebat purgatos ad tabernaculum manufactum,per ſanguinem hircorum aut taurorum,ſed nõ introducebat tabernaculum nõ manufactum,ſicut ſacerdotium Chriſti,qui per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta,ęterna redemptione inuenta. Ideo dicitur habere clauem ſiue poteſtatem authoritatis, inquantum Deus, & excellentiæ, inquantum homo, per meritum ſuæ paſſionis. Vnde Apo.3 dicitur,Hæc dicit qui habet clauem Dauid Et dedit aliis ſacerdotibus claues inſtrumẽtales ſiue miniſterii, quas nullus non ſacerdos cuiuſcunque dignitatis aut ſanctitatis exiſtat,habet. Vnde.D.Ambroſi. Hoc ius (ſcilicet ſoluendi,& ligandi) ſolis ſacerdotibus eſt conceſſum. Et licet hoſtiarii habeant claues materiales,non tamen habent authoritatem iudicandi,qui digni ſint, & qui indigni ingreſſus regni cœlorum. Mulieres autem cum ex natura ſint in ſtatu ſubiectionis,non poſſunt habere aliquam ſpiritualem iuriſdictionem,quia etiam, ſecundum Philoſophum in 8. Ethic. corruptio eſt vrbanitatis, quando ad mulierem dominium peruenit. Ideo ſunt incapaces clauium ordinis, ac etiam iuriſdictionis. Et ſic non poſſunt excommunicare, neque ſuſpendere, licet abbatiſſis committatur aliquis, vſus Clauium, ſicut corrigere ſubditas moniales, propter periculum quod imminere poſſe, ſi viri mulieribus D 196

c.16.ver.9

Synagoga non habuit claues niſi figuraliter

Mulieres non poſſunt habere claues eccleſiæ

cohabi

cohabitarent. ¶ Notandum tamen quòd licet clauis iurisdictionis possit competere communitati (quia sunt quædam capitula quæ habent iurisdictionem, & potestatem excommunicandi,]& sic cõueuit pluribus simul ex æquo,) Nõ potest tamẽ communitati competere clauis ordinis. Et quanuis sancti viri per proprium actum possint mereri & benedicere aliis de congruo, non tamen possunt benedictionem, quæ est ex merito Christi, instrumentaliter alicui applicare, nisi sint sacerdotes. Quia quantum ad hoc requiritur maioritas ordinis, non uirtutis, licet in aliis quòd melius est, maius sit, vt D. Augustinus dicit. & Hebræo. 7. habetur, Sine vlla contra dictione quod minus est, a maiori benedicitur. Primus qui post Christum habuit claues regni cœlorum, fuit D. Petrus, qui habuit potestatem illimitatam, deinde alii Apostoli, qui secundum aliquos habuerunt a Christo immediate potestatem etiam illimitatam, limitabilem tamen per D. Petrum, cui soli & successoribus pastura agnorum & ouium commissa est, ut ordo inter eos seruaretur. Quæ enim a Deo sũt ordinata sunt, Rom. 13. Ex his sequitur primo, quòd solus papa, D. Petri successor, & Christi uicarius, cum plenitudine potestatis potest claue uti in quemlibet, cum solus habeat iurisdictionem, quæ requiritur ad vsum clauium super omnes. Episcopi autem & sacerdotes, cum nõ habeant vniuersalem iurisdictionem, sed limitatam & distinctam secundum suas diocœses & parochias, non possunt vti claue in quem libet, sed in subditos tantum, nisi in articulo mortis, in quo authoritate Apostolica omnibus sacerdotibus concessus est usus clauium, ut dicit Glos. in cap. pastoralis. § præterea, super verbo, præterquam in mortis articulo, extra de offic. iudic. ordi. & tex. in cap. non dubium, & cæt. quanuis, extra de sentent. excom. Qui tamen
E fuerunt absoluti a casibus reseruatis, si conualeant, tenentur reseruantibus se præ-
196 sentare, Secundo sequitur quòd Papa, & Episcopi possunt sibi certos casus reserua- *Papa et episcopi possũt sibi reserua re casus.*
re, a quibus eis inferiores absoluere non possunt, etiam eos, qui sunt alias ipsis subditi, cum ad absolutionem requiratur iurisdictio, quæ a maioribus ad inferiores deriuatur. Ideo superior propter rationabiles causas potest sibi aliquos casus reseruare, in quibus iudicium inferiori non committit, alias omnes iurisdictiones essent æquales, & non inueniretur gradus, & per consequens neque ordo. Et sic hierarchia Ecclesiastica non esset ordinata, quod esset contra id quod dicit Apostolus Rom. decimotertio. Quæ deo sunt ordinata sunt. Ideo necesse est dicere, quòd simplex sacerdos curatus non potest pœnitentem excommunicatum absoluere, sed debet ad excommunicantem remittere. Non potest etiam pœnitentem a casibus reseruatis, qui non habent excommunicationem annexam, absoluere, sic quòd non teneantur reseruanti illos confiteri. Tenetur igitur pœnitentem remittere ad superiorem, maxime in quinque casibus est in solenni pœnitentia imponenda. Secundus, quando pœnitens est excommunicatus a superiori, Tertius, in irregularitate contracta, Quartus de incendiarius, Quintus, quando in aliquo episcopatu sunt enormia crimina, quæ ad terrorem reseruantur episcopo, ut consuetum est. Consuetudo enim dat & aufert iurisdictionem, ut in præsbyteris secularibus, ubi undecunque sint, mutuo se absoluunt, exceptis casibus reseruatis. Et eodem modo dicendum est de casibus summo pontifici reseruatis, propter excommunicationem eius annexam, & aliis in bulla, quæ Romæ legi consueuit in cœna Domini, contentis Non possunt tamen superiores totam iurisdictionem curatis aut aliis inferioribus datam supprimere, neque indifferenter & ad libitum suum absque causa rationabili eximere a suis prælatis immediatis, aut casus reseruare, cum potestas non sit data ad destructionem, sed ad ædificationem. Nec obstat quòd Christus omnibus discipulis simpliciter, dixit, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. & nihil excepit, igitur, & cæt. *Pœnitẽtes habentes casus reserua tos sunt re mittendi.*
Quia postmodum limitandi potestatem dedit Petro, quum dixit, Pasce agnos, & oues meas intelligens per hoc, quòd vsus potestatis datæ deberet exerceri secun- *2. Cor. 10. Ioan. 20.*
F dum ordinationem & moderationem vniuersalis pastoris. ¶ Notandum præterea
196 quòd quando contingit sacerdotem esse participem criminis sui subditi (sicut cũ cõ misit adulterium cum parochiana sua) nõ debet ipse sacerdos audire confessionem illius.

illius,sed debet ad alium mittere,nec etiam illa debet ei confiteri, sed alteri habenti facultatem,vel licentiam petere alteri confitendi, tum propter periculum, tum quia est minor verecundia.Si tamen confiteretur & sacerdos absolueret, esset absoluta.Quod enim D.Aug.dicit,Nullus sacerdotis officio uti debet,nisi sit immunis eorum,quæ in aliis iudicat,quia debet intelligi,nisi sit immunis, saltem per pœnitẽtiam,& de congruitate,& non necessitate sacramenti. Notandum insuper quòd licet nullus in seipsum possit vti potestate clauium (cum talis potestas requirat pro materia peccatorem subditum confitentem,& nullus sit sibipsi subditus,quia subiectio est relatio præsupponens duo extrema.) Possunt tamen Papa & Episcopus ac curatus aliis seipsos subiicere,& eorum iurisdictionem extendere, sicut & limitare Auo facto licet remaneat superior simpliciter, est tamen inferior secũdum quid, inquantum se subiicit ei quoad hoc.

Papa in cõfessione est inferior secundum quid.

Ver.12. *De Claue Iurisdictionis.*

CLAVIS iurisdictionis non est idẽ quod character sacerdotalis,aut episcopalis,cum aliquis qui non est ordinatus,possit habere clauem iurisdictionis, quia iurisdictio temporalis non habet actum directum circa obstaculum introitus regni cœlorum,sed iurisdictio spiritualis,quæ aliquo modo aditum præbet ad regnum cœlorũ, & remouet impedimentum,dicitur clauis minus principalis,de cuius quidditate,subiecto,ac fundamento,actibus dicendum est.

¶Quibusdam videtur quòd iurisdictio sit purum ens rationis, quia si sit ens reale, non apparet quomodo causetur in anima, quia nec per sacramenta, nec per aliud habens sufficientem virtutem,maxime cum in absentia, & magna distantia spiritualis iurisdictio possit dari.Sed hoc non videtur verum, quia sequeretur quod cessante operatione intellectus,nulla esset iurisdictio,cum purum ens rõnis sic definiatur, prout dictum est. Præterea purũ ens rationis non potest esse causa entis realis, cum causa debeat esse potior suo effectu,& id quod est in potentia, non possit reduci in actum nisi per id quod est actu.Sed clauis iurisdictionis est causa entis realis, puta traditionis Sathanæ,& separationis ab Ecclesia,& aliis huiusmodi, igitur est ens reale a Deo procedens, ut dicitur Ro. 13. Non est potestas nisi a Deo, & quæ a Deo sunt,ordinata sunt.aliqua immediate a deo,aliqua vero mediantibus causis,secundis cuiusmodi est clauis iurisdictionis, quæ fuit a Christo immediate colata D. Petro & aliis Apostolis,secundum quosdam,ut per eos aliis distribueretur & etiã per successores eorum. Et sic clauis iurisdictionis est habitudo siue relatio ordinis & subiectionis,quę causatur per applicationem superioris ad inferiores, etiam distantes,& absentes,uirtute diuina. Differentia tñ est inter habitudinem ordinis hierarchiæ angelorum,& inter habitudinem ordinis hominum, quia in angelis ille ordo naturaliter inest eis,& ideo inferior angelus non potest resistere superiori,imo cognita voluntate superioris angeli aliqua præcipientis,naturaliter, necessitatur ad implendũ illud.In hominibus autẽ nõ est illa habitudo naturaliter,nec adest semper, sed gratuite,libere, & ad tempus,quia potest illa habitudo ordinis inter homines mutari. Ideo licet homo inferior debeat subiici superiori, & præcepta illius implere potest tñ ex libertate arbitrii contra huiusmodi ordinem uenire sed hoc faciendo peccat. Nec est inconuenĩens quod aliqua relatio causetur in aliquo absq; sui mutatione,nec per aliquod agens,quod agat directe in ipsum, sed sufficit quod sit actio & mutatio in termino,ut similitudo,quæ est relatio realis in homine albo, immutato manente,nascitur & consequitur ad albedinem eius qui dealbatur, & fit albus, etiã in magna distantia Sic etiam iurisdictio a summo pontifice in episcopum deriuatur, & consequitur virtutem fidei,quæ est fundamentum eius. Et ideo deficiente fundamẽto fidei in aliquo per hæresim, necesse est omnem iurisdictionem & authoritatem Ecclesiasticam corruere,ut dicunt cõiter doctores in c.si papa.40.dist inct. Hoc etiã uidetur innuere Apost.cum ait, Audet aliquis uestrum habens negotium apud alterum,iudicari apud iniquos(hoc est infideles, qui non habent nec habere possunt iurisdictionem super fideles) & non apud Sanctos? & infra, Secularia igitur iudicia

Iurisdictio non est purum ens rationis.

Clauis iurisdictionis quid.

A 197

B si habeatis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandū. Cla *Clauis ordinis et iurisdictionis differunt.*
197 uis ordinis a claue iurisdictionis in hoc differt, quia clauis ordinis, quæ est idem cū charactere, est indelebilis, Clauis autem iurisdictionis est amissibilis differunt etiā in hoc, quia clauis, ordinis quoad executionem prærequirit iurisdictionem, & subiectionem, sed clauis iurisdictionis non præsupponit clauem ordinis, cum episcopus, non sacerdos habeat iurisdictionem ante consecrationem, & possit excommunicare ac etiam eius officialis in solo clericatu existens. Subiectum autem huius clauis est intellectus, mediante fide, quæ est fundamentum eius, ut dictum est. De hac claue loquebatur Christus, Quęcunq; ligaueritis, &c. *c. 5. §. 5. uer. 6.*

¶ Clauis iurisdictionis habet plures actus ac officia, Primo legem statuere, & statuendo ligare, & abrogando vel dispensando soluere, de dispensatione dictum est de ligamine vero legis dicetur infra c. 17. ver. 2. Secundus actus est punire, & a pœna liberare, puniendo ligat, liberando soluit. Tertius actus est destribuere bona ecclesiæ, & hic actus diuiditur in distributionem per modū iustitiæ siue meriti, de qua dictū est, quum de iustitia distributiua ageretur, & in destributionem per modū suffragii quæ fit per indulgentias, de quibus, infra dicetur hoc. §. ver. 18.

Ver. 13. *De pœnis censuris ecclesiasticis.*

CLAVIS iurisdictionis ligat per pœnam, quæ infligitur propter culpā, cuius deordinatio per pœnam reordinatur. Vtitur multis pœnis, quæ canonicæ, hoc est per canones determinatę dicuntur. s. temporali, & pecuniaria, quæ largo modo dicitur pœna. Quia pœna proprie accipitur pro corporali, afflictiua, vel priuatiua, vt sunt ieiunia, peregrinationes, vigiliæ, detrusio in monasteriū, virgæ citra effusionem sanguinis. Aliquādo vero vtitur cēsuris quæ cōmuniter dicūtur semper, s. suspensio, inter dictū, irregularitas, depositio, degradatio, excommunicatio siue anathema. *Pœnæ canonicæ, quæ dicantur.* *Censuræ ecclesiasticę sex.*

¶ Suspensio est censura ecclesiastica, quæ aliquando a iure, aliquando a iudice profertur, qua prohibetur personæ ecclesiasticæ vsus siue exercitium alicuius ordinis, officii, uel beneficii, ad tempus, de hac in c ad reprimendam, extra de offi. ord.

C ¶ Depositio est priuatio officii vel beneficii absque spe restitutionis, retēto tamē pri
197 uilegio clericalis fori. ¶ Degradatio est priuatio legitimæ executionis ordinum, & officiorum ecclesiasticorum simpliciter, & ex toto in perpetuum cū, priuatione priuilegii clericalis fori, absq; spe restitutionis, cum certa solennitate, ut si episcopus sit degradando, fiat ab archiepiscopo cum duodecim episcopis assistentibus, secundum Panor. in c. nō potest, extra de sentētia, & re iudicata, vel tres, si sit diaconus aut subdiaconus, ut c. fœlix. 15. q 7. & c. degradatio, de pœnis, lib. 6 Si vero non est in sacris potest fieri a solo episcopo, in præsentia capituli. Et quando est degradando pro hæresi, si fuerit seculari curiæ relinquendus, vel perpetuo immutandus, sufficit episcopus cum duobus abbatibus, & aliis religiosis personis, vt in c. quoniam de hæreticis, lib. 6. Et induetur degradandus vestibus sui gradus, quæ ei auferuntur ordinis retro grado, incipiendo ab vltimo datis, digitiq; & capitis corona vitro leniter raduntur, & tandem induitur vestibus secularibus, & relinquitur curiæ seculari puniendus, rogando vt citra effusionem sanguinis puniat. Finito negotio, curia secularis suscipit illum, vt eum secundum demerita puniat. ¶ Interdictum est separatio a iure vel iudice facta a certis sacramētis. s. non necessariis, & omnibus diuinis officiis, ac ecclesiastica sepultura. ¶ Irregularitas est impedimentum officii, vel beneficii, & aliquando est pœna, quādo contrahitur propter delictum, puta homicidium vel celebrationem in excommunicatione. Aliquando non est pœna, quādo contrahitur absq; peccato, ut in bigamo qui contraxit cum vidua vel corrupta, vel qui conuolauit ad secūdas nuptias, quod absq; peccato fieri potest. *Degradatio quid.* *Interdictū quid.*

Ver. 14. *De excommunicatione.*

D EXCOMMVNICATIO est a qualibet licita fideliū cōmunicatione *In addit. 3 p. q. 21. ar. 1.*
197 separatio. Ad cuius euidentiā sciendū est quod aliquis per baptismum, in ecclesia ad duo ascribitur. s. ad cœtum fidelium, & ad participationem sacramentorum. Secundum præsupponit primum. Quicunque enim participat in sacramentis participat

in

F seruiens, cum huiusmodi nec cibum sumere. Et D. Ioannes in secunda canonica, Si
597 quis venit ad vos, & hanc doctrinam (scilicet rectæ fidei & obedientiæ) non affert, nolite eum recipere in domum, neque ei aue dixeritis, quia qui dicit illi aue, cómunicat operibus eius malignis. Hæc maior excommunicatio dicitur Anathema, quod interpretatur separatio, quæ est medicinalis, quia per eam fit ex veneno peccati, tiriaca ad pellendum peccatum. Hoc tamen intelligendum est quando non contemnitur, quia tunc est æternæ mortis damnatio, ut habetur in c. nemo. 11. q. 3. Excommunicatio maior fuit figurata in eiectione Adæ & Euæ de paradiso, quæ habetur Gé. 3. & in lege Mosi in separatione Mariæ & aliorum leprosorum, qui emittebantur extra castra. Num. 12. Excommunicatione vtebantur Iudæi tempore Christi, ut habetur Ioan. 9. vbi dicitur quod parentes cæci nati timebant iudæos, Iam. n. conspirauerant Iudæi, q̃ si quis confiteretur eum esse Christum, extra Synagogam fieret, Samaritani etiam habebantur pro excommunicatis. Vnde Ioan. 4. dicitur, Non coutũtur Iudæi Samaritanis. Sed illa excommunicatio non habebat effectus, quos habet excommunicatio per Christum instituta, cum dixit, Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Hæc verba bene intelligens Apostolus, hac censura vtendo, declarauit effectum, qui est traditio Sathanæ, quem non habebat in lege antiqua, nec alios de quibus versiculo sequenti. *Excommunicationis figura.* *Matt. 18.* *1. Cor. 5.* *1. Tim. 1.*

Ver. 15. *De effectibus maioris excommunicationis.*

EXCOMMVNICATIO maior tot & tãta mala affert, q̃ aliquis deberet potius velle incurrere omnia mala téporalia, quã in maioré excommunicationé incidere. Vnde D. Chry. Nemo contemnat vincula ecclesiastica, quia nõ est homo qui ligat, se Christus. Inter alia autem mala quæ affert, sunt nouem præcipua.

B ¶Primum Malum, est horrendum exilium & miserabilis eiectio ab ecclesia, quæ
597 est maior pœna temporalis, quę possit esse, quæ dicitur a iuristis, Mors ciuilis. Vnde Ouidius, Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non sinit esse sui. Magnum proculdubio malum est consideratio priuationis naturalis soli. Natale solum Christianorum est ecclesia, vbicunque terrarum sita sit, ad quam intrãdam & diuina audienda, & orandũ, & spiritualia percipienda, habet ius quilibet fidelis in ecclesia per baptismum regeneratus, sed per excommunicationem pellitur, non solum a sua parochiali, sed etiam ab omni alia, vbicunque sit, & adeo peccat excõmunicatus intrans, & se immiscens diuinis in aliis ecclesiis, in quibus non est denunciatus, quemadmodum in sua parochia, in qua non est publicatus, nisi ratione scandali, & turbationis, quæ sequi posset. ¶Secundum malum est priuatio sacramentorum, quæ sunt medicinæ & via recuperandi sanitatem spiritualem, hoc est gratiæ, & per consequens gloriæ. Sed quoad hanc priuationem sacramentorum sciendum quod excommunicatus maiori excommunicatione, ingerens se sacramentis peccat mortaliter, nec recipit vltimum effectum sacramenti, qui est gratia, efficiturque irregularis & inhabilis ad ordines & beneficia, absque dispensatione apostolica, vt dicunt doctores in c. Engeltrudam. 3. q. 4. Nihilominus tamen si cõtrahat matrimonium, tenet & recipit characterem, si ingerat se sacramento cõfirmationis aut ordinis, incurrit tamen irregularitatem, sic quod habita absolutione a peccato, non potest exercere actum ordinis absque dispensatione. Sacramentum tamen pœnitentiæ talibus in articulo mortis (vt dictum est) non denegatur. ¶Tertium malum est orationum Ecclesiæ priuatio. Orationes enim ecclesiæ, quæ communiter dicuntur, fiunt pro omnibus membris ecclesiæ, Sed per excommunicationem maiorem priuatur non solum ne quis cum eo oret, sed ne etiam in persona ecclesiæ pro eo quis oret in orationibus communibus, quas pro membris ecclesiæ facit, quia in orationibus particularibus, imò, & publicis, pro illis particulariter orare licet, vt detur eis spiritus pœnitentiæ, & fides, vt ab excommunicatione soluantur, Vnde ecclesia in officio Parasceues publicam orationem particularem pro hæreticis & aliis excommunicatis facit, quem tamen fructum orationum non percipiunt quandiu in infidelitate & excommunicatione manent. ¶Quartum malum est suffra- *In addi. 3. p. q. 21. ar. 1. ad. 2.*

scilicet extra ecclesiam diabolus est, sicut in ecclesia Christus, ac per hoc quasi diabolo traditur, qui ab ecclesiastica communione remouetur. Vnde illos quos Apostolus Satanæ esse traditos prædicat, excommunicatos a se esse demonstrat. Quod autem nunc nõ vexet corporaliter, perceptibiliter, & apparenter, vna ratio est eius superabundans malitia. Videns enim quod quũ vexebat corporaliter, homines timebant excommunicationem, & nullus se permittebat excommunicari, ideo cessauit, & nõ propter defectum potestatis, quum potestas iurisdictionis ecclesiæ non sit diminuta, quãuis etiam nunc Satanas excommunicatis horrorem quendam & tristitiam immitat. Neque hoc debet adscribi crudelitati ecclesiæ, quæ est pia mater, quia excommunicatus quandiu est in via, põt redire, & conuerti, & sic nõ vt desperatus, hosti traditur, quia nõ traditur quasi damnãdus, quũ in potestate ecclesiæ sit ex eius manu & potestate eripere, Iudicium.n. Ecclesiæ debet esse conforme iudicio Dei, qui peccatores multipliciter punit, vno modo flagellis castigando, vt ad bonum eos trahat, Alio modo hominem sibi relinquendo, vt auxiliis subtractis quibus a malo impediebatur, se cognoscat, & humilis ad Deũ redeat, a quo superbus discesserat. Si facit ecclesia excommunicando. Separat enim a communione fidelium ut erubescat, & sacramentis ac aliis suffragiis priuat hominem, sibi relinquendo, ut seipsum cognoscens, ad Deum & ecclesiam humiliter redeat, & vt cęteri timeant rebellare. Ad hunc timorem incutiendum ecclesia vtitur certis solennitatibus, si perseuerant in excommunicatione, Primo defendit. i. vicinis proximis, ne illi elementa communia, sicut ignem, aut aquam, ministrent, aut alia obsequia faciant. quod intelligendum est extra casum extremæ vel quasi extremæ necessitatis. Secundo
E maledictiones & imprecation s in illos fieri iubet. Nec obstat quod dicitur Ro.
598 12. Benedicite persequentibus uos, benedicite & nolite maledicere, nec quod in epistola Iudæ legitur, Quod cum Michael altercaretur cum diabolo, de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, hoc est illi maledicere, sed ait, Imperet tibi Deus: ergo nec ecclesia debet alicui maledictionis iudicium inferre, quia dupliciter contingit aliquem alicui maledicere, siue malum imprecari, vno modo, vt in malo quod imprecatur & dicit, sistat Et sic maledictio omnibus modis est prohibita. Alio modo ita, quod malum quod imprecatur, ordinetur in bonũ illius cui male dicitur. Et sic maledictio quandoque est licita & salutifera. Sicut etiam medicus quãdoq; nocumẽtũ infert infirmo, vt sectionẽ, per quã ab infirmitate liberetur Hoc modo Moyses in figuram maledictionũ, quibus subdi debebant excõmunicati, maledicebat inobedientibus, dicens. Quod si audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt custodias & facias omnia mandata eius, quæ ego tibi præcipio hodie, maledictus eris in agro, maledictus eris in ciuitate, Maledictũ horreũ tuũ, & maledictæ reliquiæ tuæ, Maledictus fructus terrę tuæ, armenta bonum, & greges ouiũ tuarũ Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens. Adiunxit multo plures maledictiones, quas recitare longum esset, omnibus tamẽ illis subduntur excõmunicati, qui per inobediẽtiam, nolunt ecclesiam audire & reuereri. ¶ Septimũ malũ est a cœtu fidelium priuatio ab omnibus legitimis actionibus, in cõparatione ad alios, ut dicitur in c. sicut. 1 q. 3. Vnde si habeat officiũ publicum, puta tabellionatus, non põt licite exercere, licet instrumenta & acta publica ab eo recepta non vitientur. In spiritualibus autem clericus excommunicatus est suspensus. & si se immisceat diuinis incurrit irregularitatem, nec potest eligere, aut eligi, neque recipi ad religionem, nec beneficium cõferre aut acceptare, accusare, iudicare, patrocinari, aut testificari. 3. q 2 § euidenter, & in c. decernimus, de sententia excommunicationis in. 6. & quodam modo efficitur infamis, vt habetur in c. infantes 6 q. 1. Potest tamẽ condere testamentum similiter, & codicillũ, ac pia legata relinquere, & beneficiis renuntiare ut iuristæ dicũt.
F Vide apud summistas. ¶ Octauum malũ est, ecclesiasticę sepulturæ priuatio, quia
598 non debet sepeliri in ecclesia aut loco sacro. cui enim non cõmunicamus viuo, nec mortuo cõmunicare debemus, ut in c sacris, extra de sepulturis. ¶ Nonum malum est, regni cœlorum & paradisi clausio, sic quod excommunicati, quantũcũq; pœniteant,

Maledicere alteri cõtingit dupliciter.

Deut. 28.

Defunctio, communi-

tuant & moriantur in gratia, non possunt ad coelum volare, nec visione beatifica frui, donec fuerint absoluti, & hoc expresse dixit Christus, Matth. 18. Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in coelo, hoc est paradiso. Ideo laudabilis est consuetudo in aliquibus dioecesibus, in quibus ad instantiam procuratoris animarum in die cinerum singulis annis absoluuntur defuncti excommunicati, reseruata actione partibus super bonis illorum qua absolutione facta participant in suffragiis ecclesiæ, & sic peracta purgatione euolant ad coelum. Veruntamē pie credi potest quod si non absoluantur ab ecclesia, facta integra satisfactione in purgatorio, Christus dominus, qui est prius & misericors, non patietur animas illorum vsque ad iudiciū vniuersale extra paradisum remanere, sed potius vtetur authoritate sua, quum iam animæ sint extra forum ecclesiæ, vel aliquibus reuelabit, qui absolutionem ab ecclesia obtinebunt, vt nostris temporibus legimus factum in dioecesi sancti Pontii de Thomeris, de quodam clerico excommunicato ab Episcopo Ruthenen. qui post duos annos permissione diuina reuelauit socio suo, & se exhumari fecit, & in loco prophano sepeliri, donec habita absolutione iterum sepeliretur in loco sacro, deinde habita absolutione cum iterum sepeliretur in ecclesia, coram toto populo audita est uox clara & perceptibilis ab omnibus qui aderant gratias agentis, & dicentis tunc paradisum illi fuisse apertum, vt in actis & registris publicis prædictæ dioecesis latius continetur. Alios effectus & mala quæ proueniunt excommunicatis, tractantur a summistis. hæc pro introductione sufficiant. ¶ Ex præmissis apparet manifeste, quam impie & cōtra veritatem euangelicam dixerit Lutherus excommunicationem non esse timendam, sed amandam, quum malum non sit obiectum amore. Quare timendum est subditis incidere, & aliis procurare in alios ferri, nisi quum sperant per illum modum satisfaciendum sibi de notabili damno illato, & excommunicati emendam. Nam si debitor A
vel reus non posset satisfacere, tunc potens censeretur facere animo nocendi saluti il 199
lius, quod pertinet ad liuorem vindictæ, & esset peccatum mortale. Ex prælati ecclesiatum non deberent faciliter ferre seu fulminare huiusmodi maioris excommunicationis sententiam, nisi pro magna causa, & maxime quando verisimiliter æstimant subditos eam non timere, hoc enim esset animabus laqueum damnationis iniicere.

Mortui sine absolutionē ad coelū no &re nō possunt:

Excommunicatio non est amanda sed timēda

Ver. 16. *De Causa Excommunicationis.*

EXCOMMVNICATIO maior ferri non debet nisi pro peccato mortali. Vnde Mat. 18. præmittitur, Si peccauerit, &c. Peccatum autem simpliciter & absolute stat pro peccato mortali, ut dicunt ibi expositores, Igitur, &c. Et quia dānificādo corporaliter ac etiam in fama, & rebus temporalibus, aliquis mortaliter peccat, ideo pro damno temporali potest quis ex consequenti excommunicari. Sed quia excommunicatio est grauissima poenarum, nec secundum D. August. potest maior reperiri, vt habetur in ca. corripiantur 24. q. 3. Ideo non debet infligi pro leuibus causis. Vnde in capit. nullus, ex concilio Aluernen. dicitur, Nullus sacerdotum quenquam rectæ fidei hominem pro paruis & leuibus causis a communione suspendat, præter eas culpas, pro quibus antiqui patres arceri ab ecclesia iusserunt. Si suspensio prohibetur, a fortiori excommunicatio, quæ pro quolibet mortali laxari non debet. vnde subditur, Sub Anathemate autem (hoc est maiori excommunicatione, & à coetu fidelium separatione) sine conscientia archiepiscopi aut coepiscoporum nullum præsumat ponere, nisi vnde canonica docet authoritas, quia Anathema æternæ mortis damnatio est, & non nisi pro mortali debet imponi crimine, & illis qui aliter non potuerint corrigi, puta quum fuerint contumaces. ¶ Contumacia aūt, secundū D. Thomam triplex inuenitur. Prima, in non veniendo ad iudiciū, post legitimam vocationem, triplici edicto, vel uno peremptorio (hoc est vno pro omnibus) factam sub sententia ex communicationis. in quo edicto episcopi & officiales scribunt, Præcipimus sua sententia excommunicationis, quam una pro trina monitione præmissa ferimus, &c. Taliter citatus ad certam diem & locum, contemnans, aut etiam ueniens & se occultans, vel impediens ne possit ad eum citatio perue B
nire, 199

In addi. 3. p. q. 21. artic. 3.

Excommunicatio est grauissima poenarum

Contumacia triplex.

nite, potest legitime excommunicari, vt in ea. quoniam extra, vt lite non constet. ¶Circa huiusmodi tamen edictum peremptorium, notandum quòd Christus sciens voluntatem nostram fragilem, & multis passionibus subditam, & eis cessantibus mutabilem, dixit Apostolis, Eamus iterum in Iudæam. & ipsis dicentibus, Iudæi quærebant te modo interficere, & iterū vadis illuc? Respōdit, Nonne sunt duodecim horę diei? Videmus enim sæpe numero tempus qualibet hora diei variari, aliquando mane cœlum serenum erit, deinde bruinæ, postmodum sol oritur, & dissipātur pruinæ, postea eleuantur nubes, & à vento pelluntur, & iterum aliæ succedunt, tonat, pluit, postremo iterum serenum est cœlum. Sic in proposito est de voluntate hominis. ac si dixisset, Dato quòd uoluerint me lapidare, quum in cholera essent, nunc autem passio illa cessauit, & possumus secure accedere. Ob eandem causam cúm, præceptum fraternæ correctionis instituit, triplicem monitionem ante excommunicationis sententiam ordinauit. Et sic videtur quòd de iure diuino triplex monitio distincta, siue (vt canonistæ dicunt) triplex edictum debeat præcedere excommunicationem. Quod autem ecclesia aliquando vtatur vno peremptorio pro tribus, dato certo temporis interuallo, scilicet duorum aut plurium dierum pro primo, & totidem pro secundo & tertio, ex magna causa & necessitate processit maxime quando non est tutus accessus, aut quando periculum est in mora, puta propter hæreticos hæreses disseminantes, & serpentes, aut quando parati sunt ad arma. Et quia nonnulli olim huiusmodi edicto peremptorio abutebantur, ideo in concilio Lugdunen. sub Grego 10. celebrato, ordinatum fuit quod habetur in c. constitutionem, de sententia excommunicationis, lib 6. vbi dicitur, Statuimus vt inter monitiones, quas vt canonice promulgetur excommunicationis sententia statuunt iura præmitti, iudices sine monitionibus tribus non vtantur, siue vna pro omnibus, quin obseruent aliqua dierum competentia interualla, nisi facti necessitas ea aliter suaserit moderanda. Vbi glo super verbo (necessitas) dicit, vt quia partes sūt ad rixam & arma paratæ, nec curant episcopi monitiones, interdum enim nec locus nec tempus patitur plenius deliberare consilium. Idem dicendum est, quando partes vel aliqua illarum impediunt nuntios episcopi, ne eius monitiones ad eorum notitiam perueniāt vel contra hæreticos, quando est periculum de sparsione hęresum, aut aliquid huiusmodi, sed indifferenter & indiscriminatim in qualibet citatione vti edicto peremptorio non licet, quum sit contra iura, Ideo contrarium facientes peccant. Non dico tamen quod excommunicatio sub vno peremptorio edicto, etiam indifferēter lata non teneat, quia (vt diuus Gregorius dicit, & habetur in c. sententia. 11. quæst. 3.) Sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta, timenda est. ¶Ex pręmissis apparet magnus abusus creditorum & officialium circa excommunicationes. Creditores enim procurant debitores pro debito ciuili excommunicari, licet sciant, vel probabiliter arbitrentur, eos non posse soluere, vt saltem tandem coacti satisfaciant. Et aliqui eorum subtili medio (vt temporibus nostris compertum est) aliquid supra principale debitum quotannis iniuste & turpiter lucrantur. Maior abusus est in aliquibus prælatis, qui sic indifferēter vtuntur huiusmodi edicto peremptorio, & ad defectum comparationis post primam citationem excommunicāt, nec eos excusat aliquarum ecclesiarum styllus, quo se cooperiunt, Nam ille styllus in omnibus negotiis non est styllus vniuersalis ecclesiæ, quum in Gallia (vbi uiget claritas doctrinæ) non sic vtatur illo triplici edicto peremptorio, sed triplici distincta citatione, & styllus ille indifferenter vtens triplici edicto peremptorio, ex auaritia vel vindicta introductus, aduersetur stylo & factis Christi, qui dixit duodecim esse horas diei, & triplicem, distinctam, & separatam monitionem statuit ante excommunicationem & Luc. 9. discipulos ad primam rebellionem se vlcisci & pœnam imponere volentes, & dicētes, domine vis dicimus vt ignis descendat de coelo, & consumat illos increpauit dicens, Nescitis cuius spiritus estis Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Tales, quantum est in se, aufuerunt nobilissimum titulum ecclesiæ, quæ intitulatur Pia mater, Si enim esset aliqua mater quæ vocaret filium suum, qui

Marginalia: Ioan. 11. — De edicto perēptorio notanda. — Mat. 18 — C 199 — Abusus creditorum. — Abusus aliquorū prælatorum. — D 199

pella, &c. quam, extra de priuilegiis. Quartus casus, quando excommunicatur a dele
F gato impetrato in casu non premisso, vel contra intentionẽ delegantis, vt in ca. sina
199 li, extra de præbendis. Quintus casus est, quando quis excommunicatur post legiti- *Quādo sententia contineat intolerabilem errorem.*
mam appellationem. infra debitũ tempus interiectatam & reuelatam, Sextus, quan
do sententiam continet intolerabilem errorem. vt in cap. per tuas, & extra, de sen-
tentia excommunicationis, & in c. soler, eodem tit. lib 6. Dicitur autem continere
intolerabilem errorem, quando præcipit malum, vt furtum, vel prohibet bonum,
vt orare Deum, vel pauperibus subuenire. Septimus, qñ prælatus prohibet subditis
sub sententia excõmunicationis, ne exponant negotia suarũ ecclesiarũ suis superio
ribus. vel delegatis ab eis, vt in c. pleriq; de officio iudicis ordinarii, lib. 6. Si autem
excommunicatio non sit ipso iure nulla, licet si iniusta, habet effectum, & debet ex
communicatus humiliter obedire, & erit ei ad meritum, vel absolutionem petere
ab excommunicante, vel ad superiorem recurrere. si aũt contemneret, eo ipso pecca
ret. Contingit aũt quod quandoq; est iusta causa ex parte ex cõicantis, quæ non est
iusta ex parte excommunicanti, vt si quis pro falso crimine in iudicio probato excõ
municetur, vel si matrimonium clandestine primò contractum, non probetur, & se-
cundũ probetur, tunc si humiliter sustinet, humilitatis meritum recompensat excõi-
cationis damnum:

Ver. 17. *De his qui Excommunicare possunt.* *In addi. §l p. q. 22.*

SVMMVS pontifex & maiores prælati, qui dicuntur Episcopi, & superiores
eorum Archiepiscopi, primates, & patriarchæ, ac alii habentes iurisdictionem ordi-
A nariam aut delegatam, vt sunt abbates & propriores conuentuũ, officiales, & vicarii
200 episcoporum, etiam non sacerdotes, excommunicare possunt, vt habetur in c. cor
ripiantur. 24. q 3. Et quamuis quilibet sacerdos curam habens animarum, ordina-
riam vel delegatam potestatem habeat ligandi atque soluendi in foro pœnitentiæ,
vbi causa agitur inter hominem & Deum, non tamen habet potestatem in foro ex-
terioris iudicii, vbi causa agitur inter homines. Et ideo soli maiores prælati possunt
ordinarie excommunicare, alii autem ex eorum commissione, nisi forte essent ex-
communicati vel suspensi, sicut nec suspensus ab ordine, potest licite in eo mini-
strare. Differentia tamen est, quia si suspensus ab ordine, puta sacerdos, attẽtet cõ
secrare, vere consecrat, licet peccet, sed si excõmunicatus vel suspensus a iurisdictio
ne exterioris iudicii, tenet excommunicare, nihil facit, nec ligat, quia iurisdictio *Par parem excommunicare non potest.*
auferri & impediri potest, & non character. ¶ Non possunt tamen episcopi aut
alii absoluere seipsos, quia aliquis non haber in seipsum iurisdictionem, quum in
eadem causa non possit quis esse iudex & reus, Et quum par in parem non habeat
imperium, sequitur, quod nullus potest parem sibi excommunicare, nec etiam com
munitatem, quia aliquis non debet excõicari nisi pro pecato mortali, qui est actus
singularium personarum, & non totius communitatis. Et quamuis aliquis actus
possit esse alicuius totius multitudinis, vt quando multi trahunt nauem, quam nisi
omnes simul trahere non possunt, quia tamen non est verisimile quod aliqua tota
communitas ad malum consentiat, & quin aliqui sint dissentientes, & Deus non cõ *Communitas excommunicari nõ potest.*
demnet iustum cum impio, Gen. 19 sequitur quod nec ecclesia, quæ Dei iudicium
imitari debet. Ideo D. Aug. super Mar. 2. dicit quod cõmunitas non est excommu
nicanda, & sic statutum est in c. Romano de sententia excommunicationis, lib 6. vt
communitas non excommunicetur, ne cum ipsis zizaniis eradicetur simul & triti *Pluribus ex communicationibus potest aliquis innodari.*
cum. Excommunicatus vero vna excommunicatione potest alia ac etiam pluri-
bus excommunicari per excõmunicationis iterationem, ad maiorem confusionem,
ut a peccata resiliat, vel propter alias causas. Et sic tot sunt principales excommu-
nicationes, quot sunt causæ. Cum enim excõmunicatio sit pœna & medicinale re-
medium, iteratur cum causa exigit, Et licet Apostolus dicat. 1. Cor. 5. Quid mihi
de his qui foris sunt iudicare? & excommunicati sint for s, nõ tamen sequitur quin
B Christiani possint pluries est communicari, quia Apostolus intelligit & Paganis &
200 infidelibus, qui sunt omnino foris, sed non Christiani, cum per baptisimum accepe-

 rint:

rint characterem indelebilem,& sic semper sunt de Ecclesia, numero, licet non merito. Et quanuis priuatio non suscipiat magis & minus secundum se,recipit tñ secundũ causam,sicut priuatus lumine vno oblice & muro,põt magis priuari per aliũ murum. Et sicut primum peccatum mortale priuat gratia , & secundum , non cum iam eam non inueniat,tamen natum est priuare, & causare aliã maculam,& alium reatũ & ponere alium obicem. Sic excommunicatio superueniens,aliud ligamen & obstaculum introitus regni ponit. Ideo potest iterari,sic quod per secundam excommunicationem superuenientẽ quis est magis separatus & elongatus a suffragiis Ecclesiæ, quam per primam & deinceps. ¶Ex præmissis infertur primo,quod papa manens papa,non potest ab homine excommunicari,quum non habeat hominem superiorem in terris nec potest excommunicationem decernere contra successorem,cum non sit eo superior. Secundo infertur quòd licet defuncti,qui ante mortem inciderunt in excommunicationem,latam a iure vel ab homine,possint declarari excõmunicati,maxime quando non constat de pœnitentia & emenda,ac etiam hæretici facto & completo eorum processu ante mortem,non tamen possunt excommunicari,cum nõ possint peccare,nec mereri,nec ab Ecclesia moueri,& excommunicatio (vt dictum est) prærequirat monitionem. Nec obstat quod possunt absolui,quia absolutio potest dari ipso excommunicato absente,ac etiam inuito, cum excommunicatio sit pœna , si excommunicatus in scandalum Ecclesiæ,vellet permanere in excommunicatione,& timeretur de eius obstinatione. Cum ergo defuncti habeant corpus super terram,siue circa superficiem terræ,& in potestate hominum,& super terram fuerint ligati, ratione corporis sortiuntur forum & iurisdictionẽ Ecclesiæ quæ promptior est ad absoluendum,quam ad condemnandum,vt dicitur in l. Arianus ff.de actionibus & obligationibus. Non tamen sequitur quod si excommunicati sint in inferno, & absoluãtur ab ecclesia,propter hoc eorum pœna minuatur quia ad minutionem pœnæ requiritur charitas, & non ad absolutionem ab excommunicatione. & sic nil prodest illis absolutio,quanuis parentes,& amici gaudeant & lætentur. C 200

Papa manens Papa non põt ab homine excommunicari.

Excommunicatus inuitus absolui potest.

Ver.18. *De Absolutione.*

In addi. 3. q. 24.

CVM eius sit soluere,cuius est ligare, sequitur quod quilibet sacerdos non potest a sententia excommunicationis absoluere. Canonistæ tamen dicunt in cap. pastoralis § præterea,extra de officio iudicis ordinarii & capit. non dubium, & capit. quanuis, extra de sententia excommunicationis, quod ex ordinatione & authoritate summi pontificis in corpore iuris expressa, simplex sacerdos in articulo mortis,in absentia eorum qui habent ordinariam uel delegatam potestatem, potest absoluere in foro interiori solum,a sententia excõmunicationis quoad Deum, sed non quoad ecclesiam. Ideo si talis absolutus moriatur, non debet sepeliri in loco sacro. Dicunt ẽt quòd si conualeat taliter absolutus, tenetur se præsentare excõicanti, & ab eo obtinere absolutionem in foro exteriori & in forma ecclesiæ. Regulariter vero absolutio excommunicationis latæ a iure, pertinet ad episcopum excommunicati, nisi sit casus reseruatus sedi Apostolicæ, de quibus ad plenum summistæ, & inter eos maxime Dominus Caietanus in Summula, super verbo, excommunicatio, ad quem breuitatis gratia lectorem remitto. Et quanuis spiritualia voluntaria non conferantur in inuitum,& excommunicatio sit spiritualis,quia tamen est inuoluntaria cum sit pœna,ferri potest in inuitum,sicut & absolutio ei respondens. Potest etiam quis eadem ratione absolui ab una excommunicatione eo manẽte ligato alia, Sicut põt quis pluribus vinculis ligatus, solui ab uno remanente ligato aliis & idem de pœnis, quum pœnę quoad remissionem, non habeat necessariam conuexionem,sicut culpæ. Si quis tamen esset excõmunicatus pluribus excõicationibus ab vno propter diuersas causas,& absolueretur simpliciter & absolutè, absque allegatione causæ excõicationis, censeretur absolui ab omnibus, etiam si in singulari numero de absolutione diceretur, uel scriberetur, Ego te absoluo a sentẽtia excõmunicationis,nisi in cõtrarium aliquid exprimeretur,quia (vt dicũt dialectici) terminus communis D 200

Pœnæ quo ad absolutionem non sunt obnoxæ sicut culpæ.

munis sequens propositionem a vel ab, distribuitur, hoc est supponit distributiue, & copulatiue pro omnibus suis significatis.

Ver.19. De Indulgentiis.

TERTIVS actus clauis iurisdictionis est distribuere bona, quæ distributio quātū ad officia uel beneficia, pertinet ad iustitiam distributiuam. Et talis distributio nō dicitur actus clauis, quia non respicit directe impedimentum ingressus regni cœlorum. Distributio vero quoad remissionē pœnæ per modum meriti, quæ pertinet ad satisfactionem, inquantum aliquis applicat pœnalitatem & conatum bonorū operum suorum factorum in gratia, pro remissione pœnarum debitarum, alteri etiā existenti in gratia, siue in hoc mundo, siue in purgatorio, non habet rationem clauis, quum pertineat ad singulares personas nullam iurisdictionem habentes. Et quū talis applicatio & distributio pertineat ad iustitiam, non habet rationem indulgentiæ, quæ consistit in distributione thesauri spiritualis Ecclesiæ, de quo in uersiculo sequenti. ¶ Ad cuius intelligentiam, reducendum est ad memoriam quod supra dictum, est quum de charitate & merito ageretur, videlicet, quod cuilibet actui informato gratia, respondent tria bona pro mercede. *In addi.3. p.q.25.*

¶ Primum bonū dicitur præmium essentiale, quod consistit in clara uisione diuinæ essentiæ, & hoc porportionatur habitui gratiæ, & hoc nemo potest alteri communicare, quia nullus, nisi Christus, potest alteri gratiam mereri vnde Matt 25. dicitur quod sapientes virgines noluerunt communicare aliis de oleo suo. *Actui meritorio tria respondent.*

¶ Secundum bonum dicitur præmiū accidentale, quod consistit in gaudio operis facti, quia sancti gaudebunt de bonis operibus factis in via. Et hoc præmium proportionatur actui siue feruori charitatis. Et istud communicatur omnibus aliis existentibus in gratia, secundum proportionē gratiæ, quam habent, absque applicatione facientis, omnes enim gaudebunt, &c. iuxta illud Psal. Particeps ego sum omnium timentium te & custodientium mandata tua. ¶ Tertium bonum est voluntaria solutio, & satisfactio pœnarum, ad quas sustinendas quis obligatus est pro peccatis præteritis, ut dictum est quum de satisfactione ageretur. Et hoc præmium siue remissio quantitatis pœnæ respondet & proportionatur conatui & pœnalitati operantis meritorie & secundum hoc bonum, opera bona facta in gratia, considerantur vt pœnalia siue satisfactoria. Et hæc bonum per intentionem operātis potest applicari existenti in gratia, siue, ille cui applicatur sit in hoc mundo, siue in purgatorio, & quū applicatur ab operante, dicitur suffragium iustitiæ per modum meriti. Et quia contingit quod aliquis maiorem pœnalitatē sustineat, quam sit pœna dignus, uel etiam qui nullum pœnæ reatum habet, & has pœnalitates & tribulationes quas sustinet, nulli applicat, quū nullū bonum remaneat irremuneratum (nisi sit infinitū, ut meritū Christi) sequitur, quod illæ remanent in gazophilatio siue thesauro Ecclesiæ. Quia qui opus facit in gratia, si non applicet quantum ad pœnalitatē, facit pro se et omnibus mēbris Ecclesiæ, & sic reponitur in thesaurus Ecclesiæ, per eum qui præest dispensandum, sicut & cætera bona communia. ¶ Distributio huius thesauri siue applicatio pœnalitatū supererogationis Christi & Sanctorum, pro remissione pœnarum pro peccatis præteritis debitarum, facta ab eo qui vniuersali Ecclesiæ præest cū iudicio discretionis, uocatur Indulgentia, siue suffragium Indulgentiæ, & non per modum meriti. Quia ille qui eas applicat, non meruit nec sustinuit illas et sic non sunt proprie eius ¶ Et quia neoterici hæretici circa huiusmodi materiam (cuius fundamentum intelligere nolunt) molestiam catholicis præstant, irrisionibus, cōuitiis, ac blasphemiis pro rationibus utentes, ut catholica ueritas elucescat, aliquantisper hic nobis est insistendum. Et in primis notandum quod hæretici fuerunt decepti, eo quod amplius uocabula, quam res seu veritatem curauerunt, languentes circa contentiones & pugnas verborum, ut dicit Apost. 1. Tim. 6. Eam ob rem licet veritas indulgentiarum in sacris literis contineatur, quia tamen clare eam male affecti prospicere non possunt, dicunt ex sacris non haberi, sicut nec purgatorium, *Psal.118.* *Indulgētia quid.* *ca.16.§.4* *Ver.28.*

E 200

F 200

quamuis

quanuis ēt nomen purgatoriis in sacris literis inueniatur expressum, vt dictū est, Sic dicunt nomē Indulgētiæ in sacris literis non inueniri. Ab initio dixerunt indulgētias esse pias fraudes fidelium, postmodum inuentiones, tandem imposturas. & licet quæstio de nominibus sit relinquenda pertinacibus, quum de re ipsa constet, ad conuincendam tamen eorum inscitiam & effrenatam procacitatem, ostendendum nobis est, in sacris literis nomen indulgentię ad intentionem qua Ecclesia vtitur, expresse reperiri, & maxime in Esa 61 vbi in persona Christi dicit, Spiritus domini sui per me, eo quod unxerit me. Ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer cōtritos corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, clausis apertionem. Et sic negari non potest nomen indulgentiæ in sacris non inueniri. Quod autem ad intentionem qua utitur Ecclesia, Esaias scripserit, Christus Dominus declarauit. Luc 4. vbi dicitur quod cum in die sabbati intrasset synagogam Nazareth, surrexit legere & traditus est ei liber Esaiæ prophetæ, & ubi reuoluit librum, inuenit locum ubi scriptum erat, Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, &c. Ecce quomodo nomen indulgentiæ Christus interpretatus est remissionem. Sed de qua indulgentia loquebatur Esaias? profecto peccatorum, propter quę indulgenda, & remittenda missus est Christus a Deo parte, & quia in peccato sunt duo scilicet culpa, et pœna remissio culpæ ac etiam remissio pœnæ recte indulgentia nominatur. Sed Ecclesia (vt dictum est) accipit indulgentiam pro applicatione pœnalitatum supererogationis Christi & Sanctorum, per quam remittuntur pœnæ. Igitur nil manifestius esse potest, quam nomen indulgentię, ad intentionem qua utitur Ecclesia, in sacris literis inueniri. Deinde Greg. 9. septennes indulgētias statuit. Post Ggreg tēpores Alexandri tertii declaratum fuit, quod remissiones (hoc est indulgentiæ) illis tantū prodessent, quibus vt prosint proprii iudices siue episcopi indulserunt, ut habetur in c. quod autem, extra de pœnitētis & remiss. Postmodum ab Innocentio tertio in concilio Lateranen. vt habetur in cap. excōmunicamus. §. catholici, extra de hære. decretum fuit quod catholici, qui crucis assumpto charactere, ad extermінum hæreticorum se accingerent, illa gauderent indulgentia, illoque sancto priuilegio essent muniti. quę accedentibus in subsidium terræ sanctæ conceduntur. Et quanuis hæc concessio indulgentiarum his quis in subsiduum terræ sanctę accedunt. minime inueniatur scripta in iure, indubie tamen tenetur expeditionem cruciatæ fultam fuisse indulgentia plenaria. Et hoc haberi dicitur in parte decisa a decretali, ad liberandam terram sanctam, extra de Iudæis & Sarracenis. Postea uero quidam indiscretas, & superfluas indulgentias dabant, ex quo claues Ecclesiæ contemnebantur, & pœnitentialis satisfactio eneruabatur. Ideo decretum fuit ab Innocen. 3. in concilio generali, ut habetur in c. cum ex eo, extra de pœnitentiis & remissionibus, ne cum dedicaretur Ecclesia, siue ab uno, siue a pluribus episcopis indulgentię extenderentur ultra annum, & in Anniuersario Dedicationis. 40. dies de iniunctis pœnitētis in dulta remissio non excedat. Et in clemen. de pœniten. & remis. ex concilio Viennen. reprehenduntur abusus quæstorum. & solum conceditur licentia publicandi, & recipiendi suffragia. Successiue Bonifacius octauus, ut habetur in extrauaganti antiquorū, de pœnitentis, & remis. approbauit indulgentias, & instituit Iubileū a cētesimo anno in centesimū, uisitantibus vrbem. Deinde circa annum Domini millesimum trecētessimum, Clemens quintus præfatam iubilei indulgentiam reduxit ad quinquagesimum. Postremo Nicolaus quintus publicari fecit, & Paulus secundus assignauit de vigessimo quinto in uigesimum quintum, ut habetur in extrauag. quē admodum, de pœnitent. & remis. D. Antho. Florē. prima parte summæ, tit. 10 ca. 3. § 6. assignat rationes, quare potius conceditur iubilei priuilegium, siue indulgentia, siue remissio plenaria, visitantibus vrbem Romanam, quam aliam ciuitatem.

Nomen indulgentia in sacris literis inuenitur.

A 201

Iubilei instit utio.

B 202

¶ Ex premissis habetur primo, quod indulgentię non sunt solum a trecentis annis, nec sunt inuentiones humanæ, neq; fraudes, neq; imposturæ, sed ex Christi institutione, quam sequens vniuersalis Ecclesia (quæ errare non pōt) in generali concilio

cilio

cilio concessit. Vnde in concilio Constantien. sessione sexta, non immerito condem natus fuit 45 articulus Ioannis Vviclefz, qui indulgentias eneruare conabatur. Secũdo habetur, quod id quod sit olim vocabatur remissio, quia vsu inualescẽte propter prophetiam Esaiæ, clarius eius significatio per nomen indulgentię explicatur, indulgentia appellatur. Est enim indulgentia clemens ac mollis promissio, quæ seueritati opponitur. & indulgere idem est quod parcere, & remittere. Tempore vero Apostolorum donatio abundantiæ spiritualis dicebatur. Vnde Apost. 2. Cor. 2. donationes tales se fecisse commemorat, dicens, Cui autem aliquid donastis, & ego. Nã & ego quod donaui, si quid propter uos donaui, in persona Christi scilicet donaui, vbi glo. dicit, hoc est tantum vobis prodest, ac si Christus donasset, & Apost. de remissione pœnæ debitæ fornicatio pro peccato excommunicato, cui Cor remiserunt. Et D. Paulus propter eos aperto thesauro ecclesiæ applicauit ei pœnalitates supererogationis Christi, & Sanctorum, & sic vsus est donatione siue remissione, & indulgentia. Quod ergo Aposto. vocat donationes successiue Ecclesia innixa authoritati ei datæ a Christo, vocauit remissiones dicitur, enim Ioan. 20 Quorum remiseritis pctã, remittuntur eis. Nõ solũ, enim Christus dedit potestatẽ instrumentalẽ remittendi, culpam, sed ẽt pœnã, & non solum æternam, sed etiam tẽporalẽ, & non solũ per modum meriti Christi, & viam reconciliationis, quòd fit per applicationẽ sacramentorum, per quæ meritum Christi instrumentaliter applicatur, sed etiã per modum indulgentiæ, quæ fit vltra sacramenta, ex aliqua pia causa. Tum quia homines sunt negligentes ad exoluendum pœnas debitas pro peccatis, tum etiam ad promouendũ illos ad opera pietatis, quæ sunt modica respectu remissionis, quia si essent magna, & pœnalia ad æqualitatem remissionis, diceretur redemptio, vel solutio, aut satisfactio, & non remissio, siue indulgentia. Cum ergo indulgentiæ respiciant principaliter gratiam in eis conferendis non attenditur principaliter quantitas operis, sed causa. ¶ Ex præmissis patet quòd potestas conferẽdi indulgẽtias fundatúr in illo passu. Quorum remiseritis peccata, remittũtur eis. Si. n. dedit ptãtem remittẽdi culpã, a fortiori pœnam temporalem. Nec tamen ex hoc sequitur, quòd quilibet episcopus
C aut simplex sacerdos possit indulgentia conferre, quia per illa verba alii non recepe
201 runt potestatem, nisi sub moderatione D. Petri. Ideo quemadmodum propter plenitudinem potestatis, papa, Petri successor, potest reseruare absolutionem aliquorum peccatorum, sic etiam collationem indulgentiarum, maxime quum distributio bonorum cõmunium totius ecclesiæ pertineat ex ipso ordine rerum ad illum qui præest toti ecclesiæ. Potest tamen aliis delegare hanc potestatem, vt infra dicetur.

Cur eccle-
sia indulg
tias largia
tur.

Indulgen-
tiarum po-
testas.

Ver. 20. De thesauro ecclesiæ, & fundamento indulgentiarum.

NEMO nisi infidelis, negare potest Christum multa opera supererogationis, ad quę non tenebatur fecisse, & multos labores, & pœnalitates supererogasse. Hoc quidem motum est ex euãgelio Luc. 9. vbi habeatur quod Moyses, & Helias visi in maiestate dicebãt excessum eius s passionis Christi, quem completurus erat in Hierusalẽ. Et quo manifeste apparet quòd eius pœnalitas, & passio excedebat redẽptionem, quam fecit quia (vt dicitur 1. Ioã. 2.) Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non autem nostris, tantum, sed pro peccatis totius mundi, imo pro infinitus mũdis, si essent, cum minima gutta sanguinis, & minimus dolor ratione vnionis, esset infinitæ satisfactionis, & ideo non potest exauriri. Vnde in extrauag. vnigenitus, de pœnitentiis, & remiss. post mentionem de profluuio sanguinis a Christo effusi, ac doloribus, tantis quidem vt a planta pedis vsque ad vertice capitis sanitas non inueniretur in ipso, dicitur exinde. Tantum vt nec superuacua, inanis, aut superflua tanta effusio miseratio redderetur, thesaurum mil tanti ecclesiæ acquisiuit, volens suis thesaurizare filiis pius pater, vt sic esset infinitus thesaurus hominib. quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei, & infra, De cuius cõsumptione aut minutione non est aliquatenus formidandum, tam propter infinita Christi merita, quam pro eo, quòd quanto plures ex eius, applicatione trahuntur ad iustitiam, tanto magis accrescit ipsorum cumulus meritorum. Si dicatur, quod vnum infinitum

Christus
multa supe
rerogauit.

consu-

consumitur per aliud,sed peccatum est infinitum,igitur respondendum est quod in finitas peccati,& infinitas meriti Christi non sunt eiusdem rationis,quia peccatum dicitur infinitum priuatiue.pro quanto priuat infinito bono,sed meritum,& satisfa ctio Christi est quid infinitum positiue propter vnionem,&c. In thesauro etiam ec clesiæ reponitur cumulus pœnalitatum supererogationis sanctorum.

D. virgo su pererogauit.

¶ Certum est enim D.Virginem Domini matrem,multas pœnalitates,& labores sustinuisse in profectione Bethelẽ, in fuga in Aegyptũ, & in passione Christi, cũ stabat iuxta cruce Iesu mater eius,Ioan.19 Cũ impletũ fuit illud D. Simeonis, Luc.2.Et tuã ipsius animã pertransibit gladius & per duodecim annos post Christi ascensionẽ,& tñ pro hmôi pœnalitatibus non fuit in seipsa remunerata , cum non haberent reatum alicuius peccati aut pœnæ . Et quanuis mortua sit,& alias passiones naturales perpessa sit,non erant tamen in ea pœnę,sed conditio naturę.

¶ Præterea sancti Apostoli,& Martyres, qui erant in gratia confirmati,multa sustinuerunt tormenta,quæ excedebant pœnas pĉõrũ illorum,& multa bona supererogationis,hoc est cõsilii,ad quæ nõ tenebant,fecerũt.Vnde,& Iob 7 potestabatur dicens,Vtinã apprehẽderentur peccata mea,quibus irã (hoc est pœnæ inflictionem) merui,& calamitas quã patior in statera,quasi arena maris hæc grauior appareret: Et Apost.Colos.1.dicit,Nũc gaudeo in passionib. pro vobis,& adimpleo ea quæ desunt passionũ Christi,in carne,mea pro corpore eius quod est Ecclesia, vbi manifeste asserit se passum in carne sua pro ecclesia. Non tamen propter hæc verba (quæ desunt passionum Christi intelligendũ est ꝙ passio Christi fuerit insufficiẽs ad redẽptionẽ humanæ naturæ,& ꝙ passiones D. Pauli additæ sint ad complendum, hoc enim est falsum , & hæreticum,cum Christi(vt dictum est)sit propitiatio pro peccatis totius mundi.Sed intelligendum est quòd Christus,& ecclesia est vna persona mystica,cuius caput est Christus,corpus vero est congregatio fidelium , & quilibet iustus est quasi membrum,vt habetur 1.Corin. 12. Deus autem ordinauit in sua prædestinatione quãtum meritorum deberet esse in tota ecclesia,tam in capite,quã in mẽbris sicut,prædestinauit numerum electorum,& inter hæc merita sunt passiones Sanctorum,per quas Christo debebant conformari. Merita Christi capitis præ uisa sunt infinita.Præuisum etiam fuit quod quilibet Sanctorum exhiberet aliqua merita,secundum mensuram suam.Ideo D.Paulus Apost. dicebat Adimpleo, hoc est addo mensuram præuisam a Deo,in carne mea,passionum , quæ desunt secundũ diuinam prædestinationem,Christi,hoc est ecclesiæ,cuius Christus est caput. Ideo subiungit,Pro corpore eius,quod est ecclesia,vt sicut ipse passus est, non pro peccatis suis,cum peccatum nullum fecerit, sed pro peccatis ipsius corporis Ecclesiæ , ita & nos patiamur,non solum pro peccatis nostris,sed etiam pro peccatis aliorum,qui sunt de corpore Ecclesiæ. Quia ordinauit Deus electos conformes fieri in hoc ima gini filii sui.Et Ideo Gal.6.dicebat, Alter alterius onera portate,& sic adimplebitis legẽ Christi . His igitur verbis significat Apostolus ærũnas quas cæteri sancti pertulerunt in carne sua,tanquã reliquias quasdã,adiũgendas passionib. Christi,ad cõmunem totius ecclesiæ vtilitatem. Cũ ergo de excessu pœnalitatum suarũ sancti nõ fuerint remunerati in seipsis,& nullum bonum remaneat iremuneratum , sequit ꝙ excessus & supererogatio fuerit reposita in gazophilacio (hoc est thesauro Ecclesię) cum alicui particulariter non applicauerint;& pro se nõ indigerent, quum propter vnionem charitatis,pro omnibus indigentibus fecerint, relinquentes distributionẽ & applicationem Christi vicario,thesauri ecclesiæ claues siue potestatem habenti. Vnde in prędicta extrauag.vnigenitus,dicitur. Ad cuius quidem thesauri cumulum beatę dei genitricis,& omnium electorum,a primo iusto vsque ad vltimum,merita adminiculum præstare noscuntur . ¶ Si arguatur, quòd nulla sanctorum merita relicta sunt irremunerata , quum Rom.8.dicatur, Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam , quæ reuelabitur in nobis , Dicendum quòd si opera sanctorum facta in gratia,considerentur vt meritoria, sint remunerata etiam vltra condignum.Si vero considerentur vt satisfactoria,non sunt remunerata in ipsis,sed

D. Paul. quo pro ecclesia passus est.

E *208*

Rom. 8.

Sanctorum opera possũt dupliciter cõsiderari.

E 801 sis sed per indulgentias remunerantur in aliis. Si replicetur quòd si Christi satisfactio per modum indulgentiæ, si sufficit ad deletionem omnium pœnarum, sequitur quòd si credimus eam sufficere & non participare. ergo aliæ superfluunt, Dicendum primo, quòd Christi satisfactio, quæ applicatur per sacramenta per modum meriti, instrumentaliter non operatur, nisi secundum dispositionem sacramentum suscipientis, ut dictum est. & quia contingit suscipientem paruam dispositionem habere, ideo aliquid reatus manet, vt dictū est. & quum passio Christi per modum indulgentiæ applicatur, deletur totus reatus. Nec propter insufficientiam satisfactionis Christi dicimus sanctorum supererogationes reponi in thesauro ecclesiæ, & applicari, Sed dicimus satisfactiones supererogationis sanctorū per indulgentias applicari, ut illæ etiam remunerentur. & sic vt duplici via expientur pœnæ debitæ, scilicet satisfactione Christi & sanctorum. Quemadmodum enim non inconuenit aliquid duplici via mereri (ut dicetur infra, quando de Christi merito agetur) ita non inconuenit aliquem duplici via satisfacere, debito pœnę, scilicet satisfactione Christi, & satisfactione sanctorū, quæ innititur satisfactioni Christi, a qua uis & efficacia eius pēdet. ¶ Nec obstat præmissis, quòd dicebat Christus, Luc. 17. Cum feceritis ea quæ præcepta sunt uobis, dicite, Serui inutiles sumus, quod enim debuimus facere, fecimus. Sed seruus inutilis non supererogat. Vnde D. Aug. dicit nullum sanctorum perfecte implesse mandata Dei, magis ignoscente Deo, quia quilibet tenetur diligere Deum 19. Retra.
quātum potest, ex toto corde quod nullus sanctorum fecit. Et in eodem idem Aug. dicit quòd opus bonum optime factum, est ueniale peccatum, quia dictum Christi intelligitur de bonis operibus, inquantum procedunt a nobis, & non sunt informata gratia. Nec loquitur de operibus consiliorum, sed solum de præceptis. Imo ex illo loco habetur, quòd si seruus vltra præcepta aliquid faceret, non esset inutilis, sed
A supererogaret Et ad D. Aug. dicendum primo, quòd intentio eius erat dicere quòd
802 nullus sanctorū in hac uia perfecte impleuit præceptum dilectionis Dei, perfectione patriæ, siue qua sancti, qui sunt in patria, qui nullū impedimentuū habēt, implēt. Non tamen intellexit, quod non impleuerit perfecte mandatum, dilectionis Dei, Sap. 9.
perfectione præcepta in via, ad quam Deus (qui non obligat ad impossibile) intendit viatores obligare. Non enim intendit deus obligare peccatores ad perfectionē comprehensorum, cum sit eis impossibile, quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Et quum dicit quod opus optime factum, est veniale peccatū, non accipit peccatum veniale proprie pro actu deformi, sed pro actu uili in comparatione Esa. 64.
diuinæ dignitatis, prout Esaias dicit, Facti sumus immundi omnes, & quasi pannus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ, scilicet tanquam a nobis procedēres, quæ in comparatione diuinę iustitiæ quasi nihil sunt Sicut lumen candelæ ad lumen solis dicitur vmbra, licet in se lumē sit, sic, &c. Sed inquantum iustitiæ nostræ sunt adiunctæ gratiæ dei, ipsa cooperante sunt meritoriæ de cōdigno, ut dictum est cū de merito agetur. ¶ Nec obstat pariter, quod nullus deo satisfacere pōt pro beneficiis, cum omnia quæ homo habet, habeat a deo, & solutio & satisfactio importat quod fiat de proprio, & non de his quæ domini sunt, aut de alieno, ergo nullus potest supererogare. Negatur consequētia, licet .n. antecedēs sit absolute & simpliciter uerum (cū inter hominē, & deum non sit æqualitas aut proportio), quia tamen est quædam proportionabilitas, sicut homo potest mereri a deo, præsupposita diuina ordinatione & gratia, ita & satisfacere, faciendo ea quæ ipse ordinauit, scilicet tantum sustinendo Apoca. 18.
quantū in deliciis fuit & Deu 25. Secundum mensuram delicti, erit & plagarum modus. Et sic supposita diuina ordinatione antecedens est falsum Et cum datur aliquid alicui per indulgentias, licet antea esset alienum, per donationem, & indulgentiarū largitionem, fit suum, & sic satisfacit de suo, licet aliquando fuerit alienum.

Ver. 21. De Valore Indulgentiarum.

B 803 CVM impium sit dicere Ecclesiā Christi, quæ regitur Spiritu sancto, facere aliquid uanum, & (vt ex prædictis patet) Ecclesia vniuersalis, quæ errare non potest, In add. 3. p. q. 25.
in concilio generali dederit indulgentias, necessario sequitur quod indulgentiæ art. 1.

ad

ad aliquid valent, non solum quantum ad forum Ecclesiæ, absoluendo a pœnitentiis iniunctis in foro pœnitentiali, & non iudiciali exteriori, vt dicitur in.c.cum ex eo, extra de pœnitentiis & remissionibus, sed etiam valent quantum ad forum, & iudicium dei, ad remissionem pœnæ residua post contritionem, confessionem, & absolutionem, siue sit iniuncta, siue non, cum potestas remittendi D. Petro Apostolo data, se extendat ad cœlos, alias si solum iniunctas pœnitentias, quas canonicas (hoc est per sacros Canones determinatas) uocant, remitterent indulgentiæ, Ecclesia catholica indulgentias concedens magis damnificaret, quàm iuuaret, quia remitteret ad grauiores pœnas purgatorii. Nec obstat illud quod dicitur Roma 3. Vnusquisque mercedem accipiet secundum laborem suum, quia illud intelligitur de mercede siue præmio essentiali, non secludendo meritum Christi, cui innititur, & non de solutione pœnarum. Vel potest dici quòd per cõcessionem indulgentiarum, labores efficiuntur illorum, quibus indulgentiæ conceduntur. Et quãuis deus, qui seipsum negare non potest, statuerit, Deute. 25. Secundum mensuram delicti, erit & plagarum modus, remissio tamen quæ fit per satisfactionem alterius, vel per indulgentias, nõ tollit proportionem pœnæ ad culpam, quia pro culpa unius alius sponte sustinuit pœnam vel eius pœna ab eo qui poterat, applicata fuit. Nec qui indulgentias concedit, proprie absoluit ab eo ad quod ligauit superior. s. deus, qui absoluendo a culpa, ligat ad pœnam, ut dicit Hugo de sancto Victore, sed dat debitori, ut debitum soluat. & sic diuinæ iustitiæ non derogatur. ¶ Si autem allegetur illud Apostoli, Non est data potestas in destructionem sed ædificationem & vtilitatem, & per indulgentias aufertur utilitas satisfactionis, quæ si fieret per nos, cederet in meritum essentiale & accidentale, ac etiam in remedium recidiui, Igitur, &c. Propter hoc argumentum a D. Thoma solutum, Lutherus & sui sequaces procaciter dicunt indulgentias esse pigrorum satisfactiones, quę reddunt homines negligentes, & esse bonorum operum remissiones, quum remittant satisfactiones, & dent licentiam pigritandi, sub specie pietatis Respondet D. Tho. quòd per indulgentias datur remedium contra peccata Maius enim remedium præbetur ad peccata vitanda per gratiam, quam per assuetudinem nostrorum bonorum operum, quia ex affectu quem accipiens indulgentias, accipit ad causam, pro qua indulgentia datur, & vt possit illas consequi, se disponit ad gratiam, confitetur, & multa bona opera facit, quæ non faceret, si indulgentia non concederetur. & ideo non est in destructionem dare, nisi inordinate dentur. Nec ad hos fines datur, vt homines cessent a bonis operibus, sed ut ad bona opera promoueantur. Et ideo consulendum est eis qui indulgentias consequuntur, ne propter hoc ab operibus misericordiæ iniunctis abstineant, ut etiam ex eis remedium consequantur, quanuis a debito pœnæ sint immunes. Non enim indulgentiæ satisfactionem aliquam remittunt, sed duntaxat obligationem, qua peccator ad satisfactionem tenebatur. Diuersa sunt enim hæc, Satisfactio pro pœna, & obligatio ad pœnam, nam obligatio vinculum est, & non satisfactio, sed est vinculi solutio Ideo papa indulgentias concedendo soluit duntaxat vinculum satisfactionis, sed non satisfactionem, quia post indulgentiam peccator si uelit, potest satisfacere, quanuis non obligetur. nec sequitur quod eius satisfactio frustra fiat, quia si satisfactionem faciat eius satisfactio reponitur in ecclesiæ thesauro, si ipse non egeat, nec alteri applicet. Et (vt dictum est) vni debito pluribus modis satisfieri potest, & per consequens pœnæ debitæ pro peccatis. Primo per uirgam Dei in hoc mundo, aut in purgatorio inflictam. Secundo per alterius satisfactionem per ipsum applicatam. Vnde Apostol. dicit, Vt abundantia uestra illorum inopiam suppleat, & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, ut fiat æqualitas, Tertio per orationẽ, Moysi.n. oratione uirga Dei auersa est a populo Israel. Vnde Ps. 105. Et dixit ut disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius, ut auerteret iram eius, & non disperderet eos. & pro nihilo habuerũt terram desiderabilẽ Quarto potest satisfieri, & virga Dei auerti, propria satisfactionẽ & animæ conuersione, prout de Niniuitis & de Achab. Vnde Apostol. 1. Cor. 11. postquam fecit men-

Margin notes: 2. Tim. 2. — 2. Cor. 10. — C 202 — Aliud est vinculum satisfactionis, aliud satisfactio. — 2. Cor. 8. — D 203 — Iona. 3. — 3. Reg. 21

mentione de virga dei dicens, Iō inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiūt multi, subdit cām nostræ animaduersionis negligentiā esse dicens Quod si nosipsos iudicaremus, & corriperemus, nō vtiq; domino iudicaremur, siue corriperemur, Deus enim quāuis nullū peccatū impunitum relinquat, nunquā tamen bis in idipsum iudicat, quod faceret, si ipse post nostrā aīaduersionē, animaduerteret siue puniret. Quintò satisfieri potest eleemosynis, iuxta illud, Peccata tua eleemosynis redime, & Luc. 12. Date eleemosynam, & omnia mundi sunt vobis. Sexto virga Dei auertitur, per susceptionem sacramentorum, quæ pœnam æternam cōmutant in temporalē imo, et de tēporali diminuunt propter meritū Christi ipsis cōmunicatū ſm dispositionē subiecti, & p modum meriti Christi. Et sic secundū dom de Palude, non est ex insufficientia virtutis sacramentorū, quòd tota pœna non deletur, sed ex indispositione recipientis. Septimo satisfieri potest pœnæ debitæ pro peccatis, per indulgētias, per quas passio Christi applicatur per modū liberalis suffragii propter modicā causam piā, & quasi gratis applicatur, & per modū solutionis datur, & sic aliter quā in sacramentis, in quibus propter amorem Christi, & eius merita secundum dispositionē suscipientis, datur Indulgentia vero datur existentibus in gratia, non secundum dispositionē suscipientis, sed æqualiter omnibus, dūmodo causam propter quā datur perficiant. Nec sequitur, quòd Deus peccatum impunitum relinquat quum per orationes, aut indulgentias Deus peccata remittit, nec diuinæ iustitiæ iniuriam aut præiudicium faciat, quia tunc ad satisfactionem diuinæ iustitiæ seu vindictæ pœnam per Christum vel sanctos perpessam, pœnæ debitæ correspondentem, applicat peccatori, per quas peccatum eius vindicatur, & satisfit diuinę iustitiæ. Dan. 4.

¶Ex præmissis apparet quam parū faciat contra indulgentias, id quod dicitur in Psal. 88. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata ipsorū, quia ad literam (vt ex contextu apparet) intelligitur de filiis Dauid, ꝙ si peccata, & iniquitates eorum virga (hoc est pœna seu punitione) se visitaturum Deus minabatur, nisi resipiscerent, quia si resipiscerent, & conuerterētur, irā, & virgam auerteret. Vnde subdit, Misericordiā aūt meam non despergam ab eo, neque nocebo in veritate mea, si in seipsos animaduertant, vel aliorū animaduersiones eis applicentur. Quāuis etiam exponi possit de virga excitatiua ad hoc vt conuerterentur.

A V. 22. *De quantitate valoris indulgentiarum.*

202 QVANTITAS valoris indulgentiarum pensanda est secundum quantitatem causæ efficientis. Causa autem efficiens, vel effectiua illius est duplex. s. principalis, & instrumentalis, principalis est abundantia thesauri Ecclesiæ, hoc est abundātia superogationis pœnalitatū Christi & Sanctorum. Causa vero efficiens instrumentalis est clauis iurisdictionis, siue ille qui habet hanc clauem. Et quia causa principalis per instrumentum operatur. Ideo secundum applicationem instrumenti, siue secundum determinationem habentis clauem, opera Christi & Sanctorū, inquantū satisfactoria delent de pœna. Ideo indulgentiæ tantum valent, quantum sonant, siue quātum determinantur, & prædicantur in literis concedentis. Nam Deus non indiget nostro mendatio, vt pro eo loquamur dolos Ergo Ecclesia determinando, & prædicando indulgentias, non mentitur. Et 1. Cor 15 Si inanis est prædicatio nostra, inanis est, & fides vestra. Ergo quicunque in prædicatione falsum dicit quantum, in se est fidem euertit. Vnde D. August. in epistola a D. Hierony dicit, quod si in sacra scriptura deprehenditur aliquid falsitatis, iā robur sacræ scripturę periit Sic si in prædicatione Ecclesiæ aliqua falsitas deprehenderetur, non essent documenta Ecclesiæ alicuius authoritatis ad roborandam fidem. Ideo simpliciter indulgentiæ tantum valent, quantum prædicantur siue sonant, aut determinantur per literas, vel per uerba concedentis plenam authoritatē habentis, Vnde in arbitrio dantis indulgentiam est, taxare quantum pœnæ per indulgentiam dimittatur. Sed si inordinate fiat, & ex hac inordinatione homines ab operibus pœnitentiæ retrahātur, peccat concedens, nihilominus tamen faciens quod indulgentias sonat, consequitur effectum, quum Papa sit vicarius Christi, cum plenitudine potestatis, Iob. 13. Falsa ī prędicatione dicitur sub uertit fidem.

&

& procurator cum libera, & talis procurator cum libera præiudicare possit domino in vtilitatem aliorum. Sic Papa dummodo sit causa pia, quantumcunque modica.

Quatuor requisita ad indulgētiarū effectū. ¶Ad hoc autē quod indulgentia habeat effectum, quatuor requirūtur. duo ex parte dantis. Lauthoritas plena, secundo causa pia, quæ moueat ipsum ad concedendum, quę cōprehēdit honorē Dei, cū pia cōprehēdit honorē dei, & vtilitatem proximi, vt sunt orōnes, peregrinationes constructio basilicarum ecclesiarū, pontiū, itinerū, siue eorū reparatio, & alia hmōi. Ex parte vero recipientis alia duo, primū est charitas, eo quod absque charitate pœnæ nullo modo expiari possunt, vt dictum est. Secundū est executio causæ, siue quòd faciat aut dicat, vel det vel fieri faciat ea quæ indulgentia sonat, siue id quod per concedentē mādatur, sic quod si deficiat in parte, nihil lucratur. Et in hoc casu habet locum illud quod dicitur, qui cadit a syllaba, cadit a causa. Et sic stat aliquando, quòd qui plus laborat, nō sequatur maiorem indulgentiam licet magis mereatur, vt si detur indulgentia visitantibus certam ecclesiam, tantum lucrantur vicini, quantum qui a mille dietis veniunt, ratione indulgentiæ, licet distātiores, propter labores, & pœnalitates, magis merētur de præmio essentiali. & accidentali, nec pœnalitates illæ erunt irremuneratæ, vel in se, vel in aliis, &c Rō huius est, quia remissio non proportionatur labori, sed applicationi thesauri. A

Papa noui ter creatus reuocat omnes indulgētias prædecessorum ¶Si vero indulgentia certarum pœnarum detur visitāti Ecclesiam N absq; determinatione numeri, intelligitur semel duntaxat, Si autem ad determinatum tēpus, solum pro illo tempore durat. Si autem dicatur, in perpetuum, non expirat morte concedentis, possunt tamen per successorem reuocari, & nostris temporibus inuenimus ordinarie obseruarum, quod summi pontifices post publicationē sui pontificatus, seruatis quibusdam solennitatibus, reuocant omnes indulgentias per prædecessores suos concessas, & ideo necesse est ad consecutionem, effectus habere confirmationem, vel nouam impetrationem. 102

¶Sed si pro subuētione fabricæ ecclesiæ, pontiū, aut hospitaliū, aut aliorū huiusmodi, absq; determinationē precii, secūdū deuotionē offerentes detur, intelligitur secundū deuotionē congruam, & rationabilem, secundum conditionem personarum, & facultatē bonorū. Et sic magis lucrabitur de indulgentia pauper, dando vnū obolū, quam rex, dando vnum aureum, quia plus est obolus pauperi, quam aureus regi. Idē dicendum est de aliis diuitibus proportionabiliter. Vnde Mar. 12. Dixit Christus quòd vidua, quæ solum duo minuta miserat in gazophilatium, plus omnibus misit.

Quid de indulgentiis secundum deuotionem offerentis. ¶Si vero sit taxata quantitas eleemosinæ, qui non tantum dat, sicut taxatum est, etiam si propter paupertatem desistat, non consequitur indulgentiā licet mereatur.

¶Ex præmissis apparet quòd in concessione indulgentiarum dicatur, quòd remittuntur tres vel septem anni aut septem dies, aut, plures de iniunctis pœnitentiis, si is qui implet mandatum concedentis, non habeat iniunctas pœnitentias in foro pœnitentiæ, licet mereatur bonum opus faciendo, non tamen lucratur indulgentias, quæ sonant iniunctionem pœnitentiarum. Sed cum datur indulgētia plena, plenior, aut plenissima, tunc secundum D. Anthoninum Florent. in prima parte Sūmæ titul. 10 c a. 3. §. 3. omnis pœnitentia iniuncta aut iniungenda remittitur. Dicitur autē indulgentia plene, secundum eundem est dominum Petrum de Palude, in 4. distin. 20 quæ datur quoad remissionem pœnarum peccatorū mortalium, siue sit iniuncta, siue iniungenda, Plenior, qua remittitur pœna mortaliū, & venialium, Plenissima vero, qua non solū remittuntur pœnæ mortalium, & venialium, sed ēt ipsa culpa venialis remittitur. Quia talis indulgentia inquantum habet rationem cuiusdā absolutionis, remittit culpam venialem, quemadmodum facta confessione generali, per absolutionem generalem remittitur. Non tamen propter hoc dici potest indulgētia a pœna, & culpa, quia culpa cum sit analogū, & per se ponatur, stat pro mortali, cuius remissio authoritatiue pertinet ad solum Deum, & instrumentaliter ad sacerdotem administrantem sacramentum pœnitentiæ. Quanuis possit dici, quòd cum in indulgentia datur facultas eligendi confessorem, qui possit absoluere ab omnibus casibus, etiam sedi apostolicæ reseruatis, tunc potest dici indulgentia a pœ-

Indulgentia plenæ quid. Indulgentia plenior, & plenissima.

Indulgentia a pœna et culpa quid. B 103

na & culpa delegatiue & instrumentaliter. ¶ Notandū etiam, secundum prædictum Anth. quod qui lucratur indulgentiam. 20 annorum, tantum sibi valent ad remissionem pœnæ pro peccatis suis, quantum valerent illi. 20. anni in pœnitentia iniuncti. Aliis iste sensus uerborum sic uidetur. Remitto tibi vnum annum de pœnitentia iniuncta uel iniungenda, hoc est tantum minus punieris in purgatorio, quam punieris si uno anno continuo in hac uita pœnitentiam egisses. Sed dubium est de illa pœnitentia continua unius anni, quia in foro pœnitentiæ licet detur pœnitentia interpolata per vnum annum, non tamen continua, saltem in foro interiori. Ideo alii dicūt quod debet intelligi de pœnitentia solenni, quæ ad plures annos iniungitur, uel de pœnitentiis per canones determinatis, quæ sunt iniungēdæ, hoc est debet iniungi licet non iniungantur. Mihi tamen, saluo meliori iudicio, uidetur dicendum, quod valet ad tot annos, ad quot secūdū diuinam ordinationē, pro peccatis præteritis haberet sustinere in purgatorio, si ante indulgentiæ consecutionem in gratia decessisset. Non debet tamen peccatores propter has indulgentia generales, prætermittere opere pœnitentiæ in hac vita, tum propter incertitudinem (quia nemo scit se esse in gratia, unde Eccl 9. Nemo scit vtrum amore uel odio dignus sit, ideo nescit an indulgentiam lucretur) tum propter periculum recidiui, a quo impeditur per opera pœnitentiæ, tum etiā propter meritum, & propter peccata quotidiana sequētia indulgentiam, quia indulgentia non remittit pœnas peccatorum futurorum. Et vlterius propter conformitatem, ut se conforment Christo, ut impleant in carne sua pro corpore eius, quod est Ecclesia, vt quemadmodum ipse passus est pro aliis membris, sic & nos ita faciamus, & aliorum onera portemus, sic enim ad implebimus legem

C 203 Christi, ut dictum est. ¶ Et quia pluribus dantur indulgentiæ plenariæ in articulo mortis, uidendum est quis dicatur articulus mortis. D. Antho. Floren. ubi supra § 6 dicit, quod si concedens in forma indulti, aliter intentionem suam non exprimat, videtur intelligi de articulo præsumpto, licet nō uero, sicut extrema vnctio debet dari his qui secundum æstimationem reputantur morituri, iterum tamē inunguntur, si ab illa infirmitate euadant, & nihilominus prima dicitur extrema vnctio. Sic ergo cum in tali articulo præsumpto quis absoluitur per indulgentiam, consequitur effectum indulgentiæ vsque ad illud tempus, & si postea euadat, expirat indulgentia, Secus autem si in forma indulgentiæ diceretur, quod consequatur effectum in mortis articulo, & in casu quo moriatur, si non moriatur, gratia indulgētiæ non expirat per illam absolutionem, quæ tamen qn̄ non moritur, non habet effectū.

Articulus mortis quid sit.

¶ Notandum præterea quod si indulgentia datur pœnitentibus & cōfessis, non sufficit quod confessus fuerit semel in anno, si post confessionem ante indulgentiam aliquod peccatum mortale commisit, quia tunc tenetur confiteri. Si uero non commisit, non tenetur confiteri de venialibus, nec de mortalibus alias rite confessis. Si uero indulgentia detur vere pœnitentibus, & confessis, seu propositum confitēdi habentibus, tunc licet tutius esset confiteri, propter incertitudinem cōtritionis, tamen sufficit & requiritur, si habeat aliquod peccatum mortale, actualis contritio tempore quo actu implet id quod mandatur. Vnde qui uult lucrari indulgentias, quæ dantur uisitantibus ecclesias urbis, non est necesse ad eas consequendas quod itinere cōteratur sufficit enim, quum actu visitas. ¶ Insuper notandum est quod licet concessio indulgentiæ, uersetur circa tertiam partem pœnitentiæ, scilicet satisfactionem, cum tamen pertinet ad clauem iurisdictionis quę potest per non sacerdotem exerceri, nō requiritur quod quis confiteatur danti indulgentiam, & sic facta confessione & habita sacramentali absolutione, potest per alium absolutionem indulgētiæ, obtinere nisi in indulgentia aliud dicatur. Et sic patet quod alia est absolutio sacramētalis, alia est solutio siue remissio indulgentiæ. ¶ Postremo notandum quod illa

Alia est absolutio sacramētalis alia indulgentiæ.

D 203 debet esse forma verborum in remissione plenaria concedenda, quam concedens indulgētiam decreuit, quia minister debet exequi secūdum formam mādātis, & cōmuniter talis est secūdū prædictū Anth. Flor. Ego authoritate sedis Apostolicæ mihi pro nunc cōmissā, concedo tibi plenariā remissionē peccatorum tuorū est de qui

Forma absolutionis indulgentiarum. bus corde contritus es, & ore confessus (vel proponis confiteri, si indulgentia hoc dicatur) prærerquàm eorum quę propter confidentiam huius indulti commisisti. Nec oportet quòd dicat. Et de quibus oblitus es, quia sicut Deus illud non exigit propter impossibilitatem, ita nec vicarius eius exire intendit. Et licet congruum sit addere, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, non est tamen necesse. Et quod aliqui dicunt, Restituo te illi innocentiæ, in qua eras quando baptizatus fuisti, superfluum est, non vitiat tamen actum.

Ver. 22. *De his qui indulgentias concedere possunt.*

In Add. 3 p. q. 26. ar. 1. Ad sciendum qui indulgentias facere vel concedere possunt, supponendũ primò, quòd indulgentiæ habent effectum secundũ quod opera satisfactoria vnius applicantur alteri, non solùm ex vi charitatis, sed etiam intentione operantis in ipsum directa. Secundò supponendum est, quod intentio ad alterum tripliciter dirigi potest, s. in singulari, speciali, & generali. *Triplex cõmunicatio.* In singulari quidem, cum quis pro alio satisfaciat, determinando & applicando pœnalitatem suam ad illum. & sic quilibet potest alteri opera sua communicare. In speciali verò, cum quis orat pro congregatione sua, & familiaribus & benefactoribus Et sic ille qui congregationi præest, potest opera illa aliquando communicare, applicando intentionem illorum qui sunt de congregatione, ad hunc determinate. ¶ In generali autem, sicut cum quis bona opera sua ad bonum commune totius vniuersalis Ecclesiæ communicat, & sic ille qui præest generaliter toti Ecclesiæ, potest opera illa communicare, applicando intentionem particularium ad hunc vel ad illum. Et cum homo si pars congregationis, & ipsa congregatio si pars Ecclesiæ, sequitur quod in intentione alicuius priuati boni intelligitur, & includitur intentio boni communis, & in intentione boni communis vnius congregationis, intelligitur, & includitur bonum vniuersale totius Ecclesiæ, & ideo ille qui præest toti Ecclesiæ, potest excommunicare ea quæ sunt vnius singularis, & ea quæ sunt congregationis, sed non è conuerso. E 203

¶ His suppositis, dicendum neq; primam neq; secundam communicationem posse dici indulgentiam. De prima quidem manifestum est, quum indulgentia sit actus iurisdictionis, quam priuatus supra priuatum non habet. Præterea licet per communicationem priuatam is cui fit communicatio, soluatur a reatu pœnæ, quantum ad Deum, non tamen soluitur à debito satisfaciendi pœnitentiam iniunctam, ad quam est obligatus in foro ecclesiæ & pęnitentiali, quod tamen indulgẽtia facit. Propter eadem rationem secunda communicatio etiam nõ dicitur indulgentia, vt vtraque propter sequentem, scilicet propter insufficientiam & incertitudinem, quia in vna persona vel congregatione non est indeficientia meritorum, vt sibi & omnibus aliis valere possint, nec aliquãdo certum an sint aliqua opera satisfactoria supererogationis irremunerata: quæ tamen semper sunt in ecclesia propter infinitum meritum Christi, quòd exhauriri non potest. ¶ Ex præmissis infertur quòd nec diaconus, nec sacerdos, imò nec episcopus, nec alius inferior summo pontifice, potest concedere indulgentias, nisi ex commissione, sed solus summus pontifex, qui habet plenam potestatem iurisdictionis super vniuersalem Ecclesiam, & bona illius. *Quis indulgentias concedere pot.* Consueuit tamen cõmittere & dare potestatem episcopis concedendi aliquot dies indulgentiarum, puta quadraginta, & cardinalibus, centum. Inferiores vero episcopis, qui habent iurisdictionem, vt abbates, & priores, & alii prælati religionũ, non possunt dare indulgentias, sed bene possunt cõcedere participationẽ bonorũ, quæ fiũt per subditos illorũ. Aduertendum quòd negantes primatum D. Petri, negant Papam habere claues, & indulgentias concedere posse. Sed contra illos sufficienter probatum est, cum de primatu Petri ageretur, versi 5. huius. §. 6.

Ver. 24. *De his quibus indulgentiæ possunt.*

In add. 3. p. q. 27. CVM ad effectum indulgentiarum requiratur charitas in suscipiente, vt dictum est, sequitur eas existentibus in peccato mortali, & per consequens damnatis, non prodesse. Et quia per eas soluitur reatus pœnæ, sequitur quòd non pro sunt, F 203

secun-

secundum quod sunt indulgentiæ, his qui nullum reatum pœnæ habent. & sic non prosunt beatis aut innocentibus, quantum ad remissionē pœnæ, cū non habeant reatum, prosunt tamen viatoribus etiam innocentibus, implentibus causam piā, propter quam dantur ad meritum, Sed quoad meritū & remissionē pœnæ simul prosunt omnibus viatoribus existentibus in gratia & implentibus causam, propter quam dantur siue sint seculares, siue religiosi. Non. n. religiosi sunt deterioris conditionis, quam alii. Nullus enim ex bono malum reportare debet. Cum ergo religio sit bonū quoddam, non debent religiosi effectu indulgentiarum priuari. Propter indulgentias tamen non debet dissolui regularis obseruantia, vt propter eas religiosi uagentur per mundum, quia religiosi magis merentur, religionem suā seruando, quantum ad præmium vitæ æternæ, quā indulgentias exquirendo, licet quantum ad diminutionem pœnæ, quod est minus bonum, non tantū lucrentur. Præterea prouisum est illis per pontifices, ut possint in monasterio & sine discursu, deuote visitādo vnū uel duo aut tria altaria, lucrari stationes vrbis Romæ. Nec ēt religiosis per indulgentias remittuntur pœnæ eis iniunctæ in capitulo, quia illæ sunt in foro iudiciali exteriori, sed ab soluuntur a pœnis iniunctis in foro pœnitentiali. *Religiosi prosunt in indulgentias.*

¶ Et quum Romanus pontifex aut alius ex eius commissione, indulgentias largiens non sit deterioris conditionis quam alii, nec possit esse aliqua causa indulgentiarum in aliis, quam ipse executioni mandari non possit, sequitur quod si seruent *Papa potest lucrari indulgentias.*
A ea, quæ pro indulgētiis mandantur, possunt eas consequi & lucrari. Et quāuis nullus
204 seipsum excōmunicare possit, & actum iurisdictionis in se exercere per modū iurisdictionis, & sententiæ, tamen bene potest per modum dispensationis & participationis quia prælatus uti potest his quæ ei ex authoritate iurisdictionis competit aliis distribuere, tam in temporalibus, quā spiritualibus. Sicut etiam sacerdotes Eucharistiam, quam aliis ministrant, suscipiunt. Sic episcopus & papa, licet quidam dicunt quod papa pro se solo indulgentiam facere non potest, sed indulgētia cōmuniter data vti. Qui uero non faciunt, dicunt, vel obseruant ea, propter quæ indulgentia datur, licet alius pro eo faciat, indulgentiam non cōsequitur, cū remota causa, remoueatur effectus, & non existente conditione, non consequitur quis id quod sub conditione datur. Et quamuis quilibet possit opus suum applicare alteri, nō tamē indulgentiam, sic quod vnus homo possit indulgentiam consequi propter opus alterius, Quia indulgentia non pōt applicari ad alterum, nisi per intentionem eius qui dat indulgentiā. & ideo cum ipse applicet ad facientem, dicentem, vel dantem hoc vel illud, particularis qui hoc facit, non potest ad alterum hanc intentionem concedētis trāsferre. Secus si indulgentia contineretur quod faciat vel dicat per se uel per alium, tunc enim faciendo per alium consequeretur indulgentiam. Nec tamen ille qui faceret opus pro alio, daret alteri indulgentiam sed ille qui indulgētiam sub tali forma concedit. Et per hunc modum animę quæ sunt in purgatorio, possunt consequi indulgentias, cum de ipsis fit mentio in indulto, scilicet quod si quis viatorum, in gratia existentium faciat pro ipsis animabus quod mandatur, ipse indulgentiam cōsequantur, cum omnia quæ requiruntur ad indulgentias in prædicto indulto inueniātur, scilicet potestas in concedente, charitas in recipiente viatore (quia animę purgatorii, non sunt in termino) & pia causa per alium executioni mandatur, qui. n. per alium facit, per seipsum facere videtur. ¶ Nec obstat quod Christus Matt. 16. dixit, Quodcūque ligaueris super terrā, ligatū erit & in cœlo. Et quicquid solueris super terram &c. Nō dicit infra terrā, alias posset euacuare totū purgatoriū, & diuinam iustitiam eneruare. Quidam dicunt quod hæc determinatio super terrā, determinat personā Petri & successorum eius, & non potestatem clauium, sic quod ipsi existentes super terram possunt vti potestate clauium, sed post mortem non possunt soluere aut ligare, neque remittere, sed bene quandiu viuunt super terram. Alii dicunt quod refertur ad ligamen iurisdictionale, quia non possunt defunctos excommunicare, & non *Vnus pro alio ad indulgentiam lucrari possit. Animæ purgatorii quō consequantur indulgētiam.*
B
204 ad absolutionem, quia possunt defunctos excommunicatos absoluere, vt dictum est, cum odia restringi, & fauores conueniat ampliari, ut habetur in lege quidam. ff. de

liberis & posthumis, & ideo proniora sunt iura ad absoluendum, quã ad condemnandũ, vt habetur in l. Arianus. ff. de actionibus & obligationibus. & l. fauorabiles. ff. de regulis iuris Sed ligare & condemnare est odiosum, ergo ad hoc verba prædicta (super terram) restringunt, soluere aũt & remittere est fauorabile, ergo non est restringendum, sed ampliãdũ. Ideo Ecclesia consueuit absoluere excommunicatos. Si ergo possunt solui a vinculo excommunicationis, quod ligat in cœlo longiori tempore a fortiori à vinculo pœnæ, quod impedit donec expietur. ¶ Dominus Caietanus in opusculo de indulgentiis dicit, quod indulgentiæ non conceduntur defunctis eo modo quo viuis, quia defunctus soluitur per modum suffragii, non cuiuslibet, sed suffragii satisfactorii. Supponit enim quod possumus animabus quæ sunt in purgatorio, tripliciter suffragari, Primo merendo de congruo ipsarum liberationem. Secundo impetrando nostris orationibus vel oblationibus, præcipue in oblatione passionis Christi, quæ fit in missa, tunc enim sacramentum eucharistiæ eis prodest, inquantum sacrificium per modum suffragii, vt dictum est. Tertiò nostris passionibus & pœnalitatibus, eas per intentionem, nostram illis communicando, & pro eis exoluendo, siue dando eis vt exoluant, Indulgentia autem Apostolica (vt ipsa verba sonant) de passionibus & pœnalitatibus Christi, & sanctorum dat illis vt inde soluant & liberentur. & sic per modum suffragii satisfactorii, per modum quo opera nostra satisfactoria illis suffragantur per condonationem pœnarum nostrarum. Sic papa per applicationem & condonationem thesauri ecclesiæ, qui ad eas peruenit per intentionem nostram, non per modum iustitiæ & æqualitatis, sed per modum suffragii, hoc est via gratiæ & misericordiæ: Quia vniuersalis ecclesiæ suffragia efflagitant diuinam misericordiam, vt dignetur acceptare pro animabus purgatorii, vt liberentur à pœnis, & non per modum iustitiæ, equalitatis, eo quòd pœnæ, quas nos in hac via patimur, sunt multo minores & leuiores, quã pœnæ quas animæ in purgatorio patiũtur. Sicut pœna pecuniaria est multo minor, quam pœna seruitutis, aut alia corporalis. Hinc, est ꝙ seruitus pecunia non redimitur, secundũ rigorem iustitiæ, cum non sit æqualitas, sed solũ secundum domini acceptionem, ita pœna animarum in purgatorio existentium, cũ sint grauiores, non redimuntur pœnis, nostris secundum rigorẽ diuinæ iustitiæ, sed expiantur secundũ liberam diuinæ gratiæ, & misericordiæ acceptationem, quod nos dicimus per modum suffragii liberaliter acceptati a dei misericordia, quæ ex ordinatione sua modicum pro magno se acceptaturum statuit, nos monẽdo per Apostolũ, vt aliorum onera sustineremus, & inducendo ad orandum pro liberatione defunctorum vnde. 2. Mach. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur. Ideo suffragia & indulgentiæ non sunt res vanæ & incertæ, vt hæretici calumniãtur. Viuis autẽ cõceduntur indulgentiæ per modum absolutionis, vt habetur in c. Quod aũt, extra de pœnitentiis & remissionibus, eo quod viui sunt præsentes & subditi. Et papa per modum suffragii applicat thesaurũ ecclesiæ viuis & defunctis Sed respectu viuorũ addit actum absolutionis, respectu verò defunctorum nullum propriæ addit actum iurisdictionis, licet addat actum modificatiuum ad suffragia ecclesiastica. Sic igitur quandiu viuimus, sumus subditi pontifici, & pœnæ nostræ ad forum præsentis vitæ spectant, & propterea seruatis seruandis, indulgentia ad viuos defertur uia iustitiæ, per actum iurisdictionem habentis s. per absolutionem. Animabus autem purgatorii, vt in altiori, & terribiliori foro existentibus, indulgentiæ non perueniunt per actum iurisdictionis siue absolutionis, cum præsentes non sint, neque de foro isto. Sed cum sint nobis vnitæ in charitate, papa ex thesauro ecclesiæ per modum suffragii ad subleuationẽ earũ confert & mittit, confidens de magna misericordia Dei, qui & claues regni ei contulit. Dat similitudinem prædictus Caietanus de principe alicuius ciuitatis, qui ex ærario publico liberaturus omnes ciues ære alieno grauatos, quorum aliqui sunt sub domino suo, alii sub alieno, & iam propter æs alienum seruituti addicti, In hoc enim casu princeps ex ærario publico, authoritatiuè nummos dispensaret pro illis, & illis Sed degentes sub sua iurisdictione, iudicial ter absolueret à de-

bito

Animabus purgatorii tripliciter possumus suffragari.

Seruitus pecunia nõ redimitur. *Gal. 6.*

C 204

D 204

bito. Seruos autem degentes sub dominio alterius, non posset iudicialiter absoluere, sed per modum auxilii subueniri, mittendo pecuniam, & confitendo de gratia alterius, sub cuius dominio sunt. Sic ecclesiasticus princeps & thesauro ecclesiæ pœnas pro peccatis viuorum & defunctorum debitas soluturus, vtrisque thesauri suffragia dispensat, Sed viuis applicat, absoluendo illos defunctis autem applicat, eis auxiliando hoc est, opera satisfactoria ad illorum liberationem dirigendo, confidens de misericordia Dei, qui ei dispensationem thesauri dedit. ¶ Nec est in conueniens quod papa purgatorium euacuare possit, non .n. per hoc detrahitur aliquid diuinæ iustitiæ, vt dictũ est. Valde tñ raro, imo forte nunquam contigit quod papa per indulgencias purgatorium euacuauerit. Quia non inueniuntur viatores, qui pro omnibus defunctis obseruent ea quæ in indulgentiis mandantur, eo maxime quod multi sunt defuncti, qui non meruerunt sibi indulgencias applicari, vtpote illi qui in hac vita existentes, defunctos obliuioni tradiderunt. Ideo iuste permittit Deus quod sui & alii viui eorum obliuiscantur. Vnde D. Tho. dicit quod in discensu Christi ad inferos non omnes qui erant in purgatorio, fuerũt liberati, sed solum illi quorum purgationis tempus aduenerat, & illi qui dum adhuc viuerent per fidem & dilectionem ac deuotionem ad mortem Christi meruerunt, & eo descendente, a pœna purgatorii liberarentur. sic ẽt dici põt quo ad indulgentias, quod deus permittet eos, qui in vita defunctos obliuioni tradiderunt, etiam quum defuncti erunt, obliuioni tradi. 3. p. q. 52. ar. 8. ad. 1.

§. 7. *De Matrimonio.*

B

204 MATRIMONIVM ab effectu magis a matre quam a patre dictũ est, quia si matris munium, quia fœminis maxime incumbit educandæ prolis officium in vtero & extra, donec quodammodo per se stare possit. Vel dicitur matrimonium, quasi matrem muniens, quia mulier per matrimonium iã habet a quo muniatur & defendatur, scilicet uirum. Vel dicitur matrimonium, quasi matrem monens ne virum relinquat, alteri adhærens. Vel matrimonium, quasi materia vnius, qui in eo fit coniunctio ad prolẽ materialiter educandam. Vel secundum Isidorum, a matre & nato quia per hoc efficietur aliqua mater nati. *In Add. 3. p. q. 44. ar. 1. & in. 4. dist. 27.*

¶ Matrimonium dupliciter considerari potest, Vno modo vt est officium quoddã naturæ, Alio modo vt est sacramentum ecclesiæ. Inquãtum est officium naturæ, secundum Philosophus & iuristas est viri ac mulieris coniunctio inter personas legitimas (hoc est coniungi non prohibitas secundum ius diuinum aut humanum) indiuiduam vitæ consuetudinem retinens, ad prolem generandam, educandam, & promouendam, ac ad sibi inuicem mutuo obsequendum, & opera ordinata communicandum. Et alio nomine dicitur coniugium, a coniunctione mutua. Ex hac definitione apparet quod matrimonium, vt est officium naturę habet duos fines, Primus & principalis est prolex generanda, & non solum generanda, sed etiam educanda & promouenda Et sic principalis finis matrimonii, est debita generatio, educatio, & ad bonũ promotio. Vnde Philo. 8. Ethic. dicit, quod parentibus habemus esse, nutrimentum & disciplinam. Quãtum ad primum, conuenit cum animalibus, quia masculus & fœmella in animalibus coniunguntur ad prolem generandam. Quantum ad secũdũ, scilicet quoad educationem, conuenit cum aliquibus animalibus, quæ in hoc perfectio ra sunt aliis vt turtur & colũba, quia ambo educationi prolis intendunt. In aliis autem animalibus masculus non curat de educatione. Quantum ad tertium, scilicet quoad promotionem, homo in hac coniunctione excedit omnia alia animalia, quia alia animalia non curant de promotione paruulorum suorum ad maiora dummodo vitam sibi procurare possint. Homo autem non solum curam habet educationis, sed etiam promotionis Vnde Apost. dicit, Neque enim filii debent thesaurizare parentibus, sed parentes filiis. ¶ Secundus finis matrimonii, est fides siue fidelitas, quæ fundatur in communicatione operum, & indiuidua cohabitatione, ad sibi mutuo obsequendum, hoc enim est necessarium ad perfectam educationem & instructionem prolis, licet altero coniugum post generationem moriente, alter habeat supplere, quod tamen non adeo conuenienter fit per vnum, sicut per ambos, nisi forte ali- *Matrimonium dupliciter accipitur.* *duo fines matrimonii ut officium naturæ.* 2. Cor. 13.

F

204

Qq 3 quan-

quando per accidens. In hoc fine matrimonii, coniunctio viri & mulieris excedit coniunctioné cæterorũ animalium, quæ nõ sibi inuicé obsequũtur, in infirmitatibus, & alii necessitatibus Ideo animalium coniunctio ad generationem, non dicitur matrimonium, sed retinet nomen generale, quod est maris, & fœminæ coniunctio. Sed in hominibus propter hanc indiuiduam cohabitationem, dicitur matrimonium.

¶ Habet vlterius matrimonium inter Christianos alios finem, scilicet significationem vnionis Christi, & ecclesiæ, & ideo dicitur sacramentum quod perficit ipsum. Hinc est quod matrimonium inter fideles cõtractum, non est perfectum. Cum igitur bonum & finis conuertantur, secundum Philosophum & D. Dyon. sequitur quod tria sunt matrimonii bona scilicet proles, fides, & sacramentum de quibus infra dicetur.

Ver. 1. *De matrimonii institutione.*

MATRIMONIVM vt officium naturæ, institutum est ab authore naturæ, in paradiso terrestri ante peccatum quãdo formata Euade costa Adæ, duxit eam ad Adam, qui libere accepit eam in sociam coniugale siue vxorem, & dixit, Hoc nũc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, erũtque duo in carne vna, Quibus dictis dixit deus Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Licet per anticipationem, secundum

Gen. 1. D. August. hæc verba recitentur Genes. 1. Et si perseuerassent in gratia in paradiso terresti, fuissent honorabiles, nuptiæ, & thorus immaculatus. Post peccatum vero A

Adæ, propter quod caro cœpit concupiscere contra spiritum, Matrimonium quod 205

Leuit. 18. primo in officium naturæ institutum erat, factum est in remedium ad reprimendam concupiscentiam, ne esset homo sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus, sed sciret vnusquisque uas suũ possidere in honore & sanctificatione. Ideo in lege moysi ad refrenandam concupiscentiam prohibitæ sunt a matrimonio inuicem contrahendo personæ, quæ habent habitare simul in eadem domo. & tandem per Christũ institutum est sacramentum quando factæ sunt nuptiæ in Chana Galilææ, vbi ipsũ suo primo miraculo voluit honorare, Ioan. 2. Et quamuis non legatur ibi ipsa institutio, verisimile tamé est ipsum tunc instituisse, & recitasse ea quę dixit Mat. 19. Qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam creauit eos, &c. licet D. Ioannes hęc non scripserit. Per prædicta verba Christi matrimonium apud iudæos, & infideles deprauatum, ad primam institutionem & indiuisibilis vnionis cum ipso & ecclesia significationem reduxit, dicens, Quos ergo Deus coniunxit, homo non separet. Quam institutionem & significationem Apostolus intelligens, hortabatur, viros ad diligendas uxores suas, sicut Christus dilexit Ecclesiam, inseparabili scilicet dilectione, tandem publicauit matrimonium esse sacramentum, dicens, Hoc sacramentum magnum est, dico autem in Christo & Ecclesia. Ephe. 5. Eccle. etiam matrimonium esse vnum de septem sacramentis Ecclesiæ determinauit, ut supra dictum est, cum de numero Sacramentorum ageretur, c. 16. ver. 14.

Matrimoniũ quõ sit de iure natura. ¶ Ex præmissis apparet primò, quòd matrimonium (inquantũ est officium naturę) est de iure naturali, non quidé quod sit ex principiis naturæ necessitans, sicut grauitas in lapide, ad motum deorsum est naturalis lapidi, & leuitas ad motũ sursum, est naturalis igni, Sed prout naturale accipitur pro eo ad quod natura inclinat, mediante libero arbitrio, Rõ n. naturalis inclinet ad matrimonium, quantũ ad primum & secundum finem perfectius, quam alia animalia, quæ non cognoscunt rationé finis & proportionem mediorũ ad finem, sicut homo. Ideo naturalis conceptio ei indita est, qua dirigitur non solum ad operandum, sed etiam ad conuenienter operandum. Talis cognitio & directio in homine, lex naturalis siue ius naturæ dicitur. Lex enim naturalis nil aliud est, quam conceptio homini naturaliter indita, ad conuenienter agendum in operationibus propriis, siue conueniat ei ex natura generis, sicut generare, comedere, & ambulare siue cõueniant ei ex natura speciei, sicut ratiocinari, Vnde sicut naturalis ratio inclinat eũ ad cõueniéter rõcinandũ, ita ad cõueniéter comedendũ, generandam prolé, & ipsam conuenienter educandam instruendã, & B 205

pro-

promouendam in debitum finem. quod fieri non posset, nisi vbi esset aliqua obligatio uiri ad mulierem, determinata ad cômunicandum opera, & perpetuo cohabitandum, & sibi mutuò obsequendû, quæ obligatio, matrimonium facit; Vnde sequitur quod actus matrimonii non est illicitus cû sit de iure naturali, & ab authore naturæ ordinatus. Ideo. 1. Corin. 7. dicitur, Virgo si nubat, non peccat. &. 1. Tim: 5. Volo iuuenculas nubere, & filios procreare, Nec per hoc quod idē Apost. 1. Cor. 7 dicit. Qui nubunt, tanquam non nubētes sint, prohibuit actum matrimonii, cum in eodem ca dicat, Vir vxori debitum reddat, &c. Sed prohibuit fruitionem, ne s. in ipsa delectatione actus constituant vltimum finem, Nec per hoc quod dixit, diuisus est intellexit diuisionem coniunctionis gratiæ, sed contemplationis, propter intensam delectationem, propter quam illi quibus competit diuina contēplari, aut sacramenta tractare, indicitur pro illo tempore continētia. Et secundû hoc dicitur, quod Spiritus sanctus, quantû ad actum reuelationis secretorû, non tangebat mentes prophetarum in vsu matrimonii. Et licet quædam turpitudo pœnæ concomitetur, propter peccatum originale, non tamen turpitudo culpæ. Et quanuis oporteat eum excusari (ut dicetur in versiculo sequenti) non tamen sic quod de se sit illicitus quia si secundum se esset illicitus, non posset totaliter escusari, sicut nec adulterium. Sed quia habet similitudinē mali propter corruptionem côcupiscentię, cum actus matrimonii sit idem in specie naturæ, cum fornicatione, non tamen in specie moris quam accipit a fine, ut dictum est. Sicut occidere hominē propter bonum iustitiæ,

C non est malum secundum se, habet tamen speciem mali, & est idem in genere natu

205 re cum homicidio, excusatur tñ, & illa similitudo siue species mali deletur & abstergitur per finem iustitię Sic ad propositum, &c. Secundo sequitur ꝙ si actus matrimonii sit deliberatus & factus in gratia, est meritorius, cû in talibus (ut dictû est) non detur actus indifferens, ut supra dictum est, cap. 1. vers. 5. Ex quo patet error Tatianorum & Marcianorum, qui dixerunt homines in stato coniugii non posse saluari. Sed hi tanquam hæretici sunt ab ecclesia reprobati in Concilio Lateranēsi, ut habetur in c. firmiter extra de summa Trinitate & fide catholica, vbi dicitur, Non solû virgines & côtinentes, uerum & côiugati per rectam fidem, & operationē bonam placentes Deo, ad æternam mereri ur beatitudinē peruenire. ut de innumeris sanctis legimus, de Abraham, Isaac, & Iacob, &c.

Ver. 2. *De excusatione actus Matrimonii.*

CVM Apostolus. 1. Tes. 2. ab omni specie mali præcipiat abstinere, consequens est quod actus habens speciem mali, non sit intrinsece bonus, quia non prohiberetur, nec etiam intrinsece malus. cum nullum simile sit idem, & per speciem mali intelligitur similitudo mali & actus intrinsece malus, non potest bene fieri, nec etiam est indifferens, quia talis æqualiter se habet ad bonum, & ad malum. Ideo necesse est dicere quod actus habens speciem mali, sit actus qui non habet obiectum bonum, neque malum, tamen habet maiorem similitudinem cum malo, quam cum homo. Sicut sunt aliqui actus habentes speciem pietatis, ut habetur. 2. Tim. 3. Habentes quidem speciem pietatis, qui vt in pluribus bene fieri consueuerunt. Sic actus speciem mali habet, qui vt in pluribus consueuit male fieri, & est eiusdem speciei in genere naturæ cum actu malo, ut dictû est uersiculo præcedenti & sic sine decore, & ornamēto, & honestate, & nô potest communiter fieri corã hominibus sine scandalo, ut choreæ, & similes dissolutiones, & occidere hominem habet maiorem similitudinem mali secundû se quam boni, ex decore tamen & ornamento iustitiæ habet honestatem, efficitur bonus. Sic actus matrimonii dicitur habere speciē mali dupliciter. Primo quia est eiusdē speciei in esse naturæ cum adulterio & fornicatione, & cômuniter, & in pluribus actus ille in esse naturæ, qui est cognitio mulieris, male fit, neq; absq; scandalo in conspectu hominum fieri potest. Se-

D cundo quia iacturam magnam spiritualem affert, absordet enim bonum rationis,

205 ideo necesse est quod vestiatur, decoretur, & ornetur bono fine & debitis circunstantiis. Nullus enim sapiens debet iacturam aliquam sustinere, nisi pro recompensa

In addi 3. p. q. 41. arti. 3.

In add. 3. p. q. 49. ar. 4.

Species mali quid.

Actus matrimonij quomodo habeat speciē mali.

Tria matrimonii bona. tione alicuius æqualis vel maioris boni. ¶ Fines autem & bona matrimonii, quæ recompensant iacturam, & honestant siue cooperiunt similitudinem & speciem mali, sunt tria scilicet proles, fides, & sacramentum, quamuis bonum sacramenti nõ pertineat ad vsum matrimonii, pertinet tamen ad essentiam, inquantum matrimonium est perfectum. Et ideo propter duos solos fines, seu bona matrimonii sub disiunctione, cõiuges absq; peccato, cõiugio vti possunt, et si mulier sit sterilis, aut pregnans, quia est bonum fidei, & reddendi debiti petenti expresse. vel interpretatiue. Si vero fiat ad vitandũ peccatum adulteri in coniuge, non est peccatum, quia est quædã redditio debiti, quæ ad bonum fidei pertinet. ¶ Sed si intendit vitare fornicationem in se, sic est aliqua superfluitas passionis, & omnis talis est ad minus peccatum veniale, quia sicut matrimonium non est institutum propter sanitatem acquirendã sic nec ad fornicationem in se vitãdam, cũ sint alia potiora remedia, ieiuniũ, vigilię, & carnis maceratio. Ideo Apostolus. 1. Cor. 7 Postquam dixit, Reuertimini in idipsum, ne forte tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram, ait, Hoc autem dico nõ secũdũ imperium, sed secundum indulgentiam, quæ est de peccatis venialibus. Hęc opinio est D Thomæ, & cum eo videtur esse D. Aug. qui dicit, Incontinentiæ malum est, quod vir cognoscat vxorem vltra necessitatem procreãdi filios.

An actus matrimonii ad vitandã fornicationẽ in se, sit malus.

Indulgentia est duplex. Aliqui tamen aduersantur, & soluunt rationes. Primo ad illam indulgentiam dicũt ꝙ secũdũ expositionem D. Tho. indulgentia accipitur ibi pro permissione. Et quia duplex est permissio, ideo duplex est indulgentia, Quædam est permissio de minori malo, ut libelli repudii, quem Moyses permisit ad duritiã cordis illorum, ut habetur Mat. 19. & talis non fit in nouo testamento, propter sui perfectionem, quæ non erat in antiquo. vnde Apost Heb. 6. Nihil ad perfectum adduxit lex, ad perfectum feramur. Alia est permissio de minori bono, cũ scilicet homo præcepto non cogitur ad maius bonum. Et hoc modo Apostolus in prędicto loco indulget. hoc est permittit actum matrimonii, ad fornicationem uitandum in se. Ad id quod allegatur de iactura dicunt quod secundũ eundẽ Thomam, non est inconueniẽs quod quandoque aliquis actus melior secundum genus suum, interrumpatur pro aliquo minus bono actu, hoc enim sine peccato fieri põt, vt patet in eo qui ab actu contemplationis cessat. Et pręterea maius est bonũ castitatis matrimonialis, & præseruatio fornicationis, quam sit iactura quã patitur. Ad D. Aug. dicunt, ꝙ intelligit quando ad satisfaciendũ voluptati facit, & non intentione vitandi incontinentiam, vnde idẽ August. postea dicit, Qui vltra necessitatẽ progreditur, non rationi, sed libidini obsequitur. Solutis ergo rationibus sic argumentantur. Quandocunq; aliquis actus ordinatur ad duos fines, unum principalem, & aliũ secundarium, Si principalis finis nõ sit possibilis, potest licite ordinari in secundarium, Sed secundus finis matrimonii est vitatio incontinẽtiæ (vnde Apostolus. 1. Cor. 7. Propter fornicationem uñ vnusquisq; habeat vxorem suam, & vnaquæq; virum.) Ergo ubi procreatio prolis non est possibilis, uel in sterili, uel in ea quæ iam concepit, actus poterit, ordinari ad uitandam fornicationem nõ solũ in alio coniuge, sed etiam in seipso. Quia plus tenetur quis uitare fornicationem in se, quã in coniuge, ex ipso ordine charitatis, Et ideo sicut ille actus ad vitandum fornicationem in cõiuge, pertinet ad bonũ fidei, sic etiã ad vitãdum in seipso, quia nõ accedit ad aliam, quam ad vxorem suam, & sic seruatur fides thori, Bonũ enim fidei ad plus se extẽdit, quam ratio debiti, nec aliqua circunstantia quæ debeat inesse, deest, quando vxor est sterilis uel concepit, & non petit debitum expresse uel interpretatiue, & uir est in periculo fornicationis, quia licet habeat alia remedia, tamen non tenetur ad illa. E 205

Opinio Petri de Palude media ¶ Dominus Petrus de Palude antiquus & fidelis Thomista, propter hoc argumentum dicit dictum D. Thomæ debere intelligi in eo qui non est in periculo fornicationis, aut pollutionis, uel quando inopinate passio insurgit, nec tempus patitur eum uti aliis remediis, utpote quando de proximo habet loqui cum nõ sua, de qua alias fuit tentatur. Tunc etiam potest licite exercere actũ matrimonii, etiam uxore prægnante uel sterili, non petente, ad uitãdam fornicationem in se, Ideo enim licite F 205

debitum

debitum petit a sua,ne indebite exigat ab extranea Si autem nō est in periculo prædicto,& potest aliis remediis vti tamen uult magis hoc medio, tanquam delectabiliori,vitare fornicationem,quum principaliter,licet non totaliter intendat delectationem,peruertit quodam modo ordinem actus,qui non ordinatur ad delectationē. & sic peccat,saltem uenialiter. Si autem vtitur vxore sua solum propter delectationem,constituendo in ea finem vltimum,est peccatum mortale, vt si quis cum coniuge non attendat quòd coniux est,sed quòd mulier, paratus idem facere cum ea, si non esset coniux,quia ardor ille extra bona matrimonii fertur. Ideo peccat mortaliter. Et sic intelligitur dictum D Hiero. Voluptates quæ de meretricum amplexibus capiuntur,in vxore damnandæ sunt. Si autem non quæratur in alia,quam coniuge,licet delectationis gratia,est peccatum veniale. Quia Deus ordinauit delectationem propter actū,ne omitteretur generatio & multiplicatio humani generis, quod fieret,si nulla delectatio esset:& non ordinauit actum propter delectationem.

Ver.3. *De præcepto Matrimonio.*

PRAECEPTVM matrimonii ut officium naturæ scriptum Gen.1.fuit datum toti communitati naturæ humanæ,& non singularibus personis, nisi pro quanto est necessarium ipsi multitudini,ut in principio mūdi & post diluuium. Ideo fuit repetitum Gen.9 licet enim naturalis inclinatio obliget quemlibet sub præcepto ad id quod est necessarium sibi,non tamen obligat quemlibet ad aliquid quod est necessarium multitudini, sed quia inter ea quæ præcipiuntur multitudini, unum impedit aliud. Ideo ex tali inclinatione non obligatur quilibet per modum præcepti, *In addi 3. p.q. 41. art. 2.*
A alias quilibet obligaretur ad agriculturam, & artem ædificatoriam,& ad alia hmōi,
206 quæ sunt necessaria communitati,quod patet esse falsum. Sufficit enim inclinationi naturæ,quòd per diuersos diuersa compleantur. Cum ergo ad perfectionem multitudinis necessarium sit aliquos vacare contemplatiuæ vitæ, quæ impeditur per matrimonium.vt dicit Apost. 1.Cor.7.sequitur quòd matrimonium non obligat quēlibet sub præcepto Vnde Theophrastus Philosophus probat quòd sapienti non expedit nubere. Et ideo præceptum datum Gen. 1.non est reuocatum per illud quod dixit Christus,Mat.19.Sunt eunuchi,qui castrauerunt semetipsos propter regnum Dei,&c. Imo adhuc præceptum illud totam communitatē obligat,donec fuerit cōpletus numerus electorum,& ideo ubi omnes uellent continere (quod uix contingere potest)princeps potest aliquos ad matrimonium compellere, Nec obstat quòd in veteri lege steriles,licet exercerent actus generationis,reputabantur quasi infames, a fortiori qui nolebant matrimonium contrahere. Quidam dicunt hoc esse verum apud Iudæos,ex quibus Messias nasci debebat Sed hoc solum debuisset esse in tribu Iuda,de qua nasci debuit Dominus. Ideo alii dicunt quòd non est ex lege,sed ex traditionibus Pharisæorum,quæ pro lege habebātur,insurgebat infamia,licet.n. Deu. 7.dicatur,Non erit apud te sterilis vtriusque sexus,tam in hominibus,quàm in gregibus tuis,nullum tamen propter hoc erat præceptum, sed promissio quædam fœcunditatis.etiam terræ,vt habetur Exo.23. Non erit infœcunda, nec sterilis terra tua,&c.quæ verba debent intelligi cōmuniter,& ut in pluribus Montes enim Gelboe steriles fuerunt,similiter multi vxorati, nec tamen propter hoc erant infames, cum hoc esset sine culpa eorum, Solus enim Deus,est qui hominibus generationem tribuit.vnde Iacob dicebat Racheli petenti liberos, Num pro Deo ego sum,qui priuauit te fructu ventris tui? *Vnde prodiit quod steriles reputarentur infames. Gen. 30.*

Ver.4. *De matrimonio, ut est Sacramentum Ecclesiæ.*

B MATRIMONIVM vt sacramentum Ecclesiæ, includit omnia,quæ ut officiū *In addi. 3. p.q. 42.*
206 naturæ,& addit quòd fuerit contractum in fide filii Dei incarnati,siue inseparabiliter vniti naturæ humanæ,& Ecclesiæ tanquam sponsæ. Ratione huius significationis matrimonium inter Christianos contractum,si fuerit per carnalem copulam cōsummatum,est omnino, hoc est quocunque casu adueniente, ante mortem quoad vinculum,indissolubile,ut amplius dicetur infra hoc §. ver. 9. impedimento. 10.

¶Materia huius sacramenti sunt actus legitimarum personarum, præcedentes con-

Materia sacramenti matrimonii. consensum integrum, qui quidem actus sunt sensibiles aliquo sensu. ¶ Forma sacramenti matrimonii, est cōsensus integer exterius expressus inter præsentes, secundum D. Caietanū cuius fundamentum est dictū D. Aug. Accedit verbum ad elementū, et fit sacramentum. Et ideo licet matrimoniū vt officium naturæ, possit per literas aut *Forma matrimonii.* procuratores contrahi, non tamen vt sacramentum Ecclesiæ. & ideo nō est omnino indissolubile, quia ex causa potest cū illo ante dispensari, quam in præsentia perficiatur. Si enim (vt idē ait) in omnibus aliis sacramentis Ecclesiæ requiratur actualis applicatio formæ ad materiam nec sufficit virtualis, nec formæ illorum per literas aut nuncios applicantur, sequitur quod matrimonium ut sacramentum, sequitur naturam illorum. Et quemadmodum alia sacramenta iterabilia causant instrumētaliter ornatum & gratiā sacramentalem (vt dictum est cum de ornatu. Sacramentorū agetur) sic etiam sacramentū matrimonii. Gratia autē sacramentalis sacramenti matrimonii habet duplicem effectū. Primus est reprimendi concupiscentiā, Secundus, faciendi coniuges fideliter assistere, & opera sua communicare, & prolem suceptam religiose ad cultum dei nutrire & erudire, Quia quandocunque diuinitus datur alicui aliqua facultas, dantur etiam auxilia, quibus homo possit illa facultate vti. Hoc patet in potentiis sensitiuis animæ, quibus respondent certa corporis membra, per quæ in actum suum exire possunt. vnde cum in matrimonio detur facultas ex diuina institutione vtendi vxore sua ad procreationem prolis, datur etiam gratia, sine qua id conuenienter facere non posset, sicut etiam de potestate ordinis dictum est. C 206

¶ Ex præmissis patet quod in hoc sacramento, sicut & in aliis, sunt tria, Primo sacramentum tantum, quod est materia & forma applicata. Secundo est res & sacramentum simul, & hoc est ornatus, qui ab aliquibus dicitur nexus & vinculū, siue realis obligatio, quæ innascitur inter virum & mulierem. Sed quum ornatus sit dispositio ad gratiam, & dispositio in accidentalibus debeat esse eiusdem generis cum forma, melius videtur, dicendum, quod ille nexus qui est relatio, cōsequatur cōsensum. & ornatum v. Tertio res tantū, & est gratia sacramentalis quæ (vt dictum est) iuuat ad opera matrimonii, & reprimit concupiscentia, Nec tamen ex hoc quod omnes habent concupiscentiam, sequitur quod omnes debeant matrimonium contrahere, Quia illi qui matrimonio non vtuntur, habent efficacius remedium ad reprimendam concupiscentiam, s. orationem, ieiunium, disciplinas, & carnis mortificationem, Nam libido satiata recrescit, seu interpollata subcrescit.

Ver. 5. *Quæ requiruntur ad matrimonium.*

Duo ad matrimonium requisita. AD contractum matrimonii duo principaliter & essentialiter requiruntur. Primum est materiale & fundamentale. s. quod personæ sint legitimæ. Secundum est formale, scilicet consensus legitimus Personæ dicuntur hoc loco legitimæ, nō quod sint ex legitimo matrimonio procreatæ, quia spurii & ex adulterio nati, possunt matrimoniū contrahere, Sed dicuntur legitimæ, uir & mulier, qui legibus coniungi, & matrimonium contrahere non prohibentur, siue quæ non habent impedimēta dirimentia matrimonium. de quibus infra uer. 9. dicetur.

¶ Ex premissis sequitur quod inter duos viros aut duas mulieres, uel angelos inter se, aut cum uiris vel mulieribus inter se, non potest esse matrimonium.

Ver 6. *De consensu requisito ad Matrimonium.*

In addi. 3. p. q. 45. ar. 1. CONSENSVS ad matrimoniū requisitus multa exigit, Primo quod sit cōsensus interior, quia si solū uerba vel signa exteriora proferrentur, absque interiori consensu alterius, non esset matrimonium quoad Deum, etiam si carnalis copula subsequatur, cum in omni sacramento requiratur intentio suscipientis. Sicut si quis promittat & dicat uerbo se uelle baptizari, & tamen interius dissentit, non est baptizatus in foro interiori, licet in foro exteriori possit cogi ad obseruantiam euangelicæ legis, sic in matrimonio. vnde D. Chry. & habetur in cap matrimonium. 17 quæstione secunda. Matrimonium non coitus, sed voluntas facit. Quia nullus accipit potestatem in alterum in eo quod est liber, nisi per eius consensum, sed per matrimonium accipit vterque coniugum potestatem in corpus alterius. vnde Apostolus D 206

solus, Mulier potestatem sui corporis non habet, sed vir, &c. Igitur non potest fierë sine vtriusq; consensu simul in mutuam coniunctionem coniugalē, hoc est ad fines & bona matrimonii, quia non sufficit consensus in carnalem copulam, quum talis sit in fornicatione. ¶ Ex præmissis sequitur quod si vir dolose profert verba exprimētia consensum de præsenti, vt abutatur aliqua, non contrahitur matrimonium, licet ecclesia quæ non iudicat de interioribus, compellat talē cohabitare cū, illa, vt habetur in c. his, qui, extra de spōsalibus & matri. Cōsensus tñ in copulā carnalē cōiugalem includit consensum in copulā carnalem, non quidē explicite, sed implicite quia (vt dictum est) matrimonium est associatio viri, & mulieris in ordine ad prolē, quæ sine carnali copula haberi non potest. Ideo carnalis copula implicite continetur in coniugali, sicut effectus in causa quia potestas copulæ coniugalis, in quam consentitur, est causa copulæ carnalis sicut potestas vtendi re sua causa, est vsus, qui quidem vsus matrimonii potest impediri infirmitate, vel vtriusq; volūtate, vt in D. Virgine & Ioseph, qui habebant a Deo specialem reuelationem, quòd neuter volebat, vt illa potestate. Vnde D. Virgo post desponsationē, angelo nuncianti, Ecce cōcipies, &c. respondit. Quomodo fiet illud? quoniam uirum non cognosco, & ideo nō amisit virginitatem, & nihilominus fuit perfectum matrimonium, vt infra dicetur. Quāuis si in cōtractu matrimonii illa conditio (quod neuter posset vti copula carnali) exprimeretur, non esset matrimonium, & ideo inter fratrem, & sorore nō potest esse matrimonium, nec inter eos qui non possunt dare potestatem sui corporis, vt sunt moniales, & religiosi. ¶ Secundo ad matrimoniū requiritur quòd consensus sit complete liber hoc est absq; coactione, & metu cadente in constantem virum. Licet .n. voluntas non possit simpliciter, & absolute cogi seu violentari, potest tamen impelli per metum siue trepidationem instātis vel futuri mali, quæ trepidatio facit necessitatem condicionatam, quam vocat Philos. violentum mixtum. Sicut cum quis proiicit merces in mare ne periclitetur. Et quamuis quod fit per metū sit per se uoluntariū simpliciter cum actus in particularibus sint, est tamen inuoluntariū secūdum quid quia secluso metu non heret, & ideo non est libertas completa, neque cōsensus complete liber, sed mixtus uiolento, quod repugnat perpetuitati matrimonii eo quod nullum violentum perpetuum. Vnde tali metu coactus potest petere restitutionem in integrum. Et sic tollit matrimonium, ad quod non sufficit quodcunq; voluntarium sed voluntarium completum, propter perpetuitatem quam requirit. Nec semper ad hoc induci debet, vt in illo matrimonio stet nisi quando timetur periculum de violenta dissolutione, Alias non peccaret, quia non soluere promissa, quæ nolens fecit, non est specie mali. Si vero ille qui passus est metum, postea libere consentiat. durante consensu qui metum intulit contrahitur matrimonium. Si vero metum passus consentit, cum inferens metum dissentit, non est matrimonium, quod est relatio æquiparentiæ, quæ requirit vtriusque mutuum consensum simul.

Cor. 7. Luc. 1. In add. 3. p. q 41. ar. 1. Plena libertas in matrimonio requiritur.

E 206

¶ Matrimonium adeo liberum est, quod filius, & filia ad præceptum patris cōtrahere non tenetur cum aliquo uel aliqua, imo cum alio uel alia, etiā patre, & matre insciis, & renitentibus, contrahere potest. Quia in matrimonio est perpetua seruitus, ad quam filius qui liber, est præcepto patris cogi non potest, nec etiam impedi. Et illud Apostoli, Filii obedite parentibus per omnia, non intelligitur in his in quibus filius est liber, sicut patet. Potest tamen pater inducere filium ex causa rationabili, & tunc sicut se habet filius ad causam illam, ita se habet ad præceptum patris, ut si causa illa cogat de necessitate uel de honestate, & præceptum similiter cogit, alias non. Vnde male faciunt parentes, minis, & terroribus compellendo filios, aut filias contra eorum uoluntatem contrahere matrimonium, non sic faciebant in lege naturæ. Vnde Batuel seruo Abrahæ quærenti Rebeccam filiam suam pro Isaac. Vocemus puellam, ait, & quæramus eius voluntatem Filii tamē, & filiæ nisi essent aliter inspirati a Deo non debent facile contradicere parentibus, qui prudentiores sunt, & magis soliciti de bono filiorum, & filiarū, quàm ipsimet. Vnde & filiæ, quæ ante. 25 annum absque consensu patris matrimonium contrahunt, possunt exhæredati

Col. 3. Gen. 24.

D 206

dati

dari. Et quāuis papa possit præcipere alicui vt acceptet episcopatum, per quam acceptatio nem cōtrahitur matrimoniū spirituale (quia si non posset præcipere, Ecclesiasticus ordo periret, quum quandoq; illi qui sunt idonei, nolint suscipere nisi, cogantur,) Non tamen sequitur quòd pater possit præcipere matrimoniū carnale, quia in matrimonio carnali est seruitus corporalis, quæ non est in matrimonio spirituali episcoporum, quod est sicut quoddam officium dispensandę reipublicæ. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo sicut ministros, &c. Et quia in matrimonio spirituali, quod contrahitur in professione religionis est seruitus corporalis: Ideo dicendum videtur, ꝙ quis non potest cogi. ¶ Tertio requiritur ad matrimonium quòd cōsensus interior exterius exprimatur. Quia cū solus deus sit scrutator cordium, si consensus esset solum interius, non posset innotescere sensibiliter, quod tamen requiritur ad hoc ꝙ in nascatur vinculū, & obligatio ac etiā ad hoc vt sit sacramentū. ¶ Quarto requiritur ꝙ consensus exprimatur exterius per uerba de præsenti absoluta, vel per signa æquipollentia, quę supplēt vicē verborū, vt in mutis, qui signis pro verbis vtūt, & in puellis, quæ aliquando prę verecūdia tacent, & inclināt, sponteq; recipiūt osculū in nomine matrimonii, post interrogationē an velint talem in maritū, per illa signa sufficienter exprimitur consensus. Quoad Deum tamen quæcunque verba signa fiant exterius, statur conscientiæ illorū, licet quoad ecclesiam notentur uerba, & signa antecedētia, concomitantia, & consequentia, maxime quando sunt obscura, & vnū declaratur per aliud. Si vero post sponsalia verba sint ambigua, & non habeant aliquam declarationem, neq; præcedentē, neq; concomitantē, neq; consequentē, (sicut si dicant. Bibamus, aut osculemur, aut accipe hoc in nomine matrimonii) non est matrimoniū, quia intelligūtur de matrimonii contrahendo, A fortiori si dicantur ante sponsalia, secundū Syluestrū de prierio, nisi verba præcedētia sonarēt matrimoniū de præsēti vel nisi aliter constaret de intentione, & consensu partiū, quod constare non potest, nisi per confessionem illarum. Si vero consensus exprimatur per verba de præsenti, cum infinitiuo importante futuritionem (vt si dicatur, Promitto, te accipere in vxore) non est matrimonium, nec etiam si sub conditione, non stante conditione.

In Add. 3. p. q. 45. ar. 2.

A 107

¶ Sed cum in conditionibus oppositis sit difficultas, ideo notādum est, ꝙ multiplices sunt conditiones, Quędam sūt contra substantialia matrimonii, vt Contraho tecū si debitū non petas, vel si generationem prolis euites vel donec inueniam aliam honore, & facultatibus digniorem, aut si pro quæstu adulterandam te tradas. Tunc nullum est matrimonium vt habetur in cap. vlt. extra de conditionibus appositis. Quædam sunt conditiones, quæ non sunt contra substantiam matrimonii. Et adhuc istæ sunt multiplices. Quædam sunt generales, vt si vixerimus, si deus voluerit. Quædam sunt necessariæ in contractu matrimonii, siue quibus matrimonium impediretur, vt si es Christiana, si non es consanguinea, aut affinis in gradu prohibito dirimente. Quædam vero sunt necessariæ in se, vt si sol oriatur cras Quædam sunt impossibiles, vt si imperium mihi dederis, quod est in alterius potestate, vel si cœlū digito tetigeris. Aliæ sunt contingentes, & possibiles, & adhuc sunt duplices. Quædam sunt inhonestæ, vt si furtum commiseris, vel talem occideris. Aliæ sunt honestæ, & istæ etiam sunt duplices, Quædam de præsenti, vt si pater vult. Quædam de futuro, vt si dederis centum, vel aliquid huiusmodi. Conditiones generales nullum contractum suspendunt, & ideo si sit consensus de præsenti, verum est matrimonium, vt si dicat, Accipio te in vxorem, si vixerimus, vel si Deus voluerit. Si vero consensus sit de futuro, non est matrimonium. Conditiones autem necessariæ in contractu matrimonii semper intelliguntur, nec, vitiant, siue apponantur, siue non. Cōditiones vero in se necessariæ in contractu matrimonii, licet videantur sonare tempus futurū, si tamē consensus sit de præsenti, est verum matrimonium, quia necessaria temporalia futura sunt præsentia in causis. Conditiones autem impossibiles, & inhonestæ, quæ non sunt contra substantiam matrimonii, habentur pro non adiectis Et ideo si cōsensus sit de præsenti, est verū matrimoniū, & illæ conditiones nō est impediūt neq; suspendūt ipsum, neq; sponsalia de futuro, vt habetur in c. 1. & in c. si. extra de cōd. appo.

In addi. 3. p. q. 47. ar. 9.

Multiplices sunt conditiones;

B 107

appo. Si uero conditiones sunt possibiles & honestę, quantumcunque consensus sit de præsenti, suspenditur matrimonium, nec habet efficaciam, nisi stante conditione, ut habetur in c. super eo, extra de conditionibus appositis. ¶ Notandum tamen quando ponitur conditio pecuniæ per modum pœnæ, pœna illa exigi non potest, eo quod matrimonia debent esse libera, vt in c. gemma, extra de spon. & mat. Si uero cō trahatur cum hac conditione, si dederis mihi centum, tunc hoc non ponitur ad vendendum consensum matrimonii, sed intelligitur promissio dotis ad sustinenda onera matrimonii. Vnde propter hoc, matrimoniū libertatem non perdit, nec simonia committitur. Sed quacunque conditione possibili & honesta posita, si ante euentum conditionis, carnalis copula fuerit subsecuta, uidentur a conditione recessisse. Si uero quis diceret, Cōtraho tecū, si nunc te a me cognosci permiserit. Si nil aliud apponatur, & carnalis copula sequatur, præsumitur pro matrimonio, in foro Ecclesiæ. Si autem dolose proferat, dictū est quod quoad Deū non est matrimonium. Sed si consensus exprimatur per uerba de futuro, sunt sponsalia, de quibus dicendū est.

Ver. 7. *De Sponsalibus.*

SPONSALIA sunt futurarum nuptiarum siue matrimonii promissio, et dicūtur a spondendo, hoc est promittēdo in futurum, quia antiquitus spondebāt, et fideiussores dabant. Vnde etiam dicuntur sponsus, & sponsa illi, inter quos est sola promissio de futuro, quæ est quoddā sacramentale ad matrimoniū sicut exorcismus ad baptismum, Non sunt tamen de necessitate matrimonii, sicut nec exorcismus baptismi, sed inuenta sunt de congruitate. Primo ad fouendam & augendam amicitiā contrahentium. Vnde D Aug. ait, Institutum est ut iam pactæ sponsæ non statim tradantur, ne habeat maritus vilem cito datam, quam non suspirauit dilatam, Secundo, ad interim uidendum, sit sint aliqua impedimenta. Tertio, ne alicui fieret præiudicium propter quod fuit ab Ecclesia ordinatum, ne fierent clandestinæ desponsationes aut matrimoni. ¶ Promissio autem nuptiarum & per consequens sponsalia dupliciter fieri possunt. s. absolute, & sub conditione. Absolute quatuor modis, Primo. s. nuda promissione, ut accipiam te in meam, & ego accipiam te in meum. Secundo, datis arris sponsalibus, aut pecunia, vel aliquo huiusmodi. Tertio, annuli subarratione in confirmatione promissionis. Quarto, interueniēte iuramento, quod adhibetur ad confirmationem dictorum, nec iuramentum mutat significatum, Ideo ex spōsalibus non facit matrimonium. De his sponsalibus uidendum est, qui possint cōtrahere sponsalia, & qui sint effectus sponsalium, quomodo confirmentur & soluantur.

In Add. 3. p. q. 43.

C 207

Sponsalia ad quid sūt inuenta.

¶ Quoad primum, regula generalis est, quòd in adultis (hoc est post. 14. annos in masculo, & 12. in fœmina) inter eos qui non possunt contrahere matrimonium, non possunt esse sponsalia. Iuniores tamen, qui non possunt contrahere matrimonium, possunt contrahere sponsalia in. 7. anno, & non ante, Quia vsque ad illud tempus dicuntur infantes, vt in l. si infanti. C. de iure deliberandi, & non habent sufficientē vsum rationis. Nec obstat quod D. Grego. narrat, quòd quidam puer quinque annorum propter peccatum blasphemiæ a dæmone fuit suffocatus, quia (ut quidam dicunt) non fuit damnatus, neque mortaliter peccauit, sed extinctus fuit propter peccatum patris, eo quòd non correxerat eum, vel ab eo blasphemare didicerat. Et dato quòd peccasset, non tamen propter hoc sequitur quòd puer in illa ætate possit cōtrahere sponsalia, quia ad peccatum mortale sufficit consensus præsens, sed in sponsalibus est consensus in futurum, ad quē requiritur maior rationis discretio & ideo si pueri ante ętatem septem annorum contrahant, & adueniente termino, si ille qui erat minor contradicat, non tenent. Nec innascitur publicæ honestatis iustitia. In sponsalibus quoad ætatem pares sunt masculus & fœmina, quia non maior ętas requiritur in vno quam in alio, licet in matrimonio non sint æquales, quia requiruntur. 14. anni in masculo, & in fœmina sufficiunt. 12. cum tempore contractus matrimonii non solū requiratur completus vsus rationis, sed etiam dispositio corporis, vt sit aptus ad actum generationis, Et quia puella in. 12. ad hoc venit, vt possit esse apta actui generationis, & puer in fine secundi septennii, hoc est in 14. anno, vt di-

De puero quinque annorum suffocato a diabolo.

D 207

cit

9. *de animalibus.* cit Philosophus. Nec mirum quòd fœmina si citius apta ad generationẽ quàm masculus, quia fœmina se habet solum passiue, & masculus actiue, & non requiritur tã ta vis ad patiendũ, sicut ad agendũ. ¶ Sponsalia habẽt duos effectus, Primus est obli gatio, quia ex tali promissione vnus obligatur alteri ad cõtrahendum matrimoniũ, hic quòd peccat mortaliter, non soluens promissum, nisi legitimũ habeat impedimẽ tum. Et secundum hoc Ecclesia cogit, iniungendo pœnitentiã pro peccato. In foro tamen contentioso non compellitur; quia matrimonia coacta solent malos habere exitus, nisi forte iuramentum interuenerit, quia tunc est cogẽdus (vt quidam dicũt) nisi habuerit dispensationem iuramenti, vel nisi timeatur de vxoricidio. Si autẽ per eum qui dedit annulum aut arras aut aliquid huiusmodi, stet ne matrimonium com pleatur, perdit omnia quæ dedit, si sine causa retrocedat. Si vero per eum qui recipit, reddere tenetur. Secundus effectus sponsalium est publica honestas, siue publicæ honestatis iustitia, quæ est propinquitas quædam ex sponsalibus prouenients, robur trahens ex Ecclesiæ institutione, propter honestatem inter consanguineos seruandam introducta, propter quam nullus consanguineorum viri vsque ad quartum gradum mulieri desponsatæ matrimonio copulari potest, nec etiam consanguineæ vxoris viro, vt habetur in c. ad audientiam, & c. sponsam, de sponsa. extra & in c. ex sponsalibus, eodem tit. lib 6. vbi dicitur, quòd publicæ honestatis iustitia est obstaculum impediens matrimonium contrahendum, & dirimens contractum, etiam carnali copula consummatũ. Potest tñ summus pontifex dispensare, cum sit de iure positiuo introducta. ¶ Sponsalia per carnalem copulam præsumptione iuris transeunt in matrimonium, etiam si consensum non exprimant per verba de præsenti, & in foro cõ tentioso vxor eius iudicatur, quia maius est consentire facto quàm verbo. Et sic actus coniugalis sufficienter interpretatur & exprimit consensum de præsenti, nisi aliqua signa fraudis appareant, vtputa si sint multum distantis cõditionis, quantum ad nobilitatem vel fortunam, vel aliud signum euidens fraudis appareat. Sponsa tamẽ admittens, si credat eũ velle matrimoniũ consumare, a peccato excusatur, & alius peccat, fornicando, & amplius, fraudando. ¶ Dirimuntur aũt sponsalia pluribus modis, Primo dissensu mutuo, sicut mutuo cõsẽsu fuerunt contracta, vt in c. a nobis, de desponsa. Impub. extra & in c. præterea, de spon. & ma. vbi dicitur, quòd etiã si fuerint iurata, ne forte deterius inde contingat, habenda tamen est dispensatio super iuramento. Et si sponsalia fuerint occulta, possunt occulte separari, si vero publica, authoritate iudicis fieri debet. Secundo cum aliquis desponsatorum contrahit cũ alio matrimonium per uerba de præsenti, etiam ante copulam, vt in c. si inter virum & mulierem, de spon. & ma. non autem per secunda sponsalia de futuro etiã iurata, vt in c. sicut ex literis, extra de spon. & matrim. Tertio, altero desponsatorũ religionem intrante suspendũtur, & profitente dissoluuntur, Quia religio est mors ciuilis, & dissoluit matrimonium nõ consummatum, vt infra dicetur, ver. 9. a fortiori sponsalia. Quarto, quando alter coniugum ad longinquam regionẽ se transfert, vt in c. de illis, extra de spon. & matri. Leges tamen quæ quoad hoc a canonibus nõ reprobantur, limitant tempus scilicet triennium, infra quod si venerit, tenent sponsalia, si vero infra triennium non venerit, sunt dissoluta, & potest alteri licite copulari. Si vero fuerit matrimonium per uerba de præsenti, etiam non consummatum, ante certitudinem de morte coniugis, non potest alteri matrimonio copulari, & si contrahatur, est nullum, etiam si ignoretur quid factum sit de alio, vt in c. in præsentia, de spon. & mat. extra. nisi forte computata ętate viri a principio natiuitatis eius cũ absentia fluxissent centum & viginti anni, Quia dies hominum præsumitur centum & uiginti annorũ, licet (ut dicit Psal.) ultra octoginta, labor & dolor, quid intelligẽdum est secundum diuersitatem complexionis. Quinto soluuntur sponsalia propter crimen superueniens, ut si alter in fornicationem incidat, uel in aliud graue crimen, per quod infamiam patiatur. Sexto per lepram ignoratam aut superuenientem, vt in c. literas, de coniugio leprosorum. & generaliter superuenientibus impedimentis, quibus impeditur matrimonium.

Sponsalium effectus.

Publicæ honestatis iustitia quid.

E 192

Sponsalia pluribus modis dirimuntur.

F 199

Gen. 6.

CVM ad hoc quod personæ cõtrahẽtes sint legitimę requiratur quod nõ habeant impedimẽta, ideo nunc de impedimẽtis matrimonii dicendum est. Ad cuius euidentiam notandũ est, quod duplicia sunt matrimonii impedimẽta. Quædã sunt quæ tantummodo impediunt matrimoniũ contrahendum, sed non dirimant iam contractum. Quædam vero sunt, quæ non solum impediunt matrimonium contrahendum, sed dirimit iam contractum, & si contrahatur, non tenet. Impedimẽta quæ tantum impediunt, & non dirimit, ideo dicuntur impedire, quia talia impedimenta habentes, sunt prohibiti contrahere matrimoniũ, sic & si contrahant, peccãt mortaliter, tamen matrimonium non dissoluitur, & sunt septem. Impedimẽta matrimonii duplicia.

¶Primum dicitur interdictum, quãdo matrimonium fit cõtra statutũ iuris, quãdo ius prohibet tali modo fieri. s. clandestine, hoc est absq; sponsalium publicatione in ecclesia, siue omissis bannis, vt habetur in c. si. extra de clandestina despon. vbi in. §. sane, interdicitur sacerdotibus, & religiosis sub pœna suspensionis ab officio per triennium, ne habeant talibus matrimoniis interesse, quod est intelligendum, nisi cõsuetudo fiat in oppositum. Ideo tales peccant mortaliter, ac etiã qui contrahit matrimoniũ cum excommunicato, quia communicat cũ eo in sacramẽto matrimonii, tamen propter excommunicationem alterius patris aut ambarum non dissoluitur.

A ¶Secundum impedimentum, sunt feriæ siue tempus feriatum, vt a prima dominica aduentus inclusiue, vsq; ad Epiphaniam, & a dominica in septuagesima vsq; ad octauas Paschæ, & a tribus diebus ante ascensionem, vsq; ad octauas Pentecostes, propter communionem, quæ antiquitus in illis solennitatibus fieri solebat, prohibitum fuit, vt habetur in c. non oportet, in. 2. 33 q. 4. in c capellanus, extra de feriis, non tamen illis temporibus prohibentur fieri sponsalia aut matrimonium, sed solenitas, & nuptiarum celebratio, ac sponsæ traductio.

208

¶Tertium impedimentum, quando quis cum vna contraxit sponsalia, maxime iurata, quia contrahens cum alia facit iniuriam disponsatæ, Ideo peccat matrimonium, tamen tenet, ut habetur in c. veniens, in. 2 ex dispon. & mat.

¶Quartum impedimentum est catechismus, qui est prima instructio rudimentorũ fidei, quãdo declarãtur articuli fidei, & quid credẽdũ sit, Vnde cathecuminus idẽ est quod instructus, & catechiso, hoc est instruo, per talem igitur instructionem contrahitur quædam spiritualis propinquitas inter catechizãtẽ, & catechizatum, vnde Apostolus, Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. Hic catechismus est dispositio, & protestatio futuri baptismi, quia ideo vult instrui, vt tandem baptismum suscipiat, sicut in sponsalibus est quædam sponsio futurarum nuptiarum. Et ideo sicut in sponsalibus contrahitur quidem modus propinquitatis, ita, & in catechismo, vt habetur in c. per catechismum, de cognatione spirituali. In Add. 3. p. q. 56. ar. 2. ad. 27 1. Cor. 4.

¶Quintum impedimẽtum est votũ simplex castitatis, hoc est nõ solẽnizatũ pro fectionem tacita vel expressa, aut susceptione ordinis sacri. Habens tale impedimentũ, peccat mortaliter, contrahendo cum intentione consumandi, quia agit contra votũ. Non tamen propter hoc, matrimonium cõtractũ dissoluitur, ut habetur in c rursus, extra qui clerici vel vouentes. Et licet votum simplex sit tãtæ obligationis apud

B Deũ, sicut solenne, Ecclesia tamẽ noluit illegitimare siue inhabilitare ad matrimonium cõtrahendum vouẽtes castitatem, vt habetur in c. vnico de vo & vo. redemp. lib. 6. glo in c. Agathosa. 27 q. 2. super verbo (debet) dici quod habens tale votũ antequam contrahat, post contractum matrimonium reddendum debitum nõ peccat, si mulier expresse vel interpretatiue petat peccat tamen exigendo, quia contra uotum agit. Licet quidam dicunt, quod potest petere, cum propter timorẽ fornicationis in coniuge, cum ẽtne matrimoniũ sit onerosum, & importãbile, attẽta humana fragilitate. Nam inter mulieres conuersari, & non moueri, potius angelicum est, quam humanum. Et idem dicendum est de uouente castitatem post matrimonium, si stimulis agitetur, & in omnibus casibus, in quibus tenetur reddere, & non exigere. Iugum enim Domini suaue est, & onus eius leue. Et D. Ioannes dicit,

208

Manda-

Mat. 11. Mandata eius grauia non sunt. Post mortem tamen vxoris tenetur cõtinere. Et idẽ
1. Ioh. 5. dicendum de vxore, quæ simile votum habet.

¶ Sextum impedimentũ est consuetudo, ut si alicubi est consuetudo quod nõ cõtrahatur matrimonium inter filium & filiam duorum compatrum, per quorũ neutrum deuentum est ad cognationem spiritualem, peccant contrahendo, quia consuetudo legis habet vigorem, non tamen dirimitur contractum.

Sex crimina matrimonium impedientia. ¶ Septimum impedimentum dicitur crimine, Sunt autem sex crimina quæ impediunt. Primum est incestus, ut dicit glo. in c. primo super verbo, copulare, de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ. Secũdum est uxoricidum ut habetur in c. admonere, & c. inferiores. 33. q. 2. Et eadem rõne dicẽdum est de vxore occidẽte virũ. Tertium est raptus alienæ sponsæ, ut in c. statutũ. 27. q. 2. Quartũ est eleuatio proprii filii in sacramento baptismi, insidiãdo matrimonio, & præiudiciũ facere uolẽdo uxori si superuiuat, talis dẽt manere absq; spe. coniugii, ut in c. de eo. 30 q 1. Quintu peccatũ est interfectio sacerdotis, vt in c. qui presbyterum, de pœnit. & remis. Sextũ est peccatũ propter quod imponitur solennis pœnitentia, tempore quo pœnitet, vt in c. de his 33. q. 2. Septimum, quũ quis monialem scienter accipit in vxorem, ut in c. hi uero 27. q. 1. hoc tamen vitium potest reduci ad incestum.

Ver 9. · *De impedimentis dirimentibus matrimonium.*

IMPEDIMENTA dirimẽtia matrimoniũ, sic de facto contrahatur illis statibus, sunt duodecim, quæ his versibus cõtinẽtur: Error, cõditio, votũ, cognatio, crimẽ, Cultus, disparitas, vis ordo, ligamẽ, honestas: Si sit affinis, si forte coire nequibis: Hæc sociãda vetãt, conubia, facta retractant. Quia sciens se habere aliquod prę missorũ, & cõtrahẽs, peccat mortaliter, & matrimonũ nõ tenet, etiam si ignoretur impedimẽtũ ¶ Primũ impedimẽtũ est, Error personæ, quia impedit cõsensum, qui est causa matrimonii, quũ remoueat cognitionẽ intellectus qui dirigit volũtatẽ, et cõsẽsum, qui est de essentia matrimonii, quõ sit forma. Vnde in l. nõ idcirco C. de iuris, & facti ignorantia, dicitur, Errantis consensus nullus est, Nec matrimonium Iacob cum Lia fuit perfectum ex ipso concubitu, qui ex errore contigit, sed ex consensu, qui postmodum successit, nõ tamen quilibet error dirimit matrimonium, sed error qui est alicuius eorum, quæ sunt de essentia, quæ (ut dictum est) duo includit scilicet personas legitimas, quæ coniunguntur, & consensum complete liberũ in inuicem, qui matrimoniũ constituit, ideo solum error personæ, & conditionis dirimit matrimonium; ut si quis putat contrahere cum Martha, & contrahit cum Margareta, Nec est simile de errore qualitatis, & fortunę, vt cum mulier si putat contrahere cum viro probo, & pacifico aut diuite, contrahit cum pessimo, rigoroso & paupere, idem, si vir putat contrahere cum muliere virtuosa, pacifica, & diuite, & cõtrahit cũ meretrice, rixosa, capitosa, paupere, male, complexionata, talis error non dirimit matrimonium, vt habetur, in. §. non omnibus. 29. q. 1. quia talis error non variat aliquid eorum, quæ sunt de essentia matrimonii. Error autẽ nobilitatis aut dignitatis dirimit, sic redundat in errorem personę, alias non, & si intendat directe consentire in filium, regis, quicunque sit ille, & non in alium, tunc sit alius pręsentetur ei tanquam filius regis, est error personæ, & dirimit matrimonium. Si uero consensus directe feratur in istam personã, tunc error nobilitatis aut dignitatis nõ dirimit Et quia cum error qualitatis aut diuitiarum, consensus directe fertur in personam oblatam ideo non vitiat matrimonium.

In addi. 3. p. q. 52. C 208

Error personæ dirimit matri.

Error nobilitatis quã do dirimit.

Error conditionis personæ quando dirimit. ¶ Secundum impedimẽtum est error cõditionis siue seruitutis, vt si quis liber putat contrahere cum libera, & contrahit cũ serua, aut econuerso. Quia (vt dictũ est) error eorum, quæ sunt de essentia matrimonii (prout est mutua potestas) impedit, & dirimit matrimoniũ, vt habetur in § his itaque, 29. q. 1. Si tamẽ postea seruitute cognita consenserit, vel carnalis copula secuta fuerit, matrimonium tenet, ut habetur in c. proposuit, & in c. ad nostram, extra de coniugio seruorum. Si vero vterque sit seruus, nil prohibet inter seruuos esse co. ugia, uel inter liberum, & ancillã cognitam talem. Quia (ut dicit Apost.) in Christo Iesu non est seruus neq; liber. Et prætere

Gal. 4. D 208

terea

terea seruitus est de iure positiuo, & matrimonium est de iure naturali (vt dictum est) ideo non potest præiudicare matrimonio. Et per consequēs serui & ancillæ nullatenus debent a matrimonio impediri. & si inuitis & renitentibus dominis contrahant, nulla ratione propter hoc eorum matrimonia sunt dissoluenda, vt in c. 1. de cōiugio seruorum. Non enim remouendi sunt a sacramentis. Eam ob rem prohibendus est dominus, ne faciat onera matrimonii grauiora, puta ne mittat seruum sine vxore ad extremas regiones longum tempus, neque vendat alterum fine altero:

¶Et quanuis error lepræ inferat grauamina aliqua, quantum ad secundos effectus matrimonii, non tamen dirimit matrimonium, sicut error seruitutis, cum non impediat matrimonium, quātum ad primum actū, nec quoad potestatem, quia debitum libere sibi inuicem reddere possunt. Si autem si lepra ignorata, non dirimit matrimonium, a fortiori neque lepra superueniens, vt patet ex c. 1. de coniugio leprosorum. Neque propter lepram separandi sunt a coniugio, ut habetur in ca. quoniam eodem titul. an autem semper teneantur ad redditionem debiti, dicetur infra hoc. §. vers. 10. *Error lepra non dirimit.*

¶Tertium impedimentum, est uotum solenne præcedens contractum matrimonii, vt habetur in c. meminimus, qui clerici vel vouentes. Quia per illud contrahitur matrimonium spirituale cum Deo, quod est dignius & fortius carnali. Nec est simile de voto simplici, quia ecclesia non habilitauit vouentes simpliciter, sicut solenniter, & ratio est, quia in voto simplici non est nisi promissio proprii corporis ad cōtinentiam seruandam Deo, & in voto solenni est realis exhibitio. Ideo votum simplex se habet ad modum sponsalium ad matrimonium, quia sicut sponsalia dirimūtur per matrimonium, eo quod in sponsalibus non est nisi promissio, per quam non transfertur dominium, sed per exhibitionem, quia melior est conditio possidentis, ideo res alicui promissa potest adhuc dari, si data & exhibita non sit. Sed in voto solēni fit talis traditio & exhibitio corporis vicario Christi, aut alicui loco illius, et ideo votum solenne habet ex sui natura quod dirimat matrimonium, inquantū homo per ipsum sui corporis potestatem amisit, se tradens Deo ad perpetuam continentiam. Nec obstat ꝙ matrimonium carnale iuratum fuerit, quia licet iuramentū plus obliget ex parte eius, ex quo fit obligatio, quam votū, non tamen quantum ad modum obligandi, inquantum tradit quod promittitur. Si verum matrimoniū carnale esset consummatū, & facta esset realis corporis exhibitio, votum solenne non dirimeret, quum melior sit conditio possidentis, sed bene ante consummationem, vt habetur in c. verum, de conuersione coniugatorum, vbi dicitur quod alter coniugum post contractum matrimonium per uerba de præsenti, ante consummationem, quæ fit per carnalem copulam, potest altero inuito conuolare ad frugem melioris vitæ. Determinatur tamen ei tempus duorum mensium ad profitendum, vel saltem ad intrandum religionem, quæ ante annum professionem non admittit post quod tempus si professus non fuerit, cogitur ad celebrādas nuptias, ut habetur in c. ex publico, eo. ti. *Votum solenne dirimit.*

E 208

¶Quartum impedimentum, est ordo sacer. scilicet subdiaconatus & superiores, si præcedant matrimonium, dirimunt ipsum, vt cap. si qui clericorum, extra de clericis coniuga. & in cap. literarum, Qui clerici vel vouentes. Tales enim illegitimauit siue inhabilitauit ad matrimonium ecclesia, eo quod habēt quodam modo votum solenne continentiæ adiunctum & annexum, propter quandam congruentiam, Quia in sacris ordinibus constituti, sacra vasa tractant. Ideo decens est ut munditiam corporalem per continentiam seruent. Et licet ordinem accipiendo, votum non exprimant uerbis, tamen ex hoc ipso quod libere ordinem accipiūt solenniter secundum ritum Occidentalis Ecclesiæ, quæ eis uotum adiunxit, intelliguntur tacite uotum emisisse, Quia tamen nō est talis solennitas sicut in professione religionis, in qua fit solenne oblatio in holocaustum, ideo Papa potest in illis dispensare, ut dictum est, Si uero matrimonium præcedat ordinem sacrum, non soluitur, nec etiam matrimonium præcedens impedit quin uxoratus accedēs ad ordines etiam vxore reclamante, recipiat characterem, ipsa tamen uxor non priuatur iure *Ordo sacer quo dirimat matrimonium.* *c. 5. §. 5. Ver. 14.*

F 208

R 1 suo,

suo, quia vir tenetur ei reddere debitum, sed non potest exigere. Et talis in Ecclesia Occidētali priuatus est ordinis executione, & mortua vxore amplius matrimonium contrahere non potest. Si autem vxor consentiat ordinationi, habet executionem, ipsa tamen non potest petere debitum, quia consentiendo ordinationi, censetur vouere perpetuam castitatem. Non tamen tenetur intrare religionem, nisi sibi timeret de periculo castitatis. In Ecclesia vero Orientali matrimonio iuncti non possunt accedere ad ordines sacros sine cōsensu vxorum, Quia ad minus in tēpore ministerii sui, in quo tenentur continere, fraudarentur debiti redditione, quo fraudari non possent, si eis contradicentibus aut ignorantibus, viri ordines sacros susciperent. Et apud eosdem Græcos eo ipso quod mulier consentit ordinationi, ipsa se obligat ad hoc quod mortuo viro alteri non nubet. Si uero sine consensu suo vir ordinatur, mortuo viro potest alteri matrimonio copulari.

De cælibatu sacerdotum. ¶Et quia circa huiusmodi impedimentum & sacerdotum cœlibatum hæretici molestant catholicos, eorum argutiis respondendum est. ¶In primis allegant præceptum naturæ, Crescite & multiplicamini, & replete terram. Sed ad hoc dictum *Gen. 1.* est supra hoc. §. versicu. 3. quod præceptum illud datum est toti communitati naturę humanæ, & non singulis personis, vel quod postea fuit per Christum reuocatum, quum dixit, Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum Dei. qui A 209 potest capere, capiat, unde Apost. De uirginibus pręceptum Domini nō habeo, consilium autem do, quod non fecisset, si præceptum generationis obligasset. *Mat. 19.*

¶Instāt præterea de sacerdotibus antiquæ legis, qui erant figura sacerdotum nouæ legis, quæ est libertatis. Si antiqua lex quę erat seruitutis, vsum matrimonii, sacerdotibus non prohibebat, igitur neque noua prohibere debet. Verum hoc iaculum, excellentia dignitatis, status, & officii sacerdotum nouæ legis supra sacerdotes veteris facile repellit. Sacerdotum enim antiquæ legis officium circa temporales hostias & carnalia sacrificia erat. Ideo non tanta sanctitatē & munditiam exigebat, licet etiam sanctitatem & munditiam ad actu coniugii exigeret. Nō enim tenebantur nec poterant assidue & cōtinuè ministrare, sed solum per vices, vnde legimus Zachariā functū fuisse sacerdotio in ordine vicis suæ Et tūc tenebātur esse mūdi ab actu coniugii, & separati ab vxoribus, Ideo Oza legitur punitus à Domino eo quod post actum coniugii declinantem arcam Domini (quæ figura erat corporis Christi) tangere præsumpsit, vt dicit glo. 2. Reg. 6. Dictum enim erat, Sancti estote quoniam ego sanctus sum. Et omnis qui habuerit maculam de semine Aaron, non accedet offerre hostias Domino. Et panes propositionis (qui erant figura sacramenti Eucharistiæ) non debebant edi, nisi ab his qui mundi erant a mulieribus. Ex quo habetur quod vsus coniugii causabat maculam quoad esum panum propositionis. vnde D. Hiero. Si laicus & quicunque fidelis orare non potest, nisi careat officio cōiugali, sequitur quod sacerdoti euangelico, a quo semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est, ergo semper carēdum est matrimonio. Nam in veteri lege qui pro populo hostias offerebant, non solum in domibus suis non erant, sed purificabantur ad tempus ab vxoribus separati. Et D. Ambr. ait, Veteribus idcirco concessum est leuitis, & sacerdotibus vxores ad vsum habere, quia multo tempore uacabant a ministerio, cū semel duntaxat in hebdomada & per vices ministrarent. Sacerdotum vero nouæ legis officiū dignius esse constat, sicut veritas figuram B 209 præcellit, qui etiam possunt quotidie verum Christi corpus diuinitati iunctū offerre, Ideo maiori pollere debent sanctitate & munditia corporali. Videmus enim maiorem munditiam, requiri in ministris qui magis appropinquant regi terreno, quāto magis in illis, qui ministrant regi seculorum, cui soli debetur summus honor & gloria, & in quem angeli tremunt aspicere? Si figuræ debebatur tanta munditia corporalis & abstinentia ab actu coniugii tempore quo vice sua ministrabant sacerdotes, sequitur quod maior debetur veritati, quum omni tempore possit ministrari & tractari. ¶Obiiciunt insuper de Diuo Petro per Christum in suum vicarium electo, quem constat non fuisse cœlibem, sed vxoratum, & socrum habuisse febre vexatam.

Luc. 1. *Leuit. 19.* *Leuit. 22.* *1. Reg. 21* *Contra Iouinia. lib. 1. c. 19.* *In epist. ad Tim.*

vexatam, cui imperauit Christus, & sanata est. dicitur etiam habuisse filiam Petronillam, in sanctorum catalogo descriptam. cuius ordinationis D. Pau. exemplum sequens, dicebat, Oportet episcopum esse unius vxoris virum. quem ritum sequentes graeci indictam castitatem seruare recusârunt. Si tempore Apostolorum & nunc Graeci non tenentur ad cœlibatum, ergo nec Latini. Sed ad haec facilis patet solutio. Christus enim praesciens paucitatem cœlibũ, qui ad sacerdotium, & episcopatũ essent idonei, vt daret exemplum Apostolis, post Ascensionem suam prouidendi te nellae Ecclesiae, vocauit ad apostolatum, & cœlibes, & coniugatos, absq; tñ vxorum praeiudicio. Nullus enim absq; culpa aut voluntate sua debet priuari iure suo quum (vt dicunt iuristae) rem quae culpa caret, in damnũ vocari non conueniat. D. tamen Hiero. dicit, Apostoli habuerunt quidem vxores, sed quas eo tempore acceperant, qñ euangelium nesciebant, assumpti in apostolatum relinquunt officium cõiugale. Ex quorum persona Petrus ait, Ecce nos reliquimus omnia, & per cõsequẽs vxores, quoad thorum. quod intelligendũ est de earum consensu. Eadem rõne D. Paul. Timo. admonuit, vt vbi non inueniret cœlibes idoneos, admitteret coniugatos, non tñ omnes indifferentur, quia bigamos nolebat admitti, sed eos qui cum vnica & virgine contraxissent. ¶Quoad Graecos autem a tempore Apostolorum nunquam compertum fuit quòd in sacris ordinati contraxerint matrimonium, nec vxoribus ante ordinationem suam acceptis decedentibus, ad secundas nuptias conuolauerint. Sexta synodus in oriente celebrata, regulam statuit, vt habetur in c. Nicena. 31. dist. in c. Si quis 32. dist. & in c. quum in praeterito, dist. 84. cui ordinationi Graeci & Orientales acquieuerunt. verum postmodum in quadam synodo, in qua Paphnutius nuptiarum expers intererat, fuit agitatum de cœlibatu Grecorum, sicut & Latinorum, vt soli cœlibes a caetero in partibus Orientalibus ordinarẽtur. Sed praefatus Paphnutius propter nonnullas rationes, maximè ꝙ propter aestum & consuetudinem in illis partibus non inuenirentur sufficientes cœlibes, qui vellent ordinari, persuasit eos in antiqua consuetudine debere dimitti, cuius sententiã synodus laudauit, & nil statuit, sed in vniuscuiusq; potestate dimisit, vt scilicet vxorati ordinarentur, ne Ecclesiae Orientales idoneis & sufficientibus ministris destituerent. In ecclesia vero occidentali & Latina plures quam oporteret inueniuntur cœlibes, qui volunt ordinari. ¶Obiiciũt praeterea, quia uel tenentur ad cœlibatũ iure naturali, diuino, uel humano, Sed neutrũ istorũ, &c. Non quidem iure naturali, quia ex illo pendet maris & fœminae cõiunctio, quã nos matrimonium appellamus. Nec diuino, quia nec in antiqua nec noua lege inuenitur matrimoniũ sacerdotibus prohibitum. Nam non per illud, Sãcti estote, quoniam ego sanctus sum, quia intelligitur de sanctitate & mũditia spirituali, quae cum usu matrimonii stare põt. Nec Osa (ut dicunt) punitus fuit pro usu coniugii, sed pro crassa neglıgẽtia, uel alio occulto dei iudicio & glossam illam dicunt fictionem, Et quum dicitur, Omnis homo qui habuerit maculam, non accedet offerre hostias, dicunt intelligi de macula corporali, quae figurabat in noua lege maculam spiritualem peccati, a quo potest caueri in usu coniugii. Et ad hoc quod dictum est, quod per uicẽ ministrabant, manentes separati coniugibus, concedunt, quod per vices propter multitudinẽ sacerdotũ qui tunc erant, sed negant quod tunc essent separati ab vxoribus. & sic negant authoritate D. Hiero. Quod autem in lege noua matrimonium si sacerdotibus prohibitum, dicunt non posse ostendi, imo potius oppositum, quum Christus sub consilio reliquerit. Nam quum Apostoli dixissent, Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere, Christus respondit, Non omnes capiũt uerbum istud, sed quibus datum est, infra, Qui potest capere capiat. & sic reliquit in arbitrio cuiuslibet. Et Apostolus etiam dicit, Vnusquisque proprium donum habet. Quod si non se continet, nubat melius est enim nubere quam viri. nec excipit sacerdotes, quũ antea uniuersaliter locutus fuisset, Propter fornicationem vnusquisq; suam habeat vxorem. Et de uirginibus pręceptum Domini non habeo, consilium autem do. Item dicit, Porrò ad utilitatem vestram dico, non vi laqueum uobis iniiciam, quod fieret

1. Timo. 3.
Contra Iouinia. li. 1. c. 14.
Matt. 19.
De cõiugio Graecorum.
C 209
Leuiti. 29.
Matt. 19.
D 209
1. Cor. 7.

si sacerdotes stimulis agitati nubere non possent. Nec etiã tenentur iure humano, Quia ius humanũ non potest tollere ius naturæ, nec permissionem à Christo datam ideo Apostolus condemnat tanquam hæreticos à fide discedentes, eos qui pro-
1.Timo.4. hiberent matrimonium, dicẽs, Spiritus manifeste dicit quia in nouissimis temporibus discedent quidã à fide attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiã, prohibentium nubere. Sed ad hæc omnia facillima est responsio. ¶ Dicendum est.n. quod sacerdotes & ordinati in sacris ac religiosi tenentur ad cœlibatum iure
Quomodo cœlibatus sit de iure naturali. naturali, diuino, & humano, supposito quodam facto eorum humano scilicet quòd cœlibes se fecerint ordinari, vel quòd libere professi sint, Quum manifestum sit iure naturali & diuino promissionem esse seruãdum homini à fortiori Deo vnde Gl. super illud, Vouete & reddite, dicit, Vouere est voluntatis, reddere necessitatis, iuxta illud. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere, displicet enim ei stulta & infidelis promissio. Vnde contra ius naturæ & diuinum esse constat quòd vir, qui dedit corpus suum vxori in matrimonio, det alteri, & si dare præsumeret, donatio nõ te-
1.Cor.7. neret, eo quod non habet potestatem corporis sui. Eadem ratione idem dicendum de vxore. Si ergo vir qui de iure naturali est liber, per contractũ matrimonii dat corpus suum mulieri, quæ ante contractum nullũ ius in eo habebat, sed supposita donatione & matrimonio, quod est quoddam factum suum humanum, tenetur vxori iure naturali, diuino, & humano, quibus prohibetur cõmunicatio sui corporis alteri, a fortiori vir qui de iure naturali & diuino est liber, ad matrimonium & cœliba- E
tum potest dare corpus suum Deo ad seruiendum illi in castitate, quod fit per vo- 205
tum, per quod contrahitur matrimoniũ spirituale ex facto humano, & sic tenetur iure naturali & diuino ac humano, seruare corpus suũ immaculatũ Deo. & si com-
1.Cor.6. municat alteri in actu generatiõis, iniuriã facit Deo. & donatio nõ tenet vnde Apo: An nescitis ꝙ corpora vestra membra sunt Spiritus sancti, specialius per votũ. Tollens ergo membra Christi, faciã membra meretricis? Absit, quoniam qui adhæret
1.Tim.6. meretrici, vnũ corpus efficitur. Et alibi expressius, Adolescentiores viduas debita, quæ cum luxuriatæ fuerint in Christo (hoc est abundantes & pingues effectæ in se quela Christi) nubere volunt, habentes damnationem, quia primã fidẽ (hoc est promissionem qua castitatem seruare promittebant) irritam fecerunt. ¶ Ex his manifestè apparet quod habentes votũ castitatis, non solum peccant cõtrahendo matrimoniũ, sed ẽt ex illa voluntate nubẽdi. Atqui religiosi professi ad alii in sacris ordinati, habent votum explicitum vel implicitũ, voluntarie & libere acceptãdo religionem vel ordinem sacrum, cui annexum est votum, Ideo ex conseqenti vouent & se obligant ad castitatem, licet id explicitè non exprimant. Sicut quis contrahendo matrimonium obligat se ad nutriendam vxorẽ, licet explicite nõ exprimat, Sic acceptans episcopatum, se libere obligat ad pascendum gregem. Sic etiam acceptando ordinem sacrũ se obligat ad castitatem, quæ est adiuncta. vnde in c nullum, 28. dist. statutũ fuit quod nullus ordinaretur in sacris, nisi continentiam profiteatur explicite vel implicite. Et ad dictum Christi, Qui potest capere capiat, & Apostoli, Quòd si non se continent, nubant, Dicendum quod qui se non continere iudicauerit, aut qui donum, sine quo continens esse non potest, sibi cœlitus datum non existimat, ab ordinibus abstineat. Sed non intellexit de his qui se iam obligauerunt ad castitatem, sicut nec de matrimonio iunctis, impedimento perpetuæ infirmitatis accidente vxori, vel si vir reddatur post consummatum matrimonium, frigidus. Nec Apostolus damnauit eos qui prohiberent matrimonium iam coniũctis matrimonio, sed damnabat Manichæos, quos præuidebat futuros & damnaturos matrimonium, tanquam de se malum, & eos etiam qui secundas nuptias in viduis damnarent. Ec- F
clesia autem non damnat matrimonium in his qui liberi sunt, & potestatem sui cor- 205
poris habent, sed in his qui vinculo matrimonii carnalis uel spiritualis astricti sunt quia tales sui corporis potestatem non habent. ¶ Verum adhuc contra hanc adiunctionem castitatis sacris ordinibus, ex quorum libera susceptione dicimus

procede-

procedere votum & obligationem castitatis, instant hæretici, quia dicunt votum non esse liberum, sed coactũ, & quod neque pontifices nec etiam Ecclesia potuerunt adiungere tam graue onus ordinibus sacris, quorum ministerium non vni tribui, vt in antiqua lege sed omnibus viris alias idoneis volentibus in eis domino deseruire, suscipiendi potestas a Christo concessa est, cum consilio, & non cum consilio, & non cum præcepto castitatis. Hæc enim (vt dicunt) adiunctio voti retrahit fideles a cultu diuino. Et iugum Christi (quod ipse dixit esse suaue) reddit importabile, quum castitas sit res quæ res persuaderi potest, imperari autem non. vnde Sapi. dicit, Sciui quoniam aliter non possum esse continens, nisi Deus det, Ideo Apostolus, Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis si sic permanserit vt ego. Sed vnusquisque proprium donum habet a Deo, alius quidem sic, alius verò sic. Quod si non se continent, nubant, vnde subiungit, Porro ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum iniiciam Sed ex hac adiunctione castitatis multi sunt illaqueati, & cõmittunt multa mala in scandalum totius reipublicæ Christianæ, igitur nõ potest illa castitas adiungi. Sed hæc argumenta procedunt ex diuinarum ordinationum ignorãtia vel ex carnalis concupiscentię excæcatione, quæ non permittit eos considerare, quòd quicunque liberè eligit aliquid, ex consequenti eligit omnia quæ sunt necessario connexa alias nunquam aliquis peccaret, quia non alio modo quàm ex consequenti vult deformitatem peccati, imò vellet (si fieri posset) illam deformitatem separari ab actu. *Mat. 11.* *Sap. 8.* *1. Cor. 7.*

A Nemo enim (vt D. Dio. ait) intendens in malum operatur. Certum enim & euidés
a 10 est, quod nemo cogit aliquem ad susceptionem sacri ordinis. sed quicunque ordinantur, liberè petunt, & liberè suscipiunt, & per consequens acceptant castitatem eis ex diuina ordinatione adiunctam. Non enim pontifices hanc adiunctionem fecerunt, vt calumniantur hæretici, sed sancti Apostoli à Christo edocti, & à Spiritu sancto inspirati, hãc diuinam ordinationem & adiunctionem publicauerunt & inter canones suos scriptam reliquerunt. Habetur enim in sexto canone Apostolorum Eorũ qui clericorum institutum cœlibes nec ducta uxore diligunt, cœlibes permaneant, lectores & cantores solum vxores ducere volumus. Concilia deinde generalia, vt illa diuina & sancta ordinatio seruaretur eandẽ ordinationem recitarunt. Vnde in ca. 6. generalis concilii Constantinopolitani, quod in Trullo celebratum est, cauetur, Quoniam autem in Apostolorum decretis scriptum reperimus, Eorũ est, cauetur, eorũ numerum non inito coniugio adscribuntur, solis lectoribus & cantoribus phas esse vxorem ducere, Nos etiam hoc approbantes, statuimus ex hodierno die nullo modo licere hypodiacono, vel diacono, vel presbytero, post eius institutionem seu ordinationem, vxorem sibi adiũgere. Idem de monachis, virginibus, hisque qui monasticam uitam sequuntur, cautum est in canone. 16. Concilii Calcedonem. ex quibus satis constat quòd lectoris & cantoris nomine comprehenduntur quatuor minores ordines, qui continentiam non habent adiunctam. *Castitatis ab Apostolis sacris ordinibus annexa.*

¶ Nec hęc castitatis adiunctio retrahit a diuino cultu, imò inducit ad puriorẽ, & per cõsequens perfectiorẽ cultũ diuinum. Non reddit etiam Christi iugũ graue nec importabile sed leuius & suauius, liberat. n. a solicitudine & ab innumeris ferè & importabilibus matrimonii oneribus. Vnde Apostolus consulens cœlibatũ, dicit, Volo aũt vos sine solicitudine esse. Qui enim sine vxore est, solicitus est quæ sunt Domini, quõ placeat Deo. Qui autem cum vxore est, solicitus est quę sunt mũdi, quõ placeat vxori & diuisus est. Et mulier innupta & uirgo cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupta est cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uiro. Pręterea dicit, Si acceperis uxorem, non peccasti. Si nupserit uirgo, non peccauit, tribulationem tamẽ carnis habebunt huiusmodi. Secundo hæc annexio castitatis sacris ordinibus facta, liberat, sacerdotes, & maximè beneficiatos, à *1. cor. 7. Castitatis a quibus liberat sacerdotes.*
B
a 10 periculo animæ. Quia quum tertia pars bonorum ecclesiæ sit pauperum, & alia tertia fabricæ (ut dicunt canonistæ in cap gloria episcopi, &c. aurum habet ecclesia. 12. q. 2.) tales onerati uxore & filiis ac filiabus, furarẽtur ab ecclesia & pauperibus, Tertio hæc diuina ordinatio & castitatis adiunctio liberat vxores & filios ac

filius sacerdotum à miseria & calamitate, Quia quum in ecclesia Christiana non debeat esse hæreditaria siue sanguinis successio, iuxta illud, Pone principes eorum, sicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana, omnes principes eorum qui dixerunt, hęreditate possideamus sanctuarium Dei Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciē venti. Et sic vxores & liberi beneficiatorum, ipsis mortuis, essent pauperes & miseri, per mendicata suffragia ambulantes. Non igitur absque maxima ratione & clericorum vtilitate fuit ordinatum, vt sacris initiati non nuberent. Et ꝙ si tentarent, matrimonium nullum esset. Et quamuis ecclesia non possit aliorum sacramentorum materiam illegitimare, Apostolis tamen & ecclesię commisit Christus aliquid circa materiam matrimonii, propter pacificum conuictum & diuinum cultum disponere. Quia quum matrimonium sit cōtractus quidā spiritualis, subditur principi ecclesiastico, sicut cæteri contractus principi temporali. Ideo potest illegitimare materiam, sicut in quatuor gradibus consanguinitatis & affinitatis, ac in certis gradibus cognationis spiritualis, & indirectè in sacramentis quæ requirunt iurisdictionem, vt in sacramento pœnitentiæ, quod requirit peccatorem subditum, quæ subiectio ex ecclesiæ pendet institutione.

Psal. 82. — *Ecclesia habet potestatem illegitimandi materiam sacramenti.*

¶ Et quo ad impossibilitatem seruandi continentiam absque dei dono, dicendum est ꝙ Deus non denegat spiritum bonum & continentiæ donum petentibus se, licet propter humilitatem & meritum patiatur eos stimulis carnis agitari, vt legimus de D. Paulo. Et quo ad laqueum & scandala, dicendum ꝙ illa adiunctio castitatis nō parit scandala, sed mala voluntas, & affectio concupiscentiæ, quæ interpolata succrescit, diu autem dilata minuitur, & tandem extinguitur. Vnde D. Ambr. dicit se plures vidisse continentiam perpetuam seruantes, quàm interpolatam, est enim de libidine, sicut de carbone & ferro ignitio asperso modica aqua. ¶ Ad huiusmodi stimulorum carnis refrenationem & diminutionem facillima remedia habent in sacris ordinati. In primis habēt ieiunia, quum (vt Terentius ait) sine Cerere & Baccho friget Venus, habent præterea flagella, vigilias, & alias austeritates. Vnde Apostolus dicebat, Castigo corpus meum, & in seruitutē redigo, &c. habēt præterea summum remedium orationē. Vnde Apostolus dicit se propter stimulum carnis ter dominū rogasse, vt discederet ab eo, audiuitq; respōsū domini, Sufficit tibi gratia mea. Si stimulis carnis agitatus recurrat deuote ad dñm, & dicat cū Eze. Dñe vim patior, responde pro me, quid dicam aut quid respondebit mihi, quum ipse fecerim? expetietur id quod dicit Apostolus, fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Habent præterea remedium per deuitationē occasionum, vt scilicet fugiant mulierum consortia & familiaritates, ac loca, & alia huiusmodi. Insuper ament studium literarum diuinarum. Vnde D. Hier. Ama literarum studia, & vitia carnis nō amabis. His remediis necesse est virum vxoratum vti tempore infirmitatis vxoris, etiam si perpetuo infirmetur, & mulierem vxoratam, quum vir eius post consummationem matrimonii efficitur totaliter frigidus, nec propterea dicitur matrimonium esse in laqueum.

2. Cor. 12. — *remedia cōtra stimulos carnis.* — *1. Cor. 9.* — *2. Cor. 12.* — *Esa. 38.* — *Ad Rusticum monachum.*

C 209

¶ Quintum impedimentum est cōsanguinitas quæ est vinculum sanguinis aliquorum ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum, ad amicitię vnitatem. Et quia animalia bruta non coniunguntur ad amicitiæ vnitatem, ideo inter ea non dicitur esse consanguinitas, quæ diuiditur in tres lineas, & quælibet illarū in plures gradus. Prima linea dicitur Ascendentium. 2. est descendentium. 3. est collateralium. Gradus inter ascendentes & descendentes multiplicantur secundum numerum personarum, ita ꝙ tot sunt gradus, quot personæ, dempto stipite a quo incipit propagatio. Et sic filius dicitur esse in primo gradu, & nepos in. 2. & sic deinceps pronepos, & abnepos. Et pater ac mater in 1. auus in 2. proauus in. 3. abauus in. 4 atauus in. 5. & sic deinceps ascendendo. In linea verò collateralium non computantur gradus secundum numerum personarum, saltem secundū cōputationem canonicam, qua utendum est circa matrimonii impedimenta. Canonistæ dant regulam, quòd inter collaterales, quantum remotior distat a communi stipite, tantum distant

In Add. 3. p. q. 5. ar. 1 — *Cōsanguinitas quid.*

D 209

stant inter se. & sic filius patris, & nepos sororis, sunt in 3. gradu. licet dempto stipite sint plures personæ. Et quia virtus generatiua debilitatur, ideo secundũ Isidorũ, nõ oportet attendere ad stipitẽ remotũ, sed propinquum, cuius virtus adhuc manet in illis qui ex eo propagantur. Aliqui gradus iure naturali impediunt & dirimũt matrimonium in linea collateralium, In linea vero ascendentium & descẽdentium omnes gradus impediunt & dirimunt. Vnde scriptum est, propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suę. Quod non intelligitur quoad cohabitationem, sed quo ad matrimonium. Vnde dicũt communiter doctores, quod si Adam viueret vita nostra, & Eua mortua fuisset, non posset ducere vxorem. Hæc consanguinitas impedit matrimonium inter ascendentes & descendentes, non ideo quod sit contra primum bonum matrimonii, quod est proles, quia filia ex semine patris posset concipere, & mater ex semine filii possent etiam nutrire & instruere, sed non conuenienti modo, Inordinatum esset enim quod filia patri per matrimoniũ iungeretur in sociam causa generandæ prolis, quam oportet patri esse subiectam, velut ex eo procedentem. Et magis inordinatum esset, quod mater filio iungeretur, & illi subiceretur. Ideo de iure naturali pater & mater a matrimonio repelluntur, & eadẽ ratione, alii ascendentes & descendentes. Vnde Philosophus recitat de camelo & equo, quod abhorrent a matribus, saltem quandiu cognoscunt eas esse matres. Et si aliqui barbari legantur matribus se commiscuisse, hoc non processit ex lege naturali, sed ex concupiscentiæ ardore, quæ legem naturæ in eis offuscauit. In linea collateralium etiam aliqui gradus sunt iure naturæ prohibiti. s. primus & secundus, licet in principio generis humani frater & soror non repellerentur a matrimonio quia tunc erat paucitas hominum, & oportebat propagationi humani generis curam impendere. Vnde non erant remouendæ a matrimonio, nisi illæ personæ, quæ matrimonio incompetentes erant, quantum ad finem matrimonii. Sed quum finis secundarius matrimonii sit repressio concupiscentiæ, postmodum multiplicato genere humano, diuina lex per Moysen data, nõ solum patrem & matrem a matrimonio exclusit, sed etiam alias personas cõiunctas. Vnde omnes illæ personæ exceptæ sunt a matrimonio, quæ in una familia cohabitare solent, & simul cõuersari, & quæ debent inuicem alteræ alterius pudicitiam custodire, vnde dicitur, Ne Reueles talis uel talis turpitudinem, quia turpitudo tua est quia si inter eos carnalis copula esse posset, maximum incendium libidini præstaretur. Sed alios consanguinitatis gradus lex vetus permisit, imo quodam modo præcepit, vt scilicet de cognatione sua vnusquisque uxorem acciperet, ne successionum confusio esset. Quia tunc diuinus cultus per successionem generis propagabatur. Sed postmodum in lege noua, quæ est lex spiritus, plures gradus consanguinitatis fuerunt prohibiti. Quia iam per spiritualem gratiam & miracula, & non per carnis originẽ cultus Dei deriuatur & multiplicatur. Sed tandem restrictũ est per Ecclesiam usque ad quartũ gradum, prout habetur in ca. non debet, de consan. & affi. Quod autẽ Ecclesia hoc possit, probatur ex hoc quod Dominus dixit, Qui vos audit, me audit. Sicut. n. olim matrimonia gentilium ordinabantur per eorum leges, ita conueniens est quod matrimonium, quod est Ecclesiæ sacramentum, ordinetur per statuta Ecclesiæ, quæ non facit aliquos non esse consanguineos, sed quod aliqui sint consanguinei, & quod carnalis copula inter eos sit licita vel illicita. Et sic non mutat naturalia, inter quæ est consanguinitas. Nec propterea sequitur quod Ecclesia habeat potestatem inhabilitandi personas circa alia sacramenta. Quia matrimonium non est solum sacramentũ, sed est contractum quidam in officium naturæ & cohabitationis, & non alia sacramenta, ideo non est simile. ¶Sextum impedimentum est affinitas, quæ est quædam personarum propinquitas ex carnali copula, uel ipsius potestate prouenīens, omni carens parentela. Cum enim vir & vxor efficiantur una caro, sequitur quod sicut uir secundum carnem, omnibus, suis cõsanguineis attinet, & mulier eadem ratione, & uir consanguineis vxoris. Hęc autem affinitas non causatur ex sponsalibus, sed ex matrimonio, per uerba de præsenti, & ante carnalem copulam

Margin notes: *Si Adam viueret, non posset ducere uxorem.* — *8. de animalibus.* — *Leuit. 18.* — *Luc. 10.* — *Affinitas quid.*

Margin letters: E 210 (beside "tres. Et si aliqui barbari..."); F 210 (beside "habilitandi personas...")

lam. Quemadmodum enim ex sponsalibus, in quibus fit quædam pactio coniugalis, contrahitur aliquid affinitati simile, scilicet publicæ honestatis iustitia, Sic per matrimonium affinitas, quę est aliquid simile consanguinitatis, non solum ratione carnalis copulæ, sed etiam ratione societatis coniugalis, secundum quam etiam matrimonium est naturale. Carnalis vero copula extra matrimonium habita, etiam affinitatem causat, vt habetur in c. discretionem, de eo qui cognouit consang. vxo. suæ. eo quod in carnali copula etiam illicita, vir & mulier efficiuntur vna caro vnde Apostolus, Qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur, scilicet per commixtionem seminis, & non aliter. Vnde quantumcunque vir claustum pudoris inuadat, & frangat, nisi commixtio seminum sequatur nō contrahitur ex hoc affinitas, quia ex tali copula non potest proles (propter quam causatur affinitas) produci. Affinitas non dirimitur manentibus his inter quos fuit prius contracta, quamuis moriatur persona, ratione cuius affinitas fuit contracta, quæ est proles in qua uir & mulier efficiuntur vna caro. Sicut paternitas & filiatio nunquam destruūtur per destructionem causæ scilicet potentiæ generatiuæ patris, si fiat spado vel eunuchus, sed solum per corruptionem subiecti alterius extremorum. ¶ In hac affinitate sunt diuersa genera & diuersi gradus Primum genus consistit in persona, quæ in matrimonio vel aliter per carnalem seminum commixtionem copulatur, & sic omnes consanguinei viri sunt affines vxoris siue alterius mulieris ab eo cognitæ. in primo genere. Et similiter oēs consanguinei mulieris sunt affines viri cognoscentis eam. In secundo vero genere sunt consanguinei viri consanguineis vxoris. Et sic persona addita personæ per carnis copulam, siue matrimoniū, mutat genus. Gradus aūt affinitatis computātur secūdū gradus cōsanguinitatis Vnde regula generalis ad inueniendū gradum affinitatis, Quoto gradu cōsanguinitatis attingit alicui vir, eodē gradu affinitatis attingit et vxor eius. vel alias extra matrimonium cognita. Affinitas præcedens in primo genere duntaxat vsque ad quartū gradum impedit & dirimit matrimonium contractum eadem ratione qua cōsanguinitatis, ex inhabilitatione personarum, per statutum Ecclesiæ, vt habetur in c. non debet, de consanguinit. & affi. In secundo autem genere non prohibetur, ideo non impedit. & sic duo fratres possunt contrahere cum duabus sororibus, & pater & filius cum matre et filia. Cum igitur prædicta inhabilitatio fiat per statutū Ecclesiæ, sequitur quod papa pōt dispēsare, & facilius in affinitate, quam in cōsanguinitate, in qua tū inter ascendētes & descēdētes nō pōt dispēsare, in linea vero collaterali aliū cōsueuit in tertio & quarto gradu dispensare, ex cā rationabili Sed in primis & secūdo nō cōsueuit. ¶ Dubiū tamē est non modicū an papa possit dispensare in primo gradu primi generis affinitatis, vt duo fratres successiue habeant eandem vxorem, vel duæ sorores eundem virum, Videtur enim quod non, eo quod papa in lege naturæ dispensare non potest. Sed Primus gradus affinitatis prædictus prohibitus est de iure naturæ. (Turpitudinem vxoris fratris tui nō reuelabis, quia turpitudo tua est) quia (vt dicit Rabbi Moses) lex data in illo loco, solum illas personas excludit a matrimonio, quæ simul habent conuersari & cohabitare, & qua uni altera alterius pudicitiam debet custodire, & sic solum excipit eas quæ naturali iure exceptę sunt a matrimonio, cum textus adducat rationem naturalem, dicens, Quia turpitudo fratris tui est. Et ideo lex illa quo ad hoc non est figuralis, sed moralis, & in præceptis moralibus non cadit dispensatio & huius opinionis videtur fuisse D. Tho dicit. n. illam legem adhuc durare, Quia si infideles (& non loquitur de Iudæis, sed absolute de omnibus infidelibus) antequam conuertantur, contraxerint matrimonium contra illā legem post fidem susceptam, non possunt in tali matrimonio permanere. Ergo illa lex moralis est, & non iudicialis. Et quamuis ab initio generis humani dispensante authore naturæ propter paucitatem hominum, contraherentur in eodem gradu matrimonia, non tamen post multiplicationem, quia cessauit dispensatio, & inclinatio contrahendi, non solum in consanguinitate, sed etiam in affinitate. Et quamuis Deus dispensauerit cum Iudæis, imo etiam præceperit fratrem accipere vxorem fratris, vt su-

Extra matrimonium cāsatur affinitas.

1. Cor. 6.

Regula generalis

Affinitas in primo genere vsq; ad. 4 gradum duntaxat dirimit.

F 213

In 4. dist. 39. q. 1. ar 3. ad sext

Deut. 25.

vt suscitaret semen fratri, vt frater, haberet liberos, vt non deleretur nomen eius ex Israel. Si vero frater filios haberet, prohibebatur, dicitur enim. Qui duxerit vxorẽ fratris sui, rem illicitã facit. Cum igitur illud de suscitatione seminis fratris, esset iudiciale, & omnia iudicialia in morte Christi consummata fuerint, & Deus non dispenset, Sequitur quòd nec papa dispensare potest, cum sit mortale & naturale. Nec est simile de voto & iuramẽto, & prædicto gradu affinitatis aut cõsanguinitas, quia licet Christus dederit potestatem super omnes contractus & consilius hominum, vt possit eos annullare vel commutare, quia in omnibus talibus intelligitur conditio (si placeat superiori) ut habetur in cap. quemadmodum, de iureiurando, non tamen dedit ei potestatem immutandi naturam, quod fieret, si dispensaret in primo gradu affinitatis & aliis in Leuitico recitatis & si aliquando inueniatur cum aliquibus dispensatum, hoc fuit de facto, sed non de iure. ¶ Septimum impedimentum est publica honestas, iuxta cap. vnicum de sponsalibus, lib. 6. sed quia de hac publica honestate dictum est supra ver: 7. ideo nunc pertranseo. ¶ Octauum impedimentum est cognatio spiritualis, quæ est propinquitas prouenjens ex sacramento baptismi & confirmationis, secundum Ecclesiæ ordinationem. Ad cuius euidentiam sciendũ est, quod sicut per carnalem propagationem accipit homo esse naturæ, ita per sacramentũ accipit esse gratiæ. Et ideo sicut vinculum amicitiæ, quod ex carnis propagatione contrahitur, est homini naturale, ita vinculum amicitiæ, quod cõtrahitur ex sacramẽtorum susceptione, est aliquo modo naturale alicui inquantum est membrum ecclesiæ. Et singulariter in sacramento baptismi & confirmationis, quæ comparatur generationi & duplici hominis natiuitati, Quarũ prima est interior in vtero, in qua id quod natum est, siue quod generatur, adeo debile est, quod non posset extra poni absque periculo. Et huic natiuitati assimilatur generatio post baptismũ, in quo regeneratur aliquis quasi fouendus intra vterum ecclesię. Secunda & exterior natiuitas est ex vtero, quando id quod generatum est in vtero, tantum roboratum est, quod potest absque periculo exponi exterioribus. Et huic assimilatur confirmatio, per quam homo robotatur & exponitur in publicum ad confessionem nominis Christi. Et sicut in corporali generatione sunt pater, & mater, & filius carnales, inter quos nascitur vinculum amicitiæ carnalis, quod dicitur cõsanguinitas, Ita in prædictis sacramentis sunt pater, & mater & filius spirituales, inter quos consurgit quædam familiaritas & vinculum amicitiæ, quod dicitur cognatio spiritualis. Baptizans & confirmans gerit personam dei, cuius instrumentum est, & dicitur pater spiritualis. Baptizatus & confirmatus regeneratur & renascitur filius dei sicut patris, & ecclesiæ sicut matris. Ille uero qui baptizatum suscipit de sacro fonte, aut confirmatum tenet in confirmatione, siue sit vir, siue mulier, siue vnus tantum, siue plures, dicitur mater spiritualis, propter ecclesiam, quam repræsentat, sicut baptizans & confirmans dicitur pater spiritualis, propter deum cuius instrumentum est, & cuius officium gerit. Et ideo baptizatus & confirmatus cum vtroque cõtrahit habitudinem siue propinquitatem quandam & uinculum amicitiæ spiritualis, sic quod cum nullo eorum, potest esse matrimonium. Illud tamen vinculum non cõtrahitur inter patrem & matrem spirituales. Quia si baptizatus sit laicus, potest contrahere cum suscipiente uel tenente siue matrina, sicut etiam vir & vxor conueniunt, nec prohibentur. Sed quia vxor cum viro post consummationem matrimonii est vna caro, ideo transfunditur cognatio spiritualis ex viro in vxorem, & econuerso, ut habetur in ca. maritus, extra de cognatio spirituali, sic quod vxor patrini siue leuantis aut tenentis, non potest contrahere matrimonium cum baptizatos, neq; etiã cũ patre batizati, licet ipsa non tetigerit baptizatum aut confirmatum. Et similiter maritus matrinę leuantis, aut tenentis, non potest contrahere cum filia baptizata aut confirmata, neque cum matre ipsius. Secus si matrimonium non fuerit consummatum tempore quo contrahitur cognatio spiritualis. Ideo si maritus ante copulam carnalem moriatur, uxor poterit filiorum mariti ducere in uirum. & similiter maritus filiolam uxoris, si ante copulam carnalem uxor moriatur, Et qua filius est

Margin notes:
- Leuit. 20
- C (letter marker), 212
- Cognatio spiritualis quid.
- Natiuitas hominis duplex.
- Pater & mater ac filius spirituali qui sint.
- D (letter marker), 211
- Inter tenentes non contrahitur vinculum.

a. Ethic. est aliquid patris, secundum Philosophum, & non econuerso, ideo cognatio spiritualis patris aut matris transit in filios & filias, & non econuerso, Sic quod filii baptizantis, leuantis, & tenentis, dicuntur fratres vel sorores baptizati & confirmati, & nullus illorum filiorum aut filiarum patrini aut matrinæ aut etiam baptizātis, potest cōtrahere cum baptizato vel baptizata, nec cum confirmato aut confirmata, licet possint contrahere cum fratribus, aut sororibus baptizati uel confirmati, ut habetur in cap. veniens de cognat. spir. Pater tamen potest contrahere cum filiola filii vel filiæ suæ, & leuantes ad inuicem, hoc est patrinus cum matrina, quia non cōiunguntur in aliquo corpore spirituali, nisi per accidens, unus enim per se ad suscipiendum siue leuandum aut tenendum sufficeret. Ideo non oportet quod inter eos nascatur cognatio spiritualis, quæ impediat aut dirimat matrimonium. Notandum tamen quod quando sacerdos vel laicus est baptizans & leuans, quando fit baptismus per immersionem, tunc persona immediate suscipiens, uel tangens eum, siue nudum siue indutum, dicitur suscipiens & patrinus uel matrina Si uero solū assistat etiam si presbytero respondeat, abrenuncio, &c. non contrahit cognationem spiritualem ¶ Ex præmissis sequitur quod tres sunt cognationes spirituales, quarum quælibet impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum. Vna est quæ dicitur spiritualis paternitas, quæ est inter baptizantem & confirmantem, ac leuantem & tenentem, & baptizatum vel confirmatum. Secunda dicitur spiritualis compaternitas, quæ est inter patrem & matrem spirituales, & carnales, siue inter baptizantem, confirmantem, leuantem, ac tenentem, & patrem & matrem carnales baptizati, uel confirmati. Tertia dicitur spiritualis fraternitas, quæ est inter filios baptizantis & confirmantis, leuantis ac tenentis, & baptizatum seu confirmatum, vt in c. tua nos, de cognatione spirituali. Notandum tamen quod quum dicimus cognationem spiritualem dirimere matrimonium, intelligendum est quando præcedit, quia si sequatur, nō soluit uinculum, neque etiam actum, si ex ignorantia aut necessitate procedat. Si uero ex malitia, impedit actum, quoad petitionem, sed non quoad redditionem, Et sic quum pater baptizat uel leuat proprium filium in articulo necessitatis, uel cum ignorat eū esse filium, non peccat, etiā vtendo matrimonio. Sed si hoc malitia facit, perdit potestatē petēdi debitum, & similiter vxor, sit causa, quod maritus leuet proprium filium de sacro fonte. Per alia autem sacramenta a baptismo & confirmatione, non oritur spiritualis cognatio. Quia licet dent esse gratiæ, non tamen per modum generationis, sicut dictum est de baptismo & confirmatione. Nec obstat quod Apostolus dicit, Nam in Christo Iesu per euangelium ego uos genui. Ideo uocat se patrem, quia illa instructio fuit per modum cathechismi, & non per regenerationem siue baptismum, Quia (ut ibi dicit) neminem illorum, demptis paucis, baptizauit Hæc autem propinquitas non dicitur cognatio spiritualis sed dispositio quæ solum impedit, & non dirimit, ut dictum est quum de cathechismo ageretur ver. præcedenti Et licet per pœnitentiam tollatur peccatum actuale, sicut per baptismum originale, Quia tamen hoc non est per modum regenerationis, sed sanationis, ideo per pœnitentiam non cōtrahitur cognatio, sed quoddam fœdus inter mulierem & sacerdotē, quod est cognationi spirituali simile, ut tantū peccet eam carnaliter cognoscens, ac si esset sua spiritualis filia, & hoc ideo est, quia maxima familiaritas est inter eos, propter quam familiaritatem cognatio spiritualis introducta est ab ecclesia, vt tollatur occasio peccandi.

Margin notes: B · 221 · 1. Cor. 4. · An per confessionem contrahatur cognatio spiritualis. · In A ad 3 p. q. 57.

¶ Nonum impedimentum dirimens est cognatio legalis, quæ est propinquitas, quædam proueniens ex adoptione. Adoptio autem secundum iuristas, est extraneæ personæ in filium uel nepotem aut deinceps legitima assumptio. Ad cuius intelligentia sciendum est, quod sicut Philosophus dicit, Ars imitatur naturā, & supplet defectū naturę quantum potest in illis, in quibus natura deficit. Vnde sicut per naturalem generationem aliquis filium producit, Ita & per ius positiuum, quod est ars boni, & æqui, potest aliquis assumere sibi aliquem in filium, ad supplendum filiorum perditorum defectum, propter quod præcipue introducta est adoptio, quæ est duplex,

Margin notes: Cognatio legalis, quid. 1. 2. Phy. Adoptio duplex · F · 212

duplex, Vna dicitur perfecta, quæ speciali nomine dicitur Arrogatio, quæ perfecte naturalem filiationem imitatur, Et sic adoptatus succedit patri ab intestato, nec potest cum adoptans, sine culpa priuare quarta parte hæreditatis, Sic adoptari non potest, nisi ille qui est sui iuris, qui scilicet non habet patrem, vel est emancipatus: Et hæc adoptio non fit nisi authoritate principis. Alia est adoptio, quæ imitatur, filiationem naturalem imperfecte quæ vocatur simplex adoptio per qua adoptatus nõ transit in potestatem adoptantis, vnde magis est dispositio ad perfectam adoptionem, quàm perfecta adoptio. Et hoc modo potest adoptari ille qui est sui iuris, & sine authoritate principis, ex authoritate tamen magistratus. Et sic adoptatus non succedit in bonis adoptantis ad intestato neque tenetur adoptans aliquid de bonis suis in testamento illi ligare aut dare, nisi velit. Et quum lex diuina excludat a matrimonio personas, quæ habent simul cohabitare (vt dictum est) & filius adoptatus, & eius vxor, & filii, & filiæ eius, conuersentur in domo patris adoptãtis, sicut filius naturalis, ideo legibus humanis prohibitum est inter tales matrimonium contrahi. Ad sciendum autem inter quas personas cognatio legalis matrimonium impediat. notandum quòd triplex est cognatio legalis. Prima est descendentium, quæ
A contrahitur inter patrem perfecta adoptione adoptantem filium. & ipsum filiũ ado *Cognatio legalis inter quas personas matrimonium impediat.*
812 ptatum, ac etiam filium, & filiam filii adoptati, & nepotis, ac neptis, & deinceps. Secunda, est per modum cuiusdam affinitatis, quæ est inter patrem adoptantẽ, & vxorem filii adoptiui, & inter filium adoptiuum, & vxorem adoptantis. Tertia est inter filiũ adoptiuũ, & filiã naturalẽ adoptantis. Prima, & secunda matrimonium perpetuo impediunt, & dirimunt: Tertia vero non, nisi quandiu manet sub potestate patris adoptantis. Vnde mortuo patre contrahi potest inter eos matrimonium, vt in c. vnico de cognatione legali. ¶ Decimum impedimentum dirimens est cultus disparitas, per quam non intelligimus disparitatem cultus, & rituum infideliũ, quia infidelis gentiles vnius cultus possunt contrahere matrimonium cum infidelibus alterius cultus, quum inter eos matrimonium non sit sacramentum, sed officium naturæ solum, nec prohibeantur iure diuino, quia apud Deum non refert qualitercunque quis a fide deuiet. Et ideo non peccat infidelis cognoscendo uxorem suam propter bonum prolis aut fidei, quia tenetur, vxori debitũ reddere, & sic est actus iustitiæ. Nec obstat illud quòd D. Aug. dicit super illud Apost. Omne quod non est ex fide, peccatum est, quia non est sic intelligẽdum quod in quolibet actu infideles peccent, sed quia per id quod agunt, non possunt a seruitute peccati liberari, vt quidam putabant, quod quilibet in fide sua posset saluari. Non tamen est inter infideles perfectum matrimonium, nec sacramentum, nec habet virtutem ex opere operato, nec habet talem indissolubilitatem, qualem habet inter fideles. sed per disparitatem cultus intelligi oportet diuersitatem cultus fidelium, Sic quòd si alter contrahentium tempore cõtractus matrimonii sit Christianus, & alius non sit Christianus, sed infidelis. Iudæus, vel gentilis, matrimonium inter eos contractum, iure diuino est nullum, & inefficax, Neq; absq; peccato Christianus potest consummare, nisi in fidelis conuertatur ad fidem, quia (vt dicit Apostolus.) Quæ conuentio lucis ad tenebras? Sed maximas conuentio est in matrimonio, ergo ille qui est in luce fidei non potest contrahere vel conuenire cum illa, quæ est in tenebris infidelitatis. Vnde Malachias dicebat, Contaminauit Iuda sanctificationem Domini, quoniam dilexit, & habuit filiam dei alieni. Sed hoc non esset, si inter eos potuisset verum matrimonium contrahi igitur, &c. Ratio huius impedimenti est, quia talis disparitas est contra principalius bonum matrimonii, quod est proles ad cultum, Dei educanda. Quum enim educatio fiat per patrem, & per matrem oportet, quod secun-

In Add. 3 p q. 60. ar. 2.

Matrimonium inter infideles nõ est inseparabile.

1. Cor. 6.

Mal. 2.

B
812 dum communem fidem intendat communem prolem educere. Ideo si essent diuersæ fidei, intentio vnius esset contraria intentioni alterius, & per consequens, non bene educaretur proles, quia vnus illorum retraheret a cultu veri Dei. Nec obstat, quòd Ioseph contraxit cum Aegyptiaca, & Moyses cum filia Ietro sacerdotis Madian, & Esther cũ Assuero, quia ex speciali instinctu Spiritus sancti illud fecisse

cisi credebantur,& non poterat esse timor pertrahendi,ad idololatriam. Et si adducatur,passus legis Moysi,in quibus permittitur matrimoniũ cũ alienigenis, vt Deut. 21. Dicẽdũ quòd intelligitur quando volebant cõuerti ad fidem,& ritum Iudeorũ.

Regula generalis. ¶ Notandũ quod si huiusmodi impedimẽtum superueniat matrimonio rite inter fideles contracto,& consummato,non potest dissoluere vinculũ matrimonii, licet soleat quoad thorum,& cohabitationẽ, vt si vir vel mulier fiat apostata vel hæreticus,quia regula generalis est, quòd nihil superueniens matrimonio rite inter fideles contracto,& consummato,potest dissoluere vinculũ coniugale licet bene cohabitationem,& thorum. Sed si aliquis fidelium contrahat cum hæretica baptizata,est verum matrimoniũ,quamuis peccet contrahẽdo,si sciat eam hæreticam,sicut peccaret,si cum excommunicata scienter contraheret. Non tamen propter hoc matrimonium dirimeretur. Secus esset si aliquis cathecuminus rectam fidem habens, sed nõ baptizatus,contraheret cum aliqua fideli baptizata,quia nõ esset verum matrimonium,eo,quòd baptismus est ianua sacramentorum, & ideo ad sacramentũ requiritur quod uterque contrahentium sit baptizatus. Vnde hoc impedimentũ matrimonii non dicitur disparitas fidei,sed disparitas cultus,qui respicit exterius seruitium, & exteriorem protestationem,& professionem,quæ fit per sacramẽtum baptismi. Cum vero ambo coniuges] in fidelitate existentes, contraxerunt, matrimoniũ, & vnus conuertitur ad fidem,& baptizatur,fides illius non dissoluit,sed perficit matrimonium,etiam si alius nolit conuerti, dummodo consentiat habitare cum eo sine contumelia creatoris. Et sic consuluit Apostolus fideli cohabitare infideli. Ex quo habetur quòd non tenetur fidelis conuersus cohabitare cum infideli nolẽte conuerti etiam si infidelis velit cohabitare absque contumelia creatoris, donec conuertatur ad fidem,& baptizetur. C. 212

¶ Aliquando enim vinculo matrimonii manẽte, soluitur matrimonium,quantũ ad cohabitationem,& debiti solutionem. In qua re pari passu ambulãt infidelitas, & adulterium,quia vtrunque est contra bonum prolis,& infidelitas est adulterium spirituale,quod est grauius. Vnde sicut vir se habet ad potestatem dimittẽdi adulteram,vel commanendi cum ea,Ita se habet ad potestatem dimittendi infidelem,vel commanendi cum ea. Sed vir iniuriam passus,potest libere cõmanere cum adultera sub spe correctionis,& si nõ sit in adulterio obstinata,& nolit in eo perseuerare, quia tunc nõ deberet cohabitare cum ea,ne videretur patronus turpitudinis,quamuis etiam si habeat spem correctionis, possit libere dimittere illã si fidelis cõuersus potest cũ infideli manere, si habeat de ipsa spem correctionis,& si non videat eam in infidelitate obstinatã,& bene facit cõmanendo,non tamen tenetur. Vnde Apostolus non præcipit,sed consulit. Nec fit præiudicium, vxori, nisi ex culpa sua,quia conuerti contemnit. Si vero immineret viro periculum ex tali cohabitatione, vt quando non vult habitare cum eo absque contumelia creatoris, debet eam dimittere,& manere innuptus,vel cum alia Christiana contrahere, & tunc non habebit duas vxores,quia secundum matrimonium,quod est in fide Christi contractum,est fortius,& totaliter tollit primum, quod non erat ratum, & sic mulier infidelis dimissa,post matrimonium viri cum Christiana,potest contrahere cum alio. Si vero postea uellet conuerti,& ad primum virum redire,non posset,quum vinculum, D 213
1. Timot. 6 sit solutum. Nec obstat, quòd vinculum seruitutis non soluitur per baptismum, Vnde Apostolus, Quicunque sub iugo sunt serui,omni honore dominos suos dignos arbitrentur,tamen est minor seruitus, &c. quia seruire non repugnat perfectioni Christianæ religionis, quæ maxime humilitatem profitetur, sicut obligatio matrimonii,in quo non obligatur vnus alteri,sicut possessio eius, vt dominus seruo,sed per modum cuiusdam congruæ societatis, quę non est infidelis ad fidelem. Et licet matrimonium,quod inter fideles cõtrahitur,sit perfectius,quàm illud quod cõtrahitur inter infideles,& quòd si fidelis contrahat matrimonium in gradu prohibitio,dissoluatur, Non tamen sequitur, quod matrimonium inter infideles contractu in gradu prohibito per Ecclesiam, dissoluatur, quia infideles non baptizati,

non

non sunt astricti statutis Ecclesiæ, vt habetur in c. gaudemus, extra de diuortiis, sed bene statutis iuris diuini. Ideo si in gradibus prohibitis secundum legem diuinam contraxerint, post conuersionem dissoluitur, & non possunt commanere. Et quamuis filius qui per infidelitatem amittit ius hæreditatis, per conuersionem recuperet hæreditatem, etiam ab alio possessam, patre ab intestato decedente, non tamen sequitur quòd vxor, quę noluit cum viro conuerti, si post, matrimoniũ viri cũ Christiana conuertatur, debeat eum recuperare, quia vinculum patriæ potestatis nõ soluitur per infidelitatem, sicut vinculum matrimonii infidelium per matrimoniũ alterius in fide contractum. Per alias autem crimina non dissoluitur matrimonium. Vnde Christus, qui dimiserit vxorem, nisi ob fornicationis causam, mœchatur. Leuit. 18. Mat. 19.

¶ Nec fornicatio aut adulterium soluit vinculum essentiale matrimonii, quando matrimonium est ratum per fidem in sacramento baptismi protestatam, quũ matrimonium inter fideles contractum, sit sacramentum Ecclesiæ, ex quo habet perfectam firmitatem, inquantum significat indiuisibilem coniunctionem Christi & Ecclesiæ, & oppositum dicentes nõ possunt sustinere quòd matrimoniũ inter fideles

E contractum & consummatum, sit sacramentum Ecclesiæ, quod tamen est per Eccle- *Adulterium non soluit vinculum matrimoniale.*

212 siam determinatum, vt supra dictum est. Põt enim sic argui, quia si solueret vinculũ matrimonii, nõ significaret indiuisibilem vnionem Christi & Ecclesiæ, a qua significatione habet quòd sit sacramentum, quia si posset per adulterium dissolui, significaret falsum. Quod autem non soluatur vinculum essentiale per adulterium, patet ex eo quòd mulier committens adulteriũ, remanet ligata, quũ Christus dicat, Quicunque dimiserit vxorẽ suam, excepta fornicationis causa, facit eã mœchari. Et qui dimissam duxerit, adulterat. Et si per adulterium solueretur vinculũ matrimonii, ipsi ex culpa sua reportaret commodum, & matrimonia faciliter & passim dissoluerentur, propter magis desideratum coniugium adulterando, quod esset totam Christianam politiam confundere. Nec ualet euasio aliquorum dicentiũ quod matrimonium tenet quantum ad adulterantem, sed non quantum ad illũ qui passus est iniuriam. Quia (vt dictum est) matrimonium est vinculum & nexus duorũ, & relatiuũ ęquiparentiæ, & non potest solui ex parte vnius quin saluatur ex parte alterius, sicut nec habitudo inter patrẽ & filiũ. Si enim duo sunt æqualiter inuicẽ ligati, quod ligamen vnius pendet ex ligamine alterius, siue vna corda, illa fracta, nullus eorum esset ligatus alteri, sic somnium, & contra experientiam videtur, quòd adulter maneat ligatus vinculo essentiali, & non alius. Et ideo nõ est intelligendũ, quòd Christus dicendo, Quicunque dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat, dederit viro licentiam alteram ducendi, & dimittendi adulteram, quoad vinculum essentiale, sed solum dimittẽdi eã quantum ad thorum & cohabitationem, sic quòd vir dimittens eam ex causa fornicationis, non facit eam mœchari, nec est causa adulterii eius si mœchetur, quod esset, si ipsam seruantẽ castitatem coniugalem, dimitteret. Nec dixit Christus, Quòd si vir, qui propter fornicationem vxorem dimitteret, & aliam vxorem duceret, non mœcharetur. Et quod sit verus sensus a Christo intentus, appatet ex D. Paulo, supponendo primo quòd si vir propter fornicationem vxoris potest illam dimittere, Matt. 5.

F etiam vxor potest virum dimittere pp adulterium. Quia licet adulterium in mu-

212 liere sit grauius, inquantum est contra bonum prolis, propter incertitudinem, non tamen inquantum est contra bonum fidei, ad quam coniuges sibi inuicem æqualiter tenẽtur. Nam sicut dicitur, Mulier potestatem sui corporis non habet, sed vir, Si dicitur, Vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier. Illo supposito Apost. declarat intentionem Christi, dum ait, His autẽ qui matrimonio iuncti sunt, pręcipio, non ego, sed Dominus, vxorem a viro non discedere. Quòd si discedat (scilicet in casu licito ex causa fornicationis viri, prout Christus concessit) manere innuptam, aut reconciliari viro suo. Hæc uerba clarissime sonant, quòd vxor ex causa fornicationis potest discedere a viro fornicante. Sed si discedat, debet manere innupta ergo idem dicendum est de viro, quum (vt probatum est) in hoc sint 1. Cor. 7.

æquales

æquales, vnde manifestissime sequitur quòd vinculum essentiale non est solutum. Quia si esset solutum, posset nubere, quod non potest, sed reconciliari viro, vel manere innupta. Nec ex hoc sequitur quòd propter peccatū alterius qui priuetur iure suo, quia si velit debitum, potest reconciliari. Si nolit, seruet continentiam, ad quā licet nullus per se obligetur, tamen bene per accidens, vt propter ægritudinem incurabilē corporalem vel spiritualē, ac ēt ex suppositione, scilicet supposito quòd nolit reconciliari. ¶ Ex præmissis patet quòd sola fornicatio carnalis vel spiritualis est sufficiens causa diuortii, comprehendendo sub fornicatione vitium contra naturam, quod est longe grauius, propter quod diuortium fieri potest, licet in euangelio non exprimatur, tum quia est passio innominabilis, tum quia raro accidit, tum quia non ita causat incertitudinem prolis. ¶ Notandum quòd licet vir quàm cito sibi constat de fornicatione vxoris, possit proprio arbitrio illam dimittere, quoad thorum tantum, non tamē potest quoad cohabitationem absque iudicio Ecclesiæ, quia si faceret, posset cogi ad cohabitandum, nisi vir incontinenti probaret per testes, quibus creditur, & fornicatio probari censetur, si testes deponant de suspicione violenta, scilicet quòd viderint solum cum sola, nudum cum nuda, horis & locis suspectis. Quando autem maritus vult accusare vxorem ad thori separationem vel cohabitationem, debet hoc agere corā iudice spirituali, & tunc inscriptio fieri nō debet. Nec propter sententiam iudicis impeditur eius reconciliatio, quia sententia in fauorem datur, quantum placuerit iniuriam passo. Pro reconciliatione autem non oportet adire iudicem Ecclesiasticum. vxor enim adultera tenetur reddere debitū viro, quotiescunq; fuerit reuocata. Si autem vir eam accusare voluerit ad pœnam corporalē, debet adire iudicem secularem, coram quo debet fieri inscriptio, cum obligatione ad legem talionis, si in probatione deficiat.

In Add. 3. p. q. 61 a. 1 ar. 2.

Modus separationis propter adulterium.

A 213

Matt. 19.

Libellus repudii olim non excusabat.

¶ Ex præmissis sequitur, quòd non excusabātur olim antiqui dimittentes vxores suas, dando libellū repudii, permissum ad duritiam cordis, vt vitaretur homicidium, quū inseparabilitas matrimonii sit de iure naturali, a quo hominum malitia non excusat, neque deobligat. Præterea contra legem naturæ est, quòd quis contrarietur Deo, quod fieret, si quod Deus coniunxit, homo separaret. Insuper matrimonium ordinatur ad educationem prolis, non ad tempus, sed per totam vitam. vnde de lege naturæ est quòd parentes filiis thesaurizent. vnde Apost. Non debet filii thesaurizare parentibus, sed parentes filiis qui & hæredes sunt parentum, vndequū proles sit commune bonum viri & vxoris, oportet eorum societatem perpetuo manere indiuisam, secundum legis naturæ dictamen. Et ideo quamuis aliæ leges non prohibuerint separationem, lex tamen Christi ad perfectum hominem adducens, in primum statum ac institutionem reduxit matrimoniū. ¶ Hæc autem separabilitas dupliciter pertinet ad matrimoniū, Primo inquantum est officiū naturæ, ad bonū prolis, Secundo inquantum est sacramentum Ecclesiæ, & signū perpetuæ cōiunctionis Christi & Ecclesiæ. Et sic separatio magis directe repugnat significationi, quam prolis bono, cui consequenter repugnat. unde inseparabilitas matrimonii amplius in bono sacramenti intelligitur, quam secūdum quod est bonum prolis. Et ideo ex quo matrimonium institutum est sacramentū Ecclesiæ, non potest cadere in eo dispensatio, sicut ante institutionem, ut officium naturæ vnde dispensatum fuit cū Abrahā de eiectione Agar, quæ erat eius vxor secundaria. In nouo aūt testamento non legitur dispensatio, quia non potest Deus esse author falsitatis. Et quamuis inseparabilitas matrimonii impediat bonum in aliquo homine, bonum tamē commune prolis, ad quod ex natura sua ordinatur, præferendum est bono particularium personarum. Vndecimum impedimentum est impotentia coeundi. Quia omnis contractos, in quo quis se obligat ad dandum id quod dare non potest, est nullus, sed per matrimonium aliquis se obligat ad copulam carnalem, & reddendum debitū naturæ, si ergo illud reddere non possit, non est matrimonium. Et licet copula carnalis non sit essentia matrimonii, tamen potestas ad illam est de eius essentia, vnde in capitulo quod sedem, de frigidis & male, dicitur, Sicut puer qui non potest

2. Cor. 12

Rom. 8.

Heb. 6.

Gen. 21.

Galat. 4.

In Add. 3. p. q. 58 arti. 1.

B 213

test debitum reddere, non est aptus coniugio, sic qui impotentes sunt, minime apti sunt ad contrahendum matrimonium. Ad huius euidentiam sciendũ est quod impotentia coeundi potest dupliciter contingere. Primo ex causa intrinseca, & naturali, vt ex frigiditate, & hoc dupliciter, Quia vel est temporalis, vel perpetua, Si temporalis, non soluit matrimonium, cum ei subueniri possit remedio medicinæ. Si est perpetua, soluit matrimonium. Ille tamen qui hoc impedimentũ habet, non potest amplius matrimonium contrahere, alter uero nubere potest, tantum in domino. Ad experiendum autem an impedimẽtum sit perpetuum, vel temporale, ecclesia statuit determinatum tempus, s. triennium, post quod si fideliter ex vtraq; parte operam dederint copulæ carnali, inueniatur matrimonium non esse consummatum, iudicio ecclesia dissoluitur, seruata certa solennitate expressa in c. literæ vestræ, & c. laudabilẽ de frigi: & malefi. Et si ecclesia se deceptam inueniat, quando scilicet ille in quo erat impedimentum, post triennium carnalem copulam cum alia habeat, redintegrat primum, & dirimit secundum, quamuis de eius licentia sit factum, quia non potest esse impedimentũ naturæ perpetuum viro, respectu vnius mulieris, & non respectu alterius. Si vero non possit complere actum carnalem cum virgine, tuc medicinaliter aliquo instrumento possunt claustra pudoris aperiri, & coniungi, nec hoc est contra naturam, quia non propter delectationem Abominatio autem mulieris non est causa intrinseca, & naturalis, sed intrinseca, de qua postea dicetur. Et quamuis senes sint frigidi, quantum ad generationem non tamen quantum ad carnalem copulam, licet tarAm. Ideo matrimonium eis permittitur in remedium, sicut sterilibus. Et quãuis mulieres sint frigidiores viri, propter frigiditatem tamen mulieris non dissoluitur matrimoniũ, sicut nec propter sterilitatem, Quia mas est agens in generatione, & fœmina patiens. Ideo maior caliditas requiritur in masculo, quam in fœmina, in qua tamen potest esse impedimentum ex alia causa, s. coartatione, & tunc idẽ est iudicium de artatione mulieris, & de frigiditate vel maleficio viri. Quia si nulla arte potest subueniri mulieri, quantum ad artationem respectu vnius viri, soluitur matrimoniũ, & si sit sufficienter aperta, respectu alterius nõ tenetur manere siue spe cõiugii, sicut nec perpetuo maleficiatus, respectu vnius, ut infra dicetur. Frigiditas autem in viro magis dissoluit, quam superflua caliditas, Quia per frigiditatem non solum tollitur commixtio seminum, sed etiam vigor membrorum, quo fit coniunctio corporum. Si tamen inueniretur, quod excessus caloris per triennium impediret carnalem copulam iudicaretur impedimentum perpetuum, de quo non fit mentio in iure, eo, quòd rarissime accidat ac etiam quia omne impedimentum naturalem ad frigiditatem reducitur.

Impotẽtia coeundi dupliciter contingere põt.

C 213

Idem iudicium de coartatione mulieris, et frigiditate uiri.

¶ Si vero impotentia coeundi proueniat ex causa extrinseca, puta ex maleficio, qui est ligamen quoddam a dæmone proueniens, Deo permittẽte, quo vir, & vxor a carnali copula impediũtur, Dicendũ quòd si maleficium sit temporale, non dissoluit matrimonium, sed si perpetuũ, dissoluit sicut frigiditas. Differentia tamen est inter frigiditatem, & maleficiũ, quia per frigiditatem non solũ est impotens ad vnã, sed ad omnes, non autem, per maleficiũ, de quo iudicandum est, sicut de frigiditate perpetua, hoc dempto, quia in maleficio perpetuo datur vtrique licentia, quod non fit in viro frigido Si vero maleficium non sit perpetuum, non dissoluitur matrimonium, & ad experiendum an sit perpetuum, statutum est ab ecclesia simile tempus triennii, sicut in frigiditate. Nunquam tamen licet maleficium, maleficio soluere, quia nullo modo debet aliquis dæmonis auxilium inuocare, neque ad inuocantes accedere, quod fit per maleficium, & ideo vbi non potest aliter tolli, quàm per aliud maleficiũ reputatur impedimentum perpetuum. Quum autem mulier uenit in abominationem uiri, sic quòd uir non potest ei copulari ab initio, eodẽ modo, iudicandũ est, sicut de maleficio, & frigiditate. Quia si remedio medicinæ, potest ei subueniri, est temporalis, & non soluit, si uero perpetua, tunc soluit. ¶ Defectum etiam ætatis soluit matrimonium, non propter impotentiam coeundi, quum non sit perpetua, sed propter defectum usus rationis, qui non est sufficiens ad illum consensum, qui perpetuo durare

Maleficiũ quid.

D 213

Maleficiũ maleficio solui non debet.

te debet, rite faciendum. Et ideo istud impedimentum reducitur ad impedimentum erroris. Et quum matrimonium contrahatur per modum contractus sequitur ꝙ subiacet ordinationi legis positiuæ, sicut, & alii contractus, sed iura determinata decimúquartũ annũ in masculo, & duodecimum in fœmina, & ꝙ ante illud tẽpus matrimonia contracta non tenerent, ideo si contrahatur, non tenet. Quia tamẽ præcepta iuris positiui sequuntur id quod in pluribus est, si ante prædictum tempus vigor, rationis, & naturæ suppleat defectum ætatis, matrimonium non dissoluitur. Vnde consequens est ꝙ si ante prædictum tempus fuerint carnaliter copulati, matrimonium perpetua ligat. Nec obstat, quod secundum leges accipiunt tutorẽ aut curatorẽ vsq; ad uigesimum, quintum annum, sine quorũ authoritate contractus per eos facti si læ dantur, nulli sunt quia hoc est uerum in aliis contractibus sed non in matrimonium ad quod natura inclinat, licet professio religionis quæ est quoddam matrimonium, ante decimumquartum annum facta non teneat, quia sic sta tutũ est, eo quod ad illud natura non adeo inclinat, sicut ad carnale. ¶ Furia autem superueniens matrimonio, non soluit illud nec aliqua ægritudo, aut aliud impedimẽtum, si inter fideles sit contractum: Si autem præcedat, cũ tollat vsum rationis, impedit consensum. Vnde ea ratione, qua error dissoluit, sic furia. Et quãuis furia, etiam perpetua, nõ impediat generationem prolis impedit tamen conuenientem educationem ipsius, ideo est contra bonum prolis. Et quemadmodum furiosi non sunt idonei ad aliquem contractum faciendum, sic nec ad matrimonium. Si autem habeat dilucida interualla, & in illis

In addi. 3. p. q. 60. ar. 2. internalis contrahat matrimonium tenet, licet nõ sit perfectum, quia adueniẽte furia, nesciret prolem conuenienter educare. ¶ Duodecimum impedimẽtum est vxoricidium, quod ex statuto ecclesiæ matrimonium impedit contrahendum, sed quando que non dirimit contractum, quando s. vir occidit mulierem in actu adulterii deprehensam, quod non licet in foro conscientiæ, neq; etiam secundum leges, licet nõ puniãt, propter maximum incitamentum quod habet vir in tali facto. Sed ecclesia nõ est astricta legibus humanis, ut iudicet eum sine reatu æternæ uel ecclesiasticæ pœnæ dimittendum, ideo prohibet tali ne amplius alicui in matrimonio copuletur tamen si timeatur de incontinentia ipsius, potest cum eodem per ecclesiam dispensari vt matrimonium contrahat. Si uero sine dispensatione contrahat, peccat, sed matrimonium contractum non dissoluitur. Quandoq; etiam dirimit contractũ, ut si quis occidat vxorẽ suam, ut ducat eam cum qua mœchatur, tunc efficitur illegitima persona contrahendi cum illa ita quod si de facto matrimonium cum ea contrahat, dirimitur, nec pœnitentia rehabilitat eum, quia non est necessarium, quod deleta culpa deleatur omnis pœna ut patet de irregularitate. Nec pœnitentia semper restituit in pristinam dignitatem, quãuis possit restituere in pristinum gradum gratiæ, ut dictũ est; c. 6. §. 4. uer. 7. Sed propter tale vxoricidium non efficitur persona illegitima respetu aliarum mulierum. Vnde si cum alia contraxerit, quamuis peccet cõtra statutũ ecclesiæ faciẽs, matrimoniũ tamẽ contractum non dirimitur. Nec obstat quod maius peccat sit occidere patrem, quam vxorem, per quod peccatũ non dissoluitur matrimoniũ, Quia talis non peccat cõtra matrimoniũ, sicut ille qui propriam occidit uxorem. Ideo in quo, peccat puniri debet.

E 213

Ver. 10. *De redditione debiti matrimonialis.*

In ... 4. 3. p. q. 64. VISO DE Matrimonio, & eius impedimentis, uidendum est de annexis, & contrariis, aliúsque consequentibus matrimonium, & primo de redditione debiti. F 213

1. Cor. 7. Apostolus præcepit vtrique alteri debitum reddere, dicens, Vxori vir debitum reddat, similiter autem, & uxor uiro, & rationem assignat. Quia mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir. Similiter autem, & uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier omnibus enim debita reddi debent. Cui tributum, tributũ, &c. Si serui Christiani secũdum Apostolorum, tenẽtur reddere domino suo debitum obsequium, ad quod iure positiuo obligantur, a fortiori uir, & mulier, cum obligentur,

Rom. 13. Eph. 6.

Quãdo redditio debiti: iuræ naturæ, & diuino. Præterea matrimonium datũ est in remedium, ad fornicationem uitandam. Sed hoc non posset fieri, si unus nõ teneretur reddere debitũ alte

ci

ri agitato concupiscentiæ stimulis, Ideo reddere debitum est de necessitate præce- *fit de necessitate præcepti.*
pti. Sed hoc intelligendum est tempore & loco debitis,& seruatis aliis circunstantiis requisitis,nec interrogandum est de causa siue intentione petentis.

Hoc præceptum etiam intelligendum est salua consistentia personæ, quum matrimonium sit principaliter institutum in officium naturæ,& ideo in actibus ipsius seruandus est naturę modus,secundum quem nutritiua non ministrat generatiuæ, nisi secundum quod superfluit,ad conseruationem indiuidui. Quia hic est ordo naturalis,vt prius aliquid in seipso perficiatur & postmodum alteri de perfectione sua cõmunicet hoc etiam hic ordo charitatis quæ perficit naturam, Ideo quũ vxor in virũ potestatem non habeat, nisi quãtũ ad generatiuã virtutẽ, & nõ quantũ ad ea quæ concernunt conseruationem indiuidui,ideo non tenetur nisi salua incolumitate personę,quia quilibet potest abstinere ab his quæ sunt nociua personæ & eodem modo dicendum est de vxore,cum(vt dictũ est)sint æquales in prædicta potestate. Quod non est intelligendum de æqualitate quantitatis,quæ attenditur inter quan- *Art. 3.*
titates eiusdem mensuræ,vt bicubiti ad bicubitum. Quia secundum hanc ęqualita

A tem vir & mulier non sunt æquales in matrimonio, nec in actu ipsius, quia vir est
214 agens,& mulier patiens. Ideo quod est nobilius,debetur viro. Nec etiam in dispẽsa- *1. Cor. 11*
tione domus,quia vir regit,& mulier regitur, vnde vir dicitur caput mulieris, non mulier viri, sed Christus. Neque enim vir factus est propter mulierem, sed mulier propter virũ. Sunt tamen æquales secundum æqualitatem proportionis,quæ attenditur inter duas quantitates eiusdẽ speciei,sicut dupli ad duplum,quia maius duplum nõ habet maiorẽ aut minorẽ proportionẽ ad suum simplum,quam minus duplum ad suum simplum,licet vnum duplum habeat maiorem quantitatẽ quã aliud. Sic vir & mulier sunt ęquales secundum proportionem,quia sicut vir tenetur vxori in actu coniugali & dispensatione domus,secũdum id quod est viri, ita & vxor viro, ad id quod est vxoris,unde si mulier sine consistentia & incolumitate personæ non potest reddere, non tenetur. Et cum lepra superueniens non soluat matrimonium *Leprosi*
si vir nolit continere,tenetur vxor ei reddere debitum. Nec alter coniugum prohi- *uxor debi-*
betur vti iure suo,quamuis ex hoc malum alteri proueniat,maximè si timeatur pe- *tum redde*
riculum spirituale,puta adulterium,ad quod leprosi propter calorem interiorem in- *re tene-*
ducuntur. Non tenetur tamen vxor sana cohabitare viro suo leproso, quia non ita *tur.*
citò inficitur ex coitu,sicut ex frequenti cohabitatione & conuersatione, vt habetur in c.quoniam,de Coniug.lepro,licet aliqui dicant virum sanum nõ teneri vxori leprosæ,eo quòd vir per concubitum vxoris citius inficiatur,quam econuerso. Prædictum tamen c.quoniam,indistinctè loquitur, dicens quòd præcepto Apostoli nulla in hoc casu exceptio inuenitur. Nec obstat, quòd proles generetur infirma, quia melius est sic esse,quam penitus non esse. Non tenetur tamen vir reddere, quando non potest, maxime cum impotentia prouenit ex naturali infirmitate, vel ex actu matrimonii,quia tunc mulier vlterius petendo,se magis meretricem quam coniugẽ

B exhiberet. Si autẽ est impotens ex alia causa, si est licita,nõ tenetur reddere,nec po
214 test mulier exigere. si non est licita, peccat. & peccatum vxoris si propter hoc in
adulterium labatur, viro aliquo modo imputatur, & ideo non debet indiscreta ieiu- *Vxor atinet*
nia,uel vigilias,aut alia huiusmodi facere. Nec a sacerdote debet in pœnitentiã im- *debent indi*
poni viro ea facere,per quæ reddatur impotens ad reddendum debitum vxori inuẽ- *cretas ab-*
culæ & feruenti: Nec etiam vxori licitum est facere,nec sacerdoti imponere tã gra- *stinentias,*
ues abstinentias & alia,per quę reddatur deformis viro suo. Non tenetur etiam *& uigilias*
vir vti calidis,vt sit magis potens,sed sufficit quòd non se faciat impotentem. Nec *facere. Pe-*
solum tenetur vir reddere vxori debitum, quando expresse verbis, petit, sed etiam *titio debiti*
si per aliqua signa vir percipit quod vellet sibi debitum reddi, sed propter timorem *dupliciter*
aut verecundiam tacet. Tunc enim est interpretatiua petitio,ideo tenetur,alias quo- *fieri potest.*
dammodo exponit eam periculo fornicationis. Si enim medicus cui infirmus est commissus, tenetur subuenire infirmitati corporali,etiam si ipse non petat, a fortiori vir. quia redditio debiti est medicamentum contra concupiscentiam vxoris,

quæ est infirmitas spiritualis. ¶ Non tenetur etiam reddere, nisi locis & temporibus debitis & honestate seruata, quia non in loco publico, propter scandalum, neq; etiam in loco sacro, aut tempore menstrui propter prohibitionem aut honestatem, ac etiam qui est contra bonum prolis, quæ ex hoc deformis & signata prodit in testimonium inordinatæ concupiscentiæ parentum Tenetur etiam tempore sacro red

1. Cor. 7. dere vnde Apostolus, Nolite fraudare inuicem, nisi communi consensu ad tempus peccat tamen, secundum aliquos, saltem venialiter, petens tempore sacro, vt festorum, ieiuniorum, orationũ & processionum, cum teneatur orare, & deuotioni siue orationi (quæ per hoc impeditur) vacare, vnde moyses, Non appropinquetis vxori-

Exod. 19 bus vestris. Non est tamen iudicandum mortale, quia non est aliqua hora determinata ad orandum, quin possit recompensari in alis horis. Et si illis temporibus tentetur de incontinentia habet alia remedia ad reprimendam concupiscentiam, vt orationes ieiunia, disciplinas, vigilias, & alia id genus, quibus vtuntur illi qui perpetuo continent. ¶ Reddens tamen tempore festiuo, neque quantum in se est, consentit, aut communicat peccato alterius, sed ad id ad quod ab eo exigitur, inuitus & cũ dolore consentit, vnde non peccat, nec tenetur abstinere a communione in die Paschæ licet bene faceret abstinendo · ideo suo proprio arbitrio est relinquendus, hoc enim propter lubricum carnis est diuinitus ordinatum, vt semper petẽti debitũ reddatur. vnde Apost postquam dixit, Nolite fraudare inuicem, subiungit ne forte tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram. Et si allegetur c. omnis hõ, de cõsecra. dist. 2. vbi dicitur, Omnis homo ante sacram cõionem a propria vxore abstineat tribus aut quatuor aut quinque diebus Glo. dicit, quantum est ex se, Quia exa C

ctus omnis tempore, seruatis aliis circunstantiis, reddere debet, vt habetur in c. Si di 114

cat vir. 33 q 5. Quod enim dicitur in dicto cã omnis, non est prçceptũ, sed consiliũ, vt habetur in c. vir cum propria vxore 33. q 4. ¶ Ex præmissis sequitur ꝙ alter cõ-

Deuoto continentiæ alterius coniugum. iugum non potest vouere continentiam sine alterius consensu. Nullus enim facere põt votũ de alieno, & si vouerit, peccat, nec votum seruare tenetur, alio petẽte. Sed si non petat, tenetur votum seruare. & sic non potest exigere. Hoc intelligendum est post matrimonium consummatum, quia ante consummationem potest vouere ingressum religionis, quod habet perpetuã continentiam, & tenetur implere infra duos menses, alias potest compelli ad celebrandas nuptias, vt habetur in cap. ex publico, de conuer coniug Si vero cum consensu alterius coniugis vouerit, votũ tenet, verum alter coniugum non tenetur consentire, licet dissentiendo bonum alterius impediat, quia hoc facit ne sibi præiudicium generetur. Vouens sine consensu alterius, non habet ius exigendi Posset tamen in illo voto summus pontifex dispẽsare maxime si alter solum consentiret ad tempus, vt habetur in c. charissimus, de cõuer. coniuga. ¶ Exusatur etiam vir a redditione debiti, accipiendo crucem in subsidium terræ sanctæ, quia satis probabile est, quod vxor debeat velle continere ad tempus, subueniendo necessitati ecclesiæ generalis, Ideo in fauorem negotiorũ, pro quibus crux sibi datur, statutum est quòd vir possit sine consensu vxoris crucẽ accipere, sicut posset etiam domino suo terreno a quo feudum habet, absque consensu vxoris militare, Quia sicut mulier accipit potestatem in corpore, viri, saluo hoc in quo vir tenetur corpori suo, ita etiã saluo hoc, in quo tenetur alteri domino suo terreno: Nec tñ subtrahitur omnino ius suum vxori, quia vxor põt eu sequi, & non vir vxorem, cum vir debeat regere vxorem, & non econuerso. Præterea vxor cum maiori periculo castitatis discurreret quàm vir, & cum minori Ecclesiæ vtilitate.

Ver. 11. *De Concubinatu.*

EX DVOBVS finibus seu bonis matrimonii a natura intẽtis, apparere potest D

quòd concubinatus & pluralitas vxorum contrariãtur iuri naturali, & matrimo- 114

nio, differenter tamen, quia concubinatus contrariatur principali bono matrimonii, quod est proles, & ideo nunquam fuit licitum concubinam habere, neque etiam fuit unquam in concubinatu dispensatum. Pluralitas vero vxorum non est contra bonum principale matrimonii, sed cõtra secundariũ scilicet cõtra cõicationem

nem operum & pacificũ coniuactum, Ideo aliquando licuit aliquibus viris ex diuina dispensatione habere simul plures vxores, licet nunquam licuerit alicui mulieri simul habere plures viros de quibus per ordinem dicẽdũ est. ¶ Ad cuius euidentiam supponendũ est primo. quod quicquid reddit actionem inconuenientẽ fini, quem natura ex aliquo opere seu actu intendit, dicitur esse contra legem naturæ. Potest autem actus nõ esse cõueniens principali fini, uel secundario, dupliciter, vno modo, quando omnino impedit finem, vt superfluitas aut defectus commestionis impedit salutem corporis, quasi finem principalem comestionis, & bonam habitudinem in negociis exercendis, qui est finis secundarius. Alio modo quando non omnino impedit finem, sed facit peruentionem ad illũ minus decentẽ aut difficilem ad finẽ principalem vel secundarium, Si ergo actio sit inconueniens fini, quasi omnino directe prohibens principalem finem, prohibetur primis præceptis legis naturæ, quæ sunt sicut communes animi conceptiones, & sicut prima principia in speculabilibus. Si autem, actio sit incompetens fini secundario, quocunque modo scilicet omnino prohibens, vel difficilem aut minus decentem reddens, aut etiam principali, vt faciens magis difficilem, uel minus congruam peruentionem ad ipsum actio illa non prohibetur primis præceptis legis naturæ, sed secundis, quæ ex primis deriuantur, sicut conclusiones ex principiis in speculatiuis. ¶ Secundo supponendum est id quod supra dictum est, cũ de dispensatione moralium præceptorũ ageretur, quod in primis præceptis legis naturæ non cadit dispensatio, sed semper efficaciã obligandi habent. Sed in secundis præceptis cadere potest dispensatio, quia non semper habent efficaciam obligandi, sed vt in pluribus, eo quod actus humani variantur secundũ diuersas conditiones personarum, temporum, & aliarum circunstantiarum, & in maiori parte. Talis est tota materia moralis, ut patet per Philosophũ in Ethicis. Ideo ubi eorum efficacia deficit, licite prætermitti possunt, Sed quia non est facile determinare huiusmodi varietates, ideo licentia prætermittendi legem in illis casibus, ad quos legis efficacia se propter varietatem extendere non debet, reseruatur illi, ex cuius authoritate lex efficaciam habet, & talis licentia dispensatio dicitur. ¶ His suppositis dicendum est primo, quod actus concubinatus est contra legem naturæ, Primo modo, quia non ordinatur in finem naturæ per actionẽ agentis, imo peruertit & tollit omnino peruentionem in finẽ principalem, quia finis principalis, quẽ natura intẽdit in tali concubitu, est proles procreanda, & educanda, & vt hoc bonum consequeretur, posuit delectationem, vt Constantinus dicit. Quicũque ergo concubitu vtuntur propter delectationem quae in ipso est, non referendo in finem a natura intentum, facit contra naturam, peruertit enim ordinem naturæ quia res à fine denominatur, tanquam optimo, sicut coniunctio matrimonii a prolis bono nomen accipit quod per matrimonium principaliter quæritur. Et quamuis aliquis ex concubinatu prolem quærat, non tamen conuenienter quærit ad prolis bonum, in quo non solum intelligitur prolis procreatio, per quam proles accipit esse, sed etiam educatio & instructio, per quam accipit nutrimentum & disciplinam, in quibus tribus parentes proli tenentur ad longum tempus, & per totam vitam. Ideo lex naturae exigit quod pater & mater cõmaneant ad subueniendum proli. vnde aues quae conmuniter pullos nutriunt ante completam nutritionem non separantur a mutua societate, quæ incipit a concubitu. Haec autem obligatio qua debet commanere fœmina viro, & econuerso, dicitur matrimonium. ¶ Et licet aliquis diues possit subuenire proli educandæ per longum tempus, hoc tamen est per accidens, & non ex natura actus, & per id quod est per accidens, non tollitur id quod est per se, hoc est naturale, & sic non tollitur determinatio, propter quam secundum omnes leges filii qui de concubinatu nascuntur, sunt vituperabiles, quod non esset, nisi concubitus ex quo oriuntur, esset naturaliter turpis. Nec obstat quod ius positiuum quod a naturali deriuatur, non prohibet fornicationem simplicem, imò potius in pœnam, secundum antiquas leges, mulieres lupanaribus tradendae cõdemnabuntur, quia lex naturae in gẽtibus, quãtũ ad multa offuscata erat, & nõ reputabãt malũ accede

In add. 3. p. q 65. ar ti. 1.

c. 15. §. 1. ner. 7.

E 214

F 214

re ad concubinam, sed passim fornicatione vtebantur, quasi re licita, sicut & aliis
Act. 15. quæ erant contra cæremonias Iudæorum, quanuis non essent contra legem naturæ. Et ideo Apostoli immiscuerunt prohibitionem fornicationis cæremonialibus, propter distinctionem quæ erat inter Iudæos & Gẽtiles.¶ Non obstat etiam quod qui potest alicui rem suam tradere in perpetuum, possit tradere ad tempus, nam per hoc distinguitur donatio a commodato, quia hoc verum est in his in quibus nulla deordinatio sequitur prout in concubinatu, in quo est deordinatio contra bonum prolis, quę ex illo actu nata est sequi. Et quanuis aliquis utendo ancilla sua tanquam re sua, maxime ex consensu suo, nulli faciat iniuriam in particulari, facit tamen iniuriam naturę & proli procreandæ, ad cuius bonum non sufficienter neque conuenienter talis coniunctio ordinatur, sicut si quis immoderate vteretur eo quod suum est. Præterea licet ancilla sit res domini quoad obsequiũ, nõ est tamen res sua quoad cõcubitum.¶ Et licet quilibet possit dare quod suum est, & vxor habeat potestatem in corpore viri, non tamen sequitur quod vir de consensu vxoris possit alteri carnaliter coniungi, neque vxor de consensu mariti, alteri viro, Quia vxor non habet potestatem in corpore uiri simpliciter, quantum ad omnia, sed solum quoad matrimonium, & econuerso. Ideo non possunt dare contra bonum matrimonii. Cum ergo concubitus fornicationis tollat debitam ordinationem parentis ad prolem quam natura ex concubitu intendit, sequitur quod fornicatio simplex de sui ratione sit peccatum mortale, etiam si lex scripta non esset, quia de lege diuina positiua non est dubiũ, vt dictũ est cum de fornicatione ageretur, cap. 7. § 4. ver. 1. Nec excusatur Iuda filius Iacob, a peccato, quando concubuit cum Thamar, licet vitauerit mendacium, quod fuisset perniciosum, iniuriã habẽs annexã, si promissum non reddidisset. Nec obstat etiam quod non punitur temporali morte, quia peccatum nõ dicitur mortale a temporali morte, sed a morte æterna, vt infra dicetur. Et quanuis habeat maius incitamentũ quã gula, nõ tñ sequitur quin sit maius peccatũ, quam inordinata comestio, Quia illa non continet deordinationẽ a fine vltimo, sicut fornicatio, quæ est cõtra præceptũ naturæ, Nõ Mœchaberis in quo non cadit dispẽsatio. manẽte materia, scilicet ꝙ non sit sua, & ideo nunquã licuit. Nec aliquis sanctorũ in antiquo testamento legitur habuisse concubinam, quem necesse sit à peccato excusare. Sed vbicunque legitur aliquos sanctos habuisse concubinas, accipitur concubina pro secundaria vxore, quæ dicebatur concubina, quia habebat aliquid simile concubinæ, licet esset vxor quantum adq; principalem finem, qui est bonum prolis, quia indissolubili vinculo iungebatur viro, & sic conueniebat cum vxore. Sed quoad secundarium finem, qui est gubernatio familiæ, & communicatio operum, in quo cadit dispensatio, vt dicetur versiculo sequenti, prima vxor coniũgitur uiro vt socia, sed non secundaria. Ideo in hoc conueniebat cum concubina, large accipiendo hoc vocabulum, concubina. Et sic Agar, licet esset vxor secundaria Abrahæ, dicebatur ancilla & cõncubina, quia non erat socia in dispensatione familiæ, & communicatione operum, sicut Sara. Nec obstat quod illa quæ est matrimonio iuncta, non possit eiici excepta fornicationis causa, tamen Agar fuit eiecta quia hoc factum est ex dispensatione diuina, ad significandum misterium, quod explicat apostolus ad Galatas scribens, Quòd etiam Ismael hæres non fuerit, & Esau filius liberæ, hæres nõ fuit misterium pertinet. Similiter factum est vt filii Iacob ex ancillis & liberis nati, hæredes essent, ut D. August. dicit, quia Christo nascuntur in baptismo, tam per bonos, qui per liberam significantur, quàm per malos ministros, qui per ancillam significabantur.

Concubina aliquãdo accipitur pro uxore secundaria

A 521

B 522

Gal. 4.

Ver. 12. *De pluritate Vxorum et Maritorum.*

In add. 3. p. 365.

VIRVM simul habere plures vxores, & vxorem simul habere plures viros, cõstat esse contra legem naturæ, differenter tamen, quia quod mulier simul habeat plures viros, est contra primum & principale bonum matrimonii. & ideo semper fuit illicitum, neque licitè fieri potest, cum in primis præceptis non cadat dispensatio, vt dictum est versiculo præcedenti. Non est autem sic de pluralitate uxo-

rum

rum. Quòd autem pluralitas maritorum sit contra bonum prolis appáret ex eò ꝙ per hæc quoad aliquid totaliter tollitur. Quia quandoque contingit post primam impragnationem mulierem iterum imprægnari, & tunc (vt dicit Philosophus) vix contingere potest quin accedat corruptio vtriusque vel alterius fœtus. Et quanuis nõ contingat corruptio, natiuitas tamen multum impeditur. Educatio autẽ totaliter impeditur. Quia si vna mulier plures haberet maritos, sequeretur incertitudo prolis ex parte patris, cuius cura est necessaria in educando. Ideo nulla lege vel consuetudine fuit aliquando permissum, quòd vna mulier plures maritos haberet sicut ecõ uerso. Nec obstat illa prima animi conceptio, siue primum naturæ mandatum, Quęcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis, & per oppositum, Quæcũque vultis, &c. hoc enim est lex & prophetæ. Sed viri aliquando voluerunt accipere, imò de facto acceperunt plures vxores, igitur & mulieres, saltem cum dispensatione. Negatur illatio, quia illa animi conceptio intelligi debet eadem proportione 9. De Ani. Mat. 7.

C seruata. Non.n. sequitur, quòd si prælatus vult subditum non resistere ei, ꝙ ipse nõ

215 debeat resistere subdito. Sed inter vxorem & virum non est eadem proportio, quia in pluralitate vxorum non sequitur incertitudo prolis, & vnus sufficit ad imprægnandum plures. Et quanuis zelus, qui est amor non patiens consortium in amato sit vxoris ad virum, sicut viri ad vxorem, non tamen æqualiter vt in pluribus inuenitur. Sed tam in hominibus quàm in animalibus cõmuniter inuenitur maior zelus masculi ad fœminam, quàm econuerso, eo quòd non est contra conceptionem naturalem, quòd vir habeat plures vxores, sicut quòd vxor habeat plures viros. Ideo affectus siue appetitus vxoris, qui sequitur cognitionem, non tantum refugit consortiũ in viro, sicut econuerso. Quanuis aliquæ mulieres ex aliquibus apprehensionibus & causis sint magis zelotipę, & ampliori zelo torqueantur, quàm viri.

¶ Pluralitas verò vxorum non totaliter tollit neque aliqualiter impedit primũ finem matrimonii, quũ vnus vir sufficiat pluribus mulieribus fœcundandis, & educandis filiis ex eis natis. Sed quoad secundum finem matrimonii, etsi non totaliter tollat tñ multum impedit, eo quòd non possit faciliter inueniri pax in familia, vbi vni viro plures vxores coniunguntur, eo quòd vnus vir non potest sufficere ad satisfaciendũ pluribus vxoribus ad votum earum. Quia communicatio plurium in vno officio causat litem sicut figuli & medici corrixantur & inuident ad inuicem, sic plures vxores vnius viri, Cum ergo vxorum pruralitas sit contra ſm bonũ matrimonii, & præceptum naturæ, nunquam fuit licitum absque dispensatione authoris naturæ. s. dei, qui per inspirationem internam eo tempore quo oportebat prædictum præceptum naturæ prætermitti, vt maior esset multiplicatio prolis ad cultum dei educandæ, dispensauit post Lamech, qui fuit primus qui absque dispensatione accepit plures vxores, qui de hoc secundum Magistrum sententiarum arguitur, quia ad explendã voluptatem id fecisse perhibetur. Per sanctorum verò exemplum diuina dispensatio ante legẽ ad alios deriuata est, quę nõ fuit in lege reprobata, imò videtur approbata in Deuter. vbi dictum fuit, Non habebit uxores plurimas quæ alliciant animam eius. vbi D. August dicit, quòd Salomon transgressus est præceptum illud, & non Dauid, quia permissum erat plures habere sed non plurimas, quæ allicerent, &c. Sẽper enim principalior finis magis est obseruandus quàm secundarius. Ius enim natura- 33. dist. 4. Rom. 2

D le semper & vbique, quantum est de se habet efficaciam, potest tamen per accidens Mat. 19.

215 propter aliquod impedimentum vel causam circa aliquem variari, quantum ad secundarios fines, sicut Phil. exemplum ponit de aliis rebus naturalibus. Nec obstat quòd dispensatio in lege naturę circa huiusmodi non reperitur scripta, Quia talis debet esse dispensatio, qualis est lex. Si ergo lex naturæ scripta est in cordibus hominum, ita debebat esse eius dispensatio, quę tamen non est nunc per Christum reuocata, eò quòd veniente Christo fuit tempus plenitudinis, gratię, per quam cultus Dei non carnali, sed spirituali propagatione diffundendus erat in omnes gentes. ideo nunc non est ratio dispensationis. Et quanuis ius naturæ largo modo dicatur, quod omnia animalia docuit, tamen ius naturę, competens homini inquantum hõ,

hæc indidit quòd vna per legem matrimonii fieret vxor viri vnius. Si dicatur quòd contra legē naturæ est, quòd homo se ad impossibile obligет, & quòd vni datum est alteri detur; Sed homo contrahens cū vna vxore, sui corporis potestatem ei tradidit vt necesse sit reddere debitum cum petierit, ergo facit contra legem naturæ, si potestatem sui corporis alteri tradat. Negatur sequela, quia hoc solum habet locum in primis præceptis naturæ. Nec vir per matrimonium potestatem sui corporis tradit quantum ad omnia, sed solum quantum ad illa quæ matrimonium pro principali fine requirit. Matrimonium autem non requirit vt quolibet tempore vxori petenti vir debitum reddat, nisi cū petit ad id ad quod matrimoniū est principaliter institutum, hoc est ad bonum siue generationem prolis, siue quantum sufficit ad imprægnationem, licet matrimonium postmodum, inquantum est remedium, (quod est secundarius finis eius) fuerit ordinatum ad vitandam fornicationem in coniuge, quia (vt dictum est) in secundo fine cadit dispensatio. Vnde sequitur quod qui accipit plures vxores, non se obligat ad impossibile considerato fine principali, nec esset inconueniens si Deus nunc dispensaret in pluralitate vxorum, quod propter bonum prolis, quod est principale bonum detraheretur aliquid de aliis boni matrimonii, quia manet fides apud Deum, in cuius cultum, proles esset educanda, fides etiam maneret ad plures Et sacramentum pariter aliquo modo maneret. Quamuis enim non significaretur coniunctio Christi ad Ecclesiam significaretur tamen distinctio graduum in Ecclesia per pluralitatem vxorum, quæ quidem distinctio non solum est in ecclesia militante, sed etiam in triumphante. Et ideo illorum matrimonia significarent aliquam coniunctionem Christi cum Ecclesia, non solum militante (vt quidā dicūt) sed etiam triumphante, in qua diuersæ sunt mansiones. E 215

Ver. 13. *De secundis Nuptiis.*

In addi 3. p.q.63.ar. 1. SECVNDAS aut tertia siue quartas & sic deinceps nuptias non esse cōtra ius naturæ ex præmissis constare potest cum non sint contra bonum prolis, neque cōmunicationem operum. Vnde legimus Abraam tempore legis naturæ, mortua Sara, *Gen. 26.* secundas nuptias celebrasse cum Cethura. Non sunt etiam contra ius diuinum cum *1. Tim. 5.* Apo. dicat, Volo iuniores (scilicet viduas) nubere, & filios procreare Et ratio est quia *1. Cor. 7.* per mortem alterius coniugum matrimoniū soluitur. Nam (vt idem Apost. dicit) Mulier alligata est legi viri, quanto tempore vir eius viuit. Quod si dormierit vir eius, soluta est a lege viri, Cui autem voluerit nubat, tantum in domino, hoc est cū fideli. Si tamen mulier ante annum cōtrahit, perdit dotalitium, sed si post, lucratur ad vitam solum. Ideo oportet eam dare fideiussores de eo reddendo post mortem, nisi vbi est consuetudo vel statutum, quod absolute lucretur, vt in ciuitate Tholosana. Vir autem si statim cōtrahat, nil perdit, quia etiam nil lucratur, nisi ex pacto vel consuetudine, vt in prædicta ciuitate, in qua deficientibus liberis, lucratur, absolutè dotem. Mulier tamen nubēs infra tempus luctus (quod durat per vnius anni spaciū) liberatur ab infamia, cui olim secundum leges subdebatur, vt habetur in ea. cum secundum Apostolum, de secundis nup. ¶ Nec obstat quòd Diuus Chrysostomus dicit quod secundum virum accipere, fornicatio est, quia intelligit viuente primo, vel quantum ad causam, quæ aliquando sola ad nuptias inclinaret. scilicet concupiscentia, quæ etiam in matrimonio fornicationem inducit, quando paratus esset eam cognoscere, etiam si nō esset vxor, Nec etiam obstat illud D. Amb. Duplex matrimonium non est bonum, qui etiam intelligitur simul, vel per nō bonum intelligit quod caret honore significationis, & sic non est adeò honorabile. Eam ob rem sacerdotes arceantur ne intersint, eo quòd habeat aliquam speciem mali siue turpitudinis, propter defectum prædictę honestatis siue significationis, propter quem defectum contrahitur irregularitas, & non propter culpam, quia nulla inest culpa. Non tamen dicimus quòd secundum matrimonium non sit sacramentum Ecclesiæ, quia vbicunque, inueniuntur ea quæ sunt de essentia sacramenti, est sacramentum, sed omnia talia inueniuntur in secundis, nuptiis, scilicet debita materia & debita forma, ergo secundum matrimonium est sacramentum, non tamen adeo perfectum, F 215

Sacerdotes cur arceantur a secundis nuptiis

sicut

sicut primum, quia nõ habet plenam significationem, cũ non sit vna vnius, sicut in cõiunctione & matrimonio Chri & ecclesiæ. Ratione huius defectus benedictio a secũdis nuptiis subtrahitur, & punitur sacerdos benedicẽs secundas nuptias, suspẽsione officii, & beneficii. Sed hoc indulgẽdũ est, quando secundæ nuptiæ sunt ex parte viri & mulieris. Si verò virgo contrahat cũ viduo, nuptiæ benedicuntur. Saluatur. n. aliquo modo significatio, quæ in primis nuptiis, saltẽ ex parte vnius, quia & si Christus vnã sponsam habeat, habet tamen plures personas desponsatas in una Ecclesia. *Benedictio a secundis nuptiis subtrahitur.*

Ver 14. *De Bigamia.*

BIGAMIA quatuor modis cõtrahitur. Primus est, quando quis accepit plures vxores successiuè & de iure. Secundus, quando simul habet plures, vnam de iure, & vnam de facto. Tertius, quum habuit plures successiue, vnam de iure, & vnam de facto. quando scilicet erat impedimentum dirimens. Quartus quando viduam ducit, vxorem, quod intelligendum est matrimonio cum vtraq; consummato per carnalem copulam, quæ in fornicario concubitu non causat irregularitatem, vt habetur in c. quia circa, de bigamis. & ratio, est qui non significat illam indiuisibilem coniũctionem Christi & Ecclesiæ. Et in omnibus istis casibus irregularitas est annexa duplici de causa. Prima, quia ille qui sacramẽta ministrare debet, nullum in sacramentis debet pati defectum. Defectus autem in sacramentis est, quando sacramenti significatio integra non inuenitur. Et sacramentum matrimonii significat indiuisibilem coniunctionẽ Christi ad Ecclesiam, quæ est vnius ad vnã ideo ad perfectam significationem sacramenti requiritur ꝙ vir sit tantũ vnius vxoris & vxor vnius viri. Ideo bigamia, quæ hoc tollit, inducit irregularitatem. Secunda causa est, quia in illis qui accipiunt ordinis sacramentum, maxima spiritualitas debet apparere. Vnde Dominus in Leuitico dicebat, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. tum quia spiritualia ministrant. s. sacramenta, tum quia spiritualia docent, & in spiritualibus occupari debent. Vnde cum concupiscentia, per quã totus homo caro efficitur, spiritualitati repugnet, non debet aliquod signum concupiscentiæ permanentis in eis apparere. quod quidem apparet in bigamis, qui vna vxore contenti esse noluerunt. Prima tamen causa & ratio est melior. Et huiusmodi irregularitas non soluitur per baptismum, quia licet baptismus soluat culpas, non tñ soluit coniugia. Vnde cum ex secundo coniugio sequatur irregularitas, per baptismũ tolli non potest, sicut irregularitates, quæ antea per crimina contractę erant. Nec opinio D. Hiero. in hoc tenetur, quia licet baptismus tollat peccatum, quod est maius eo quod ad hoc sit ordinatus, non est tamẽ ordinatus ad tollendam irregularitatem quæ non est pœna, quanuis proueniat ex causa debita. Et licet per baptismum quis conformetur Christo, quantum ad mentem, non tñ quantum ad statum carnis, qui consideratur in uirginitate vel diuisione carnis. Et quanuis sacramenta veteris legis soluerent irregularitates, quæ ex leuibus causis contractę erant & ad tempus durabant, quia ad illas tollendas, erant ordinata, non aũt baptismus. ¶ Bigamus exuitur omni priuilegio clericali, & additur foro seculari, non obstante consuetudine. Et ei sub pœna excommunicationis inhibitum est tonsuram aut habitum clericalẽ deferre, vt in c. vnico de bigamis, lib. 6. ¶ Quoad dispensationem cum bigamis est difficultas eo quod Apost dicit, Oportet episcopum esse vnius vxoris virum, & in c. super eo, de Biga habetur quod Lucius papa redarguens episcopum Hispalen. dicit quod ẽt si sacros ordines susceperint, priuandi sunt, quia in bigamis contra Apostolũ dispensare nõ licet, vt debeant ad sacros ordines promoueri, vel in eis si promoti fuerint remanere. D. Tho. dicit ꝙ papa põt in bigamis dispensare, eo quod bigamiæ non est adiuncta siue annexa irregularitas, de iure naturali, sed de iure positiuo. Et quia non est de essentialibus sacramenti ordinis, quod nõ sit bigamus, quod patet ex hoc qđ si aliquis bigamus ad sacros ordines accedat, accipit characterẽ & ad prædictum c. super eo, respondet, quod papa non potest dispensare contra doctrinam Apostoli, quantũ ad ea quæ sunt de iure naturali, nec quantum, ad ea quæ sunt de necessitate sacramentorum, & fidei, & dictus Lucius dicebat dictum

Margin notes: A 216; B 616; *In add 3 p. q. 66. ar ti. 1.*; *Leui. 19.*; *Baptismus non tollit irregularitatẽ bigamiæ*; *Bigamus exuitur priuilegio clericali.*; *1. Timo. 3.*; *Ar. 5.*

ctum archiepiscopum dispensare contra Apostolum, hoc est in positiuis & determinatis ab Apostolo, per archiepiscopos dispēsari non posse. Sed nō negabat ipse Lucius quin ipsemet & papa successor eius possent dispēsare, cū eandē potestatem habeat papa, quā D. Petrus. Et ipse Lucius cum episcopo Panormitano dispensauerit.

Ver. 15. *De Filiis Illegitimis.*

In addi. 3. p q. 68. CVM illegitimum dicatur quod contra leges fit, qui extra matrimonii thorū nascuntur contra legem naturę, dicuntur illegitimi. Ad cuius euidentiam notandum est, quod quadruplex est status filiorum. *Quatuor status filiorum.* Quidam enim sunt naturales, & legitimi, qui scilicet nascuntur ex vero, & legitimo carnali concubitu. Quidam dicuntur naturales, & non legitimi, vt qui nascuntur ex simplici fornicatione, & ab his qui impedimentum matrimonii non habent. Quidam legitimi & non naturales, vt adoptiui, quidam dicuntur Spurii, vt qui ex adulterio, incestu, vel stupro (quos quidam ex damnato coitu natos vocant) oriuntur, contra legem positiuam expresse, & contra legem naturalem hominis, inquantum homo, licet non inquantū animal, & tales non succedunt patri nec matri, vt habetur in Auten. Quibus mod. na. effi. C
ligi. § fi. Et quanuis huiusmodi filii non sint in culpa, incurrunt tñ damnū nō quod 216
subtrahatur ab eis, quod illis debitum est, sed per hoc quod non datur eis id quod alias poterat esse debitum. Et sic duplex damnum incurrunt, vnū quia non admittū tur ad actus legitimos, sicut ad officia & dignitates, quæ requirunt aliquam honestatem in illis qui ea exercent. *Duplex dānum illegitimorum.* Aliud damnum incurrunt, quia non succedunt in hæreditate paterna. Veruntamen naturales filii succedere possunt in septima parte tantum, si eis legata fuerit. Vnde legimus quod Abrahā filiis concubinarū dedit munera. *Gen. 25.* Spurii autē in nulla parte, quanuis ex iure naturali parentes eis in necessariis prouidere teneantur. Vnde pertinet ad solicitudinem episcopi, ut vtrunque parentem cogat ad hoc quod eis prouideat. Damnum tamen quod illegitimi incurrunt, non dicitur propriè pœna, sicut dicimus non esse pœnam alicui quod non succedat in regno, per hoc quod non est filius regis, quia non debetur ei. Et sic differentia est inter damnum illorū & damnum quod incurrimus ex peccato originali quia iustitia originalis data erat primo parenti pro tota natura humana, & sic tota natura humana tenebatur illam seruare. Cum ergo Adam, per quē erat tota natura in alios transfundenda, propter peccatum eā amiserit, transfundēdo naturā transfundit dānum. Ideo miseriæ huius mundi sunt nobis pœna peccati originalis. Sed damnum quod incurrit illegitimus, non est ei pœna, sed potius patri, eo quod ex praua voluntate patris processit. *Legitimatio quot modis fieri potest.* Et quia per legem hæc illegitimitas quoad damna indicta est, sequitur quod per legem seu legislatorem potest remoueri, & filii legitimari siue fieri legitimi, non quin sint ex damnato coitu nati, quia coitus ille qui transiuit, nunquam potest fieri legitimus, ex quo semel fuit illegitimus, quum ad præteritum non sit potentia, sed dicuntur legitimari quantum ad damna, quę post legitimationem non patientur. ¶ Sex modis potest fieri legitimatio, duobus secundum canones, & quatuor secūdū leges. Primus modus secūdū canones est per sequēs matrimoniū, si non fuit adulteriū, vt in c. 1. & c. tanta. Qui fi. sunt legi. Secūdus per specialem indulgentiam siue dispensatione summi pontificis in terris eis subiectis, sed non in alienis, nisi quantum ad spiritualia, vel nisi ex causis multum arduis, & tunc indirecte per D
quandam consequentiam intelliguntur legitimari, quantum ad temporalia, vt in 216
cap. per venerabilem, qui fi. sunt legi. Primus modus secundum leges, Si pater naturalis filium naturalem offerat curiæ imperatoris, & recipiatur, ex hoc ipso legitimatur, propter curiæ honestatem. Secundus, si pater in testamento nominet illū legitimū hæredem, & filius postmodum testamētum imperatori offerat & acceptetur. Tertius, si nullus sit filius legitimus, & ipsemet filius naturalis imperatori se offerat. Quartus si pater in publico instrumento duorum vel trium testium subscriptione, cum legitimum nominet, licet non adiiciat naturalem. *Filius legitimus non potest illegitimari.* Et quanuis filius legitimus non possit illegitimari, cum eius generatio fuerit legitima, potest tamen ex culpa hæreditate priuari, & filius illegitimus ad eam ex gratia absque aliorū iniuria habilitari.

bilitari. Notandum tamen quod separato matrimonio per iudicium Ecclesiæ, illi qui ex illo ante iudicium Ecclesiæ nati sunt, dicuntur legitimi, si illud matrimoniū fuerit in facie Ecclesiæ contractum.

§. 8. De Sacramentalibus Nouę legis.

SACRAMENTALIA in noua Lege dicūtur dispositiones sacramētorū, siue ad sacramēta suscipienda, vel conficienda, aut consecrāda, sicut exorcismus, & benedictiones factæ super vinum & aquam, panem, oleum, sal cæram, incensum, lapidem altaris, Ecclesiæque muros, vestimenta, crucem, baculos, peregrinorum, & alia huiusmodi, de quibus aliquid dicendum est. Gen. 2.

Ver. 1. De Exorcismis.

EXORCISMOS quidam dicunt institutos fuisse in statu naturæ integræ, eo quod Deus dedit Adæ notitiam & scientiam proprietatum omnium rerum naturalium sibi subditarum, quum dederit ei authoritatem imponendi nomina animalibus & aliis rebus sibi subditis, sub quibus nominibus homini naturaliter obedirent. Et in his reseruantur reliquiæ potestatis innocentiæ, vt vocibus exorcistę, siue naturaliter incantantis & præcipientis obediant, nisi propter peccatum impediatur, sicut Aspis, quæ non audit vocem incantantis sapienter. Venerabilis Beda refert Iosephum dicentem regem Salomonem excogitasse suamque gentem docuisse modos exorcizandi, hoc est adiurandi, quibus immundi spiritus expulsi ab homine nō sunt ausi vlterius reuerti. Sed quicquid sit de his, nos fundamentum habemus in sacris literis de exorcismis dæmonum, morborum, reliquorumque noxiorum. Christus enim dedit potestatem discipulis spirituum immundorum, vt eiicerent eos, & curarent omnem languorem, per inuocationem nominis sui. qua potestate vsi sunt discipuli. Vnde reuertentes dixerunt. Domine etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo quod videntes aliqui filii Iudęorum, similiter exorcizando eiiciebant dæmones Vnde Luc 9. dicitur quod Iacobus & Ioannes dixerunt, Præceptor vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Et D Marcus, Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur, In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Si arbor morus, quæ sensum non habet, & mons obedit fideli præcipienti transplantari in mare, quare fideli adiuranti & præcipienti aqua & elementa aliaque nociua non obedient? Videmus quotidie fideles curare febres, & fugare dæmonia per aspersionē aquæ benedictæ. & D. Aug. dicit, Vera pietate homines Dei aeteam potestatem contrariamque pietati, exorcizando eiiciunt, non placando oēs tentationes aduersitatesque eius, orando, non ipsam, sed deū suum aduersus ipsam. In eius ergo nomine vincuntur, qui humanitatē assumpsit. Et in Actis Apostolorum habetur de exorcistis Iudęorum, quomodo tentauerunt dicentes, Adiuto vos per Iesum, quem Paulus prædicat, & infra, Respondens autem spiritus, nequam, dixit eis, Iesum noui, & Paulum scio, Vos autem qui estis? Et insiliens in eos homo in quo erat dæmonium pessimum, dominatus est, amborum, quia ex curiositate vel lucri gratia adiurabant, & non sicut illę septem filiæ Sceuæ principis sacerdotum, quæ quodammodo credentes, sed non perfectè, vt in fide confirmarentur, probare voluerunt. De hac adiuratione dictum est supra, modū autē & formam exorcizandi baptizandos, habemus ex traditione Apostolorū, sicut & alias benedictiones, quibus vniuersalis Ecclesia utitur, ut expresse dicit D. Clemens. D. Petri discipulus, lib 3. Recognitionum & idem in epistola secunda ad diuum Iacobum fratrē Domini, & D. Dion. D. Pauli discipulus, & ab eo edoctus in mysteriis fidei, in. 2. c. Ecclesiasticæ Hierar. dixit, Baptizandus prius ter ab renuntiat dæmoni, & omnibus uestibus exutus sacrato oleo tribus cruciformibus effusionibus ungitur a sacerdote, & chrismate signatus, aqua sanctificata tandem baptizatur. & Origenes ante mille trecentos annos dixit, In Ecclesiasticis obseruationibus sunt nonnulla, quę omnibus quidem facere necesse est. Nec tamē eorum ratio omnibus

Margin notes: E 216; Matt. 10.; Mar. ult.; Mat. 11.; Luc. 17.; 10. De Ci ui. c. 22.; Act. 19.; c. 5. §. 5. uer. 16. et c. 16. §. 6. uer. 3.; F 216; Modus exorcizandi.; Tomo. 1. Homi. 5.

nibus patet, & infra subiungit, Eorum quæ in baptismo geruntur, verborum, gestorum, atque ordinum, & interrogationem, responsionum, quis explicet rationem? Et tamen hæc operta & velata portamus super humeros nostros, quum ita impleamus ea, ut a magno pontifice filiis suis tradita, & cōmendata suscepimus. Et Celestinus huius nominis primus, ante annos mille quadringentos, ad Venerium Maurinum Leontinum & cæteros Galliarum episcopos scribens dicit, Illud quod circa baptizandos in uniuerso mundo sancta ecclesia vniformiter agit, non otioso contemplamur intuitu, quum paruuli siue iuuenes ad regenerationis veniunt sacramentū. Nō p ius vitæ fontem adeunt, quam exorcismis & exufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur, vt tunc vere appareat quomodo princeps huius mundi mittatur foras. Omnesque sancti doctores antiqui huiusmodi obseruationem ex traditione Apostolorum ad nos venisse affirmant. Ex quo patet quam impie & crudeliter nonnulli hæretici hæc irridentes, non vereantur dicere, hæc ad necromantiam pertinere. Quia ex eorum dictis sequeretur Christum & Apostolos fuisse necromanticos, quod blasphemum est dicere.

Ver 2. *De Aqua Benedicta.*

Aqua benedictā esse Eus. DE Aquæ benedictione Alexāder huius nominis primus, sextus a D. Petro, ita scribit, Aquam sale conspersam populis benedicimus, vt ex ea cuncti aspersi sanctificentur, quod etiam omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis uitulæ aspersus inquinatos sanctificabat, multo magis aqua sale cōspersa, diuinisq; precibus consecrata, sanctificat & mundat. f. dispositiue, & non ex opere operato, ut sacramenta. Si enim sale asperso per Helisæum prophetam, inuocato dei nomine, sterilitas aquæ sanata est, quanto magis diuinis precibus sacratus sterilitatem rerum aufert humanarum, & inquinatos sanctificat & purgat, & cætera bona multiplicat, & ab insidiis diaboli & uersutiis fantasmatum hominē defendit? Si tactu fimbriæ uestimenti Saluatoris infirmos sanatos non dubitamus, quanto minus sacros si eius uirtute uerborū? Si aquæ amarissimæ, super quas maledicta congesta erant, per inuocationem diuini nominis effectū habebant, quanto magis Exorcismus benedictionis habent efficaciam, cum per ecclesiæ ministros nomen domini inuocatur, & precando dicatur, Virtutem tuæ benedictionis infunde, vt quicquid in domibus fidelium uel locis, hæc unda resperserit, careat omni immūditia, liberetur a noxa, nō illic resideat spiritus pestilens, non aura corrūpens, discedant omnes insidiæ latentis inimici? Et inde est quod in ingressus Ecclesiæ ponitur uas aquæ benedictæ, ut fideles ingredientes ad orandum Deū, se disponant ad emundationem, quæ fit per cōtritionem, vt a distractionibus ac insidiis & tentationibus dæmonum fructū & vtilitatem orationum impedimentibus liberentur. Eadē ratione diebus dominicis ante missam aspergitur super populū conuenientem, & ad memoriam aquæ baptismalis, ut prophetauit Ezechiel, dicens, in persona dei, Effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamētis uestris. Per uirtutem enim benedictionis aquæ excitantur fideles ad orandum Deum, vt sicut per aquam baptismalem eos plene mundauit in baptismo, ita dignetur emundare conscientias per aquam cōtritionis. Et secundū hoc dicitur quod per aspersionem aquæ benedictæ cōsequitur quis remissionē peccatorū uenialiū. Nec vituperandi sunt, qui ex deuotione deferunt aquam illam ad domos aut agros, & aspergunt, ut liberētur a tentationibus, ab aere infecto, & aura pestilente & noxia, cum hæc in benedictione aquæ petantur.

A 2 15

Num. 5.

Ezech. 36.

Ver. 3. *De Exorcismo Campanarum.*

EXORCIZANTUR etiā & benedicūtur campanæ, ut per illarū sonitū procul pellantur hostes externi, & omnes insidiæ inimici, fragor grandinum, procella turbinum, impetusque tempestatum & fulgurum, infesta tonitrua, uentorum flamina suspendantur, spiritus procellarum & aereæ potestates prosternantur, & ut fideles audientes confugiant ad Ecclesiæ gremium, ante sanctæ crucis uexillum, cui flectitur omne genu, & crescat in eis deuotio fidei, fruges, mentes, et corpora credentium seruentur. Præterea ut per earum sonitum fideles inuitentur & con B 219

conuocētur ad diuina. In omni enim politia fit conuocatio aliquo sono extrinseco, etiam in politia militari, vt habetur in c. ius militare. 1. dist. Et Dominus præcepit Moysi dicens, Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus cōgregare possis multitudinem, quando mouenda sunt castra. Et quando abebitis epulū, & dies festos atq; calendas, canetis tubis. Loco illarum inspirauit Dominus proceres ecclesiæ habere campanas, quæ sunt vasa ærea vehementius sonantia, ad repræsentandum vehementem sonum Spiritus sancti, ad quem conuenit multitudo magna, & vt fideles conueniant ad epulum sacramēti Eucharistiæ, & verbi Dei, & ad victimas sacrificiorū, & holocaustorum in diebus festis, ac etiam contra hostes. Si enim sonitus tubarum cū inuocatione diuini nominis fuit tantæ virtutis, vt corruerent hostes, & muri Hiericho, quanto magis pulsus campanarum Ecclesiæ, quę non solum ad vnum populū se extendit vt synagoga, sed per totum mundū? Ideo maiora vasa, & vehementius sonantia electa sunt vt illis auditis ac cingant se fideles cōtra hostes, hoc est dæmones, & eorum insidias, & conueniant ad ecclesiam, ad orationes, & ad diuina audienda, & sacramenta suscipienda. Num. 10. Act. 2.

Ver. 4. *De benedictione panis, & aliarum rerum.*

E ALIVD sacramentale in ecclesia obseruatum, est benedictio panis & aliorum Num. 6.
18 ciborum, cęrei & vestimentorum, quæ fit per diuini nominis inuocationem. Vnde Dominus Moysi, Sic benedicetis filiis Israel Benedicat, tibi Deus, &c. sequitur, Inuocabuntq; nomen meum super eos, & benedicam illis. s. effectiue, quia benedicere dei est benefacere, eo quòd voluntas illius est semper efficax. Vnde Psal. Ipse dixit, & facta sunt: Ideo cum dixit, Fiat lux, facta est lux, Cum ergo de iure naturæ liceat nomen domini inuocare super res quibus vsuri sumus, sequit quod licitū est per verbū Dei, & inuocationē sancti nominis eius illas sanctificare. Vnde Apost. Omnis enim creatura Dei bona est, & nihil reiiciēdum, quod cum gratiarum actione perficitur. Sanctificatur enim per verbum Dei. & orationem. Consequens est ꝙ licet nobis panes, & alios cibos aut fructus benedicere, & super eos inuocare nomen domini, ne noceant, & vt multiplicentur, & vt debite sumamus, ac etiam in memoriam, & recordationē benedictionis Christi, qui intuens in cœlum & gratias agens, benedixit panes in deserto. Et (vt quidam dicunt) inquantum homo dicebat illud Psal. Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam illorum in, tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione, & benedicendo extendebat manus super panes. Talis enim erat mos benedicendi in antiqua lege, quam Christus venerat implere, & non soluere. Vnde Aaron extendens ad populum manum suam, benedixit. Ex probabile est, quod extendendo faceret signū Thau, quod datum erat filiis Israel in signum præseruationis ab angelo percutiente. Ideo Ezechiel dicebat, Signa Thau super frontes virorum gementium super. cun- Psalm. 32 Gen. 1. 1. Tim. 4 Mar. 6. Ioan. 6. Mat. 5. Leuit. 9. Exo. 12. Eze. 9.
D ctis abominationibus suis. Et quia signum Thau, figurabat signum crucis, in quà
18 Christus peccata nostra tulit, & labores atque dolores nostros ipse portauit, patiendo, & moriendo, per quam passionem, & mortem nobis meruit præseruationē ab angelo percutiente, & omnem benedictionem. Ideo Ecclesia in omni benedictione, & nominis Dei inuocatione signum crucis in memoriam Christi passionis, & eius gratiarum actionem facere consueuit. Inquantum vero Deus benedicebat, effectiue dando virtutem multiplicandi. In cuius multiplicationis memoriam, ac etiam communionis, quæ solebat olim diebus dominicis in primitiua Ecclesia fieri, inoleuit vsus, & consuetudo, vt diebus Dominicis panis in Ecclesia benediceretur. Ideo qui hanc consuetudine rident, aut impediunt, quantum in eis est, memoriam & recordationem beneficiorum Dei, & antiquæ communionis, ac etiam humilitatem, & recognionem supremi dominii a cordibus fidelium auferre nituntur. Esa. 53.

Vnde D. Aug. dicit quòd panis benedictus dabatur olim catechuminis. Eadem ratione, & in memoria ingressus Christi in Hierusalem dominica ante Pascha benedicuntur rami virentibus foliis cum fructibus appositis, quos præmoniti fuerunt filii, Israel per Moysen deferre, ait enim. Sumetis fructus arboris pulcherrimæ, spatu- Lib. 5. de bapti. par. circa finem Leuit. 23.

Gen. 1. Iudic.8. spatulasq; palmarum, & ramos ligni densarũ frõdium, & salices de torrente, & læta bimini coram domino Deo vestro Benedictio aũt cærei Paschalis in vigilia Paschę dicitur instituta in concilio Tolentino, in memoriam primæ lucis, quam vidit Deus q esset bona, ac etiam in recordationem resurrectionis Christi, qui se lucẽ mũdi nominauit, & de facto cærei similitudinem sumpsit. In cæreo enim exterius est cæra, quæ ex Ape sine corruptione procedit, & liciũ albũ interius coopertum cera, est ẽt lumen quod per licium cæreo iungitur. Sic in Christo est caro, & corpus, quod ab Ape argumẽtosa s. a D. Virgine, absq; corruptione processit, & exterius videbatur, Erat pariter interius mundissima, & sanctissima anima Christi, Erat etiam diuinitas, quæ per animam corpori iungebatur, & vniebatur, quæ post passionem illuxit sanctis patribus, quando fuit verificatum illud Esa. 9 Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucẽ magnã, habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. s. diuinitatis, quia dictũ fuit Latroni. Hodie mecũ eris in paradiso. Præterea quemadmodũ candela pro aliorum illuminatione tandem consumitur, sic Christus pro illuminatione nostra tandem consumptus, hoc est mortuus est. Et quia in die purificationis D. Virginis celebratur prima eius oblatio, & introductio in tẽplum facta, & a sancto Simeone publicatus fuit esse lumẽ ad reuelationem gentiũ, prędiciturq; E
eius mors, & consumptio, ideo in eius memoriam eadem die cærei benedicuntur, & 217
morituris asseruantur, vt in hora mortis ipse qui ad mũdum illuminandum venit, dignetur illuminare intellectum, eorum ne decidant a lumine veræ fidei, seducti tentationibus inimici, qui insidiatur calcaneo, hoc est fini hominis, qui est mors. De cantu, & laude uocali dictum est supra.

Ver. 5. *De cæremoniis nouæ legis.*

Gen. 3. c. 5 S. 5. ner. 9. CAEREMONIAE quæ dicuntur quædam externa ad cultum Dei ordinata in noua lege quam plurimum distant a cæremoniis veteris legis, quia illæ erant solùm vmbræ futurorum, quæ per Christum implenda erant omnia enim in figuram illis contingebant. Cęremoniæ autem nouæ legis sunt in memoriam, & recordationẽ Col. 2. 1 Cor. 10. præteritorum per Christum, & Apostolos gestorum, Et sunt signa eorum quæ vide bimus in patria Ideo manifestum est eas esse meliores, & perfectiores. Eam ob rem cum magna veneratione sunt obseruandæ, constat enim eas tum a Christo, tum ab Mar 6. Ioan. 11. Apostolis, tum a sacris Conciliis generalibus esse traditas. Legimus enim Christũ orando subleuatis oculis cœlum intuitum fuisse, & in resuscitatione Lazari multas cœremonias obseruasse. Infremuit enim spiritu, lachrimatus est, ad monumentum accessit, lapidem tolli iussit, eleuatis in cœlum oculis, gratias egit patri, magna voce clamauit, ligatis manibus, & pedibus ac facie defunctum prodire fecit, ligatum soluere noluit, sed soluendum discipulis commisit. Sed ad quid tot, & tanta signa exteriora fecit? Poterat enim absq; mutatione loci, & lachrymis ac lapidis subleuatione solutũ suscitare, sed noluit, vt mirabilia mysteria (quæ breuitatis causa omitto) F
notanda reptæsentaret. Cum orare volebat, egrediebatur in montẽ olíueti in hortũ 219
Luc. 22. Mar. 6. Ioan. 5. Ioan. 9. Mar. 7. Ioan. 20. Luc. 24. Act. 1. Act. 2. in Oriente situm, aliquando communiter cum omnibus Apostolis, aliquando separatus ab eis aliquando positis genibus, aliquando pronus in terram orabat. Manus super capita paruulorum ponens, benedicebat eis, licet posset absque manum impositione benedicere. Discipulos cum oleo ob sanandos infirmos (quos absque oleo, sanare poterat) misit. Bis grabatum in die sabbati sanatis tolli iussit, Cæcum natũ sanando spuit in terram, fecit lutum ex sputo, liniuit oculos eius, ad natatoriam Siloe lauandum misit. Sed ad quid tot cæremonias seruauit, quũ potuisset solo verbo illu minare? Surdum, & mutum curaturus, digitos in aures misit. Post resurrectionẽ antequam spiritum sanctum Apostolis daret, insufflauit, & manus super capita eorum posuit. Ascendens in cœlum, eleuatis manibus discipulis benedixit, & quum nubes suscepisset eum ab oculis eorum, duos viros ad eos misit in vestibus albis. Apostoli, & alii discipuli cum D. Virgine in cœnaculo, in loco vbi ascenderat Petrus, perseuerantes in oratione, & communicatione fractionis panis, spiritum sanctũ acceperunt, Paulo, & Barnabæ munus prædicationis delegantes, manus imposuerunt.

runt. Apostolus orãdo flectabat genua ad patrem Domini nostri Iesu Christi, & in nomine eius omne genu debere flecti dixit. Rationem necessitaris cæremoniarum Apostolus Romanis assignauit, discens, Inuisibilia Dei a creatura mundi (hoc est ab homine) per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Visis enim & sensatis excitamur, & per ea ad spiritualia mysteria capescenda manudimur. Idem Apostolus circa Eucharistiam cæremonias ordinauit, & se alias ordinaturum policitus est. Circa ordinandos scribit, nemini cito manus deberi imponi. Et Thessal. traditiones quas didicerant, siue per epistolam, siue per sermonem, seruare iussit, & subtrahi debere ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem quum ab Apostolis acceperant. Et consuetudinem Ecclesiæ approbans, impugnantes & contentiosos redarguit. Et cum Syla comite, perambulabat Syriam & Ciliciã & cõfirmans Ecclesias, præcipiens custodire præcepta & dogmata ac decreta Apostolorum & Seniorum, inter quæ erant cæremoniæ, quas a Christo viderant obseruari, & quas inspirante Spiritu sancto introduxerãt, inter quas D. Aug. recitat ea, quæ vniuersaliter seruat Ecclesia, vt quòd fideles crucis signaculo insigniantur, & quæ trifariam digesta fiant super panem & calicẽ, benedictionem fontium, & quòd baptizati inungantur oleo sancto, de his in c. Ecclesiasticarum, &c. in his. 11. dist. vbi dicitur, in his rebus, in quibus nil certi statuit diuina scriptura, mos populi, mos dei, instituta maiorum pro lege seruanda sunt & sicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores ecclesiasticarum consuetu-

Act. 13 *Ephe. 3.* *Phil. 2.* *Rom. 1.* *1. Cor. 11* *1. Tim. 5* *2. Thes. 2* *1. Cor. 11.* *Act. 15* *In lib. de dict. Basilij*

A 210 dinum coercendi sunt. Et D. Diony. dicit, Primi nostri illi duces in humanis imaginibus res diuinas materialibusq; figuris spiritualium maiestatem, atque in his quæ nobis familiaria sunt, summa illa & superstantialia, partim scriptis, partim non scriptis institutionibus suis nobis tradiderunt, non prophanę multitudini (cui nec ipsa quidem signa fas est contingere) verum eos, ob idque quòd nostra sacratissima functio significatiua est plenaque signis, quibus veluti adminiculis ad eorum angustiorem intelligentiam subuehamur, non sunt opertæ pontificibus signorum rationes. Deinde describit cæremonias per Apostolos in sepulturis defunctorum obseruatas. & D. Hiero. in epitaphio Nepotiani, laudat eum de cæremoniis rite peractis. Sunt igitur cęremonię vtiles ad humilitatem, ut nostram eleuatam & superbam ceruicẽ dimittamus, illam subdẽtes sensibilibus, vt per eas veluti per quosdam gradus, ad superiora mente capscenda euehamur, & vt nos qui corpore peccauimus, holocaustum de nostris corporibus domino faciamus, quia non solum animam, verùm etiã corpus ab eo accepimus. ¶Ex præmissis euidentur constat, quàm impie blasphemando hęretici dicant cæremonias Ecclesiæ inuentas ab hominibus ad continendũ populum sub tyrannide sacerdotum, & esse auferendas a lege gratiæ, & sicut cęremoniæ legis Moysi. Sed (ut dictum est) lata est differentia, quia illæ erãt figuræ & futurorum vmbræ. Vnde sicut vmbra luce fugatur, sic illæ fugatę sunt per aduentum lucis Christi. Cęremoniæ vero nouæ legis sunt repræsentatiuæ præteritorum, & figuræ eorum quæ videbimus in patria. & ideo adueniente statu gloriæ, cessabunt. Nec obstat quod allegant ex Salomone fili mi, præbe mihi cor tuum, quia non vtitur exclusionis particula non enim dicit solum cor. Vnde Christus ponens differẽtiam inter duos filios, quorum vnus dixit ore se facturum voluntatem patris, & verisimile est quod corde (cum voces sint notę earum quæ sunt in anima passionum) non tñ fecit, & aliũ qui dixerat se nõ impleturũ eius uoluntatem qui postea tamen impleuit, interrogauit, Quis illorum fecit voluntatem patris? & prætulit eum qui opus exterius adhibuit. Vnde apparet quod actus exteriores cadunt sub pręcepto.

1. c. Eccles. Hierar. *cap 7.* *Cæremoniarum utilitas.* *Prouer. 23*

B 210 Nec sufficit filio reuereri patrẽ uel corde Verbo, sed necesse ẽ quod exterius. Vnde Aposto. Obsecro uos fratres per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem. Nec obstat pariter illud Ioan. Spiritus est deus, & ideo qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare, Quia ueritas dicitur relatio conformitatis cordis ad opus exterius. Et sic qui adorant Deum, oportet eum in spiritu (hoc est interius) & in ueritate (hoc est

Rom. 12. *Ioan. 4.*

actus

exterioris conformi) adorare. Quia si esset difformis, haberet locum illud Esa. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Ex his patet facilis solutio ad omnes obiectiones hæreticorum. Non enim propter hoc Iudaizat Ecclesia, cum alias cæremonias habeat, & si aliquas antiquę legis retineat, non tamen eadem significatione. Sunt enim quædam quæ vltra significationem accipiuntur ad decorem, & cultus Dei honorem, & fidelium exercitationem.

Ver. 6. *De Templorum constructione & ornatu.*

Gen. 8. Gen. 27. CAEREMONIAM cõstructionis, dedicationis, & ornatus altariũ, templorũ, et basilicarum esse laudabilem, & Deo acceptam, ac ad honorem Dei pertinere ex antiquo & nouo testamento manifestissimum est. In lege enim naturæ inspirãte Domino, imo præcipiente, constat habuisse initium. Noe enim egressus arcã post diluuium ædificauit altare domino, & tollens de cunctis pecoribus & uolatilibus mundis, obtulit holocausta super altare, odoratusq; est dominus odorem suauitatis. Et Iacob eundo Mesoporamiam, vidit Deum in Bethel, & dixit, Terribilis est

Gen. 35. locus iste, Nõ est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli & tulit lapidem & erexit

Exo. 20. in titulum, fundensq; oleum desuper, vocauit nomen ipsius Betbel, qui prius Luza

21. & 22. vocabatur, & dixit, Erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste quem erexi in titulũ vocabitur domus dei. Præcepit etiam ei dominus cum reuerteretur a Mesopotamia ut faceret altare, Pręcepit etiam Moysi facere altare Domino, præcepit etiam facere arcam de lignis Sethin, & inaurari, deinde in ea poni iussit Librum legis, Virgã

1. Par. 28 & Manna, mysteriaqne Deo dedicata, antequam conueniret populus ad diuina, Da C

1. Par. 31 uid cogitauit ædificare domum Domino, & eius cogitatus fuit acceptus, sed nõ fuit 218

4. & 5. c. ei datum, eo quod vir sanguinum esset, promissum tamen est ei quod per Salomonem filium suum cogitatus eius sortiretur effectum. Ideo magnam supellectilem præparauit. Salomon filius eius templum miræ magnitudinis, longitudinis, & latitudinis extruxit, & adeo vasis aureis & aliis ornamentis decorauit, ut in admirationẽ etiã omnes exteri traherentur eiusdem templi per Salomonem dedicatio accepta

2. Par. 9. fuit Domino, qui impleuit tẽplum gloria sua, & pollicitus est se facturum iuxta peti

Psal. 25. tionẽ Salamonis. Vnde regina Saba videns domum quam Salomon ędificauerat, nõ

1. Esd. 1. habebat vltra spiritum præ admiratiõe. Dauid pariter in spiritu prophetico dicebat,

1. Mach. 4 Domine dilexi decorem domus tuæ. Præcepit etiam Dominus Cyro Persarum regi, vt ædificaret ei domũ in Hierusalem. Quæ etiam reluctãtibus inimicis per Zorobabel ad instar primæ constructa & dedicata est Machabæ pariter non solum templũ interius, verum etiam exteriorem eius faciem coronis aureis ornauerunt. In nouo aũt testamento habemus ꝙ Christus laudauit diuites. qui de suis bonis cõtribue

Mar. 12. bant ad reparationem & ornatum templi, præsertim viduam quæ duo minuta po-

Ioan. 2. suit in gazophilacium, & quòd iratus est contra eos qui dedecorabant templum, & eiecit vendentes & ementes oues & boues, & quòd cũ discipuli ornassent asinam in

Mat. 21. dumentis suis, gratanter accepit, & super eã ornatam ascendit, Et quando misit eos

Luc. 22. parare vltimũ pascha, post quòd erat institututus sacramẽtũ Eucharistiæ, & celebra

Act. 1. turus suam prima & vltimam missam, designauit locum, scilicet cænaculũ magnũ stratum, hoc est paratum & ornatum, in quo Apostoli in die Pentecostes Spiritum sanctũ in igneis linguis receperuntur. Et Apostolus apud Chorinthios dicit Ecclesiam fuisse dicatam, in qua omnes conuenire, & dominicam cœnam manducare, verbumq; Dñi audire poterant. Vbi ergo est magna multitudo populi, necesse est magnam debere esse domum siue Ecclesiam, in qua (quantum secundum humanam fragilitatem possibile est) paranda & fouenda sunt omnia quæ ad munditiam pertinent, & deuotionem excitant. Nec Christus qui vitia Scribarum & Pharisæorum ar D

guebat, reprehendit lapides & structuras ei ostensas, nec ornatum illarum, licet 218 ruinam ipsarum & excidium ciuitatis propter peccata Scribarum & Phariseorũ prædixerit. Nec apud catholicos templa dicantur principaliter Martyribus aut aliis sanctis, quemadmodum hæretici falsè imponunt, sed soli Deo, ut D. Augustin. dicit. At cum multa sint templa Deo dicata, ad distinguendum ea ab inuicem, ali-

aqua

quia aliquorum sanctorum (quorum corpora vel reliquiæ, ibi sunt conditæ) eorum nomine appellamus, & ad memoriam sanctorum, quos tanquam peculiares patronos interpellant, qui templa condiderunt, aut frequentant. Nam, & imagines appellare solemus eorum nominibus quos repræsentant, & ad quorum memoriam reducunt. Vnde D. August. dicit; Basilicas sanctorum nominibus appellatas, diuino cultui, mancipatas, affectu, cultu pio, & deuotione adeundas credimus. Nec recens est templorum vsus, & ornatus, sed ab Apostolis introductus, vt Eusebius recitans mores primitiuæ Ecclesiæ dicit. Est autem in locis singulis consecrata orationi domus quæ appellatur Seumium, hoc est honestorum conuenticulū, in quod accedentes, honeste, & castæ mysteria celebrant, nihil ibi prorsus quod ad cibum potumq; pertinet inferentes, sed ad leg s tātum libros, & volumina prophetarum, hymnosq; in Deum, cæteraq; similia excolunt, & Anacletus papa (vt recitatur in c. sacrosanc. 22. dist. dicit D. Petrum, & Paulum Ecclesiam Romanam consecrasse, & D. Marcum euangelistam Ecclesiam Alexandrinam. Et in gestis Tholosan s habetur, quod D. Saturninus vnus ex. 72. discipulis in episcopum Tholosanum ordinatus, sacellum in

Lib. 3. contra Faust. c. 21.

Lib. 7. de dogmat. eccl.

Li. 3. hist. eccle. c. 7.

E honorem D. Stephani consecrauit. Quare contra detrahentes templis, & basilicis
218 sanctorum, decretum fuit in concilio Gangren. Si quis per superbiam, tanquam per fectum se existimans, connentus qui per loca, & basilicas sanctorum martyrū fiūt, accusauerit, vel oblationes quæ ibi celebrantur, spernendas esse crediderit, memoriasq; sanctorum contemnendas, Anathema sit. Et in consilio Basilien. Ioannes Vuiclefz, qui fundationes, & dotes Ecclesiarum reprobabat, fuit tanquam hæreticus cō demnatus. ¶Ex præmissis sufficienter apparet, quam impie agant hæretici debacchantes contra ornatum templorum, & ea spoliare, & euertere niten tes. Per hoc. n. deuotionem populi, quam templorum excitat ornatus, a cordibus fidelium auferre nituntur, imo, & memoriam, & recordationem Dei. Nec obstat quod obiiciunt nō haberi ex euangelio aut ex sacris literis templa debere ornari, ad hoc enim supradictum est, quod non oīa q̄ fecerunt, & dixerunt Christus, & Apostoli, sunt conscripta. Plurima enim ex Apostolorum traditionibus ad nos deuenerunt. Argumentū, n. ab authoritate negatiue (quo Lutherani maxime vtuntur) purum sophisma est. Quāuis ex prædictis sacræ scripturæ locis, maxime ex cœnaculo magno, & strato, appareat templorum ornatus laudabilis. Nec obstat pariter, quod Christus Samaritanæ dicit, Venit hora, & nunc est, quādo neq; in monte hoc, &c. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu, & veritate & oportet adorare, quia per illa verba non reprobauit templa aut eorum ornatum sed excidium Hierosolymorum, & Samariæ prædixit. Et cum Deus non solum animam dederit, sed etiam corpus, & alia bona fortunæ, ut dicit D. Iacob. Omne daptum optimū, &c Ideo non est contentus solo interiori cultu, sed etiam exteriorem desiderat, ut in nomine eius omne genu flectatur, quod ostendit per illa uerba. In spiritu, & veritate oportet adorare, hoc est in spiritu deuotionis interius, & veritate exterioris operis illi interiori respondē tis, & conformis, in hoc euim consistit ratio veritatis creaturę rationalis, quæ cognitionem accipit a rebus, ut illis conformetur, vt dictum est quum de adoratione

Ioan. 4.

Iac. 1.

Phil. 2.

F ageretur. Et quanuis Christus verbo, & exemplo paupertatem proposuerit imitan
218 dam, vt strict us rebus suis quisq; vteretur nō tñ, ut Deo dicata essent vilia, Quæsiuit, enim gloriam, & manifestationem dei, eamq; admirandam, & colendam docuit quam structuræ, & ornatus templorū excitant, iuxta illud Sapientis, A magnitudine enim speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit horū creator uideri. Præterea si sūptuosum, & gloriosū (teste Esaia) Deus voluit esse Christi sepulchrū, in quo triduo duntaxat corpus eius exanime requieuit, & nemo reprehendit, quis præsumet calūniari templum honorificum, in quo non solum corpus, sed etiam animam, imo, & diuinitatem ipsam vsque in finem, seculi nobiscum manere pollicitus est? Nec per euangelium natura hominum sic immutata est, ut sensibilibus (a quibus omnis eorum cognitio oritur) non egeret. Nam Christus sensibilia sacramenta, & sensibiles cæremonias (vt dictum est) instituit. Et quum obiiciunt hæretici, Si obseruantiæ

Sap. 2.

Esa. 11.

Mt. ult.

1. Post.

tiæ recipiendæ sunt, cur non recipimus veteres? Dictum est quod ideo non recipimus, quia figuratiuæ erant eorum quæ per Christum impleta sunt, & Christum venturum significabāt. Cum igitur Christus iam venerit, & ea omnia impleuerit,
Leuit. 26. velut vmbra euanuerunt. Ideo si modo seruarētur, falsum significarent, & ad horro
Mat. 21. rem protraherent. Vnde per Moysen dicebat Dominus Deus, Vetera nouis superuenientibus proiicietis, In cuius præsagium in die Ramorum vestimenta populi sternebant in via ad conculcationem, & Christus in Apostolorum suorum orna
Hier. 7. mentis sedit. Verum quia de tot, & tam immensis sumptibus hæretici queruntur, eo quod relictis pauperibus (qui sunt vera spiritus sancti templa) in superfluis structuris, & ornatibus ad humanam iactantiam, & fiduciam (ut ipsi dicunt) exponūtur quod Propheta Hieremias improbare videtur, dicens, Nolite confidere dicentes. Templum Domini, templum Domini est. Ideo eis respondendum est ac dicendum quod eorum querela simillima est murmurationi. Iudæ Scariotis, qui omne obsequium Christo factum, inaniter, & perperam propter cupiditatem qua ardebat, arbitrabatur. Vnde quum sensisset odorē vnguēti, dicebat vt quid perditio hæc? Poterat enim vnguentum hoc Vænundari multo (scilicet trecentis denariis,) & dari pauperibus, & egenis. Non quod de pauperibus ei cura esset, sed quia fur erat, & habebat loculos. Sic isti indigne ferentes odorem vnguenti, hoc est deuotionem populi Christiani, quæ ex templorum ornatu diffunditur. Non quod curent de pauperibus, sed potius de præda aut spoliis pro uelamine suæ cupiditatis, & male atque peruersę affectionis, quam contra Ecclesiasticos conceperunt, pauperum indigentias obiiciunt, & exaggerant, quasi si nil daretur ecclesiæ, pauperes non egerent, nec essent aliæ uiæ superflue, & inaniter consumendi quæ iuste, & sanctè in Dei honorem exponuntur. Semper enim (vt Christus ait) pauperes habebitis vobiscum, et potestis eis benefacere. Ideo incertum est an ea, quę pro templorum ornatu dantur, ad pauperum indigentias applicarentur. Nulli dubium est neque negari potest, quin pauperes essent, quum Dauid tot parauit impensas, quum Salomon tot vasa & ornamenta aurea templo dedit, & cum Machabæi ornauerunt faciem templi co
ronis aureis, pauperes aderant. Non tamen propter hoc intermiserunt magnificentissimi templi constructionem, & ornatum. Nec eorum expositio reprobata, sed cō mendata fuit. Cum ergo templum illud, in quo asseruabatur sola testamenti arca, esset signa Christianæ Ecclesiæ, & figura non possit æquari figurato, consequens est quod quanuis nunc sint pauperes, minus possint sumptus, & expositiones in tē plorum constructione, & ornatu calumniari. Pauperibus quidem eleemosynas non prohibet ecclesia nec superfluam in templorum ornatu, approbat expositionem sed rationabilem, pro Dei maiestate, & nostræ deuotionis excitatione, approbat erogationem, & religionem præfert misericordiæ, & templi ornatum eleemosynis pauperum. ¶ Quanuis non dicamus hoc etiam tempore exequendum, vt pauperibus desertis templa ornemus. Licet enim Philosophari simpliciter, & absolute sit melius quam ditari, aliquando tamen in particulari casu magis expedit, ditari. Sic vbi annonæ charitas ingruit, subueniendum est indigentiæ pauperum, & non est adeo vacādum templorum ornatui, tunc enim ipsa templi vasa in pauperum necessitates sunt eroganda, quemadmodum D. August fecisse legimus. Vnde D. Ambro. dicit, Aurum habet ecclesia, non ut seruet, sed ut eroget, & subueniat necessitatem
In lib. offi. patienti. Sic debent intelligi Sanctorum authoritates, quæ ornatui templorum aduersari uidentur. Vbi uero tali necessitas non imminet quanuis pauperes deserēdi non sint, (præsertim in extrema necessitate) laudabilibus est ornatui templorum intendere, non quidem ad humanam iactantiam aut laudem, quę etiam in eleemosynis pauperum plerunque inuenitur, sed ad Dei cultum, & honorem. Nec etiam in illo solo exteriori ornatu aut ædificiorum splendore, inauratisq; laquearibus, & vestitis parietibus ac marmorum crustis fiduciam habere debemus (id enim Hier. improbat) sed in vera fide, & sancta conuersatione, vt domus Dei, hoc est ecclesia impleatur ex odore vnguenti, hoc est, vt populus ad deuotionem, & Dei honorem

exci-

excitetur. Ideo subiungit Propheta, Si bonas feceritis vias vestras & studia vestra, 1.2.q.108
& feceritis iudicium inter virum & virum, habitabo vobiscum in loco isto, &c.

Ver.7. *De Præceptis nouæ Legis.*

LEX Noua cuius principale est gratia spiritus sancti, quam non possumus habere nisi per Christum mediantibus sacramentis per ipsum institutis, pauca præcepta circa exteriora opera continet. Quia solum ea præcipit vel prohibet, quę habent necessariam conuenientiam vel contrarietatem, & sic solum continet quatuor præcepta. Primum est de baptismo, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Secundum est de sacramento Eucharistiæ Nisi manducaueritis meam carnem, & biberitis meum sanguinem, nō habebitis vitam in vobis. Tertium præceptum est de sacramento Pœnitentiæ pro his qui ab in C nocentia baptismali prolapsi sunt, Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribi-
219 tis. Quartum de exteriori confessione fidei, Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui autē me negauerit coram hominibus negabo eum coram patre meo. Alia verò opera quæ non habent necessariam conuenientiam vel contrarietatem ad gratiam, quæ manifestatur per fidem ex dilectione operantem, non sunt præcepta neque prohibita ex ipsa legis institutione, sed fuerunt a legislatore Christo relicta arbitrio eorum qui cura & aliorum erant habituri. & sic reliquit potestatem determinandi tam circa cæremonialia, quàm iudicialia, siue in spiritualibus, siue in temporalibus, his qui aliis præessent. Et ideo lex noua dicitur lex libertatis, eo quòd pauca præcepta continet, ac etiam eo, quod ad illa libere implenda interius iuuat, quod nō faciebat lex Moysi. Et quia Pharisæi male intelligebant pręcepta moralia siue legis naturæ, quæ in lege sua noua manere debebant, quia secundum se pertinent ad rationem virtutis, ideo Christus in lege sua noua illa explanauit. ¶ Inter alia præceptum negatiuum de periurio. Pharisæi.n. licet crederent periurium esse peccatum, tñ putabant iuramentum per se esse appetendum & frequentandum, eo quod videtur ad reuerentiam dei pertinere. Et ideo Christus ostendit iuramentum non esse appetendum tanquam bonum, sed melius esse absque iuramento loqui nisi necessitas cogat, & sic non prohibuit iuramētum, vt dictum est. ¶ Circa uero prohibitionem homicidii & adulterii, Pharisęi existimabant solum actum exteriorem prohiberi, & non interiorem appetitum, quod magis credebāt circa homicidiū & adulteriū, quàm circa furtum vel falsum testimonium. Quia motus iræ tendens in homicidium, & motus concupiscentiæ tendens in adulterium, videntur aliqualiter nobis ab ipsa natura in esse, non aūt motus furandi aut falsum testimonium dicendi. Ideo Christus declarauit dicens, Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui aūt dixerit fratri suo, Racha, reus erit consilio. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Et quoad adulterium subiunxit, Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde
D suo. ¶ Et quia circa virtutes morales, pręsertim circa iustitiam, errabant, putan-
216 tes eam esse exequendam appetitu vindictæ vel odio inimicorum, ideo credebāt propter pręceptum datum de pœna talionis, quod quidem fuit datū ut iustitia et bonū commune pacificusque conuictus seruarentur, non vt homo vindictam iniuriarum sibi illatarum quæreret, ideo Christus ad hoc remouendum docet animum hominis sic deberet esse paratum ad sustinēdum plura, si necesse sit, docet etiam inimicos diligendos, & quod simus etiam parati eis benefacere in necessitate. Nec etiam prohibet Christus iudicium iustitiæ, sed iudicium inordinatum & temerarium.

Ioan.3. Ioan.6. Luc.11. Lex noua dicitur libertatis. Mat.5. c.5 §.5. Ver.5. Mat.5.

¶ Et quia etiam errabant circa opera misericordiæ, arbitrantes accipere vsurā ab extraneis esse licitum, ideo Christus declarauit, Mutuum date nihil inde sperantes. Nec prohibuit solicitudinem necessariam, sed inordinatam. Docuit pariter abstinere non solum ab exterioribus, quæ secūdum se male sunt sed etiam ab interioribus & occasionibus malorum. ¶ Docuit etiam ordinare intentionem hominis, dicens quod in bonis quæ agimus, non quæramus humanam laudem aut gloriam, neque mundanas diuitias inordinate, quod est thesaurizare. Postremo docet modum Luc.6. Matt.6.

Tt im-

implendi euangelicam doctrinam, scilicet implorando diuinum auxilium, & conatum ponendo ad ingrediendum per angustam portam perfectæ virtutis, & cautè abhibendo ne a seductoribus corrumpamur, & quod obseruatio mandatorum eius est necessaria ad salutem, & quod non sufficit sola fidei confessio, neque miraculorum operatio, neque solus auditus verbi.

Ver. 8. De Consiliis Nouæ legis. Q

1. 2. q 108 artic. 4. CVM Salomon dicat, Vnguento & variis odoribus delectatur cor, & bonis amici consiliis anima dulcoratur, & Christus sit maxime sapiens & amicus, congruum fuit quod in noua lege, quæ est libertatis, salutaria nobis consilia dederit. In antiqua verò lege cum esset lex seruitutis, non erant danda consilia. Ad cuius euidentiam sciendum est quòd differentia inter consilium & præceptum hæc est, quia

Consilium et præceptum quô differunt. præceptum importat necessitatem, consilium vero non, sed ponitur in optione eius cui datur. Vide diui Greg. in epistola ad Iouinianum, & recitatur in c quod præcipitur. 14. q. 1. dicit Quod præcipitur, imperatur quod imperatur, necesse est fieri, si non fiat, pœnam habet. Vbi consilium est datur offerentis arbitrium: Ex quo infertur, quòd præcepta in noua lege data, sunt de necessariis ad consequendum finem beatitudinis, in quem lex noua immediate introducit, Cōsilia vero sunt de his per quæ melius & expeditius potest homo consequi prædictum finem Et sic tria consi-

Tria nouæ legis cōsil. lia proponuntur in lege noua, scilicet paupertatis, castitatis, & obediētiæ in quibus fundatur omnis communitas, quæ statutum religionis profitetur. Quia per huiusmodi tria, abdicantur tria bona mundi, quæ retrahunt & impediunt hominem a cō-

1. Ioan. 2. secutione finis, scilicet diuitiæ, delitiæ, & honores. Vnde D. Ioā. dicit. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ. Per paupertatem voluntariam abdicantur delitiæ, quæ pertinent ad concupiscentiam oculorū Per castitatē abdicantur delitiæ, quæ pertinent ad concupiscentiam carnis. Per obedientiam abdicātur honores, qui pertinent ad superbiam vitæ.

Mat. 19. Hæc tria consuluit Christus dicens, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Sunt eunuchi qui se castrauerūt propter regnum cœlorum qui potest capere capiat. Et quoad obedientiam post consilium paupertatis, subiunxit consilium obedientiæ, dicens, Sequere me, Sequimur enim Christum non solū

Ioan. 10. imitando opera, sed etiam obediendo mādatis ipsius. Vnde dicebat, Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me. Hæc autem simpliciter obseruata pertinent ad consilia simpliciter proposita, quæ quātum in se sunt, expedientia sunt omnibus. Sed ex indispositione aliquorum contingit, quod alicui nō sunt expedientia, quia s. eorum affectus non inclinatur ad illa. Sed obseruatio vniuscuiusque eorum in speciali casu pertinet ad consilium, secūdum quod s. in casu illo non tenetur obseruare Puta quando homo dat eleemosynas pauperi, quando non tenetur dare, & quādo aliquo determinato tempore aliquis abstineat a delectationibus carnis alias licitis, vt orationibus vacet. Et quando aliquis voluntatem suā non sequitur in aliquo facto, quod licet facere posset, puta si benefaciat inimicis suis quando non tenetur, R

vel si offensam remittat, cuius iuste posset exigere vindictam. Nam quæ Mat 5. scribuntur, & similiter de maxilla, & de non litigando in iudicio, si referantur ad præparationem animi, cum necessitas cogit, præcepta sunt. Sed vbi necessitas non occurrit, sunt consilia particularia, quæ ad tria reduci possunt. Licet enim meliora bona, de quibus datur consiliū, particulariter sint indeterminata, ea tamē quæ sunt simpliciter & absolute meliora bona in vniuersali, sunt determinata, ad quæ etiam omnia alia particularia reducuntur. Illa autem quę ponuntur Mat. 10. & Luc. 9 & 10. scilicet, Nolite portare aurum argentum, neque pecuniam in zonis vestris non peram

Luc. 22. in lib de cōsens. euā. in via neque duas tunicas & calceamenta, neque virgam, & neminem in via salutaueritis, & c. fuerant quædam præcepta disciplinę & pro tempore, reuocata autem cū dixit. Quando misi vos sine sacculo & pera, &c. Primò enim dicta mandata data sunt secundum diuum. Augustinum non vt præcepta, sed vt concessiones, ad ostendendum quod haberet potestatem accipiendi necessaria vitę. Secundum verò alios

sanctos

fanctos erant mandata pro tempore obseruanda. Indigebant enim discipuli, quasi paruuli sub cura Christi existentes, accipere aliqua specialia instituta a Christo, sicut alii subditi a suis prælatis, præcipue quia erant paulatim exercendi, vt temporalium solicitudinem abdicarent, per quod reddebantur idonei ad deferendum euangelium per vniuersum mundum. Illa tamen instituta imminente passione (vt dictum est) reuocauit, tanquam discipulis per ea sufficienter exercitatis, & aliis causis occurrentibus.

DE LEGE HVMANA.

CAP. XVII.

A 220 Lex Humana est dictamen prudentiale in principe qui habet curam communitatis, subditis promulgatum, congruens religioni, disciplinæ, & vtilitati humanę, regulans operationes humanas ad pacificũ, & virtuosum cõuictũ. Hæc definitio complectitur omnes conditiones legis. Per hoc quo dicitur dictamen prudẽtiale, habetur quod sit rationabilis, per hoc quod dicitur. A principe, habetur, quod stat ab habente authoritatem Et per hoc quod dicitur, Promulgatum, habetur efficacia obligandi, Et per hoc quod dicitur, Cõgruẽs religioni, habetur quod sit proportionata & conformis legi diuinæ, & quod sit honesta. Et per hoc quod dicitur Disciplinæ, habetur quod sit proportionata legi naturæ, & sic quod iusta, possibilis, secundum naturam & patriæ consuetudinem, loco, & tempori deseruiens. Et per hoc quod dicitur Vtilitati, habetur quod finis legis est bonum commune siue vtilitas publica, & per verba sequentia amplius declarantur conditiones materiales legis & finis eius. Lex humana dicitur ius scriptum, ad differentiam consuetudinis, quæ dicitur ius positiuum non scriptum. Et sic prima diuisio iuris humani est in ius scriptum, quod dicitur Lex, & in ius non scriptum, quod dicitur Consuetudo. *Legis humanæ definitio.* *Prima iuris humani diuisio.*

Ver. 1. *De Legis Humanę necessitate.*

CVM lex naturalis & diuina positiua nõ determinet in speciali oĩa, quæ requiruntur ad pacificũ conuictum, sed aliqua sint relicta arbitrio illorum qui curam alio cum habent, necesse fuit quod fierent leges humanæ. Licet.n. sint aliqui qui sint proni ad actus virtutum ex bona dispẽsatione naturæ vel ex cõsuetudine, præsertim diuino munere, quibus sufficere posset disciplina paterna, quæ est per monitiones. Veruntamen quia inueniũtur quidã proterui & proni ad vitia, qui verbis persuaderi nõ possunt, necessariũ fuit quod per vim & metũ cohiberentur a malo, vt saltẽ sic male facere desistẽtes, aliis quietã vitã relinquerẽt, & ipsi tandẽ per assuetudinẽ porducerẽtur ad hoc quod volũtariẽ facerent, quæ prius metu implebãt, & sic fierẽt virtuosi. Ideo necessariũ fuit ad pacẽ & hominum virtutẽ, quod leges ponerẽtur, quia (prout Philos. dicit) Sicut homo si sit perfectus virtute, est optimum animalium, sic si sit separatus à lege & iustitia, est pessimum omnium. Vnde Isidorus (& recitatur in c. factæ sunt 4 dist.) dicit, Factæ sunt leges, vt earum metu humana coerceretur audacia, tutaque esset inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio

B 210 refrenaretur nocendi facultas. Lex humana deriuatur a lege diuina naturali, quia (sicut D. Aug. dicit.) Non videtur esse lex, quæ iusta nõ fuerit. Vnde tãtũ habet de virtute legis, quantũ habet de iustitia, in rebus autẽ humanis dicitur aliquid iustũ ex eo quod est rectum secũdum regulam rationis. Rationis vero prima regula immediata, est lex naturæ, & legis naturæ, regula est lex æterna, ideo omnis lex humanitus, posita, in tantum habet de ratione legis, inquantum deriuatur a lege æterna, & naturæ per modum conclusionis a communibus principiis uel per modum determinationis, vt in legibus pœnalibus. Si verò in aliquo ab æterna vel lege naturali discordet, non erit lex, sed legis corruptio, vel lex iniqua. Vnde Esa. Væ qui condunt leges iniquas. Ad legem enim humanam pertinet cohibere uitia, licet non omnia, *1. Poli. & Ethim.* *In libr. de lib. arb.* *Esa. 10.*

Tt 2 quia

quia permittit aliqua mala, non quod approbet ea, sed ut euitentur maiora. Pertinet etiam ad eam imperare actus virtutum, sed non omnes, propter diuersitatem cōditionis & imperfectionis aliquorum subditorum.

Ver. 2. De obligatione legis Humanæ.

EX deriuationis legis, humanæ à lege naturali & æterna sequitur quod leges
1.2 q. 96. art. 4. humanæ iustæ ligant, & imponunt homini necessitatem in foro conscientiæ, secluso quocunque scandalo, & seclusa lege diuina positiua, sic quod contrauenienes peccat, cum pendeant ex lege naturæ quæ deriuatur a lege æterna. Vnde Salomon, *Lex humana ligat.* Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Et Apostolus, Omnis *Prou. 8.* anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a Deo. *Rom. 13.* Quæ autem a Deo sunt, ordinata sunt. Itaque quicunque resistit potestati, ordinationi dei resistit. Qui autem resistunt, damnationem sibi acquirunt. Deinde subiungit, Itaque necessitate subditi estote, non solum propter iram. & ēt propter conscientiam. Ideo Christus nascens ut exemplum daret, obediuit Cæsaris edicto & D. Petrus, Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi quasi præ- *Luc. 2.* cellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero *1. Petr. 2.* bonorum. Quia sic est uoluntas dei & paulo post dicit, Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Et Christus, super cathedram Moysi sederunt Scribę & Pharisei, omnia ergo quęcunque dixerint vobis, seruate & facite, &c. Iudæi tenebantur obire Moysi & eius successoribus *Matt. 23.* a fortiori Christiani ecclesię prælatis, cum fuerit eis a Christo data potestas. Sic *Matt. 18.* enim, Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Puplicanus Item, Qui vos *Luc. 10.* audit, me audit. Qui vos spernit, me spernit. & Apostolus præcepit custodire eo- *Act. 13.* rum pręcepta & mandata. Ratio huius obligationis esse pōt, quia non minus obligantur subditi principi vel prę lato iusta præcipienti, quam patri filius, quia quanto bonum politicum & commune præstat bono priuato, tanto præceptum principis præferendum est præcepto paterno, cęteris paribus, hoc est, si tantum sit periculum in republica, si non succurratur secundum mandatum principis, quantum in re domestica, sic nō succurratur secundum præceptum patris Sed filius sub pœna peccati tenetur obedire patri iusta præcipienti, etiam secluso scandalo. Vnde Apostolus *Ephe. 6.* Filii obedite parentibus in domino, hoc. n. iustum est & alibi inter peccatores nomi- *Rom. 1.* nat parētibus inobediētes & Moyses. Si quis maledixerit patri aut matri, morte mo- *Exod. 21.* riatur, ergo a fortiori ratione peccant filii Belial, qui suis superioribus siue ecclesiasticis siue temporalibus resistunt. ¶ Ex præmissis apparet quam turpiter errent hæretici, qui dicunt constitutiones humanas non obligare ad culpam mortalem, nisi propter scandalum Nec obstat quod hō non potest infligere pœnam æternam, quia præses debilis potest præcipere sub pœna mortis, quā personaliter infligere nō pōt Nec obstat pariter quod obiiciunt ex Christi dicto, Sine causa me colunt, docentes doctrinas, & mandata hominum, quia intelligebat de his quæ contrariabantur manda- *Matt. 15.* tis Dei, vel de his quę sunt irrationabilia. Vnde ibi reprehendit Pharisæos, qui propter traditiones suas transgrediebantur mandata Dei. Et quamuis (vt dicit Apost.) Iusto nō sit lex posita, coerciue, tamē bene præceptiue & obligatiue. Et eodem mo- *Galat. 5.* do intelligendum est quod alibi dicit, Si Spiritu ducimini, non estis sub lege. Nec libertas Christiana (de qua loquitur) liberat ab obedientia. Et cum Apostolus dicit in eodem, Nolite iterum iugo seruitutis cōtineri, intelligit de seruitute legis Moysi quia ibi est quęstio de circuncisione, vel etiā de iugo seruitutis peccati. ¶ Notandū tū quod ad hoc quod leges humanæ dicantur iustæ tria requiruntur, Primò quòd or- *Tria ad legem requisita.* dinentur ad bonum commune, tanquam ad finē. Secundo quòd non excedant potestatem ferentis. Tertiò, quòd secundū æqualitatem proportionis onera inferantur. Quatuor autem modis dicuntur iniustæ. Primo quando sunt contra finem legis vt si aliquis princeps imponat subditis leges onerosas, non pertinētes ad vtilitatem

commu-

communem sed magis ad propriam cupiditatem vel gloriam. Secundò, quando excedunt potestatem ferentis. Tertiò quum inæqualiter munera multitudini distribuũtur, etiam si ordinentur ad bonum commune. Et huiusmodi ordinationes sunt magis violentię quam leges, & tales non obligant in foro conscientiæ, nisi forte propter scandalum vel turbationem, propter quæ homo debet cedere iuri suo. Vnde Christus, Si quis te angariauerit mille passus, vade cum eo duo millia. Et D. Petrus, Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens iniuste. Quartò, propter contrarietatem ad bonum diuinum, sicut legem tyranorum inducentes ad idololatriam, vel ad quodcunque aliud scelus & tales leges nullo modo licet obseruare, etiam imminente scandalo, quia (vt D. Petrus dicit) Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. *Mat. 5.* *1. Pet. 2.*

¶Notandum præterea est quod non omnes leges humanę obligant ad mortale. *Act. 4.*
E Aliud, est enim in lege humana & aliud in lege diuina. Lex enim diuina, quum
220 sit supra rationem naturalem, ligat transgressores ad mortale. Lex autem humana cum sit secundum rationem naturalem quæ certos gradus in agendis inuenit, secundum quos diuersa præcepta ordinat, non semper obligat ad peccatum mortale. Et sic non omnes leges aut ordinationes humanæ sunt æqualiter obligatoriæ, nec punitiuæ, Viuemus enim aliquas leges sub maiori comminatione institui. Quam prohibitio principis temporalis est sub pœna mortis aut mutilationis membrorũ fustigationis, infamię, aut præscriptionis omnium bonorum, transgressores mortaliter peccant. Quia si aliquis vult aliquod præmissorum vel notabile damnum proximo, peccat, a fortiori si sibiipsi. Pariter quum Ecclesia vel prælatus præcipit vel prohibet aliquid sub pœna anathematis, suspensionis, vel interdicti trãsgressores peccãt mortaliter, quia talia præcepta vel prohibitiones non consueuerunt fieri nisi pro peccato mortali vel graui causa. Idem dicendum videtur, si sub pœna grauioris culpæ uel carceris in ordine Prædicatorum fieret præceptum. Tutius tamen dico esse standum iudicio expertorum in prædictis legibus, qui ex verbis & rationibus habent leges rimari & interpretari, ex illis enim trahi potest mens & intentio legislatoris, vt dictum est. Transgredientes tamen quascunque leges humanas iustas ex cõtemptu fore mali peccant mortaliter, vt dictum est. *c. 15. ver. 5. 6.* *c. 5. § 8.*

Ver. 3. De Lege Humana Circa Actus Interiores.

QVIA Homo videt quæ foris patent, Deus autem cor intuetur; solusque Dominus scrutatur corda, & probat renes, sequitur quòd solus Deus possit actus pure interiores præcipere, quum eius subiaceant cognitioni. Sequitur etiam quòd nullus legislator humanus potest directè actus interiores percipere vel prohibere cum non subiaceant eius cognitioni. Vnde regula iuris est, Cogitationis pœnam nemo meretur, scilicet apud homines, tamen bene apud Deum. Vnde Sap 1. Peruersæ cogitationes separant a Deo & in eodem, spiritus sanctus auferet se a cogitationis quæ sunt *1. Reg. 16.* *Hiere. 17*
F sine intellectu. Et Mat. 5. Si quis viderit mulierem, &c. & Mat. 15. Cogitationes ma- *c. 6. § 5.*
820 læ coinquinant animam. Quia Deus voluntatem reputat pro facto, vt dictum est. Ex quo sequitur quòd hæreticus pure interior non est exommunicatus. & licet sit priuatus officio & beneficio ab ipso Deo, vt dictum est, non tamen apud homines, donec innotescat & declaretur ideo per pœnitentiam recuperare potest. Sed quum actus exteriores pendeant ab interioribus, & prælati spirituales & principes temporales habeant authoritatem super actus exteriores, sequitur quòd indirectè & ex consequenti possunt præcipere actus interiores. Vnde quum prædicatio (quæ est actus exterior) fieri non possit absque interiori contemplatione, sequitur quòd prælatus ex consequenti præcipere potest contemplationem & actu interiorem, a quo actus exterior præceptus pendet. *Ver. 5. c. 10.*

§.1. *De humanæ legis diuisione.*

Legis humanæ diuiso. QVVM Lex humana pendeat a lege naturæ vel per modum conclusionis ex primis principiis, vel per modum determinationis, sequitur quod lex humana siue ius positiuum scriptum diuiditur in duo membra scilicet in ius gentium & in ius ciuile. Ius gentium dicitur, quod deriuatur a lege naturæ per modum conclusionis cōmunis & vniue: salis ad omnes gentes, vt iustæ emptiones & venditiones, & alia huiusmodi, quæ ex Isidoro recitantur in c. ius gentium 1. dist. de iure enim naturali est *Ius gētium quid.* quod homo (vt ait) sit animal sociale, ideo infertur quod debet generaliter seruare omnia ea sine, quibus homines pacifice conuiuere non possunt. Ius autem ciuile dicitur id quod deriuatur a iure naturali per modum determinationis, secundum quod quæl bet communitas sibi aliquid commmode determinat.

2. Poli 4 ¶ Alia diuisio legis humanæ sumitur ex fine, ad quem communitas ordinant, & secundum hoc lex humana diuidi, potest in duo membra, quia bonum commune quod est finis legis humanæ, est duplex, scilicet spirituale & temporale. Ita duplex est lex humana, quædam canonica quæ ordinatur ad bonum spirituale, & quædam politica siue ciuilis, quæ ordinatur ad bonum temporale.

Ver. 1. De lege canonica.

LEX Canonica est quæ ordinatur ad bonum spirituale, siue ad pacificum cōui- A
2. Thess. 2 ctum ecclesiasticum. Et sic traditiones apostolorum fuerunt leges canonicæ quę sūt 220
act. 15. obseruandæ. Vnde Apostolus tenete traditiones quas didicistis siue per epistolam, siue per sermonem. Et cum perambulabat Syriam & ciliciam, confirmans Ecclesiā præcipiebat custodire præcepta Apostolorum & seniorum, inter quæ præcepta & *In epist. ad Paulinum.* traditiones (vt D. Hie. refert) est ordinatio de ieiunio quadragesimali. Et idē quum pertransiret ciuitates, tradebat custod re dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus.

Apoc. 16 *Ioan. 21* ¶ Christus potestatem instituēdi leges dedit Petro. dicēs Pasce oues meas. Et *Mat. 18.* præcepit eis obedire dicens, Si Eccl non audierit, si tibi sicut Ethnicus & publicanus. Et *Psal. 44.* nō solū D. Pet. & aliis Apostolis sub eo, fuit data potestas disponendi & instituēdi le- *Mat. 23.* ges, sed etiam successoribus eorū sicut Dauid prædixerat, Pro Patribus tuis nati sūt *Papa et episcopi habent tātam D. Pet. et Apo.* tibi filii, constitues eos principes super omnem terram, alias Christus non reliquisset politiam Eccle. adeo bene ordinatam, sicut Synagogæ, in qua successores Moysi habebat talē & tantam potestatē, sicut Moyses prout ipse Christus testatur, Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisęi, Omnia, ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite, quia scilicet tantam & talem potestatem vos obligandi, quantam & qualem Moyses habuit ipsi habent, quum sint successores, & sedeant super cathedrā Moysi al oqui si nullam potestatem obligandi habuissent, nō dixisset eorum dicta esse sēruanda. In quibus verbis sufficienter declarauit successores Diui Petri & Apostolorum talem & tantam potestatem iurisdictionis habituros, quantā Diu. Petrus & reliqui Apostoli, licet nō talē ac tantā potestatē impetrationis & miraculorū. Et ideo sicut Apostoli aliqua congruentia pro tempore statuerunt, ita & nunc Papa qui succedit D. Petro, & est vicarius Christi & non Petri, & episcopi qui succedunt Apostolis, & curati qui succedunt discipulis, vt habetur in cap. in nouo testamento 21. distin. & possunt aliqua conuenientia ad pacificum conuictum Eccle- B siasticum ordinare. Et eorum ordinationes Christiani qui nunc sunt, tenentur obser- 220 uare sicut illi qui erant in tempor e Apostolorum, tenebantur seruare ordinatione & traditiones eorum. Huiusmodi autem præcepta sunt de aliquibus solennitatibus & cæremoniis exorcismorum, luminarium, indumentorū, benedictionum, & de aliquibus festiuitatibus celebrandis, & de conueniendo populo ad audiendam missā die dominico, de consecratione Ecclesiæ vel altaris de sacra communione, & tempore confessionis, de ieiuniis, & aliis similibus. Huiusmodi leges dicuntur canonicæ si, *Cano quid* ue regulares. ¶ Canon enim Græce regula Latine dicitur. Regula autem dicta est eo quòd recte ducit, nec aliquem aliorsum trahit. Aliqui dicunt regulam dicta eo quòd regat, vel normam recte viuendi præbeat, vel quod distortum prauumque est cor-

est corrigat, ut dicitur in c. regula, eadem distin. Vbi ponitur diuisio canonum in decreta pontificum, & statuta conciliorum, inter quæ, alia sunt uniuersalia, alia prouincialia. Et prouincialium alia patriarcharum, alia primatum, alia archiepiscoporum, alia episcoporum. Nos uero ut clarius procedamus, ad tria membra reducemus, quia ordo ecclesiasticæ hierarchiæ in tres gradus diuiditur, Ideo canones ecclesiastici sunt triplices. ¶ Quidam sunt episcopales siue synodales, qui ab episcopo cũ consilio capituli & cleri instituuntur. Et illi publicati obligant omnes de diœcesi, & non alios, quum potestas episcopi non se extendat extra suam diœcesim. ¶ Alii sunt canones prouinciales, qui ab Archiepiscopo vel Primatibus aut Patriarchis cum subditis episcopis aut archiepiscopis, aut primatibus instituuntur. Et tales canones ligant diœcesanos, qui sunt de prouincia, cui prædicti Archiepiscopi vel Primates aut Patriarchæ præsunt. ¶ Quidam verò canones sunt generales siue vniuersales, qui a summo pontifice vel generali concilio sunt editi. Et tales uocantur canones catholici siue uniuersales, & alio nomine vocantur dogmata, mandata, sanctiones, uel decreta, quæ obligant omnes. Vnde in c. si quis. 25. q. 2. ex generali Concilio sub Nicolao pontifice celebrato, dicitur, Si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones, vel decreta pro catholica fide uel ecclesiastica disciplina pro correctione imminentium vel futurorum malorum a sedis Apostolicæ præsule salubriter promulgata, contempserit, Anathema sit. ¶ Huiusmodi canones & decreta sunt in duplici differentia. Quædam sunt de dogmatibus siue decretis aut determinationibus speculatiuis & necessariis fidei & bonorũ motũ scilicet quid de fide catholica tenendum credendumve sit, aut quid de se bene uel male factum sit. Et tales canones sunt immutabiles, eo ꝙ vna est fides vniuersalis Ecclesiæ, cui ex Christi promissione spiritu sanctus (qui est omnino immutabilis, & est Deus non dissensionis, sed vnitatis & pacis) præest, imo etiam Christus, qui dixit, Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, in medio illorum sum. Et ideo nunquam decreta de fide vel boni moribus reuocantur. Quod intelligendũ est de decretis in Cõciliis ritè & recte congregatis, seruatis solennitatibus ad hoc requisitis. ¶ Quædam vero sunt decreta circa contingentia. Et quia talia variantur secundum varietatem temporum & dispositionem hominum, ideo mutari & reuocari possunt, sicut decretum factum ab Apostolis de suffocato & sanguine, quod nunc non seruatur, quum cessauerit ratio institutionis eius. Decretum vero de abstinentia fornicationis perseuerat, quia est de bonis moribus. Et quamuis in Conciliis generalibus, quoad omnes canones, iam circa necessaria, quã circa contingentia editos, dicatur, Visum est spiritui sancto & nobis, ex quibus uerbis apparet quod canones generalium Conciliorum magis pendent à spiritu sancto, quam concilio, Non tamen sequitur quod canones circa contingentia sint inuariabiles, & quod semper obligent, quia spiritus sanctus inspirat & monet congregatos suauiter, hoc est secundum naturã & conditionem ipsorum, quæ talis est quod contingenter occurrentibus morbis contingentia antidota solet præparare.

Canones synodales & prouinciales qui sint et quos ligent. Canones generales qui sint et quos ligent.

C 221

Canones de fide & bonis moribus sunt immutabiles Ioan. 14. & 16. Mat. 18.

Ver. 2. *De doctrinis et dogmatibus.*

D. 221 DOCTRINARVM Ecclesiasticarum triplex est differentia, Quædam. n. sunt reprobatæ tanquam falsæ & hæreticæ, de quibus in c. quidam autem hæretici. 24. q. 3. & in c. sancta Romana Ecclesia. 15. dist. & in c. Damnamus, extra de summa Trinitate, & fid. catho. & in c. vnico, eod. tit. lib 6. & in cle. 1. etiam eod. tit. & cle. ad nostrum, de hæred. in qua damnantur errores Begardorum, & in aliis locis & conciliis generalibus. Tales doctrinas publice uel priuatim asserere non licet, nec etiam legere aut tenere libros eas continentes, propter periculum, quod qui amat, peribit in illo. ¶ Quædam sunt doctrinæ Apocriphæ Apocriphum dicitur à uerbo apocripho, hoc est occulto, de quo. s. uerum iudicium haberi non põt. Dicitur tñ aliquis liber Apocriphus dupliciter, Primo quando author ignoratur, ueritas tñ eorũ quæ in eo scripta sũt, est manifesta, sicut est liber Sapiẽtiæ & Ecclesiastici, & alii quos numerat D. Hier. in prologo libri Regũ. Et tales recipit Ecclesia, non ad fidei

D. ant. Fl. in. 1. par. sũmæ, tit. 17. ca. uni. §. 18. Tria genera doctrinarum Eccle. 3.

Liber Apocriph. quid sit, et quid modis dicatur. approbationem, sed ad morum instructionem. Secundò dicitur liber Apocriphus, quia dubitatur de fide eorum, quæ in eo continentur, vt est liber de Infantia Saluatoris, & alii de quibus in d.c. Sancta Romana Ecclesia. Et tales non recipit Ecclesia, nec habent aliquam authoritatis dignitatem. Si tamen legantur, vel a quocunq; narrentur, an illis credendum vel non credendum sit, legentis vel audientis iudicio relinquitur. Legere ergo vel credere ea quæ non sunt contra, fidem in his libris, nõ est prohibitũ. In prædicatione tamen ea proponere seu anũciare non licet, quia cum dubia sint, diminuunt de fide & authoritate prædicationis. ¶ Quædam vero doctrinæ sunt ab Ecclesia approbatæ. Et huiusmodi sunt doctrinæ, quæ continentur in omnibus libris Bibliæ, qui omnes nouissime in concilio Tridentino tanquam catholici fuerunt approbati. Post huiusmodi doctrinas sunt determinationes sacrorum conciliorum generalium per sanctam sedem Apostolicam Romanam approbatorum, quibus ita firmiter & vniuersaliter credere oportet, vt nullomodo liceat de veritate ipsorum disputare, quum sint a Spiritu sancto dictatæ. Deinde opusculis San- E
ctorum & orthodoxorum patrum de quibus in dicto c. sancta Romana, & aliorum 221
qui in nullo a sanctæ Romanæ Ecclesiæ consortio deuiarunt, nec ab eius obedientia & prædicatione sciuncti sunt. Non tñ sunt tantæ authoritatis, aut dignitatis, vt sanctæ scripturæ vel generalia concilia, quia de dictis sanctorũ Patrũ licet dubitare & aliquando aliter sentire, nisi sint talia quæ determinata sint per Ecclesiam. vnde D. Aug. in epistola ad D. Hieronymum (& recitatur in c. Ego. 9 dist) air, Ego solis eis scripturis, & libris qui canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque referre, ut nullum eorum scribendo errasse audeam credere, aut si aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium veritati, nil aliud existimem, quam mendosum esse codicem, vel non esse assequutum interpretem, quod scriptum est, uel minimè intellexisse ambigam. Alios vero ita lego, quod quantalibet sanctitate, quantave doctrina polleant, non ideo verũ putẽ, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios authores aut canonicas scripturas uel probabiles rationes, quod a vero non abhorreant, persuadere potuerint. Et idem Aug. dicit, Noli meis literis quasi canonicis

Libr. 3. de Trinita. & recitatur in c. noli. dis. 9 scripturis deseruire, sed illis quæ non credebas, cum inueneris, incunctanter crede. In istis autem, quod certum non habebas, nisi certum intellexeris, noli firmum tenere. Constat enim quod ipsi sancti doctores in scripturis suis contraria senserunt. D. enim Hieron. dixit bigamum non esse censendum eum qui, ante baptismum habuit vnam vxorem, & post baptismũ aliam D. vero Aug. cõtrarium dixit. Præterea super reprehensione D. Petri vterque illorum diuersæ fuit opinionis. In his vero quæ pertinẽt ad fidem vel bonos mores, in nullo discordant sancti doctores. & si aliquando primo intuitu contraria sentire videntur, faciliter conciliari possunt.

¶ In causis definiendis & in solutione quæstionũ primo recurrendum est ad scripta noui vel veteris testamenti, secundò ad canones Apostolorum & Cõciliorum, tertiò ad decreta & decretales epistolas Romanorum pontificum, quarto ad dicta sanctorum patrum, quinto ad exempla Sanctorum. Si autem nec hoc modo veritas

Matt. 18. inuenitur congregandi sunt sapientes, & inuocandum diuinum auxiliũ, tunc enim quid agendũ sit dominus reuelabit, iuxta illud, Vbi fuerint duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi in medio illorum sum.

Ver. 3. *De Canonibus Apostolorum.*

CIRCA Canones Apostolorum sciendũ quod non legimus in scripturis post F
Concilium (de quo habetur Act. 15. in quo tres tantum canones editi fuerunt, sci- 222
licet de suffocato, sanguine, ac fornicatione) Apostolos fuisse congregatos. D. tamen Clemens dicit, quod cum Apostoli ad diuersas prouincias iuxta Domini præceptum discessuri essent, in vnum conuenerunt, & symbolum duodecim articulos continens ediderunt & secundum aliquos, quadraginta, & octo canones in principio primę partis Concil iorum generalium descriptos, sanxerunt. Et quia postmodũ hęretici & pseudo apostoli, quinquaginta canones scripserunt, intitulantes eos, Canones Apostolorum, ideo Isidorus (& recitatur in c. Canones. 16. dist.)

dixit

dixit ab Ecclesia non fuisse eos receptos, imo inter Apocripha deputatos, quanuis in eis aliqua vtilia inueniantur. Zepherinus tamen papa episco pis per Siciliam con ftitutis scribens(vt habetur in c.sexaginta, eadem dist)dicit, Sexaginta sententias Apostoli scripserunt cum plurimis aliis episcopis, quas seruandas esse censuerunt. Deinde Leo papa dicit quinquaginta canonum Apostolorum capitula orthodoxæ fidei esse adiungenda, vt habetur in c. Clementis, eadem dist. & in c. placuit, ex sexta synodo, eam dist. dicitur, Placuit huic sanctę synodo, vt omnino confirmata & rata sint canonum Apostolorum octogintaquinque capitula. Ibi etiam inseritur episto la Isidori in c. canonum, eadem dist. qui præfert prædictos canones cæteris Conciliis Dominus Cardinalis de Turre cremata, ibidem dicit octogintaquinque canonũ capitula fuisse Apostolorum, hoc est primorum Apostolicorum, siue summorum pontificum, qui omnes fuerunt martyres, a D. Petro vsque ad D. Syluestrum cui primo a Constantino imperatore permissum fuit congregare episcopos & celebra-

A re concilium vniuersale. Quoad numerum canonum dicit Gloss quod canones præ

822 allegati diuersimode loquuntur de capitulis, nam aliqui dicunt capitula, alii senten tias. Et quia plures sententiæ possunt in eodem capitulo contineri, ideo omnia possunt facile concordari.

Ver. 4. *De Scripturis Canonicis.*

SCRIPTVRAE dicũtur sacræ siue canonicæ quas ab ecclesia approbatas & custoditas accepimus, quę sic differunt ab aliis, quia nulla alia scriptura est quam oporteat sic haberi ut puram & incontaminatam absque vlla suspitione commixtæ falsitatis, de qua nullo modo liceat dubitare. Sed qui libri sint canonici & per ecclesiam approbati inquirendum est. In canonibus Apostolorũ can 84. cui titulus præ scribitur, qui libri sunt canonici sic habetur. Sunt omnibus vobis clericis simul & lacis venerandi ac sacri libri. Veteris quidem testamenti Moysis quinque, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu filii Naue vnus, Iudicum vnus, Ruth vnus, Regum quatuor, Derelictorum ex libro dierum duo, quos nos Paralipo menon nuncupamus. Esther vnus. De Machabeorum gestis libri tres, Iob vnus, psal terii vnus. Salomonis tres, Prouerb. Ecclesiastes, Canticum canticorum. Prophetarum duodecim. Vnus Esaiæ, vnus geremiæ Ezechielis vnus. Danielis unus. Inquiritur autem a vobis extrinsecus ut adolescentes vestri addiscant. Item sapientiam eruditi Sydrach. Nostra uero, hoc est noui testamẽti euangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis, Pauli epistolæ quatuordecim, Petri epistolæ duæ, Ioannis tres, Iacobi vna, Iudę vna, Clementis epistolæ duæ, & præceptiones, quæ vobis epi scopis per me Clementem in libris octo nuncupatę sunt, quas omnibus publicare non oportet ob quædam arcana, quæ in se continent, & actiones nostras Apostolo rum. In prędicto canone inter libros ueteris testamenti nulla fit mẽtio de libris Esdræ, Tobiæ, aut Iudith, nec de Ecclesiastico, & inseruntur tres libri de gestis Machabeorum De tertio nulla alibi fit mentio, nec de aliis duobus, nisi in cõcilio Carthaginensi tertio, c. 47. & in decreto tertię sessionis concilii Tridentini In quo etiã inter canonicos numerantur libri Sapien & Ecclesiastici. In concilio autem Laodi ceno celebrato sub Liberio papa, anno domini. 364. in can. 59 cui præscribitur titu

B lus, Quæ psallere uel legare oporteat in ecclesia. dicitur, Non oportet ab idiotis

822 psalmos compositos & uulgares dici, neq; libros, qui sunt extra canonem legere. Deinde enumerantur ibi libri canonici, tam ueteris quam noui testamenti, omnes qui numerati sunt in illo prædicto canone apostolorum, dẽptis tribus de gestis Machabæorum. Vltra tamen alios enumerantur duo libri Esdræ, & nulla fit mentio de Tobia, Iudith, nec de sapientia Sydrach. Inter libros noui testamenti numeratur liber Actuum Apostolorum, & nulla fit mentio de Apocalypsis D Ioannis In concilio uero carthaginensi tertio, in quo interfuit & subscripsit D Augu can. 47. enumerantur omnes libri qui in concilio Laodiceno. Et ultra illos enumerantur Tobias, Iudith, & duo Machabæorum. Et inter libros noui testamenti enumeratur Apocalypsis. D. Ioannis. Verum in decreto tertiæ sessionis cõcilii Tridentini, enumerantur

Sa-

Sapien.et Ecclesiasticus,cæteriq; omnes libri qui in bibliis hodie scribuntur,ac etiã eo ordine quo ponuntur. & libris prædictis sic enumeratis, in prædicto decreto subiungitur. Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in ecclesia catholica legi consueuerunt,& in veteri,vulgata latina editione, non susceperit,& traditiones prædictas sciens & prudens cõtempserit,anathema sit. Ex prædictis apparet quod licet Hebræi in canone eorum non recipiant libros Tobiæ, Iudith,Sapien. Ecclesiastici & Machabeorum, Ecclesia tamen canonica, quę canone Iudæorum non regitur,sed spiritu sancto, eos recipit. Multa enim reiiciunt Iudæi, quæ ecclesia recipit, prout libros prædictos, & vt D.Hierony. in præfatione super Danielem ait,In Hebræorum volumine,non habetur trium puerorum hymnus,nec Susannæ historia,nec Belis Draconisq; fabula, quę tamen omnia recepta sunt ab ecclesia, Recipiunt etiam Hebræi multa quę Ecclesia reiicit,ut traditiones seniorum & quindecim signa iudicium pręcedentia. Nec obstat quod D.Hieron. in prologo galeato dicit. Quod sapientia quæ Salamoni inscribitur, & Iesu filii Syrach liber, C & Iudith,& Tobias non sunt de canone, vnde dicit eos apochriphos. Quia in illo 221 prologo in tertia persona loquens,recitat Hebræorum sententias, & nomina librorũ secundum eorum consuetudinem.& opinionem,& non loquitur persona sua, nec secundũ suam.& ecclesiæ sententiam. Nec intellexit ibi de libris apocriphis primo modo, siue de illis in quibus continentur ea de quorum fide dubitatur. Sed de apocriphis de quorum aut.hore solum dubitatur,& nullo modo dubitatur de fide illorũ quę in ipsis continentur Cum plures alii libri canonici sint, de quorum autho ribus incertũ est,vt liber Iob,Hester,& quatuor libri Regum,liberq; Psalmorum,& alii de quibus docte,& diffuse magister Ioannes Driedo in primo libro de scripturis, & dogmatibus Ecclesiasticis. 2. & .5. capitibus scribit. Nec obstat pariter quod in aliquibus Conciliis non fuerunt declarati aliqui libri canonici,qui tamen in sequentibus fuerunt declarati Et quod tertius Machabæorum qui in prædicto,84 cano. Apostolorum receptus est,in sequentibus Conciliis omittatur, quia scripturæ sacræ non omnes simul,sed paulatim fuerunt declaratæ, & per sanctus patres sibi inuicem succedentes receptæ. Spiritus enim sanctus non omnia simul reuelauit,sicut nec Christus,quia non erat necessarium,nec portare potuissent. Sed paulatim secundũ exigentiam temporum & capacitatem siue dispositionem hominum.Tres libri de Machabæorum gestis non fuerunt numerati in Concilio Laodicen. nec etiam reprobati.Non enim est necesse ea,quæ in vno Concilio approbantur,in omnibus sequẽtibus Conciliis repeti.Quo vero de solis duobus Machabæorum libris in tertio cõcilio Carthaginensi & in concilio Tridentino fiat mentio, hoc ideo fuit,quia secũdum aliquos tertius est epitome, id est compendium seu breuiarium duorũ.& ideo approbatis duobus, non erat necesse tertium, qui nihil aliud ab illis duobus continebat,approbari. ¶Notandum pręterea quod multi sunt libri canonici per sacram scripturam approbati,quos in manibus non habemus,quibus si eos haberemus,tantam fidem ad hiberemus sicut illis quos habemus. Legimus enim sub Moyse librũ quẽdam bellorum domini.Ipse enim Moyses testatur Num.21.vbi sic scribitur.vnde dicitur in libro bellorum domini.Sicut fecint in mari rubro,sic faciet in torrentibus arnon,& Iosue.10. de bello facto in Gebeon contra quinque reges. Nonne hoc scriptum est in libro iustorũ.&.2.Reg.1.dicitur,præcepit Dauid,ut docerẽt filios Iuda arcum,(hoc est vsum arcus)sicut scriptũ est in libro iustorũ Item.2.Paralip.vltimo,commemoratur liber Samuelis pro phetæ, & liber Nathan etiam prophetæ & volumen Gad uidentis.Et.2.Parali.9.memorantur scripturę Nathan et liber Aie Silonitis,& visio Ado videntis,dicitur enim ibi reliqua, inquit,operum Salomonis primorum & nouissimorum.Nonne scripta sunt in uerbis Nathan prophetæ,& in libro Aie silonitis in visione quoque Ado videntis?Item. 2. Parlip.2.Reliqua gestorum Iosaphat primorum, & nouissimorum scripta sunt in uerbis Iehu. Item.2. Paral 33. memorantur sermones regum Israel & sermones Osai. Item in.2.Machab,fit mentio de quinque libris Iasonis Et Iudas in sua canonica videtur D 222
attestari

attestari Enoch ante Moysen quædam scripsisse, ait enim, Prophetauit autem de his septimus ab Adã Enoch, dicens, Ecce venit dominus, &c. Verisimile enim est Iudam vidisse prophetiam Enoch scriptam, alias frustra assumpsisset in probationẽ dictorũ suorũ erga eos ad quos scribebat. Sed prædicti libri nunc non inueniuntur, igitur aliqui libri sunt canonici qui nunc non inueniuntur. Aliqui conantur defendere illos, quos non habemus, contentos esse inter eos quos habemus. Verum si bene considerentur sententiæ, quæ ad illos remittuntur, necesse est dicere nonnullos libros canonicos deesse ad horum autem pleniorem intelligentiam notandum quod ratio, qua constat veras prophetarum, & euangelistarum scripturas apud nos esse

E (cum non habeamus eorum originales codices) est ex ipsius ecclesiæ testimonio.

222 Vnde D. Augustin. ait, Euangelium apud nos esse docet ecclesia non hominum eorum solum qui nunc sunt Christiani, sed ecclesia illa quæ Matthæi temporibus ad hoc vsque tẽpus certa successionum serie declaratur. Etiam si haberemus apud nos verorum Euangelistarum codices, descriptos, suis ipsorum manibus, illos non alio argumento cognosceremus tales esse quam ex ecclesiarum sibiinuicem succedentium testimonio. Quod sane testimonium est spiritu sancti loquentis in Dei ecclesiis, & prophetis. Canonem ergo scripturarum nouæ legis cognoscimus ex ipsius ecclesiæ testimonio. Quemadmodum, & canonem scripturarum veteris testamenti ex traditione habemus Hebreorum, quæ seruatur, inquit Aug. in templo Hebræi populi succedentiũ diligentia sacerdotũ. Vnde Deute 31, sic legimus postquã scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atque compleuit, præcepit Leuitis qui portabant arcam fœderis domini, dicens, Tollite librũ istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini dei vestri. Sic & Iosue post Moysen omnia verba quæ loquutus est ad ipsum dominus, scripsit in volumine legis Domini. Sic, & cæteri secundũ successionis seriem prophetici viri diuino spiritu scripserunt volumina, quæ diligentia sacerdotum intera, illæsa, & incontaminata custodiebantur vna cum libris Moysi in latere ipsius arcæ se positis. Arca autem ipsa custodiebantur in secundo tabernaculo, quod sancta Sanctorum dicebatur, in qua recondita erat, & aurea vrna habens manna, & virgam Aaron quæ fronduerat, & tabulas testamenti quemadmodũ dicit Apostolis. At vero dum procedente tempore a Chaldæis Iudæa subuertitur, omniaq; templi vasa diripiunt, templum incenditur, simul fertur, & volumen legis Moysi, & alios codices in arca Dei Custoditos hostili igne consumptos. Et postmodum eodem spiritu quo fuerant scripti pro maiori parte restituti ab Esdra sacerdote, qui sola, vt inquiunt memoria, legem reparauit deperditam. Sed hoc vtrum sic sit, an non sic, ex scripturis sacris videtur incertum. Quemadmodum enim potuerunt plura esse Esaiæ super eisdẽ rebus volumina scripta, & ita, & lex ipsa in quibusdam libris potuit forsitã integra conseruari consumptis originalibus (quę erant in templo) voluminibus. Proinde, & D. Hieron. ambiguis verbis super hac re loqui videtur, dicens, Siue Moysen, inquit, dicere volueris authorem Pentateuchi, siue Esdram eiusdem instauratorem operis, non recuso, Verum Irenæus, Tertullianus, & plerique antiquorum arbitrantur omne instrumentum Iudaicæ literaturæ in Baby-

F lonica expugnatione deletum, & per Esdram pro maiori parte restitutum. Sed

222 qualitercunque hoc sic factum, nihil refert, In hoc vnum consentiunt omnes, etiam ipse Hieronymus quod Esdras spirito Dei plenus post captam Hierosolymam, & instaurationem templi scripturas sacras dispersas, vixq; Babylonico igne superstites, eodem spiritu quo ante scriptæ fuerant, restituit. Vnde, & quod in calce Deuteronomii dicitur de morte & sepultura Moysi, & quod sepulchrum eius nemo nouerit vsq; in diem illum, & quod filii Israel fleuerũt eum triginta diebus, & reliqua in calcem vsq; libri, ipse Esdras adiecisse creditur. Neque enim verisimile est Moysen scripsisse eam historiæ partem quæ post mortem illius acciderat. Iusta ergo ratione Esdras scriba, instaurator dicitur veteris instrumẽti, saltẽ pro maiori parte. Quod Christus, Apostoli approbarunt tanquã diuinum, & Dei spiritu æditũ, citantes in corroborationem suæ doctrinæ euangelicæ ex eiusdem instrumentis voluminibus sententias, tanquam

Li. 8. contra Faust. c. 4.

Iosue vlt.

Heb. 9.

Aduersus Heluidiũ.

est, quod a papa vel eius delegato cũ episcopis celebratur, & vbicunq; de Concilio vniuersalibus agitur, conciiia vniuersalia vocantur concilia episcoporum, vt habetur in multis c. 15. dist. & D. Aug. (vt recitatur in c. omnia 12. dist.) dicit, Quia cũ vniuersa Ecclesia vocari non possit, maiores vocandi sunt, in quibus minores dicuntur contineri, vt notatur in rubro & nigro, sexta de his quæ fiunt a maiori parte capituli. Sed episcopi sunt maiores prælati in republica Christiana, Ideo episcopi rite per summum pontificẽ congregati, vniuersalem Ecclesiam repræsentant. vnde patres & columnę ecclesiæ Dei ac principes & Apostolorum successores vocantur, ut Anacletus ait, & recitatur in c accusatio. 2 q 7. iuxta illud Psal. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, propterea constitues eos principes super omnem terrã. Vbi glos. D. Hiero. exponit de episcopis dicens, Fuerunt in Ecclesia Apostoli patres tui, nũc autem quia recesserunt a mundo, habebis pro eis episcopos, qui a te creati sunt. Soli enim episcopi in sua promotione iurant venire ad concilium uniuersale, ut habetur in c. ego, extra de iureiurando & eis uenire negligentibus pœna infligitur, ut in ca. placuit. 18. dist. Inferiores autem & non episcopi non iurant, neq; si uenire negligant puniuntur. unde patet quod non sunt de corpore vniuersalis Concilii. Si n.

Maiores prælati qui dicuntur.

C omnes, inferiores prælati, puta abbates, archidiaconi, decani, archipresbyteri, prio-
313 res, & rectores siue curati, essent de corpore vniuersalis Concilii, & de necessitate uocandi, & haberent sententias definitiuas in illo, nullus locus eos capere posset, ne quæ in ipso Concilio esset ordo, sed potius confusio. Præterea si inferiores prælati vocandi essent, tanquã de corpore Concilii, ad eos deuolueretur authoritas ecclesiæ, ubi disconuenirent ab episcopis, si cum maiori parte concludendum esset. Hoc aũt absurdissimũ & (quod dicitur prouerbialiter) currus bouem traheret. Et licet in aliquibus Conciliis vniuersalibus legatur fuisse simplices sacerdotes, abbates, monachos, & uniuersitatum doctores, & magistros, ac etiam laicos, imperatores, & reges, ad uoces consultorias uel inquisitiuas siue disputatiuas admissos, uel ut testes, aut ad directionem, protectionem, uel executionem decretorum Concilii, nunquam tñ fuerunt admissi ad sentẽtias definitiuas. Forma enim subscriptionis episcoporũ talis est, Flauius episcopus Constantien. iudicans subscripsi. In subscriptionibus uero aliorum non ponitur (iudicans) sed eorum subscriptio est simplex sicut & imperatorum ac regũ, qui per subscriptionem definita, iudicata, ac decreta in Conciliis se suscipere, & executioni demãdaturos protestantur. Et eodem modo respondendũ est ad illud Act. 15. vbi dicitur, quod in synodo super cessatione legalium congregata, conuenerunt Apostoli & seniores, scilicet presbyteri & discipuli, non tamen ad determinationem siue ad sententiam definitiuã. Vnde licet conquisitio magna fieret, postquã tamen D. Petrus loquutus est, tacuit multitudo. ¶ Nec curati siue inferiores prælati habent proprie & principaliter in cura sua regimen animarum sicut episcopi, licet habeant sub episcopis aliquas administrationes. Vnde super illud. 1. Co. 12. Alii opitulationes, alii gubernationes, dicit Glos. Opitulationes habent, qui maioribus ferunt opẽ, ut Titus Paulo, & archidiaconi episcopis. Gubernationes Minorum personarũ habent presbyteri, qui plebi doctrinã administrant. Nec etiã ideo principaliter episcopi vocantur, quod in fide Christianæ religionis maiori præstẽt eruditione, licet præstare deberent, iuxta c. qui Ecclesiast 36 dist. Sed hoc debetur eis non rõne doctrinæ aut virtutis, sed iure dignitatis eorum, eo quod sunt constituti p incipes ecclesię, ut dictum est, quia secundum theologos, habent angelos custodes superiores, qui dirigunt eos, etiam si non sint adeo eruditi sicut inferiores, qui

Curati nõ habẽt proprie regimen.

Cardinales non episcopi sunt de corpore concilii uniuersalis

D non patiuntur illos errare. ¶ Non est tamen negandum quin papa, qui plenitudinẽ
323 potestatis habet, possit vocare aliquam notabiles personas inferioris status & gradus, & eis dare vocem definitiam cum episcopis, ut dicit idem de Tur. cremata, 3. lib. summæ de Ecclesia, c. 14. Et quamuis omnes cardinales non sint episcopi, quia tamen faciunt vnum corpus cum Romano pontifice, ideo sunt in culmine dignitatis & perfectiori statu, ut infra dicetur. Ideo vocandi sunt, & uoces definitiuas habere. Nec obstat illa regula iuris, Quod omnes tangit, ab omnibus debe[...] quia

quia non debet intelligi de approbatione authoritatiua, nisi vbi aliquorum iura tan gerentur, quod non est in proposito, licet etiam possit dici quòd ab omnibus censetur approbatum, quod a potioribus & maioribus communitatis approbatur. Resolutio ergo est, quòd soli maiores prælati, & his quibus propter eminentiam scientiæ vel sanctitatis, summus pontifex qui habet plenitudinem potestatis, concedere voluerit, habent definitiuas sententias siue voces, si tamen sint fideles, quia episcopi hæretici non sunt admittendi & hoc fuit obseruatum in concilio Tridentino. Ad cõsultiuas autem siue inquisitiuas aut disputatiuas alii possunt admitti, nõ tamen omnes qui petunt, sed hoc relinquitur arbitrio præsidentis.

Vit. 7. *De Prælatorum Maiorum uocatione ad Concilium uniuersale.*

CONCILIVM dupliciter dicitur vniuersale, Vno mõ ab vniuerso, sicut Prouinciale a prouincia, & sic ab vniuersitate orbis. & ad tale Cõciliũ vniuersale oportet omnes episcopos totius orbis vocari, quamuis non sit necesse omnes comparere. Præsentes enim repræsentant omnes, qui uocati sunt, & omnium illorum authoritatem siue consensum habere iudicantur. In nullo enim concilio omnes episcopi totius orbis comparuisse legũtur. Neque in quatuor primis post Constantinum, in quorum aliquo plures quàm in aliis comparuerunt. Et tamen vnum non dicitur magis vniuersale quam aliud. Peccant tamen vocati, absque rationabili causa se absentantes. Alio modo dicitur concilium vniuersale, non vniuersalitate orbis, sed vniuersitate authoritatis, vt concilium quod papa per se vel per legatum suum celebrat cum aliquibus prælatis, circa ea quæ vniuersalem Ecclesiam respiciunt. Et ad tale concilium vniuersale non est opus omnes episcopos orbis vocari, imo quandoque non est possibile, sed sufficit vocare aliquos de aliquibus prouinciis, & eos qui pro qualitate negotiorum & temporum opportunitate videbuntur Romano pontifici vocãdi, vt in c. Guillisfarius. 33. q. 4. vbi papa dicit, Cum episcopis quos congregare potui. Hoc autem probatur esse licitum exemplo & practica conciliorum celebratorum tempore primitiuæ Ecclesiæ D. enim Petrus legitur plura concilia vniuersalia cum aliquibus Apostolis (non vocatis aliis per Iudæam dispersis) celebrasse, præcipue super cessatione Legalium processit cum Apostolis, & senioribus, qui Hierosolymis erant, & non legitur alios fuisse vocatos, sed solus Petrus cum Iacobo, Paulo, Barnaba, & aliis senioribus concluserunt. Præterea nouẽ concilia vniuersalia prædicta ante tempus constantini celebrata sunt absque uocatione omnium episcoporum orbis. D Tho. dicit, quòd ad explanationem fidei facienda non est necessarium papam vniuersale concilium congregare, quum quandoque id impediant bellorum dissidia. Et cum conciliorum authoritas a papa pendeat, sequitur quòd canones vniuersalium conciliorum uniuersalitate orbis non magis ligant quàm canones conciliorum uniuersalium vniuersalitate authoritatis. Licet.n omnes episcopi habiles & intra unitatem Ecclesiæ constituti, si quomodo fieri posset, ad uniuersale concilium essent inuitãdi, & si non inuitati comparerent, essent admittendi. Non tamen necessario omnes uocandi sunt. Et ideo illi quia papa uocati sunt, cum intentione & authoritate eius aliquid disponunt in uniuersali Ecclesia, quum pauci sint respectu aliorum, repræsentant tamen uniuersalem Ecclesiam. Quemadmodum concilium populi in ciuitate repræsentat totum populum, ut notat Glo. super Rubrica, quæ sit longa cõsuetudo. Episcopus enim est in ecclesia, & ecclesia in episcopo, ut ait D. Cyp. & recitatur c. scire debet. 7. q. 1. Papa etiam singulariter dicit figurare ecclesiam, ut D. August. dicit, iuxta c. quodcunq;. 24. q. 1. Ideo ea quæ cum aliquibus prælatis secundum temporum dispositionẽ ordinat, totius ecclesię authoritate dicitur ordinare. ¶ Nec per hoc sequitur quòd ad uotum papæ & paucorum sibi fauorabiliũ, status totius fidei & uniuersitatis ecclesiæ deuolueretur. Et sic fides periculose committeretur arbitrio unius hominis, aut paucorum fauorabilium. Quia ubi papa concurrit non solum cum dominorum cardinalium collegio, sed etiam cũ multitudine prælatorum synodaliter congregata, seruatis aliis solennitatibus in conciliis genera-

Concilium dupliciter dicitur uniuersale.

Act. 15.

De potent. q. 10. ar. 4 ad 13.

B 225

F 225

neralibus solitis obseruari, non est uerum quod fides,& status totius ecclesiæ vnius Mat. 18.
hominis arbitrio committatur,quum Christus dixerit,vbi duos vel tres congregati
fuerint in nomine meo, in medio illorum sum.Ideo non permittet Deus ipsum papam determinare cõtra fidem vel bonos mores, sicut nec permisit Anastasium secũdum,qui dum uelle occulte hæresim Acatii introducere,nutu diuino percussus est. Et dum ad ventris exonerationem laboraret,intestina emisit,vt dicit Glo:super verbo nutu diuino,in c.Anastasius, 19.dist.

¶ Nec sequitur etiam quod frustra fiãt Concilia vniuersalia plena, quia illa non conuocantur,vt in eis sit plenior authoritas aut clauium potestas, quam in Cõcilio vniuersalibus vniuersalitate authoritatis,sed celebrantur plena concilia ad solenniorem,& abundantiorem reprobationem hæresum, & hæreticorum, ac rebellum,& inimicorum ecclesiæ terrorem, & faciliorem illorũ exterminationem. Nec possunt conqueri non vocati de contemptu,cũm non teneatur papa omnes necessario vocare,vt dictum est,Et quia de ptãte congregandi concilium vniuersale, & de concilii, c. 10. §. 1.
A vniuersalis authoritate,& indeuiabilitate,& decretorum in illo editorum obseruan ucr.3.et c.
224 tia,dominos cardinalis de Turrecre.abũde scripsit in locis præallegatis, lectorẽ ad eũ 15. §. 2.
remitto. Hæc pro institutione sufficiant ad status ecclesiasticos transeamus.

Ver.8. *De statibus ecclesiasticis.*

STATUS in moralibus est quædã dispositio,per quam homo disponitur secũdu modum suæ naturæ,cũ quadã immobilitate,& quiete. Vnde ea quæ de facili variantur,nõ constituunt hominum statum,puta quod aliquis sit diues,uel pauper, in dignitate constitutus, vel plebeius,vel aliquid aliud huiusmodi. Ideo de iure ciuili illi qui a senatu amouẽtur magis dignitas quam status aufertur. Sed solum illud videtur ad statum hominis pertinere,quod respicit obligationem personæ prout aliquis est suis iuris vel alterius,& non ex aliqua causa leui,& de facili mobili,sed ex aliquo permanẽte,quod respicit obligationem personæ, & hoc est quod pertinet ad rationem libertatis vel seruitutis. Et ideo status proprie pertinet ad libertatem vel seruitutem,tam in spiritualibus quam temporalibus. In spiritualibus autẽ inuenitur duplex seruitus et duplex libertas s. seruitus pc̃ti & seruitus iustitiæ,& libertas a pc̃tõ, & libertas a iustitia ut habetur Roman. 6. Verum quia homo secundum naturalẽ rationem inclinatur ad iustitiam, & peccatum est contra inclinationem naturalem, consequens est quod libertas a peccato sit vera libertas, quæ coniungitur virtuti iustitiæ,quę est vera,& bona seruitus,& per vtrãq; tẽdit homo in aliquid,quod est conueniens sibi. Sequitur etiam quod libertas a peccato, & seruitus iustitiæ constituunt hominem in bono statu,Libertas vero a iustitia,& seruitus peccati constituunt hominem in malo statu.iuxta illud Apost. An nescitis quod cui exibuistis vos Rom. 6.
seruos ad obediendũ,serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortẽ, siue obeditionis ad iustitiam?Et quum in omni principio humano sit inuenire medium,et terminum,consequens est,quod status spiritualis seruitutis & libertatis secundũ tria distinguantur.s. quoad principium,quod pertinet ad statum incipientium, & secundũ medium quod pertinet ad statum proficiendum, & secundum terminum ad quem, quod pertinet ad statum perfectorum. Vnde D.Greg.dicit, quod tres sunt modi cõ
B uersorum.s.inchoatio,medietas,& perfectio,& super Ezec.dicit,quod alia sunt uir- In Mora.
224 tutis exordia,aliud perfectius aliud perfectio.

Ver.9. *De his quæ pertinent ad statum perfectionis.*

CUM vnumquodque dicatur esse perfectum, inquantum attingit proprium finem, qui est vltima rei perfectio, & charitas sit quæ vnit nos Deo,qui est vltimus 2.2.q.184
finis humanæ mentis,quia qui manet in charitate,in deo manet,sequitur, quod se- arti. 1.
cundum charitatem attenditur simpliciter perfectio Christianæ vitæ. Vnde Apost. 1.Ioã.4.
Super omnia charitatem habere, quæ est uinculum perfectionis, quia, scilicet Colos.3.
omnes alias uirtutes quodam modo, ligat in unitatem perfectam, Et quum [illegible]
diuina non inducat hominem ad impossibile,sed ad perfectionem.(Vnde Christus,
Estote perfecti sicut pater uester cœlestis perfectus est) sequitur, quod aliquis põt Mat. 5.
esse

res obligentur ex parte curæ quam suscipiunt, non tamen, hoc habent ex vinculo voti perpetui, quia possunt curam deserere sine licentia episcopi, religionem profitẽdo, vt habetur in c. duæ sunt, 19 q. 2. ac etiam cum licentia episcopi, quod quidẽ nõ liceret, si in statu perfectionis essent. Nemo enim mittens manum ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno dei. Epicopi autẽ qui sunt in statu perfectionis, sina authoritate speciali summi pontificis, non possunt episcopalem curam deserere, nec ad minorem statum (scilicet religionis) transire, quamuis religiosi possint ad statum episcopalem, qui est perfectior, assumi. Ex his infertur quod quamuis aliqui inferiores prælati sint perfectiores religiosis, non tamen sunt in statu perfectiori, quum nõ sint in statu, ut hic intelligimus.

Ver. 11. *De statu Dominorum Cardinalium.*

E CARDINALES Nominamus eos, qui principaliter assistunt summo põ *Do. tad. de Tu. cre. 3. l. summæ de Eccle. c. 8.*
224 tifici in regimine & administratione vniuersalis ecclesiæ, cooperando & labores cũ illo sustinendo, & ipsi cõsulẽdo. Licet nomẽ Cardinalatus tempore Christi & Apostolorum non fuerit in vsu, sicut nec hoc nomẽ (Papa) sed longo tempore statu eos. Quidam dicũt quod fuit illis hoc nomẽ impositum a Pontiano papa, qui (vt historiæ referunt) fuit anno Domini. 221. Alii vero dicunt quod tempore Marcelli vel Syluestri hoc nomen (Cardinalis) cœpit esse in vsu, propter proprietatem officii a Christo instituti. Quod nomen & officium fuit ab Anna matre Samuelis pronũciatum, cum dixit, Domini sunt cardines terrę, & posuit super eos orbem. In quibus verbis declarat tria, Primò eorum institutionẽ, quia Domini sunt, hoc est a Domino constituti. Secundò describit eorum dignitatem, dum dicit, Cardines terræ, eo quod deseruiunt Romanæ ecclesię, quæ est caput & cardo omnium Ecclesiarum, vt dicit Anacletus, & recitatur in c. sacrosancta. 22. dist. Vel ideo quod sicut ostium in cardine vertitur, & per eam regitur, ita dominorum cardinalium consilio & assensu summus pontifex regit Ecclesiam vniuersalem. Et sicut cardo inhæret firmiter ostio sic cardinales Christo, qui est ostium. Tertio describit vniuersitatẽ authoritatis eorum, dum ait, Et posuit super eos orbem. Alii enim prælati assumpti sunt in partem solicitudinis, vt habetur in c. decreto. 2. q. 6. isti vero in adiutorium gubernationis totius orbis, & in plenitudinem potestatis. *Prou. 28 Ioan. 10.*

¶ Status & officium dominorum cardinalium figuratum fuit in antiquo testamẽto per seniores quos Moyses, dux populi Dei elegisse legitur in adiutorium regiminis populi Israel, & in sacerdotibus Leuitici generis, de quibus habetur Deut 17. Si difficile & ambiguum iudicium apud te esse prospexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicium videris intra portas tuas verba variari, Surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus & infra. Et facies quęcunque dixerint tibi, qui pręsunt loco quem elegerit Dñs, sequerisque eorum sententiam. Quem textum Inno. 3. (scribens nobili viro. G. montis
F Pessulani, vt habetur in c. per venerabilem, extra qui filii sunt legitimi) sic exponit.
224 Sanè quum Deut. lex secunda interpretetur, ex ui uocabuli comprobatur, vt quod ibi decernitur, in nouo testamento debeat obseruari. Locus. n. quem elegit dñs, Apostolica sedes esse cognoscitur. Cum enim Petrus fugiens vrbem, exiuisset, uolens eũ dominus ad locum quem elegerat reuocare, interrogatus ab eo, Dñe quo vadis? Respondit, Venio Romam iterum crucifigi. quod intelligens pro se dictum, ad locum ipsum protinus est reuersus Sunt autem sacerdotes Leuitici generis fratres nostri, qui nobis iure Leuit. in executione sacerdotalis officii coadiutores existunt. Postmodum idem status & officium fuit a Christo (licet non sub nomine Cardinalatus) institutũ, & fundatur eius institutio super illud Luc. 6. elegit duodecim (scilicet ad sustinendum secum) quos Apostolos nominauit. Isti ergo principaliter astiterunt Christo, & sustinuerunt cũ eo Vnde ait illis, Vos estis qui permansistis mecũ in tẽtationibus meis. vnde & Tho. dicebat, Ioan 11. Eamus & nos, & moriamur cũ illo. & Christus, Et ego dispono vobis sicut, & c. sequitur, & sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel, hoc est uniuersitatem fidelium. *Status Cardinaliũ a Christo institutus.*

Vv ¶ Ex præ-

Cardinalatus praecessit sacerdotium. ¶Ex praemissis apparet quod status cardinalium institutus est ante sacerdotium, quia sacerdotium non fuit institutum vsque ad vltimam coenam, sed status cardinalium longo tēpore ante coenam, quum fuerit institutus in electione duodecim, quos Apostolos nominauit. Fuit etiam status cardinalium institutus ante statum pastoralē, qui fuit institutus post resurrectionem, quū dixit Petro, Pasce oues meas *Ioan. 21.* Et quāuis pôtestas clauiū p̄omissa fuerit ante Christi passionē non fuit tamē data sed solū *Mat. 16. et 18.* promissa, & supposita authoritate Ecclesiae, quae data fuit Petro post resurrectionē & sub eius potestate ac iurisdictione & limitatione aliis Apostolis, quum dixit, Eūtes in mūdum vniuersum, &c. *Mat. ult.* Post diuisionē enim Apostolorum D. Petro dirigēte & mittente eos ad diuersas, prouincias, prędicta uerba Christi promissoria, quae reci tantur Mat. 18. habuerunt effectum. Et historiis autem aperte colligitur quod post dispersionem Apostol. D. Pet. habeat aliquos coadiutores lateri suo assistentes in iudicio maiorum causarum, & regimine vniuersalis Ecclesiae, scilicet Linū, Cletū, & Clementē, qui post mortem eius papatui successerunt. Et Linus, qui immediate successit, duodecim episcopos & octodecim praesbyteros coadiutores sibi assistentes elegit. A 229 Cletus ei succedens, dicitur instituisse viginti quinque titulos Anacletus autē qui successit D. Clem. vt asserit Godofredus Viterbiensis, septem diaconos cardinales in vrbe instituit. Et quum q de nominibus, pertinacibus sit relinquenda, non est multū curandū de nomine Cardinala. cū de officio & Christi institutione constet.

Cardinales in quo sunt Apostolorū successores.

¶Notandum tamen quod domini cardinales sunt successores Apostolorum. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod Apostoli possunt tripliciter considerari. Primo secundum quod Christo principaliter ante passionem astiterunt. Secūdo prout ante eorum diuisionem in mundum vniuersum, D. Petro vices Christi gerenti assistebant in administratione totius Ecclesiae vniuersalis. Tertio prout post dispersionem ad praedicandum, singuli singulas prouincias in sortem prędicationis acceperunt. Secundum primam & secundam considerationem Cardinales succedunt Apostolis, & repraesentāt Apostolorum statum, in hoc quod sunt principales assistentes ipsi pontifici vicario Christi, sicut & Apostoli Christo. Et post ascensionē Christi ante dispersionem assistebant Petro Christi vicario. Quantum vero ad tertiam considerationem repraesentantur per episcopos, qui dicuntur esse Apostolorum successores, ut habetur in c. in nouo. 21. dist. Cum autē status (ut dictum est) importet obligationem perpetuam ad ea quae sunt perfectionis, cum aliqua solennitate, consequens est quod cardinales sint in statu perfectionis. Obligant enim se ex dilectione Dei ad perpetuò defendēdum fidem catholicam & religionem Christianam vsque ad sanguinis effusionem inclusiue, quum eorū & totius Ecclesiae principe. In cuius rei euidens testimoniū capello rubeo quasi professionis habitu seu signaculo, (praestito iuramento ipsi summo pontifici aut eius legato, maximè de fideli assistētia in regimine vniuersalis Ecclesiae) publicae & solenniter insigniuntur.

De essētia cardinalis nō est quod sit episcopus aut sacerdos. ¶Ex praemissis apparet primo quod non est de necessitate statu & officii cardinalatus ꝙ cardinalis sit episcopus, imo nec presbyter, quum Apostoli (ut dictum ē) prius fuerit cardinales, quam sacerdotis aut episcopi. Secundo apparet ꝙ status cardinalium pręstat & honorari debet prae aliis post summum pontificem, quum sint in culmine dignitatis & de corpore peculiaris cōsilii pontificis vnde D. Aug. scribēs B ad D. Hier. cardinalem praesbyterum (ut recitatur in c. quanquam. 2. q. 7.) dicit, 225 Quanquam secundum vocabula quae vsus obtinuit, episcopus sit presbytero maior scilicet ordine, Aug. tamen Hieronymo minor est scilicet administratione & dignitate culmen & sublimitas dignitatis Cardinalium super episcopos & archiepiscopos apparet ex potestate eligendi summum pōtificem, cuius electio ad solos cardinales pertinet, ut habetur in c. vbi periculū de delect. li. 6. *Culmen dignitatis Cardinalium unde.* Et licet secundū antiqua iura concessū esset ab Eccl. Romanis ius eligendi summum pontificem, ut habetur in c. Ludouicus 63. dist. Quodā etiam tempore cōcessum fuit ab Adriano Papa in synodo tale ius eligendi, uel saltem requisitio & assensus imperatoris, eo quod tunc imperatores iuuabant Ecclesiam contra haereticos, & schismaticos, ut habetur in historia

storia Ecclesiastica, & recitatur in c. Adrianus. 63. dist. Verum quia postmodum Romani imperatores abutebantur tali priuilegio, vt habetur in c quia sancta Romana Ecclesia. §. verum & c. cum Adrianus. 63. dist. Ideo illa concessio fuit reuocata. ad summum enim pontificem de fratrum consilio pertinet de huiusmodi electione ordinare, & futuris scandalis prouidere. Quare circa electionem summi pontificis futuri ordinatum fuit, vt habetur in dicto. c. vbi periculum, de electione. lib. 6.

Ver. 11. *De statu Episcoporum.*

QVVM episcopi adhibita solennitate exteriori se obligent ex diuina dilectione ad insistendum proximorum saluti, consequens est ipsos esse in statu perfectionis Non enim possunt curam proximorum deserere, & obligationem negligere, propter diuinę contemplationis quietem, siue vt transeant ad statum religionis. Quia ad perfectionem religionis pertinet adhibere studium ad salutem propriam. Ad perfectionem vero episcoporum pertinet adhibere studium ad salutem proximorum, quam charitas præfert bono proprio. Charitas enim non quærit quæ sua sunt. Ideo Apostolus propter necessitatem subditorum à contemplatione futuræ vitæ se differri patienter tolerabat, dicens, Quid eligam ignoro, coartor enim è duobus, desiderium habens dissolui & esse cum Christo, multo magis melius est (scilicet mihi) permanere autem in carne, necessarium est propter vos, & subiungit, Scio quod manebo. Non debet etiam deserere gregem propter quæcunque aduersa, Cum bonus pastor animam suam ponat pro ouibus suis. Potest tamen episcopus de licentia summi pontificis episcopatum deserere, quando scilicet fructum aut salutem animarum facere non potest, vel indebite promotus est per simoniam, aut si sit bigamus, aut alias irregularis, vel inidoneus. Ad tempus etiam potest suam subtrahere præsentiam propter maius Reipublicæ bonum, vt cum vocatur ad vniuersale Concilium, vel quando sua sola persona a tyranno quæritur, & salus subditorum non impeditur. Tunc enim ad tempus fugere potest, exemplo Christi qui am bulabat in Galilæam. Non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. & exemplo Apost. qui submissus a fratribus per fenestram in sporta, effugit manus præpositi gentis Arethæ. Sic intelligitur quod dicebat Christus, Si vos persecuti fuerint in vnam ciuitatem fugite in aliam. Cum vero oues sunt in periculo, non debet fugere, etiam propter timorem mortis. Tunc enim ostenderet se mercenarium & non pastorem, quum bonus pastor ponat animam suam, hoc est vitam suam corporalem, pro ouibus suis. ¶ Circa statum episcoporum sunt aliquę difficultates non prætermittendæ. Prima est an liceat episcopatum appetere. Ad cuius euidentiam sciendũ est, ꝙ in episcopatu tria possunt consyderari. Primũ & principale ac finale est episcopalis operatio, per quam proximorũ vtilitati intenditur, ſm illud, Pasce oues meas. Quia (vt D. August. dicit) episcopatus est nomen operis, nõ honoris Et secundum hanc consyderationem ponitur prima conclusio. ¶ Appetere prodesse proximis est laudabile & virtuosum. Verum quia episcopalis actus habet annexam gradus celsitudinem, præsumptuosum videtur quod aliquis præesse appetat ad hoc quod prosit, nisi manifesta necessitate imminente, sicut D. Grego. dicit. Tunc laudabile erat episcopatum quærere, quando dubium non erat per hunc quemq; ad grauiora supplicia peruenire. Nõ enim de facili eo tempore inueniebãtur qui hoc onus assumerẽt. Et sic secundũ D. Greg intelligitur dictũ Apostoli, Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Apostolus enim laudãs desiderium boni operis, in pauorẽ protinus vertit quod laudauit, quum ait, Oportet episcopum esse irreprehensibilem, &c. quasi dicat, Laudo quod quæritis, sed discite quid quæratis. Potest tñ aliquis absque præsumptione appetere talia opera facere, si contingeret eum in tali officio esse, ac etiam se esse dignum ad talia opera exequenda, ita quod bonũ opus cadat sub desiderio, & non primatus dignitatis. Vnde D Chryso. Opus quidem desiderare bonum, est primatum autem honoris concupiscere, vanum est. Secundum quod potest consyderari in episcopatu, est altitudo gradus, quia episcopus super alios constituitur, secundum illud, Fidelis seruus, & pru-

Marginalia: 2. 2. q. 185 — 2. Cor. 12. — Phili. 1. — Ioan. 10. — Quando episcopus deserere possit gregem. — Ioan. 7. — 2. Cor. 11. — Matt. 10. — Ioan. 10. — 2. 2. q. 185 ar. 1. — Ioan vlt. — 19. de ciui. — In paslor. — 1 Timo. 3. — Super Ma. — Matth. 24

dens, quem constituit Dominus super familiam suam, & secundum hanc considerationē ponitur secunda conclusio. ¶ Appetere altitudinis gradum, præsumptuosum est. Ideo Christus arguit discipulos primatum quærentes, dicens, Scitis quia principes gentium dominatur eorum, &c. vbi D. Chryso. dicit, Per hoc ostendit quod gentile est primatum cupere. Et sic gentium comparatione, eorū animam æstuātem conuertit. Vnde D. August. dicit, Locus superior sine quo populus regi non potest, & si administretur vt decet, indecenter tamen appetitur. Tertium quod potest considerari in episcopatu sunt ea quæ consequenter se habent ad duo prima scilicet honor & reuerentia, & tēporalium sufficientia, secundum illud, Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt. Et secundum hanc considerationem ponitur tertia conclusio. ¶ Appetere episcopatum propter honorem, pertinet ad ambitionem, & appetere propter temporalia, pertinet ad cupiditatem. vnde Christus contra tales dicebant, Amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & ab hominibus vocari rabbi. Et Apo. Nec quisquā sumit sibi honorē, nisi qui vocatus fuerit a Deo, tāquam Aaron. Nec obstat quod liceat appetere altiorem gradum in temporalibus, quia ad statum temporalem debite administrandum non requiritur gratia, sicut ad debite administrandum episcopatum, & alia officia curam animarum habentia. Et sic idem uidetur dicendum quantum ad appetitum vel desiderium episcopatus & regiminis parochialis Ecclesiæ, vel alterius habentis curam animarum, quum habeat administrare sacramenta, quæ sine gratia administrari non possunt, secundum illud, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Et quum quis non possit esse certus an habeat gratiam (iuxta illud, Nemo scit an odio vel amore dignus sit) sequitur quod non potest scire se esse magis idoneiorem aliis, ideo illicitē appetit. Secus est de officiis Ecclesiasticis & secularibus, quæ ad debitam sui executionem non requirunt gratiam, sed aliquam aliam sufficiētiam, de qua quis potest esse certus. Et sic appetere canonicatum vel præbendam vel cantoriam aut lectoratum siue regentiam (dum tamen alias sit idoneus) non est peccatum, si propter bonum finem appetantur, & non vitiet aliqua mala circunstantia. Non obstat pariter quod aliquis potest appetere statum religionis, quia non est eadem ratio de episcopatu & religione propter duo, Primò quia ad statum episcopalem præexigitur vitæ perfectio. Vnde Christus antequam committeret Pro officium pastorale interrogauit eum an plus cæteris ipsum diligeret. Et sic status episcopalis est status perfectionis acquisitæ, Sed ad statum religionis non præexigitur perfectio, Ideo est status perfectionis acquirendæ. Vnde Matth. 19 dicitur, Si uis perfectus esse, vade, &c. Secundo qui profitetur statum religionis, se subiicit aliis ad spiritualia capienda, & hoc cuilibet licet. Sed quia transit ad statum episcopalem sublimatur ad hoc quod aliis prouideat de spiritualibus, & hanc sublimationem nullus appetere debet (ut dictum est.) Et quāuis Esa. appetierit officium prædicationis, hoc tamen fecit, postquam sensit se calculo purgatum (nemo enim non purgatus sacra mysteria addire debet.) Cum ergo valde difficile sit aliquem se purgatum cognoscere, ideo tutius prædicationis officium declinatur, quam appetatur. Vnde Hiere. se excusans dicebat, A, a, a, Domine Deus nescio loqui quia puer ego sum. Et Moyses dicebat, Non sum eloquens ¶ Quanuis autem non liceat beneficium habēs curam animarum annexam appetere, licet tamen ad præceptum superioris acceptare, & omnino recusare esset illicitum, etiam si vouisset quis se non acceptaturum episcopatum quia si intendebat se obligare, etiam adueniente præcepto superioris, votum fuit illicitum. quod intelligendum est nisi recusaret acceptare, eo quod indoneus est propter simoniam, vel bigamiam, aut aliquam irregularitatem, aut aliquid huiusmodi de quibus debet secrete superiorem informare, alias tenetur præcepto superioris obedire. Vnde D. Gregorius. Si is qui valet oues omnipotentis Dei pascere non pascit, ostendit se summum non amare pastorem. ¶ Ex præmissis sequitur primo, quod nullus licite potest episcopatum aut beneficium sibi procurare eum illa procuratio procedat & impetretur ex appetitu illicito Ex quo sequi uidetur quod impe-

Matt. 20. *19. de Ci.* *1. Timo. 5.* *Matt. 23.* *Heb. 5.* *Deut. 19.* *Eccle. 10.* *An liceat cathedram theologam appetere.* *Ioan. 21.* *Matt. 19.* *Esa. 6.* *Hiere. 1.* *Exod. 4.* *8. q. 1. c. in scripturis.*

E 220 F 220

impetrans mandatum de prouidendo, & nominationes circa beneficia curata, peccat, licet ab aliis pro se impetratis, quis vti possit. Si verò impetrantes propter huiusmodi mandatum vel nominationem unum beneficium curatum obtinuerit dummodo alias sint idonei, non tenentur renuntiare, sed sufficit de illicito appetitu pœnitere, quum nullo titulo possideant. Quia summus pontifex licite potest mandare, & vniuersitates secundum priuilegia apostolica nominare. Secundo sequitur quod si non licet appetere aut procurare vnum episcopatum aut beneficium habens curam animarum annexum, multo minus duo aut plura beneficia curam animarum habentia. ¶ Sed difficultas est, an summus pontifex possit circa pluralitatem huiusmodi dispensare, & an ab eo dispensati sint in conscientia tuti D. Thom. dicit quod ex factis literis huiusmodi q determinari non potest quum nihil in eis circa hoc inuenitur determinatum. Ideo recurrendum est ad ius naturæ. Ex quo habetur quòd actiones humanæ sunt in triplici differentia, Quædam enim habent deformitatē inseparabiliter annexam, vt fornicatio, & adulterium, & alia huiusmodi, quæ nullo modo possunt bene fieri & in talibus non cadit dispensatio habere plura beneficia non est de numero illarum. Quædam verò sunt actiones, quæ in se nullam deformitatem continent, sed sunt indifferentes ad bonum & ad malum, vt leuare festucam, ambulare, aut aliquid huiusmodi, & tales adhibito bono fine possunt fieri bonæ nec egēt dispensatione de numero illarum non est habere plura beneficia. Quædam autem sunt actiones humanæ, quæ absolutè consideratæ, deformitatem vel inordinationem quandam important, quæ tamen aliquibus circunstantiis aduenientibus bene fieri possunt, vt occidere vel percutere hominem. Quia si addatur occidere vel percutere malefactorem authoritate publica propter iustitiam, vel percutere propter disciplinam, non erit peccatum, sed virtuosum de numero talium actionum est habere simul plures præbendas vel beneficia curata. Continēt enim plures inordinationes. Prima est indebita præceptio bonorum temporalium, Quia quum non sit possibile aliquem pluribus Ecclesiis deseruire, vt præbendæ siue prouentus sunt ordinati, quasi ad stipendia ibi ministrantium Deo, & talis non ministret, nec ministrare possit, quum ministerium sit personale, alias mulieres per aliū ministrare possent, &c. sequitur quòd talis habens duas præbendas indebitè percipit. Secunda deordinatio, est diminutio cultus diuini, qui diminuitur in vna Ecclesia. Tertia deordinatio, est frustratio voluntatum testatorum qui ad hoc aliqua bona Eclesiis contulerunt, vt certus numerus Deo seruientium ibi esset. Quarta inæqualitas distributionis est, dum vnus pluribus beneficiis abundat, alius autem nec vnus quidem habere potest. & sic vnus esurit, alter verò ebrius est, & aliæ multæ inordinationes de facili perceptibiles sequuntur. ¶ Sed difficultas est quibus circunstantiis poterunt huiusmodi deordinationes tolli vt licitum sit habere plura beneficia. Quia si aliquis hac intētione plura beneficia obtineat, vt ditior fiat vel lautius viuat vel parētes diuites faciat, vel facilius ad episcopatum perueniat, prædictæ deformitates non tolluntur sed augentur. Quia cum tali intentione non est licitum nec vnum quidem beneficium habere. Sed si quis rectè cōsyderet, tres dūtaxat circunstantias inueniet, quibus licite fieri poterit, vt quis plura beneficia aut plures prebēdas cū dispensatione summi pontificis obtineat. Prima circunstātia est, exiguitas prouentuū, qū s. vnū beneficium adeò exiguos habet prouentus, quòd non sufficiunt ad debitam & congruā sustentationem vnius personæ, secundum conditionem suam, quæ sustentatio aliter debet æstimari quoad victum & vestitum & famulatum, & habitationem, quàm rustici. Prophetæ enim antiqui testamenti famulos habebant, Helias Helisæum, & Helisæus. Giezi. ¶ Secunda circunstantia sufficiens ad dispensationem pluralitatis beneficiorum, est Ecclesiæ vtilitas, qū scilicet vnus pluribus Ecclesiis melius deseruit aliquando absens, quàm duo semper præsentes.

¶ Tertia circumstantia tollens deformitates pluralitatis beneficiorum. est Eccl. necessitas, qū. s. non inueniūtur clerici pro singulis Ecclesiis, prout in primitiua Eccle. in qua ꝑpter defectū clericorū pro vno episcopatu & parochia dabatur magna lata

Margin notes: An liceat impetrare mandatum de prouidendo aut nominationes — Quodlibet. 9. art. 15. De pluralitate beneficiorum. — E 220 — 1. Cor. 11. — F 220

& longa territoria, quæ postea in plures diœceses, episcopatus, & parochias diuisa sunt. Si igitur idem casus occurreret, ad eum pertineret vnire, ad quem pertinuit diuidere, scilicet ad summum pontificē. Et sic in tribus supra dictis casibus dispensatio habet vim vnionis. Et sic plures parochiæ censentur esse vna Ecclesia & vnum beneficium. Extra prædictos tres casus videant qui dispensant, & qui dispensati sunt, an licite faciant vel vtantur. Videant pariter ne velamine prædictorum abutantur.

Prou. 15. ¶ Notandum etiam quod quum ad ea quæ sunt supererogationis nullus teneatur nisi se ad ea voto vel iuramento astrinxerit. (vnde D. Aug. in epist. ad Paul. & Armentarium dicit, Quia iam vouisti, astrinxisti, aliud tibi facere non licet. Priusquam fuisses voti reus, liberum fuit ea quæ sunt supererogationis præstare vel nō præstare

Matt. 19. vnde cum dominus dixisset adolescenti, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, postea superaddendo subiunxit, Si vis perfectus esse, vade, &c.) & quum ad hæc omnia episcopi in sua ordinatione non se obligent, nec hoc de necessitate requiratur ad pastorale officium, sequitur quòd episcopi non tenentur absque proprio viuere. Licet enim paupertas ad perfectionem Christianæ vitæ instrumentaliter operetur, nō

Gene. 17. tamen essentialiter requiritur ad perfectionem vitæ imo pōt esse magna perfectio cū

Iob. 1. magna opulentia, vt patet de Abraam cui dictum est, Ambula coram me, & esto per

Matt. 10. fectus, & tamē fuit valde diues Similiter, & Iob, cui suo tempore non erat similis in C

Matt. 19. terra, potens inter omnes Orietales. Nec obstat quod Apo. in quorum locū successerunt Episcopi, dictum fuit, Nolite, possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in Zonis vestris. Ideo dixerunt, Ecce nos relinquimus omnia, & secuti sumus te, &c. Quia illa verba tripliciter exponi possunt, Primo secundum Hiero. mystice, vt prædicatores non innitantur principaliter scientiæ & eloquentiæ temporali. Alio modo secundum D. Augu. quod non præcipiendo, sed magis permittendo dominus dixit. Permisit. n. vt absque auro & argēto aliisque sumptibus ad prædicandū irent accepturi sumptus vitæ ab his quibus prædicabāt. vnde subditur, Dignus est mercenarius cibo suo. Ita tamen quod si aliquis propriis sumptibus vteretur in prædicatione Euangelii, ad supererogationem pertineret prout D. Pau. de seipso di-

1. Cor. 9. xit Tertio D Chry. exponit Christum illa dixisse, vt de virtute ipsius confiderent, quia eis absque sumptibus prouideret Non tamen ex illo obligantur ipsi aut successores eorum, vt stipendium non assumerent. Nam Apost. ab aliis Ecclesiis stipendium accipiebat, sed non a Cor. & sic apparet quod aliquid proprium possidebat ab alis sibi missum. Stultum enim dicere quod tam sancti patres sicut Athanasius,

Luc. 22. Amb. Aug Greg & alii multi, illa præcepta fuissent transgressi, si ad illa seruanda se

Act. 4. credidissent obligari. Præterea Dominus præceptum illud in passione reuocauit, cū ait, Quādo misi vos sine pera. &c Modo autem non sic, &c Et quāuis Apostoli post Ascensionem Domini ad tempus omnia in communi habuerint, ad ostendendum, consilium perfectionis, non tamen sequitur quod Episcopi ad tantam perfectionem teneantur, quantam habebant & ostendebant Christus & Apostoli. Nec illud quod dixit Christus, Exemplum dedi vobis vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis D si vniuersaliter accipiatur fuit præceptiue dictum, sed consultiue.

Ver. 12. *De statu religiosorum.*

RELIGIO est virtus per quam aliquid ad Dei cultum & seruitiū ordinatur vt dictū est. Et ideo anthonomatice illi dicuntur religiosi, qui se totaliter mancipant diuino obsequio quasi se in holocaustum Deo offerentes, vnde D. Gregor. super

2. 2. q. 186 ar. 1. Ezechiel. dicit, Sunt quidam qui sibimetipsis nihil retinent, verum sensum, linguam vitam, atque substantiam quam ceperunt, immolant. Sed in hoc consistit

q. 5. §. 5. perfectio hominis, quod totaliter Deo inhæreat, ad quod religiosi cum quadam solennitatem se obligant, & per consequens religiosi sunt, in statu perfectionis ex intentione finis. Ideo status religionis dicitur status perfectionis. Et licet aliqui perfici incipiant, dicuntur tamen esse in statu perfectionis scilicet acquirenda. Et per consequens qui statum religionis assumunt, non tenentur habere per-

fectam

fectum charitatem, sed tenentur ad hoc tendere, & operam dare vt habeant perfectam charitatem. Non tamen tenentur implere omnia, quæ sequuntur ad perfectionem charitatis, nec omnia exercitia quibus ad perfectionem peruenitur. Vnde non peccat religiosus si prætermittat ea, sed tenetur ad illa ad quę se obligauit, sicut ad tria vota & ad ea quæ sunt ei determinate taxata tanquam pręcepta, ex regula & cōstitutionibus religionis q iā professus est. Ex quo sequitur q non quandocū que religiosus transgreditur præcepta, vel contemnit ordinationes, peccat mortaliter, Sed si ex leuitate, vel concupiscentia, aut ex alia causa non mortali transgrediatur aliqua quæ non sunt præcepta, non censetur contemnere, saltem formaliter, siue ex intentione, ideo non peccat mortaliter. Neque in religione prædicatorum veniali ter, cum constitūes eorum non ligent ad culpam venialem, vel mortalem, ex suo genere, hoc est secundum naturam suam, quia sunt extra genus culpæ. Licet ex parte operantis sint in genere moris, & possit contrauenien peccare venialiter ac etiā mortaliter, ex libidine siue delectatione aut negligentia, qn̄ omissioni actus debiti adiungitur negligentia ex parte illius, vel contemptus formalis, scilicet cum ex intentione quis vult subiici ordinationibus regulæ vel statutorum, & ex hoc procedit ad faciendum contra regulam & constitutiones. Qn̄ autem econuerso propter aliquam particularem causam, puta concupiscentiam vel iram, inducitur ad aliquid faciendum contra statuta vel regulam, non peccat ex contemptu, etiam si frequēter ex eadem causa transgressionem iteret. Licet enim frequētia inducat ad contemptū non tamen est ex natura sua contemptus, sed inductiue, iuxta illud, Impius cum in profundum malorū venerit, contemnit. Et quanuis de ratione pœnæ proprie dictæ sit, quod debeatur culpæ, cum sit reordinatio eius, nō tamen de ratione pœnæ cō muniter dictæ, vt sub se continent pœnalitatem, & afflictionem, quæ sunt contra voluntatem. Ideo pœnę nominantur, sed non dicuntur proprie pœnæ, cum non habeant relationem ad culpam, eo quod obligatio legis debeat intelligi secundum modum quo placuit legislatori obligare. Et quia non placuit patribus religionis prędicatorum professores illius obligare ad culpam venialem siue mortalem, sed ad pœnam taxatam, ideo, non dicitur proprie pœna, sed pœnalitas. ¶ Nec obstat quod in constitutionibus prædicatorum transgressiones obseruantiarum non præceptarū dicuntur culpæ, vt in c. de leui culpa & graui culpa, Quia statuta illa de culpis fuerūt edita ante statutum de non obligando ad culpam quod non fuit editū a principio ordinis, sed in secundo cap generali. Anno Domini. 1237. post editas constitutiones dicti ordinis, facta fuit ordinatio quòd constitutiones non obligarent ad culpam. Ideo per accidens manserunt in cōstitutionibus illa nomina (grauis & leuis culpa) non prout haberent rationem culpæ, quia debent intelligi secundum vltimam ordinationem pro pœnalitate. Nec religiosus transgrediendo obseruantias & cæremonias non præceptas, facit contra votum, quia qui profitetur seruare regulam aliquam, non vouet seruare omnia, quæ sunt in regula, sed vouet regularem vitam, quę essentialiter cōsistit in tribus votis, & sic non vouet regulam & constitutiones sed uiuere secundum regulam, hoc est tendere ad hoc quòd mores suos formet secū dum regulam & constitutiones, tanquā exemplaria exhibita, & secundū quod dispo nuntur in regula vel constitutionibus, quæ (ut dictum est) non obligant ad culpam. Et quanuis omnis inordinatio rationis sit culpa, saltem venialis, non tamen omnis transgressio cæremoniarum habet aliquam inordinationem rationis, puta quum propter maius bonum aliquando prætermittitur silentium, aut aliud huiusmodi. Nec etiam omissio pœnæ taxatæ secundum Dominum Caietanum, est culpa, nisi ex contemptu omittatur, quum lex sit uniuersalis & non particularis & si omissio pœnæ taxatæ esset culpa, sequeretur quod prædictæ constitutiones obligarent ad culpam quod est contra intentionē statuti prędicti. ¶ Circa peccata religiosorum aduertēdū est quando in eadē specie peccati religiosi grauius peccent, quam seculares, aut laici. Resolutio D. Thom, est, quod in tribus casibus, Primo quando faciunt contra uotū. Secundo, quando ex contemptu peccant. Tertio quando pu-

Religiosi ad quā perfectionē tenentur.

E 126

Constitutiones prædicatorum non obligant ad culpam.

Prou. 18.

F 126

2.2.q.186 art.10.

Religiosus quando gravius peccat in eadē specie peccati quam secularis. licet propter scandalum. Si verò religiosus ex infirmitate vel negligentia aliquod peccatum, quod non est contra votum suæ professionis, absque scandalo committit, lenius peccat vt in pluribus, quia communiter non ex tanta inclinatione & firmitate voluntatis eius peccatum procedit. Et si sit veniale, statim quasi obserbetur per multa bona opera quæ facit. & si sit mortale, facilius ab eo resurgit. Primo propter intentionem quam habet rectam ad Deum, quæ si intercipiatur ad horam de facili, ad pristina reparatur vnde super illud Psal. Cum ceciderit non collidetur, dicit Ori-

Psal. 36. genes iniustus si peccauerit, non pœnitet, & peccatum suum emēdare nescit. Iustus

Eccle. 4. aūt scit emendare, scit corrigere, sicut ille qui dixerat, Nescio quid dicis, paulo post

2. Par. 30. quum respectus fuit a domino, amarissimè fleuit. Et ille qui de tecto mulierem viderat & cōcupiuerat eam, dicere valuit, Peccaui & malum coram te feci. Iuuatur etiam à sociis, iuxta illud, Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ soli qui quum ceciderit non habet subleuantem. Dominus enim bonus propiciabitur his qui in toto corde suo requirunt dominum Deum patrum suorū, & non imputabit eis, quod

Iac. 3. minus sanctificati sunt. Et quum præsens vita sine peccatis non transigatur, iuxta illud, In multis offendimus omnes, Si peccata religiosorum essent grauiora peccatis B

Hier. 2. secularium, rel giosi essent deterioris conditionis quàm seculares, & sic non esset 227 sanum consilium ad religionem conuolare, quod est erroneum, & blasphemum in Christū qui eam consuluit. Prædicta aūt leuitas peccati intelligenda est habere locum non solū in religiosis professione, sed etiā re, Quia mali religiosi grauius peccant, & ex in [illegible] cōtemptu vnde verificatur in eis illud, Confregisti iugum, dirupisti vincula, dixisti non seruiam. In omni colle sublimi & sub omni ligno frondoso tu prostrabaris meretrix vnde D Aug. in epistola ad plebem Hipponen. d[illegible] ex quo Deo seruire cœpi quomodo sum expertus, difficile esse meliores inueniri, quam qui in monasteriis profecerunt, ita peiores quam qui in monasteriis acciderunt, Ex quo apparet quàm grauiter peccent fauentes religiosis discolis & prælatos suos con-

2. 2. q 186 art. 3. tenentibus. Contra quos 2 Para 19 dicitur, Impio præbes auxilium, & his qui oderunt dominum amicitia iungeris? Vnde sequitur quod sicut fauorem præstas bonis religiosis, est particeps bonorum, quæ ab ipsis fiunt, ita fauorem præstans malis, est particeps criminum eorum. Statum religionis tria conseruant, scilicet paupertas, continentia, & obedientia, de quibus breuiter dicendum est.

3. contra Ge. c. 133. Ver 13. *De bonitate paupertatis.*

QVVM secundum D Diony bonum hominis sit secūdū rationem esse, hoc est secundū virtutem viuere sequitur quod principale bonum hominis sit uirtus, ad quā ratio hominis ordinatur Diuitiæ uero exteriores, per quas sustentamus corpus, & subuenimus aliis, sunt quoddā bonum hominis, non tamen principale, sed secundum quod ordinantur ad virtutem, quæ est principale bonum hominis, & ideo inquantum diuitiæ sunt bonæ, in quantum prosiciunt & subseruiunt ad usum uirtutum, & malę inquantum impediunt usum uirtutum, uel retrahunt hominem a uirtute, propter nimiam solicitudinem uel affectionem ad ipsis. uel propter mentis alienationem quæ ex ipsis consurgit. Virtutes uero uitæ actiuæ pluribus diuitiis indigent, quam uirtutes uitæ contemplatiuæ. Quia ad uirtutes uitę actiuæ requiruntur diuitiæ, non solum ad sustentationem uiri uirtuosi, sed etiam ad subueniendum aliis. Ad uirtutes C uero uitæ contemplatiuæ, solum ad sustentationem sui. unde Apostolus, Habentes 227 alimenta & quibus tegamur. his contenti simus. Nullius enim boni obtentu debet homo subtrahere sibi necessaria ad sustentationem uitæ.

3. con. Ge. c. 133. ¶ Ex præmissis sequitur quod paupertas secundū se non est bona, neq; laudabilis, aut utilis, sed solum inquantū liberat hominem a solicitudine terrenorū, & vitiis quæ ex diuitiis prouenire solent, ut homo his exoneratus, liberius diuinis & spiritualibus [illegible], Ita quòd cū ea remaneat facultas homini ad sustentandū seipsum medio licito Ad huiusmodi aūt sustentationes pauca sufficiūt cū natura modicis contēta sit ¶ Ex quo sequitur quod quanto modo uiuendi in paupertate minorem solicitudinem exigit, tanto paupertas est laudabilior, & non quanto maior.

Ver. 14.

Ver. 14. *De quatuor modis uiuendi in paupertate.*

QVATVOR modos approbatos viuendi in paupertate ponit D. Tho. in summa contra Gen. Primus est eorum qui habēt possessiones immobiles in cōmuni, ex quarum fructibus viuunt, & prouidetur vnicuiq; secundum quod ei opus est, sicut obseruatur in omnibus pene monasteriis monachorum regulariter viuentium. Nec propter huiusmodi possessiones aliquid perfectionis, ad quam tendunt paupertatem voluntariam assumentis, deest. Potest enim fieri per vnius vel paucorum solicitudinem, ut possessiones debito modo procurentur. Et sic alii absque aliqua rerum temporalium solicitudine remanentes, libere possunt spiritualibus vacare, quod est fructus uoluntariæ paupertatis. Nec etiam aliquid deperit his qui pro aliis hanc solicitudinem assumunt, Quia quod amittere uidentur in defectu quietis, recuperant in obsequio charitatis. Nec etiam per hunc modum viuendi concordia tollitur, occasione professionum communium. Tales enim debent paupertatem voluntariam amplecti, qui temporalia contemnunt, & pro temporalibus discordare nolunt, maxime quum ex temporalibus nihil præter necessaria vitæ habeant expectare. Et quum dispensatores debeant esse fideles, iuxta illud Luc. 12. Quis putas est fidelis dispensator, &c. si nōnulli infideles inueniantur, & hoc modo uiuendi abutantur, propter hoc tamen talis modus viuendi improbari non debet, quū bonis male utantur mali. 3. contra Gen. c. 132.

C 227

¶ Secundus modus viuendi in paupertate, est eorum qui omnia temporalia propria abiiciunt, ut de laboribus manuum suarum uiuant quemadmodum D. Paulus seruauit, & aliis obseruādum suo exemplo docuit. dicit enim, Nec gratis panem mādu cauimus ab aliquo, sed in labore ac fatigatione die ac nocte operantes, ne quem uestrum grauaremus, deinde dicit, Cum essemus apud uos, hoc ipsum denuntiauimus uobis, Quoniam si quis non vult operari, nec manducet. Hic modus quanuis sit cum maiori solicitudine quam primus, est tamen bonus & conueniens, quia modicū tempus & modica solicitudo sufficit ad naturæ sustentationem. Nec obstat illud Matt 6 Nolite soliciti esse Non. n. per hęc uerba dominus prohibuit laborem, sed anxiam solicitudinem. unde D. Hiero Labor quidem exercendus est, solicitudo tollenda. Nec obstat quod infirmi, & debiles laborare non possunt, quia potest illis ab aliis sanis prouideri. Nec est aliquis modus uiuendi, per quem sic prouideatur homini, quod nullo modo possit deficere. Nam & diuitibus bona & diuitię furto, rapina, & incendio auferri possunt, sed hæc sunt per accidens. 2. Thess. 3. Non labor sed anxia solicitudo prohibetur.

¶ Tertius modus uiuendi in paupertate, est eorum qui de precio possessionum uenditarum communiter viuunt. Et hic modus sufficiens est, sed non ad longū tempus Et ideo Apo. hunc modum viuēdi fidelibus in Hierusalem ad tempus constituerūt, quia pręuidebant per spiritum sanctum, quod non diu haberent in Hierusalem commorari, tum propter persequutiones inferendas a Iudęis, tum etiam propter instantem ciuitatis destructionem unde non fuit necessarium (nisi vsque ad modicum tempus) prouideri. Et ideo transeuntes ad gentes, apud quas fundanda & permansura erat Ecclesia, hunc modum viuendi non instituerunt. Et si dicatur quod in hoc modo viuēdi potest committi fraus, & dolus, dictū est, quod hoc est commune in omn. modo uiuendi, sed nō est ex natura modi viuendi, sed malitia aliquorū, & sic per accidens.

D 227

¶ Quartus modus uiuendi in paupertate, est eorum qui paupertatem volūtariam sectantes, omnia sua dimittunt, ut absque redditibus uiuant de his quæ eleemosynaliter dantur eis ab aliis. Et hunc modum uiuendi Dominus cum Apostolis obseruauit. Mulieres enim quædam sequebantur eum, ministrantes ei de facultatibus suis, ex quibus in communi loculos habebant, & ex eis cibaria & alia necessaria emebant unde Ioan. 4. dicitur quod discipuli abierant in ciuitatem ut cibos emerēt. Et Iudas loculos habebat, & quæ mittebantur portabat. Et Ioan 13. cum Christus tradēs buccellam, dicit, quod facis fac citius, quidam putabāt, quia loculos habebat Iudas, & quod dixisset ei Iesus, Eme ea quæ sunt nobis necessaria ad diem festū, aut ut egenis aliquid daret. Vnde D. Aug dicit, Habebat Dominus loculos a fidelibus data conseruans, & suorum necessitatibus, & aliorum indigentiis tribuens. Luc. 8. Ioan. 12.

Ver.15. *De præeminentia quatuor modorum paupertatis.*

INTER hmôi modos viuendi in paupertate quis sit melior, & ad maiorem perducat perfectionem ex præmissis faciliter elici potest, quod ille qui amplius solicitudinem & impedimenta perfectionis tollit. Et quia modi viuendi variantur secundum diuersas conditiones hominum & temporum, ideo non est inconueniens quòd aliquis modus viuendi sit perfectior alio, vno tempore, qui alio tempore erit imperfectior, secundum quod magis vel minus auget vel minuit solicitudinem, vel tollit impedimenta charitatis, quæ est vinculum perfectionis, & in qua principaliter consistit perfectio humanæ vitæ. Certū est enim quod modus quo Christus pau

Luc. 12. pertatē instituit & seruauit, secundū se perfectissimus est, & minorē, imo quasi nullā habet solicitudinem. vnde dicebat, Quando misi uos sine sacculo & pera, nunquid aliquid defuit vobis? Illi dixerunt, nihil. Tunc enim talis erat audientiū verbū dei deuotio, vt non solum necessaria ad sustentationem ministrarent, sed etiam superero- E garent ad dandum egenis, vt dictum est. Verum quia deuotio populi paulatim de- 226 ferbuit, & iam (propter iniquitatis abundantiam) refrigescit charitas multorum, qui nunc sic sectantur paupertatem, vt ex eleemosynaliter oblatis viuant, maiorem solicitudinem babent, quam tunc haberent Apostoli. Vnde sequitur quòd hoc

Mat. 24. tempore cœnobitæ, qui in communi possessiones habēt; ex quarū fructibus viuunt, eminentiorē modū uiuendi in paupertate sectantur, dummodo regulariter viuant, vt Cartusien. Benedictini Casalinæ congregationis, Cęlestinenses, & alii plerique huius generis. Quòd autem aliqui redditus & possessiones habentes, non regulariter viuant, & diuitiæ illis exitio sint, hoc non ex modo viuendi procedit, sed ex praua dispositione viuentium. Quemadmodum & aliqui eorum qui omnimodam mēdicitatem sectantur, multa perpetrant scandala, non ex eorum statu aut modo viuendi, sed ex eorum malitia. ¶Ex quo infertur quod religiosi, qui ex sua regula possessiones tenere non prohibentur, & postmodum eo tempore, quo charitas fidelium feruebat, possessionibus renunciauerunt, & mendicitatem elegerunt, nec hoc pessimo tempore, quo refriguit charitas multorum, ad possessiones moderatas habendas, maxime cum summi pontificis dispensatione, licite laborare possunt, & eas absque diminutione perfectionis paupertatis possidere, prout, sunt mendicantes, qui sub regula D. Aug. (quæ possessiones in communi non prohibet militant, de quorū numero sunt Carmelitæ, Augustinen. maxime vero Prædicatores, quorum ordo ab Honorio huius nominis tertio, anno Domini. 1216. approbatus fuit cum redditibus & castris. Deinde maiores eorum tempore quo eleemosynæ abundanter offerebantur, in quodam capitulo generali possessionibus renunciauerunt, quæ tamen ordinatio & renuntiatio non fuit per totum ordinem executioni mandata. Sunt enim plures conuentus, qui habent adhuc possessiones & redditus, quos habebant tempore D. Dominici, qui ante fundationem ordinis Prædicatorum erat canonicus regularis ecclesiæ Exomensis, militans sub regula D. Augustini, qui & ordinem fratrum Prædicatorum cum possessionibus, prouentibus, redditibus, & castris, a prædicto Honorio institui procurauerat & obtinuerat, qui etiam ante prædictam renuntiationem F obierat. Et cum par in parem non habeat imperium, iuxta c. innotuit, extra de elect. 227 capitula prædicti ordinis Prædicatorum non poterant ligare aut impedire sequentia capitula, quin oppositum possent ordinare propter nouas causas & insurgentes rationes, & quia in prologo cōstitutionum prædicti ordinis, & in c. 10. 2. dist. prædictarum constitutionum dicitur, quod prælatus pro loco & tempore ex causa rationabili super constitutiones eorū dispensandi habeat ptātem, cum sibi aliquando uidebitur expedire, in his pręcipue quę studiū vel prædicationem uidebuntur impedire. Cū ordo noster specialiter ob prædicationē & animarū salutē ab initio noscatur institutus io, &c. Cum igit ur vnaquæq; res de facili reuertatur in suā naturam, & ordo Prædicatorū secundū naturam suam ab initio fuerit institutus, approbatus, & confirmatus cum possessionibus & castris, & ex ui & natura constitutionum præfati ordinis pręlatus ex causa rationabili possit pro loco & tempore dispensare,

& ra-

& rationabilis causa quæ impedit studium, & prædicationem, sit nimia necessitas, qua stante prędictus ordo ac fratres absque maxima solicitudine occurrere non possunt, tum propter multitudinem quæstuantium, quæ non erat tempore renunciationis prædictę, tum propter sterilitatem terrę, tū etiam propter refrigerationem charitatis multorū, & abundantiam iniquitatis, & cupiditatis, quæ tanta est, quod absq; solicitudine, & importunitate maxima ac arte quadam quæstandi, munusculis, adulationibus, dictis fratribus etiam necessaria elargiri recusent tum demū propter multitudinem lutheranorum ac aliorum hæreticorum, qui uidentes ordines mendicāium illis resistentes, manibus, & pedibus (ut aiunt) reptant, ac totis nisibus, & impetu maximo conantur delere de terra viuentium, non sacros mendicitatis (quos vocāt) sed ipsos ordines mendicantium, contra quos priuatim, & publice impune insultant, & lingua maledica ac scriptis larrant, & debacchantur, ita ut tanquam per ipsema mundi habeantur, & a multis, imo fere omnibus relinquantur, & loco eleemosynarum irrisiones, & opprobria recipiant, & plerunq; verbera experiantur. Et sic ad sustentationem fratrum oportet, quasi cōtinue discurrere, & immoderatis, & inutilibus quæstubus cum periculo animæ, & corporis iuuenum, & conuersorum, cum maxima distractione mentium, intermissione studii, lectionum, & diuini cultus diminutione, et cum relaxatione totius religionis ac uitæ regularis. Quibus omnibus prædictis malis & periculis per moderatas possessiones, & redditus faciliter obuiari posset.

Solicitudo in medicantibus hoc: ē pire unas prodeat.

A

128

¶ Ex præmissis sequuntur sex corolaria. Primum est habere hoc tempore pessime possessiones moderatas, non est contra statum perfectionis ordinis prędicatorum maxime cum dispēsatione pontificis, cum (ut dictum est) ordo prædicatorum ab initio cum possessionibus, & redditibus fuerit institutus. ¶ Secundū corolarium est, Habere moderatas possessiones, & redditus nō est contra regulam quā profitentur prædicatores, quum profiteantur regulam D. August. quam Canonici regulares profitentes, possessiones moderatas licite habent.

¶ Tertium corolarium est, Habere possessiones non est contra votum fratrum prædicatorum. Et quamuis inter institutiones eorum sit una de possessionibus non recipiendis, Quia (vt dictum est) non vouent constitutiones, sed viuere, & facere secundū constitutiones, in quibus ex vi, & tenore ipsarū cadit dispensatio, ut in illarū prologo continetur. Præterea constitutiones prædictæ non obligant ad culpam, nisi propter præceptū vel contemptū. Sed illa ordinatio de possessionibus non recipiendis nul ū habet annexum præceptū aut mandatum (vt patet intuenti) igitur non est contra votum habere, cum sit ex causa rationabili, & dispensatione Apostolica.

¶ Quartum corolarium est, Turpiter errant qui oppositum dicere præsumunt, non intelligentes de quibus loquantur, neq; de quibus affirment.

¶ Quintum corolariū est, quod illi qui quibusdam friuolis quæsitis coloribus domos prædicatorum, aut aliorū mendicantium, sub regula D Aug. uiuētiū, odio, cupiditate, aut alia mala intentione, procurant moderatis possessionibus, ex dispensatione apostolica, & amortisatione regia obtentis, indebite spoliari, ut a studio, & prædicatione, ex improba, & nimis anxia solicitudine prouenięte, retrahantur, ut tandē ordo pereat, ac etiam qui dicunt contra statum illorum esse habere possessiones, sic q nec summus pontifex in illis obtinendis valeat dispensare, magis solēt ac spirant lutherum (saccos mēdicitatis, imo verius mendicantiū ordines abolere cupiētē) quam Christū, cū hoc dicentes, primatū D. Petri, & successorū eius a Christo, collatū deficiant, ad suam ipsorum, & eorum quos ad ita sentiendum inducūt perditionem Nec obstat quod quidam illorum fingunt D. Dominicum in suo testamento imprecarū fuisse maledictionem dei, & suā in eos qui possessiones in ordine prædicatorum niterentur inducere, hoc enim merum figmentum esse constat, quum sola legenda D. Dominici, quam D. Ioardanus scripsit (quæ prædictas nugas non continet) fuerit approbata, reprobatis aliis legendis ab indiscretis, zelatoribus aut æmulis conscriptis, ut fuit ordinatum in capitulo apud Argentinam celebrato, anno Domini 1226. Et posito, & non concesso, quod illa maledictio legeretur, intelligitur imprecata

C

B

328

Sapien. et Ecclesiasticus, cæteriq; omnes libri qui in bibliis hodie scribuntur, ac etiã eo ordine quo ponuntur. & libis prædictis sic enumeratis, in prædicto decreto subiungitur. Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in ecclesia catholica legi consueuerunt, & in veteri, vulgata latina, æditione, non susceperit, & traditiones prædictas sciens & prudens cõtempserit, anathema sit. Ex prædictis apparet quod licet Hebræi in canone eorum non recipiant libros Tobiæ, Iudith, Sapien. Ecclesiastici & Machabeorum, Ecclesia tamen canonica, quę canone Iudæorum non regitur, sed spiritu sancto, eos recipit. Multa enim reiiciunt Iudæi, quæ ecclesia recipit; prout libros prædictos, & vt D. Hierony. in præfatione super Danielem ait, In Hebræorum volumine, non habetur trium puerorum hymnus, nec Susanæ historia, nec Belis Draconisq; fabula, quę tamen omnia recepta sunt ab ecclesia, Recipiunt etiam Hebræi multa quę Ecclesia reiicit, ut traditiones seniorum & quindecim signa iudicium pręcedentia. Nec obstat quod D. Hieron. in prologo galeato dicit. Quod sapientia quæ Salamoni inscribitur, & Iesu filii Syrach liber, & Iudith, & Tobias non sunt de canone. vnde dicit eos apochriphos. Quia in illo prologo in tertia persona loquens, recitat Hebræorum sententias, & nomina librorũ secundum eorum consuetudinem. & opinionem, & non loquitur persona sua, nec secundũ suam. & ecclesiæ sententiam. Nec intellexit ibi de libris apocriphis primo modo, siue de illis in quibus continentur ea de quorum fide dubitatur. Sed de apocriphis de quorum authore solum dubitatur, & nullo modo dubitatur de fide illorũ quę in ipsis continentur Cum plures alii libri canonici sint, de quorum autho ribus incertũ est, vt liber Iob, Hester, & quatuor libri Regum, liberq; Psalmorum, & alii de quibus docte, & diffuse magister Ioannes Driedo in primo libro de scripturis, & dogmatibus Ecclasiasticis. 2. & . 5. capitibus scribit. Nec obstat pariter quod in aliquibus Conciliis non fuerunt declarati aliqui libri canonici, qui tamen in sequentibus fuerunt declarati Et quod tertius Machabæorum qui in prædicto, 84 cano. Apostolorum receptus est, in sequentibus Conciliis omittatur, quia scripturæ sacræ non omnes simul, sed paulatim fuerunt declaratæ, & per sanctus patres sibi inuicem succedentes receptæ. Spiritus enim sanctus non omnia simul reuelauit, sicut nec Christus, quia non erat necessarium, nec portare potuissent. Sed paulatim secundũ exigentiam temporum & capacitatem siue dispositionem hominum. Tres libri de Machabæorum gestis non fuerunt numerati in Concilio Laodicen. nec etiam reprobati. Non enim est necesse ea, quæ in vno Concilio approbantur, in omnibus sequẽtibus Conciliis repeti. Quo vero de solis duobus Machabæorum libris in tertio cõcilio Carthaginensi & in concilio Tridentino fiat mentio, hoc ideo fuit, quia secũdum aliquos tertius est epitome, id est compendium seu breuiarium duorũ. & ideo approbatis duobus, non erat necesse tertium, qui nihil aliud ab illis duobus continebat, approbari. ¶ Notandum pręterea quod multi sunt libri canonici per sacram scripturam approbati, quos in manibus non habemus, quibus si eos haberemus, tantam fidem adhiberemus sicut illis quos habemus. Legimus enim sub Moyse librũ quẽdam bellorum domini. Ipse enim Moyses testatur Num. 21. vbi sic scribitur. vnde dicitur in libro bellorum domini. Sicut fecint in mari rubro, sic faciet in torrentibus arnon, & Iosue. 10. de bello facto in Gebeon contra quinque reges. Nonne hoc scriptum est in libro iustorũ. &. 2. Reg. 1. dicitur, præcepit Dauid, ut docerẽt filios Iuda arcum, (hoc est vsum arcus) sicut scriptũ est in libro iustorũ Item. 2. Paralip. vltimo, commemoratur liber Samuelis pro phetæ, & liber Nathan etiam prophetæ & volumen Gad uidentis. Et. 2. Parali. 9. memorantur scripturę Nathan et liber Aie Siloniris, & visio Ado videntis, dicitur enim ibi reliqua, inquit, operum Salomonis primorum & nouissimorum. Nonne scripta sunt in uerbis Nathan prophetæ, & in libro Aie silonitis in visione quoque Ado videntis? Item. 2. Parlip. 2. Reliqua gestorum Iosaphat primorum, & nouissimorum scripta sunt in uerbis Iehu. Item. 2. Paral 33. memorantur sermones regum Israel & sermones Osai. Item in. 2. Machab. fit mentio de quinque libris Iasonis Et Iudas in sua canonica videtur

C 221

D 222

attestari

attestari Enoch ante Moysen quædam scripsisse, ait enim, Prophetauit autem de his septimus ab Adã Enoch, dicens, Ecce venit dominus, &c. Verisimile enim est Iudam vidisse prophetiam Enoch scriptam, alias frustra assumpsisset in probationẽ dictorũ suorũ erga eos ad quos scribebat. Sed prædicti libri nunc non inueniuntur, igitur aliqui libri sunt canonici qui nunc non inueniuntur. Aliqui conantur defendere illos, quos non habemus, contentos esse inter eos quos habemus. Verum si bene considerentur sententiæ, quæ ad illos remittuntur, necesse est dicere nonnullos libros canonicos deesse ad horum autem pleniorem intelligentiam notandum quod ratio, qua constat veras prophetarum, & euangelistarum scripturas apud nos esse
E (cum non habeamus eorum originales codices) est ex ipsius ecclesiæ testimonio.
822 Vnde D. Augustin. ait, Euangelium apud nos esse docet ecclesia non hominum eorum solum qui nunc sunt Christiani, sed ecclesia illa quæ Matthæi temporibus ad hoc vsque tẽpus certa successionum serie declaratur. Etiam si haberemus apud nos verorum Euangelistarum codices, descriptos, suis ipsorum manibus, illos non alio argumento cognosceremus tales esse quam ex ecclesiarum sibiinuicem succedentium testimonio. Quod sane testimonium est spiritu sancti loquentis in Dei ecclesiis, & prophetis. Canonem ergo scripturarum nouæ legis cognoscimus ex ipsius ecclesiæ testimonio. Quemdmodum, & canonem scripturarum veteris testamenti ex traditione habemus Hebreorum, quæ seruatur, inquit Aug. in templo Hebræi populi succedentiũ diligentia sacerdotũ. Vnde Deute 31. sic legimus postquã scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atque compleuit, præcepit Leuitis qui portabant arcam fœderis domini, dicens, Tollite librũ istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini dei vestri. Sic & Iosue post Moysen omnia verba quæ loquutus est ad ipsum dominus, scripsit in volumine legis Domini. Sic, & cæteri secundũ successionis seriem prophetici viri diuino spiritu scripserunt volumina, quæ diligentia secerdotum intera, illæsa, & incontaminata custodiebantur vna cum libris Moysi in latere ipsius arcæ se positis. Arca autem ipsa custodiebantur in secundo tabernaculo, quod sancta Sanctorum dicebatur, in qua recondita erat, & aurea vrna habens manna, & virgam Aaron quæ fronduerat, & tabulas testamenti quemadmodũ dicit Apostolis. At vero dum procedente tempore a Chaldæis Iudæa subuertitur, omniaq; templi vasa diripiunt, templum incenditur, simul fertur, & volumen legis Moysi, & alios codices in arca Dei Custoditor hostili igne consumptos. Et postmodum eodem spiritu quo fuerant scripti pro maiori parte restituti ab Esdra sacerdote, qui sola, vt inquiunt memoria, legem reparauit deperditam. Sed hoc virum sic sit, an non sit, ex scripturis sacris videtur incertum. Quemadmodum enim potuerunt plura esse Esaiæ super eisdẽ rebus volumina scripta, & ita, & lex ipsa in quibusdam libris potuit forsitã integra conseruari consumptis originalibus (quę erant in templo) voluminibus. Proinde, & D. Hieron. ambiguis verbis super hac re loqui videtur, dicens, Siue Moysen, inquit, dicere volueris authorem Pentateuchi, siue Esdram eiusdem instauratorem operis, non recuso, Verum Irenæus, Tertullianus, &
F pleriq; antiquorum arbitrantur omne instrumentum Iudaicæ literaturæ in Baby-
222 lonica expugnatione deletum, & per Esdram pro maiori parte restitutum. Sed qualitercunque hoc sit factum, nihil refert, In hoc vnum consentiunt omnes, etiam ipse Hieronymus quod Esdras spirito Dei plenus post captam Hierosolymam, & instaurationem templi scripturas sactas dispersas, vixq; Babylonico igne superstites, eodem spiritu quo ante scriptæ fuerant, restituit. Vnde, & quod in calce Deuteronomii dicitur de morte & sepultura Moysi, & quod sepulchru eius nemo nouerit vsq; in diem illum, & quod filii Israel fleuerũt eum triginta diebus, & reliqua in calcem vsq; libri, ipse Esdras adiecisse creditur. Neque enim verisimile est Moysen scripsisse eam historiæ partem quæ post mortem illius acciderat. Iusta ergo ratione Esdras scriba, instaurator dicitur veteris instrumẽti, saltẽ pro maiori parte. Quod Christus, Apostoli approbarunt tanquã diuinum, & Dei spiritu æditũ, citantes in corroborationem suæ doctrinæ euangelicæ ex eiusdem instrumentis voluminibus sententias, tanquam

Li. 8. contra Faust. c.4.

Iosue ult.

Heb. 9.

Aduersus Heluidiũ.

est, quod a papa vel eius delegato cū episcopis celebratur, & vbicunq; de Concilio vniuersalibus agitur, concilia vniuersalia vocantur concilia episcoporum, vt habetur in multis c. 15. dist. & D. Aug. (vt recitatur in c. omnia 12. dist.) dicit, Quia cū vniuersa Ecclesia vocari nōn possit, maiores vocandi sunt, in quibus minores dicuntur contineri, vt notatur in rubro & nigro, sexta de his quæ fiunt a maiori parte capituli. Sed episcopi sunt maiores prælati in republica Christiana, Ideo episcopi ita per summum pontificē congregati, vniuersalem Ecclesiam repræsentant. vnde patres & columnę ecclesiæ Dei ac principes & Apostolorum successores vocantur, ut Anacletus ait, & recitatur in c. accusatio. 2 q. 7. iuxta illud Psal. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, propterea constitues eos principes super omnem terrā. Vbi glos. D. Hiero. exponit de episcopis dicens, Fuerunt in Ecclesia Apostoli patres tui, nūc autem quia recesserunt a mundo, habebis pro eis episcopos, qui a te creati sunt. Soli enim episcopi in sua promotione iurant venire ad concilium uniuersale, ut habetur in c. ego, extra de iureiurando & eis uenire negligentibus pœna infligitur, ut in ca. placuit. 18. dist. Inferiores autem & non episcopi non iurant, neq; si uenire negligant puniuntur. unde patet quod non sunt de corpore vniuersalis Concilii. Si n.

Maiores prælati qui dicuntur.

C omnes, inferiores prælati, puta abbates, archidiaconi, decani, archipresbyteri, priores, & rectores siue curati, essent de corpore vniuersalis Concilii, & de necessitate

213 uocandi, & haberent sententias definitiuas in illo, nullus locus eos capere posset, ne quæ in ipso Concilio esset ordo, sed potius confusio. Præterea si inferiores prælati vocandi essent, tanquā de corpore Concilii, ad eos deuolueretur authoritas ecclesiæ, ubi disconuenirent ab episcopis, si cum maiori parte concludendum esset. Hoc aūt absurdissimū & (quod dicitur prouerbialiter) currus bouem traheret. Et licet in aliquibus Conciliis vniuersalibus legatur fuisse simplices sacerdotes, abbates, monachos, & uniuersitatum doctores, & magistros, ac etiam laicos, imperatores, & reges, ad uoces consultorias uel inquisitiuas siue disputatiuas admissos, uel ut testes, aut ad directionem, protectionem, uel executionem decretorum Concilii, nunquam tū fuerunt admissi ad sentētias definitiuas. Forma enim subscriptionis episcoporū talis est, Flauius episcopus Constantien. iudicans subscripsi. In supscriptionibus uero aliorum non ponitur (iudicans) sed eorum subscriptio est simplex sicut & imperatorum ac regū, qui per subscriptionem definita, iudicata, ac decreta in Conciliis se suscipere, & executioni demādaturos protestantur. Et eodem modo respondendū est ad illud Act. 15. vbi dicitur, quod in synodo super cessatione legalium congregata, conuenerunt Apostoli & seniores, scilicet presbyteri & discipuli, non tamen ad determinationem siue ad sententiam definitiuā. Vnde licet conquisitio magna fieret, postquā tamen D. Petrus loquutus est, tacuit multitudo. ¶ Nec curati siue inferiores prælati habent proprie & principaliter in cura sua regimen animarum sicut episcopi, licet habeant sub episcopis aliquas administrationes. Vnde super illud. 1. Co. 12. Alii opitulationes, alii gubernationes, dicit Glos. Opitulationes habent, qui maioribus ferunt opē, ut Titus Paulo, & archidiaconi episcopis. Gubernationes Minorum personarū habent presbyteri, qui plebi doctrinā administrant. Nec etiā ideo principaliter episcopi vocantur, quod in fide Christianæ religionis maiori præditi eruditione, licet præstare deberent, iuxta c. qui Ecclesiast 36 dist. Sed hoc debetur eis non rōne doctrinæ aut virtutis, sed iure dignitatis eorum, eo quod sunt constituti principes ecclesię, ut dictum est, quia secundum theologos, habent angelos custodes superiores, qui dirigunt eos, etiam si non sint adeo eruditi sicut inferiores, qui

Curati nō habent proprie regimen.

D non patiuntur illos errare. ¶ Non est tamen negandum quin papa, qui plenitudinē

223 potestatis habet, possit vocare aliquam notabiles personas inferioris status & gradus, & eis dare vocem definitiam cum episcopis, ut dicit idem de Tur. crena. 3. lib. summæ de Ecclesia, c. 14. Et quanuis omnes cardinales non sint episcopi, quia tamen faciunt vnum corpus cum Romano pontifice, ideo sunt in culmine dignitatis & perfectiori statu, ut infra dicetur. Ideo vocandi sunt, & uocēs definitiuas habent. Nec obstat illa regula iuris, Quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, quia

Cardinales non episcopi sunt de corpore concilii uniuersalis.

quia non debet intelligi de approbatione authoritatiua, nisi vbi aliquotum iuta tan gerentur, quod non est in proposito, licet etiam possit dici quòd ab omnibus censetur approbatum, quod a porioribus & maioribus communitatis approbatur. Resolutio ergo est, quòd soli maiores prælati, & his quibus propter eminentiam scientiæ vel sanctitatis, summus pontifex qui habet plenitudinem potestatis. concedere voluerit, habent definitiuas sententias siue voces, si tamen sint fideles, quia episcopi hæretici non sunt admittendi & hoc fuit obseruatum in concilio Tridentino. Ad cõsultiuas autem siue inquisitiuas aut disputatiuas alii possunt admitti, nõ tamen omnes qui petunt, sed hoc relinquitur arbitrio præsidentis.

Ver.7. *De Prælatorum Maiorum uocatione ad Concilium uniuersale.*

CONCILIVM dupliciter dicitur vniuersale, Vno mõ ab vniuerso, sicut Prouinciale a prouincia, & sic ab vniuersitate orbis. & ad tale Cõciliũ vniuersale oporret omnes episcopos totius orbis vocari, quanuis non sit necesse omnes comparere. Præsentes enim repræsentant omnes, qui uocati sunt, & omnium illorum authoritatem siue consensum habere iudicantur. In nullo enim concilio omnes episcopi totius orbis comparuisse legũtur. Neque in quatuor primis post Constantinum, in quorum aliquo plures quàm in aliis comparuerunt. Et tamen vnum non dicitur magis vniuersale quam aliud. Peccant tamen vocati, absque rationabili causa se absentantes. Alio modo dicitur concilium vniuersale, non vniuersalitate orbis, sed vniuersitate authoritatis, vt concilium quod papa per se vel per legatum suum celebrat cum aliquibus prælatis, circa ea quæ vniuersalem Ecclesiam respiciunt. Et ad tale concilium vniuersale non est opus omnes episcopos orbis vocari, imo quandoque non est possibile, sed sufficit vocare aliquos de aliquibus prouinciis, & eos qui pro qualitate negotiorum & temporum opportunitate videbuntur Romano pontifici vocãdi, vt in c. Guillisſarius. 33. q. 4. vbi papa dicit, Cum episcopis quos congregare potui. Hoc autem probatur esse licitum exemplo & practica conciliorum celebratorum tempore primitiuæ Ecclesiæ D. enim Petrus legitur plura concilia vniuersalia cum aliquibus Apostolis (non vocatis aliis per Iudæam dispersis) celebrasse, præcipue super cessatione Legalium processit cum Apostolis, & senioribus, qui Hierosolymis erant, & non legitur alios fuisse vocatos, sed solus Petrus cum Iacobo, Paulo, Barnaba, & aliis senioribus concluserunt. Præterea nouẽ concilia vniuersalia prædicta ante tempus constantini celebrata sunt absque uocatione omnium episcoporum orbis. D. Tho. dicit, quòd ad explanationem fidei facienda non est necessarium papam vniuersale concilium congregare, quum quandoque id impediant bellorum dissidia. Et cum conciliorum authoritas a papa pendeat, sequitur quòd canones vniuersalium conciliorum vniuersalitate orbis non magis ligant quàm canones conciliorum uniuersalium vniuersalitate authoritatis. Licet. n omnes episcopi habiles & intra unitatem Ecclesiæ constituti, si quomodo fieri posset, ad uniuersale concilium essent inuitãdi, & si non inuitati comparerent, essent admittendi. Non tamen necessario omnes uocandi sunt. Et ideo illi quia papa uocati sunt, cum intentione & authoritate eius aliquid disponunt in uniuersali Ecclesia, quum pauci sint respectu aliorum, repræsentant tamen uniuersalem Ecclesiam. Quemadmodum concilium populi in ciuitate repræsentat totum populum, ut notat Glo. super Rubrica, quæ sit longa cõsuetudo. Episcopus enim est in ecclesia, & ecclesia in episcopo, ut ait D. Cyp. & recitatur c. scire debet. 7. q. 1. Papa etiam singulariter dicit figurare ecclesiam, ut D. August. dicit, iuxta c. quodcunq; 24. q. 1. Ideo ea quæ cum aliquibus prælatis secundum temporum dispositionẽ ordinat, totius ecclesię authoritate dicitur ordinare. ¶ Nec per hoc sequitur quòd ad uotum papæ & paucorum sibi fauorabiliũ, status totius fidei & uniuersitatis ecclesiæ deuolueretur. Et sic fides periculose committeretur arbitrio unius hominis, aut paucorum fauorabilium. Quia ubi papa concurrit non solum cum dominorum cardinalium collegio, sed etiam cũ multitudine prælatorum synodaliter congregata, seruatis aliis solennitatibus in conciliis genera-

Concilium dupliciter dicitur uniuersale.

Act. 15.

De potent. q. 10. ar. 4 ad 13.

B 215

F 223

neralibus solitis obseruari, non est uerum quod fides, & status totius ecclesiæ vnius Mat. 18.
hominis arbitrio committatur, quum Christus dixerit, vbi duos vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio illorum sum. Ideo non permittet Deus ipsum papam determinare cõtra fidem vel bonos mores, sicut nec permisit Anastasium secũdum, qui dum uelle occulte hæresim Acatii introducere, nutu diuino percussus est. Et dum ad ventris exonerationem laboraret, intestina emisit, vt dicit Glo. super verbo nutu diuino, in c. Anastasius, 19. dist.

¶ Nec sequitur etiam quod frustra fiãt Concilia vniuersalia plena, quia illa non conuocantur, vt in eis sit plenior authoritas aut clauium potestas, quam in Cõcilio vniuersalibus vniuersalitate authoritatis, sed celebrantur plena concilia ad solenniorem, & abundantiorem reprobationem hæresum, & hæreticorum, ac rebellum, & inimicorum ecclesiæ terrorem, & faciliorem illorũ exterminationem. Nec possunt conqueri non vocati de contemptu, cum non teneatur papa omnes necessario vocare, vt dictum est, Et quia de ptãte congregandi concilium vniuersale, & de concilii, c. 10. §. 1.
A vniuersalis authoritate, & indeuiabilitate, & decretorum in illo editorum obseruan uer. 3. et c.
324 tia, dominos cardinalis de Turrecre. abũde scripsit in locis pra allegatis, lectorẽ ad eũ 15. §. 2.
remitto. Hæc pro institutione sufficiant ad status ecclesiasticos transeamus.

Ver. 8. *De statibus ecclesiasticis.*

STATUS in moralibus est quædã dispositio, per quam homo disponitur secũ 2. 2. q. 83.
du modum suæ naturæ, cũ quadã immobilitate, & quiete. Vnde ea quæ de facili va arti. 1.
rianrur, nõ constituunt hominum statum, puta quod aliquis sit diues, uel pauper, in dignitate constitutus, vel plebeius, vel aliquid aliud huiusmodi. Ideo de iure ciuili illi qui a senatu amouẽtur magis dignitas quam status aufertur. Sed solum illud videtur ad statum hominis pertinere, quod respicit obligationem personæ prout aliquis est suis iuris vel alterius, & non ex aliqua causa leui, & de facili mobili, sed ex aliquo permanẽte, quod respicit obligationem personæ, & hoc est quod pertinet ad rationem libertatis vel seruitutis. Et ideo status proprie pertinet ad libertatem vel seruitutem, tam in spiritualibus quam temporalibus. In spiritualibus autẽ inuenitur duplex seruitus et duplex libertas s. seruitus pcti & seruitus iustitiæ, & libertas a pctõ, & libertas a iustitia ut habetur Roman. 6. Verum quia homo secundum naturalẽ rationem inclinatur ad iustitiam, & peccatum est contra inclinationem naturalem, consequens est quod libertas a peccato sit vera libertas, quæ coniungitur virtuti iustitiæ, quę est vera, & bona seruitus, & per vtrãq; tẽdit homo in aliquid, quod est conueniens sibi. Sequitur etiam quod libertas a peccato, & seruitus iustitiæ constituunt hominem in bono statu, Libertas vero a iustitia, & seruitus peccati consti- Rom. 6.
tuunt hominem in malo statu. iuxta illud Apost. An nescitis quod cui exibuistis vos seruos ad obediendũ, seruis estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortẽ, siue obeditionis ad iustitiam? Et quum in omni principio humano sit inuenire medium, et terminum, consequens est, quod status spiritualis seruitutis & libertatis secundũ tria distinguantur. s. quoad principium, quod pertinet ad statum incipientium, & secundũ medium quod pertinet ad statum proficiendum, & secundum terminum ad quem,
B quod pertinet ad statum perfectorum. Vnde D. Greg. dicit, quod tres sunt modi cõ
324 uersorum. s. inchoatio, medietas, & perfectio, & super Ezec. dicit, quod alia sunt uir- In Mora.
tutis exordia, aliud perfectius aliud perfectio.

Ver. 9. *De his quæ pertinent ad statum perfectionis.*

CUM vnumquodque dicatur esse perfectum, inquantum attingit proprium finem, qui est vltima rei perfectio, & charitas sit quæ vnit nos Deo, qui est vltimus 2. 2. q. 184
finis humanæ mentis, quia qui manet in charitate, in deo manet, sequitur, quod se- arti. 1.
cundum charitatem attenditur simpliciter perfectio Christianæ vitæ. Vnde Apost. 1. 104. 4.
Super omnia charitatem habere, quæ est uinculum perfectionis, quia, scilicet Colos. 3
omnes alias uirtutes quodam modo, ligat in unitatem perfectam, Et quum lex diuina non inducat hominem ad impossibile, sed ad perfectionem. (Vnde Christus, Estote perfecti sicut pater uester cœlestis perfectus est) sequitur, quod aliquis põt Mat. 5.
esse

res obligentur ex parte curæ quam suscipiunt, non tamen, hoc habent ex vinculo voti perpetui, quia possunt curam deserere sine licentia episcopi, religionem profitẽdo, vt habetur in c. duæ sunt, 19 q. 2. ac etiam cum licentia episcopi, quod quidẽ nõ liceret, si in statu perfectionis essent. Nemo enim mittens manum ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno dei. Epicopi autẽ qui sunt in statu perfectionis, sina authoritate speciali summi pontificis, non possunt episcopalem curam deserere, nec ad minorem statum (scilicet religionis) transire, quamuis religiosi possint ad statum episcopalem, qui est perfectior, assumi. Ex his infertur quod quamuis aliqui inferiores prelati sint perfectiores religiosis, non tamen sunt in statu perfectiori, quum nõ sint in statu, ut hic intelligimus.

Ver. 11. *De statu Dominorum Cardinalium.*

E CARDINALES Nominamus eos, qui principaliter assistunt summo põ *Do. cad. de Tu. cre. 3. l. summæ de Eccle. c. 8.*
224 tifici in regimine & administratione vniuersalis ecclesiæ, cooperando & labores cũ illo sustinendo, & ipsi cõsulẽdo. Licet nomẽ Cardinalatus tempore Christi & Apostolorum non fuerit in vsu, sicut nec hoc nomẽ (Papa) sed longo tempore statu eos. Quidam dicũt quod fuit illis hoc nomẽ impositum a Ponciano papa, qui (vt historiæ referunt) fuit anno Domini. 221. Alii vero dicunt quod tempore Marcelli vel Syluestri hoc nomen (Cardinalis) cœpit esse in vsu, propter poprietatem officii a Christo instituti. Quod nomen & officium fuit ab Anna matre Samuelis pronũciatum, cum dixit, Domini sunt cardines terrę, & posuit super eos orbem. In quibus verbis declarat tria, Primo eorum institutionẽ, quia Domini sunt, hoc est a Domino constituti. Secundò describit eorum dignitatem, dum dicit, Cardines terræ, eo quod deseruiunt Romanæ ecclesię, quæ est caput & cardo omnium Ecclesiarum, vt dicit Anacletus, & recitatur in c sacrosancta. 22 dist. Vel ideo quod sicut ostium in cardine vertitur, & per eam regitur, ita dominorum cardinalium consilio & assensu summus pontifex regit Ecclesiam vniuersalem. Et sicut cardo inhæret firmiter ostio sic cardinales Christo, qui est ostium. Tertio describit vniuersitatẽ authoritatis eorum, dum ait, Et posuit super eos orbem Alii enim prælati assumpti sunt in partem solicitudinis, vt habetur in c. decreto. 2. q. 6. isti vero in adiutorium gubernationis totius orbis, & in plenitudinem potestatis. *Prou. 28 Ioan. 10.*

¶ Status & officium dominorum cardinalium figuratum fuit in antiquo testamẽto per seniores quos Moyses, dux populi Dei elegisse legitur in adiutorium regiminis populi Israel, & in sacerdotibus Leuitici generis, de quibus habetur Deut 17. Si difficile & ambiguum iudicium apud te esse prospexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicium videris intra portas tuas verba variari, Surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus & infra. Et facies quęcunque dixerint tibi, qui pręsunt loco quem elegerit Dñs, sequerisque eorum sententiam. Quem textum Inno. 3. (scribens nobili viro. G. montis
F Pessulani, vt habetur in c. per venerabilem, extra qui filii sunt legitimi) sic exponit.
224 Sanè quum Deut. lex secunda interpretetur, ex ui uocabuli comprobatur, vt quod ibi decernitur, in nouo testamento debeat obseruari. Locus. n. quem elegit dñs, Apostolica sedes esse cognoscitur. Cum enim Petrus fugiens vrbem, exiuisset, uolens eũ dominus ad locum quem elegerat reuocare, interrogatus ab eo, Dñe quo vadis? Respondit, Venio Romam iterum crucifigi. quod intelligens pro se dictum, ad locum ipsum protinus est reuersus Sunt autem sacerdotes Leuitici generis fratres nostri, qui nobis iure Leuit. in executione sacerdotalis officii coadiutores existunt. Postmodum idem status & officium fuit a Christo (licet non sub nomine Cardinalatus) institutũ, & fundatur eius institutio super illud Luc. 6. elegit duodecim (scilicet ad sustinendum secum) quos Apostolos nominauit. Isti ergo principaliter astiterunt Christo, & sustinuerunt cũ eo Vñde ait illis, Vos estis qui permansistis mecũ in tẽtationibus meis. vnde & Tho. dicebat, Ioan 11. Eamus & nos, & moriamur cũ illo. & Christus, Et ego dispono vobis sicut, &c. sequitur, & sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel, hoc est uniuersitatem fidelium. *Status Cardinaliũ a Christo institutus.*

Cardinalatus præcessit sacerdotium.

Ioan. 21. Mat. 16. et. 18. Mat. ult.

¶Ex præmissis apparet quod status cardinalium institutus est ante sacerdotium, quia sacerdotium non fuit institutum vsque ad vltimam cœnam, sed status cardinalium longo tẽpore ante cœnam, quum fuerit institutus in electione duodecim, quos Apostolos nominauit. Fuit etiam status cardinalium institutus ante statum pastoralẽ, qui fuit institutus post resurrectionem, quũ dixit Petro, Pasce oues meas. Et quãuis potestas clauiũ promissa fuerit ante Christi passionẽ non fuit tamẽ data sed solũ promissa, & supposita authoritate Ecclesiæ, quæ data fuit Petro post resurrectionẽ & sub eius potestate ac iurisdictione & limitatione aliis Apostolis, quum dixit, Eũtes in mũdum vniuersum, &c. Post diuisionẽ enim Apostolorum D. Petro dirigẽte & mittente eos ad diuersas prouincias, prędicta uerba Christi promissoria, quæ recitantur Mat. 18. habuerunt effectum. Et historiis autem aperte colligitur quod post dispersionem Apostol. D. Pet. habeat aliquos coadiutores lateri suo assistentes in iudicio maiorum causarum, & regimine vniuersalis Ecclesiæ, scilicet Linũ, Cletũ, & Clementẽ, qui post mortem eius papatui successerunt. Et Linus, qui immediate successit, duodecim episcopos & octodecim præsbyteros coadiutores sibi assistentes elegit. A 225
Cletus ei succedens, dicitur instituisse viginti quinque titulos. Anacletus autẽ qui successit D. Clem. vt asserit Godofredus Viterbiensis, septem diaconos cardinales in vrbe instituit. Et quum q de nominibus, pertinacibus sit relinquenda, non est multũ curandũ de nomine Cardinala. cũ de officio & Christi institutione constet.

Cardinales in quo sunt Apostolorũ successores.

¶Notandum tamen quod domini cardinales sunt successores Apostolorum. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod Apostoli possunt tripliciter considerari. Primo secundum quod Christo principaliter ante passionem astiterunt. Secũdo prout ante eorum diuisionem in mundum vniuersum, D. Petro vices Christi gerenti assistebant in administratione totius Ecclesiæ vniuersalis. Tertio prout post dispersionem ad prædicandum, singuli singulas prouincias in sortem prędicationis acceperunt. Secundum primam & secundam considerationem Cardinales succedunt Apostolis, & repræsentãt Apostolorum statum, in hoc quod sunt principales assistentes ipsi pontifici vicario Christi, sicut & Apostoli Christo. Et post ascensionẽ Christi ante dispersionem assistebant Petro Christi vicario. Quantum vero ad tertiam considerationem repræsentantur per episcopos, qui dicuntur esse Apostolorum successores, ut habetur in c. in nouo. 21. dist. Cum autẽ status (ut dictum est) importet obligationem perpetuam ad ea quæ sunt perfectionis, cum aliqua solennitate, consequens est quod cardinales sint in statu perfectionis. Obligant enim se ex dilectione Dei ad perpetuò defendẽdum fidem catholicam & religionem Christianam vsque ad sanguinis effusionem inclusiue, quum eorũ & totius Ecclesiæ principes. In cuius rei euidens testimoniũ capello rubeo quasi professionis habitu seu signaculo, (præstito iuramento ipsi summo pontifici aut eius legato, maximè de fideli assistẽtia in regimine vniuersalis Ecclesiæ) publicæ & solenniter insigniuntur.

De essẽtia cardinalis nõ est quod sit episcopus aut sacerdos.

Culmen dignitatis Cardinalium unde.

¶Ex præmissis apparet primo quod non est de necessitate statu & officii cardinalatus ꝙ cardinalis sit episcopus, imo nec presbyter, quum Apostoli (ut dictum ẽ) prius fuerit cardinales, quam sacerdotis aut episcopi. Secundo apparet ꝙ status cardinalium prę stat & honorari debet præ aliis post summum pontificem, quum sint in culmine dignitatis & de corpore peculiaris cõsilii pontificis vnde D. Aug. scribẽs ad D. Hier. cardinalem præsbyterum (ut recitatur in c. quanquam. 2. q. 7.) dicit, B 225
Quanquam secundum vocabula quæ vsus obtinuit, episcopus sit presbytero maior scilicet ordine, Aug. tamen Hieronymo minor est scilicet administratione & dignitate culmen & sublimitas dignitatis Cardinalium super episcopos & archiepiscopos apparet ex potestate eligendi summum põtificem, cuius electio ad solos cardinales pertinet, ut habetur in c. vbi periculũ de delect. li. 6. Et licet secundũ antiqua iura concessũ esset ab Eccl. Romanis ius eligendi summum pontificem, ut habetur in c. Ludouicus 63. dist. Quodã etiam tempore cõcessum fuit ab Adriano Papa in synodo tale ius eligendi, uel saltem requisitio & assensus imperatoris, eo quod tunc imperatores iuuabant Ecclesiam contra hæreticos, & schismaticos, ut habetur in hi-

storia

storia Ecclesiastica,& recitatur in c. Adrianus.63.dist. Verum quia postmodum Romani imperatores abutebantur tali priuilegio,vt habetur in c quia sancta Romana Ecclesia.§.verum & c.cum Adrianus. 63.dist. Ideo illa concessio fuit reuocata. ad summum enim pontificem de fratrum consilio pertinet de huiusmodi electione ordinare,& futuris scandalis prouidere. Quare circa electionem summi pontificis futuri ordinatum fuit,vt habetur in dicto.c.vbi periculum,de electione,lib.6.

Ver.11. *De statu Episcoporum.*

QVVM episcopi adhibita solennitate exteriori se obligent ex diuina dilectione ad insistendum proximorum saluti,consequens est ipsos esse in statu perfectionis Non enim possunt curam proximorum deserere, & obligationem negligere, propter diuinę contemplationis quietem, siue vt transeant ad statum religionis. Quia ad perfectionem religionis pertinet adhibere studium ad salutem propriam. Ad perfectionem vero episcoporum pertinet adhibere studium ad salutem proximorum, quam charitas praefert bono proprio. Charitas enim non quaerit quae sua sunt. Ideo Apostolus propter necessitatem subditorum à contemplatione futurae vitae se differri patienter tolerabat, dicens, Quid eligam ignoro, coartor enim è duobus, desiderium habens dissolui & esse cum Christo, multo magis melius est 2.2.q.185 2.Cor.12.
C (scilicet mihi) permanere autem in carne,necessarium est proptet vos, & subiungit, Phili.1.
221 Scio quod manebo. Non debet etiam deserere gregem propter quaecunque aduersa, Cum bonus pastor animam suam ponat pro ouibus suis. Potest tamen episcopus de licentia summi pontificis episcopatum deserere, quando scilicet fructum aut salutem animarum facere non potest,vel indebite promotus est per simoniam, aut si sit bigamus,aut alias irregularis,vel inidoneus. Ad tempus etiam potest suam subtrahere praesentiam propter maius Reipublicae bonum, vt cum vocatur ad vniuersale Concilium, vel quando sua sola persona a tyranno quaeritur,& salus subditorum non impeditur. Tunc enim ad tempus fugere potest,exemplo Christi qui ambulabat in Galilaeam. Non enim volebat in Iudaeam ambulare,quia quaerebant eum Iudaei interficere. & exemplo Apost.qui submissus a fratribus per fenestram in sporta, effugit manus praepositi gentis Arethae. Sic intelligitur quod dicebat Christus, Si vos persecuti fuerint in vnam ciuitatem fugite in aliam. Cum vero oues sunt in periculo,non debet fugere,etiam propter timorem mortis. Tunc enim ostenderet se mercenarium & non pastorem,quum bonus pastor ponat animam suam, hoc est vitam suam corporalem,pro ouibus suis. ¶ Circa statum episcoporum sunt aliquę difficultates non praemittendae. Prima est an liceat episcopatum appetere. Ad cuius euidentiam sciendū est,ꝙ in episcopatu tria possunt consyderari. Primū & principale ac finale est episcopalis operatio,per quam proximorū vtilitati intenditur, ſm illud, Pasce oues meas. Quia(vt D. August.dicit)episcopatus est nomen operis,nō honoris Et secundum hanc consyderationem ponitur prima conclusio. ¶ Appetere prodesse proximis est laudabile & virtuosum. Verum quia episcopalis actus habet annexam gradus celsitudinem, praesumptuosum videtur quod aliquis praeesse appetat ad hoc quod prosit, nisi manifesta necessitate imminente, sicut D.Grego. Ioan.10. Quando episcopus deserere possit gregem: Ioan.7. 2.Cor.11. Matt.10. Ioan.10. 2.2.q.185 ar.1. Ioan ult. 19. de ciui. In pastor.
D dicit. Tunc laudabile erat episcopatum quaerere,quando dubium non erat per hunc
221 quemq; ad grauiora supplicia peruenire. Nō enim de facili eo tempore inueniebātur qui hoc onus assumerēt. Et sic secundū D.Greg intelligitur dictū Apostoli,Qui episcopatum desiderat,bonum opus desiderat. Apostolus enim laudās desiderium boni operis,in pauorē protinus vertit quod laudauit, quum ait, Oportet episcopum esse irreprehensibilem, &c.quasi dicat, Laudo quod quaeritis,sed discite quid quaeratis. Potest tñ aliquis absque praesumptione appetere talia opera facere, si contingeret eum in tali officio esse,ac etiam se esse dignum ad talia opera exequenda, ita quod bonū opus cadat sub desiderio, & non primatus dignitatis. Vnde D Chryso. Opus quidem desiderare bonum, est primatum autem honoris concupiscere, vanum est. Secundum quod potest consyderari in episcopatu, est altitudo gradus, quia episcopus super alios constituitur, secundum illud, Fidelis seruus, & prudens 1 Timo.3. Super Ma. Matth.25

dens, quem constituit Dominus super familiam suam, & secundum hanc considerationē ponitur secunda conclusio. ¶ Appetere altitudinis gradum, præsumptuosum est. Ideo Christus arguit discipulos primatum quærentes, dicens, Scitis quia principes gentium dominatur eorum, &c. vbi D. Chryso. dicit, Per hoc ostendit quod gentile est primatum cupere. Et sic gentium comparatione, eorū animam æstuātem conuertit. Vnde D. August. dicit, Locus superior sine quo populus regi non potest, & si administretur vt decet, indecenter tamen appetitur. Tertium quod potest considerari in episcopatu sunt ea quæ consequenter se habent ad duo prima scilicet honor & reuerentia, & tēporalium sufficientia, secundum illud, Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt. Et secundum hanc considerationem ponitur tertia conclusio. ¶ Appetere episcopatum propter honorem, pertinet ad ambitionem, & appetere propter temporalia, pertinet ad cupiditatem. vnde Christus contra tales dicebant, Amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & ab hominibus vocari rabbi. Et Apo. Nec quisquā sumit sibi honorē, nisi qui vocatus fuerit a Deo, tāquam Aaron. Nec obstat quod liceat appetere altiorem gradum in temporalibus, quia ad statum temporalem debite administrandum non requiritur gratia, sicut ad debiter administrandum episcopatum, & alia officia curam animarum habentia. Et sic idem uidetur dicendum quantum ad appetitum vel desiderium episcopatus & regiminis parochialis Ecclesiæ, vel alterius habentis curam animarum, quum habeat administrare sacramenta, quæ sine gratia ad ministrari non possunt, secundum illud, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Et quum quis non possit esse certus an habeat gratiam (iuxta illud, Nemo scit an odio vel amore dignus sit) sequitur quod non potest scire se esse magis idoneiorem aliis, ideo illicite appetit. Secus est de officiis Ecclesiasticis & secularibus, quæ ad debitam sui executionem non requirunt gratiam, sed aliquam aliam sufficiētiam, de qua quis potest esse certus. Et sic appetere canonicatum vel præbendam vel cantoriam aut lectoratum siue regentiam (dum tamen alias sit idoneus) non est peccatum, si propter bonum finem appetantur, & non vitiet aliqua mala circunstantia. Non obstat pariter quod aliquis potest appetere statum religionis, quia non est eadem ratio de episcopatu & religione propter duo, Primò quia ad statum episcopalem præexigitur vitæ perfectio. Vnde Christus antequam committere Pro officium pastorale interrogauit eum an plus cæteris ipsum diligeret. Et sic status episcopalis est status perfectionis acquisitæ, Sed ad statum religionis non præexigitur perfectio, Ideo est status perfectionis acquirendæ. Vnde Matth. 19 dicitur, Si vis perfectus esse, vade, &c. Secundo qui profitetur statum religionis, se subiicit aliis ad spiritualia capienda, & hoc cuilibet licet. Sed quia transit ad statum episcopalem sublimatur ad hoc quod aliis prouideat de spiritualibus, & hanc sublimationem nullus appetere debet (ut dictum est.) Et quāuis Esa. appetierit officium prædicationis, hoc tamen fecit, postquam sensit se calculo purgatum (nemo enim non purgatus sacra mysteria addire debet.) Cum ergo valde difficile sit aliquem se purgatum cognoscere, ideo tutius prædicationis officium declinatur, quam appetatur. Vnde Hiere. se excusans dicebat, A, a, a, Domine Deus nescio loqui quia puer ego sum. Et Moyses dicebat, Non sum eloquens ¶ Quanuis autem non liceat beneficium habēs curam animarum annexam appetere, licet tamen ad præceptum superioris acceptare, & omnino recusare esset illicitum, etiam si vouisset quis se non acceptaturum episcopatum quia si intendebat se obligare, etiam adueniente præcepto superioris, votum fuit illicitum. quod intelligendum est nisi recusaret acceptare, eo quod indoneus est propter simoniam, vel bigamiam, aut aliquam irregularitatem, aut aliquid huiusmodi de quibus debet secrete superiorem informare, alias tenetur præcepto superioris obedire. Vnde D. Gregorius. Si is qui valet oues omnipotentis Dei pascere non pascit, ostendit se summum non amare pastorem. ¶ Ex præmissis sequitur primo, quod nullus licite potest episcopatum aut beneficium sibi procurare cum illa procuratio procedat & impetretur ex appetitu illicito Ex quo sequi videtur quod impe-

Marginalia: *Matt. 20.* *19. de Ci.* *1. Timo. 5.* *Matt. 23.* *Heb. 5.* *Deut. 19.* *Eccle. 10.* *An liceat cathedram theologam appetere.* *Ioan. 21.* *Matt. 19.* *Esa. 6.* *Hiere. 1.* *Exod. 4.* *8. q. 2. c. in scripturis.* — E 220 — F 220

impetrans mandatum de prouidendo, & nominationes circa beneficia curata, peccat, licet ab aliis pro se impetratis, quis vti possit. Si verò impetrantes propter huiusmodi mandatum vel nominationem unum beneficium curatum obtinuerit dummodo alias sint idonei, non tenentur renunciare, sed sufficit de illicito appetitu pœnitere, quum iusto titulo possideant. Quia summus pontifex licite potest mandare, & vniuersitates secundum priuilegia apostolica nominare. Secundo sequitur quod si non licet appetere aut procurare vnum episcopatum aut beneficium habens curam animarum annexum, multo minus duo aut plura beneficia curam animarum habentia. ¶ Sed difficultas est, an summus pontifex possit circa pluralitatem huiusmodi dispensare, & an ab eo dispensati sint in conscientia tuti D. Thom. dicit quod ex factis literis huiusmodi. q. determinari non potest quum nihil in eis circa hoc inuenitur determinatum. Ideo recurrendum est ad ius naturæ. Ex quo habetur quòd actiones humanæ sunt in triplici differentia, Quædam enim habent deformitatē inseparabiliter annexam, vt fornicatio, & adulterium, & alia huiusmodi, quæ nullo modo possunt bene fieri & in talibus non cadit dispensatio habere plura beneficia non est de numero illarum. Quædam vero sunt actiones, quæ in se nullam deformitatem continent, sed sunt indifferentes ad bonum & ad malum, vt leuare festucam, ambulare, aut aliquid huiusmodi, & tales adhibito bono fine possunt fieri bonæ nec egēt dispensatione de numero illarum non est habere plura beneficia. Quædam autem sunt actiones humanæ, quæ absolutè consideratæ, deformitatem vel inordinationem quandam importan:, quæ tamen aliquibus circunstantiis aduenientibus bene fieri possunt, vt occidere vel percutere hominem. Quia si addatur occidere vel percutere malefactorem authoritate publica propter iustitiam, vel percutere propter disciplinam, non erit peccatum, sed virtuosum de numero talium actionum est habere simul plures præbendas vel beneficia curata. Continēt enim plures inordinationes. Prima est indebita præceptio bonorum temporalium, Quia quum non sit possibile aliquem pluribus Ecclesiis deseruire, vt præbendæ siue prouentus sunt ordinati, quasi ad stipendia ibi ministrantium Deo, & talis non ministret, nec ministrare possit, quum ministerium sit personale, alias mulieres per aliū ministrare possent, &c. sequitur quòd talis habens duas præbendas indebitè percipit. Secunda deordinatio, est diminutio cultus diuini, qui diminuitur in vna Ecclesia. Tertia deordinatio, est frustratio voluntatum testatorum qui ad hoc aliqua bona Ecclesiis contulerunt, vt certus numerus Deo seruientium ibi esset. Quarta inæqualitas distributionis est, dum vnus pluribus beneficiis abundat, alius autem nec vnus quidem habere potest. & sic vnus esurit, alter verò ebrius est, & aliæ multæ inordinationes de facili perceptibiles sequuntur. ¶ Sed difficultas est quibus circunstantiis poterunt huiusmodi deordinationes tolli vt licitum sit habere plura beneficia. Quia si aliquis hac intētione plura beneficia obtineat, vt ditior fiat vel lautius viuat vel parētes diuites faciat, vel facilius ad episcopatum perueniat, prædictæ deformitates non tolluntur sed augentur. Quia cum tali intentione non est licitum nec vnum quidem beneficium habere. Sed si quis rectè cōsyderet, tres dūtaxat circunstantias inueniet, quibus licitè fieri poterit, vt quis plura beneficia aut plures prebēdas cū dispensatione summi pontificis obtineat. Prima circunstātia est, exiguitas prouentuū, qñ s. vnū beneficium adeò exiguos habet prouentus, quòd non sufficiunt ad debitam & congruā sustentationem vnius personæ, secundum conditionem suam, quæ sustentatio aliter debet æstimari quoad victum & vestitum & famulatum, & habitationem, quàm rustici. Prophetæ enim antiqui testamenti famulos habebant, Helias Helisæum, & Helisæus. Giesi. ¶ Secunda circunstantia sufficiens ad dispensationem pluralitatis beneficiorum, est Ecclesiæ vtilitas, qñ scilicet vnus pluribus Ecclesiis melius deseruit aliquando absens, quàm duo semper præsentes

¶ Tertia circunstantia tollens deformitates pluralitatis beneficiorum. est Eccl. necessitas, qñ. s. non inueniūtur clerici pro singulis Ecclesiis, prout in primitiua Eccle. in qua ꝑpter defectū clericorū pro vno episcopatu & parochia dabatur magna lata

Marginal notes: *An liceat impetrare mandatum de prouidendo aut nominationes* — B 240 (beside "nitur determinatum" / "actiones humanæ") — *Quodlibet. 9. art. 15. De pluralitate beneficiorum.* — *1. Cor. 11.* (beside "& sic vnus esurit") — F 230 (beside "licitè fieri" / "mi pontificis")

& longa territoria, quæ postea in plures diœceses, episcopatus, & parochias diuisa sunt. Si igitur idem casus occurreret, ad eum pertineret vnire, ad quem pertinuit diuidere, scilicet ad summum pontificē. Et sic in tribus supra dictis casibus dispensatio habet vim vnionis. Et sic plures parochiæ censentur esse vna Ecclesia & vnum beneficium. Extra prædictos tres casus videant qui dispensant, & qui dispensati sunt, an licite faciant vel vtantur. Videant pariter ne velamine prædictorum abutantur.

Prou. 15. ¶ Notandum etiam quod quum ad ea quæ sunt supererogationis nullus teneatur nisi se ad ea voto vel iuramento astrinxerit. (vnde D. Aug. in epist. ad Paul. & Armentarium dicit, Quia iam vouisti, astrinxisti, aliud tibi facere non licet. Priusquam fuisses voti reus, liberum fuit ea quæ sunt supererogationis præstare vel nō præstare
Matt. 19. vnde cum dominus dixisset adolescenti, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, postea superaddendo subiunxit, Si vis perfectus esse, vade, &c.) & quum ad hæc omnia episcopi in sua ordinatione non se obligent, nec hoc de necessitate requiratur ad pastorale officium, sequitur quòd episcopi non tenentur absque proprio viuere. Licet enim paupertas ad perfectionem Christianæ vitæ instrumentaliter operetur, nō
Gene. 17. tamen essentialiter requiritur ad perfectionem vitæ imo pōt esse magna perfectio cū
Iob. 1. magna opulentia, vt patet de Abraam cui dictum est, Ambula coram me, & esto per
Matt. 10. fectus, & tamē fuit valde diues. Similiter, & Iob, cui suo tempore non erat similis in C
Matt. 19. terra, potens inter omnes Orietales. Nec obstat quod Apo. in quorum locū successerunt Episcopi, dictum fuit, Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in Zonis vestris. Ideo dixerunt, Ecce nos relinquimus omnia, & secuti sumus te, &c. Quia illa verba tripliciter exponi possunt, Primo secundum Hiero. mystice, vt prædicatores non innitantur principaliter scientiæ & eloquentiæ temporali. Alio modo secundum D. Augu. quòd non præcipiendo, sed magis permittēdo dominus dixit. Permisit. n. vt absque auro & argēto aliisque sumptibus ad prædicandū irent accepturi sumptus vitæ ab his quibus prædicabāt. vnde subditur, Dignus est mercenarius cibo suo. Ita tamen quod si aliquis propriis sumptibus vteretur in prædicatione Euangelii, ad supererogationem pertineret prout D. Pau. de seipso di-
1. Cor. 9. xit. Tertio D. Chry. exponit Christum illa dixisse, vt de virtute ipsius confiderent, quia eis absque sumptibus prouideret. Non tamen ex illo obligantur ipsi aut successores eorum, vt stipendium non assumerent. Nam Apost. ab aliis Ecclesiis stipendium accipiebat, sed non a Cor. & sic apparet quod aliquid proprium possidebat ab aliis sibi missum. Stultum enim dicere quod tam sancti patres sicut Athanasius,
Luc. 22. Amb. Aug. Greg. & alii multi, illa præcepta tuisfent transgressi, si ad illa seruanda se
Act. 4. credidissent obligari. Præterea Dominus præceptum illud in passione reuocauit, cū ait, Quādo misi vos sine pera. &c. Modo autem non sic, &c. Et quāuis Apostoli post Ascensionem Domini ad tempus omnia in communi habuerint, ad ostendendum, consilium perfectionis, non tamen sequitur quod Episcopi ad tantam perfectionem teneantur, quantam habebant & ostendebant Christus & Apostoli. Nec illud quod dixit Christus, Exemplum dedi vobis vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis D
si vniuersaliter accipiatur fuit præceptiue dictum, sed consultiue.

Ver. 12. *De statu religiosorum.*

RELIGIO est virtus per quam aliquid ad Dei cultum & seruitiū ordinatur vt dictū est. Et ideo anthonomatice illi dicuntur religiosi, qui se totaliter mancipant diuino obsequio quasi se in holocaustum Deo offerentes, vnde D. Gregor. super
a. 2. q. 186 Ezechiel. dicit, Sunt quidam qui sibimetipsis nihil retinent, verum sensum, linguam
ar. 1. vitam, atque substantiam quam ceperunt, immolant. Sed in hoc consistit
c. 5. §. 5. perfectio hominis, quod totaliter Deo inhæreat, ad quod religiosi cum quadam solennitatem se obligant, & per consequens religiosi sunt, in statu perfectionis ex intentione finis. Ideo status religionis dicitur status perfectionis. Et licet aliqui perfici incipiant, dicuntur tamen esse in statu perfectionis scilicet acquirendæ. Et per consequens qui statum religionis assumunt, non tenentur habere perfectam

fectum charitatem, sed tenentur ad hoc tendere, & operam dare vt habeant perfectam charitatem. Non tamen tenentur implere omnia, quæ sequuntur ad perfectionem charitatis, nec omnia exercitia quibus ad perfectionem peruenitur. Vnde non peccat religiosus si prætermittat ea, sed tenetur ad illa ad quę se obligauit, sicut ad tria vota & ad ea quæ sunt ei determinate taxata tanquam pręcepta, ex regula & cōstitutionibus religionis q̄ iā professus est. Ex quo sequitur ꝙ non quandocū qui religiosus transgreditur præcepta, vel contemnit ordinationes, peccat mortaliter, Sed si ex leuitate, vel concupiscentia, aut ex alia causa non mortali transgrediatur aliqua quæ non sunt præcepta, non censetur contemnere, saltem formaliter, siue ex intentione, ideo non peccat mortaliter. Neque in religione prædicatorum veniali *Religiosi ad quā perfectionē teneantur.*

E ter, cum constitōnes eorum non ligent ad culpam venialem, vel mortalem, ex suo ge
126 nere, hoc est secundum naturam suam, quia sunt extra genus culpæ. Licet ex parte operantis sint in genere moris, & possit contrauenicns peccare venialiter ac etiā mortaliter, ex libidine siue delectatione aut negligentia, qn̄ omissioni actus debiti adiungitur negligentia ex parte illius, vel contemptus formalis, scilicet cum ex intentione quis vult subijci ordinationibus regulæ vel statutorum, & ex hoc procedit a d faciendum contra regulam & constitutiones. Qn̄ autem econuerso propter aliquam particularem causam, puta concupiscentiam vel iram, inducitur ad aliquid faciendum contra statuta vel regulam, non peccat ex contemptu, etiam si frequēter ex eadem causa transgressionem faceret. Licet enim frequētia inducat ad contemptū non tamen est ex natura sua contemptus, sed inductiue, iuxta illud, Impius cum in profundum malorū venerit, contemnit. Et quanuis de ratione pœnæ proprie dictæ sit, quod debeatur culpæ, cum sit reordinatio eius, nō tamen de ratione pœnæ cōmuniter dictæ, vt sub se continent pœnalitatem, & afflictionem, quæ sunt contra voluntatem. Ideo pœnę nominantur, sed non dicuntur proprie pœnæ, cum non habeant relationem ad culpam, eo quod obligatio legis debeat intelligi secundum modum quo placuit legislatori obligare. Et quia non placuit patribus religionis prędicatorum professores illius obligare ad culpam venialem siue mortalem, sed ad pœnam taxatam, ideo, non dicitur proprie pœna, sed pœnalitas. ¶ Nec obstat quod in constitutionibus prædicatorum transgressiones obseruantiarum non præceptarū dicuntur culpæ, vt in c. de leui culpa & graui culpa, Quia statuta illa de culpis fuerūt edita ante statutum de non obligando ad culpam quod non fuit editū a principio ordinis, sed in secundo cap generali. Anno Domini. 1237. post editas constitutiones dicti ordinis, facta fuit ordinatio quòd constitutiones non obligarent ad culpam. Ideo per accidens manserunt in cōstitutionibus illa nomina (grauis & leuis culpa) non prout haberent rationem culpæ, quia debent intelligi secundum vltimam ordinationem pro pœnalitate. Nec religiosus transgrediendo obseruantias & cæremonias non præceptas, facit contra votum, quia qui profitetur seruare regulam ali- *Constitutiones prædicatorum non obligant ad culpam.* *Prou. 18.*

F quam, non vouet seruare omnia, quæ sunt in regula, sed vouet regularem vitam,
126 quę essentialiter cōsistit in tribus votis, & sic non vouet regulam & constitutiones sed uiuere secundum regulam, hoc est tendere ad hoc quòd mores suos formet secū dum regulam & constitutiones, tanquā exemplaria exhibita, & secundū quod disponuntur in regula vel constitutionibus, quæ (ut dictum est) non obligant ad culpam. Et quanuis omnis inordinatio rationis sit culpa, saltem venialis, non tamen omnis transgressio cæremoniarum habet aliquam inordinationem rationis, puta quum propter maius bonum aliquando prætermittitur silentium, aut aliud huiusmodi. Nec etiam omissio pœnæ taxatæ secundum Dominum Caietanum, est culpa, nisi ex contemptu omittatur, quum lex sit uniuersalis & non particularis & si omissio pœnæ taxatæ esset culpa, sequeretur quod prædictæ constitutiones obligarent ad culpam quod est contra intentionē statuti prędicti. ¶ Circa peccata religiosorum aduertēdū est quando in eadē specie peccati religiosi grauius peccent, quam seculares, aut laici. Resolutio D. Thom. est, quod in tribus casibus, Primo quando faciunt contra uotū. Secundo, quando ex contemptu peccant. Tertio quando pu- *2.2.q.186 art.10.*

Religiosus quando gravius peccat in eadē specie peccati quam secularis. licet propter scandalum. Si verò religiosus ex infirmitate vel negligentia aliquod peccatum, quod non est contra votum suæ professionis, absque scandalo committit, levius peccat ut in pluribus, quia communiter non ex tanta inclinatione & firmitate voluntatis eius peccatum procedit. Et si sit veniale, statim quasi obsorbetur per multa bona opera quæ facit. & si sit mortale, facilius ab eo resurgit. Primo propter intentionem quam habet rectam ad Deum, quæ si intercipiatur ad horam de facili, ad pristina reparatur unde super illud Psal. Cum ceciderit non collidetur, dicit Origenes iniustus si peccauerit, non pœnitet, & peccatum suum emēdare nescit. Iustus aūt scit emendare, scit corrigere, sicut ille qui dixerat, Nescio quid dicis, paulo post quum respectus fuit a domino, amarissimè fleuit. Et ille qui de tecto mulierem viderat & cōcupiuerat eam, dicere valuit, Peccaui & malum coram te feci. Iuuatur etiam à sociis, iuxta illud, Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ soli qui quum ceciderit non habet subleuantem. Dominus enim bonus propiciabitur his qui in toto corde suo requirunt dominum Deum patrum suorū, & non imputabit eis, quod minus sanctificati sunt. Et quum præsens vita sine peccatis non transigatur, iuxta illud. In multis offendimus omnes, Si peccata religiosorum essent grauiora peccatis secularium, vel grosi essent deterioris conditionis quàm seculares, & sic non esset sanum consilium ad religionem conuolare, quod est erroneum, & blasphemum in Christū qui eam constituit. Prædicta aūt leuitas peccati intelligenda est habere locum non solū in religiosis professione, sed etiā re, Quia mali religiosi grauius peccant, & ex contemptu vnde verificatur in eis illud, Confregisti iugum, disrupisti vincula, dixisti non seruiam. In omni colle sublimi & sub omni ligno frondoso tu prostrabaris meretrix vnde D Aug. in epistola ad plebem Hipponen. d [illegible] ex quo Deo seruire cœpi quomodo sum expertus, difficile esse meliores inueniri, quam qui in monasteriis profecerunt, ita peiores quàm qui in monasteriis acciderunt, Ex quo apparet quàm grauiter peccent fauentes religiosis dyscolis & prælatos suos contemnentibus. Contra quos 2 Para 19 dicitur, Impio præbes auxilium, & his qui oderunt dominum amicitia iungeris? Vnde sequitur quod sicut fauorem præstās bonis religiosis, est particeps bonorum, quæ ab ipsis fiunt, ita fauorem præstans malis, est particeps criminum eorum. Statum religionis tria conseruant, scilicet paupertas, continentia, & obedientia, de quibus breuiter dicendum est.

Psal. 36.

Eccle. 4.

2. Par. 30.

Iac. 3.

Hier. 2.

2. 2. q 186 art. 3.

3. contra Ge. c. 133.

Ver 13. *De bonitate paupertatis.*

QVVM secundum D Diony bonum hominis sit secūdū rationem esse, hoc est secundū virtutem viuere sequitur quod principale bonum hominis sit uirtus, ad quā ratio hominis ordinatur Diuitiæ uero exteriores, per quas sustentamus corpus, & subuenimus aliis, sunt quoddā bonum hominis, non tamen principale, sed secundum quod ordinantur ad virtutem, quæ est principale bonum hominis, & ideo intantum diuitiæ sunt bonæ, in quantum proficiunt & subseruiunt ad usum uirtutum, & malæ inquantum impediunt usum uirtutum, uel retrahunt hominem a uirtute, propter nimiam solicitudinem uel affectionem ad ipsis, uel propter mentis alienationem quæ ex ipsis consurgit. Virtutes uero uitæ actiuæ pluribus diuitiis indigent, quam uirtutes uitæ contemplatiuæ. Quia ad uirtutes uitę actiuæ requiruntur diuitiæ, non solum ad sustentationem uiri uirtuosi, sed etiam ad subueniendum aliis. Ad uirtutes uero uitæ contemplatiuæ, solum ad sustentationem sui. unde Apostolus, Habentes alimenta & quibus tegamur. his contenti simus. Nullus enim boni obtentu debet homo subtrahere sibi necessaria ad sustentationem uitæ.

¶ Ex præmissis sequitur quod paupertas secundū se non est bona, neq; laudabilis, aut utilis, sed solum inquantū liberat hominem a solicitudine terrenorū, & vitiis [illegible] ex diuitiis prouenire solent, ut homo his exoneratus, liberius diuinis & spiritualibus [illegible], Ita quòd cū ea remaneat facultas homini ad sustentandū seipsum medio licito Ad huiusmodi aūt sustentationes panca sufficiūt cū natura modicis contēta sit ¶ Ex quo sequitur quod quanto modo uiuendi in paupertate minorem solicitudinem exigit, tanto paupertas est laudabilior, & non quanto maior.

3. con. Ge. c. 123

Ver. 14.

Ver. 14. *De quatuor modis uiuendi in paupertate.*

QVATVOR modos approbatos viuendi in paupertate ponit D. Tho. in summa contra Gen. Primus est eorum qui habẽt possessiones immobiles in cõmuni,ex quarum fructibus viuunt, & prouidetur vnicuiq; secundum quod ei opus est, sicut obseruatur in omnibus pene monasteriis monachorum regulariter viuentium. Nec propter huiusmodi possessiones aliquid perfectionis, ad quam tendunt paupertatem voluntariam assumentis, deest. Potest enim fieri per vnius vel paucorum solicitudinem,ut possessiones debito modo procurentur. Et sic alii absque aliqua rerum temporalium solicitudine remanentes, libere possunt spiritualibus vacare,quod est fructus uoluntariæ paupertatis. Nec etiam aliquid deperit his qui pro aliis hanc solicitudinem assumunt,Quia quod amittere uidentur in defectu quietis, recuperant in 3. contra Gen. 132.
C
227 obsequio charitatis. Nec etiam per hunc modum viuendi concordia tollitur, occasione professionum communium.Tales enim debent paupertatem voluntariam amplecti,qui temporalia contemnunt,& pro temporalibus discordare nolunt,maxime quum ex temporalibus nihil præter necessaria vitæ habeant expectare. Et quum dispensatores debeant esse fideles,iuxta illud Luc. 12. Quis putas est fidelis dispensator, &c. si nõnulli infideles inueniantur, & hoc modo uiuendi abutantur, propter hoc tamen talis modus viuendi improbari non debet,quũ bonis male utantur mali.

¶ Secundus modus viuendi in paupertate, est eorum qui omnia temporalia propria abiiciunt,ut de laboribus manuum suarum uiuant quemadmodum D. Paulus seruauit, & aliis obseruãdum suo exemplo docuit. dicit enim, Nec gratis panem mãducauimus ab aliquo,sed in labore ac fatigatione die ac nocte operantes, ne quem uestrum grauaremus,deinde dicit,Cum essemus apud uos, hoc ipsum denuntiauimus uobis, Quoniam si quis non vult operari, nec manducet. Hic modus quamuis sit cum maiori solicitudine quam primus,est tamen bonus & conueniens,quia modicũ tempus & modica solicitudo sufficit ad naturæ sustentationem. Nec obstat illud Matt 6 Nolite soliciti esse Non. n. per hęc uerba dominus prohibuit laborem, sed anxiam solicitudinem unde D. Hiero Labor quidem exercendus est,solicitudo tollenda. Nec obstat quod infirmi,& debiles laborare non possunt, quia potest illis ab aliis sanis prouideri. Nec est aliquis modus uiuendi, per quem sic prouideatur homini,quod nullo modo possit deficere. Nam & diuitibus bona & diuitię furto, rapina,& incendio auferri possunt,sed hæc sunt per accidens. 2. Thes. 3. *Non labor sed anxia solicitudo prohibetur.*

¶ Tertius modus uiuendi in paupertate, est eorum qui de precio possessionum uenditarum communiter viuunt. Et hic modus sufficiens est, sed non ad longũ tempus Et ideo Apo. hunc modum viuẽdi fidelibus in Hierusalem ad tempus constituerũt, quia pręuidebant per spiritum sanctum, quod non diu haberent in Hierusalem commorari,tum propter persequutiones inferendas a Iudęis, tum etiam propter instantem ciuitatis destructionem unde non fuit necessarium (nisi vsque ad modicum tem-
D
227 pus) prouideri. Et ideo transeuntes ad gentes, apud quas fundanda & permansura erat Ecclesia,hunc modum viuendi non instituerunt. Et si dicatur quod in hoc modo viuẽdi potest committi fraus,& dolus,dictũ est, quod hoc est commune in omni modo uiuendi,sed nõ est ex natura modi viuendi,sed malitia aliquorũ, & sic per accidens. ¶ Quartus modus uiuendi in paupertate, est eorum qui paupertatem volũtariam sectantes,omnia sua dimittunt, ut absque redditibus uiuant de his quæ eleemosynaliter dantur eis ab aliis Et hunc modum uiuendi Dominus cum Apostolis obseruauit. Mulieres enim quædam sequebantur eum, ministrantes ei de facultatibus suis,ex quibus in communi loculos habebant, & ex eis cibaria & alia necessaria emebant unde Ioan 4. dicitur quod discipuli abierant in ciuitatem ut cibos emerẽt. Et Iudas loculos habebat,& quæ mittebantur portabat. Et Ioan 13. cum Christus tradẽs buccellam, dicit, quod facis fac citius, quidam putabãt,quia loculos habebat Iudas,& quod dixisset ei Iesus, Eme ea quæ sunt nobis necessaria ad diem festũ,aut ut egenis aliquid daret. Vnde D. Aug dicit,Habebat Dominus loculos a fidelibus data conseruans, & suorum necessitatibus, & aliorum indigentiis tribuens. Luc. 8. Ioan. 12.

& rationabilis causa quæ impedit studium, & prædicationem, sit nimia necessitas, qua stante prædictus ordo ac fratres absque maxima solicitudine occurrere non possunt, tum propter multitudinem quæstuantium, quæ non erat tempore renunciationis prædictę, tum propter sterilitatem terrę, tū etiam propter refrigerationem charitatis multorū, & abundantiam iniquitatis, & cupiditatis, quæ tanta est, quod absq; solicitudine, & importunitate maxima ac arte quadam quæstandi, munusculis, adulationibus, dictis fratribus etiam necessaria elargiri recusent cum demū propter multitudinem luthetanorum ac aliorum hæreticorum, qui uidentes ordines mendicātiū illis resistentes, manibus, & pedibus (ut aiunt) repuant, ac totis nisibus, & impetu maxime conantur delere de terra uiuentium, non sacros mendicitatis (quos vocāt) sed ipsos ordines mendicantium, contra quos priuatim, & publice impune insultant, & lingua maledica ac scriptis latrant, & debacchantur, ita ut tanquam per ipsema mundi habeantur, & a multis, imo fere omnibus relinquantur, & loco eleemosynarum irrisiones, & opprobria recipiant, & plerunq; verbera experiantur. Et sic ad sustentationem fratrum oporret, quasi cōtinue discurrere, & immoderatis, & inutilibus quæstubus cum periculo animæ, & corporis iuuenum, & conuersorum, cum maxima distractione mentium, intermissione studii, lectionum, & diuini cultus diminutione, et cum relaxatione totius religionis ac uitæ regularis. Quibus omnibus prædictis malis & periculis per moderatas possessiones, & redditus faciliter obuiari posset.

Solicitudo in medicantibus hoc : ē pro unus prodeas.

A 128

¶ Ex præmissis sequuntur sex corolaria. Primum est habere hoc tempore pessimo possessiones moderatas, non est contra statum perfectionis ordinis prędicatorum maxime cum dispēsatione pontificis, cum (ut dictum est) ordo prædicatorum ab initio cum possessionibus, & redditibus fuerit institutus. ¶ Secundū corolarium est, Habere moderatas possessiones, & redditus nō est contra regulam quā profitentur prædicatores, quum profiteantur regulam D. August. quam Canonici regulares profitentes, possessiones moderatas licite habent.

¶ Tertium corolarium est, Habere possessiones non est contra votum fratrum prædicatorum. Et quanuis inter institutiones eorum sit una de possessionibus non recipiendis, Quia (vt dictum est) non vouent constitutiones, sed viuere, & facere secundū constitutiones, in quibus ex vi, & tenore ipsarū cadit dispensatio, ut in illarū prologo continetur. Præterea constitutiones prædictæ non obligant ad culpam, nisi propter præceptū vel contemptū. Sed illa ordinatio de possessionibus non recipiendis nullū habet annexum præceptū aut mandatum (vt patet intuenti) igitur non est contra votum habere, cum sit ex causa rationabili, & dispensatione Apostolica.

¶ Quartum corolarium est, Turpiter errant qui oppositum dicere præsumunt, non intelligentes de quibus loquantur, neq; de quibus affirment.

¶ Quintum corolariū est, quod illi qui quibusdam friuolis quæsitis coloribus domos prædicatorum, aut aliorū mendicantium, sub regula D Aug. uiuētiū, odio, cupiditate, aut alia mala intentione, procurant moderatis possessionibus, ex dispensatione apostolica, & amortisatione regia obtentis, indebite spoliari, ut a studio, & prædicatione, ex improba, & nimis anxia solicitudine prouenīēte, retrahantur, ut tandē ordo pereat, ac etiam qui dicunt contra statum illorum esse habere possessiones, sic q; nec summus pontifex in illis obtinendis valeat dispensare, magis solēt ac spirant lutherum (saccos mēdicitatis, imo verius mendicantiū ordines abolere cupiētē) quam Christū, cū hoc dicentes, primatū D. Petri, & successorū eius a Christo, collatū denegant, ad suam ipsorum, & eorum quos ad ita sentiendum inducūt perditionem Nec obstat quod quidam illorum fingunt D. Dominicum in suo testamento imprecatū fuisse maledictionem dei, & suā in eos qui possessiones in ordine prædicatorum nite rentur inducere, hoc enim merum figmentum esse constat, quum sola legenda D. Dominici, quam D. Ioardanus scripsit (quæ prædictas nugas non continet) fuerit approbata, reprobatis aliis legendis ab indiscretis, zelatoribus aut æmulis conscriptis, ut fuit ordinatum in capitulo apud Argentinam celebrato, anno Domini 1226. Et posito, & non concesso, quod illa maledictio legeretur, intelligitur imprecata

B 128

precata illis qui sine causa rationabili, & dispensatione niterentur in ducere. Praeterea in informationibus & contestationibus super transitu D: Dominici factis, in quibus testes qui mortui ipsius sancti interfuerunt, auditi sunt, nulla de huiusmodi maledictione fit mentio, vt facile videri pôt in processu canonizationis ipsius. Sed solum sequentia pro testamento dixisse dicitur, Charitatem habere, humilitatē seruare, & paupertatem volūtariam possidere, quae paupertas cum moderatis possessionibus in communi seruari potest, vt dictum est.

¶ Minus pariter obstat, quod quidam in velamē erroris sui dicūt c. Exit qui seminat, de verborum significatione, li. 6. & clementinam, Exiuit de paradiso eo. tit. debere intelligi non solum de minoribus, sed etiam de praedicatoribus, quod non solū est contra veritatem sed etiam contra textus intentionē, & Ioann. 22 declarationē in extrauaganti quia quorundam, eodem tit. Manifeste enim ex textu apparet ꝙ solum ibi agitur de expositione regulae D. Francisci, quae est in se difficillima, & absq; sedis Apostolicae declaratione, & relaxatione importabilis, quā fratres ordinis Praedicatorum non sunt professi, nec ad illam quouis modo se obligauerunt, Imo institutio ordinis Praedicatorum ex diametro pugnat cum institutione, & approbatione ordinis Minorum, quia (vt dictum est) Praedicatorum ordo profitetur D. Aug regulam quę possessiones admittit, & per summum pontificem fuit cum possessionibus approbatus, vt dictum est. Ordo autē Minorū profitetur regulam D. Francisci, quae possessiones non admittit, & cum illa abdicatione possessionū ab initio approbatus fuit, & eiusdem ordinis professores habent sanctum euangelium obseruare, viuendo in obedientia sine proprio, & in charitate, vt in ipsa regula continetur, Finito anno probationis, recipiantur ad obedientiam, promittentes semper regulam obseruare. Et in eadem regula etiam dicitur, Fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec rem aliquam, neque in speciali, neque in communi habeant sed tanquam aduenae, & peregrini in hoc seculo in paupertate, & humilitate domino famulētur, vadāt pro eleemosyna cōfidenter. Et sub districtione praecepti inhibetur ne fratres recipiant per se vel per alios, denarios vel pecuniam vllo modo. Sed diuinae prouidentiae innitentes, suos in domino iaciant cogitatus, qui pascit volucres coeli quae non congregant in horrea, nec seminant nec metunt, nec cogitāt de crastino sic (vt dicitur in cle. Exiuit) verisimile non est D. Franciscum voluisse eos habere granaria vel cellaria, vbi quotidianis mēdicationibus deberent sperare posse trāsigere vitā suam. Et in calce regulae habentur haec verba, Paupertatē, & humilitatē, & sanctū euangelium domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus, obseruemus. Et vt dicitur in cap. Exiit qui seminat, D. Franciscus mandasse dicitur, circa vltimū vitae suę, cuius mandatum testamentum ipsius dicitur, vt verba ipsius regulę non glosentur, & quod sic, vel sic intelligi debeant, non dicatur. Adiiciens, quòd fratres nullo modo literas aliquas a sede Apostolica petant, & alia quaedam inseruit, quae non possent sine magna difficultate seruari. Quum igitur insensati cerebri sit asseuerare aliquem obligari ad ea, ad quae nec iure naturali aut diuino aut humano, vel propria voluntate se obligauit, & obligationes sint stricti iuris, & odiosae, & sic potius restringendae (vt dicitur in l cū quidam. ff de libr. est posthu.) & ordo praedicatorum ad praedictam D. Francisci regulam non se astrinxerit, nec in praelibatis cap. fiat de praedicatoribus aliqua mentio, imo excipiatur in extrauaganti, quia quorundam. Ioan. 22. Nec ipsi praedicatores sic renunciauerunt possessionibus, quin cum dispensatione praelatorum suorum, & summi pontificis (cuius authoritas in omni contractu humano etiam iuramento firmato, intelligitur excepta, vt dicit Glos. in cap. Quemadmodum extra de iureiurando, & textus in cap venientes, eodem tit.) euidenter sequitur, quod absque ratione, & contra omnem veritatem dicitur praedicatores cum dispensatione Apostolica moderatas possessiones in communi tenere non posse. & ad eos extendi dictum c. Exit qui seminat, de verb sign. li 6. & clementinam, exiuit de paradiso, eodem tit. ¶ Sextum corolarium est, quòd licet paupertas Minorum sit maior, quum nihil possint habere (vt ipsi dicunt) nec in cōmuni, nec

Regula D. Francisci difficillima C 228

Regulā suā D. Franciscus in testamēto prohibuit glosari.

D 228

ni, nec in particulari, & maxime possessiones non est tamen perfectior hoc tempore (quo cessant gratas oblata) paupertate Prædicatorum & Carthusien. aliorumque sub regulis monasticis religiose degentium, qui habent moderatas possessiones in cummuni. Quia oportet eos cum magna solicitudine & mira ac importuna anxietate mendicare. Paupertas enim (vt dictum est) non est secundum se bona, sed solū in quantum tollit sollicitudinem, quæ retrahit a contemplatione diuinorum, & charitate quæ est vinculum perfectionis.

Ver. 16. *De erroribus uitandis circa paupertatem.*

TOT fuerūt errores circa paupertatem & modos viuendi in paupuertate, vt iustum volumen fieri posset, adeo vt D. Tho prolixius disputarit hāc materiam in opusculo contra impugnantes religionem, in quo respondent authoritatibus & argumentis Gulielmi de S. Amore, & Sergii magistrorum, pro themate assumés illud Psal. Ecce inimici tui domine sonuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput. Super populum tuum malignauerunt consilium, cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Dixerunt, venite disperdamus eos de gente, non memoretur nomen Israel vltra. Et quia idem doctor diffuse & clare prosecutus est, sufficiet nobis aliquos errores summarie recitare, cum idem Tho. eorū sophisticis rationibus & autoritatibus abūde satisfecerit, Vnus error illorum erat, quòd non licebat pauperibus religiosis docere aut prædicare, de quo in prædicto opusculo. c. 19 Alius error, quòd non licebat religiosis esse de collegio secularium magistrorum, de quo in prædicto opusculo. c. 3. Alius error erat, quòd non licet religiosis confessiones audire, de quo in dicto opuscolo c. 4 & in clemen:ina, dudum, de sepul. Alius error, quòd omnes religiosi tenētur manibus laborare. de quo in dicto opusc. c. 5. & 2. 2 q. 187 art. 3. Alius error, quòd non licet religiosis omnia sua relinquere, & sibi nihil retinere in particulari nec in communi. de quo in prædicto opusc. c. 6. Alius error, quod non licet religiosis ex eleemosinis viuere. de quo in prædicto opusc. c. 7. Alius error, quòd non licet religiosis pro salute animarum discurrere, de quo in prædicto oposc. c. 9. & 10. Alius error, quod non licet religiosis resistere detractoribus suis, de quo in prædicto opusc. Alius error, quòd non licet religiosis in iudicio contendere, nec procurare quòd armis defendantur, de quo in dicto opusc. c. 15. Alius error, quòd religiosi non debet procurare aliquam pœnam persecutoribus suis, de quo in dicto opusc. c. 19. Multos alios errores & impugnationes religionum & religiosorum in prædicto opu. prosequitur. Nos autem pro præsenti circa vnum duntaxat improbandum immorabimur.

Psal. 82.

E 128

2. 2. q. 188. ar. 1.

Ver. 17. *De errore Fratricellorum et pauperum de Lugduno.*

INTER eos qui circa paupertatem errauerunt, fuerunt quidā de secta Fratricellorum siue pauperum de Lugduno, quorum caput (vt ait D. Antho. Flo. in 3 parte histo. tit. 21. c. 5. §. 1.) dicitur fuisse magister Michelinus Cæsena. ordinis Minorū minister, qui cum multis sequacibus. suis cœpit dogmatizare christum adeo pauperem fuisse, quòd ipse cum collegio Apostolorum nihil habebat in mūdo propriū, nec in communi, nec in particulari, non solum immobile, sed nec etiam mobile. Quod non est asserendum, cum expresse repugnet authoritati sacræ scripturæ (vt patet ex authoritatibus in quarto modo viuendi in paupertate allegatis, in quibus sit mentio de Christi loculis, de emptione ciborum, de donatione siue elargitione elemosynarum, in quibus contractibus transfertur dominium siue proprietas, quam inquantum homo, siue secundum humanam naturam, absolute ad se pertinere dixit, cum ait, data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. & Ioh. 17. Dedisti mihi potestatem omnis carnis, & sic ius siue dominium vtendi, quod idem est cum proprietate. & quamuis non fuerit communiter vsus iure suo, sicut nec potestate iudicandi, quæ data fuerat ei, vnde dicebat, Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est.) iure tamen proprietatis vsus est in emptionē & donatione, vt dictum est imo & se dominum omnium rerum nuncupauit, cum mittens duos ex discipulis ad soluendum asinam & pullum, dixit eis, Si aliquis aliquid uobis dixerit, dicite

F 128

Matth. 28 Ioan. 17. Ioan. 5. Matt. 21.

cite quia Dominus his opus habet, confeſtim dimittet eos, & non erant ei opus quantum ad diuinitatẽ, ſed quantum ad humanitatem, vt apparet ex prophetia alle gata. & Ioã. 13. Vos vocatis me, Magiſter & Domine, & benedicitis, ſum etenim Eã ob rem ſtantibus tot teſtimoniis ſcripturæ ſacræ, in qua nullibi habetur, quòd non habuerit dominium ſiue proprietatẽ. Nec alicubi autẽtice legitur, quòd Chriſtus ab

Matt. 8. dicauerit alicuius rei proprietatẽ, aut id Apoſtolis mandauerit, licet bene habeatur

Luc. 12. ꝙ non ſemper voluerit vti dominio & proprietate, maxime cum dixit, Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius aũt hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. & cum dixit, Quis me conſtituit iudicẽ ſuper vos? Licet enim eſſet iudex, noluit vti poteſtate iudicandi, nec proprietate domorũ, licet proprietatem ipſarum haberet. Conſtat ẽt Chriſtũ quantũ ad humanitatẽ, fuiſſe regẽ & monarchã, & ſic habuiſſe proprietatẽ, licet nõ vſus fuerit, vnde Pſal. Deus iudiciũ tuũ regi da. & Hie

Pſal. 71 re 23. Regnabit rex & ſapiens erit. & Luc. 1. Et dabit ei Dominus Deus ſedem Da

Hier. 23. uid patris ſui, & regnabit in domo Iacob in æternum & Apoc. 19. In cuius fœmore ſcriptum eſt, rex regum & dominus dominãrium. Propter huiuſmodi authoritates & alias multas rationes, Ioan 22 pontifex maximus, cum concilio cardinalium, vocatis multis prælatis diuerſarum prouinciarũ, examinata prius & bene diſcuſſa prę miſſa propoſitione, ſeruatis ſolennitatibus in conciliis vniuerſalibus vniuerſalitate A authoritatis obſeruari ſolitis, Auinioni ſedens pro tribunali, iudicauit & condemna 229 uit prædictam propoſitionem hæreticã, & eos qui illam dogmatizare præſumpſerant, inhæreſim incidiſſe, & ſi vellent eam pertinaciter ſuſtinere, eos hæreticos declarauit, & contra eos tanquã contra hæreticos, procedendum eſſe decreuit, vt habetur in extrauaganti, cũ inter nonnullos, de verb. ſigni. Quã condemnationem & declarationem prædicti Fratricelli indigne ferentes, pronunciauerunt & declarauerunt dictũ Ioannem papam huius nominis. 22. eſſe hæreticũ cum cardinalibus ſuis & concilio ſuo, & antipapam conſtituere præſumpſerunt Petrum de Coruaria, qui cardinales & epiſcopos ſuæ factionis ordinauit, & pro ſuiipſius & ſuorũ tuitione inſtituit & coronauit in Antiimperatorem, Ludouicum Bauarum, qui ei obedientiam præſtitit. Sed non multo poſt Antipapa captus eſt, qui hæreſi abiurata, cõdemnatus eſt ad perpetuos carceres, in quibus mortuus eſt. Plurimi autẽ ex aliis in ſua pertinacia permanentibus, combuſti ſunt. & ſic ſchiſma ceſſauit, quamuis remanſerint non nulli defenſores, dicentes prædictum Ioannem. 22. non potuiſſe illam declarationẽ facere, qui etiam uerbis & ſcriptis per inſanias falſas veritatẽm offuſcare niſi ſunt.

Primũ fundamentum Fratricellorum. Quorum rationes idem pontifex, ne aſſertores de tam peſtifera, erronea, atq; damnata doctrina gloriari, & alios in ſuũ errorẽ trahere poſſent, luculenter diſſoluit & cõfutauit in extrauagãti quã ſuper hoc edidit quę incipit, Quia quorundã. & in extrauaganti, ad conditorem, de verb. ſigni. ¶ Et quia poſſent in futurũ aliqui inſurgere huiuſmodi hæreſis defenſores, ideo confutationes prædicti Ioan 22. in dictis extrauagantibus contentas, hic inſerendas duxi. Et primo notanda, & confutanda ſunt eorum fundamenta, quorũ primũ eſt, quod quicquid Romani pontifices ſemel per clauem ſcientiæ in fide & moribus definierunt, adeo immutabile perſeuerat, vt non liceat ſucceſſori in dubium reuocare, nec contrarium affirmare, licet de his quæ per clauem poteſtatis ordinauerint, aſſerant ſecus eſſe. Et quia ſupra dictum eſt, cum de B fide ageretur, qualiter papa, ut ſummus pontifex procedens, cũ concilio rite congre- 229 gato, os ſeruãs ſolẽnitates & ritũ ſanctorũ patrum in talibus ſeruari, ſolitum, non poteſt errare in fide & bonis moribus, ideo non eſt noſtræ intentionis hic immorari, ſed ſolum recitare euerſione huius fundamenti, ut iacet. Nam (ut idem Ioannes in prædicta extrauanganti, quia quorundam, dicit) prędictum fundamentum prorſus eſt contrariũ veritati. Primo eo quòd ſcientia non eſt clauis ligandi atq; ſoluendi, cum poteſtas ligandi & ſoluendi conferatur ſacerdotibus in eorum ordinatione, et tñ nõ confertur eis ſcientia. Conſtat enim multos ſacerdotes eſſe ignorantes, qui non poſſunt circa fidem & bonos mores authoritatiue determinare. Si autem intelligaut claues iſtas ſe extẽdere ad generalę poteſtatem attributam D. Petro ſuiſq; ſucceſ

ſoribus,

soribus, per quam videtur ipsis omnia concessisse, sine quibus pastoris vniuersalis cu ra nequit expediri, adhuc constat ipsos errasse, dicentes aliam esse clauem scientiæ, & aliam potentiæ, quia clauis scientiæ nihil aliud est, quam potestas, & authoritas cognoscendi, & per consequens definiendi. Quare vtraque clauis, scilicet cognoscendi, & definiendi, necessario requiritur, vel, quòd soli claui potentiæ non competat statuere, & definire sed sicut lumē materiale clauigerum in vsu clauis dirigit ma terialis, & quasi quantum ad quod obtineat scientia vicem lucis. Et hoc saluator noster in promissione clauium facta Petro, sensisse videtur expresse, cum post illam immediate subiunxerit, Quodcunque ligaueris super terram, &c. nulla de scientia habita mentione.

C ¶Secundum fundamentum illorum est, quod Honorius 3. Greg. 9. Innoc. 4. *Secundum fundamentum Fraticellorū 9.*
225 Alex. 4. & Nicol 4. prædecessores Ioan. 22. approbauerunt regulam D. Francisci, in qua approbatione dicunt hæc verba contineri, Hæc est regula euangelica, Christi, & Apostolicorum imitatrix, quæ nihil in hoc mundo habet proprium vel commune, sed in rebus quibus vtuntur, solum habent simplicem vsum facti. His addere præsumentes præfatos summos pontifices, & multa concilia generalia definisse paupertatem Christi, & Apostolorum constitisse perfecte exprobatione cuiuslibet temporalis dominii ciuilis, & mundani, & sustentationem eorum in solo, & nudo vsu facti ēē constitisse. Ad hoc fundamentū respondet idem Ioan. dicens, quòd prorsus obuiat veritati in multis. Primò quidem, quia Honorius prædictā regulā absq; aliqua declaratione confirmauit, & in cōfirmatione de prædictis verbis nulla mentio habetur, nisi quatenus ipsa regula continetur. In declarationibus etiam Greg. 9. Innocentii, & Alexandri absq; confirmatione aliqua, interpellantibus fratribus declarauerunt, in quorum declaratione etiam prædicta verba non continentur, imo potius oppositū, ꝙ. fr. habeant ius vtendi, & vsum iuris, & non solum facti, quia in prædictis declarationibus dicitur, ꝙ ordo habet vsum rerum concessarum necesse est ad vsum iuris debere referri. Facta enim quæ singulorum sunt, veram personā exigūt, & requiruntur. Ordo autem vera persona non est, sed repræsentata, & imaginaria potius, est censenda. Quare quæ sunt facti, sibi conuenire nequeunt, licet ei congruere possint quæ sunt iuris. Nec ex verbis Nicolai aut aliorum potest haberi, ꝙ omnia, quæ continentur in regula, fundentur in euāgelio, aut Christi sint roborata exēplo, vt patet de tunica cum caputio, & quòd non recipiant per se vel aliam personā denarios, & multa id genus, & nullus prædecessorū (vt ex declarationibus eorum apparet) dixi sustentationem Christi apostolorum eius in solo simplici, & nudo vsu facti constitisse, imo Nicolaus in suis declarationibus inuit Christum cum Apostolis hauisse proprium in communi. In responsione cuiusdā obiectionis de loculis, quos
D Christus habuisse legitur, dicit, Vt imperfectiorum infirmas semitas non dānaret,
225 & sic asserit Christū infirmorum personam loculos habuisse. Nec prædicti pontifices declarationes suas tanquam de fide ab omnibus tenendas decreuerunt aut diffinierunt, sed potius importunitate fratrum, ad consolandum eorum conscientias, nō solum declarauerunt, verum etiam relaxauerunt, quanuis relaxationis vocabolo nō vtantur, vt patet intuenti, ex maxima impropriatione terminorum contra propriā eorum significationem, vt in admirationem, ducantur, quæ prædictas declarationes audiunt vel legunt. Vnde idem Ioannes in extrauaganti, ad conditorem. § nos itaq; illas declarationes videtur vocare simulationes, ait enim, Nos itaq; qui veritatem tenemur colere, velut illius (cui ueritas cognoscitur) licet immeriti vicē teneamus in terris, uolentes illam, quæ in sancta dei Ecclesia (quæ nō verbo tātum, sed quæ re ponitur debet obseruari præmissis in scrutinio rectæ considerationis adductis, cum fratribus nostris, & multis aliis deliberatione præhabita diligenti, dignum arbitrantes, & congruum, professores dicti ordinis non verbis tantum, non simulatis artibus, sed operibus claris, veritate suffultis, perfectionis status, & altioris paupertatis sibi prærogatiuam præ aliis mendicantibus vindicare. Et ad Cælestinum quintum per eos allegatum respondet, quòd illa non dixit vt Papa, sed ut frater Petrus de

Tarantasia. in quadam postila sua. Quoad multa concilia per illos allegata respondet, quod nec Honorii confirmatio, nec Greg. aut Alexādri, nec Nicolai declarationes factę, fuerunt in concilio generali confirmatæ, quum per nullum ipsorum concilium fuerit celebratum. Licet Innocentius celebrauerit concilium generale, in illo tamen nec in aliquo alio fuit facta declaratio prędicta, vt patet intuenti concilia. Nicolaus autem nec celebrauit generale concilium, nec aliquid circa præfatam regulā declarauit. Greg. autem 9. nec confirmauit nec declarauit prædictam regulam, Sed in generali concilio, vbi fuerunt cassati nonnulli mendicantium ordines, prædicatorum, & minorum ordines non cessauit sed asseruit approbatos, sic dicens, Quos euidens ex eis vtilitas. Ecclesiæ vniuersali proueniens, perhibet approbatos præsentē non patitur constitutionem (.s. cassationis) extendi. Non tamen sic approbati sunt, quin ex rationabilibus, & emergentibus causis cassari, & reprobari possint ¶ Quòd B

Minores habere solū nudū usū facti sustinere non potest.

autē Christus, & Apostoli habuerint solum simplicem, & nudū vsum facti, & quòd 229 fratres minores etiam solum simplicem, & nudum vsum facti habeant, sustineri nō potest quia quicunque potest emere, vendere, aut permutare, vel dare, siue id faciat per se siue per interpositam personam (cum secundū regulam iuris, qui per aliū facit per seipsum facere videatur) non habet simplicem vsum facti, sed etiam proprietatē cum per tales contractus ex natura sua trāsferatur dominium. Sed Christus per Apostolos emebat cibaria, dabat eleemosynas egenis, soluit pidragma, igitur. Similiter prædicti minores per declarationem Nicolai habēt facultatē vendendi permutādi, & dādi non solum quæ vsu consummuntur, sed etiam domos, libros, vestes successiones testamentarias, domos, hortos, & alia huiusmodi. Igitur non solum habēt vsum simplicem facti, sed etiam iuris. Impossibile est enim vsum facti simplicē absque iure aliquo alicui competere, prout D. Aug in lib. de doct. Christi, expresse tenet. Quia si vsus denudatus omni iure ab aliquo posset haberi, sequeretur, quod actus vtendi esset iniustus, & per consequens, quòd Christus iniuste fuisset vsus rebus, & ipsi minores iniuste vterentur. Vnde fures vtēdo rebus furtiuis propter hoc solum iniuste vtuntur, quia absque iure vtēndi vtuntur. Si ergo Christus, & Apostoli non habebant ius vtendi, iniuste vtebantur, quod est hæreticum Et si minores sine iure rebus vtantur, iniustus est illorum vsus, & per consequens non pertinet ad perfectionem, imo potius manifeste repugnat. Si autem iuste vtuntur, ergo non solum habent simplicem, & nudum vsum facti, sed etiam iuris per quem differunt ab iniuste vtentibus. Et cum absurdum, & erroneum sit, quod actus humanus extrinsecus sit iustus, si exercens actum ipsum nullum habeat ius exercendi, sequitur, quòd actus ille non est iustior neq; Deo acceptior, quàm actus habētis ius vtēdi, cū actus ille non sit iustus, non potest iustior esse. ¶ Quoad res autem quæ vsu consumuntur, maxime in comestibilibus, euidenter constat vsum facti nō separari a proprietate. Cum enim vsus (qui secundū iura est seruitus) nihil aliud sit quam ius vtendi rebus alienis, salua rerum substantia. Vsus fructus enim aut vsus, secundum iura, nō F potest perpetuo a dominio siue proprietate separari, ne proprietas dominii semper, 229 abscendente vsu reddatur inutilis, vt habetur in l. omnium. § constituitur. ff de vsu fruct. & in l. antiquitas. C. eodem titu. Cum ergo in vsu comestibilium non sit salua rei substantia, sequitur quod idem erit vsus, & rei consumptio siue proprietas quę omnino redditur, inutilis ei qui usum non habet, & per consequens contra naturā siue essentiam, & definitionem usus est, quòd in rebus quæ vsu consumuntur, differat a proprietate, & ideo illis nō cōuenit vti, Sed bene abuti. Abuti .n nihil aliud est quam contra naturā siue essentiam vsus vti. Sed secundum naturā usus est accipere fructum uel utilitatem alicuius rei in toto uel in parte, salua rerum substantia, ergo consumere rem est abuti, & sic non est simplex, & nudus vsus facti cum sit consumptio rei, & proprietatis, & abusus ¶ Nec satisfacit aut diluit argumentum illorum euasio, qua dicunt apud Ecclesiam Romanam siue sedem Apostolicam remanere dominium, & proprietatē, ex declaratione, & retentione Martini 4 & aliorum, qui ad nominationem ipsorum fratrum patres spirituales (quos uocant) constituit procu-

Vsus facti sine iure nulli cōpetere potest.

procuratores Romanæ ecclesiæ, ad agendum, exigendum, administrandum, & defendendum bona prædictis fratribus, & ordini data, nomine Romanę ecclesiæ. Verum quia tales huiusmodi occasione multos vexabant, in notam & iniuriam Romanæ ecclesiæ, quæ cum sit caput omnium Ecclesiarum, in litigando submittebatur inferioribus prælatis, ideo dictus Ioannes. 22. in extrauag. ad conditorem, declarat non fuisse intentionem prædecessorum suorum, reseruasse dominium rerum vsu consumptibilium ipso vsu. Vnde ait. Quis enim sanæ mentis crederet, quod intentio fuerit tanti patris vnius oui, siue casei, aut frusti panis, & aliorum vsu consumptibilium quæ sæpe fratribus ipsis, in vestigio consumendi conferuntur, dominium Romanæ ecclesiæ & vsum nudum fratribus retinuisse? profecto probabile non videtur, præsertim quum bonorum illorum duntaxat dominium Romanæ Ecclesiæ reseruauerit, quorum simplex vsus facti pertinere potest ad fratres dicti ordinis. quod nequaquam potest in rebus vsu consumptibilibus reperiri, in quibus nec ius utendi, nec usus
C facti, separata rei proprietate, possunt constitui uel haberi. Deinde in. § Nos itaque,
230 reuocat dictam retentionem rerum vsu cōsumptibilium (quam vocat simulationē) quæ profecto ipsis simulantibus officit, qui prætextu illius perfectioris status, & altioris paupertatis sibi prærogatiuam præsumunt cum obnubilatione honoris sanctæ Romanæ Ecclesiæ & uolens prouidere, sic ait, Nolentes in posterum sub prætextu seu pallio talis dominii temporalis verbalis nudi ac ænigmatici, tanta bona, quanta dicti fratres faciunt, inficii, ac fomentum tantis malis, quanta procedunt ex simulatione huiusmodi, ministrare, de fratrum nostrorum cōsilio, hoc edicto in perpetuū valituro sancimus, Quod in bonis, quæ in posteriū conferentur, uel offerentur, aut alias quomodolibet obuenire contigerit, fratribus seu ordini predictis, exceptis ecclesiis oratoriis officinis, & habitationibus, ac vasis, libris, ac uestimentis, diuinis officiis dedicatis vel dedicandis, quæ ad ipsos venient in futurum, ad quæ non se extendunt, adeo in commenienta supradicta (propter quod constitutionem istam ad illa extendi noluimus) nullum ius seu dominium aliquod occasione ordinationis prædictæ (scilicet Martini quarti) seu cuiuslibet alterius prædecessorum nostrorū super hoc spiritualiter æditæ, Romanæ Ecclesiæ acquiratur, sed quoad hoc habeantur prorsus ordinationes huiusmodi pro non factis deinde reuocat procuratores & omnia in contrarium facientia. ¶ Quare a talibus dicentibus se nihil habere nec in particulari nec in communi, quærendum est an ille modus viuendi siue illa paupertas addat aliquid perfectionis, siue sit perfectior modus viuendi in paupertate, quā modus illorū qui habent aliquid in communi. Si concedatur, fiat argumentum quod illi non habēt perfectiorem modum viuendi quam habuerit Christus cum Apostolis, sed illi habuerunt aliquid in communi, vt patet ex auctoritatibus præallegatis, &c. Si dicatur, ꝙ Christus & Apostoli in rebus eleemosynaliter oblatis non habuerunt dominiū sine proprietatē, quæratur ab eis Apud quē manebat dominiū illarū rerū? Non quidem apud dantes, quia illi intendebant transferre, neque apud solū Deum, quum hoc non legatur in scripturis ꝙ Christus, & Apostoli habuerint solum nudū vsum facti, nec quod abdicauerint dominium in communi. Et de factis Christi, secū
B dum D. Aug. temerarium est aliquid asserere, nisi per scripturas sacras possit proba
230 ri. Si persistant in illo, allegetur extrauag. Ioā. 22. quum inter nonnullos, de verborum significat. In qua cauetur, quod prædictus Ioan. habita matura & diligenti deliberatione cum fratribus suis (hoc est cum Cardinalibus) ac aliis multis prælatis & peritis viris, sedens pro tribunali, sententialiter & diffinitiue declarauit assertionem illorum, qui dicunt redemptorem nostrum Christum ac eius Apostolos in speciali non habuisse aliqua, nec in particulari, nec in commun, erroneam & hereticam deinceps fore censendam, utpote sacræ scripturæ contrariam. Si dicatur quod non poterat declarare, obiiciatur quod illa fuit euasio Fratticellorum, quæ etiam fuit condemnata, ut in extrau. quia quorundam eo. ti. Ex pręcedentibus patet longa prosecutio, & improbatio illorum. Si uero dicatur quod Christus aliquo tempore habuit, in communi, ut condescenderet infirmitati imperfectorum, &

aliquo tempore nihil habuit, nec in communi, nec in particulari, quæratur quo tempore, & ubi habetur abdicatio proprietatis. quod cum non possit ostendi, sequitur quod mere voluntarie, & secundum D. Aug. temerarie dictum est. Si allegetur illud Mat. 8. Vulpes foueas habent, &c obiiciendum quod ex illo passu non potest haberi, nisi quod ipse abdicauit possessiones, sed nō ea quæ erant ad sustentationē necessaria, & quæ solo vsu consumebantur. Poterit, fieri prosecutio (ut supra) de emptione ciborum, de datione egenis, & de dominio asinæ cuius se esse dominum manifeste declarauit, & etiam de inseparabilitate vsus facti a proprietate in rebus consumptibilibus, & de iniustitia illius vsus simplicis & nudi sine vsu iuris, aut absque iure vtendi, & alio modo, prout respondebitur, hęc pro institutione sufficiant.

2.2.q.186 ar.4. Ver. 19. *De perfectione continentię.*

PERFECTIONEM Continentiæ a Christo introductam esse constat per illud, quod dixit, Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum dei. & postea sub dit, Qui potest capere capiat, Et ne alicui spes perfectionis tolleretur, assumpsit ad perfectionis statum illos, quos inuenit matrimonio iunctos. Non autem poterat absque iniuria fieri quod viri vxores desererent, sicut quod omnes diuitias relinquerent. Ideo Petrum ab vxore non separauit, sed Ioā (vt fertur) uolentem nubere, a nuptiis reuocauit. Ad statum enim perfectionis requiritur abstractio eorum per quæ homo impeditur ne feratur totaliter in dei seruitiū, inter, quam impedimenta unum, est vsus carnalis copulæ, qui duplici ratione impedit Primo propter uehementiam delectationis Vnde Philo. dicit quod eius frequentia augetur concupiscentia. Secundo propter solicitudinem quam ingerit homini de gubernatione vxoris, & filiorum, & temporalium, quæ ad eorum sustentationem requiruntur. unde Apost. Qui sine uxore est, solicitus est, quæ sunt domini, quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore est, solicitus est, quæ sunt mundi qm̄o placeat vxori. & idem dicit de muliere Vnde sicut fuit damnatus Vigilantius, qui diuitias æquabat paupertati, ita damnatus est Iouin, qui matrimonium æquabat virginitati. Et quāuis Abraham ambularet coram Deo, & esset perfectus (vt Dominus, dixerat ei) & aliis antiqui patres perfectionem animi habuerint cum diuitiis & matrimonio, non tamē sequitur ꝙ infirmiores debeant pręsumere se esse tantæ virtutis, ut cum diuitiis & matrimonio possint ad perfectionem virtutis peruenire, sicut nec aliquis inermis præsumit hostes inuadere, quia Sanson cum mandibula asini multos hostium peremit, s. mille. Nam illi patres, si tempus fuisset continentiæ & paupertatis seruandæ, studiosius hoc impleuissent. Ex præmissis sequitur, quod quicunque matrimonio vtuntur, non sunt simpliciter & absolute religiosi.

Mat. 19. (line 2) C 230

3. Reb. | 1. Cor. 7. | Gen. 17. | Iudi. 15.

2.2.q.186 ar.5. Ver. 20. *De perfectione obedientiæ.*

PERFECTIO Religionis maxime consistit in imitatione Christi, secundum illud, Si vis perfectus esse, uade, &c. sequitur, & sequere me. sed in Christo maxime commendatur obedientia. (Factus est enim obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.) Cum enim status religionis sit quædam disciplina vel exercitium tendendi ad perfectionem, & quicunque instruuntur & exercitantur ut perueniant ad aliquem finem, oportet quod directionem alicuius sequantur, secundum cuius arbitrium exerceantur & instruantur, ut peruenire possint ad ipsum finem, prout discipuli sub magistro. Vnde Monachorum vita dicitur subiectionis & disciplinatus. Et quamuis obedire prælatis in his, quæ sunt necessitatis, pertinet ad omne (iuxta illud, Obedite prępositis vestris, & subiacete eis) Obedire tamen in his quæ pertinet ad exercitium perfectionis, pertinet proprie ad religiosos. Et comparatur ista obedientia ad aliam, sicut particulare ad vniuersale. Illi enim qui viuunt in seculo, aliquid sibi retinent, & aliquid Deo largiuntur, sed in religione totaliter se & sua tribuunt. Et licet prælati religionum sint exempti ab obedientia episcoporum diœcesanorum, obligantur tamen ad obediendum summo pontifici non solum in his quæ sunt communia aliis sed etiam specialiter in his quæ perti-

Mat. 19. | Phi. li. 2. | D 230 | Heb. ult.

nent

uent ad perfectionem religionis. ¶Heremitæ vero qui paupertatem non uouent, *Heremitæ*
non sunt simpliciter & absolute in statu perfectionis, licet etiam obedire teneantur *non sunt in*
diœcesanis. Nec obstat quod coacta siue necessaria obsequia non placent, Deo iux- *statu perfe*
ta illud, Non ex tristitia aut necessitate, &c. Quia cum obedientia religiosorum sit *ctionis.*
volũtaria & liberaliter promissa, sequitur quòd obsequia siue seruitia ipsorum sunt 2.Cor.19,
Deo accepta, nec sunt ex tristitia aut ex necessitate coactionis, de qua loquitur A-
post. Ideo non excludunt rationem meriti. Vnde D. Aug. ad Armentarium. Non te
vouisse pœniteat, imò gaude iam tibi non licere, quod cum tuo detrimento licuis-
set. Fœlix necessitas, quæ ad meliora compellit.

Ver. 21. *De essentialibus status religionis.*

PAVPERTAS, continẽtia, & obediẽtia adeo sunt essentialia vitæ regularis, 2.2.q.186
vt nec summus pontifex possit in eis dispensare, vt habetur in c. cum monasterium, *ar.6.& 7.*
circa finem, de statu regula. vbi dicitur. Cum abdicatio proprietatis, & custodia casti
tatis adeo sint annexa regulæ monachali, vt nec contra eam possit summus ponti-
fex licentiam indulgere, eadem ratione dicendum est de obedientia. Et quanuis sum
mus pontifex possit eximere monachum a suo prælato immediato, imo ab omnibus
B prælatis suæ religionis, non tamen a sua obedientia, in his quæ pertinent ad suam
230 religionem. Vnde communiter dicitur, quod papa non potest facere de monacho
non monachum, licet possit dispensare quod dimittat habitum, Quia habitus nõ fa
cit monachum, sed professi regularis, vt habetur in cap. porrectum, de regular. &
tran. ad relig. Et quanuis prælatus immediates possit dare religioso administratio-
nem temporalium, non potest tamen dare licentiam, quòd habeat proprium. Vnde 2.2.q.185
etiam si monachus aut religiosus fiat episcopus, non deobligatur a votis, imo nec *art.8.*
a cæremoniis & obseruantiis regularibus, nisi in quantum impediunt officium pasto
rale, & sic tenetur ad defendendum habitum. Nec potest vllo modo facere testamen
tum, Quia cum sit episcopus, committitur ei sola administratio rerum Ecclesiasti-
carum, quæ administratio finitur morte, a qua incipit testamentum valere, vt habe-
tur Hebr.9. Si autẽ ex concessione papæ testamentum facia, non intelligitur de pro
prio facere, sed Apostolica authoritate intelligitur esse ampliata potestas suæ ad-
ministrationis, et eius dispensatio possit valere post mortem. Inter tamen tria præ-
dicta vota votum obedientiæ præeminet. Vnde D. Greg. exponens illud. 1. Regum.
15. Melior est obedientia quàm victimæ, dicit, Obedientia victimis iure præponi- 2.2.q.186
tur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero propria voluntas mactatur *art.8.*
vnde sequitur, quod obedientiæ votum est præcipuum triplici ratione, Prima, quia 25. *Mora.*
aliquid magis offert Deo, secunda, quia continet sub se alia vota, sed non conuerti *Votum obe*
tur, Tertia, quia proprie se extendit ad actus propinquos fini religionis, qui est ho- *dientiæ in*
nor & cultus Dei. Vnde si aliquis absque uoto obedientiæ, uoluntaria. pauperta- *ter alia est*
tem & continentiam etiam uoto seruet, nõ propter hoc pertinet ad statum religio- *præcipuum*
nis, qui præfertur etiam uirginitati ex uoto simplici seruatæ. dicit enim D. Aug. Ne *In lib. de*
F mo, quantum puto, ausus fuerit uirginitatem præferre monasterio. Post votum obe *uir.*
230 dientiæ uotum castitatis habet secundum locum & postremò uotum paupertatis,
quo quis abdicat a se proprietatem, & renuntiat bonis temporalibus. Non tenetur
tamen religiosus renunciare honori qui Deo & sanctis exibetur propter uirtutem
unde Psal. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus, Cum enim honor non 2.2.q.186
debeatur nisi uirtuti (cuius est præmium, secundum Philosophum & religiosi ten- *ar.7. ar.4.*
dant ad perfectionem uirtutis, non competit eis renuntiare. & ideo possunt gra- *Psal.138.*
dũ doctoratus & magisterii suscipere. Nec obstat illud Mat.23. Nolite uocari Rab- *3.Ethic.*
bi, quia (ut dicit ibi Glo) non prohibet esse, sed uelle vocari, uel intelligitur de ma-
gisterio principali, sicut ibi loquitur de patre principali, cum ait, Patrem nolite uo-
bis uocare super terram. Quanuis honori qui debetur exteriori excellentiæ, renun
tient ex hoc ipso quod secularem uitam derelinquunt. unde ad hoc non requiritur
speciale uotum.

Ver. 21. *De Religionum differentia.*

2.2.q.188 art.1. CVM religionis status sit quoddam exercitium, quo aliquis exercetur ad perfectionem charitatis, & sint diuersa charitatis opera quibus homo vacare potest, sequitur quod licet in omni religione commune sit vt homo totaliter se præbeat ad seruiendum Deo, tamen sunt diuersi modi exercitiorum, & per consequens diuersæ religiones. Vnde ad ornatum reginæ pertinet quod sit circundata varietate. Diuersitas autem religionum dupliciter considerari potest, Vno modo secundum diuersitatem eorum, ad ea quæ ordinatur. Aliqua enim ordinatur ad recipiendos peregrinos hospitio. Alia ad visitandos & retinendos captiuos, Alia ad militandum, alia ad docendum & prædicandum, vt prædicatorum ordo, Alia ad contemplandum, vt Carthusien. Alio modo potest attendi diuersitas religionum secundum diuersitatē exercitiorū puta quod in vna religione castigatur corpus per abstinentiam ciborum vt in religione Minimorū, in alia per exercitiū manualiū operū, vel per nuditatem vel per aliquid aliud huiusmodi. Sed quia finis est quid potissimum in vnoquoque, maior est religionum diuersitas, quæ attenditur secundum diuersos fines, ad quos religio ordinatur quam quæ attenditur secundum diuersa exercitia. & ideo quantò finis alicuius religionis est melior & dignior, tantò religio illa præstantior. A 231

Præstantia religionum ex fine debet attendi.

Ver. 22. *De ingressu religionis.*

2.2.q.189 art.1. NON est necesse quod aliquis prius exerceatur in obseruantia præceptorum, quam transeat ad perfectionem consiliorum, siue antequam ingrediatur religionem, cum Dominus Matthæum publicanum, qui nondum in obseruantia præceptorum erat exercitatus vocauerit ad consiliorum obseruantiam. Nec etiam est necesse prius vouere religionis ingressum, quam religionem intrare. licet sit melius, cum opus ex voto factum, sit laudabilius, quam sine voto factum, vt dictum est cum de voto ageretur, Vouens ingredi religionem, tenetur illam intrare, secundum modum tempus & locum, secundum quæ voto, se obligare intendebat, legitimo impedimento cessante. Vnde Salomon, Si quid vouisti deo ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis & stulta promissio. Et Glo. super illud Psal. Vouete & reddite, &c. dicit. Vouere voluntati consulitur, sed post voti promissionem, redditio necessario exigitur. nec potest per aliud votum deobligari, cum nullum aliud maius votum esse possit, aut de meliori bono Nec etiam votum crucis in subsidium terræ sanctæ, per quod ex indulgentia apostolica quis consequitur plenariam remissionem peccatorum, ut dictū est cum de indulgentiis ageretur. Cum enim votum religionis sit perpetuum, est maius quam votum peregrinationis, quod est temporale. Vnde in c. scripturæ, extra de voto & voti redemptione, habetur quod reus fracti voti non habetur, qui temporale obsequium in perpetuam noscitur religionis obseruantia commutare.

Luc. 5.

Eccle. 5.

c.16.§.6. ver.19.

2.2.q.189 ar.3.ad.3. ¶Et rationabiliter dici potest, quod per ingressū perfectū religionis, qui fit in professione, aliquis cōsequatur plenariam remissionem omnium peccatorum. Si enim aliquibus eleemosynis factis statim homo potest satisfacere de peccatis, secundum illud Dan. 4 Peccata tua eleemosynis redime, multo magis in satisfactione pro omnibus peccatis sufficit, quod aliquis totaliter se diuinis officii mancipet per religionis ingressum, quia excedit omne satisfactionis genus, etiam solennis pœnitentiæ, ut habetur in c. admonere 33. q. 2. Sicut holocaustum excedit omnia alia sacrificia D Greg. super Ezechielem dicit. Vnde legitur in vitis patrum, quod eandem gratiā consequuntur religionem intrantes, quam consequuntur baptizati. Sed licet per hoc ab omni reatu non absoluantur, ingressus tamen religionis vtilior est, quā peregrinatio terræ sanctæ, quantum ad promotionem in bonum, quæ præponderat absolutioni a pœna. ¶Et cum obligatio voti ex voluntate procedat, cum vouere sit voluntatis, sequitur quod tanta est obligatio voti quantum [illegible] & intentio vouentis se extendit. & per consequens si vouens intendit se obligare non solum ad ingressum religionis, sed etiam ad perpetuo manendum, tenetur perpetuò manere. S. autem intendit se obligare ad religionis ingressum causa experiendi, cum li- B 232

Profitentes consequuntur gratiā baptizatorum.

bertate manendi, vel non manendi, absque hoc quòd cogitet de libertate exitus, vel de perpetuitate manendi, videtur obligari ad ingressum religionis, secundum formam iuris, quæ est vt ingredientibus detur annus probationis. Et sic non tenetur profiteri vnde potest redire ad seculum, vt habetur in c. consulti, extra de reg. & trã se ad relig. Et qui ad probandã religionem intrat, & deinde exit, maximè ex rationabili causa, non scandalizat, nec dat malum exemplum, & si alii scandalizentur, est scandalum passiuum, & non actiuum ex parte exeuntis, quia non fecit nisi quod licitum ei facere . Nec etiam talis intelligitur retro respicere, contra illud quod dixit Christus, Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro dignus est regno Dei, nisi quando prætermittit id ad quod se obligauit, alioquin quicunque per aliquod tempus facit aliquod bonum, vel habet bonum propositum, si non semper continuaret, esset ineptus regno Dei. Qui verò intrat vt statim exeat, non videtur satisfacere voto suo, Quia illud in voto suo non intendebat vel si intendebat, votũ videtur esse irrisorium. Ideo tenetur mutare propositum, vt saltem velit experiri an ei expediat in religione manere. Et quia (vt dicit Philo.) in magnis dubiis requiritur deliberatio & certum est quòd ingressus religionis est secundum se bonus, & qui hoc dubitat, de rogat Christo, qui consilium dedit, sequitur quod ad ingrediendam religionem non est necesse multum consiliari. vnde Petrus & Andr. ad solam vocationem Domini, relictis retibus continuo sequuti sunt eum. Et D. August. Vocat te oriens, hoc est Christus, & tu accedis ad occidentem, hoc est ad hominẽ mortalem errare potentem. Circa modum tamen intrandi dubium esse potest propter impedimenta. Ideo tunc consilium est habendum cum his qui prodesse possunt. Et non est confitendum domesticis carnalibus. Quia inimici hominis domestici eius. Vñ Christus reprehẽdit eũ qui dicebat, Permitte me renuntiare his qui domi sunt.

Luc. 19.

C 231

3. Ethic.
Mat. 4
In lib. de uer. Do.
Mich 7
Mat. 8.
Quæ impediant religionis ingressum.

¶Impedimenta autem legitima ingressus religionis sunt septem, Primũ est matrimonium consummatũ, inuita coniuge, vt habetur in c. quidam, de conuersione cõiugatorum. Si tamen vir & mulier velint religionem intrare & profiteri (mulier in monasterio monialium, & vir in monasterio virorum) possunt, vt habetur in c. cũ sis præditus, extra de conuersione coniugatorum Secundum impedimentũ est corporalis infirmitas, vel tanta debilitas, quòd non possit onera religionis portare. Tertium impedimẽtũ est seruitus, quia fieret iniuria domino. Vnde Apost. Seruus vocatus es non sit tibi curæ. Quartũ est ratiociniorum obligatio. Et ideo si aliquis est obligatus alicui ad reddendam rationem vel certum debitum, non potest licite solutionẽ & redditionem prætermittere, vt religionẽ ingrediatur. si tamẽ debeat aliquã pecuniam, & non habeat vnde reddat, tenetur facere quòd potest scilicet vt cedat bonis creditori. Propter pecuniam tamen persona liberi hominis non obligatur, sed solũ res, quia persona liberi hominis superat omnem æstimationem pecuniæ. vnde licite potest exibitis rebus suis religionem intrare. Nec tenetur in seculo remanere, vt procuret vnde debitum reddat. Quintum impedimentũ, saltem quoad professionẽ est defectus ætatis. vnde in c. ad nostram, de reg. & transf. ad relig. dicitur, quod professio facta ante consummationem 14. anni nõ obligat, post. 14 verò si fit per susceptionẽ habitus professorum in religionibus, in quibus habitus professorum sunt distincti ab habitus nouitiorum, etiam non ligat, nisi detur perseuerantia tridui post quod sunt obligati & tacite professi, etiam si verbo non exprimatur, vt habetur in c. sequenti. Idem de filia minore. 12. annis spõte velata, ut in c. cum virum eo ti. Et eodẽ modo dicendum est, vbi habitus non sunt distincti, si per triduum post annum. Distincti autem habitus intelliguntur siue per benedictionem vestium, cum profitentibus conceduntur, siue etiam aliquid aliud fiat, per quod nouitiorum, a professorũ habitu discernantur. vt habetur in c. 1. § distinctos, eodem tit. lib. 6. Professio fieri nec recipi debet ante annum probationis, licet ante annũ facta teneat, vt in cap. ad Apostolicam, eodem titu. Excipiuntur tamen professiones religiosorum ordinum mendicantium, vt habetur in cap. non solum, & cap. constitutionem, de reg. & trãs. ad relig. lib. 6 In quibus, secundum Syluestrum de Prierio, requiruntur quindecim

1. Cor. 7
2. 2. q. 189 ar. 6. ad. 6.
Etas requisita ad professionem.

D 231

anni in masculis,& tredicim in monialibus. Sextum impedimentum est parentum necessitas actualis,vbi alii non sunt qui eos subleuare possint & subleuent,tanta est enim filii ad patrem obligatio, quòd religiosus professus, licite monasterium exire potest ad subueniendum patri, vt dictum est cum de pietate ageretur c.5.§ 7.Seclu
22.q.189. la vero necessitate victus,post annos pubertatis potest,etiam inuitis parentibus, re
ar.6. ligionem profiteri,vt dictum est ibi,ex D.Hier. Septimum impedimentum est status perfectior. Ideo cardinales & episcopi non possunt religionem intrare, vt dictū est cum de statu episcoporum ageretur. Curati & minores prælati possunt religionem intrare etiam sine licentia episcopi, imo etiam eo contradicente,vt habetur in c.duæ sunt leges 30. q.2.

¶Nec obstat quod Vigilantius adducit,Si oēs se clauserint in monasteriis,& fuerint in solitudine,qs deseruiet Ecclesiis? Quis seculares homines lucrifaciet?Quis
2.2.q.ult. peccantes ad virtutem poterit exhortari? Ad hæc D.Hie.in epist.contra eum sic re
ar.7.ad.2. spondet Hoc enim modo si omnes tecū fatui sint,sapiens quis esse poterit?& virgini E
tas non erit approbanda.Si.n.omnes virgines fuerint, & nuptiæ non fuerint, interibit genus humanū. Rara est virtus,nec a pluribus appetitur. Patet ergo q̄ hic timor stultus est, sicut si quis timeret haurire aquam,ne flumen deficeret. 231

22.q.189. ¶Ex perfectione status religionis, quæ est de meliori bono ad cultū & honorem
ar.5. dei & animarū salutem ordinato,sequitur q̄ licitū est vnicuique ad religionē inducere,sic quod inducentes non solum non peccant, sed magnum merentur præmiū. Dicitur enim Iac.vlt. Qui conuerti fecerit peccatorē ab errore viæ suæ, saluabit animam eius,& operit multitudinem peccatorū. Qui ad iustitiam erudiunt plurimos quasi stellæ in perpetuas æternitates. Ideo non solum licet inducere,adultos,& pec
Dan.12. catores ad religionis ingressum,sed etiam pueros & innocentes. vnde Christus. Sinite paruulos venire ad me,&c.Et licet ante annos pubertatis profiteri non possint,
Mat.19. possunt tamen cum voluntate parentum in religione recipi,vt nutriātur ibidē,sicut
Luc.1. dē D.Ioan Baptista legitur, quod cum esset puer, erat in desertis. Et Hier dicebat,
Tren.3, Bonum est adolescenti cum portauerit iugum Domini ab adolescentia sua. Posset tamen contingere circa huiusmodi inductionem triplex inordinatio.Prima est violentia,Secunda, simonia, si quis simoniace alium ad religionem trahat muneribus datis.quod prohibetur in c.quā pio mentis affectu.1.q 2.Nec tamē ad hoc pertinet si quis aliquid alicui pauperi necessaria sobministret, & in seculo nutriat eum,vt religionem ingrediatur, vel si sine pacto aliqua munuscula tribuat ad familiaritatem captandā. Tertia,deordinatio,si mendatiis eum alliciat,imminet enim sic inducto periculum,ne cum deceptum se inuenerit retrocedat, & sic fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.

2.q.189. Ver. 23. *De transitu unius religionis ad aliam.*

r.8. TRANSITUS Religionis ad religionē secundū se nō est laudabilis,tū quia scandalizātur illi qui relinquuntur,& alii etiam,tum etiam quia facilius proficit aliquis in religione quam consueuit,quam in illa quam non consueuit.Ideo talibus trāseuntibus timendum est,ne dum omnem sequuntur, nullam integre consequantur vt dicit Patrum abbas Nestorius. Potest tamen aliquis ex vna religione transire in F
aliam,triplici ex causa. Primo quidem zelo perfectioris,& melioris frugis, religionis. s. obseruatæ. Secundo propter declinationem religionis a debita perfectione. Tertio propter infirmitatem vel debilitatem, ex qua interdum prouenit q̄ non pōt aliquis arctioris religionis statuta seruare,potest tamen seruare statuta laxioris.Sed in his tribus casibus est differentia, Nam in primo casu debet quidem propter humilitatem,licentiam petere,quæ ei negari non debet dummodo constet illam religionē esse arctionē & melioris frugis ac debite obseruatam, Quia quamuis religio secūdum & se statuta sit arctior,si laxius in ea viuatur,quàm in ea à qua transiit,non est tutus apud Deum & in foro interiori. Et si super hoc habeat facultatem a summo pontifice vel prælato suo,est obreptitia,& sic nullius valoris. In secundo casu requiritur superioris iudicium,in tertio necessaria est licentia vel dispensatio. 232

§. 24.

§. 2. *De lege politica aut ciuili.*

LEX politica seu ciuilis est dictamen prudentiale institutum, & promulgatũ, a Principe vel multitudine directiuum actuum humanorum in ordine ad pacificum conuictum temporalem. Quod quidem dictamen cum sit regula, posset Canon appellari. vsus tamen inoleuit, vt lex politica & ciuilis nuncupetur, vt differentia esset inter decreta & sanctiones, ad finem spiritualem & temporalem determinatas. Ab Isidoro vero definitur ius Ciuile, quod quisque populus vel ciuitas sibi proprium diuina humanaq; causa constituit, vt habetur in c. ius ciuile. 1. dist.

Ver. 1. De diuisione legis.

LEX ciuilis secundum diuersas consi lerationes diuersimode diuiditur. Si enim consideretur vt instituitur a gubernante communitatem ciuitatis, distinguitur & diuiditur secundum diuersa regimina ciuitatum. Quorum vnum, secundum Philosophum, est regimen regale, quando scilicet ciuitas vel alia communitas gubernatur ab vno. & secundum hoc dicitur Constitutio vel Edictum, vt in c. cõstitutio. 1 dist. vbi dicitur, Constitutio vel edictum est quod rex vel imperator constituit vel edidit. Aliud vero regimen dicitur Aristocraticum, hoc est principatus optimorum, & secundum ordinationes eorum dicuntur senatusconsulta vel Responsa Prudentum, quæ Isidorus diuersificat, Quia dicit Senatusconsultum esse, quod senatores tantum populis consulendo, decernunt. Responsa vero prudentum sunt, quæ iurisconsulti respondere dicuntur consulentibus. Vnde & responsa Pauli dicta sunt. Fuerũt enim quidam prudentes & arbitri æquitatis, qui constitutiones ciuilis iuris compositas ediderunt, quibus dissidentium lites contentionesque sopirent, vt habetur in 2. dist. decreti. Aliud regimen est obligargia, hoc est principatus paucorum diuitum potentum. & secundum hoc ordinationes eorum dicuntur leges prætoriæ & honorariæ, siue ius Prætorium & Honorarium. Aliud regimen dicitur Democratia siue Democraticum, hoc est multorum & secundum hoc ordinationes eorum dicuntur Plebiscita quæ plebs tantum constituit & dicuntur Plebiscita, eo quod plebs sciat vel sciscitatur & rogat, vt fiant. Aliud est regimen Tyrannicum, quod est omnino corruptum. Et ex hoc non sumitur aliqua lex. Est etiam aliquod regimen ex istis mixtũ. & secundum hoc sumitur lex, quam maiores simul cum plebe sanxerunt Si vero cõsideretur lex vt directiua humanorum actuum, diuiditur secundum diuersa de quibus fertur, quæ interdum ab authoribus nominatur. vnde in ca. quædam. 2. dist. dicitur, Quædam etiam leges dicuntur ab his qui eas ediderunt. vt Consulares, Tribunitiæ, Iuliæ, Corneliæ Nam sub octauiano cæsare suffecti (hoc est substituti) sunt Consules, inter eos Papius & Pompeius, qui leges tulerunt, quæ a nobis eorum nominibus appellantur, Papia & Pompeia, continentes patrum præmia pro suscipiendis liberis. Sub eodem quoque imperatore Falcidius Tribunus plebis legem fecit, ne quis plus extraneis testamento legaret, quam vt quarta pars superesset hæredibus. ex cuius nomine lex Falcidia est nominata. Sic lex Trabelliancia a Trabellio, & idem de aliis multis. Aliquando vero nominantur non solum ab authoribus, sed etiam a rebus de quibus feruntur, vt lex Iulia de adulteriis, lex Cornelia de Sicariis. Sic lex Militaris de belli solennitatibus, leges Nauales, seu nau[illegible] com merciorum, & leges Rhodiæ ab insula Rhodo, quæ dicitur Colossa, ad cuius habitatores Apost. scripsit, vocans eos Colossenses. Aliquæ vero nominantur ab obseruatoribus, & ab his quibus dantur, & sic dicitur ius Quiritum, quod nulli tenent, nisi Quirites, hoc est Romani, de quo in c. ius Quiritum 1. dist. Sic & leges Lacedemonum, Atheniensium, Aegyptiorum, & huiusmodi. Aliquando vero leges nominantur a modo eorum, de quibus tractant. Vnde in cap. Satyra 2 dist. dicitur, Satyra vero lex est, quæ de pluribus rebus simul loquitur, dicta a copia rerũ, & quasi a saturitate. vnde & satyram scribere est varia pœmata concedere, vt Satyrii Horatiis, Iuuenalis, & Persius.

Margin notes: A 232 (beside "phum, est regimen regale"); 1. 2. q. 95 art. 4. 3. Poli.; B 232 (beside "merciorum").

Ver. 2. *De priuilegiis.*

SVNT etiam quædam priuatæ leges, tam Ecclesiasticæ quam seculares, quę priuilegia appellantur, de quibus in c. priuilegia 4. dist. ex Isido. 5. Etymologiarum. Priuilegia sunt leges priuatorum, hoc est eorum qui non sunt constituti in dignitate, vt in c. qui contra 24. q. 1. Nam priuilegium dictum est, eo quod in priuato feratur. Et accipitur dupliciter, Vno modo large, pro omni concessione, quæ est præter ius commune. Et sic quodammodo se extendit ad beneficium. Alio modo proprie, & tunc priuilegium dicitur priuatum ius, indultum a principe contra ius. Et inde est quod ille solus potest priuilegium dare, qui est supra ius commune, siue qui potest legem condere, vel qui ab eo aut superiori habet potestatem dandi priuilegia.

Ver. 3. *De priuilegiorum diuersitate.*

Priuilegia diuina. PRIVILEGIA quædam sunt a Deo concessa, vt priuilegiũ de pluralitate vxorum primo datum Abrahæ, & aliis patribus. Item priuilegiũ de occisione suiipsius datum fuit Sansoni. Priuilegium de præseruatione peccati originalis datum fuit D. Virgini, deliberatione ab inferno, Traiano ad praces D. Gregorii. Oseæ, de accipienda vxore fornicaria. Et generaliter omnes inspirationes spiritus sancti contra ius commune, dici possunt priuilegium, quia liberant a lege communi. vnde Apost. Vbi spiritus domini, libertas & alibi, Si spiritu ducimini, non estis sub lege, scilicet communi, in his ad quæ ducit spiritus. Lex tamen communis nullo modo est dimittenda, nisi quis si omnino certus de spiritus sancti inspiratione, ut erant sancti, qui interiori & euidenti reuelatione erant certificati. Quod est bene notandum, quia circa hoc multi fuerunt decepti, præcipue Lutherani nostris temporibus, qui arbitrabantur quod quicquid in mentem eorum suggessisset dæmon, a spiritu sancto esset, non aduertentes ad id quod dicit Apostolus de satana, quod se transfigurat in angelum lucis. Quædam autem sunt priuilegia data hominibus, de quibus nũc intendimus agere & horum priuilegiorum quatuor sunt species. Quoddam enim dicitur reale, ut quod datum est ecclesiæ, aut ciuitati, dignitati, aut loco, siue personæ, ratione loci seu alterius rei, de quibus in c cum olim, & c. seq. extra de priuilegiis. Quoddam est pure corporale, quod scilicet conceditur corpori tantũ, hoc est vniuersitati vel collegio, & non singulis de illo. Quoddam est personale, hoc est personę concessum, & illud est duplex scilicet mere personale, quod alicui vel aliquibus conceditur, expressis nominibus. Aliud personale commune, quod conceditur personis sub expressione nominis in communi, vt sunt priuilegia Prędicatoribus & Minoribus, ac aliis Ordinibus data. Quoddam vero est corporale & personale, quod datur communitati & singulis de communitate. C 232

2. Cor. 3. Gal. 5. *1. Cor. 11.* *Priuilegiorũ quatuor species.*

Ver. 4. *De priuilegiorum interpretatione.*

Ad quẽ pertineat priuilegiorum interpretatio. CIRCA interpretationẽ priuilegiorum notandum est, quod vbi verba sunt multum obscura vel ambigua, eius est interpretari, cuius est condere, vt habetur in cap. cum venissent, extra de iudiciis & in c. inter alia, de senten. excommunic. Si vero non sunt multum ambigua, tunc debet tenor priuilegii diligenter consyderari, vt dicitur in ca. porro, eodem tit. & potius insistendum est intẽtioni priuilegii quam verbis, vt dicitur in ca. Marcion. 1. quæst. 1. & in cap. intelligentia, de verbor. signifi. extra vbi dicitur quod intelligentia uerborum ex causis est assumenda, quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus. Et si proprie & stricte intelliguntur, debent stricte interpretari, vt minus quum possibile sit, derogetur iuri communi, vt in ca cum dilectus § quia nobis, extra de consuetudine vbi etiam dicitur quod non debet priuilegium adeo stricte interpretari, ut de nihilo prosit. Si uero priuilegium accipiatur large, prout sapit beneficium, est latissime interpretandum in præiudicium concedẽtis, sed stricte in præiudicium aliorum, ut habetur in cap. quia circa, extra de priuile. Differentia est inter priuilegium & dispensationem, sicut inter magis commune, & minus commune. Priuilegium enim se extendit ad ea quæ sunt præter ius, & aliquando contra ius, dispensatio autem semper est contra ius. D 232

Ver. 5.

Ver.5. *De priuilegiorum vacuatione.*

PRIVILEGIVM euacuatur multis modis, Primo per subreptionem, ut in c. literis, de rescriptis, Secundo si sit contra constitutionem, & de ea non fit mentio in priuilegio. & idem dicendum est si fiat cōtra consuetudinem, vt in c. 1. de constitu lib. 6. Tertio quando priuilegiatus facit contra priuilegium, & excedit metas illius, vt dicitur in c. porro, extra de priui. Quarto cessante causa priuilegii. Quinto quando incipit esse dānosū ei cui cōceditur Sexto per renunciationē. Septimo per secundū priuilegiū faciens expressā mētionē de primo Octauo per cōcedētis reuocatione. Nono per abusū, quia priuilegiū meretū amittere qui cōcessa sibi abutit potestate.

Ver.6. *De comparatione legum ciuilium et canonicarum.*

LEGES canonicæ etsi non præstent legibus ciuilibus tēpore (cum Ptolomæus rex, qui primus Græcis leges iudiciaq; constituit, & Mercurius Trimegistus, qui primus leges AEgyptiis tradidit, & Solon, qui primus leges Atheniensibus edidit, & Lycurgus, qui primus Lacedęmoniis iura ex Apollinis authoritate cōfinxit, & Numa Pompilius Romulo succedens, qui primus Romanis leges dedit, longo tempore fuerint ante Apostolos, a quibus cœperunt canones, hoc est leges humanæ ad spiritualem finem ordinatæ, originem), Præstāt tamē nobilitate, dignitate, & authori-

B tate Quod patet ex earum fine: Et ideo si leges ciuiles inueniantur canonicis con-

232 trariæ, nullius sunt momenti, vnde in c. 1 dist. 11. dicitur, Constitutiones principum constitutionibus Ecclesiasticis non præeminent, sed obsequuntur. & in c. 2. §. item dicitur, eadem dist. lex imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus, nec imperiali iudicio possunt iura Ecclesiastica dissolui, & in c. constitutiones, eadem dist dicitur. Constitutiones contra canones & decreta præsulum Romanorum vel bonos mores, nullius sunt momenti. Imperator etiam dicit, Sacræ leges non dedignātur sacros canones imitari, præcipue in matrimoniis, vsuris, & hōi. Vbi autem leges ciuiles canonicis non obuiant, omni reuerentia dignæ habeantur, vt dicit Grego. Nazian. & habetur in c suspectis. §. ecce, eadem dist. & in c. seq. ex D Augu. Si in adiutorium vestrum terreni imperii leges assumendas putatis, non reprehendimus, Nam & hoc fecit Paulus, cum aduersus iniuriosos Romanum ciuem se esse testatus est. Reges enim pontificibus pro æterna vita, & pontifices regibus pro temporalibus indigent, vt habetur in c. quoniam, eadem dist.

Ver.7. *De consuetudine.*

CONSVETVDO & Mos idem sunt, & per se inuicem definiuntur. Mos enim, secundum Isidorum, & habetur in c mos. 1. dist. est longa consuetudo de moribus tantummodo tracta vel, secundum alios, Mos est vitæ constitutum consuetudine confirmatum Consuetudo autem est quoddam ius scilicet nō scriptum, moribus institutum, quod pro lege sumitur, cum deficit lex. Et uocatur consuetudo ex communi vsu, eo quòd in communi vsu est Notandum tamen quòd mos sumitur tripliciter, Vno modo vt est genus ad omnem legem humanam scriptam vel non scriptam. & sic videtur accepisse Gratianus quando dixit, Genus humanum duobus regitur scilicet iure & moribus, hoc est iure scripto vel non scripto. Secundo mos dicitur actus frequentatus, pręcipue regulatus ratione. & sic accipitur in prædicta descriptione moris. pro habitu causato ex longo vsu. & tunc si sit circa bonum, dicitur virtus, si circa malum, dicitur vitium.

D. Ant. Flo. 1. p. Sum. ti. 16 c. unic. §. 1. Consuetudo quid.

F

232 Ver.8. *De origine consuetudinis.*

ISIDORVS lib. 1. sen. & habetur in c. finali. §. fin. 6 dist. dicit quòd ius consuetudinis post naturalem legem exordiū habuit, ex quo homines conuenientes in vnum simul cœperunt habitare. Ex eo tempore factum esse creditur, quo Cain ciuitatem ædificasse legitur. quod cum per diluuium propter hominum raritatem fere videbatur extinctum. Postmodum tempore Nembroth reparatum, siue potius innouatum æstimatur, cum ipse simul cum aliis cœpit alios opprimere, qui sua imbecillitate cœperunt esse subiecti. vnde de eo legitur, Cœpit Nembroth robustus venator Gen. 10.

tot esse coram Domino, hoc est hominum oppressor & extinctor, quos ad turrim Babel ædificandam allexit Et sic consuetudo fuit ante ius scriptum. & ideo aliquando tollit illud, & præiudicat ei, vt infra dicetur.

Ver 9. *De diuisione consuetudinis.*

TRIPLEX poni solet consuetudo, Quædam est de se mala, quæ est contra legẽ naturalem vel diuinam positiuam, & hæc non dicitur consuetudo, sed corruptela. Ideo non est seruanda, sed infringenda, vt dicitur in c vlt. extra de consuetu. Nec excusat a peccato, sed peccatum aggrauat, cum (vt ibi dicitur) Tanto grauiora sicut crimina, quando diutius infelicem animam detinet alligatam. Et ratio huius est, quia tales magis effrenata voluntate & firmiori habitu malitiæ peccãt. Et cum, secundum Philosophum, consuetudo sit altera natura, cum difficultate magna quis recedit a peccatis consuetis. de hac consuetudine Apost dicit, Si quis velit conten-
1. Cor. 11. tiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, scilicet contendendi, nec eccle- A
Consuetudo sia Dei. Quædam est consuetudo bona, quæ scilicet non est contra legem natura- 233
bona, quid. lem, & habet in se aliquam rationem boni & talis consuetudo, si sit generalis, debet generaliter obseruari, si vero sit particularis, particulariter, vt habetur ex D. Aug ad Ianuarium, in c. illa 12. dist. vnde D. Ambro. Quum fueris Romanę, Romano viuito more Debet enim vnusquisque se conformare moribus & consuetudinibus eorũ ad quos declinat. Vnde non peccant diebus sabbatinis comedentes extremitates animalium in Hispania, nisi qui habent ex uoto vel regula a carnibus abstinere quẽ admodum in die natiuitatis Domini, si feria 6. vel sabbato aduenerit, vt dicitur in c.
Luc. 2. explicari, extra de obseruatione ieiuniorum & idem dicendum est de diebus sabbatis a Natiuitate Domini vsque ad festum Purificationis D Virginis in Gallia, De hac consuetudine bona habetur Luc 2. Quum autem factus fuisset Iesus annorum duodecim, ascendentibus parentibus eius in Hierusalem, secundum consuetudinem diei festi. Quędam consuetudo est dubia, & ideo bene examinanda, & præcipue quando est contraria alicui iuri humano scripto quæ aliquando præiudicat, & tollit ipsum, aliquando non, scilicet quando non habet ea, quę requiruntur ad præiudicandum legi, de quibus in versiculo sequenti.

Ver 10. *De virtute et efficacia consuetudinis.*

1. 2. q. 97. CONSVETVDO de se bona (quæ scilicet nulli legi præiudicat) habet
art. 3. vim legis siue obligandi potestatem, etiã in foro cõscientię Quia lex humana ideo ligat, quod procedit ex uolũtate hominis ligata ratione, quæ deriuatur a lege æterna. Sed sicut ratio & voluntas hominis manifestatur verbo, & scripto in rebus agendis, ita etiam facto. Hoc enim sibi vnusquisque eligere uidetur, quod opere implet Sequitur quod sicut verbo humano & scripto potest institui & mutari lex, atque etiã exponi, inquantum manifestat interiorem animi motum, & conceptum rationis humanæ, ita & per actus multiplicatos. Et secundum hoc consuetudo habet uim legis, & obligat, ac legẽ abolet, eamq; interpretatur. Vnde D. Augusti. & recitatur in c. in his. 11 distin In his rebus de quibus nil certi statuit diuina scriptura, mos populi, mos Dei, & instituta maiorum pro lege seruanda sunt. Et sicut præuaricatores diuinarum legum, ita & contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi, suppliciòq; plectendi sunt. ¶ Notandum tamen, quod cum consuetudo procedat ex uoluntate hominis, & lex naturalis & diuina a uoluntate Dei, sequitur quod per
In li. de synony. consuetudinẽ procedentem a uoluntate hominum, non potest lex diuina naturalis mutari aut aboleri. Quia (ut dicit Isido. & recitatur in c. usus. 11. dist.) Vsus authori- B
In lib. de bapt. paru. tati cedat. Prauum usum rerum & ratio vincat. unde D. Aug dicit, Qui contempta 233 ueritate præsumit consuetudinem sequi, aut circa fratres quibus ueritas reuelatur
Quæ requiruntur ad consuetudinem tollentem legem. inuidus est aut malignus, aut circa Deum ingratus, cuius inspiratione Ecclesia eius instruitur. Nam Dominus in Euangelio, Ego sum (inquit) ueritas, nõ dicit, Ego sum consuetudo Deinde dicit, Hoc plane uerum est, quia ratio & ueritas semper consuetudini præponenda sunt. sed si cõsuetudini ratio suffragatur, nihil oportet firmius retinere, ut in c. frustratoria 8 dist. ¶ Ad hoc autem, quod consuetudo tollat legem humanam

humanā scriptā, secundū Legistas requiruntur multa, quæ ponit glo. in d. c. frustratoria, super uerbo consuetudine. 8. dist. secundū tamē Canonistas sufficit, q duo cōcurrār, scilicet quod sit rationabilis, & quod sit legitime præscripta, ut habetur in c. fi. extra de cōsue. Dicitur aūt cōsuetudo rationabilis, quā non improbant iura, ut habetur in c. cum ecclesia, extra de c. poss. & prop. & in c. cum dilectus, eo. ti. & c. abbate, de uer. sig. Dicitur autem legitime præscripta, secundū glo. ibi. super verbo legitime quando præscripta est spatio quadraginta annorū, iuxta c. auditis, extra de præscriptionibus. Nec obstat quod dicitur in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. & c. cōsuetudinis. 11. dist. vbi dicitur consuetudinis vsusq; lōgæui non vilis est authoritas, uerum non vsq; adeo ualitura momento, ut rationem aut legem scriptam uincat. Quia per rationem, intelligit rationem naturalem, & per legem scriptam legē diuinam. Si vero per legem scriptam intelligatur lex humana, debet intelligi quando prædicta, duo non concurrunt scilicet quando non est rationabilis, uel legitime præscripta.

C ¶ Si dicatur quod ex multis malis non potest fieri vnū bonum, sed lex est quoddam
233 bonum cum sit directiua humanorum actuum, ergo per consuetudinem non potest amoueri lex, ut ipsa consuetudo uim legis obtineat. Dicendum, secundum D. Thom. quod leges humanæ in aliquibus deficiunt, unde possibile est, quod quandoq; liceat præter legē agere in casu scil. et in quo deficit lex, & actus non erit malus, & cū tales multiplicantur, per multiplicationem manifestatur, quòd lex non est vtilis, sicut etiam manifestatur [illegible] lex contraria promulgatus, Si autem maneat ratio eadem, propter [illegible] etat, [illegible] consuetudo legem, sed lex consuetudinem vincit, nisi forte [illegible] hoc inutilis videatur, quia non est possibile secundum consuetudinem [illegible] seruare, quum vna de rationibus legis sit, quòd lex sit possibilis, & [illegible] consuetudinem multitudinis remouere. Nec obstat pariter, quod facere leges pertinet ad personas publicas, ad quas pertinet regere cōmunitatem, unde priuatæ personæ legem facere non possunt, sed cō suetudo inualescit per actus priuatorum, igitur, Dicendum, secundum D. Tho. quod multitudo libera potest sibi legē facere, & statuere, Plus enim est cōsensus multitudinis ad aliquid obseruandum (quem consuetudo manifestat) quam authoritas principis, qui non habet potestatem condendi legem, nisi inquantum gerit personā multitudinis, unde licet singulæ personæ non possin. condere legem, totus tamen populus legem condere potest. Si vero multitudo non sit libera, non habet liberam potestatem condendi legem, neque legem positam a superiore remouendi. Nihilominus tamen dici potest quod consuetudo in tali multitudine præualens, obtinet vim legis, inquantum per eos ad quos pertinet multitudini legem imponere, toleratur. Et hoc enim videntur approbare quod consuetudo introduxit.

1. 2. q. 97. ar. 3. ad. 2.

Addi. 3.

DE LEGE PECCATI.

CAP. XVIII.

D
233 LEX peccati non dicitur proprie lex, quæ præcipiat, uel obliget ad peccatum, sed per legem peccati intelligimus fomitem ex peccato originali remanentē in baptizatis, qui ab Aposto. vocatur lex peccati, & mortis, eo quod inclinat ad peccatū, & inducit mortē. Ad cuius euidētiā sciendū est quid, & quotuplex sit peccatū. Ad peccati moralis intelligentiā aduertendū est, quod ex peccato naturæ, uel artis venimus in cognitionem peccatorum, quæ sunt in moribus. Ideo prius de peccato naturæ, & artis agendum est. Philos. 2. Phy. dicit, quod peccatum contingit in his, quæ sunt secundum naturam, & in his, quæ sunt secūdum artem, quando, scilicet natura, uel ars non consequitur finē, propter quem operatur, In natura quidem peccatum cōtingit quando generatum non consequitur debitam dispositionem, & proportionem speciei generantis, & dicitur monstrum, ut si cum superabundantia, uel diminutione

Rom. 7.

De malo q. 2. ar. 1.

Peccatum naturæ quid.

membrorum

Peccatum artis quid, membrorum vel eorum disproportione generatum oriatur, ut si eum duobus capitibus,aut vno pede tantum,aut magno capite.& aliis membris improportionatis. Et hoc peccatum naturæ prouenit ex eo, quod virtus generatiua, quæ est regula generationis,non est proportionata materiæ,aut materia illi.

Peccatum morale quid. ¶ Peccatū uero in arte contingit quando declinatur a regula uel mensura artis,si cut si medicus contra regulas artis det potionem, quæ loco sanitatis causet maiorē ægritudinem,est peccatum artis Et si faber lignarius in scindendo deficiat a regula vel excedat,est peccatum artis. Et sic declinare a regula in operatione,est propria, ratio peccati,& applicādo ad mores,peccatum nihil aliud est, quam actus humanus deformis regulæ suæ, regula autem immediata humanorū actuum est ratio siue dictamen prudentiale, regula mediata est lex humana vel diuina, cui ratio particularis debet conformari,alias non esset dictamen prudentiale D Augu peccatum definiens dicit,peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem Dei Et quia affirmatio, & negatio reducuntur ad idem genus,& sicut affirmationi opponitur negatio,ita negationi affirmatio, sequitur quod sicut,agere, dicere,concupiscere contra legem dei,est peccatum, quia opponitur præcepto negatiuo, sic non facere, non dicere, est peccatum, quia opponitur præcepto affirmatiuo. Et sic completa definitio peccati talis est,peccatum est factum vel omissum,dictum vel omissum,cō cupitum vel omissum,contra legem Dei. Breuius tamen sic deffinitur,Peccatum est actus humanus vel omissio contra legē dei. ¶ Ex præmissis patet,ꝙ in omni peccato actuali sunt duo,scilicet materiale,& formale. Materiale est actus, formale est deordinatio & deformitas siue priuatio ordinis,& conformitatis actus ad suam regulam. E 233

(Margin: li. 22. contra Fau. 1.2.q 71. ar. 6.)

1.2.q.72. ar.1. Art. 1. *De diuisione peccatorum.*

PECCATVM primo diuiditur in peccatū actuale, & in peccatū originale.

§1. Mora. Peccatum actuale multipliciter diuidi solet. Vno modo per obiecta,& sic diuiditur in peccatū in deum,in proximū,& in seipsum,quēadmodum,& virtutes,quū actus distinguantur per obiecta,vt dicitur.2 de Anima Ex obiectis multiplex oritur diuisio,Vna est ex parte finis, qui est obiectū voluntatis,& sic diuidit D Grego.dicēs,ꝙ septem vitiorum capitalium quinq; sunt spiritualia,& duo carnalia. Quia quum peccatum consistat in appetitu inordinato alicuius boni,& per consequens eo habito delectatur,& duplex sit delectatio, Vna,quæ consummatur in sola apprehensione, & alia corporalis, quæ in ipso tactu corporis perficitur, quæ potest dici delectatio carnis. Ideo illa peccata,quæ perficiuntur in delectatione spirituali,dicuntur spiritualia ut superbia,& inuidia. Et quæ in delectatione carnali,carnalia,sicut gula,& luxuria. Et quum Apost. dicit,Manifesta sunt opera carnis,inter quæ ponit auaritiā, et iniustitiam,accipit carnem, non pro delectatione,sed pro homine, qui quum secundum se viuit, secundum carnem viuere dicitur, ut D.Aug.dicit Et eodem modo accepit cum dixit,Si secundum carnem vixeritis,moriemini, Et quamuis dicat. Omne peccatum quod fecerit homo,extra corpus suum est. Qui autem fornicatur,in corpus suū peccat. Et sic uideatur dicere solam fornicationem esse peccatum carnale,Quia non excipiendo,sed specificando hoc dixit. Nam sicut Gloss. ibidem dicit, Specialiter in fornicationis peccato anima seruit corpori, ita ut in illo momento nihil aliud cogitare homini liceat. Delectatio autem gulæ. licet sit carnalis, non tamen absorbet rationem, sicut fornicatio. Vel potest dici, quod in fornicatione fit iniuria corpori, dum inordinate maculatur, & ideo per hoc solum peccatum dicitur homo in suum corpus peccare. F 233

(Margin: Gal. 5. 14. de Ci. Dei. Rom. 8. 1. Cor. 6.)

¶ Alia diuisio peccati est per superabundātiā,& per defectū, quæ cōtrariantur Cōtrarietas aūt est secundū formam a qua species denominatur, vt dicitur. 10. Metha. Et sic prodigalitas,& illiberalitas distinguuntur specie. Licet idem possit esse prodigus,& illiberalis secundum diuersa,Quia quū species peccati non attendatur ex parte inordinationis,quę est preter intētionem agentis, sed magis ex parte ipsius actus

secundum

secundum quod terminatur ad obiectum, in quod terminatur intentio peccantis, ideo vbicunque occurrit diuersum motiuum, inclinans intentionem ad peccandum, est ibi diuersa species peccati. vnde dicunt doctores quòd cuilibet virtuti opponuntur duo vitia specie distincta. Et licet maius & minus non sit causa diuersitatis speciei in naturalibus, tamen bene in moralibus, Quia consequuntur diuersa motiua specie distincta. Nec obstat quòd dicere minus, & magis falsum non differant specie, quia non variant intentionem quæ est occultandi verum. Si autem varient ut in iactatore, qui superexcedit dicendo falsum, quærens gloriam, & deceptore, qui per huiusmodi falsum diminuit debiti solutionem differunt specie, vnde & quædam falsæ opiniones sunt sibi inuicem contrariæ. Et quia aliquando contingit quòd corruptiones diuersarum circunstantiarum proueniunt a diuersis motiuis ad peccandum,
A quæ sunt finis & obiectũ, puta ꝙ aliquis præpropere comedat, contingere potest ex
234 hoc quòd non potest ferre dilationẽ cibi, propter consumptionẽ humiditatis. Quòd vero appetat immoderatum cibum, contingit propter virtutem naturæ potentem ad conuertendum multum cibum. Quòd autem appetat cibos delitiosos, contingit propter appetitum delectationis, quæ est in cibis. Ideo in talibus diuersarum circunstantiarum corruptiones inducunt diuersas peccati species. Si vero sit idem motiuũ sicut illiberalis ab eodem motiuo mouetur, quòd accipiat quando non oportet, & plusquam oportet, & similiter de aliis hoc enim facit propter innordinatum appetitum pecuniæ congregandæ corruptiones illarum non diuersificant species peccatorum, sed pertinent ad vnam & eandem speciem. ¶ Alia diuisio peccatorum est per gradus, sicut in arte ædificatoria collocatio fundamenti est primus gradus, erectio parietis est alius gradus siue species incompleta, ædificatio autẽ completa est, quando omnia requisita sunt apposita, sic in peccatis. Vnde D. Hiero super Ezechielem dicit, Tria sunt generalia delicta, quibus humanum subiacet genus, aut enim cogitatione, aut sermone, aut opere peccamus. Cogitatio est quasi fundatio peccati in corde Secundus gradus siue secunda species incompleta est in ore, secundum quod homo faciliter prorumpit ad manifestationem conceptuum cordis. Tertius gradus est in consummatione operis, licet hęc tria pertineant ad eandem peccati speciẽ, quum ab eodem motiuo procedat. Iracundus enim ex hoc quod appetit vindictam, primo turbatur in corde, secundo in uerba contumeliosa prorumpit, tertio procedit ad facta iniuriosa. Idem patet in luxuria, & aliis peccatis operis, quando simul cum opere coniunguntur, sed quando quodlibet illorum per se inuenitur, distinguitur ab aliis, sicut pars motus non distinguitur a motu, quãdo est continuus, sed solum quã do motus sistit in medio. Nec per illam inchoationem peccati in corde sequitur quin peccatũ cordis sit completum in specie sua, quia Sapiens dicit, Peruersę cogitationes separant a Deo, & Christus, De corde exeunt cogitationes malæ quæ coinquinant hominem. Sed peccatum non est adeo completum, sicut quando manifestatur per uerba uel facta D. Greg. addit quartum gradum, scilicet cum consuetudine roboratur, & quintum, cum vsque ad præsumptionem diuinę misericordiæ, vel desperationem homo procedit. ¶ Alia diuisio peccati est, in peccatum commissionis, & ommissionis. & hæc non est diuisio formalis, siue per differentias formales, quæ attenditur in ordine ad diuersos fines, cum in eadem specie peccati inueniatur commissio & omissio, sed per differentias materiales, quæ attẽditur secundum naturalem speciem actuum. Ideo inueniuntur actus specie differentes materialiter, qui sunt formaliter in eadem specie peccati, quia ad idem ordinantur. Sicut ad eandem speciem homicidii pertinet iugulatio, lapidatio, decapitatio quanuis actus sint differentes specie naturæ. Sic peccatum omissionis & commissionis differunt specie materialiter, large loquendo de specie, secundum quod negatio & priuatio speciem habere possunt. Non tamẽ formaliter, quia ex eodem motiuo procedit, quod auarus rapiat aliena, & non restituat rapta scilicet ex inordinatio appetitu pecuniarum. Similiter gulosus ad satisfaciendum delectationi, superflua comedit, & debita ieiunia prętermittit. Semper enim in rebus negatio & priuatio fundatur in aliqua affirma-

Diuisio peccatorũ per gradus.

Sap. 1.
Matt. 15.
4. Dia.

B
234

affirmatione, quæ est quodammodo causa eius. Vnde etiam in rebus naturalibus eiusdem rationis est, quòd ignis calefaciat, & quòd non infrigidet, Et licet peccatum commissionis & omissionis sint contra diuersa præcepta, non tamen sequitur quòd differant specie formali. Quia peccata non diuersificantur specie, secundum præcepta legis, eo quòd non accipiant speciem ab auersione, sed à conuersione.

Peccatum aliud mortale aliud veniale.

¶ Alia est diuisio peccati, per effectus, siue secundum reatum & obligationem pœnæ. Et sic diuiditur in mortale, & veniale, quæ aliquando inueniuntur circa idem obiectum. Hęc diuisio non est per diuersas differentias constituentes species diuersas, sicut hæc, Animalium aliud rationale, aliud irrationale. Nunquam enim id quòd est per accidens (vt reatus pœnæ, qui est præter intentionem peccantis) constituit speciem, vt dicitur in 2. Physic. Sed hæc diuisio est per differentias consequentes diuersas inordinationes, quę complent rationem peccati. & sic per accidens, ideo non constituit diuersas species essentiales peccati, Duplex autem est inordinatio, Vna est per subtractionem principii ordinis, siue inordinatio a fine vltimo, quando fit contra præceptum. Alia est deordinatio, qua saluo principio ordinis, ad finem vltimum fit deordinatio, circa media & præter finem, sed non contra præceptum. Si- C
cut in corpore animalis quandoq; inordinatio procedit vsq; ad destructionem principii vitalis, quod est calor naturalis, qui si fit semel. extinctus, est irreparabilis per 134
naturam & hæc deordinatio dicitur Mors. Quandoque vero fit deordinatio in humoribus, saluo tamen principio vitæ, & tunc dicitur ægritudo, quæ est reparabilis. Sic ad porpositum, Principium totius ordinis in moralibus est finis vltimus. Vnde quando anima per peccatum venit vsque ad auersionem ab vltimo fine scilicet deo cui unimur per charitatem, quæ est ignis supernaturalis, iuxta illud, Ignem veni mittere in terram, tunc lapsus est irrepalabilis naturaliter. Ideo dicitur peccatum mortale. Quando vero fit deordinatio citra auersionem a Deo, & circa media, deordinatio reparari potest. & dicitur peccatum veniale, quod non meretur interminabilem pœnam. Et licet peccatum veniale & mortale in infinitum distent quãtum ad auersionem, non tamen quantum ad conuersionem, per quam respicit obiectum a quo habet speciem. Ideo nihil prohibet in eadem specie inueniri mortale & veniale motus enim secundo primus in specie adulterii est peccatum veniale, & motus tertio primus est peccatum mortale. Idem de mendacio officioso & pernicioso. Alia diuisio peccati sumi potest ex parte causæ, & sic aliud est peccatum ex ignorantia, aliud ex infirmitate, aliud ex malitia. de quibus dicetur inferius.

Luc. 12.

Peccatum mortale & veniale aliquãdo sunt eiusdem speciei.

1.2.q. 75. ar. 1.

Iob. 5.

De Malo. q. 2. ar. 1.

8. Phy.

Ver. 2. *De causis peccatorum.*

QVVM omne quod fit habeat causam (unde Iob, Nil in terra sine causa fit) & peccatum fiat, sequitur quod habet causam per se sicut & quilibet alius actus Et quanuis peccatum omissionis non uideatur habere actum, & per consequens neque causam, habet tamen pro causa actum remotum. Quia (ut Philosophus dicit) Si aliquid quandoque mouetur, & quandoque non mouetur, oportet assignare causam. Eadem rationes si aliquis non agit quando agere debet, oportet assignare causam. Quæ si sit totaliter intrinseca, non habet rationem peccati, sicut si quis a lapide cadente lęsus, impeditur ne ad Ecclesiam vadat, non peccat, sed tunc omissio im- D
putatur ad peccatum, quando habet causam intrinsecam, non quamcunque, sed vo- 234
luntariam. Quia si impediretur a causa intrinseca non uoluntaria, puta febre aut alia infirmitate, eadem esset ratio, sicut de causa extrinseca, oportet ergo quod omnis omisio culpabilis sit ab aliquo actu uoluntario, aliquãdo tamen est de per se, ut quum ante uult ire ad Ecclesiam. Aliquando per accidens, scilicet quando nimis, uigilauit, occupando se in aliis. Et si mere omissiue peccet in actu pręcepti subito facti, redducitur ad actum quo uoluit experiri libertatem, & ut in pluribus sequitur illum actum, licet non semper, & quia negatio cognoscitur per affirmationem, & priuatio per habitum, idem dicendum est de peccato omissionis, sicut de peccato commissionis.

Ver 2.

Ver. 2 *De causis interioribus peccatorum.*

CAVSAE peccatorum sunt duplices, quædam sunt interiores, quędã exteriores. 1. 2. q. 75.
Causæ interiores sunt voluntas, intellectus, & appetitus sensitiuus. Inter has prima, ar. 2.
principalis, & immediata est voluntas libera. Quia (vt D. Aug. dicit) Nulla alia re de Malo. q.
fit anima hominis serua libidinis, nisi propria voluntate, quæ solũ a duobus moueri 2. ar. 1.
potest. s. ab obiecto, & sic dicitur, quod appetibile apprehensum mouet appetitũ, nõ In 3. de li.
tamen ex necessitate. Alio modo ab eo quod interius inclinat voluntatem ad volen arb.
E dum actum peccati. Hoc autem non potest esse Deus, quum Deus non possit esse
234 causa peccati. Nec alia causa põt ei illabi, hoc est immediate, & effectiue mouere, 1. 2. q. 80.
& operari in ea, sed solum ipsamet in peccatis, sequitur quod ipsa voluntas est causa art. 1.
immediata, & principalis peccati. Peccatum enim (vt D. Aug. dicit) est adeo volun
tarium, quòd si non fuerit voluntarium, non est peccatum, & D. Ambr. dicit, Non 10. 34.
est cui nostram ascribamus erumnam. Vnde sicut actus aliarum potentiarũ denomi In li. cõfes.
nãtur liberi a libertate uoluntatis, quæ essentialiter est libera sic ẽt actus denomi- 1. 2. q. 78.
nantur deordinati, & culpabiles siue peccata, a deordinatione voluntatis, quæ ex in art. 1.
dustria peccare potest, iuxta illud Iob, Qui de industria recesserunt a Deo, & vias De Malo:
eius intelligere noluerunt, & D. Augu dicit. quòd cum furaretur poma, non ipsa q. 3. ar. 12
poma, sed defectum suum amabat, licet non per se primo, sed secundo, vel vt morem
alijs gereret, & vt experientiã alicuis. solliciti habere. Sed scienter amare malum,
ex malitia peccare.

Notandum tamen, quod voluntas naturaliter inclinatur ab bonum rationis, tan-
quam in obiectũ proprium. Quòd autem ab illo declinet, necesse est cõtingere ex
corruptione, vel deordinatione, aut defectu in aliquo principiorum ipsius hominis.
Sic etiam in actionibus rerum naturalium peccatũ inuenitur. Principia autem hu-
manorum actuum sunt voluntas, intellectus, & appetitus sensitiuus. Quum pecca
tum prouenit ex defectu intellectus, dicitur peccatum ex ignorantia, quum autem
ex defectu, & deuiatione appetitus sensitiui, dicitur peccatum ex infirmitate,
cum autem ex deordinatione voluntatis dicitur peccatum ex malitia. Voluntas au-
tem in se dicitur deordinata, quando magis amat minus bonum quàm maius, quòd
naturali ordine est præferendum minori bono, quia ex tali amore consequens est,
quòd aliqui ex consequenti scienter eligat pati detrimentum in maiori bono minus
amato, quod tamen debet plus amare. Ideo quando voluntas scienter vult pati di-
spendium in aliquo spirituali bono, vt potiatur temporali, dicitur ex industria, &
malitia peccare, quasi scienter malum eligens. Et quanuis D. Dionysi. dicat, quòd
nullus intendens in malum operatur, non tamen sequitur, quòd non scienter ma- In 4. de di.
lum eligat, licet non primo, & principaliter, vult tamen, & intendit malũ ex cõse- No:
quenti, dum non refugit incurrere malum, ad hoc vt fruatur bono concupito. Cũ
autem voluntas alicuius fertur in aliquod malũ, si illud sit improuisum, & ignoratũ
non est volitum, nisi per accidens sicut cum quis ex ignorantia vel ex passione pec
cat. Sed si illud malum coniunctum sit scitum, iam illud malum est volitũ est conse-
F quenti, & secundario, & non per accidens Et sic differentia est inter volitum per ac
234 cidens, & ex consequenti. Per illud autem dictum. Omnis malus ignorans, noluit
dicere Philosophus, quòd omne peccatum esset ex ignorantia mali, & detrimenti,
coniuncti, sed intellexit de ignorantia prauæ dispositionis, siue de iudicio erroneo,
quia omnis male agens, errat, iuxta illud Salomonis, Errant qui operantur malum,
iudicando illud esse faciendum, quod fieri non debet. Cum tali tamen iudicio er- Pro. 14.
roneo, stat cognitio mali, & detrimenti coniuncti. Et quia quicunque ex habitu vi- 1. 2. q. 78.
tioso operatur, scienter eligit malum spirituale, vt adipiscatur bonum quod, est ei ar. 2.
conueniens secundum habitum vitiosum, qui dicitur malitia, sicut habitus virtutis, Ex malitia
bonitas, ideo qui peccat ex habitu uitioso, peccat ex malitia. Non tamen quicun- quis pecca
que peccat ex malitia, peccat ex habitu, quia absque habitu potest quis scienter ex re dicatur.
consequenti malũ eligere, per remotionẽ alicuius prohibentis, ut si aliquis, desperet c. 10. §. 6.
absq; freno peccabit, Et sic peccatũ ex malitia semper præsupponit in homine ali- ucr. 1.

quam

1.2.q. 78. ar. 4. De malo. q. 3. ar. 13 vsq; 34. quam deordinationem Et quia peccatum ex malitia est cõtra bonitatem. quæ attribuitur spiritui sancto, ideo peccatum ex malitia dicitur peccatũ in spiritũ sanctũ, vt dictũ est. Nec oportet, quod quicunq; scienter & de industria peccat venialiter, dicatur peccare ex malitia, quia ibi potest accipi malitia pro habitu, qui opponitur virtuti, quæ est bona qualitas mentis. Peccatum autem veniale non contrariatur virtuti. Et quamuis secundum Damas. Omne peccatũ sit ex electione, tamen cum principium illius est passio vel ignorantia, nõ dicitur quis ex electione peccare, licet eligẽs peccet. Peccatũ ex malitia est multo grauius, quã ex infirmitate vel ignorãtia, quia hæc inclinant ad misericordiam dei iuxta illud Psal. Misertus est dominus omnibus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, Peccatum vero ex industria prouocat Deum ad puniendum, secundum illud Iob Quasi impios percussit eos in loco videntium, qui quasi de industria recesserunt ab eo. Sed punitio & pœna non augetur, nisi propter grauitatẽ culpæ, Igitur. Quod etiam ex tribus apparere potest, Primo, quia est magis voluntariũ, & magis pertinet ad voluntatẽ, cũ sit actus eius, & ex seipsa moueatur in malũ. Quãto enim actus peccati est magis proprius voluntati, tanto est grauius peccatũ, cæteris paribus. Secundo quia passio quæ inclinat voluntatem ad peccato, cito transit, & sic homo cito redit ad bonũ propositũ. Sed habitus quo homo peccat ex malitia, est permanens Vnde Philos. comparat intemperatum, qui peccat ex habitu, infirmo, qui continua febre laborat, incontinentem autem qui peccat ex passione, comparat ei qui laborat febre interpolata Tertio qui ex malitia peccat, est indispositus circa finem, qui est principium in agibilibus. Ideo sicut qui errat circa principium in speculabilibus, periculosissime errat, & non potest reuocari, sicut ille qui errat circa conclusiones. Sic in agibilibus, qui errat circa finem, periculosissime errat, & non potest reduci, sicut qui errat circa media, seruato ordine finis, potest reduci per finem. Ideo valde timendum est incidere in malam consuetudinẽ, quæ ducit in cõtemptũ, & desperationẽ. Vnde D. Chrys. Infelix consuetudo peccandi. Nam quanto magis peccat, tanto minus intelligi & D. Aug. Difficile surgit, quem moles malæ consuetudinis premit, & alibi, Peccatũ consuetudine vilescit, & quasi nullum sit putrescit. Datur similitudo de auibus in campanilli quę primo timent, & fugiunt ad sonitum campanarum, deinde nõ tantum, postmodum securæ sunt, & stercorizant super eas. Idem de formidinibus feminilium. Sic proba mulier quum primo adulterat, palpitat, secundo non tantum, paulatim amittit timores, finaliter iactat se, & gloriatur. Ideo Christus tot cæremonias seruauit in resuscitatione Lazari, eo quod quatriduanus fœtebat, & lapide coopertus erat, repræsentabat enim peccatores consetudinarios.

Peccatum ex malitia triplici ratione est grauius quam ex ignorãtia, & infirmitate.

7. Eth.

A

238

Quam periculosum sit incidere in malam cõsuetudinem.

1.2.q. 76. ac Malo.q. 3. ar. 6; ¶Secunda causa peccati interior est intellectus, qui propter ignorantiam non dirigit voluntatem. Vnde ignorantia dicitur causa peccati, sicut remouens prohibens, quia est priuatio scientię perficientis rationem, & prohibẽtis actum peccati, & quia de ea supra dictum est, ad vlteriora procedamus

1.2.q.77. ar. 1. De Malo. q. 3. ar. 9. 10. & 11. Iacob. 1. ¶Tertia causa peccati interior est appetitus sensitiuus, non secundũ se, sed secũdũ passiones deordinatas, quæ trahunt, & alliciunt volunt atẽ ad illicita, iuxta illud Iac. 1. vnusquisq; tentatur, a concupiscentia sua abstractus, & illectus, & Dan. 13 Cõcupiscentia peruertit cor tuum, non quidẽ effectiue, & directe (quia sic solus Deus põt mouere voluntatem, vt dictũ est) sed indirecte, & hoc dupliciter, vno modo secundũ quandã abstractionem, quia quum omnes potentiæ radicentur in vna essentia animæ necesse est q quãdo vna potentia intenditur in suo actu, alia remittatur, vel totaliter impediatur Omnis enim virtus ad plura dispersa, fit minor in vnoquoq; illorum. vnde dicitur cõmuniter. Pluribus intentus, minor est ad singula sensus. Alio modo ex parte obiecti voluntatis, quod est bonum ratione apprehensum. Quia apprehensionem rationis, & eius iudicium impedit propter vehemẽtem, & inordinatã apprehẽsionem imaginationis, & æstimationis, vt patet in amentibus. Sed manifestum est, q apprehensio imaginationis, & ęstimatiuę pręcedit, & sequitur passionem, & per consequens impedit iudicium rationis vnde videmus, quod homines in aliqua passione cxi-

B

238

1.2.q. 77. ar. 2.

ne exitentes, non faciliter auertunt imaginationem ab his quibus afficiuntur. Videmus etiam & ex sacris literis probaf, quòd quis pôt facere contra scientiam quã habet. Vnde Christus, Seruus sciens voluntatem dñi & nõ faciẽs, plagis, vapulabit multis. Et D. Iacob Scienti bonũ & non facienti, peccatum est illi. Quia cũ ad agẽdũ hõ dirigaẽ duplici scientia. s. vniuersali & singulari (Ratio n. consulens de agendis, vtitur syllogismo, in quo est propositio vniuersalis & singularis) sequitur quod defectus vtriusq; scientiæ sufficiat ad hoc quòd impediatur rectitudo voluntatis & operationis, vt si sumat maiorem vel minorem falsam. Item pôt aliquid sciri in habitu, quod in actu non considera ur. & hoc contingit ex defectu intentionis, quia nõ intendit (licet posset) propter aliquam occupationem exteriorem, vel aliquam infirmitatẽ, aut transmutationem corporalem, & hoc modo ille qui est in passione, non considerat in particulari, quod scit in vniuersali, quia per passionem talis consideratio impeditur ac ẽt per distractionẽ, & contrarietatem passionum plerunq; inclinat ad contrarium eius quod scientia vniuersalis ac ẽt particularis habet. Ratio ẽt per immutationem corporalem quodãmodo ligatur, ne libere in actũ exeat, prout in somniis Ebrietas etiam quadam naturali transmutatione facta, ligat vsum rationis. & quod hoc contingat in passionibus, patet ex hoc quod aliquando quum pas-
C
235 siones multum intenduntur, homo totaliter amittit vsum rationis. Multi enim propter excessum amoris & iræ in amentiam conuersi sunt. Per hunc ergo modum passio trahit ad iudicandum in particulari contra scientiam, quam habet in vniuersali, & impedit quò I possit bene subsummere sub vniuersali. Et quemadmodũ ebrius quãdoque profert verba significantia profundas sententias, quas mente iudicare non potest, ebrietate prohibente, ita in passione existens, etsi ore iudicet hoc non esse faciendum, interius tamen in animo sentit quòd sit faciendum, vt habetur in 7. Ethi. Et quia impedimentum quo anima impeditur a propria operatione, propter inordinationem partium ipsius, dicitur infirmitas, propter similitudinem ad infirmitatem corporalem, sequitur quod peccatum ex passione dicitur & nominatur peccatum ex infirmitate. Vnde Cicero passiones vocat ægritudines. Inter passiones autem amor sui vsque ad contemptum Dei, facit ciuitatem Babylonis, ad quam pertinet quodlibet peccatum & ratio est, quia propria & per se causa peccati accipienda est ex parte conuersionis ad 'commutabile bonum', quum omnis actus peccati procedat ex inordinato appetitu alicuius boni temporalis, & commutabilis. Quòd autẽ aliquis inordinate appetat aliquod bonum temporale, procedit ex eo, quod inordinate amat seipsum, & si amico aliquid inordinate optat, hoc facit quia quod inordinate amat, est enim amicus alter ipse Peccatum ex passione dicitur ex concupiscentia, eo quòd procedit ex amore sui, quę est prima passio appetitus concupiscibilis, a qua omnes aliæ pendent, & ad eam ordinantur. Concupiscentia, quæ est causa peccatorum, diuiditur a D. Ioan. in concupiscentiam carnis, & concupiscentiam oculorum, ac superbiam vitæ, propter quas totus mundus in maligno positus est. Concupiscentia carnis versatur circa corporis sustentationem, & indiuidui ac speciei conseruationem, & sic circa cibum, potum, ac venerea, & appetitus inordinatus circa ea dicitur concupiscentia carnis. Concupiscentia vero oculorum versatur circa ea quæ sunt delectabilia secundũ apprehensionẽ, quorum delectatio nõ perficitur in
D ipso tactu carnis, sed in apprehẽsione imaginationis, & alio nomine vocatur cõcupi-
235 scentia animalis, quæ versatur circa pecunias, vestes, & alia huiusmodi. Appetitus inordinatus circa illa, dicitur concupiscentia oculorũ, quia visus (cuius organa sunt oculi) est inter alios sensus exteriores excellentior, & plures nobis rerum species demonstrat, vt dicitur in secundo de Anima, & 1 Metha. Et ideo nomen eius trãsfertur ad omnes alios sensus exteriores, ac etiam ad apprehensiones interiores, vt D. Aug. ait. ¶ Passiones se habentes antecedenter ad actũ peccati, intantũ diminuunt peccatũ, inquantum diminuunt voluntarium, cum intantum aliquid sit peccatum inquantum est voluntarium, Et ideo si totaliter tollant vsum rationis (vt in amentibus & furiosis) totaliter excusant a peccato, & idem dicendum est in motibus pri-

Luc. 12.
Iaco. 4.
ar. 3.
In lib. Tu scu. q. a. 4.
1. Ioan. 2.
In libr. de uerbis dom.
Passiones quando tollent uel diminuant & aggrauent peccatum

mò primis,qui totaliter præueniunt iudicium rationis, sic quòd ratio non potest deliberare nec prohibere. Si vero non totaliter tollant, sed solum modo impediant plenum & perfectum vsum rationis,vt in motibus secundo primis, excusant a mortali. Si vero non impediant plenum & perfectum vsum rationis,(quia ratio potest cohibere,& passionem excludere,ad alia diuertendo,vel saltem impedire ne suũ consequatur effectum,quia membra nõ applicantur nisi per concessum rationis) tunc nõ patet excusatio a peccato mortali. Vnde Apostolus dicit passiones peccatorũ operantur in membris nostris,ad fructificandũ morti, quod est proprium peccati mortalis. Diminuunt tamen de grauitate illius peccati. Et sic excusant a tanto, secundũ quantitatem impedimẽti quod præstant. Et per hoc peccatum mortale ex passione potest aliquo modo dici veniale,quia habet in se causam veniç,sicut peccatũ ex ignorantia. Passiones uero consequenter se habentes ad consensum peccati, vel quia sunt imperatæ a voluntate, vel secundum quod motus superiorum virum (puta rationis & voluntatis) redundant in inferiores. Non enim potest uoluntas intense operari in aliquid,quin excitetur aliqua passio in appetitu sensitiuo, Talis passio nõ diminuit peccatum,sed auget,vel potius est signum magnitudinis eius,inquantum scilicet demonstrat intentionem voluntatis ad actum peccati. Et sic vera est sequens maxima. Quantò quis maiori libidine vel concupiscentia peccat,tantò grauius peccat. ¶ Notandum tamen quod inter alias causas interiores inclinantes voluntatem ad peccandum, D Greg super Ezech.ponit peccatum,dicens. Peccatum quod per pœnitentiã non deletur,mox suo pondere ad aliud trahit & sic peccatum est causa peccati, quia cùm peccatum sit actus,eo modo est causa peccati,quo vnus actus est causa alterius. quod contingit secundum quatuor genera causarũ. Primò per modum causæ efficiẽtis vel mouentis per se vel per accidens, per se quidem, cum vno actu peccati homo disponitur ad hoc quòd in aliud actũ consimilem exeat. Ex actibus enim causantur dispositiones,& habitus inclinantes ad similes actus. Per accidens verò, sicut remouens prohibens, Cùm enim homo per vnum peccatum amittit gratiam vel verecundiam,quæ retrahunt a peccato,ex hoc incidit in aliud peccatum,& sic primum peccatum est causa secundi per accidens. Secundò in genere causæ materialis,quia vnum peccatum præparat alteri materiam, sicut auaritia præparat materiam litigio, quod plerunq; est de diuitiis congregatis. Tertiò in genere causæ finalis,cũ quis committit simoniam propter finem ambitionis. Quartò in genere causæ formalis. quia cũ finis det formam in moralibus,sequitur quòd vnum peccatum est causa formalis alterius,vt cum furtum committitur propter fornicationem,est furtum materialiter, & formaliter fornicatio. ¶ Inter peccata autem quæ maximè sunt causa aliorum, sunt duo,scilicet superbia & cupiditas. Vnde Eccl. 10. dicitur. Initium omnis peccati superbia. & Apostolus, Radix omnium malorum cupiditas. Ad cuius euidentiam sciendum est primò quòd superbia tripliciter accipitur. Vno modo vt significat inordinatum appetitum propriæ excellentiæ & sic est speciale peccatum. Alio modo inquantum importat quendam actualem contemptum Dei ad effectum, qui est nõ subiici eius præcepto.& sic est generale. In omni enim peccato mortali inuenitur contemptus Dei. Tertio secundum quod importat quandam inclinationẽ ad huiusmodi contemptum ex corruptione naturç. Quidam dicunt quòd superbia tertio modo dicta, est initium omnis peccati. & differt a cupiditate, quia cupiditas respicit peccatum, ratione conuersionis ad bonum commutabile, sed superbia ex parte auersionis,a qua incipit ratio mali. Sed quamuis hæc vera sint, non sunt tamen secundum intentionem Sapien. qui manifeste loquitur de superbia, prout est inordinatus appetitus propriæ excellentiæ,vt patet per hoc quod subdit. Sedes ducum superborum destruxit Deus. & de hac materia loquitur in toto prædicto c. Et ideo dicendum est quòd superbia secundum quod est speciale vitium, est initium omnis peccati. Considerandum est enim quòd in actibus voluntariis (cuiusmodi sunt peccata) duplex ordo inuenitur, scilicet intentionis & executionis. In primo quidem ordine finis intentus habet rationem principii. Finis autem in omnibus bonis

Rom. 6. *Art. 6.* *Peccatum est cã peccati secundum quatuor genera causarum.* *1.2.q 84. ar. 2.* *Eccl. 10.* *1.Tim. vl.* *Superbia tripliciter accipitur.*

E 236 F 236

bonis acquirendis, ut homo per illa quandam perfectionem temporalem habeat, & ex hac parte superbia est initiũ omnis peccati. Sed in ordine executionis id quod praebes opportunitatem adimplendi omnia desideria peccati, quod habet rationem radicis, sunt diuitiae. Et ideo ex hac parte auaritia & cupiditas est radix omniũ malorum. ¶ Secundo notandum est quod cupiditas accipitur tripliciter, Vno modo vt est inordinatus appetitus diuitiarum, & sic speciale peccatum. Alio modo vt significat inordinatum appetitum cuiuscunque boni temporalis & sic est generale peccatum Nam in omni peccato est inordinatus appetitus ad bonum commutabile. Tertiò accipitur vt significat quandam inclinationem naturae corruptae ad bona temporalia inordinatè appetenda Et quia per diuitias acquirit homo facultatem perpetrãdi quodcunque peccatum in ord ne executionis, ideo dicitur radix omnium malorum, ad similitudinem radicis, quae praestat omnibus ramis arboris alimentum. *Cupiditas tripliciter accipitur.*

¶ Praeter superbiam & auaritia sunt quaedam alia vitia quae D. Grego. dicit eẽ capitalia, scilicet luxuria, inuidia, gula, & acedia, quae dicuntur Capitalia, non quod poena capitis puniantur, sed quia ex eis alia vitia oriuntur. Non est tamen arbitrandum quod omnia peccata, quae dicuntur capitalia, sint mortalia ex genere suo. Nam sequeretur quòd omne peccatum gulae & irae esset mortale, quod constat esse falsum. Vnde non oportet quod omnis inanis gloria sit peccatum mortale, vt dictũ est quũ de ea ageretur Sed dicitur vitium capitale, quod ex illo alia vitia oriantur, siue sint venialia, siue mortalia quamuis dici possit, quod omne vitium capitale, respectu aliorum peccatorum mortalium, quae ab eo procedunt, sit mortale.

A 31. Mora.
832 De Malo. q. 9. ar. 2.
ad. 5.

Ver 4. De causis exterioribus peccatorum.

PECCATUM habere causam exteriorẽ ex sacris literis constat. Vnde in lib. Nu. dicitur, Nõne istae sunt, quae seduxerunt filios Israel, & praeuaricari eos fecerunt Domino in peccato Phogor? & in lib Reg. de Hieroboam dicitur, Peccauit, & peccare fecit Israel. Ad cuius euidentiam sciendum est quod quum voluntas sit causa interior & essentialis perficiens peccatum, & ratio quantum ad carentiam debitae directionis, & appetitus sensitiuus inclinans, si aliquid extrinsecum sit causa peccati, hoc est vel quia mouet immediatè voluntatem, vel rationem, vel appetitũ sensitiuũ. Voluntatem autem interius & immediatè nemo mouere potest, nisi Deus qui non est causa peccati, vt statim dicetur. Relinquitur ergo ꝙ nihil potest esse exterius causa peccati, nisi inquantum mouet rationẽ vel appetitũ sensitiuũ, sicut homo vel daemon persuadens peccatum. Sed quia neque persuasio exterior in rebus agendis ex necessitate mouet rationem, neque etiam res exterius appositae ex necessitate mouent appetitum sensitiuum, sed solum dispositiuè, nec etiam appetitus sensitiuus mouet ex necessitate voluntatem aut rationẽ, ideo licet aliquid exterius possit esse causa mouens ad peccandum, non tamen potest sufficienter inducere ad peccatum. Sed causa sufficiens peccati & complens ipsum, est sola voluntas.

1. 2. q. 73. ar. 3.
Num. 31.
3. Reg. 14

Ver. 5. De causa peccati ex parte Dei.

QVUM Peccatum sit actus voluntarius diformis suae regulae, consequẽs est ꝙ si manus dolatoris esset regula eius, non posset peccare dolando, quia operaretur, secundum suam regulam. & ideo Deus (qui est sua regula) peccare non potest, nec esse causa peccati. Quia qui est alteri causa peccati, peccat. Vnde Apostolus, Digni sunt morte non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Praeterea Sapien. 11. dicitur, Nihil odisti eorum quae fecisti. Sed Deus odit peccatum (iuxta illud, Odio est, Deo impius & impietas eius) ergo Deus non potest esse causa peccati directè, nec etiam indirectè ¶ Ad cuius euidentiam sciendum est ꝙ homo dupliciter potest esse causa peccati sui uel alterius, Vno modo directe, inclinando uoluntatem suam uel alterius ad peccandum. Alio modo indirectè, cũ non retrahit alios a peccato, cum potest & tenetur Vnde Ezech. 3 dicitur speculatori, Si non dixeris impio, Morte morieris, sanguinem eius de manu tua requiram. Deus neutro modo potest esse causa peccati, quia non directe, cũ peccatu sit per recessum ab ordine qui est in Deum, sicut in finem. Deus autem, quatũ est in se omnia cõuertit

De Malo. q. 3. ar. 1. & 1. 2. q. 79. art. 1.
B Rom. 1.
832 Sap. 11.
Prou. 14.

Deus non est causa peccati directè nec indirectè.

1. c. de di. no. inclinat ad seipsum, sicut ad vltimum finem, vt D. Diony. dicit. Nec etiam indirecte, quia licet possit retrahere & impedire, non tamen tenetur. Nemini.n. est obligatus. Si ergo aliquibus non præbet auxilium, hoc facit secundum ordinem suæ sapientiæ & iustitiæ. Et quum Apost. dicit, Tradidit eos Deus in reprobum sensum, intelligitur permissiue, propter peccata præcedentia. Eodem modo debet intelligi dictum a domino spiritui mendacii, quoad deceptionem prophetarum Achab. Egredere & fac, & præualebis eodem modo intelligendi sunt alii passus, si qui inueniantur. Et cum, Sap. dicit, Creaturę Dei in odium factæ sunt, & in tentationem &c. non intelligit hanc propositionem (in) causaliter siue ad prouocandum homines in malum, sed consecutiuè, quia hoc cōsecutum est propter insipientiam hominum. Vnde subditur Et in muscipulam pedibus insipientium, qui non vtuntur creaturis vt decet. Nec propter hoc quod Deus est causa liberi arbitrii, sequitur quod sit causa peccati ab eo procedentis, quia illa maxima (Quicquid est causa causæ, est causa causati) intelligitur quando effectus causæ mediæ subditur ordini causæ primæ. Tunc effectus reducitur in causam primam. Sed si effectus procedat ex causa media, secūdum quod ipsa exit ordinem causæ primæ effectus non reducitur in causam primam. Sed si effectus procedat ex causa media secundum quod ipsa exit ordinem causæ primæ, effectus non reducitur in causam primam, sicut quum minister facit aliquid contra præceptum domini, non reducitur ad dominum, nec attribuitur ei, quū liberum arbitrium hominis vel angeli illud committat contra arbitrium dei. Et si dicatur, Quicquid est causa alicuius, est causa eius quod conuenit ei secundum speciem sicut si aliquis est causa Sortis, est causa hominis. Sed aliquid actus sunt ex specie mali. Igitur, &c. Dicendum quod actus dicuntur mali ex specie, hoc est ex obiecto prohibito, & inquantum fiunt ab eo cui fit prohibitio. deformitas tamen non consequitur actum illum, prout est a Deo. Et licet non repugnet Deo quod sit causa mali pœnæ. Vnde Amos propheta, dicit, Si est malum in ciuitate quod Deus non fecerit, quia malum pœna licet opponatur bono eius qui punitur, nō tamē opponitur bono ordinis qui est in Deū, sicut malum culpę Et ideo malū culpæ directè opponitur bonitati diuinæ, & nō malū pœnę Ideo nō est similis ratio. Et quāuis Deus, qui est causa efficiens omnium rerum, & omnes ens quodcunque sit deriuetur à primo ente & per consequens actus peccati, quum sit res quædam, nō tñ sequitur quod Deus sit causa peccati, hoc est deformitatis Et si dicatur, quicquid est causa alicuius, est causa illorum quæ ei necessario connectuntur, & sine quibus esse non potest, vt hō qui non vult deformitatem peccati, quia tamen vult actum adulterii ad quem sequitur deformitas, vult eam ex consequenti. Sic igitur Deus, &c. Dicendū quod illa deformitas est annexa illi actui, inquantum procedit ab homine, cui data est lex, & non inquantum procedit à Deo, qui posset si vellet, facere mulierem adulterantis, tamē nō tenetur. Præterea deformitas peccati nullo modo potest attribui Deo Quē admodum claudicatio, quæ est motus quidam, non attribuitur primo motori, sed homini habenti tibiam claudam seu nimis breuem, sed claudicatio, inquantum est motus attribuitur primo motori, inquantum verò est distortus sine vt claudicatio, non est a primo motore, qui non deficit sed a tibia deficiente. Sic est de actu peccati, qui dicitur claudicatio spiritualis, qui quidem est à Deo, inquantum habet de entitate, inquantū vero deuiat a regula vel auertitur ab vltimo fine, nō est a Deo, qui (vt dictū est) omnia conuertit in seipsum, sed est a libero arbitrio, qui non sequitur regulā rationis & diuinæ legis. Nec propter hoc quòd Deus dedit præcepta dedit occasionem peccandi, sed occasio accipitur ab eo qui non vult implere, quia dare occasionem peccandi, est facere aliquid minus rectum, ex quo per exemplum alii prouocentur ad peccandum. ¶ Difficultas est de peccato originali, eo quod omne illud quod hēt creatura in primo instanti sui esse, habeat a generāte vel creante. Ideo D. Tho. dicit ꝙ angelus non potuit peccare in primo instātiue peccarū attribuatur Deo sed anima in primo instanti suæ creationis est in peccato originali, igitur attribuitur Deo Dicendū ꝙ aliud est de peccato actuali, aliud de peccato originali, quia originale

Margin notes (left): Rom. 1. — 3. reg. ult. — Sap. 14. — Malū culpæ opponitur bonitati dei nō et pœna. 1. 2. q. 79. ar. 2. — de Malo. q. 3. ar. 2. — 1. 2. q. 63. ar. 3.

Margin (right): E 233 — F 238

nale in homine habet aliunde cui attribuatur,& non actuale. Nam quum infectio, & destitutio,siue priuatio iustitiæ originalis,quæ inest materiæ,cui anima in primo instanti vnitur(ex qua vnione contrahit peccatum originale) procedat ex peccato Adæ,Ideo ipsi Adæ attribuitur,quia si anima extra corpus crearetur a Deo, nō con traheret peccatum originale.Et quamuis anima ab ipso Deo vniatur corpori, & pro pter illam vnionem anima contrahat peccatum originale.Nō tamen sequitur quòd Deus sit causa peccati originalis, quia illa vnio animæ ad corpus, inquantum est a Deo,non est causa originalis peccati. Nam si eadem anima vniretur alteri materiæ non infectæ,non contraheret peccatum originale. Ideo hoc prouenit non ex unio ne,sed ex infectione materię,quæ processit ab Adam.Et licet Deus sciat materiam, cui anima vnienda est esse infectam,& possit perseuerare,vt fecit in D.Virgine, nō sequitur quòd ei debeat attribui,quum non teneatur immutare ordinem rerū, quē ipse instituit, scilicet quod positis dispositionibus a generante crearet & infunderet animam. ¶ Ex prædictis apparet quòd nullo modo Deus est causa peccati, quoad eius formale,siue quoad deformitatem,licet sit causa actus peccati quoad materiale. Et quia secundum dialecticos terminus a parte subiecti positus, stat pro materiali,
E & a parte prædicati pro formali,Ideo hæc propositio,peccati Deus est causa,conce-
236 ditur,quia sensus est,Deus est causa actus peccati pro materiali, siue inquantum ha bet de entitate.Sed hæc propositio,Deus est causa peccati, negatur,quia sensus est, quod sit causa deformitatis actus peccati,quod est hæreticum. Eodē modo dici potest de his propositionibus,Excæcationis Deus est causa,& Deus est causa excæcationis. Quia prima est vera,iuxta illud Ezech.6 Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua & Rom.9 Cuius vult miseretur,& quem vult indurat.s. permissiue se cunda est falsa. ¶ Ad cuius euidentiam sciendum est quod induratio siue obduratio duo importat, quorum vnum est motus animi adhærentis malo,& auersio a lumine diuinæ gratię, & quantum ad hoc Deus non est causa peccati. Aliud est subtractio gratiæ.ex qua sequitur quod mens non illuminatur ad recte videndum.Et quantum ad hoc peccator est causa, per peccatum ponens impedimentum. Sicut enim sol corporalis ex sua conditione illuminat omnes domos,nisi inueniat impedimentum,(& ideo ille qui claudit fenestram est causa obscuritatis, & tenebrarum,) sic sol spiritualis ex sua liberalitate illuminat omnem hominem venientē in hūc mundum,sed peccator per peccatum cludens fenestram, est causa obscuritatis & tenebrarum siue excæcationis,& obdurationis,& non Deus. aliter tamen est in sole materiali,& aliter in Deo,quia sol corporalis agit necessitate naturæ,& non potest subtrahere lumen,Deus autem non agit necessitate naturę,sed libere, & proprio iudicio lumen gratiæ non immittit.& ideo non solum peccator, sed etiam Deus est causa excæcationis & indurationis,quæ distinguuntur secundum effectus gratiæ, quæ perficit intellectum dono & lumine sapientię,& amollit affectum igne charitatis. Et cum ad cognitionem intellectus maxime deseruiat duo sensus,scilicet visus, & auditus,quorū vnus deseruit intentioni,scilicet visus,& alius disciplinæ,scilicet auditus, ideo quantum ad visum ponitur excæcatio, & quantum ad auditum aggraua
F tio,& quantum ad effectum obduratio. Et sic ista tria idem significant,sed differūt
236 ratione, Licet excæcatio sequatur peccata, quia Deus pro vno peccato non excæcat,neque subtrahit specialia auxilia,quibus recuperatur gratia amissa, saltē dispositiue.Et quum peccatum ad duo ordinetur.s. ad damnationem per se, & ad sanationem per accidens,ex diuina misericordia,& prouidentia, inquantum permittit aliquos cadere in peccatum,vt tandem peccatum suum agnoscentes, humilientur, & conuertantur,vt habetur de lapsu Petri in c.considerandum 50 dist. Tamen excęcatio ex sui natura ordinatur ad danationem eius qui excæcatur propter quod ponitur effectus reprobationis. Verum ex misericordia diuina ordinatur medicinaliter ad salutem eorum qui excæcantur. Sed hęc misericordia non omnibus impenditur, sed prædestinatis solum,quibus omnia cooperātur in bonum. Ideo quātum ad quosdam excæcatio ordinatur ad sanationem,& quantū ad alios ad damnationem,vt D. Aug.

Ezech 6.
1.2 q. 79. ar.3.
Rom 9.
Induratio quid importat.
Ioan. 1.
ar.4.
Deus pro uno peccato nō excæcat.
Rom. 8.
In libr. de quæst. Euā.

Aug.dicit,Et quanuis in Enchiridio dicat quod Deus(quum sit summe bonus)nul
lo modo permitteret fieri aliquod malum, nisi posset ex quolibet malo elicere ali-
quod bonum , sic omnia mala quæ immittit aut permittit , ordinat in aliquod bo-
num.Non tamen semper in bonum eius in quo est malum , sed quandoque ad bo-
num alterius,vel etiã ad bonum vniuersi , sicut culpam tyrannorũ ordinat in bonũ
martyrũ,& pœnas damnatorũ ordinat ad gloriã iustitiæ,& hoc modo culpam Adæ
ad gloriam suæ misericordiæ. vnde D Grego.hanc ordinationem considerans excla
mat, O fœlix culpa,quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem , non quòd
culpa sit fœlix aut bona,sed id ad quod ordinata fuit a Deo,scilicet redemptio.

Ver.6. *De causa peccati ex parte diaboli.*

1.2.q 8.ar QVANVIS diabolus nõ possit esse directa & sufficiens causa peccati homi
11.1.de nis (quum nõ possit effectiue & immediate siue ex necessitate mouere eius volunta
Malo q.3. tem,quæ sola est sufficiens causa peccati,(vt dictum est,) Potest tamen diabolus es-
art.3. se causa peccati hominis indirecte per modum persuadentis siue proponentis ali-
Diabolus quod appetibile dupliciter. ¶Primo exterius in aliqua sensibili specie apparendo , &
quibus mo- ei sensibili loquendo , & peccatum persuadendo , prout apparuit Euæ in specie ser- A
dis est cau pentis,& Christo in deserto,quem(secundum contemplatiuos) diabolus assumpsit 237
sa peccati. corporaliter in sanctam ciuitatem,& in montem,&c.Veruntamen propter debilita
Gen. 3. tem sensus humani,& calliditatem ac astutiam diaboli,non permittit ordinarie ip-
Mat.4. sum in specie sensibili apparere & tentare,licet aliquando permittat aliquibus Ne-
cromanticis & mulieribus propter infidelitatem earum,aliquando etiã propter ma-
litiam,vt dicunt communiter doctores de Antichristo, cui dæmones famulabuntur
in forma humana , consulentes & persuadentes multa mala , vt amplius infra dice-
tur.¶Secundo potest diabolus esse indirecta causa peccati,interius suggerendo , non
tamen imprimendo aliquid in intellectu, sed solum circa fantasiam & appetitũ sen-
sitiuum Circa fantasiam quidem, non formando nouas species sensibiles in ea, quia
excedit facultatem eius,licet enim possit semina colligere , quæ adhibet quibusdam
effectibus faciendis,ut patet de Magis Pharaonis , qui virgas arte dæmonis conuer-
terunt in serpentes,sed(vt D.Aug. dicit)nihil possunt facere,nisi uirtute corporaliũ
Exod.7. seminum . Vnde diabolus non posset facere , quòd cęcus natus imaginaretur co-
7.de Trin. lores,potest tamen species sensibiles sensatas præsentare fantasiæ , & illam excitare,
ac in actum reducere per illas , & easdem obiicere intellectui cum earum iudiciis &
collatione ac particulari ratiocinatione , de qua dictum est cum de fantasia & imagi-
natione ageretur , Quia quum natura corporalis obediat naturæ spirituali , quoad
motum localem,sequitur quòd diabolus potest causare omnia quæ ex motu locali
corporum inferiorum prouenire possunt, nisi impediatur a Deo.Similiter potest ap
petitum sensitiuum concitare ad aliquas passiones , secundum aliquem determina-
tum motum cordis & spirituum,ex hoc enim quòd aliquæ passiones concitantur in
appetitu sensitiuo, sequitur quòd motus & intentio sensibilis prędicto modo addu-
In libr . de cta ad fantasiam,ab homine magis percipiatur.Quia(ut Philosophus dicit)Aman-
som.et uig. tes modica similitudine in apprehensione rei amatæ mouentur. ¶Licet autem dia-
1.2.q. 80. bolus possit prædictas passiones appetitus, & apprehensiones imaginationis & fan- B
art. 3. tasiæ intendere , sic quòd si Deo permittatur , intellectus & ratio totaliter ligabi- 237
de Malo.q. tur,ut apparet in arreptitiis. (Quia id per motum excessiuum naturaliter fieri po-
3.art . 4. test, vt videmus in amẽtibus & furiosis.)Nunquam tamẽ potest necessitate ad pec
1.Pet. 5. candum,quia quum ratio est ligata,quicquid homo agit,non imputatur ad culpam.
Iaco. 4. Si uero sit libera,ex ea parte quia libera est. potest resistere. Vnde D. Petrus,Cui re
1.2.q. 80. sistite fortes in fide,& D. Iacobus,Resistite diabolo,& fugiet a vobis. ¶Notandum
art. 4. tamen quòd licet diabolus possit dici aliquo modo causa occasionalis omnium pec-
catorum nostrorum,inquantum induxit primum hominem ad peccandum , ex cu-
ius peccato intantum vitiata est humana natura , quòd omnes ad peccandum pro-
ni sumus , sicut diceretur causa conbustionis lignorum , qui ligna siccaret,non ta-
men est directa causa omnium peccatorum humanorũ, ita quod singula persuadeat

non

non enim omnia peccata committuntur instigante diabolo. Vnde in lib. de Ecclesiasticis dogmatibus dicitur, Non omnes cogitationes nostrę malæ a diabolo excitantur, sed aliquoties ex nostri arbitrii motu emergũt. Quod Origenes probat ex hoc quod etiam si diabolus non esset, homines haberent appetitum ciborum & venereorum & similium, qui posset esse inordinatus, & peccatũ. Si quę tamen peccata absq; diaboli instinctu perpetrantur, per ea homines fiunt filii diaboli, inquantum ipsum imitãtur, iuxta illud Christi, Vos ex parte diabolo estis, non est tamen aliquod peccatum, quod non aliquando ex diaboli suggestione prouenire possit.

Ver. 7. *De causa peccatorum, ex parte hominis.*

HOMO Potest esse causa peccati alterius hominis, non interius suggerẽdo vt diabolus, sed exterius consulendo, proponendo, persuadendo, imperando. Non est tamen directa & sufficiens causa peccati, cum non ex necessitate moueat voluntatẽ licet sit causa indirecta & ideo in præmissis peccat mortaliter. Vnde Apost. Digni sunt morte non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus.

Ver. 8. *De Comparatione peccatorum ad inuicem.*

VITIA Siue peccata non esse omnia connexa (prout virtutes) eorum contrarietas ostendit, sunt enim aliqua peccata sibi inuicem contraria, vt prodigalitas & 1. 2. q. 73. ar. 1.
C illiberalitas. Nec est eadem ratio de vitiis & virtutibus, quum intentio virtuosi sit
237 in omnibus sequi regulam rationis, a qua omnes virtutes pendent. Ideo omniũ virtutum intentio in idem tendit. Sed intẽtio peccãtis non est vt recedat ab eo quod est secũdũ rationem, sed potius quod tendat in aliquod bonum appetibile. & quia bona appetibilia sunt diuersa, nullam connexionem habentia, Igitur, &c Nec obstat quod dicitur Iac. 2. Qui totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus, quia illud intelligitur ex parte auersionis, in quolibet enim peccato incurritur reatus pœnæ æternæ, & priuatio diuine visionis, in quo omnia peccata mortalia conueniunt. Non tamen sequitur quin ex parte conuersionis sint diuersa, & per consequens maiori reatu pœnæ sensibilis fit obnoxius, qui plura peccata committit, ac etiam propter multiplicationem auersionis maiori pœna damni & vermis astringatur. Ex hoc tamen non sequitur quod per quodlibet peccatũ mortale oẽs virtutes corrumpantur vel auferantur, sed solum infusæ, dempta fide & spe, ut dictum est quum de eis ageretur. Non tamen acquisitæ, nisi per multiplicationẽ actuũ oppositorum. ¶ Peccata non esse paria constat ex hoc quod Christus dixit Pilato. Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Licet. n. virtutes sint æquales, non quãtitate, sed proportione & depẽdentia a prudentia, vna tamen præcedit aliam dignitatẽ, secundũ suã speciem Et sic vnus homo potest esse virtuosior & peior alio. Et quanuis virtutes essent pares & æquales, non est eadem ratio de vitiis, quum nõ sint cõnexa, vt dictum est. Licet enim in aliquo peccato tollatur debita commensuratio rationis, non tamen totaliter tollitur ordo rationis, alioqui (ut dicitur in 4. Eth.) Malum si integrum sit, destruit seipsum. Ideo qui trãsgreditur præscriptam lineam a iudice, quantamcumque magis procedat, nõ magis peccat, quia hoc respicit auersionẽ, & inter auersiones vna non est maior alia secundum se & ex parte obiecti, licet bene ex parte conuersionis, ex diuersitate eorum quibus peccatum aggrauatur.

Iac. 2.

De Malo. q. 2. ar. 9. Ioan. 19.

D ¶ Nec obstat quod peccatum est mors animæ, & vna mors corporis non est maior
237 alia, quia peccatum non est essentialiter mors animæ, quum consistat in actu deformi. & sic non dicit puram priuationem, sicut mors, quæ spiritualiter acepta, dicit solam priuationem gratiæ, Et quanuis vnum infinitum non sit maius alio, & omne peccatum mortale sit infinitum, quia contra bonum infinitum, non tamen sequitur quod vnum peccatum non sit maius alio ex parte conuersionis, ad quam etiam sequitur grauitas auersionis. Et licet ex auersione, actus humani dicantur peccata, vna tamen auersio dicitur maior altera, non secundum se & inquãtum priuatio sed inquantum habet actum conuersionis detestabiliorem & magis prohibitum.

Vna auersio q̃uo est maior altera.

1.2.q.73. ar.3. PECCATORVM Prima grauitas attenditur ex obiecto, quia quãto obiectũ habet maiorẽ deordinationem siue deformitatem, tanto peccatum est grauius. Ideo peccata quæ sunt directe contra Deum, sunt grauiora his quę sunt contra seipsũ, & illa his quæ sunt contra proximũ. Et inter ea, illa quæ magis repugnant regulæ siue commensurationi rationis, vt homicidium furto, &c. Et quum virtutes speciem & nobilitatem habeant ex obiecto, sequitur quod grauitas peccatorum attenditur secundum dignitatem virtutum, quibus peccata opponũtur. Et sic illa peccata dicuntur grauiora cęteris paribus, quæ dignioribus virtutibus opponuntur.

Peccata carnalia cur sint leuioris culpæ et maioris infamiæ. ¶ Alia grauitas peccatorum attenditur penes finem, qui est obiectum voluntatis, quia quãto finis est nobilior, tanto peccatum contra illum est grauius. Ideo D. Gre go. ait Peccata carnalia sunt leuioris culpę cæteris paribus, & maioris infamiæ spiritualibus, triplici ratione, Prima est ex parte subiecti quia licet peccatum carnale sit maioris adhæsionis, quam spirituale peccatum, tamen spirituale plus habet de auersione, a qua culpa denominatur. Secunda ex parte eius in quem peccatur. Nam peccatum carnale, inquantum huiusmodi, est in corpus proprium, quod est minus diligendum quam Deus, & proximus, contra quos sunt peccata spiritualia. Tertia ratio ex parte motiui, quia peccata carnalia habent maius impulsiuum (quod diminuit peccatum) quam spiritualia. Nec obstat quod Salomon ait, Nõ grandis est culpa quum quis furatus fuerit, qui autem adulter est propter cordis inopiam, perdet animam suam, quia adulterium non solum est peccatum carnale pertinens ad luxuriam, sed etiam spirituale, & pertinet ad iniustitiam. & sic potest reduci ad auaritiam. Vnde Glo. super illud Eph. 5 Omnis fornicator, & immundus, aut auarus, &c. dicit, Grauius est adulterium quàm furtum, quantò homini charior est vxor, quam res possessa, & in lege euangelica est sacrilegium, quia contra sacramentum, & sic nõ sunt cætera paria, Non obstat pariter quod D. Aug. super Leu. dicit ꝙ diabolus maxime gaudet de peccato luxuriæ, quia non eo ꝙ sit maioris culpæ, sed maioris adhæsionis, & eò ꝙ ad multa alia peccata inducit, quamuis Phil in. 7 Eth. probet ꝙ incontinens concupiscentiæ est turpior quàm incontinens iræ, quæ est peccatum spirituale, quia non ratione grauitatis, sed quia minus participat de rõne. & secundũ hoc dr̃ in 3. Eth. quòd peccata intemperantiæ sunt maxime exprobabilia, quia sunt circa illas delectationes, quę sunt communes nobis & brutis, quæ non deordinantur. Ideo per hæc peccata nemo quodam modo efficitur brutalis, & peior brutis. Vnde Psalmista, Homo quum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Marginalia: B 237 — *Prou. 6.* — *Psal. 48.* — 1.2.q.73. art.6.

¶ Grauitas etiam peccatorum attenditur secundum causam per se propriam, quę est volũtas peccandi, quæ comparatur ad actum peccati, sicut arbor ad fructum, vt dicit Glo. super illud Mat. 7. Non potest arbor bona malos fructus facere. Quanto n. voluntas peccandi est magis intensa in actu peccati, tantò peccatum est grauius. In aliis verò causis peccati quæ extrinsece & remote accipiuntur, distinguendum est. quædam enim earum inducit voluntatem ad peccandum secundum ipsa naturã voluntatis, & ex tali causa augetur peccatum, (quanto enim finis est peior, tanto peccatum grauius est) Aliæ uerò causæ, quæ inclinant voluntatem præter naturam & ordinem ipsius voluntatis, quæ nata est moueri libere ex seipsa secundum iudicium rationis, non aggrauant sed diminuunt, inquantum diminuunt iudicium rationis, vt ignorantia, metus, violentia, & aliæ passiones ac infirmitas. F 237

de Malo. q. 2. ar. 7. ¶ Attẽditur etiam grauitas peccatorum ex circunstantiis, quia vnũquodq; malũ põt augeri ex eo ex quo causatur, sed peccatum causatur ex defectu alicuius circunstãtiæ (vt dictum est) ergo per plures & diuersas circunstantias grauitas eius augeſ. Et ideo quanto plures circunstantiæ deficiunt actui, tanto est grauius peccatum. Et maior grauitas consurgit, quando circunstantiã transit in vim obiecti, quia tunc dicitur aggrauare in infinitum. Dicens enim mendacium, peccat venialiter ex genere suo, sed si dicat vt seducat virginem, est stuprum, & mortale. furtum etiam est mortale,

mortale, sed si fiat ad fornicandum, circunstantia finis aggrauat in infinitum ¶ Sed difficultas est de circunstantiis indifferentibus, quia illæ non habent ordinem ad rationem, nec variant speciem, nec aggrauanri, vt percutere hominem veste alba aut grisea indutum. Si vero habeat repugnantiam ad ratioñe non primo & per se, quia tunc non esset circunstantia indifferens, nec daret speciem actui, sed cum sequitur id quod primo & per se repugnat rationi, aggrauat. Quemadmodum accipere parum vel multum de re aliqua, nullum habet ordinem ad rationem, quantum est ex se. Sed quia accipere alienum inuito domino, habet per se primo repugnantiam ad rationem, ideo hæc circũstantia parum vel multum in furto & percussione & aliis huiusmodi, habet differentiam & repugnantiam ad rationem, secundum quod plus vel minus damnificat, & ideo aggrauat, licet non mutet speciem. an autem de illa circunstantia sit confitendum, dictum est cum de confessione ageretur. *De malo. q. 2. ar. 7.*

¶ Atteditur pariter grauitas penes maius nocumentum, quod prouenit ex peccato, si sit præuisum & intentum, vt puta cum peccat animo nocendi, tunc nocumentum est per se obiectum peccati. Quando vero nocumentum est præuisum, sed non intentum, sicut quum aliquis transiens per agrum vt compendiosius vadat ad fornicandum, infert scienter nocumentum seminatis, quod tamen non intendit. Tunc quantitas nocumenti aggrauat peccatum, sed indirecte, inquantum ex voluntate multum inclinata ad peccandum, non prætermittit sibi vel aliis facere damnum. Si uero nocumentũ non sit præuisum neq; intentũ, distinguendũ est, quia si per accidens se habet ad peccatum, non aggrauat peccatum directe, sed propter negligentiam consyderandi nocumenta quæ consequi possent, imputantur homini ad pœnam mala quæ eueniunt præter intensionem, si dabat operam rei illicitæ. Si vero nocumentum sequatur per se ex actu peccati, licet non sit intentum nec præuisum, aggrauat directe peccatum, quia quæcunq; consequuntur per se ad peccatum, pertinet ad speciem peccati, puta si aliquis publicè fornicetur, sequitur scãdalum plurimorum. Aliter tamen videtur se habere nocumentum pœnale, quod quis peccando incurrit. Nam si per accidens se habeat ad actum peccati, & non sit præuisum nec intentum, non aggrauat culpam, sed est pœna culpæ vt si quis currens ad occidendum, impingat & lædat sibi pedem, læsio illa est sui peccati pœna. Si uero tale nocumentum sequatur per se, tunc maius nocumentum non facit grauius peccatum, sed econuerso grauius peccatum infert grauius nocumentum, vt in damnatis, inter quos fideles infidelibus grauius puniuntur, quia grauius peccauerunt, propter maiorem cognitionem & ingratitudinem Ratio autem quare maius nocumentum per se sequens aggrauat, est quia facit maiorem inordinationem. & ideo licet quis per peccatum non possit nocere Deo, tamen attentare in his quæ dei sunt, sicut extirpare fidem, violare sacramenta, habet maiorem inordinationem. Ideo talis grauissime peccat. Et quãuis priuari vita gratiæ sit maius nocumenrum quam priuari vita corporali, non tamen sequitur fornicatorem esse peiorem homicida. Primo quia fornicator non intendit nocumentum sed delectationem. & si intendat priuationem gratiæ, non solũ est fornicator, sed spiritualis homicida. Secundo, quia est per se sufficiens causa mortis corporalis, & non fornicator, quia nullus spiritualiter moritur, nisi propria voluntate peccando. *Grauitas peccati ex nocumento.*

A 238

B 238 ¶ Ex præmissis sequitur qnod grauitas peccati etiam attenditur ex conditione personæ, ratione maioris dignitatis aut propinquitatis, quia persona in quam peccatur, est quodam modo peccati obiectum, ex parte cuius prima & maior grauitas attenditur, secundum quod obiectum est principalior finis. Fines autẽ principales humanorũ actuũ sunt tres scilicet Deus, ipse homo, & proximus Et ideo secundum maiorem coniunctionem ad Deum, & ad se ac ad proximum, consyderatur grauitas peccatorum Deo coniunctior est qui virtuosior & sacratior, ideo iniuria tali personæ illata, magis redundat in deum, secundum illud, Qui uos tetigerit, tangit pupillam oculi mei. Vnde sequitur quod peccatum est grauius, ex hoc quod redundat in personam Deo coniunctam ratione virtutis uel officii. Ex parte uero suiipsius peccatum est grauius, quanto magis in personam sibi coniunctam sine naturali *Grauitas peccati ex conditione personæ.* *Zach. 2.*

Eccl.14 turali coniunctionē, siue beneficiis, peccat. Quia videtur grauius in seipsum peccare, iuxta illud, Qui sibi nequam, cui bonus erit? Ex parte autem proximi, quantò peccatum plures tangit, est grauius. Vnde sequitur quòd peccatum perpetratum in personam publicam (puta regem vel principem, qui regit totam multitudinem) est grauius, quam peccatum commissum in personam priuatam. Vnde specialiter dicitur

Exod.22. Exod.22. Principi populi tui non maledices. Et similiter si fiat iniuria alicui famosæ personę, videtur esse grauius ex hoc quòd in scandalum & turbationem plurimorum redundat. ¶ Magnitudo & dignitas personæ peccantis etiam aggrauat peccatum, secundum Isidorū in lib. de Sommo bono, vbi dicit, Tanto maius cognoscitur peccatum, quanto maior qui peccat habetur. Quod non est intelligendum de peccatis, quæ ex surreptione procedunt, sed de his quæ ex deliberatione, propter quatuor, Primo quia facilius possunt resistere maiores, puta qui excedunt in scientia & virtute. Vnde dominus. Luc. 12. Seruus sciens voluntatem domini & non faciens, plagis vapulabit multis. Secundo propter ingratitudinem, quia omne bonum quo quis magnificatur, est Dei beneficium, cui homo fit ingratus peccando. Et quātum ad hoc quælibet maioritas, etiam in temporalibus bonis, peccatum aggrauat,

Sap.6. iuxta illud Sap 6 Potentes potenter tormenta patientur. Tertio, propter specialem repugnantiam actus peccati ad magnitudinem personæ, sicut si princeps violet iustitiam, qui ponitur iustitiæ custos, & si sacerdos, qui castitatē vouit, fornicetur. Quarto, propter malum exemplum siue scandalum, quia (vt D. Grego. dicit) In exemplū vehementior culpa extenditur, quando pro reuerentia gradus peccator honoratur. C

In Past. Peccata enim magnorum ad plurium perueniunt notitiam, & ea homines magis 238 indigne ferunt. Vnde D. Grego. Tot mortibus digni sunt, quot mala exempla aliis relinquunt.

Ver. 10. *De subiecto peccatorum.*

1.2.q.74. arti.1. QVVM peccatum sit quidam actus humanus, sequitur quod voluntas potest esse subiectum peccati in actibus suis libere elicitis vel imperatis qui dicuntur humani, quia proprium subiectum actus peccati est potentia, quæ est principium eius, sed voluntas est huiusmodi, Igitur, &c. Et quia non solum actus qui sunt a voluntate eliciti, siue immediatè procedūt ab ea, imperati, sequitur quòd non solum voluntas potest esse subiectum peccati, sed etiam omnes potentiæ, quæ possunt moueri ad actus suos, uel ab eis reprimi per uoluntatem. & sic possunt esse subiecta peccatorū quæ sunt actus, possunt etiam esse subiecta vitiorum, qui sunt habitus mali, cū actus & habitus ad eandem potentiam pertineant.

¶ Ex præmissis sequitur primo, quod sensualitas siue appetitus sensitiuus, tam irascibilis quam concupiscibilis, potest esse subiectum peccati non solum venialis, sed etiam mortalis. Differentia tamen est inter actus deordinatos voluntatis, & aliarum potentiarum, quia actus voluntatis deordinati vocantur peccata denominatione in-

12. de Tri. trinseca, a malitia & deordinatione suiipsius. Actus uero inordinati aliarum potentiarū dicuntur mali, & peccata denominatione extrinseca, a malitia voluntatis. Secundo sequitur quod ratio siue intellectus potest esse subiectum peccati. Vnde D. Aug. dicit, quod peccatum est in ratione superiori & inferiori, & quantum ad pro- E

prium obiectum. quod est uerum, quando habet ignorantiam, quæ tunc dicitur pec 238 catum, quando est circa id quod quis scire tenetur, defectus etiam uirium inferiorum imputantur rationi, eo quod potuit occurrere, uel quia imperat, uel post deliberationem non coercet, & quia in actibus humanis ultimum quod occurrit, est actus exterior, qui pertinet ad rationem superiorem, & præambulum eius est delectatio, quæ pertinet ad rationem inferiorem, ideo si fit defectus in directione consensus in actum, peccatum attribuitur rationi superiori. Si uero est defectus in directione delectationis, peccatum attribuitur rationi inferiori. Et cum actus exterior fit aliquando peccatum ueniale, aliquando mortale, ac etiam delectatio, sequitur, quod in ratione superiori & inferiori potest esse peccatum ueniale, & mortale.

§ 1. *De effectibus peccatorum.*

PECCATORVM sunt tres effectus mali. s. diminutio boni naturæ macula, & reatus pœnę. Primus effectus peccati ē diminutio boni naturæ, quia quū bonū naturæ hominis sit sm̄ rationē esse, & peccatum sit contra rationē, cū sit deordinatio rationis sequitur ꝙ peccatū est contra naturā hominis. Vnde D. Aug. dicit, quod vitiū eo ipso quod est vitiū, est contra naturam, & per consequens diminuit bonum ipsius. Vnde Beda super illud Luc. 10. Et plagis impositis abierunt, eo semiuiuo relicto dicit, Propter peccatum spoliatur gratuitis, & vulneratur in naturalibus, & glo dicit quod peccatis violatur naturæ humanæ integritas, non tamen secundum substantiā cū principia ex quibus constituitur natura, & proprietates ex his fluentes, quæ sunt potentiæ animæ, & habitus connaturales non diminuantur. Vnde D. Diony. dicit, ꝙ in angelis post peccatū naturalia manserunt integra, quanuis gratuita fuerint sublata. Sed aptitudo siue habilitas ad gratiam, & virtutes, quæ est ordo boni naturalis, & quoddam bonum naturæ, per peccatum diminuitur. Quia per actus peccatorum aliquis inclinatur in contrarium. Et cum aliquid inclinatur in vnum cōtrariorum, eius inclinatio ad aliud minuitur. *1.2.q 71. art. 2 & 3* *In 3. de lib arb.* *Inclinatio ad bonū nō potest totaliter corrūpi.*

E ¶ Licet autem peccatum diminuat bonum naturæ non potest tamen totaliter corrumpere, quia quandiu manet voluntas libera, remanet habilitas ad bonum, sed pec
236 catum non tollit voluntatem, igitur, &c. Et quanuis aptitudo ad gratiam sit finita, non tamen prorsus eam corrumpit peccatorum multiplicatio, propter incorruptibilitatem subiecti. Sicut enim caliditas diminuit aptitudinem aquæ ad frigiditatem, & potest tantum intendi, quod corrumpet aquam, & per consequens aptitudinem illius ad frigiditatem, non potest tamen totaliter corrumpere eam, quādiu manet aqua, Ideo si aqua esset incorruptibilis, non posse totaliter illa aptitudo corrumpi. Sed voluntas est incorruptibilis, igitur eius aptitudo ad gratiam, quandiu est libera, & in via, non potest corrumpi per peccata, quantuncunque multiplicentur. In dānatis ēt non totaliter tollitur habilitas naturalis ad bonum, nec inclinatio ad virtutem, alioqui non esset in eis remorsus conscientiæ. Sed quod non reducatur in actum contingit ex defectu gratiæ, & ex obstinatione voluntatis in malo, & ex immobilitate diuinæ, iustitiæ, quæ ordinauit, quòd nunquam eis gratia daretur Peccatum enim non ponit aliquem extra statum naturæ, sed bene extra perfectionem naturæ. *1.2. q. 85. ar. 2. ad. 3.*

Ver. 1. *De macula peccati.*

SECVNDVS effectus peccati est macula. Vnde de Salomone dicitur, Posuisti maculā in gloria tua. Et Apostolus, Vt exhiberet sibi sponsam non habentem maculam, neque rugam. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd macula in spiritualibus dicitur, per similitudinem maculæ in corporalibus. Macula autem in corporalibus dicitur, quando aliquod corpus perdit nitorem suum ex contactu alterius corporis. Anima autem habet duplicem nitorem, Vnum quidem ex refulgentia luminis naturalis, per quod dirigitur in actibus suis, de quo Psal Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Alium nitorem habet ex refulgentia luminis diuinæ gratiæ, sapientiæ, & scientiæ, per quod dirigitur homo ad bene, & decenter agendum in ordine ad Deum. Contactus vero animæ est per adhæsionem, sicut contactus corporalium est per copulationem. Et quia quum quis peccat adhæret aliquibus rebus caducis per amorem contra lumen rationis, & gratiæ diuinæ ideo ex illo contactu siue inherentia perdit nitorem, & refulgentiam, quam habebat ex lumine rationis, & diuinæ gratiæ, & efficitur tenebrosus, unde Eph. 5. Eratis aliquando tenebrę, nunc autem lux in domino. Et de peccatoribus dicitur Thren. 4. Denigrata est super carbones facies eorum. Tale detrimentum nitoris ex tali contactu proueniens metaphorice siue similitudinarie Macula dicitur, Nō quod anima inquinetur *1.2. q. 86. ar. 1.* *Eccle. 47.* *Ephe. 5.* *Psal. 4.*

F ex rebus inferioribus virtute illarum, sed magis econuerso. Inquinatur tamē actione
236 sua inordinate eis inhærendo. Et licet intellectus non inquinetur sed perficiatur, eo quod rerum exteriorum species intelligibiles in se recipit, quia sunt secundū modum ipsius intellectus, voluntas tamen inficitur per amorem, quia amor conglutinat animam

Osea. 9. mam rei inordinatæ amatæ, & ex hoc anima maculatur, secundum illud, Facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt. Non est tamen macula illa aliquid positiuũ, saltem absolutum, in anima subiectiuatum. Nec significat priuationem solam, sed priuationem nitoris animæ siue gratiæ in ordine ad suam causam, quæ est peccatum siue sit actus, siue omissio aut defectus actus. Et ideo secundum diuersa peccata diuersæ sunt maculæ in anima. Et simile est de vmbra quæ est priuatio luminis ex aliquo corpore opaco interiecto. Et sicut secundum diuersitatem corporum obiectorum diuersificantur, vmbræ sic secundum diuersitatem peccatorum diuersificantur maculæ. Differentia tamen est inter maculam, & vmbrã, quia vmbra non manet nisi quã diu corpus obiectum lumini quod est causa vmbræ, manet. Macula tamen manet cessante actu peccati qui est causa eius eo, quod macula importat defectum nitoris per recessum a lumine rationis vel legis diuinæ, Et ideo quandiu homo manet extra huiusmodi lumen, manet eo macula peccati. Sed postquam redit ad lumen rationis, & diuinæ gratiæ, cessat macula. Licet enim actus peccati, quo homo discessit a lumine rationis, & legis diuinæ, cesset non tamẽ homo statim ad illud lumen in quo fuerat redit, sed requiritur aliquis motus voluntatis contrarius primo motui. Sicut si aliquis sit distans alicui per aliquem motum, nõ statim cessante motu fit ei propinquus, sed oportet quòd appropinquet per motũ contrariũ. Transeunte vero obstaculo luminis corporalis remanet corpus diaphanum in æquali propinquitate. Ideo nõ est simile. Et quãuis post actũ peccati nihil positiuũ remaneat, nisi dispositio, vel habitus, remanet tamen aliquid priuatiuum, s. subiectum ap.um natum, & priuatum coniunctione ad lumen diuinum. Et licet effectus dependeat ex sua causa in esse, & fieri, nõ tamen semper in conseruari, maxime quando fit per motum, & ideo sicut cessante motu locali, non cessat distantia, sic nec cessante actu peccati tollitur macula. A 239

Ver. 2. *De reatu pœnæ.*

1.2.q.87. ar. 1. TERTIVS effectus peccati est reatus pœnæ, siue obligatio ad pœnam, quã deus tam in antiquo quam in nouo testamento peccatoribus comminatur. Vnde Deu. 28
Deu. 28. quod si audire nolueris vocẽ domini dei tui, vt custodias, & facias omnia mandata
Esa. 1. eius; venient super te maledictiones istæ &c & Esa. 1. Si volueritis, & audieritis me,
Luc. 12. bona terræ comedetis. Quod si nolueritis, & me ad iracundiã prouocaueritis gladius
Rom. 2. deuorabit vos, & Luc. 12. Seruos sciens voluntatẽ domini, & nõ faciens, plagis vapu
de Malo. q. labit multis, & Apost. Tribulatio, & angustia in omnem animã hominis operantis
1. ar. 4. malum. Ad cuius euidentiã supponendum est quid sit pœna D. Tho. dicit, quòd tria
Pœna tria sunt de ratione pœnæ, Primũ est, quòd habeat respectũ ad culpã. Tũc enim aliquis
importat. proprie puniri dicitur cũ patitur malũ pro aliquo peccato, quod cõmisit, habet enim fidei traditio, quòd nullũ nocumentũ creatura rationalis posset incurrere, neq; quãtũ ad animã, nec quantũ ad corpus etiã quantũ ad exteriora bona nisi peccato præcedente vel in persona vel in saltẽ natura, vnde D. Grego. Nulla noceret, aduersitas si nulla dominaretur iniquitas, & sic omnis boni quo quis põt vti ad operandũ priuatio, potest dici pœna in hominibus, & angelis. Secundum quod est de ratione pœnæ, est quòd repugnet voluntati, aliquando actuali, cum quis scienter pœnam patitur propter peccatum, aliquando habituali, vt cum ignorat sibi subtrahi bonum, de quo doleret si sciret. Aliquando est contra naturalem inclinationem voluntatis, vt cum aliquis qui non vult virtutem, priuatur habitu virtutis, licet voluntas velit priuari, naturalis tamen inclinatio voluntatis est ad bonum virtutis. B 239

¶ Notandum, quòd pœna potest considerari dupliciter. Vno modo inquantum, est satisfactoria, & sic quodam modo, est voluntaria, quia voluntarie acceptata. Et hanc potest aliquis suscipere pro peccato alterius. Et sic non dicitur proprie pœna simpliciter, respectu eius qui pro alio eam patitur, ac sustinet, quum non habeat ordinem ad culpam præcedentem in eo. Et sic passio Christi in comparatione, ad ipsum, non fuit pœna simpliciter, sed secundum quid, inquantum erat contra

inclina-

inclinationem naturalem. dicitur tamen pœna quoad nos, quum pro nobis passus fuerit. Vnde Esaias dicebat, Peccata nostra (hoc est pœnas peccatorum nostrorum) ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Tertio de ratione pœnæ est, quod in quadam passione consistat, hoc est quod ueniat ab extrinseco Et sic pœna & culpa tripliciter, differunt, quia culpa est malum actionis, pœna uero est malum agētis actionem culpabilem. Secundo differunt, quia culpa est secundum voluntatem, pœna contra voluntatem, Tertio differunt, quia culpa est in agendo, & pœna in patiendo. *Esa.53.* *1.2.q 87, artic.2.*

His suppositis, notandum quod licet vnum peccatum non possit esse per se pœna alterius peccati (ut D. Gregor. super Ezech. dicit,) quia de ratione pœnæ est quod sit inuoluntaria, & de ratione peccati est, quod sit uolunrariū, large tamen & ex consequenti vnum peccatū potest esse pœna alterius peccati, ut idem Gregorius dicit. *Super Eze.*
C & hoc tripliciter, Primo ex parte causæ, quia peccatum & remotio gratiæ, quæ pro-
239 hibet & impedit causa inclinantes ad peccandum, quæ sunt passiones & tentationes, quæ impediuntur per auxilium gratiæ diuinæ, ac etiam per uirtutes & dona, quæ subtrahuntur per peccatum. Vnde quum ipsa subtractio gratiæ sit pœna, consequens est quod peccatum ex illa subtractione sequens sit pœna. Et hoc modo loquitur Apo cū ait. Propter quod tradidit eos Deus in desideria cordis eorum, quæ sunt animę passiones, quia homines destituti auxilio gratiæ diuinæ, uincūtur a passionibus, & hoc modo sequens peccatum dicitur pœna pręcedentis. Secundo peccatū pōt esse pœna alterius peccati, ex parte subiecti actus, quia pœna afflictionem inducit, siue actus sit interior (ut patet in ipsa ira & inuidia) siue actus sit exterior. vt quum aliqui graui labore opprimuntur ac etiam damno, ut expleant actum peccati, iuxta illud. Lassati sumus in uia iniquitatis, ambulauimus vias difficiles. Tertio peccatū est pœna peccati, ex parte effectus consequentis Sed his duobus modis ultimis vnum peccatum non solum est pœna præcedentis peccati, sed etiā sui, & in his duobus modis pœna ordinatur ad emendationem, quia per hoc quod homo patitur laborem atque detrimentum in peccando, retrahitur a peccato. Et licet pœnæ secundum Philosophum in.2. Ethic. inducant & reducant homines ad bonum virtutis, quod non videtur fieri per peccatum, tamen quum deus permittat aliquos peccantes in alia peccata ruere, ordinat ad bonum virtutis, quandoq; etiā ipsorum qui peccant, vt humiliores & cautiores post peccatum fiant. Semper tamen ad emendationem aliorum, qui videntes alios ruere de peccato in peccatum, magis reformidant peccare. *Rom.1.* ¶ Circa reatum pœnæ temporalis notandum, quòd quidam putauerunt omnes pœnas temporales esse pro peccato actuali Vnde dicebant, Quis vnquam innocens periit? In hunc errorem incidisse videntur Apostoli, dum quærebāt, Quis peccauit, hic aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Dicunt doctores quòd duplices sunt pœnæ & punitiones siue infirmitates. Quædam sunt communes, vt famæs, pestis, bella, inundationes aquarum, & tales deus nō immittit, nisi propter peccata actualia. & de illis intelligēdum est dictum D. Greg. Nulla noceret aduersitas, si nulla dominaretur iniquitas. Quædā sunt pœnæ & infirmitates ac tribulationes *Iob. 4.* *Ioan.9.* *An pœnæ temporales sint semper pro peccato*
D priuatæ. Et tales vt in pluribus immittit deus propter pœnam peccati originalis,
239 quod etsi per baptismum remittatur, quantum ad culpam, non tamen quantum ad pœnam, quanuis etiam propter alios fines deus immittat sine aliquo peccato. Magister Senten. in.4. dist.15. in quæstione cur homo torquetur, respōdet quòd propter quinq;, Primo, ut præmium cumuletur, vt patet in D Virgine, Iob, & Tobia. Vnde Psal. Multæ tribulationes iustorum, &c. Secundo, ne fastus dominetur, hoc est ad præseruandum a peccatis, & conseruandam humilitatem, quia multi sunt, qui nisi tribularentur, superbirent. Vnde Apo Ne magnitudo reuelationum mearum extollat me, datus est mihi angelus Satanæ, Stimulus carnis meæ, &c. Pœnę enim & detrimenta rerum exteriorum sunt medecinę ordinatę ad salutem. Tertio, ut pœnis corripiātur, & sic ad punitionem & correctionem peccantium, ut emendentur. Sic punita est Maria soror Moysi. Vnde Psal. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Quarto, ut dupliciter puniantur, in hoc mundo scilicet & in *Psal.33.* *Ibidem.*

alio,

alio,ut incipiat infernum in hoc mundo. Sic puniti fuerunt Sodomitæ, Antiochus, Herodes, Ascalonita,& alii multi, quamuis Deus punitiones illorum ordinauerit ad salutem aliorum Quinto, vt Deus glorificetur, siue ad diuinæ gloriæ manifestationem,vt in cęco nato,in cuius illuminatione gloria & potentia dei sunt manifestatæ, Quauis et prędicti omnes,dempta D.Virg.propter peccatum originale puniti fuerint,sed non solum,alias enim rōnes nouit diuina prouidentia. ¶Si quæratur an aliquis puniatur, vel puniri possit pro peccato alterius, Circa hanc quæstione aliqui passus sacræ scripturæ sibiinuicem aduersari uidentur. Ideo pro conciliatione illorū aduertendum est primo, quod duplex est iudicium scilicet humanū & diuinum, & quòd duplex est pœna scilicet politiua & priuatiua Item pœnarum quædam spiritualis,quædam corporalis,& quædam temporalis.Si loquamur de iudicio humano nullus directe punitur pœna politiua spirituali aut corporali pro peccato alterius, quia non fustigatur,non occiditur,non excōicatur.Pœna tamen priuatiua puniūtur aliqui in foro temporali & ecclesiastico pro peccato alterius sine culpa propria,non autem sine causa,vt filii propter peccatū lęsæ maiestatis diuinæ & humanæ a parentibus cōmissum,priuantur bonis tēporalibus parentū, & propter paupertatē corpus indirecte patiur. Priuantur etiam honoribus vsq; ad quartā generationem propter enormitatē criminis Puniuntur etiam domestici excommunicatorum interdicto.Si vero loquamur quoad iudiciū diuinum, nullus punitur a Deo pœna spirituali politiua seu priuatiua pro alio quantumcunq; coniuncto, quia talis pœna non est medicinalis.Vnde dictū est a domino filiis Israel, qui vertebat parabolam in prouerbium, dicentes, Patres nostri comederunt vuas acerbas, & dentes filiorum obstupuerunt Viuo ego(dicit Dominus)quia non erit vobis vltra parabola hæc in prouerbiū.Omnes.n animæ meæ sunt,sicut anima patris,ita & anima filii mea est. Anima quæ peccauerit,ipsa morietur,& infra.Non portabit filius iniquitatem patris,nec pater iniquitatem filii,& Deut 24. Non occidentur parentes pro filiis, nec filii pro parentibus, sed vnusquisq; pro peccato suo morietur. ¶Si autem loquamur de pœna temporali aut corporali, tunc sæpenumero Deus filios pro parentibus punit triplici ratione,Primo ratione præseruationis,vt pręseruet illos a maiori malo.vnde D.Aug. dicit quòd Deus magnā gratiam fecit paruulis,quos ante vsum rationis aquam submersit in diluuio,quia fuerūt saluati,saltē illi pro quibus oblata fuerant sacrificia,& si vixissent,fuissent damnati,sicut patres eorum. Vnde Psal Ne fiant sicut patres eorum, generatio praua & exasperans Sic sæpe filios vsurariorū & filias meretricū aufert Dominus de medio.Ideo Sap.4.dicitur, Raptus est ne malitia mutaret intellectū eius, aut ne fictio deciperet animā illius,ac etiā ad pręseruādū patres & matres a damnatione, quia sunt eis nimis affecti. Vnde Christus, Beatæ steriles quæ non genuerunt,&c.Sunt multi qui cum non habent filios,sunt boni, colunt Deum,&c. Postmodum cū habent obliuiscuntur,&c.Ideo,&c Secūdo ratione imitationis. Regula.n.generalis est,quòd qñ filii imitantur peccata parentū,sunt deteriores, & grauius puniūtur, quia approbant & augent peccata parentum. & sic intelligitur illud Exo.2.Ego sum,deus zelotes,visitans iniquitates parentū in filios, vsque in tertiam & quartā generationem, & illud Mat.23 Et vos implete mēsuras patrū vestrorum, vt veniat super vos omnis sanguis iustus,qui effusus est ab Abel vsque ad sanguinem zachariæ filii Barachiæ,quem occiderunt inter tēplum & altare Dicūtur autem puniri peccata parentum,quia filii in peccatis parentū nutriti, sunt promotores ad peccandū & tum propter consuetudinem,tum et propter exēplum patrū,amplius peccant,quasi authoritatiue sequentes, & maiori pœna digni sunt, si pœnas patrū uidētes corrigi,negligunt Ideo addit,in tertiam & quartam generationē,quia consueuerunt homines tantum viuere, ut sic mutuo filii uidere possint peccata parentum ad imitandū,& parentes peccata filiorum ad dolendum. Et sic Iudæi hodie puniuntur quia approbant facta patrum,& uoluissent interfuisse, & peiora fecisse, & si hodie viueret Christus,& esset passibilis inter eos, peiora ei facerent. Licet.n puniatur pro peccatis parentū,non tamen solū,sed etiam pro suis, & paruuli pro originali Magis

tamen

Iudicium duplex. E 231 *Ezech.18.* *Filii puniūtur pro peccatis parentum.* *Psal.77.* *Luc.23.* F 231

tamen dicuntur puniri pro peccatis aliorū,proximi quam extranei, tum quia pœna propinquorum quodam modo redundat in illos, inquantum filius est aliquid patris,& alii sunt coniuncti tū etiam quia domestica exempla,& domesticæ pœnæ magis mouent. Vnde quando aliquis nutritus est in peccatis parentum, vehementer sequitur ea,& si ex eorum pœnis filii nō deterrentur,obstinatiores fiunt,& maiori pœna digni. Tertio ratio est propter indebitam generationem,siue propter peccata quæ parētes in generatione cōmittunt. Vnde 2. Reg. 12 habetur,quod filius Dauid ideo mortuus est,quia ex adulterio genuerat eum. D. Hiero. dicit,quod quando parentes abutuntur matrimonio,Deus punit filios,& parentes in ipsis, faciendo eos claudos, gibbosos,monstruosos,& maculatos, portantes etiam in facie testimonium iniquitatis parentū. Quærunt aliqui unde procedat, quod pulchri,& bene formati parentes habeant tales filios. Hoc potest contingere naturaliter propter defectum aut superabundantiā virtutis aut materiæ. Regulariter tamē,& ut in pluribus procedit ex peccatis parentum in generatione cōmissis, vt quandocunq; vident filios,reminiscantur iniquitatū,& torqueātur. Inter animalia bruta nō inueniuntur tales deformitates,

A quia nō abutūtur. Ideo Apost. Nō in passione desiderii,sicut gētes quæ ignorāt Deū. 1. Thess. 4.

240 ¶Circa reatum pœnæ æternæ aduertendum est ꝙ non omne peccatū inducit reatū pœnæ ęternæ,vt D. Greg. dicit. Quædā.n. peccata leuioris culpæ remittūt post hāc vitam,vt sunt venialia,quæ non repugnant ordini diuinæ iustitiæ, neq; contrariantur ipsi principio ordinis, quod est vltimus finis, quia sunt circa ea quæ sunt ad finē seruato ordine finis. Aliqua tamen peccata inducere reatū pœnæ æternæ, ex sacris literis constat,Mat. 25. Ibunt hi in supplicium ęternum,iusti autem in vitam æternam,& Mar. 3. dicitur, Non habebit remissionem in æternum, sed erit reus æterni delicti. Ideo enim peccatum meretur pœnam æternam, qui subtrahit ordinem primi principii æterni Et quia manente causa,manet effectus,ideò quandiu peruersitas ordinis remanet,necesse est,quod remaneat reatus, sed de his amplius supra c. 16 §. 4 ver. 34 quomodo autem reatus pœnæ maneat deletā culpa,dictum est supra. In .4. dial. c. 16 § 4. ver. 22.

§. 2. *De Peccato mortali.*

PECCATVM mortale(vt supra dictū est ex D. Aug.)est dictū factū,cōcupitū,vel omissum contra legem dei, peccatum enim veniale non est contra legē dei sed præter peccatum mortale ex genere siue ex obiecto est, cum voluntas fertur in aliquid,secundum se repugnat charitati,per quam homo ordinatur ad vltimum finē siue sit contra dilectionem dei,vt blasphemia,periurium, siue contra dilectionē proximi,ut adulterium,furtum,& homicidium,aut cōtra aliqua alia præcepta. Hoc autē est quando homo deliberate contrauenit præcepto affirmatiuo vel negatiuo. Quia (vt dicit D. Greg. & recitatur in c. quod præcipitur. 14 q. 1.) Quod præcipitur, imperatur,quod imperatur necesse est fieri,si præcipiatur affirmatiue, & necesse est nō fieri,si prohibeatur. 1. 2 q. 88. ar. 1. ad. 1. *Peccatum mortale ex genere quid* In epistola ad Ioui.

§. 3. *De peccato ueniali.*

PECCATVM potest tripliciter dici veniale, Primo, quia est veniā consecutū,& sic D. Ambr dicit quod omne peccatū per pœnitētiā fit veniale,& hoc dicitur veniale ex euentu Secundo dicitur ueniale, quia habet aliquam causam in se, quæ 1. 2 q. 88. ar. 2.

B diminuit culpam,ut cum fit ex infirmitate vel ignorantia, & hoc dicitur veniale ex *Peccatum ueniale tri plex.*

240 causa. Tertio dicitur peccatum veniale ex genere pro specie accepto siue ex obiecto quod dat speciem actui, vt dicere verbum otiosum. Peccatū veniale duobus primis modis acceptum, non habet determinatam speciem,cum contingat secundum diuersa obiecta duobus primis modis inueniri. Peccatum ergo veniale ex genere siue ex obiecto est, quando uoluntas fertur id quod continet quandam deordinationē,non tamen contrariatur dilectioni Dei,& proximi,siue non est cōtra præceptum vel prohibitionem dei. Notandū tamen,quod actus morales non solum recipiunt rationē boni ex obiecto, sed etiam ex aliqua dispositione agentis, vt quando non est plene liber,prout in motu secūdo primo,vel cū apponit malas circūstantias, & sic peccatū *Peccatum ueniale ex obiecto quid.*

veniale ex genere fit mortale ex parte agentis, ut cum quis ordinat verbum otiosum ad adulterium. Non tamen idem actus numero qui fuit peccatum veniale, potest esse mortale, quia variatur moraliter propter libertatem, & circunstantias. Aliquod etiam peccatum mortale ex genere fit veniale propter imperfectionem actus quæ dupliciter contingit, Primo ex surreptione, cum ratio non est sufficienter libera, ut dictum est. Secundo ex modicitate obiecti, Quia versatur circa parum. Quod enim parum est (vt dicunt Iuristæ) pro nihilo reputatur, ut accipere spinter a proximo, uel illum modicum contristare. Si vero esset aliquid notabile, esset mortale, in his tamen consideranda est qualitas, & conditio personarum, ac etiam facultas bonorum Aureus enim parum est regi, & multum viduæ. Parua cōtristatio dat i dispositio ad vindictam mortalis est, quæ, si non esset taliter dispositus, esset venialis Considerandus est etiam effectus, vt si pluribus transeuntibus per uiam, vnus ingrediatur vineam hominis pauperis, & accipiat solum vnam vuam, & omnes sequentes pariter, pauper notabiliter læditur, & ideo primus qui fuit causa ingressus aliorum reus esse videtur, & sic resolutorie habetur, quod peccatum veniale est triplex scilicet ex surreptione, ex obiecto, & ex imperfectione actus, primum differt genere a mortali, Secundum, & tertium sunt eiusdem generis cum mortali.

Ver. 1. *De differentia peccati uenialis a mortali.*

MVLTIPLEX est differētia inter peccatū mortale, & veniale. Prima, quia mortale deordinata, & auertit a fine vltimo, veniale autē solū a mediis. Secūda, quia mortale est cōtra præceptū, & ordinē rationis, veniale autem non, sed præter. Tertia quia mortale inducit reatū pœnæ æternæ, & veniale solū pœnæ temporalis. Quarta quia mortale corrumpit charitatem veniale autem non sed solū impedit feruorem, hoc est actum eius ut dictum est. Quinta, quia in quolibet peccato mortali sunt, quatuor scilicet actus, deordinatio, macula, & reatus, actus quidē trāsit sicut sagitta emititur, tamē relinquit vulnus. Sic peccatum deordinationem, maculam, & reatū pœnæ ęternæ. Peccatum vero ueniale non relinquit proprie maculam, quum non priuet nitore gratiæ, nec nitore luminis naturalis. Et si alicubi dicatur peccatum veniale maculam inducere, intelligendum est secundum quid, pro quanto impedit feruorem. Sexta differētia est quoad remissionem dupliciter. Primo, quia mortale non remittitur in alio mundo, sicut veniale. Secundo, quia mortale in hac vita non remittitur, nisi per sacramentum pœnitentiæ in re uel in voto, veniale autem absq; sacramēto pœnitentię per bonum motum, & feruorem charitatis.

Ver. 2. *De qualitate peccati uenialis.*

1. 2. q. 88. ar. 3. Eccl. 18. PECCATVM veniale est dispositio ad mortale, qui enim minima negligit, paulatim defluit. Peccatū tamē veniale ex genere nō disponit ad mortale ex genere directe, quū differāt specie, licet possit disponere per quandam consequentiā ex parte agentis, quia augmentata dispositione, & habitu mentiendi iocose, potest libido peccati crescere, quod finem suum constituet in mendatio iocoso, & ueniet ad mendacium perniciosum. Peccatum uero veniale ex surreptione uel ex imperfectione, actus disponit ad mortale ex genere, quia se habent sicut perfectum, & imperfectum in eadem specie, & sic qui parua, & modica furari solitus est paulatim, & faciliter furabitur mediocria, & tandem magna. Et qui motus secundo primos, hoc est non plene deliberatos non reprimit, faciliter admittet tertio primos, hoc est deliberatos. Peccata venialia, secundum Apostolum significantur per lignum, fœnum, & stipulam quia sicut huiusmodi congregantur in domo, & non pertinent ad substantiam ædificii, & possunt comburi, etiam ædificio remanente. Ita etiam peccata venialia multiplicantur in homine manente spirituali ædificio, hoc est charitate, & virtutibus infusis, ac donis Spiritus sancti, & committentes illa, pro eis patientur ignem tribulationis, in hac vita, vel ignem purgatorii post hanc vitam.

¶ Ex præmissis habetur, quod inter peccata uenialia unum est grauius alio, secundum

dum quod voluntas vehementius indebite afficitur temporalibus & carnalibus vel gloria mondana,saluo tamen ordine ad finem vltimum.

Ver.3. De incompossibilitate Peccati Venia is in Angelis.

PECCATVM veniale ex genere aut surreptione vel imperfectione actus in Angelis bonis vel malis minime reperiri potest.de Angelis bonis manifestũ est, cum sint in gratia consummata,de malis etiam non est debium,cum sint obstinati, & omnia referant in finem mortalem. & eadem ratione dicendum est de damnatis & hominibus beatis. Sed quod non possit inueniri peccatum veniale in angelis in puris naturalibus existentibus, apparet ex eo quòd non sunt discursiui Vnde sequitur quòd quandocunq; consyderant conclusiones, consyderent illas in principiis, & sic mens angeli non fertur circa media,nisi secundum quod sunt sub ordine finis,& per consequens non possunt daordinari circa media circa quæ est peccatum veniale, nisi deordinentur circa finem,quod fit per peccatum mortale. Et licet dęmones facere possint aliqua quæ sunt ex genere venialia,'quia tamẽ referunt ea in finem mortalem,mortaliter peccant. 1.2 q.89. ar.4. De Malo. q.7.ar.9.

Ver.4. De incompossibilitate uenialis cum iustitia originali. 1.2 q.89. ar.3. De Malo, q.7.ar.17.

E PECCATVM veniale cum iustitia originali stare non poterat, non quidẽ

240 propter altitudinem status, sic quòd illud quod in nobis est veniale,propter altitudinẽ illius status fuisset mortale Nec intelligendum est in sensu diuiso, sed in sensu composito,sic quòd Adam non poterat primo peccare mortaliter. Cuius ratio est, quia cum omni peccato debeatur aliqua pœna, & stante iustitia originali non poterat esse aliquid pœnale,vt D.Aug dicit sequitur, &c. 4.de Ciui.

¶ Præterea peccatum veniale cõtingit in nobis,vel ex surreptione,vel per deordinationem existentem circa media,seruato ordine ad finem. Sed vtrunque contingit propter defectum cuiusdam ordinis, ex eo quod vires inferiores non continentur firmiter sub superiori ratione. Quod enim in nobis contingant subiti motus sensualitatis,est quia sensualitas non ex totaliter subiecta rationi. Quod verò humanus animus deordinetur circa media, seruato debito ordine ad finem, prouenit ex hoc quòd media non ordinantur infallibiter ad finem,qui tenet summum locũ, quasi primum principium appetibilium. Quemadmodum enim in speculatiuis homo habens rectam intentionem circa principia,non potest errare circa conclusiones,nisi sit defectus connexionis principiorum circa conclusiones, quæ sic se habent in agibilibus ad principia,sicut media ad finem. Sed in statu innocentiæ (ut infra dicetur) erat infallibilis ordinis firmitas,ut semper inferius contineretur sub superiori,quandiu summum hominis contineretur sub Deo,ut etiam D August.dicit. Et ideo impossibile erat quod inordinatio in homine esset, nisi inciperet ab hoc quod summũ homin s non subderetur Deo, quod fit per peccatum mortale. Vnde primum peccatum hominis fuit causa mortis,ut dicitur Rom.5 Nec obstat quod gl.super illud 1.Tim.2.Adam non fuit seductus,ubi dicit,Inexpertus diuinæ seueritatis in illo falli potuit, ut crederet veniale esse cõmissum, Quia accipit ibi veniale pro facili remissibibi.&(ut D.Augustinus dicit)prius præcesserat elatio mentis mortalis, antequã illud crederet,sicut in muliere,anteqnam dubitaret, & diaboli uerbis crederet. Et quanuis dispositio per se & necessaria præcedat habitum & peccatum veniale sit dispositio ad mortale, non tamen est per se necessaria,sed contingenter & per accidens.unde non sequitur quod Adã qui primo poterat peccare mortaliter, posset etiã primo peccare uenialiter,propter illam firmitatem ordinis virium inferiorum, qui ordo non poterat tolli,nisi primo summum hominis deordinaretur, ut dictũ est. Si 4.de Ciui. 2.super Gene. ad lit.

F Adam fuisset creatus absque iustitia originali, propter defectum illum potuisset pri-

240 mo peccare uenialiter. Si dicatur, Qui potest plus,põt minus,sed mortale est plus, igitur.Dicẽdũ quod illa regula vera est in his quæ sunt eiusdem ordinis & rationis, ut in ponderibus, non in aliis omnibus, unde non sequitur,Homo potest generare hominem ergo asinum Et quanuis in motu locali prius accedatur ad minus distans

quàm ad p'us distans, & mortale plus distet a rectitudine primi status qua veniale, non tamen oportet in motibus voluntatis (qui spirituales sunt) id obseruari Et cum D. Aug dicit quòd Adam solicitauit aliqua experiendi cupiditas, quum videret mulierem accepta esca non esse mortuam, per illam cupiditatem intelligit elationem mentis mortalem, quam iustitia originalis non prohibebat, sicut inordinationē venialem propter illam infallibilem firmitatem. Si dicatur quòd Adam in illo statu erat liber libertate contrarietatis, & contradictionis, & Deus poterat aliquid præcipere sub pœna temporali, siue sub pœna peccati venialis, Dicendum est quod illo casu stante, licet Adam potuisset transgredi illam ordinarionem, non tamen primo propter prædictum ordinem, Nec sequitur quod Adam peccando mortaliter, prius habuerit iudicium erroneum directiuū illius elationis, & sic pœna præcessit culpā, quia non habuit prius tempore, sed solum natura. Præterea illud iudicium erroneū dupliciter potest comparari ad voluntatem, Primo vt dirigens elationem & sic est prius natura. Alio modo inquantum acceptatur a voluntate, quæ est primum principium deordinationis & sic est posterius natura. Nec est inconueniens quòd pœna & culpa sint simul tempore, quum omnis inordinatus appetitus pœna sibi sit. Nō inconuenit etiam quòd idem sit prius & posterius respectu diuersorum.

Ver. 5. *De incompossibilitate venialis cum sol. originali.*

1.2.q. 89. ar. 6. De malo. q. 7. ar. 10. ad. 8.

PECCATVM veniale cū solo originali esse non pōt, quia ante completum vsum rationis nemo potest peccare venialiter. Sed in primo instāti completi vsus rationis quilibet tenetur se conuertere in Deum, quod si faciat, consequitur gratiā, & remissionem peccati originalis, si vero non faciat, peccat mortaliter, igitur, Maior patet, quia ante completum vsum rationis nemo potest peccare venialiter ex surreptione, neque ex imperfectione actus igitur, &c. Primum patet, quia defectus ætatis qui impedit vsum rationis, excusat a peccato mortali ex genere, ergo etiā a peccato veniali ex genere, quia ad vtrunq; perfecta & completa libertas requiritur. Sed quicquid excusat a maiori peccato, excusat a minori, stante eadem causa excusationis, sicut iustum bellum quod excusat ad homicidio, excusat a percussione, rapinā, & furto, sed veniale ex genere est minus quam mortale, igitur, &c. Secundū patet, quia veniale ex surreptione, quanuis non supponat completam voluntatem in actu exercito, supponit tamen completam libertatem in facultate voluntatis, quia motus secundò primi ideo imputantur voluntati, licet non possit pro tunc plene reprimere, quia ratio antea poterat præuidere, & illos motus impedire, alias si ratio non poterat antea præuidere & impedire, non debēt imputari. Quia hæc est tota, & sola ratio quare motus primo primi, siue omnino præuenientes vsum rationis, non imputantur, quia non sunt aliquo modo nec in se, nec in causa volūtarii Et ideo licet pueri ante plenum vsum rationis habeant aliquos motus ad illicita, non imputantur venialiter, quia eorum ratio nondum habuit plenam libertatem, qua potuissent illos præuenire & impedire. Minor autē pro prima parte probatur Quia omni naturæ intellectuali in primo instanti completi vsus rationis datum est naturale præceptū sufficienter ei promulgatum, quanuis etiam aliqui postea non recordentur vt se conuertant in Deum eo modo quo cognoscūt, Quia ad hoc natura intellectualis (secūdum D. Aug.) creata est, vt summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, &c. Ergo naturali præcepto tenetur se dirigere, & in finem vltimum ordinare, eam ob rem angeli mali in secundo instanti, in quo habuerunt completum vsum rationis, mortaliter peccauerunt, propter transgressionē huius præcepti, & de se debite con uertendo in vltimum finem, eadem ratione homines. Quia primum quod occurrit homini deliberandum & ordinandum, est ipsemet homo, cum Deus (qui illud præceptum naturæ dedit, de quo Christus ait, Primū quærite regnum Dei) non deficiat in necessariis, sequitur indidisse rationi quod primum in lib. 1, in instanti vsus rationis occurrens, esset ipsemet homo Ideo homo quam citius potest, debet se ordinare in illum finem sbene esse, per debita media & honesta, eligendo viuere secundū dictamen rectæ rationis & legis diuinæ, si de illa habet notiam per fidem, vt bapti-

Cur motus secundo primi imputātur volunta ti, et nō primo primi.

A 251 B 242

rati, qui propter baptismum non deobligantur ab illo præcepto, cum gratia, perficiat naturam, & non destruat illam. Et cum sint in gratia, verisimile est quod impleant præceptum illud, quia gratia, charitas, & fides concurrunt, inclinando voluntatem ad bonum honestum & sic præstituunt verum finem vltimum, saltem confuse. Non est tamē necesse dicere quod omnes impleant hoc præceptum, non solū propter libertatē, sed etiā propter malā assuetudinem ante actū plenæ libertatis siue discretionis acquisitam, vnde fit ꝙ pars sensitiua magis mouebit ad delectabilia mala, quā fides & charitas ad bonū honestum. Ideo expedit quod pueri ante annos discretionis inducantur ad honesta ad quam inductionem ēt inclinantur parentes. Et quia non est omnibus certum & aliqui non recordantur an impleuerint, vel non, ideo non tenētur confiteri in speciali, sed sufficit quod in generali, sicut de aliis quorū memoriam non habent, dicendo, Quodcunque modo offenderim Deū, dico meam culpā. Minor pro prima & secunda parte probatur per illud Zac. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Ibidem post prædictum præceptum si impleatur, pollicetur conuersionem suam ad nos per gratiam. Vnde ex hac authoritate eliciunt, aliqui regulam generalem, quod quandocunque homo bene & debite vtitur naturalibus suis erga Deum, ipse vtitur sua liberalitate & misericordia erga hominem peccata, indulgendo Nec obstat quod dispositio naturaliter præcedit habitum siue formam non tamen præcedit tempore. Nec ad primam gratiam iustificantem, quæ in primo instanti completi vsus rationis gratis datur, requiritur aliqua dispositio præcedens tempore. Et licet puer incipiens habere vsum rationis, possit per aliquod tempus abstinere ab aliquibus peccatis mortalibus, non tamen liberatur a peccato omissionis prædictæ conuersionis, si quam citò potest, non se conuertat ad Deum vel finem honestum. Ideo si libere se distrahat circa curiosa, peccat mortaliter omissiue, & venialiter commissiue. Zac. 1.

C 241

¶ Ex præmissis patet quod ante tempus completi vsus rationis datum est tempus induciarum paruulis, quoad ea quæ alias essent venialia, sic quod non peccant venialiter nec mortaliter, licet leges in foro exteriori puniant, tum propter incertitudinē completi vsus rationis, tum etiam propter scandalum. *Induciarū tēpus datur paruulis.*

Ver. 6. *De remissione peccati venialis in purgatorio.*

QVIA Superius c. 16. §. 4. ver. 8. dictum est de remissione peccati venialis in hoc mūdo, & quod in inferno est irremiscibile, & æternaliter punitur, ideo nūc solū de remissione peccatorum venialium in purgatorio dicendum est. Manifestum est autem ex sacris literis quod aliquod peccatum remittitur in alio seculo. vnde Christus. Si quis dixerit verbum in spiritum sanctum non remittetur ei, nec in hoc seculo nec in futuro, quia non apparet quod aliud peccatum possit remitti, nisi veniale, non solum quantum ad pœnam, sed etiam quantum ad culpam, quando contingit quod quis in charitate existens, dormiendo intercipitur a morte violenta & extrinseca. Constat. n. ꝙ illi peccata venialia non dimittuntur in hac vita & tñ pp venialia non impeditur perpetuo a uita æterna, ad quam nullo modo peruenit, nisi ab omni culpa immunis sit, iuxta illud Apoc. 2. Nihil coinquinatum aut abominationem faciens, introibit in illam, igitur, &c. Remittuntur autem ibi per feruorem charitatis, in cuius actum exeunt in. 1. instanti separationis a corpore, cum se sentiūt in tormentis. Et licet in purgatorio non sit status merendi, est tamen status mutandi voluntatem, quando non est obstinata, quia tunc est immutabilis, iuxta illud, Si ceciderit lignum, &c. Et quamuis in via quis facilius cadat in peccatum quam resurgat secus tamen est post mortem, quia licet propter mutationem status animæ in purgatorio non possint mereri, possunt tamen impedimentum tollere. *3. p. q. 83. ar. 3. ad. 3. et q. 87. ar ti. 3. de Malo. q 7. ar. 1. Mat. 12.* *Eccl. 11.*

D 241

Continuatio dicendorum.

QVVM Peccatum originale (de quo consequenter dicendum est) pro formali nil aliud sit quam priuatio iustitiæ originalis, consequens est, vt absque ea cognosci non possit. ideo de ea in primis dicendum est.

§.4. *De iustitia originali.*

1. 2. q. 83. ar. 1. ad. 2. *Iustitia originalis quid.* Eccl. 7. IVSTITIA Originalis erat quoddam domū gratuitum essentiæ animæ ipsi Adæ infusum, gratiæ gratum facienti connexum, quo ratio & voluntas ipsius Adæ omnino subdebantur Deo, & vire siue potentiæ inferiores tā appetitiuæ quàm apprehensiuę ipsi rationi, & corpus animæ, ad promptè fa cilìter, ac delectabiliter implendum imperium siue præceptum eius. Per hanc iustitiam originalem dicitur Deus fecisse hominem rectum. Quæ rectitudo in triplici ordine prędicto consistebat. Primus ordo erat subiectionis rationis, & voluntatis ad Deum, quia stante illa, Adam in omnibus obediebat deo, repugnabat & resistebat malo per g atiā gratū faciencē iustitię originali annexā. Secundus ordo erat subiectionis virium inferiorum rationi, sic quòd nulla esse poterat difficultas aut rebellio in parte sensitiua. Tertius ordo erat subiectionis corporis animæ. Hi tres ordines erāt subordinati, & secundus pendebat ex primo, & tertius ex secundo. Hanc rectitudinē siue armoniam prædictorum ordinum firmiter tenebat iustitia originalis, sic quòd stante primo, secundus & tertius erāt inuariabiles. Primum ordine iustitia originalis tenebat, nō tñ inuariabiliter, Quia Adam non fuit cōfirmatus in gratia, vt rei probauit euētus, sed dimissus fuit in manu consilii sui, & c vltra mandata naturalia adiecit vnum positiuū de quo Gen 2. Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. Hac prohibitione Adæ facta, quæ per eum fuit Euæ promulgata, fuit ei duples mors, scilicet corporalis & spiritualis, intimata, vnde subditur, Quacunque die comederit, morte morieris, hoc est duplici morti subiectus eris, spirituali scilicet statim incurrendæ, & corporali non statim, sed tempore præordinato. B 241

Ver. 1. *De perfectione primi hominis in statu innocentiæ.*

Processus rerum duplex. IN Productionibus rerū & animalium duplicē inuenimus progressum, Primus, prout exierunt a solo Deo immediatè Secundus, prout producuntur a Deo mediantibus causis secundis. Quantum ad primum, conueniens erat quòd res quę a Deo solo immediate producuntur, essent perfectæ, eo quod ex eis aliæ procedere debebant. Causa enim debet esse potior effectu. Ideo Deut. 32. Dei perfecta sunt opera Natura verò creata cum non sit tantæ potentiæ, procedit de imperfecto ad perfectum, vt videmus. in plantis & animalibus. Hinc est quòd Adam & Eua in sua formatione fuerunt perfecti, & quantum ad corpus, & quantum ad animam, maiori perfectione quàm filii, qui ab eis procreati fuissent etiam in illo statu, si perseuerassent.

Ver. 2. *De perfectione corporis hominis in primo statu.*

Gl. 1. et 2: *Adā, et Eua fuerunt creati in perfecta quātitate.* 1. Cor. 15. Luc. 2. CORPVS Adę & Euæ fuisse perfectum in quantitate ex Gen. constat, cum eis fuerit factum præceptum generandi, Crescite, &c. & ideo in tali statu & quantitate, in qua homines qui perfecte generare possunt. & cum eis fuerit datum dominium super animalia sequitur quòd erant in tali fortitudine & agilitate, quæ requiritur ad dominandum animalibus. Quidam dicunt quòd Adam creatus fuit in tāta quantitate, in qua fuit Christus, qui dicitur secundus &, nouissimus Adam, quando incæpit prædicare, incipiens annorum quasi 30 quia in illa ætate dici ur quis perfectus homo. Cum ergo Dei. perfecta sint opera, sequitur quòd Adam & Eua fuerunt creati in statura ætatis perfectæ. Hæc autem perfectio quantitatis non procedebat ex iustitia originali, quia fil i Adæ (qui ab initio habuissent iustitiam originalem) non fuissent in tanta quantitate concepti & nati, nec adeò fortes & potentes, sicut Adam, sed paulatim processissent & creuissent in quantitate & fortitudine, sicut nunc. Quia regula generalis est, Quod in omnibus asserendis sequi debemus naturam rerum, nisi aliter ea quæ sunt supra naturam, authoritate diuina nobis reuelata fuerint. Illa enim quæ sunt supra naturam, sola fidei reuelatione tenemus. Sed ex principiis naturæ apparet prędictus progressus paruulorum ex imperfecto ad perfectū, & nihil de filiis Adæ circa huiusmodi reuelatū fuit igitur, &c. Habuissent tamen sufficientem virtutem ad actus conuenientes pueritiæ, puta ad sugēdū vbera, & alia hmōi, melius quā in statu naturę corruptę, in quo (vt D. Aug. ait) F 242

.p. q. 99. ar. 1.

ait in pueris tanta apparet infirmitas, quòd iuxta se iacentibus mammis magis pos sunt esurientes flere, quàm sugere. Et quamuis quædam animalia statim nata habeant vsum membrorum prout coturnices, non tamen hoc procedit ex eorum nobilitate, quum quædam perfectiora non habeant. Sed hoc eis contingit ex siccitate cerebri. Et licet aliqui defectus pueriles, qui consequuntur generationem, potuissent in illo statu fuisse, puta defectus materiæ (non enim fuissent omnes æquales) non tamen defectus tendentes ad corruptionem, sicut sunt defectus seniles.

Ver 3. De immortalitate & impassibilitate hominis in primo statu.

HOMINEM fuisse ante peccatum immortalem Apo. docuit dicēs, Per vnū hominem peccatum in hūc mundum intrauit, & per peccatum mors, ergo ante peccatum non erat mors. Immortalitas tamen in illa non erat secundum naturam, quum capacitas materiæ eius non fuisset repleta, sicut materię cœlorum. Nec fuit aliqua dispositio intrinseca in homine, quæ redderet eum immortalem, sicut post resurrectionē. Sed erat immortalis ex parte causæ efficientis & præseruātis, scilicet Dei, qui (vt D Augu. ait) hominem facit, qui quandiu non peccaret, immortalitate vigeret, vt ipse sibi author esset aut ad vitam, aut ad mortem. Non enim corpus eius erat in dissolubile per aliquem immortalitatis uigorem in eo corpore existentem, sed inerat quædam vis animæ supernaturaliter data, per quam poterat corpus ab omni corruptione præseruari, quandiu ipsa Deo subiecta mansisset. Et sic illa vis præseruandi erat ex iustitia originalis, quæ non erat naturalis animæ, sed per donum gratię, per quam præseruabatur ab exteriori læsione, partim quidem per propriam rationem, & partim per diuinam prouidentiam, quæ sic ipsum tuebatur, vt nihil ei occurreret ex improuiso, a quo læderetur. Quoad interiora prouidebatur ei quoad humidum radicale per herbas & fructus lignorum paradisi. Et quoad calorem naturalem per lignum vitæ, quod habebat uirtutem fortificandi debilitatem caloris naturalis prouenientem ex admixtione extranei. Vnde D. Aug. dicit, quod arbor vitæ medicinę modo corruptionem hominum præseruabat non tamen simpliciter immortalitatē causabat. Neque virtus quæ inerat animæ ad conseruandum, causabatur ex ligno vitæ, quod etiam non poterat immortalitatem præstare, vt nunquam dissolui posset. Quia virtus vniuscuiusque corporis finita est, ideo virtus ligni vitę non poterat dare virtutem durandi tempore infinito, sed vsque ad determinatum tempus, quo finito vel homo translatus fuisset ad spiritualem vitam, vel iterum indiguisset sumere de ligno vitæ, quod per tempus longissimum præseruasset. Vnde Gen. 3. Videte ne forte mittat manum suam ad lignum vitæ & comedat, & viuat in æternum. Cum autem egeret cibo & potu, in quibus semper manet aliqua fœculentia necesse fuisset in illo statu superfluitas emitti, fuisset tamen diuinitus prouisum, vt ex hoc nulla indecētia sequuta fuisset. Et quamuis immortalitas esset per donum gratiæ, & per peccatum deperdita, non tamen sequitur quod si Adam recuperauit donum gratiæ, recuperauerit ēt hanc immortalitatem, quia nō recuperauit gratiam quam amisit, quoad omnes effectus, sed solum quoad remissionem culpæ & meritum gloriæ. Et quia hoc priuilegium immortalitatis fundabatur in dono iustitiæ originalis, quæ non solum data erat Adæ pro seipso, sed pro posteris, sequitur quòd filii eius fuissent immortales, & per consequens impassibiles passione ad corruptionem tendente.

1. p. q. 97. art. 1.

In li. de q. no. & ves. testa.

A 241

In li. de q. no. & ves. testa.

¶Ex quo apparet quòd filii non fuissent parentibus molesti fletibus & eiulatibus. Et quamuis in digestione fuisset corruptio cibi, tamen illa & aliæ, si quæ erant

B (quemadmodum & somnus) ad perfectionem ordinatæ erant, sicut corruptio vir-

242 ginitatis ad procreationem prolis. Ideo non fuissent dispositiones corruptiuæ, sicut nec desitiones specierum sensibilium.

Ver. 4. De generatione in statu iustitiæ originalis.

CVM natura humana creata fuerit ad implendas angelorum ruinas, & tertia pars angelorum ceciderit, Deusque solum Adam & Euam immediate formauerit, necesse est dicere quòd eos ad multiplicandum genus humanum creauerit. Nam præceptum generationis eis dedit, dicens, Crescite, & multiplicamini, & replete ter

1. p. q. 98. art. 2.

Psal. 110.

Apo. 12. ram. Et cum natura sic processisset in generando sicuti Deus illam instituit, & Deus
Gen. 1. masculum & fœminam formauerit, consequens est quòd in illo statu fuisset diuersi
in libr. de tas sexus, & sic mares, & fœminæ. Et cum Philosophus dicit quod fœmina est mas
Gen. occasionatus, quasi præter intentionem naturæ, intelligit de natura particulari, quæ intendit generare sibi simile, nisi impediatur, vel per defectum virtutis, vel per defectum materiæ, sicut paruus ignis non potest comburere ligna viridia, qui defectus in illo statu non fuisset. Sed fœmina non est præter intentionem naturæ vniuersalis. Et defectus virtutis impediens generationem masculorum, quandoque contin-
In libr. de git ex aliquo accidenti extrinseco, vt Philosophus dicit, quod ventus Septentrionalis
Anima. coadiuuat ad generationem masculorum, & Australis ad generationem fœminarum. Quandoque etiam ex apprehensione animæ, ad quam de facili mutatur corpus maxime in illo statu, in quo corpus erat subiectum animæ. Processisset autem generatio donec completus fuisset numerus a Deo prædestinatus. & fuissent tot generati, quot angeli ceciderunt. Et secundum aliquos, fuissent generatæ tot fœminæ, quot masculi. ¶ Sed difficultas est an facta fuisset generatio per commixtionem,
in libr. de maris & fœminæ, sicut nunc. Hæc difficultas oritur propter dicta Gregor. Niceni,
Ho. qui dixit quòd in paradiso multiplicatum fuisset genus humanū, sicut angeli, absque concubitu, per operationem diuinæ virtutis. Dicit etiam quod Deus ante peccatum
14. de Ciu. fecit masculum & fœminam respiciens ad modum generationis, quod futurum erat post peccatū. D. etiam Aug. dicit quod in illo statu nulla corruptione integritatis genitalis fœminei potuit virile semen immitti, sicut nunc potest eadem integritate salua, fluxus menstrui cruoris emitti. Aliter tamen apparet dicendum propter tria fundamenta, Primū est D. Diony. dicentis naturalia non subtrahi, nec dari homini per peccatum. Cum ergo sexus & membra generationis data essent homini ante peccatum, & fœmina in adiutorium non ad aliud quam ad generationem, quum in omnibus aliis homo per virum melius iuuetur quam per mulierem, sequitur quod fuisset,
3. p. q. 1. illorum membrorum vsus, sicut nunc. Secundum fundamentum est D. Aug. dicen-
art. 3. tis quod ea quæ a sola voluntate Dei proueniunt supra omne debitum naturæ, nobis innotescere non possunt, nisi quatenus in sacra scriptura traduntur. Sed præmissus modus generationis est supra omne debitum naturæ, & nil de eo in sacris lite-
1. p. q. 99 ris traditum est, igitur non est asserendus. Tertium fundamentum est vna regula ge-
ar. 1. & 9. neralis. D. Tho. quæ talis est, In omnibus asserendis sequi debemus naturam rerum,
101. ar. 1. nisi aliud in sacris literis reueletur supra naturam. Sed nulla reuelatio est de illo modo igitur sequendus est ordo naturalis generationis, quæ fit per commixtionē. Quia in illo statu erat iustitia originalis, qua corpus subdebatur animæ, vt dictū est. Ideo generatio fuisset absque aliquo ardore libidinoso, & absque aliqua fœditate, quamuis fuisset maior & purior delectatio, quæ non absorbuisset tunc usum rationis, sicut nunc, Tunc enim fuissent honorabiles nuptiæ, & thorus immaculatus. Et sic intelligendus & glosandus est Greg. Nicenus. & quantum ad corruptionem, D. Aug. intellexit de corruptione propria sensitiua, aut de alteratione disponente ad corruptionē suppositi & non de corruptione inducente ad perfectionem prout fuisset corruptio ciborum ad perfectionem suppositi, & corruptio virginitatis ad perfectionem speciei alias potuisset in natiuitate cuiuslibet fieri magnum miraculum, &c. Nullus tamen dolor fuisset in partu, quia (vt idem Aug. dicit) ad pariendum non doloris gemitus, D
sed naturalis impulsus fœminea viscera relaxasset. Dicit præterea idem Aug. 9. super 242
Gen. ad literam quòd primi parentes non sunt vsi coniugio in paradiso, eo quòd formata muliere, post modicum temporis propter peccatum eiecti sunt, vel quia expectabant diuinam authoritatem ad determinatum tempus.

Ver 6. *De perfectione animæ in statu innocentiæ.*

1. p. q 100 IN illo statu essentia animæ perfecta erat per gratiam gratum facientem, & iu-
ar. 1. stitiam originalem ei annexam, & cum originalis iustitia data fuisset Adæ, & poste-
in li. de 16 ritati, sequitur quod quemadmodum iustitia originalis fuisset transfusa, sic & gratia
cap. mir. vnde Anselmus dicit, quod simul cum rationalem haberent animam, iusti essent,

quos

quos generaret homo si non peccaret. Quia cum homo naturaliter generet sibi simile in specie, necesse est quòd filii ei assimilentur in omnibus accidentibus consequentibus naturam speciei nisi sit error vel defectus in operatione, qui non fuisset in illo statu. Sed iustitia originalis, erat accidens consequens naturam speciei humanæ, non quidem ex principiis speciei causatum, sed sicut quoddam donum diuinitus toti naturæ humanæ datum, igitur,&c.& sic iustitia originalis & gratia transfusa fuisset a patre in filium, non directè & immediatè, sed ex consequenti, prout & anima quæ est a Deo per creationem, tamen a patre dispositiue. Non tamen filii nati confirmati fuisset in gratia aut iustitia originali & ideo quamuis primi parentes nō peccassent, filii eorū potuissent peccare propter libertatem arbitrii, quia non fuissent donati maiori priuilegio quàm parētes. Et si in oppositum adducatur dictum Anselmi, qui dicit ꝙ si primi parētes nō peccassent, ita confirmarētur cum omni propagine sua, vt vltra peccare non possent, Dicendum ꝙ hoc nō dixit asserēdo, sed opinando, vel intellexit post cōpletum numerum electorū, quia tūc glorificati fuissēt. In l.b. cur deus & homo.

Ver. 7. *De perfectione intellectus in statu innocentiæ.*

QVVM Scientia non sit accidens cōsequens naturam speciei, sed indiuidui, sequitur quòd pueri in statu innocentiæ non fuissent nati cum scientia, quia ex regula data, Vbi authoritas diuina deficit, debemus sequi conditionē naturæ animæ, quæ (vt dicitur in.3 de Anima) est tanquam tabula rasa, in qua nihil depictum est, & cæ. 1.p.q 101

E 242 Sed profecissent in ea progressu temporis, inueniendo vel addiscendo absq; difficultate. Nec tamen propter hoc sequitur quòd fuisset in eis ignorantia, licet bene nescientia, quam D. Dion ponit in Angelis. Habuissent tamen scientiam quæ competiuisset eis secundum tempus suum ad dirigendum illos in operibus iustitię, in quibus homines diriguntur per principia vniuersalia iuris naturæ, quæ multo perfectius intellexissent, quàm nunc intelligamus. 7.c.cal. Hi

¶Ex præmissis, maximè ex prædicta regula apparet ꝙ pueri in illo statu non habuissent statim perfectum vsum rationis, cum natura in omnibus generatis procedat de imperfecto ad perfectum, sicut nec animalia habent statim perfectū vsum mēbrorum & industriæ, sicut postea. quod patet, quia aues docent volare pullos suos.

¶Sed quia Adam fuit immediate creatus a Deo, vt esset principium omnium aliorū, ideo sicut fuit creatus in perfecta quantitate ac dispositione & vsu mēbrorū, ita ēt in perfecto vsu rationis, & cum omnibus scientiis. Non tñ secundum D.Th. vidisset diuinam essentiam pro illo statu, quia si continue vidisset non fuisset viator, nec peccasset, sicut nec beati Cognouisset tamen Deū altiori cognitione, quam nos nūc. Et sic eius cognitio fuisset quodammodo media inter cognitionē pręsentis status, & patriæ. Quia pro illo statu cognouisset p species intelligibiles infusas, quæ sūt pfectiores acquisitis. Nam species intelligibiles a sensibus corporeis abstractæ, non ita clare repræsentant spiritualia, sicut species intelligibiles non sunt a sensibus abstractæ, sed a Deo infusæ. Vnde primus homo non impediebatur per res exteriores a clara & firma contemplatione intelligibilium affectuum, quos ex irradiatione primæ veritatis percipiębat. Vnde D. Aug. dicit ꝙ forta ssis Deus primis hominibus loquebatur, sicut cum angelis loquitur, ipsa incommutabili veritate illustrans mentes eorū etsi non tanta participatione diuinę essentiæ, quantam angeli percipiunt. An Adam essentiam dei viderit. 2.super.Gene.ad lit.

¶Quidam dicunt quòd Adam in raptu vidit diuinam essentiam, quod nituntur

F probare ex eo quòd sopor in sacris literis significat visionem omnium, quæ non po-

242 test haberi nisi per visionē diuinæ essentiæ. vnde Esa.29.dicitur, Qm immiscuit vobis dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, prophetas, & principes vestros, qui vident visiones, & erit vobis visio omnium sicut verba libri signati. Sed in raptu immisit Deus soporem in Adam, & postmodum mirabilia mysteria protulit igitur habuit visionem omnium, & libri signati. Præterea ideo dicitur quòd Moses clarè vidit diuinam essentiam, quia debebat esse doctor Iudæorum, & Diuus Paulus, quia debebat esse doctor Gentium. Sed Adā debebat esse doctor & director Num.12. 2.Cor.12.

omnium hominum, igitur, &c. Nec propter hoc sequitur quod fuerit præscius peccati sui, & per consequens non potuerit vitare, quia quum diuina essentia sit speculum voluntarium, non necessario vidit peccatum suum, & licet viderit Christum incarnandum vt glorificatorem, non tamen ut redemptorem D. Tho. tenet oppositum, eo ꝙ præmissæ authoritates & rationes non necessario concludant. Ideo dicit quod non habuit fidem de redemptore explicite, licet implicite crederet Deum sufficienter prouissurum omnibus quæ suę saluti erat necessaria.

De veri. q. 18. ar. 3. 1. p. q. 94. ar. 2.

¶Non poterat etiam pro illo statu angelos videre per essentiam, licet perfectiorem cognitionē haberet, quā nunc habeamus, quia nō propter corruptionē naturæ corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & impedit a cognitione substantiarū separatarū. Habebat tñ sciētiam omnium rerum, in quibus homo natus est instrui, & hæc sunt omnia quæ virtualiter existunt in primis principiis per se notis, hoc est omniū quæ homines naturaliter cognoscere possunt. Cuius rō assignari pōt ex perfectione rerū immediate a solo Deo productarum. Hanc omnium rerum scientiam Deū dedisse Adæ, colligi potest ex eo ꝙ adduxit animalia ad eum, ut videret qūo vocaret ea, & ex hoc quod Adā nomina imposuit rebus, sequitur quod cognoscebat naturas rerū, debent n. nomina esse consona proprietatibus earum. Alia vero quæ nec naturali studio hominis cognosci possunt, nec necessaria sunt gubernationi vitæ humanæ, primus homo non cognouit, sicut sunt cogitationes hominum, & futura cōtingētia, & qdā singularia, utputa quot lapilli iacent in flumine, & alia huiusmodi. A 243

Adā hēbat omniū naturalium scientiam.

Gen. 2.

¶Ex prædictis patet ꝙ Adam non profecisset in scientia naturalium quantum ad naturam scitorum, licet bene quantum ad modum sciendi. Quoad supernaturalia vero profecisset, etiam quantum ad numerum per nouas illuminationes. Nec simile est de profectu meriti & scientiæ, quia unus homo non est alteri principium merendi, sicut & sciendi, ideo non debuit sic creari, ut in merito proficere non posset.

1. p. q. 94. ar. 4.

¶Adam & tota eius posteritas tali perfectione donati erant, vt stante iustitia originali, decipi non posset vnde D. Augu. Approbare falsa pro veris non est natura instituti hominis, sed pœna dānati. Nullum.n. in illo statu poterat inesse malum, sed adhærere falso est malum intellectus, cuius obiectum est verū. Et cū filii Adę habuissent iustitiam originalem, sequitur quòd illa stāte non potuissent decipi. Nec obstat quod Apost. dicit, Adam non fuit seductus, mulier autem seducta fuit in præuaricatione, Quia illa seductio etsi præcesserit peccatum operis, subsecuta est tamen peccatum internæ elationis, quia (vt D. Aug. dicit) Mulier verbum serpentis non crederet, nisi iam inesset menti eius amor proprię potestatis, & quædam de se superba præsumptio. Adam verò post similē elationem fuit seductus, quia credidit vxori referenti verba serpentis. & ad Apostolorum dicendū quòd intellexit a serpēte siue a diabolo, non a muliere. Et quanuis aliquid præsentatum fuisset sensui vel fantasiæ aliter quàm esset, sicut quod remotius repræsentatum fuisset oculo Adæ, minus quidem, cum natura oculi per peccatum non fuerit variata. Non tamen fuisset deceptus quia per rationem veritatem diiudicasset, vt faciunt astrologi & perspectiui per lineam visualem. Quidam dicunt ꝙ non somniasset, qui somnia proueniunt ex aliqua indispositione vel inordinatione naturali, quæ in illo statu non fuisset vel nos sōniasset, nisi somnia delectabilia. Et licet filii eius potuissent peccare, & mentiri ipsi, non credidisset ita esse, sed quod possibile esset. & hoc non esset existimare seu approbare falsum pro vero. vel potest dici quòd fuisset ei diuinitus subuentum in his quorū scientiam non habebat, sicut dictum est de nocumentis corporis. Nec est instantia quam quidam afferunt, quòd in tentatione non fuit ei subuentum ne deciperetur, licet tunc maximè indigeret, quia iā præcesserat in eo peccatum elationis, nec ad diuinū auxilium recursum habuit. ¶Ex præmissis apparet quòd Adā nullam opinionem habuisset in naturalibus. Nec obstat quòd D. Ambr. dicit, Omne peccatum est ex errore, quia, vt dictum est, non intelligitur de errore præcedente actū peccati, sed de cōcomitāte, vel de errore electiōis, pųt eligit quod nō est eligēdū, secūdū quē dicitur omnis malus ignorans. Hic autē error ptasupponit inordinationem in parte B 243

14. de ci. dei.

In statu innocētia nō poterat decipi.

An Adam in 1. statu somniasset.

appe-

appetitiua complacente, & assensum non prohibente. ¶ Voluntas tam Adæ quàm aliorum perfecta fuisset per charitatem & alias virtutes infusas, quas habuissent nó solum quoad habitum, sed etiam quo ad actum, nisi eas quæ repugnant perfectioni primi status, sicut sunt patientia, pœnitentia, & misericordia, quarum actus non habuisset. Et quamuis donum perseuerantiæ non habuerit, habuit tamen perseuerantiæ virtutem. 3. Erbl. 1. p. q. 95. ar. 1. & 3.

Ver. 8. *De dominio quod competebat omni in primo statu.*

ADAM in statu innocentiæ habebat dominationem & præsidentiā super omnia animantia, Dixit enim Deus, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinē nostram, & præsit piscibus maris, volatilibus cœli, &c & iterum, Dominamini piscibus maris, &c. Ratione ēt probari potest, Quia sicut in generatione imperfectū ordinatur ad perfectum, vt materia ad formā, Ita in vsu rerum plantæ ordinātur in cibum animalium, ergo animalia in cibum & subuentionem hominum Ideo homo naturaliter dominatur plantis & animalibus. Eam ob rem dicit Philos. quod venātio animalium syluestrium est iusta & naturalis, quia per eam homo vendicat quod est naturaliter suum. Hoc etiam apparet ex ordine diuinæ prouidentiæ, qua 1. p. q. 96. ar. 1. 1. Poli. Venatio animalium syluestriū est iusta et naturalis

C semper inferiora per superiora gubernantur, &c. Non tamen in illo statu indiguissent homines animalibus ad sustentationem neque ad tegumentum, quia nudi erār, & non erubescebāt, & lignis paradisi ac plantis nutriti fuissent, neq; etiam ad vehiculum, propter corporis rubur. Indigebant tamen ad experimentalem cognitionem sumendam de naturis eorum, quod significatum est per hoc quòd Deus ministerio angelorum animalia duxit ad Adam, &c. Et licet animalia non habeant rationem, vt capacia essent præceptorum hominis, habent tamen quandam participationem prudentiæ, & rationis, secundum æstimationem naturalem, ex qua contingit quód grues sequuntur ducem, & apes obediunt regi. Sic omnia animalia per se ipsa homini obedissent; & diuina prouidentia mouente ea, ac desideriū hominis, spirituali instinctu naturæ ad eum venissent, & melius obedissent, quàm nunc quędā domestica obediant. In hoc tamen dominio non fuissent æquales, quia quæ a Deo sunt, ordinata sunt. Ordo autem, vt D. Aug. dicit, consistit in disparitate, quum sit parium dispariumq; rerū sua cuiq; loca tribuens dispositio. dictū est quòd in illo statu fuisset disparitas quoad sextum, fuisset pariter quoad ætatē & quantitatem & robur. Non enim fuisset corpus humanum totaliter exēptum a legibus naturæ, quin ex exterioribus agentibus aliquod commodum vel auxilium acciperet magis & minus, secundum quod diuersis cibis diuersarū virtutum ex libero arbitrio vsi fuissent. Sic etiam secundum diuersam aeris dispositionem, & diuersum situm stellarum, aliqui robustiores corpore, & melioris complexionis generati fuissent. Similiter quātum ad animam, quum habuissent liberum arbitrium, aliqui magis vel minus se applicassent. Ita tamen quod in illis qui excederētur, nullus esset defectus culpabilis nec quoad corpus nec quod animam. Rom. 13. 19. de ciui. Dei.

243

Ver. 9. *De domin o hominis super hominem in statu innocentiæ.*

DOMINIVM hominis super hominē secundū Philos est duplex, Quod dā est dominium seruorum, quo serui contra voluntatem suam & proprium bonum suum subduntur dominis. & tale dominium non fuisset in statu innocentiæ, in quo nullum pœnale erat, sed id quod est contra propriam voluntatem, est pœnale, Igitur, &c. Aliud est dominium liberorum, in quo subditi diriguntur ad proprium bonum ipsorum vel totius communitatis Et tale dominium hominis super hominem fuisset in statu innocentiæ, triplici ratione. Prima, quia conditio hominum in statu innocentiæ non erat nobilior, quàm conditio angelorum, inter quos est prælatio, vt dictum est. Igitur. Secunda ratio, quia homo est naturaliter animal sociale, sed socialis vita multorum non potest conueniens esse, nisi aliquis præside at, qui ab bonū commune intendat (multi enim per se intendunt ad multa, vnus vero ad vnū.) Iō dicit Philosophus, quod quandocunque multa ordinantur in vnum, inuenitur vnum vt principale dirigens. Tertia ratio; quia, vt dictum est, vnus homo habuisset supereminentiam 1. p. q 96. ar. 4. Dominium seruorū & liberorum quid.

D 243

1. Pe. 4. eminentiam scientiæ, & iustitiæ super alium; & fuisset inconueniens, nisi hoc exe-
Gen. 3. queretur in utilitatem aliorum iuxta illud, Vnusquisque gratiam quam accepit, in al
terum administrantes. ¶ Ex his sequitur quod vxores non fuissent subditæ viris, si
cut nunc in tribulationem. Ideo in pœnam dictum est Euæ & ex consequenti aliis,
Sub viri potestate eris. Non quin Eua ante peccatum esset sub potestate viri, sed nō
sub tali pressura contra voluntatem, & in ea tribulatione, in qua nunc sunt quasi om
nes vxoratæ.

Ver. 10. *De perfectione appetitus sensitiui in primo statu.*

1. p. q. 95. APPETITUS sensitiuus tā irrascibilis, quam concupiscibilis in statu inno-
art. 2. centiæ fuissent perfectus virtutibus moralibus infusis, & successu temporis acquisi-
tis, ac etiam inuariabili ordine subiectionis ad portionem superiorem scilicet intel-
lectum & voluntatem, sic quod in eis nullæ fuissent passiones inordinatæ, siue rebel
liones præuenientes rationem, sed solum moderatæ, virtuosæ, & imperatæ De crea-
tione Euæ, & præceptis ipsi & Adæ datis, tentatione, prævaricatione, punitione, &
translatione in campum Damascenum, vbi secūdum aliquos, creatus fuit, vide apud
expositores in secundū & tertium caput Geneseos, & quæ dicta sunt supra cum de
paradiso Terresti ageretur.

§. 5. *De peccato Originali.*

1. 2. q. 81. PECCATUM originale esse ex traductione Adæ in omnes posteros, qui ab E
ar. 1. eo per rationē seminalē processerunt, in primo instanti creationis & transfusionis ani 243
Rom. 1. mę rationalis, fide tenemus. Nam Apost. hoc manifeste asserit dicens, Per vnum ho
minem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes
mos pertrāsiit, in quo omnes peccauerunt. Propter hoc peccatū dicimur natura fi-
lii iræ, & per consequens rei mortis & condemnationis, subiecti dissidio intestin o,
tribulationibus, calamitatibus, & miseriis huius seculi, & oppositum dicere est hæ-
resis Pelagianorum ab ecclesia cum authore suo & sequacibus reprobata.

Ephe. 2. ¶ Ad cuius euidentiā supponendū est primo, quod hoc vocabulū (peccatum) in sa
Peccati cris literis vario modo sumitur, Aliquando enim peccatum pro eo quod habet re-
multiplex spectum ad peccatū delendū. Et sic Hostia, Sacrificium, & oblationes quæ fiebant in
acceptio. expiationem pœnarum debitarum pro peccato, dicebantur peccata. vnde Oseas,
Osee. 4. Peccata populi mei comedent, scilicet sacerdotes. Et Apost. Christum vocat pecca-
2. Co. 5. tum, dicens, Quoniam deus erat in Christo mundum reconcilians, & post pauca
1. Pet. 2. dicit, Eum qui non nouerat peccatum (scilicet Christū, qui peccatū nō fecit, nec inuē
Rom. 8. tus est dolus in ore eius) fecit peccatum (hoc est hostiam pro peccato) vt nos effice-
1 Pet. 2. remur iustitia Dei in ipso. & alibi, Misit Deus filium suum in similitudinem carnis
peccati, & de peccato damnauit peccatū (hoc est deleuit & fugauit peccatum) in car
ne. Aliquando accipitur peccatum pro pœna debita peccato. Vnde D. Petrus, Pecca
ta nostra, hoc est pœnas peccatorum nostrorū, ipse scilicet Christus, tulit, & dolores
nostros ipse portauit. & infra, Posuit in eo iniquitates omnium nostrum, hoc est pœ-
nas iniquitatum nostrarum. Aliquando accipitur pro eo quod inclinat uel inducit
ad peccandum. Et hoc modo concupiscentia actualis, hoc est passio & appetitus sen-
sitiuus, quo caro dicitur aduersari spiritui, appetendo sibi amica, suauia, & delecta-
bilia, (quæ lex dei prohibet, refugiendo a duris & laboriosis, quæ lex Dei sustinere F
pręcepit) dicitur peccatum. Vnde D. Iaco. Vnusquisque tentatur, a concupiscentia 243
sua abstractus & illectus. Et hoc modo Apost. concupiscentiam actualem uocat pec
Iac. 1. catum, dicens. Nam concupiscentiam nesciebam (scilicet esse peccatum) nisi lex di
ceret, Non concupisces. Dicit præterea, Occasione autem accepta, peccatum (hoc
est uis appetitiua) per mandatum operatum est in me omnem concupiscentia, hoc
est uis appetitiua facta est efferatior, iuxta illud Horatii, Nitimur in uetitum sem-
per cupimusq; negata. Et iterum quum Apost. dicit. Si autem quod nolo, illud facio,
iam non ego operor illud, sed quod inhabitat in me peccatum, loquitur de moti-
bus primo primis, qui sunt ab appetitu sensitiuo, & non a uoluntate. Ideo appeti-
tus sensitiuus destitutus iustitia originali (qui ab aliis dicitur fomes) est causa illorū,

&

& dicitur inhabitans peccatum, triplici ratione. Prima quia inclinat ad peccandum. Ideo dicitur lex membrorum, captiuans hominem in legem peccati, hoc est vehementer inducens in captiuitatem peccati. Secunda, quia diabolus ea vtitur virtute tanquam instrumēto. Tertia quia ex Adę peccato processit, quòd vis illa appetitiua aduersetur spiritui, & concupiscat contra legem dei. Quia ante peccatū Adæ vis illa erat frenata iustitia originali, & nō poterat deordinari, sicut fracto freno per peccatum Adæ, per quod relicta est conditioni suæ naturæ, quæ est prosequi suauia, & delectabilia, quæ lex dei prohibet, & refugere a duris, & laboriosis; quę lex dei pręcipit. Aliquando etiam peccatum accipitur pro eo, quod habet veram rationem culpæ quæ cōsistit in obliquatione a regula, & in auersione a Deo ac deordinatione, & præuaricationem mandati legis diuinæ, quia vbi non est lex, non est pręuaricatio, vnde Iac. 1. Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum, hoc est actū inordinatum cōtra legē Dei. ¶ Ex præmissis patet quod omne illud quod nominatur peccatum, habet relationem seu habitudinem aut respectum ad culpam, vel tanquam effectus sicut pœna, vel tanquam delens culpam, & pœnam, vt oblationes, & sacrificia, & Christus qui valde impropriè dicitur peccatum, eo quòd obtulit se in sacrificiū ad delēdū

Appetitus sensitiuus destitutus dicitur fomes et peccatum.

Rom. 7.

Rom. 4.

Iac. 1.

A peccatum, pœnas peccatorum sustinendo, vel tanquam inducens, vt concupiscentia,

244 vel tanquam disponens, vt peccatum veniale, vel habet relationem causæ, vt peccatū mortale, quod est causa auersionis. Vnde sequitur, quòd peccatum veniale nō habet proprie rationem culpæ, quum non sit contra legem dei, nec auertat a Deo. Sequitur etiam quod peccatum originale (quod non habet proprium voluntarium) minus habet de ratione culpæ, quàm veniale, si comparetur ad personam particularem, & sic minus proprię dicitur peccatum. Prout manus aut pes aut alia membra, quæ dicūtur nocentia, & culpabilia, denominatione extrinseca, scilicet culpabilitate voluntatis, minus habent de culpa, quam uoluntas, Sic filii Adæ vocātur peccatores, culpabilitate extrinseca ex peccato Adæ prouenięnte. Ideo minus habent de culpabilitate quàm Adam, & minus proprie uocantur peccatores. ¶ Secūdo supponendū est, quòd carnis vocabulo in scripturis sacris aliquando vocātur homines carnales, qui scilicet dediti sunt terrenis, & carnalibus desideriis, quorum adhæsione unū cum carne efficiunt. Vñ 1. Cor. 6. Qui adhæret meretrici, vnū corpus efficit cū illa. Sicut qui adhęret Domino, vnus spiritus est cum eo. Sic accepit Christus carnē, quū dixit, Quod natum est ex carne, caro est, & Apost cum dicit, sapientia carnis mors est, & cū ait continuo non acquieui carni aut sanguini, hoc est hominibus carnalibus. Et sic accipiendo carnem, caro includit peccatum. Vnde Rom. 8 Qui in carne sunt, deo placere non possunt, & in eo. Si secundum carnem vixeritis, moriemini, & 2. Cor. 5. Caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Aliquando tamen caro significat hominem visibilem, & sensibilem, etiam absq; aliqua corruptione peccati, vt cum dicitur, Verbum caro factum est, hoc est homo corporeus ex carne compositus. Proprie tamen caro dicitur animæ pars corporea, & sensibilis, in qua vis appetitiua concupiscibilis, & irascibilis insunt, sic accipitur cum dicitur, Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis.

1. Cor. 6.

Rom. 8.

Galat. 1.

Ver. 1. *De quidditate peccati originalis.*

OMNES catholici doctores in hoc conueniunt, ut dicant peccatum originale esse peccatum naturæ, & in nobis non esse personale, sic quod uoluntate nostra

B personali fuerimus facti natura filii irę, sed solum uoluntate primi paren-

244 tis, in quo tanquam in principio naturæ, eramus omnes quodam modo, vt membra in corpore. Et ideo sicut peccatum hominis, quod sola voluntate committitur, attribuitur, & imputatur omnibus membris, & omnia membra patiuntur, Sic primum peccatum Adæ, quod fuit in ipso actuale, et personale, fuit causa priuationis iustitiæ originalis, & gratiæ, & per consequens deordinationis naturæ, & personæ ipsius ac nostræ, imputatur nobis, et patimur pro illo. Nec in hoc Deus nobis (qui nihil actualiter egimus) facit iniuriam aut iniustitiam, reputando filios iræ, et indignationis, et condemnationis, quia per ira, indignationem, et condemnationem

accipitur

accipitur sola exclusio a gratia, & originali iustitia, ac etiam a regno cælorum, & restitutione naturæ ad conditionē suam, a qua eramus exempti per iustitiā originalē, quæ cum annexis data fuerat Adæ principio originis nostri generis, & iure hæreditario, omnibus filiis, & posteris ab eo per propagationem seminalem procreatis, dū modo Adā, & filii eius præcepta Domini seruarent. Et quia Adam non seruauit, per inobedientiam ipse, & posteri iure illo priuati sunt. Exemplum communiter datur, de rege, qui gratis ex liberalitate sua dedit cuidam nobili castrum pro se, & tota posteritate sua, ea lege, ut fidelitatem ei seruaret, quod si non faceret auferret, ab eo, & filiis eius. Si ille infidelis esset, nullam iniuriam faceret rex ipsi nec filiis eius, si priuaret eos castro ea lege, & conditione dato. Concordant præterea omnes in hoc quod in peccato originali sunt duo Primum dicitur priuatio iustitiæ originali, quæ impediebat illam deordinationem, & seruabat illam armoniam Secundum sunt potentiæ destitutæ, & deordinatæ a rectitudine, quam habebant ex ipsa iustitia originali. Aliqui vocant priuationem iustitię originalis formale peccati originis, & ipsas potentias destitutas, & deordinatas vocant materiale.

Natura filis in eo quo modo dicūtur.

Quid in nobis habeat rationē culpæ originalis.

Rom. 13.

¶ Sed difficultas est quid horum in nobis habeat rationem culpæ, & fomitis, quia certū est ipsam priuationem iustitiæ originalis secundū se non haberet ratione culpæ, quū sit a deo, qui non est causa culpæ, aut deordinationis, quū omnia quę sunt a deo, ordinata sint, Nec nunc in peccatis mortalibus priuatio gratiæ habet rationē culpæ, sed pœnæ, quū sit directe a deo, & contra uoluntatem, quanuis ex consequēti dicatur voluntaria, vt dictum est constat enim, quod Adam non intendebat priuationē illā nec pro se nec pro filiis suis. Nec filii eius quū concipiuntur, & incurrunt peccatū originale, huiusmodi priuationē intendunt, neq; intēdere possunt, Igitur priuatio illā secundū se considerata, non habet rationē culpæ, sed pœnæ, & sic est effectus culpę ipsius. Adæ. ¶ Nec etiam debitum habendi iustitiam originalem, illi priuationi secundum quosdam annexum, potest habere rationem culpæ in paruulo, quia nullum tale debitum potest ostendi aliqua lege, Nulla enim lex obligat, nisi promulgata, & possibilis, sed tali lex quę fingitur nunquam fuit promulgata paruulo, antequam incurreret peccatum originale, quum non esset capax, & impossibile sit ei habere iustitiam originalem, quum sit actualiter in peccato originali, igitur nullum est in eo debitum illius iustitię, quum impossibilium nulla sit obligatio. Et ideo licet lex illa fuerit data ipsi Adæ, & posteris, quum venissent ad vsum rationis de seruanda iustitia originali, quam habuissent ab ipso non tamen fuissent talis lex data his, qui nō habuerunt nec habere potuerūt. Et sic tota culpa non seruatæ iustitiæ originalis fuit in Adam, qui eam seruare poterat, & non seruauit. Nec etiam ipsæ potentiæ destitutæ secundum se possunt habere rationem culpæ, quum sint naturales, & a Deo Naturalibus autem non meremur neq; demeremur aut uituperamur, igitur &c. Præterea omnis creatura de se est bona (Vidit enim Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona) & oppositum est hæresis Manichæorum. Nec obstat, quod appetitus sensitiuus nos tradit ad illicita, quia hoc est præter eius intentionem, quū ex natura suæ conditionis afficiatur his quę sunt sibi amica, suauia, & delectabilia, & refugit a duris, & laboriosis, Vnde si hodie crearetur nouus homo eiusdem speciei nobiscum in puris naturalibus, non haberet peccatum originale, & tamen appetitus eius sensitiuus haberet similem conditionem, & motus cum nostro, & inclinaret ad delectabilia, & sibi amica, &c. Quum igitur illa vis appetitiua sensitiua libertatem non habeat, & sequatur conditionem suam, quam culpam secundum se habere potest? Tota culpa, & deordinatio, quæ in ea imaginari potest, a libertate voluntatis procedit, quia si voluntas nō sit libera (ut in dormientibus, & furiosis ac pueris) nulla culpa est. Constat autem, quod paruuli in instanti infusionis animæ non habēt uoluntatem liberam, igitur. ¶ Præterea potentiæ illæ manent in baptizatis, ergo non sunt peccatum originale, uel baptismus non delet culpam originalem, quod est hæreticum. Insuper si quis ex negligentia sua morbum, & deordinationem incurrit, morbus non est culpa, quanuis ex culpa euenerit. sed peccatum originale & ęgritudo

C 144

3. Ethi.

Gen. 1.

D 144

tudo & morbus(iuxta illud Psal. Infirmus sum, sana me Domine) & non ex negligentia paruuli, sed Adæ, ergo non potest dici culpa in paruulo, nisi denominatione extrinseca, vt dictum est de manu. Necesse est ergo dicere, quod culpa originalis peccati sit in nobis aliquid præter priuationem iustitiæ originalis, & præter debitum habendi illam, ac etiam præter potentias, vel peccatum originale non dicitur culpa, sed pœna. Nec potest dici quod concupiscentia habeat rationem culpæ, quia vel accipitur concupiscentia pro actu appetitus concupiscibilis, & talis non potest dici culpa originalis, quum non sit in paruulis actu, sed solum aptitudine, prout aptitudo venandi est in catulis quamprimum nati sunt. Sed illa aptitudo concupiscendi non est aliquid aliud a potentia appetitiua, quæ(vt probatū est)non est culpa Nec etiam secūdum quod est deordinata; & trahit ad delectabilia, potest habere rationē culpæ, vt dictum est de ægritudine. ¶ Nec potest etiam dici quòd infectio ex peccato Adæ relicta, quam quidam vocant tabem, alii qualitatem morbidam, quia illa qualitas morbida vel est aliquid priuatiuum, vel positiuum. Si primum, non potest secundum se habere in paruulis rationem culpæ, quia culpa est deordinatio prouenien ex actu voluntatis, & inquirendum est de priuatione illa, quia quum priuationes non cognoscantur nisi per habitum, non potest dici nisi quod habitus illius pri-
E uationis sit potentia appetitiua, siue appetitus concupiscibilis priuatus iustitia ori-
244 ginali & ei annexis quæ priuatio(vt dictum est)non est culpa sed pœna: Nec potest etiam dici quod sit aliquid positiuum inclinans & inducens ad peccandum, quia omne positiuum in creatura existens, habet rationem entis, & per consequens boni, cum ens & bonum conuertantur, & sic a Deo. & per consequens non potest dici culpa, cum Deus non sit causa culpæ. Et quum illud positiuum sit a Deo, non pōt ex natura sua inducere ad aliquam culpam, cui non possit per voluntatem resisti, cum Deus sit intentator malorum. Si autem non sit a Deo, quærendum est de causa quia illa qualitas morbida non est ab Adam, cum sit contra voluntatem eius, qui non intendebat nec pro se nec pro posteris. Neque ferebatur in eam, tāquam in obiectum Iaco. 1.
voluntatis, Neque poterat causari ex vi actus peccati, quia tunc omne peccatum mortale causaret qualitatem morbidam, & quanto grauiora essent peccata, tanto illa qualitas morbida esset perniciosior Præterea culpa consistit in auersione, vel saltem in deordinatione, & sic magis in priuatione, quam in aliquo positiuo. Insuper maior fuit actiuitas in peccato angelorum quam Adæ, cum sint superioris naturæ, nec impediantur corpore. Sed peccatum angelorum non destruxit eorum naturam sed solum gratiā & dona gratuita. Nam(vt D. Diony. dicit) Naturalia in eis manserunt integra Nec peccatum eorum causauit in eis qualitatem morbidam, ergo nec peccatum Adæ. Nec pōt ēt dici quod illa qualitas morbida producta sit a pomo comesto, quia probādum esset quod lignū illud haberet talem virtutem. Et cū esset in tot patres diuisa, peccatum originale non esset æquale in omnibus quantum ad culpam, quod est erroneum, vt infra dicetur. Præterea peccatum originale in nobis processit a peccato Adæ. Sed esus illius ligni non fuit primum peccatū eius sed elatio
F mentis(vt dictum supra fuit ex D Aug)ergo qualitas illa morbida nō processit ab
244 esu ligni vetiti. ¶ Necesse est ergo dicere, quod peccatum originale in paruulo, non vniuoce, sed analogice habeat rationem culpæ. Culpa enim(vt dictum est) proprie primo & per se conuenit peccato mortali. Peccato autem veniali non æque primo quia licet in eo sit deordinatio, non est tamen auersio a fine vltimo, in qua proprie ratio culpæ consistit. Et ideo ratio culpæ peccato veniali secundario & improprie competit, peccato uero originali magis improprie, quum in aliis ab Adam nihil sit voluntarium & personale, & ideo solum denominatione extrinseca potest dici culpā, sic quod si in paruulo priuatio iustitiæ originalis secundum se consideretur, non habet rationem culpę, sed pœnæ. Si uero considerētur ea quæ sunt in paruulo, & maxime appetitus sensitiuus destitutus, vt relatis ad ipsum Adā, qui per peccatū actualē remouit prohibens, huiusmodi deordinationes non solū pro se, sed etiam pro posteris, habent quodammodo rationem culpæ scilicet denominatione extrinseca, vt

dictum

1.2 q. 82. art. 4. dictum est de manu a culpabilitate voluntatis. Et hæc est vera intentio D Tho dicentis in peccato originali esse duo, vnũ est defectus iustitię, aliud relatio huius defectus ad peccatum primi parentis, a quo per viciatam originem deducitur. Et post pauca dicit, quòd peccatum originale ex relatione ad principium viciatæ originis, recipit rationem culpæ, inquantum deriuatur a primo parente, & alibi dicit quòd habet magis rationem pœnæ quam culpæ. Et quanuis dicat peccatum originale esse habitum corruptũ, eo modo quo ægritudo dicitur habitus corruptus & dispositio naturæ ad male esse, non tñ intendit quòd sit aliqua qualitas positiua distincta ab humoribus & qualitatibus actiuis & passiuis, quas dicit pro materiali ægritudinẽ, pro formali vero deordinationem prouenientem ex priuatione debitæ commensurationis humanorum & qualitatũ actiuarum & ideo ægritudo pro materiali ponitur in prædicamento qualitatis, & pro formali est respectus, & ponitur in prædicamento relationis. Sic ẽt peccatum originale pro materiali dicit potentias animę destitutas iustitia originali, ex cuius defectu sunt deordinatæ. Pro formali vero dicit respectũ siue relationem potentiarũ destitutarum, & deordinatarum ad primũ peccatum primi parentis. Nec obstat quòd in malis habitibus actus præcedit habitum, cũ nullus habitus malus sit infusus sed acquisitus, sed nullus actus præcepit peccatum originale, igitur. Quia hæc obiectio procedit de habitu, quo potentia inclinatur ad operationẽ, sed peccatũ originale non est talis habitus. Quanuis enim ex peccato originali sequatur aliqua inclinatio ad actũ inordinatum, non tñ directe, sed indirecte sequitur per remotionẽ prohibentis scilicet iustitiæ originalis, prout etiam ex ægritudine corporali sequitur inordinatio ad motus corporales inordinatos. Nec debet dici quòd peccatũ originale sit habitus infusus vel acquisitus, nisi per actum primi parentis, & non alicuius alterius personę, sed per viciatam originẽ innatus, & nõ est aliquid aliud a potentiis destitutis, maximæ ab appetitu sensitiuo, qui (vt dictum est) prosequitur sibi amica, sua uia, & delectabilia, quæ lex Dei prohibet. & refugit a duris & laboriosis, quæ lex Dei præcipit. Et secundum hoc idem appetitus sensitiuus potest dici qualitas morbida, quia secundum essentiam suam ponitur in prædicamẽto qualitatis, cũ sit potentia naturalis. Dicitur morbida, eo quod propter remotionem prohibentis inclinat voluntatem ad illicitam, & ad morbos spirituales. A 145

¶Ex præmissis sequitur quod lex peccati, lex mortis, lex membrorum, fomes, & peccatum inhabitans, idẽ sunt, & pro eodẽ sæpe a D. Pau. ponuntur, & nihil aliud sunt, quam appetitus sensitiuus destitutus iustitia originali relatus ad primum peccatum primi parentis, Vnde D.Tho. dicit quod libido peccati venialis intelligenda est habitualiter secundum quod appetitus sensitiuus non continetur sub ratione, soluto vinculo originalis iustitiæ, & non accipit ibi habitualiter pro habitu inclinante potentiam, sed pro ipsa potentia destituta habitu prohibente. Nam alibi dicit, Concupiscẽtia, secundũ quod pertinet ad originale peccatum, non est concupiscẽtia actualis sed habitualis, & subdit, Sed sciendum est quod ex habitu efficimur habiles. Aliquod autem agens potest dupliciter dici habile ad aliquid agendum. Vno modo ex aliqua forma inclinante ad hoc, sicut corpus graue ex forma sua quam habet a generãte, inclinatur deorsum. Alio modo eo subtractione eius quod impediebat, sicut vinum effunditur fractis circulis, qui effusione eius impediunt. Quemadmodũ equus concitatus præcipitanter vadit rupto freno quo detinebatur. Sic ergo concupiscentia habitualis potest dupliciter dici, Vno modo aliqua dispositio vel habitus infusus vel acquisitus, inclinans ad concupiscendum, & sic concupiscentia non dicitur originale peccatum. Alio modo ipsa pronitas uel habilitas ad concupiscendum, quæ est ex hoc quod appetitus sensitiuus non perfecte subditur rationi, sublato freno iustitiæ originalis. & hoc modo paccatum originale, materialiter loquendo, est habitualis concupiscentia, hoc est appetitus sensitiuus destitutus. & in solutione ad tertiũ prædixerat quod concupiscentia contracta per originem, nil aliud est quam destitutio inferiorum virium a retinaculo originalis iustitiæ & in. 1.2.q.81.art.3.ad secundũ, dicit quod fomes est deordinatio inferiorum virium & partium animæ. B 145

Lex peccati, mortis, membrorũ, fomes quid 1.2.q. 82. ar.4.ad.3. De malo. q.4. ar.2. ad 4. *Habile aliquid dicitur dupliciter.* ar.3.

CVM natura generantis traducatur in genitum per virtutē potentiæ generati uæ,quæ relinquitur in semine, consequens est quod traducantur omnia accidentia speciei, quia omne generans generat sibi simile in specie. Ideo dictū est. §. præcedēti ver 4. quod iustitia originalis,quæ erat consequens naturam humanam,ex dono gra tuito toti naturæ humanæ diuinitus data,trāsfundebatur in posteros,transfundēdo naturam . Sic etiam peccatum originale,quod est priuatio iustitię originalis,transfunditur per transfusionē naturæ corruptæ siue destitutæ iustitia originali, a primo parente,in totam posteritatem, eo modo quo transfudisset iustitiam originalem, si non peccasset. Alias excluderetur necessitas redemptionis factæ per Christū . Cuius oppositū ostendit Apost . dicēns, Si per vnius delictū processum est in oēs homines in cōdemnationem,sic per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationē vitæ. ar. 1. Rom. 5.

¶ Ad intelligendum modum traductionis,notādum est,quòd omnes homines qui descendunt ab Adam,possunt consyderari,vt vnus homo,inquantum conueniunt in vna natura ,quām a primo parente acceperunt, secundum quod in ciuilibus omnes homines vnius communitatis reputantur vnum corpus, & tota communitas quasi vnus homo . vnde Porphyrius dicit , quòd participatione speciei plures homines sunt vnus homo. Sic igitur multi homines ab Adam deriuati sunt,tanquā mēbra vnius corporis. Actus autem vnius membri corporalis,vt puta manus, non est voluntarius voluntate ipsius manus,sed voluntate animæ,quæ primo mouet membrum.

C Ideo homicidium quod manus committit,non imputatur manui a peccatum si con
245 syderetur manus secundum se,vt diuisa a corpore,uel ut mota violenter ab extrinseco,Sed bene imputatur,inquantum est mota ab intrinseca voluntate hominis, & inquantum est aliquid eius,& comparatur ad illum .Sic etiam inordinato peccati originalis,quæ est in hoc homine, non est voluntaria uoluntate ipsius sed voluntate primi parentis,qui mouet motione generationis omnes qui ex eius origine deriuantur sicut voluntas animæ mouet omnia membra ad actum. Vnde sicut peccatum quod, ab anima deriuatur ad membra corporis,dicitur actuale, & illud membrum non dicitur habere peccatum,nisi inquantum mouetur a voluntate,& est aliquid ipsius hominis,propter quod actus membri uocatur peccatum actuale , Ita peccatum quod a primo parente deriuatur per motionem generationis dicitur originale , & non est peccatum huius personæ secundum se consyderatæ , sed solum inquantum hæc persona est per generationem deriuata ab Adam propter cuius peccatum iustitia originalis a tota natura fuit ablata. Et quanuis anima non traducatur per originē effectiue(quum sit per solam creationem)tamē bene dispositiue,per virtutem seminis.Et licet culpa non sit actu in semine,est tamen ibi virtute,ratione humanæ naturę, ad quam disponit. Nec obstat,quod Philos.dicit, quod id quod est ex origine,est naturale,& non est culpabile Quia verum est,si consideretur secundum se,secus,si per comparationem ad parentes,vt in crimine læsæ maiestatis. Nec obstat pariter illud Eze. Non portabit filius iniquitatem patris, &c. quia intelligitur de iniquitate propria & personali,& sic paruulus punitur pro peccato suo, quod est suū,nō ut est particularis persona,sed(vt dictum est)per comparationem &c. Si dicatur,quod nemo potest aliquid accipere ab eo qui non habet,sed baptizatus generans non habet peccatum originale,igitur non transfundit,D.Tho dicit,quod licet culpa per baptismū remittatur , & portio superior sit coniuncta deo per gratiam non tamen datur vir- 3. Ethi. De Malo. q.4. ar. 1. ad 9.

D tus animæ,ut possit conseruare corpus absq; corruptione,aut ab omni rebellione :
245 Et sic quantum a superiorem partem animam per baptismum participat nouitatem Christi , sed quantum ad inferiores vires adhuc manet vetustas pœnæ , quę est ex Adam . Manifestum est enim,quod baptizatus non generat secundum superiorēm partem animæ,sed secundum corpus. Ideo homo baptizatus generando non mittit in prolem nouitatem Christi sed vetustatem Ade . Et ideo licet ipse non habeat originale quantum ad culpam , quæ (ut dictum est) erat per respectum ad peccatum primi parentis,quæ culpa siue respectus per baptismum deletus est pro se,& nō 1.2. q. 81. ar 3. ad 3. De Malo. q 4. ar. 6. ad. 4.

pro

pro filiis, ideo transmittit peccatum originale in prolem. Et si dicatur; quòd respe-
ctus ad peccatum primi parẽtis remanet in baptizato in motibus primo primis, qui
dicuntur pœna peccati primi hominis, Dicendũ, quod licet maneant materiali-
ter non tamen formaliter, hoc est manent in esse naturæ, sed non imputabilitatis.
Rom. 5. Et quanuis donum Christi potentius sit quam delictum Adæ, cum restituerit homi
nes in altiorem statum quam haberet Adam antequam peccaret, quia ad statũ glo-
riæ, qui est absq; periculo peccandi, illud tamen donum non applicatur totaliter sta
tim per baptismum, sed per cõformitatem ad Christum, vt effectus sit similis causæ.
Sic enim Christus assumpsit vetustatem pœnæ, vt per mortem nos a morte redime
ret, & resurgendo vitã repararet. Sic homines per baptismum Christo conforman-
tur per gratiam, ut tandem resurgentes transferãtur ad gloriam, Ex hac autem ve-
tustate quæ manet in partibus inferioribus, traducitur peccatũ originale. Nec est in
conueniens quod pœna sit causa culpæ. Et ideo remota culpa a superiori parte ani-
mę, ratio culpæ in inferioribus non actu, sed uirtute manere potest, vt principiũ hu
manæ generationis. Si dicatur, quod D. Virgo non habuit peccatum originale, licet pro
Cant.4. cesserit ab Adam secundũ rationẽ seminalẽ, Dicendũ est, quod ipsa sola speciali gra
tia præuenta fuit, & præseruata, eo quod fuit præuisa esse mater, & domus dei. Vnde E
Psal. Domum tuam domine decet sanctitudo, & de ea Salo. Tota pulchra res amica 245
mea, tota pulchra, & macula non est in te. Ex quibus authoritatibus potest haberi
priuilegium maxime autem ex authoritate ecclesiæ, quæ errare non potest. Et licet
1.2.q 81. mortua fuerit, mors tamen non fuit illi pœna, sed conditio naturæ, & quanuis aliqui
ar.3. ad 1. ex priuilegio possent præseruari, a morte (licet de nullo legatur) non tamen propte-
1.Thess.4. rea sequeretur, quod fuissent immunes a peccato originali, quia sicut Deus pœnas
peccatorum actualium potest condonare, sic etiam peccati originalis. Nec per hoc
quod Apost. dicit, Nos qui viuimus, qui residui sumus, non præuenicmus eos, qui
dormierunt, voluit dicere quod aliqui præseruentur a morte vt dicemus infra quum
de generali resurrectione agetur. Si qui autem miraculose alio modo, quam per viã
seminalem formarentur vel crearentur a Deo non contraherent peccatum origi-
10. super nale, ut D. Aug. ait. In illis tamen essent similes motus, & defectus ac mors ex con-
Gen. ad li ditione naturæ, qui non dicerentur pœnæ, sed pœnalitates, & afflictiones. D. tamen,
teram. Virgo præseruata fuit a motibus primo primis, Et quia peccatũ originale contrahi-
tur ex progessu ab ipso Adam, secundũ rationẽ seminale, sequitur, quod si Adã non
peccasset, Eua peccante, peccatũ originale non fuisset transfusum in posteros. Si ta-
men Eua non peccante Adam peccasset, peccatũ originale transfusum fuisset, & idẽ
dicendum est de filiis eius si peccassent, quoad eorum posteritatem.

Nullum nisi primum peccatum transmitti potuit ad posteros.

¶ Alia autem peccata primi parentis præter primũ non fuissent traducta. Nec alia
qua peccata proximorum parentum traducuntur, Quia homo generat sibi simile,
secundum speciem, & non secundum indiuiduum, licet actiones sint suppositorum.
Et ideo ea quę pertinẽt ad indiuiduum, sicut actus personales, & quæ consequun-
tur ad eos, non traducuntur a parentibus in posteros. Non enim grammaticus gene
rat grãmaticũ, nec transfundit scientiã vel artẽ quam studio acquisiuit. Sed, bene ea,
quæ pertinẽt ad naturam speciei, traducũtur a parentibus in filios, nisi sit defectus
naturæ, ut oculatus generat oculatum, & podagricus podagricum. Et si natura sit F
fortis, traducit etiam aliqua accidentia indiuidualia pertinentia ad dispositionem na 245
turæ, ut fortitudinem velocitatem, & agilitatem corporis, ac etiam bonitatem in-
genii, & alia huiusmodi. Sed alia peccata, quę non corrumpũt naturam quantum ad
id quod est naturę, sed solum quantum ad id quod est personæ, hoc est secundum
pronitatẽ ad similes actus malos, non traducũtur. Ex maxima illa, quæ dicitur, quod
quis magis potest traducere, quod habet ex se, quam quod habet alio (sicut ignis po
test magis calefacere, quam aqua calefacta) vera est in his quæ sunt transferibilia,
quæ scilicet nõ sunt pure personalia. Nec obstat illud, Ego sum Deus Zelotes, visitãs
iniquitates patrum in filios vsque in tertiam, & quartam generationem. Quia (vt
D. Aug ait) nunquam punitur anima filii pro parentibus, nisi communicet in culpa,
uel per

vel per originem, vel per imitationem, quia omnes animę sunt Dei. Sed interdum iudicio diuino uel humano puniuntur filii pro parentibus pœna corporali aut temporali, inquantum sunt aliquid patris, ut dictum est. §. 1. ver. 2. huius c.

Ver. 3. *De unitate peccati originalis.*

PECCATVM originale licet dicatur vnum peccatum mundi (iuxta illud, Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi) nihilominus tamen in quolibet homine ante baptismum est vnum, quia non est nisi vna causa scilicet primũ peccatũ primi parentis, quod solum in posteros traducitur. & sic peccatum originale est vnum numero in uno homine, & vnum specie in omnibus hominibus. Nec obstat quod ait Psal. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, &c. quia secundum morem sacræ scripturæ pluralis numerus nonnunquam pro singulari ponitur. prout ibi, Defuncti sunt enim qui quęrebant animam pueri, uel quia in peccato originali virtualiter præexistunt omnia peccata actualia, uel quia in peccato primi parentis (quod per originem traducitur) fuerunt plures deformitas, scilicet superbiæ, inobedientiæ, gulæ, uel quia multæ partes animę inficiuntur, scilicet intellectus, appetitus irascibilis, & concupiscibilis, & vires inferiores, & corpus ipsum. Et quamuis partes animæ quæ inficiuntur, sint diuersæ, tamen respectus ex parte causæ & principii, est vnus. Sic pater eadem paternitate refertur ad plures filios propter eandem potentiã generatiuam.

1. 2. q. 82. ar. 2.

Ioan. 1.

Psal. 50.

Mat. 2.

Ver. 4 *De æqualitate peccati originis.*

A CVM natura, secundum Philoso. sit æqualiter in omnibus suppositis, & pecca 1. 2. q. 82. ar. 4.

246 tum originale sit peccatum naturæ, sequitur quod peccatum originale sit æquale in omnibus, Quia in peccato originali non sunt nisi duo, Vnum est priuatio iustitiæ originalis, Aliud autem est relatio ad peccatum primi parentis, a quo per vitiatam originem natura deducitur. Quoad primum, peccatum originale non suscipit magis & minus, cum totum donum iustitię originalis fuerit a quolibet sublatum. Priuationes enim aliquid totaliter priuantes, nõ suscipiunt magis & minus, sicut mors. Similiter nec quoad secundum, quia omnes homines æqualem relationem habent ad principium vitiatæ originis. Nec obstat quod non omnes homines sunt æqualiter proni ad concupiscendum, quia hoc prouenit ex dispositione corporis, pro quanto vires inferiores sunt fortiores in uno, quam in alio. Nec est simile de ægritudine, quæ suscipit magis & minus in vno quam in alio, Quia ægritudo corporalis, quamuis sit eiusdem speciei, non tamen semper habet æqualem causam in omnibus, sicut nec libido actualis, quę est maior in vno quam in alio, transmittit peccatum originale, sed habitualis. Et quia deordinatio peccati originalis maximè apparet in appetitu concupiscibili, ideo communiter peccatum originale concupiscentia nominatur, accipiendo concupiscentiam pro potentiis destitutis, quæ sunt materiale in peccato originali, formale uero priuatio iustitiæ originalis ad peccatum primi parentis relata, ut dictum est.

Ver. 5. *De subiecto peccati originalis.*

PECCATVM originale sicut in causa principali fuit in ipso Adam, & ut in causa instrumentali in semine, Sed sicut in subiecto est primo in anima, deinde in volũtate, & consequenter in intellectu & appetitu sensitiuo, ac etiã in viribus inferioribus, quæ possunt esse subiecta culpæ, quum priuatio & habitus habeãt fieri circa idẽ. Sed primum subiectum iustitiæ originalis erat essentia animæ, & deinde secũ

De Malo. q. 4. ar. 3. 4. & 5.

B ca idẽ. Sed primum subiectum iustitiæ originalis erat essentia animæ, & deinde secũ

846 dario effectum eius, aliæ potentiæ (ut dictum est) igitur, &c. Et sic peccatum originis primo respicit animam, & consequenter alias potentias ordine quodam subtrahendo perfectiones quas ordine quodam iustitia originalis producebat.

§. 6. *De pœnis peccati originis.*

POENA peccato originali debita quantũ ad animã est carentia diuinæ visionis, Quia cum gratia Dei sit vita ęterna, & peccatum originale priuet gratia, consequens est quod priuet gloria. Ad cuius pleniorem euidentiam reducendum est ad memoriam, quod de beatitudine dictum est, Et cum Philosophus dicat quod Deus,

De Malo. q. 5. art. 1.

Rom. 6.

& natura nihil faciant frustra, & frustra dicatur, quod non consequitur finem ordinarum, sitque homo creatus ad beatitudinem, cum ex natura sua possit cognoscere vniuersale bonum & principium naturæ, nisi propria voluntate auertatur ab eo, sequitur quòd paruuli cum solo originali decedentes, nõ sunt priuati beatitudine naturali. Propter hanc rationem dictum est supra, quòd Deus talibus in separatione animæ infundit omnes species intelligibiles rerum, quas acquirere & intelligere
c. 2. §. 1. ver. 1. poterant, si vixissent Veruntamen priuati sunt beatitudine supernaturali quæ consistit in clara Dei visione. Et quia tales non cognoscunt se priuari tali bono, cum nõ habeant de illo reuelationem, ideo non dolent neque tristantur. Et dato quòd haberent notitiam futuræ beatitudinis supernaturalis, non dolerent, quia nullus absque deordinatione voluntatis appetit, quod scit se habere non posse, & supra se esse. Quidam probabiliter dicũt quòd Deus, qui ordinauit pœnam sensus respondere delectationi, iuxta illud, quantum se glorificauit & in delitiis fuit, &c. non concurret ad tristitiam Propter hoc D. Aug. dicit quòd mitissima est eorum pœna, qui pro
Apoc. 18. solo originali puniuntur. Nec obstat quòd idem Aug. dicit, quòd pueri descendẽtes
In hipono- stic. in l. de fi. ad Petrũ. In homi. de repa. lap. cum originali, ex perientur gehennam, & alibi dicit quòd firmissime tenendum est eos æterno supplicio puniendos. Quia nomine tormenti, supplicii gehennæ, cruciatus, & ignis, & si quid simile in dictis sanctorum reperiatur, large accipiendum est, C 246
pro omni pœna etiam priuatiua, vt ponatur species pro genere. Nec obstat pariter quòd D. Chrysost. dicit quòd carentiã diuinæ visionis sequitur maximum tormentum, quia intelligitur de carentia diuinæ visionis in eo qui priuatur ex culpa actuali in qua fuit in delitiis, & non de eo qui priuatur ex sola culpa originali, in qua nullo modo fuit in delitiis Nec etiam ratio D. August. (qua probat ipsos futuros in iudicio generali in parte sinistra, & auditurus. Ire maledicti in ignem æternũ) aliquid contra prædicta concludit, Quia illa verba intelligenda sunt de omni pœna proportionata culpæ illorum qui puniuntur, quum constat in inferno esse diuersitates pœnarum, & quòd non omnes æqualiter puniantur, sed secundum proportionẽ demeritorum. Cum ergo pœna sensus respondeat culpæ actuali & delitiis, sequitur quòd non torquebuntur, Alias sequeretur quòd qui non peccauit in hoc seculo, non cessaret peccare in futuro cum superbia damnatorum ascendat semper quod constat esse
Eccle. 11. falsum & contra illud, Vbi ceciderit lignum siue ad Austrum, siue ad Aquilonẽ, ibi erit. & ideo illa sententia quoad illos applicabitur secundum proportionem peccati originalis, cuius pœna quoad animam, est sola carentia diuinę visionis. Vel potest dici quod illa sententia intelligitur de his qui actualiter & commissiue peccauerunt vnde prædicetur eis, Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c quæ illi non potuerunt, igitur, &c. Præterea in hoc non tenetur D Aug vnde Gennadius in lib. de viris illustribus, de eodem Aug. loquens ait, Licet minus capacibus dubitationem de abortiuis fecerit, error tamen illius (vt superius dixi) multo sermone contractus lucta hostium exaggeratus, necdum hæresis quæstionem dedit per quę verba dat intelligere, D. Aug in hac opinione errasse, sed ipsum hæreticum non fuisse, eo quod non fuit pertinax, imo retractauit in epistola ad Iulianum, in qua se declarat dicẽs, D
Ego aũt non dico paruulos sine baptismo morientes, tanta pœna delectendos, vt eis 246
melius esset non nasci, quum tamen sermone. 26. ad Eremitas dixerit, Melius esset omni esse carere, quam in inferno iacere. Ex quo apparet alium locum pro pueris illis eũ posuisse, Præterea decret. Maiores, de Bapt. (in qua est determinatũ eos non pati pœnam sensus) tempore D. Aug. nondum edita erat. quia idem Aug. (qui supra modum Ecclesiam reuerebatur) si edita fuisset, oppositum non dixisset.

¶ Non obstat pariter quòd peccatores debeant grauius puniri post mortẽ, quàm in vita, in qua peccatum originale punitur pœna sensus, Quia post mortem non
De Male. q. 5. art. 4. ad. 5. est status proficiendi ad virtutem, vel etiam deficiendi per peccatum, sed recipiendi pro meritis. vnde omnes defectus qui sunt post mortem, taxantur pro culpa, & non ordinantur ad profectum virtutis, vel euitationem peccati. Sed isti defectus sensibiles non sunt pœna taxata, sed cõcomitans, & ordinati ad euitationẽ peccati. Sicut

videmus

Videmus quod quum aliquis iudex pro aliquo crimine fecit aliquem excęcari (vt in antiqua lege oculum pro oculo) cæcitas est pœna taxata quam intendit iudex. Veruntamen quia cæcitatem sequuntur multa incommoda, puta quia cæcus habet mendicare, cespitare, sustinere dolorem capitis, & alia huiusmodi, quæ iudex non ponderat nec ordinat, quia non potest omnes euentus prouidere & considerare. Sed Deus qui omnia præuidet & ponderat ordinauit pro pœna taxata, priuationem iustitiæ originalis, gratiæ, & gloriæ, & quod in hoc mundo defectus sensibiles (qui sunt cōditiones naturæ nō præseruatæ iustitia originali) incurreremus ex peccato origināli, ad profectum virtutis, & euitationem peccatorum, quādiu erimus in statu proficiendi. Ideo illæ pœnæ non erunt post mortem.

¶Sed difficultas adhuc manet, Quum pœna sensus respondeat conuersioni ad bonum commutabile, & tantum debeat imputari nobis conuersio primi parētis, sicut eius auersio, quum conuersio ordine naturæ (licet non temporis) præcedat auersionē Non enim potest quis auerti a bono incommutabili, nisi prius apprehendat aliud bonum, dicendus quod talis conuersio non referebatur ad naturam, sed ad personam quia ideo Adam conuertebatur ad illud, non quod cogitaret esse bonum naturæ, sed vt bonum sibi, ea autem quæ pertinent ad personam nō imputantur toti naturæ. Et quanuis (vt dictum est) peccatum originale sit æquale in omnibus, non tamen æqualiter omnes subduntur his defectibus. Aliqui enim sunt difformes, alii quasi semper valetudinarii, & aliqui magis sensibiles malorum quam alii. Quia hæc diuersitas prouenit ex dispositione materiæ, quę in diuersis diuersa est. Et aliquando ex Dei ordi-
B natione propter peccata parentum, vel præseruationem filiorum, aut propter alias
846 causas, quæ diuinę prouidentia reseruantur.

Ver. 1. *De Morte.*

MORS Est pœna peccati originalis. vnde Apost. Per vnum hominem peccatum intrauit in orbem terrarum, & per peccatum mors, & ita in omnes mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Ad cuius euidentiam sciendum est quod mors significat priuationem vitę. Et cum priuatio non possit cognosci nisi per habitū mors perfecte cognosci non potest, nisi cognoscatur uita quam priuat. Quare reducendū est ad memoriam quæ de vita diximus, quod licet vita aliquando accipiatur pro operatione, hic tamen accipitur pro esse siue principio intrinseco operationis, quod est forma. Et quia triplex potest esse operatio in homine, scilicet corporalis, spiritualis, & beatifica siue æterna, sequitur triplex posse esse principium vitæ, scilicet anima, gratia, & lumen gloriæ. Anima est principium vitæ & operationis corporalis. Gratia est principium vitæ & operationis spiritualis & meritoriæ. Lumen gloriæ est principium vitæ siue operationis beatificæ & æternæ & secundum hoc dicimus triplicem esse vitam, scilicet corporalem, spiritualem, & ęternam. 2.2.q.164 ar.1. Rom.5. Mors quid c.1.ner.4

Et quum mors sit priuatio vitę, sequitur quod triplex est mors scilicet corporalis, spiritualis siue culpæ, & æterna, quæ dicitur gehennæ. Mors corporalis est priuatio seu separatio animæ a corpore. Mors spiritualis siue culpæ, est priuatio seu separatio gratiæ ab anima, quę fit per culpam siue peccatum. vnde Eze. Anima quæ pecca- Mors triplex.
F uerit ipsa morietur. Mors æterna siue gehennę est priuatio luminis gloriæ per quod Ezec.18.
846 est vita beatifica siue ęterna, iuxta illud, in æternū nō videbit lumen. Et dicitur gehennæ propter adiunctam pœnam & tormenta æterna. Mors corporalis secundum se non priuat hominem magno bono, imo liberat a miseriis & calamitatibus huius mundi. Et decretum est a Deo, quod omnes homines resurgent ab ea. vnde Apost. Oēs quidem resurgemus. Ideo in sacris literis mors corporalis vocatur dormitio maxime in libris Regum, Dauid dormiuit cum patribus suis Psal. Diues cum dormierit, non sumet omnia & alibi, Dormierunt somnū suum, &c. Et Christus eam sæpe dormitionem nominauit, dicens, Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt a somno excitem eum. Imo talem dormitionem dixit non esse nominandam proprie, mortem, neque in ordine aut numero mortium esse computandam dicens, Non Psal. 48 1.Cor.15: Psal 48 Ioan.11. Mat.9:

est enim mortua puella sed dormit. Mors verò spiritualis siue culpæ priuat hominē maximis bonis spiritualibus, scilicet gratia dei. & virtutibus infusis, ac donis spiritus sancti, & non est certum quod omnes in illam incidentes, resurgant per pœnitentiā. Cōstat autem quod hæc mors spiritualis inducit ad mortem æternam. Ideo dicitur
Apoc. 2 prima. Mors verò gehennæ dicitur secunda, iuxta illud, Qui vicerit (scilicet vitia & mortem primam siue culpæ) non lædetur a morte secunda. Et quia de morte prima sufficienter dictum est cum de corruptione charitatis & gratiæ ac etiam de peccatis ageretur, Dictum est etiam de morte secunda, cum de inferno & pœnis damnatorum esset sermo. Ideo nunc illis dimissis, de morte corporali aliqua notatu digna dicenda sunt.

Ver 2. *De Mortis Memoria.*

MORTIS Corporalis memoria Christi fidelibus plurimum confert vtilitatis, maxime autem quantum ad tria, Primo ad retrahendum eos a vitiis, & inducendum ad virtutes. Retrahit enim a superbia, & inducit ad humilitatem. Nemo enim consyderans se esse breui tempore in cadauer putridum & tandem in vilem puluerū aut cinerem resoluendum, habet occasionem superbiendi sed potius humiliandi. vnde Eccle. 10. Quid superbis terra & cinis? & Hierē. 2. Vide quàm vilis & abominabilis facta es. Ideo Ecclesia volens Christiani præscindere occasionem superbiæ & materiam humilitatis ministrare, ordinauit et in principio quadragesimæ capitibus eorum imponerentur cineres, dicendo, Memento homo quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Ideo age pœnitentiam de peccatis tuis. Sicut enim gloriosus in rota sua pauo, videndo sordidos ac puluerulentos pedes humiliatur & demittit rotam suam, Sic homo puluere in quos resolui debet consyderans, habet occasionem se humiliandi, & demittendi rotam superbiæ & elationis. Retrahit etiam ab omnium malorum radice cupiditate & auaritia. Nemo enim cupidus debet se indebite & immoderate onerare rebus, quas in domum suam deferre vel deferri facere non potest, & quibus scit se in porta ciuitatis spoliandum, & pro eis puniendum. Sed sic est de rebus huius mundi. Igitur &c. D enim Ber. dicit, Mirabilem ianitorem (scilicet mortem in exitu) posuit mundus, qui nihil suum secum trahere permittit. Et Psalm. Diues cum dormierit non sumet omnia, neque descendent cum eo gloria eius. & alibi, Dormierunt somnum suum omnes viri diuitiarum, & nihil inuenerunt in manibus suis. & Iob. 1. dicebat, Nudus egressus sum ex vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. & Apostolus, Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quòd nec aliquid auferre possumus. Ideo omnia arbitrabatur tanquam stercora. Et D. Hier dicebat, Facile contemnit omnia qui cogitat se moriturum. Retrahit pariter concupiscentia & carnis desideriis ac voluptatibus. Vnde D. Grego. Non potest melius domari caro viua, quam cogitando qualis eris mortua, & Seneca in lib. de Moribus, Libidinis incentiuum continebis si exitum cogitaueris. Retrahit insuper & generaliter ab omnibus aliis vitii & peccatis. vnde Eccle 7. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. ¶ Secundo mortis memoria inducit ad pœnitentiam. Vnde Ezechias cum audisset Esa. dicentem sibi, Dispone domui tuæ, quia morieris, & non viues. Fleuit, & conuersus ad parietem, egit pœnitentiam. Et. Niniuitæ audientes Ionā dicentem, Adhuc. 40 dies & Niniue subuertetur, mirabilē egerunt pœnitētiā. In vitis patrū legimus quòd quidā interrogauit abbatē Amonem, quō peccata sua flere, & de eis pœnitere posset, respondit, Talem fac cogitationem tuam, qualem faciunt præuenti de criminibus, qui detinentur in vinculis. Illi nanque interrogāt, vbi est iudex? & quando veniet? cogitant quid fecerint, & qualiter respondebunt & in ipsa expectatione pœnarum suarum plorant causas applicatio est facilis.

¶ Tertio mortis memoria extetius protestata inducit Deum ad clementiam, & placat eius iram. Vnde legimus de viris Bethuliæ obsessis ab Holoferne, quod præcincti sacris habentes cinere super capita sua, offerebant sacrificia, & placatus Dominus

Marginalia: *Memoria mortis vtilitates.* — *1. Timo. 6* — *Esa 38.* — *Hester. 4* — A 247 — B 247

minus liberauit eos &.3 Regum.21.dicitur de Achab, quòd quum audisset sermones Domini, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitque, & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite, & factus est sermo Domini ad Heliam Tesbitem dicens, Nonne vidisti Achab humiliatum coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. Ideo Psal. dicebat, Cinerem (hoc est mortis recordationem) tanquam panem manducabam. Et Christus pœnitentiam in cinere, & cilicio laudauit, Matth.11. dicens, Olim in cinere & cilicio pœnitentiam egissent. Et quum pœnitentia multa bona opera includat, consequens est quòd mortis memoria & recordatio sit ad bonorum operum vigilantiam excitatiua. Eam ob rem veri Christiani debent tali recordationi insistere, & cauere a quatuor impedimentis huiusmodi recordationem impedientibus, quæ secūdum contemplatiuos, dicuntur quatuor portitores pertrahentes cursu velocissimo ad sepulturam inferni peccatores, quos stare iussit Christus in suscitatione adolescentis filii viduæ. ¶ Primum impedimentum & primus portior est præsumptio diuinæ misericordiæ. Quidam enim, & maximè Lutherani, solam diuinam misericordiam & bonitatem considerantes, aliquibus sacris scripturæ passibus male intellectis inhærentes, temerariè præsumunt se omni tempore & instanti, etiam in morte, absque
C sacramento pœnitentiæ misericordiam consequuturos, & sic negligunt mortis me-
247 moriam, & omnium virtutum operationes, inspirationes, exempla, & monitiones. Hi plurimum decipiuntur. quia dominus non solum bonus & misericor est, sed etiam iustus. Vnde Psalm. Iustus dominus, & iustitias dilexit. & contemnentes sanctas inspirationes & monitiones acriter punit. Vnde Apostolus, An diuitias bonitatis eius patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei te ad pœnitentiam inducit? Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicii dei. ¶ Secundum impedimentum & secundus portitor est, Spes longæ vitæ. Multi enim sunt iuuenes, qui arbitrantur se diu victuros, et in fine dierum pœnitentiam acturos, & interim inuadit eos mors, & descendunt in infernum viuentes. Sunt etiam aliqui senes, qui putant se quasi immortales, & licet efficiantur infirmi, non cogitant de morte. Interim incidunt in frenesim, & moriuntur in peccatis, quia non aduertent, donec se reperiant in inferno. de talibus Salomon, Quia vocaui, & renuisti, extendi manum meam, & nemo fuit qui aspiceret. despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & quum vobis id quod timebatis aduenerit, quum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit. & D. August. Hac animaduersione punitur peccator, vt qui cum viueret oblitus est Dei, dum moritur, obliuiscatur sui. Nam vt dicit Psal Non est in morte, qui memor sit tui. Et Ecclesi.5. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim venit ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Ecclesi 38. in persona cuiuslibet defuncti, Mihi heri, & tibi hodie, scilicet imminet iudicium. Sapiens ibi comparat vitam hominis, diei, quæ parum durat, & citò labitur, neque semper permittit Deus hominem venire vsque ad finem diei, ad quem venire quis posset secundum cursum naturæ. Vnde dicebat Ezechias, De mane vsque ad vesperam finies me. ideo Christus, Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, &c. Videmus multo plures iuuenes mori quam senes. hæc sola experientia deberet terrere nos, D. Bernardus dicit, Qui promisit tibi veniam daturum, non spopondit tibi diem crastinum, imo nec horam, &c. Ideo non est confidendum in illa vana spe longæ vitæ, quam Sapiens vocat repromissionem, ne-
D quissimam & fallacem. ¶ Tertium impedimentum & tertius portior est mala socie-
247 tas. Heu quot decepit iste? Quot sunt hodie in inferno, qui essent nunc eleuati in paradiso, nisi fuissent male societates? Quot videmus viros perditos & mulieres abominabiles propter malas societates? profecto innumerabiles. Psal. dicebat, Cum sancto sanctus eris. & cum peruerso peruerteris et Eccl. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Ideo Salomon, Fili mi si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.

Luc.7. 4. Quatuor portitores peccatorum ad sepulturam inferni.

Rom.2.

Spes longæ vitæ periculosa.

Prou. 1.

Esa.38. Mat.24.

Societas malorum cauenda.

Prou.1.

eis. Si dixerint, Veni sortem mitte nobiscum, ne ambules cum eis. prohibe pedũ tuũ a semitis eorum, pedes enim illorum in malum currunt. Et nisi caueas, inuoluẽt te. Notandum est iuuenibus commune dictum, Talis ponit culicẽ in aure, qui non auferet eam. Talis ponet te in luto & periculo, qui relinquet te ibi. Talis ponet te in infernum, qui non liberabit te. Ideo Christus monebat fugere malas societates, dicens, Si oculus tuus scandalizat te, vade, & proiice eũ abs te, &c. Et Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrẽ suum & matrem suam, &c. quando scilicet inducũt ad malum. ¶ Quartum impedimentum siue quartus portior est mala consuetudo, quę etiam multos illaqueat. Quia consuetudo quodam modo vertitur in naturam, & dicitur altera natura D. Thom. recitat Iuliũ Cæsarem in lib. de bel. gal. dicentẽ quod olim apud Germanos ex mala consuetudine furtum nõ reputabatur iniquum. Mulier proba si incidat in adulterium, quam primũ cecidit, cor eius tremit & palpitat, cum autem secundò, minus si tertiò adhuc minus, si quartò & amplius, delectatur, tandem iactat se & efficitur de numero illorum, qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis Tales sunt similes auibus applicantibus ad cãpanile, quæ quum primò audiunt campanas, timent, secundò non tantũ, tertiò appropinquãt, & deinde super eas ascendunt & stercorisant. Idem faciunt circa formidines in agris seminatis appositas, &c. Vnde D. Chrys. dicit, Peccatum consuetudine vilescit, & quasi nihil sit putrescit. Tales timere deberent, quia vix resurgunt, iuxta illud, Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit. & Prouer. 22. Adolescens iuxta viam suam graditur, & cum senuerit, non recedet ab ea & Hiere. 13. Si potest Aethiops mutare pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Tales consuetudinarii põdere peccatorum labũtur de peccato in peccatum sicut situla cadit in puteum, cathena ferrea paulatim tracta, & sicut mola a supercilio montis paulatim impulsa. vnde D. Greg Peccatum quod mox per pœnitentiam non deletur, suo pondere ad aliud trahit. Ideo quilibet quam primum sentit se tali pondere grauatum, conari debet ad exonerationem. quod faciliter faciet, si ad mortem dirigat mentis intuitum, &c.

Matt. 5. — *1.2. q 94. art. 4.* — *Consuetudo mala noxia et periculosa.* — *Prou. 2.* — *Prou. 18.* — *Mala consuetudinis quid accidat.*

C 246

Ver. 3. *De timore mortis.*

CVM timor sit de malo futuro opposito bono dilecto, sequitur quòd secũdum diuersas dilectiones boni sit diuersus timor mali oppositi. Sed vita corporalis, cui mors opponitur, tribus modis diligitur scilicet naturaliter, virtuose, & vitiose. Ideo triplex est timor mortis. ¶ Primus est naturalis, qui procedit ab amore naturali, quo quilibet diligit vitam suam, prout vnaquæque res naturaliter appetit conseruationem sui esse, & resistit contrariis quantum potest. Et hic quantum est de se quum sit naturalis, non est bonus neque malus. Hoc timore Apostoli mortem timuerunt. vnde Rom. 8. dicitur, Scimus quod omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc. Non solum autem illa, sed et nos ipsi primitias spiritus habentes, et ipsi intra nos gemimus, nolentes spoliari, superuestiri, vt dicitur. 2. Cor. 5. & non solum sancti Apostoli, sed et ipse Christus secundum portionem inferiorem siue partem sensitiuam. Cum enim intrasset hortum Oliueti, cœpit tædere & pauere. vnde eius voluntas vt natura aduocata sensualitatis, petebat, Pater si fieri potest, transeat a me calix iste. ¶ Secundus timor est ordinatus et virtuosus, quo aliqui timent se non fecisse sufficientem pœnitentiam, & propter hunc timorem quærunt media prolongãdi vitam, ad faciendam maiorem pœnitentiam, vel amplius merendum et proficiendũ reipublicæ, vt D. Paulus qui optabat, pro fratribus anathema (hoc est separatus) esse a Christo, cui desiderabat coniungi Timor etiã mortis ex periculis et insultibus dæmonũ, dummodo timens non diffidat de bonitate aut misericordia diuina nõ est malus, cũ nõ procedat ex infidelitate aut despe ratione, sed ex cõsideratione peccatorũ et indignitatis. Hic timor stimulat ad pœnitentiã et ad debitam præparationem, et ad accipienda arma, quibus nos defendamus contra pericula. Ideo est bonus et laudabilis nec est aliquis adeò iustus qui non habeat occasionem sic timendi, et se præparandi. Quia licet quilibet Christianus qui verã fecit pœnitentiam, et munitus est

Timor triplex. — *Mar. 14.* — *Timor mortis ordinatus unde procedit.* — *Rom. 9.* — *Boni in morte habẽs ea cafionem ti mendi.*

D 246

tus est sacramentis ecclesiæ, quadam coniectura morali, possit iudicare & credere & sperare se esse saluandum, nihilominus tamen ex incertitudine an ex parte sui fecerit id ad quod tenetur, & sic propter dist: ictum iudicium, quod in morte erit, habet occasionem timoris. ¶ Tertius timor mortis corporalis est inordinatus, & vitiosus, qui scilicet prodit ex amore inordinato vitę corporalis, & bonorum huius seculi, quibus in morte spoliamur. Sunt enim a'i qui qui sic timent priuari bonis quod nullo modo cogitare volunt de morte neque aliquid de ea audire, vellentque sẽpet manere in hoc seculo, quasi non esset alia paradisus, n si mundus. Talis timor ex inordinato amore bonorum temporalium procedens, est malus, & causa multorum malorum, & tandem excęcationis, ut dictum est cum de timore mundano ageretur: *Timor vitis inordinatus unde procedit.*

¶ Sed difficultas est an simpliciter & absolute mors sit timenda, & an timor mortis sit persuadẽdus. Hæc difficultas per duas propositiones enucleatur. Prima propositio est, quod quãuis mors corporalis aliquo modo sit timenda etiam bonis, nõ tamen simpliciter & absolute, sed potius amanda & optanda, propter multa bona quæ secũ affert & singulariter tria. ¶ Primo enim liberat ab omnibus morbis & miseriis ac calamitatibus corporalibus. Non est melior medicina corporalis in mũdo quã mors. Quia quantumcunque medicinæ corporales curent ad tempus & incomplete, non tamen complete & perfecte ac perpetuo. Nam (vt Iob dicit) Homo natus per mulierem, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Nunc est lætus, nunc tristis, nunc æger nunc sanus, nunc cal dus, nunc frigidus, nunc pauper, nunc diues, nunc in breui quiete & tranquillitate, nunc in solicitudine, &c. Sed mors ab omnibus his perpetuo *An mors sit simpliciter timenda.* *Qua bona mors offerat bonis:*
A liberat Ideo magnum bonum nobis affert. vnde Aposto. Rom 7. dicebat, Infœlix
248 homo quis me liberabit a corpore mortis huius? per mortem autem boni ab omnibus afflictionibus corporalibus & temporalibus perpetuo liberantur. vnde Apoc. 19. Absterget Deus omnem lachrymã ab oculis sanctorũ, & iam nõ erit amplius neque luctus, neque clamor, neq; dolor erit vltra. Et Apoc. 7. Non esurient neq; sitient amplius, neque cadet super illos sol neque vllus ęstus

¶ Secundo mors liberat a tẽtationibus & periculis peccatorum, & reatibus pœnarũ Quandiu.n sumus in hoc mundo, sumus in tali periculo spirituali, in quali sunt milites in bello corporali, quãdo habent pugnare contra fortiores, & astutiores. vnde Apost. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem (scilicet solum) sed aduersus principes & potestates aduersus mundi rectores tenebrarum harum. cõtra spiritualia nequitiæ in cœlestibus & D. Aug. dicit, Versutus est hostis, & habet mille nocendi modos & Iob. 4. Non est potestas super terram quæ ei valeat comparari. In hoc mundo uia est adeo lubrica, & tot ac tantæ sunt peccatorum occasiones, quot pauci sunt qui omnino caueant a peccatis. Vnde Prou. 24. Septies in die cadit iustus & 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum nõ habemus, ipsi nos seducimus & ueritas in nobis non est. & Iacob 3 In multis offendimus omnes. Aliqui optant diu uiuere cũ sunt infirmi, ut pœnitentiam agere possint, quibus melius esset quod morerentur, quia quando releuantur ad infirmitate, peiore fiunt, et quanto magis procedunt, tanto magis se illaqueant et onerant peccatis, et finaliter damnantur, Sed mors ab omnibus illis periculis liberat, post mortem enim boni nullas patientur tentationes aut pœnas. ¶ Tertio mors liberat a carcere, & introducit in regnum cœleste æternum. Qui enim liberantur a vinculis, & eleuantur ad dignitates, habent occasionem lætitiæ, In hac vita mortali sumus in carcere et vinculis, corporis mortalis, quod aggrauat animam, & impedit introitum regni, quia, ut dixit Deus Mosi, Non videbit me homo, et uiuet, scilicet hac uita mortali. Per mortem autem, si sumus bene dispositi, ab hoc carcere liberamur, & introducimur in regnum cœleste, in quo sunt diuitiæ, gloria, gaudium lætitia, et omnium bonorũ perfecta possessio. *Ephe. 6.* *Sap. 9.* *Exod. 32.* *Psal. 141* *Mors sanctorum cur dicitur natiuitas.*
B Ideo debemus eam desiderare cum Psalm. qui dicebat, Educ de carcere, scilicet
248 corporis, animam meam, ad confitendum nomini tuo Domine. & Apostolus Philip. 1. Desiderium habens dissolui et esse cum Christo. Propter hanc eductionem et introductionem mors Sanctorum dicitur natiuitas, quia quemadmodũ puer

In natiuitate egreditur a paruo loco, & uenit in magnum spacium huius mundi sic sancti in morte egrediuntur a paruo loco huius mundi, & ueniunt ad amplissimum locum Paradisi.de hoc Baruch.3. O Israel quam magnam est domus Dei,& ingens locus possessionis eius magnus,& non habet finem,excelsus, & immensus. Si ampliora bona quæ,mors secum affert,scire desideras,uide apud D. Ambr. in lib.de bono mortis. Propter huiusmodi liberationem malorum, & adductionem malorum, Mors bonorum dicitur preciosa unde Psal. Preciosa in conspectu Domini mors sanctorũ eius.Si esset aliquis lapis qui sanaret omnes infirmitatis,&c. reputaretur præciosus,& quilibet ipsum desideraret. A fortiori mortem corporalem, &c.Ideo non est timenda,sed potius amanda & desideranda. cum, in ea ultra prædicta bona consolentur ab angelis portantibus eas in paradisum,ac etiam a Christo,qui ut D.Greg. ait,solet bonis in morte apparere, ut de beata Martha & aliis multis legimus: Ex quo sequitur quod timor mortis corporalis non est persuadendus bonis et iustis,sed potius dissuadendus. ¶Secunda propositio est, ꝙ mors corporalis est ualde timenda malis propter multa mala quæ secum affert, unde uersus, Mille modis læti miseros mors vna fatigat Primo.n priuat bonis temporalibus,quibus mundani plurimũ affecti sunt,& tamen nil eorum secum morientes auferre possunt. Secundo mors priuat malos voluptatibus & deliciis corporalibus quas summe diligunt & prosequuntur, Tertio adfert dolores corporales, qui proueniunt ex qualitatibus contrariis disconuenientibus,& ex separatione animæ a corpore,quæ tanto est acrior,quanto nexus & amor unionis est amabilior.sed non potest inueniri maior,arctior,siue,amabilior copula siue vnio, quam animæ & corporis unde Iob.1.Pellem pro pelle,& omnia quæ habet homo dabit pro anima sua, scilicet seruanda in corpore. Ideo,propter huiusmodi bonorum amissionem ac separationem,in qua omnia corporis membra venæ,nerui,& ossa,supra quam dici potest torquentur. Philosophus dicit quod omnium terribilium terribilissimum est mors,sed amplius malis auaris,& voluptuosis. C 248

Infestatio mundanorũ quid sit. Vnde Eccle.41. O mors quam amara est memoria tua homini habenti pacẽ cũ substantiis suis? Additur huiusmodi doloribus mundanorum siue mundo deditorũ infestatio,videlicet vxoris,filiorum,propinquorum, amicorum,famulorum,creditorum querula instantia atque solicitudo,quę aliquando maior est quam animæ. Allegant obsequia,paupertatem suam,instant testamentum fieri uel mutari, quilibet rogat sibi aliquid dari uel legari de anima uero agonizantis nõ curãt. Sed si hęc sola forent tolerabilis esse posset mors. Verum cum inducat ad intollerabilia, & æterna tormenta,quis tolerare poterit?unde Esa.33. Quis de uobis stare poterit cum igne deuorãte?aut quis habitabit cum ardoribus sempiternis?Eam ob rem Psal. uocat peccatorum mortem pessimam. Ex quo sequitur quod præsumptuosis & mundo ac delitiis affectis, quia se, sic securos putãt,ac si semper hic uiuere deberent, & de morte nõ curãt,bonaq; opa negligũt,& in peccatis perseuerant, proponendus & persuadẽdus est timor mortis,& exaggeranda mala eis parata, breuitas vitę,mortis incertitudo, bonorum priuatio,tormentorum inductio, imprimendũ est illis illud verbũ christi,

Luc.12. Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur,animæ uero suę detrimentũ patiatur?inculcãda est historia de illo diuite, qui dicebat, Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos. Requiesce,comede, epulare. Dixit aũt illi Deus, Stulte hac nocte animã tuã repetent a te (scilicet dæmones) quæ aũt parasti,cuius erũt?Sic est qui sibi thesaurizat(scilicet voluptates prosequendo,& bona temporalia indebite acquirendo uel retinendo) & non est in deum diues. Hæc enim & similia retrahere poterunt ab inordinato huius seculi amore,& inducere ad diligentem præparationem ad mortem suscipiendam de qua nobis dicendum est. D 248

Ver 4. *De præparatione ad mortem.*

PLVRES Sunt rationes & motiua quẽlibet inducentia ad se diligẽter, omni cura omni quoque studio præparandum ad mortem. Inter alia autem sunt quatuor principalia non omittenda.

¶Primum est supremi Dominiaduentus. Videmus experimento quod in aduẽtu

principis

principis temporalis populus se diligenter præparat ad eum reuerenter ac honorifice recipiendū. Et si auisati & præmoniti non se præpararent, rex haberet eos pro inimicis, & disperderet eos. A fortiori vnusquisq; debet se præparare in occursu in aduentu Dei viuentis, qui est rex regum, & Dominus dominantium, qui venit ad quemlibet in hora mortis. de quo aduentu nos præmonuit per scripturas Prophetarum, Euangelistarum, & Apostolorum. vnde Amos. 4. Præparare in occursum domini Dei tui Israel. & Luc. 12. Sint lumbi vestri præcincti, & uos similes hominibus expectantibus dominum suum, &c Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. Et per oppositum, qui non se præparabūt censequntur inimici & contemptores. Ideo disperdet illos in aduentu suo. *Quatuor motiua ad præparationem mortis.*

¶Secundum motiuum est tremendum Dei iudicium Præuēti enim & accusati de criminibus in iudicio, maxime quando habent partes & accusatores potētes & astutos, & sciunt iudicem appropinquare, diligenter præparant defensiones suas, faciūt visitare processum, & excusare vel alleuiare defectum suos, alias sunt in periculo succumbendi, & luendi pœnas. Sed sic est quòd quilibet nostrum est præuentus & accusatus tanquam reus, coram diuina iustitia. quia (vt D. Iaco. 3. dicit) in multis offendimus omnes. &. 1. Io. 1. Si dixerimus, &c. Accusator noster potens astutus, & cautelosus, est diabolus, qui (vt dicitur Apoc. 12.) est accusator fratrum, qui accusat eos ante conspectum Dei die ac nocte. Deus veniet in morte ad iudicium. vnde Apostolus dicit, Statutum est hominibus semel mori. & post hoc, iudicium. Ideo cum deus sit iustus, necesse est nos ante mortem præparare, & visitare, ac reuidere processum conscientiæ nostræ parere defensiones, & habere excusationes, quas pœnitentia ministrabit, alias incidemus in honorrēdum Dei iudicium & condemnationē Ideo Eccle. 18. dicitur, Ante iudicium interroga teipsum & in conspectu Dei inuenies propitiationem. *Heb. 9.*

E
248

¶Tertium motiuū est redditio computorū Videmus quod thesaurarii principū, diffamati de mala administratione, cum habent reddere rationē principi de administratis, sunt bene soliciti, uident & reuident & præparant computa. Alias si non habeant computa bene ordinata, & credulas expositorum condemnantur tanquam latrones, ad patibulū, vt vidimus tēporibus nostris. Sed sic est quod quilibet nostrum est thesaurarius & dispensator bonorum summi principis Dei, iuxta illud, Sic nos existimet homo ut ministros Christi, dispensatores aūt ministeriorum Dei. Et pauci sunt qui non prodige exposuerint, & quin diffamati fuerint apud deū, de mala administratione. Hora mortis est assignata ad redditionē computorū, & in ea dicetur cuilibet, Redde rationē vicillati tuæ, quia non poterit amplius uillicare. Illi qui nescient reddere compitum de administratione, et ostendere cedulas et quitantias ministrorum Ecclesiæ, qui in sacramento pœnitentiæ dicunt. Ego te absoluo, condemnabuntur ad patibulū inferni, Ideo, &c. ¶Quartum motiuū est arduū ac periculosum in morte ingruens bellū. Videmus experimento quod capitanei & milites qn̄ ingruit periculosum bellū, aduersariis fortioribus existentibus, disponūt & præparāt se, faciunt reparare arma, obseruant vigilias noctis, nihil est incircunspectū, ut cum audierint sonitum tympani, bene muniti et ordinati procedāt. Sed sic est quod nos in hac mortali vita sumus semper in bello periculoso, ut dictum est, et (ut D. Antonius dicebat) Dæmonū nostris insidias, paratos ad supplantandum habemus innimicos, qui (ut D. Petrus ait) Circuūt quærentes quem deuorent. In sanitate utuntur mediis placidis et delectabilibus planditiis et deliciis, sed in morte, omni studio conatu, instantia, et impetu, ut crudeles tyranni, feruntur ad aggrediendum paupere animam destitutam uiribus corporis, absque cuius dispositione operationes suas perfecte exercere non pōt Aliquando conuocato exercitu astant animæ exituræ apparentes sub terribilibus figuris in corporibus assumptis, aut speciebus illarum in fantasia, procuratis. ¶Comparent aūt in exitu tam bonorū quam malorum, duplici ratione. Primo, ut uideant si aliquid in anima egrediente habeant. Vnde D. Martinus dicebat, Quid hic astas cruenta bestia? Nihil in me funestum reperies Nec mirum *1. Cor. 4. Luc. 6.* *Cur dæmones in morte comparent.*

F
248

rũ si cõpareant in morte sanctorum, quum etiam uenerint ad Christũ vnde Ioa. 14. Venit ad me princeps mundi huius, & in me nõ habet quicquam, nullum igitur dubium esse debet, quin quod ausus est in dominum, audeat in seruos. Secundo comparent vt omnes vires suas exerceant ad victoriam habendam in morte, quum in ea sit extremus conflictus, cuius euentu speratur vel æternus trimphus, vel nota sempiterna, Post mortem enim non est amplius pugna, sed remuneratio. Ideo omnibus viribus conantur in hora mortis vincere. Vnde Gen. 3. Tu insidiaberis calcaneo eius sunt enim dęmones sicut latrones, qui insidiantur transeuntibus, eosq; aggrediuntur tempore & loco maxime periculoso. Si igitur (ut Apostolus dicit) Qui in agone, scilicet temporali, contendunt, ab omnibus se abstinẽt, & (ut videmus) diligẽter se præparant & muniunt, Illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant. A fortiori Christiani ab omnibus nociuis & peccatis abstinere debent, & omni cura et solicitudine se præparare & munire debẽt, ut cum audierint sonitum tympani mortis, (qui est grauis infirmitas) sint præsto & parati ad tantum prælium, in quo non est quæstio de rebus caducis aut temporalibus, sed de perditione aut lucro regni æterni, & de salute aut damnatione animæ, de summa felicitate obtinenda, aut pœna æterna incurrenda.

Dæmones insidiãtur homini in morte.

Ver. 5. *De modo se præparandi ad mortem.*

Præparatio ad mortem quę cõplectatur.

MODVS se præparãdi ad mortem multa requirit & complectitur. ¶Primum & principale est bene, & uirtuose viuere, secundum regulam rectæ rationis, seruando mandata & præcepta Dei & Ecclesiæ, ac aliorum superiorum. unde Christus, Si vis ad uitam ingredi, serua mandat. Dicitur communiter, Qualis uita, talis & finis, siue exitus & mors. & Eccl. 12 dicitur, Memento creatoris tui in diebus Iuuentutis tuæ. Et antequam ueniant dies afflictionis tuæ. & Tren. 3. dicitur, Bonum est uiro cum portauerit iugum Domini ab adolescentia sua. Consuetudo enim est altera natura. & ideo qui consueuerunt in uita resistere tentationibus, & euadere pericula et insidias dęmonum, faciliter etiam euadent in morte. Si tamen aliquando ex fragilitate, aut alias errare & labi in peccatũ contingerit, salubre erit consilium, ut dum uiuimus & ualemus, conscientiam nostram per diligentem examinationem, & feruentem contritionem, & synceram sacramentalem confessionem, et integram satisfactionem, quantum humana fragilitas patitur, discutiamus, et quicquid inuenerimus offensiuum Dei, amputemus et abiiciamus, ut cum morbus ad Dei tribunal nos protrudet, Dei inueniamus propitiationem. Cum autem omnis dies pro ultimo unicuique debeat haberi, et nemo sciat diem aut horam mortis, sequitur quod quotidiæ prædictam examinationem facere debemus Christus ut nos induceret ad continue uigilandum, et ad nos praparandũ dedit similitudinem, Si sciret pater familias qua hora fur uenturus esset, uigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam, etc. et Marc. 13 Sicut homo qui peregre profectus, reliquit domum suam, et dedit seruis suis potestatem cuiuscunque operis, et ianitori præcepit ut uigilet. Vigilate ergo, nescitis enim quando Dominus ueniat, sero, an media nocte, an in galli cantu, an mane, ne quum uenerit repente, Inueniat uos dormientes. Optimum ergo consilium est, ut quisque priusquam se somno tradat conscientiam suam diligenter excutiat, et si aliquod crimen a se eo die commissum deprehenderit, detestetur, conteratur lachrymisq; a Deo ueniam postulet, et implorata ope diuina, sumat firmum confitendi, satisfaciendi, ac correctioris uitæ propositium. Nemo. n. se tradens somno, certus est an expergiscetur. Magnum enim periculum est in eo statu obdormire, in quo periculum est mortem somni germanam nos posse opprimere. Tantũ periculum bræuissima cogitationes licet effugere. Hoc ergo quotidie ante Deũ agãus. Ante sacerdotẽ uero eius uicariũ, ter aut sæpius in anno syncera confessione purgare conscientiam plurimum affert tranquillitatis, facietque ut morientem non torqueat anxietas conscientiam examinandi. Quia si morbus præ occupauerit, tunc res est cum morbo, qui nihil aliud agi sinit, nisi cum medicis, cum uxore, liberis, hæredibus, creditoribus, famulis, amicis, et inimicis. Propter eandem anxietatem uitandam

Mat. 24.

Optimum consilium.

A 249

B 249

tandam præstat his qui temporalia possident, in bona valetudine testamentum condere, & domui suæ prouidere, ne eorum negligentia in diuidendis bonis nascantur inter fratres, & affines contentiones, & rixæ, relinquaturq; posteris licitum aut rapinæ materia. Nam complures morbi sunt eius generis, ut non dent spatium super his statuendi quare a debitis, & obsequiis frustrantur nonnulli, & hæreditas ad indignos proueniens est causa ruinæ illorum.

¶ Secundum requisitum est frequens mortis memoria, & recordatio, quam Christus se habuisse pluribus in locis declarauit, cum ex abundantia cordis os loquatur, & sepissime de illa locutus fuerit, vt Ioan. 3. & 8. & aliqui loquendo de exaltatione serpentis a Moyse in deserto, & Luc. 18. Ecce ascendimus, &c. *Mat. 12*

¶ Tertiū requisitū est humilis, & deuota oratio, qua assidue aures diuinæ clementiæ pulsare debemus, vt nobis gratiam debite præparandi ad mortem concedere, & a subita, & improuisa morte preseruare dignetur, vnde ecclesia in lætaniis precatur, a subita & improuisa morte libera nos domine ¶ Nec sequendus est in hoc Erasmus, qui ridet hanc ecclesiæ orationem, magis ipse ridendus, qui nulla ratione fultus, multis verbis contra prædictam orationem instans terminos ecclesię contra eius intentionem, & rectam significationem detorquens, ac si ecclesia pro subitanea, & improuisa morte intelligeret, & precaretur ab improuisa, & impræmonita morte, quod tamen *A subita, et improuisa morte liberari orādum.*
C procul est ab intentione ecclesiæ. Euidens enim est omnes esse præmonitos semel
249 mori, vltra scripturas experientia mortem sępissime ingerit sensibus. Sed quā plurimi sunt qui ad illas præmonitiones, & præuisiones se non præparant, & mors repentina eos improuisos, & impræparatos reperit, vt habetur Prouer. 1. vocaui, & renuistis, &c. Licet enim paratis dispositis nulla mors possit esse mala quantuncumq; subita aut repentina, vnde Sap. 4. dicitur, Iustus si præoccupatus fuerit, in refrigerio erit Pręmonitis tamen, & se pręparare negligentibus, mors subita improuisa est, quia eos improuisos reperit. Quare, qui precatur liberari ab improuisa morte, nihil aliud precatur, quam, vt Deus dignetur deprecanti gratiam dare se præparādi ante mortē, & præseruandi a mortis periculis, & ne succūbat tentationibus dæmonis. Si igitur sāncte oratur pro finali perseuerantia in bonum, & ne inducamur in tentationem, sic et licite oratur vt liberemus a subitanea, & improuisa morte. vnde Psal. 12. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum, & ea quæ sequuntur in prædicto psalmo idem postulant.

¶ Quartū requisitum est, ut ab initio morbi aduocetur sacerdos, cui infirmus cū cordis contritione syncere confiteatur, & ad eius iudicium satisfaciat, ne cōfessio, & satisfactio ingrauescente morbo (vt sæpe cōtingit) vel omittatur, vel timore mortis, & non filiali amore perficiatur. Petantur humiliter, & deuote suscipiantur sacramenta eucharistiæ, & extremę vnctionis, quæ magnum præbent robur spirituale homini viribus corporeis destituto. Hæc timorem inimicorum expellunt. vnde Psal. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecū es. Quòd si prædicta sacramenta actu haberi, non possint, aut propter absentiam, & distantiā, presbyteri, aut aliquid huiusmodi, habeantur, in voto seu desiderio, oretur que Deus, qui non alligauit virtutem suam sacramentis, vt misericorditer dignetur illorum esse ctum conferre Aduocentur etiam, si fieri potest viri probi, deuoti religiosi, ac docti, & sueti consolari agonizantes, qui agonizantem iuuent, & confortent monitionibus, adhortationibus & orationibus. Sic enim fiet, vt his adiutus secure ad portum salutis peruenire possit. ¶ Non debent tamen desperare, qui prædictum præparationis modum, & ignorantia aut negligentia aut quauis alia causa pręter miserint. Me *Psal. 22.* *Consolatio impreparatorum.*
D minisse enim eos oportet voluntatū hominis vsq; ad mortē esse deambulatoriā atq;
249 mutabilem, & cū dei auxilio (quod nemini ad ipsum debite recurrēti denegatur) posse peccata deserere & detestari, conariq; ad implorādam diuinam misericordiā, quæ tanta est, vt quacunque hora ante mortem, & exitum animæ a corpore, peccator ingemuerit, omnium iniquitatum sua non recordetur. Ponendum est ob oculos exemplum boni latronis Omnia mundana, & temporalia abiiciantur a memoria, tota fiducia

ducia ad Christi meritũ (qui pro peccatis nostris abũde satisfecit) morientis anima feratur. Implorentur sanctorũ suffragia sine intercessiones, & maxime D. Virginis quæ est mater gratiæ, & misericordiæ, dicatur deuote hymnus, memento salutis author, & Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe, Eius enim intercessione Christus peccatori manum suã emittet de alto, & eriget spem, eripietq; ab hoste, & mortis doloribus, finaliterq; in hora mortis eum secum suscipiet.

Ver. 6. *De consolatione agonizantium.*

Tria in morte hominis aduersantur. CVM desolatorum & afflictorum consolatio sit opus misericordiæ Deo valde gratum, atq; in necessitate præceptum, consequens est, vt qui in maiori afflictione, & desolatione existunt (prout agonizantes, qui sunt in extremo periculo constituti) amplius sint consolandi, confortandi & adiuuandi, maxime circa ea quæ eis occasionẽ desolationis præbent, quæ sunt principaliter tria. s. caro, mundus, dæmonia, quæ diuersa in morte mouent prælia, de his Psal sub aliis verbis, Circundederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerũt me dolores inferni circundederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis. *Psal. 17.* Sapientis consolatoris erit, eas personas arcere, quarum aspectus possit ægroto reuocare effectum peccandi, veluti turpium voluptatum, vel aleæ socios, seu atroces inimicos. Eius etiam erit rimari & perspicere ac perscrutari desolationis causas. Non enim omnium infirmorum agonizantium æqualis est afflictio, & desolatio, nec ex eisdem causis procedens, quia nonnulli sunt quos corporis dolores, & cruciatus magis affligunt, & desolant. Alii sunt qui separatione mundi vexantur. Alii aũt quos dæmones vario mõ aggrediuntur. Iõ adhibenda, & applicanda erũt cõsolationis antidota, secundum afflictionum, & desolationum diuersitatem. *Psal. 16.* ¶ Caro nonnullos teneros, & delicatos ad impatientiam agitat, & ad blasphemiam inducit, propter multitudinem, & diuersitatem dolorum quos secum affert. Vnde Psal. Circundederunt me dolores mortis, qui (vt experimento videmus) sunt intensissimi, & per totũ corpus sparsi. sic quòd non est membrũ corporis nec neruus aut vena quæ in illa præcedente resolutione vsq; ad materiam primã non patiantur inenarabilem dolorem. Præter hæc patitur agonizans afflictionẽ prouenientem ex separatione animę, quæ tanta est, quãtus est amor vnionis animæ ad corpus. Et cum non possit inueniri maior. Philos. dicit, quòd omnium terribiliũ terribilissimum est mors. Tales ex doloribus corporis agitati, consolandi sunt, condolẽdo, & dolores aliquo modo aggrauando ex vno latere, sed leniendo ex alio, dicendo quòd parum durabũt, nullum enim violentum perpetuum, & quòd tempus infirmitatis non est nisi unum instans, respectu consolationum, quæ sequetur. Vnde Esa. 54. Ad punctum, & in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te, & Sap. 3. In paucis vexati, in multis bene disponentur. Preterea allegari potest cõditio, & debitum naturæ. Quia (vt dicitur) 1. Reg. 14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur, &c. & Apost. Per vnum hominem peccatũ in hunc mũdũ intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes mors pertransit, in quo omnes peccauerũt, & Heb 9. Statutũ est hominibus semel mori Mors eo æquo distributa est omnibus, regibus, principibus, pontificibus, satrapis, doctis, & indoctis, diuitibus, & pauperibus. *Psalm. 88* Non est qui possit euadere, quando placuerit Deo. Mors nec lachrymis aut muneribus redimitur, nec lamẽtis vincitur, sperni potest, vitari aut non. Vñ Psal. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? &c. Reputa ergo quales habeas consortes, & conditionem tuam æquiore animo feres. Conqueri enim de morte, est conqueri, quòd homines conditi sumus, & nõ angeli, qui suapte natura sunt immortales, & incorruptibiles. Hõ autem quum sit materialis, & corporalis, necessario est corruptibilis Insuper demonstrandum est, quòd si illi dolores, & cruciatus patienter sustineãtur, liberant a maioribus doloribus, & grauioribus tormentis purgatorii, in quorum comparatione omnes pœnæ corporales huius viæ sunt dulces. Vnde Deu. 33. Inundationes maris quasi lac sugent. Deus enim qui omnia facit prõ meliori, huiusmodi dolores

dolores permittit, & a grauioribus liberet iuxta illud, Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Patientia Christi, qui peccatum non fecit, & qui absque cõparatione multo maiores dolores pro nobis sustinuit, ob oculos proponenda est. Si Christus ergo tot & tanta, &c. a fortiori nos qui sumus peccatores, qui multo maiora meruimus, quam patiamur, debemus patienter sustinere quæ nobis ad bonũ nostrum mittit Deus. Vnde Apost. Heb. 12. Recogitate eum qui talẽ substinuit a peccatoribus contradictionem, ut non fatigemini animi uestris deficientes. D. etiã Gregorius dicebat, Si passio Christi ad memoriam reuocetur, nihil adeo amarum est, quod non æquo animo toleretur. Confert ad consolandum tales adducere exempla sanctorum, maxime Iob, qui spoliatus omnibus bonis, & percussus vlcere pessimo, ita ut a planta pedis vsque ad uerticem capitis non esse in eo sanitas, dicebat, Hæc mihi consolatio, ut affligens me dolore, non parcat, ne contradicam sermonibus sancti Et. D. Aug. precabatur dicẽs, Hic vre, hic seca, vt in æternum parcas. Martyrum tormenta patienter accepta recitare non erit inutile, Proponenda est etiam æterna felicitas, ad quam non nisi per mortem possumus peruenire. Vnde Apost. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam; quæ reuelabitur in nobis. Plurimæ aliæ cuilibet se in tali opere misericordiæ exercenti, occurrent rationes & motiua consolationis, quæ (ut Dominus inspirauerit) deduci poterunt.

Rom. 8 · *Iob. 6.* · *Rom. 8.*

A ¶Si uero agonizans a mundo, siue ab affectionibus mundi agitatus, timore separationis ab eo crucietur (ut nonnunquam iuuenes & auari) consolandi sunt, allegando ea per quæ mundus contemnendus venit, scilicet vanitatem, inutilitatem, instabilitatem, insatiabilitatem, fallaciam, & deceptionem, ac afflictionem spiritus, & pericula innumera quæ in eo sunt. Quæ omnia diffuse prosecutus est Salomon in Ecclesiaste, & Diuus Bernardus in libr. de contemptu mundi. Iob. 1. dicitur, Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miseriis. Nemo sapiens timet exire a miseriis, ergo nec debet timere exire ab hac uita, in qua sunt multo plures miseriæ quam bona. Numerandæ sunt miseriæ communes & principales, & illæ quas infirmus frequentur patitur. Præterea quilibet festinat exire domum ruinosam ne in ea opprimatur. Sed corpus corruptibile est, domus ruinosa, aggrauans animam, iuxta illud. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, igitur quilibet debet desiderare exitum cum Apost. dicente, Desiderium habens dissolui, &c. Declaranda est pariter agonizantibus mortis necessitas & eius incertitudo, de qua D. Bern. Nihil certius morte, nihil incertius hora eius. Morti nullũ præfinitũ est tempus Sine termino debitores sumus. Prudens debitor satagit quam primum potest a debito liberari Sic & nos quũ huic debito simus obnoxii, ad hoc tendere debemus Debitores qui dilationẽ solutionis obnixe petunt, in sui graue incommodum obtinent, Cum igitur debitum mortis negari non possit, ex neglecta solutione rigidus exigitur. Mors. n. dilata minuit multorũ gloriã. Multi. n. in infirmitate sancte & gloriose mortui fuissent, qui articulũ illũ euadentes, ignominiose & perperam obierunt. Alioqui in voluptatibus deprehensi, occisi sunt. Alii in ira & cholera atque vindicta interempti. alii in deordinatis affectionib. catharris, & B alis repentinis casibus obierunt, & in æternam gehennã detrusi sunt. Exẽplum contemnendi mundum Christus nobis dedit, dicens, Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Christus uicit mundum, contemnendo ipsum. Sic & nos eius auxilio & exemplo adiuti vincere poterimus. D. Ioannes ostendit nobis arma, dicens, Hæc est victoria quæ uincit mundum, fides vestra. Si credamus infallibilem & æternorum bonorum promissionem, & ad illa omni affectu tendamus, nihil est quod nos in hoc mundo remoretur. Hac fide Apostolus etiam vicit mundum, cum omnia eius bona arbitratus est tanquam stercora. Iactandum est omni fiducia cor in domino, & voluntas nostra voluntati eius (cui nemo resistere potest) conformanda. acceptemus libere, & merebimur quod inuiti cogemur acceptare absque fructu, imo cum demerito. Faciamus de necessitate virtutem. dicamus cum Christo pro nobis agonizante, Non sicut ego uolo

Consolatio contra afflictionem mundi. · *Sap. 9.* · *Notanda ratio.* · *Mat. 8.* · *1. Ioan. 5.* · *Phil. 3.*

pro filiis, ideo transmittit peccatum originale in prolem Et si dicatur; quòd respe-
ctus ad peccatum primi parẽtis remanet in baptizato in motibus primo primis, qui
dicuntur pœna peccati primi hominis, Dicendum, quod licet maneant materiali-
ter non tamen formaliter, hoc est manent in esse naturæ, sed non imputabilitatis.
Rom. 5. Et quanuis donum Christi potentius sit quam delictum Adæ, cum restituerit homi
nes in altiorem statum quam haberet Adam antequam peccaret, quia ad statũ glo-
riæ, qui est absq; periculo peccandi, illud tamen donum non applicatur totaliter sta
tim per baptismum, sed per cõformitatem ad Christum, vt effectus sit similis causæ.
Sic enim Christus assumpsit vetustatem pœnæ, vt per mortem nos a morte redime
ret, & resurgendo vitã repararet. Sic homines per baptismum Christo conforman-
tur per gratiam, ut tandem resurgentes transferãtur ad gloriam, Ex hac autem ve-
tustate quæ manet in partibus inferioribus, traducitur peccatũ originale. Nec est in
conueniens quod pœna sit causa culpæ. Et ideo remota culpa a superiori parte ani-
mę, ratio culpæ in inferioribus non actu, sed uirtute manere potest, vt principiũ hu
manæ generationis. Si dicatur, q D Virgo non habuit peccatum originale, licet pro
Cant. 4. cesserit ab Adam secundũ rationẽ seminalẽ, Dicendũ est, quod ipsa sola speciali gra
tia præuenta fuit, & præseruata, eo quod fuit præuisa esse mater, & domus dei Vide E
Psal. Domum tuam domine decet sanctitudo, & de ea Salo. Tota pulchra res amica 245
mea, tota pulchra, & macula non est in te. Ex quibus authoritatibus potest haberi
priuilegium maxime autem ex authoritate ecclesiæ, quæ errare non potest. Et licet
1.2. q 81. mortua fuerit, mors tamen non fuit illi pœna, sed conditio naturæ, & quanuis aliqui
ar. 3. ad 1. ex priuilegio possent præseruari, a morte (licet de nullo legatur) non tamen propte-
1. Tess. 4. rea sequeretur, quod fuissent immunes a peccato originali, quia sicut Deus pœnas
peccatorum actualium potest condonare, sic etiam peccati originalis. Nec per hoc
quod Apost. dicit, Nos qui viuimus, qui residui sumus, non præueniemus eos, qui
dormierunt, voluit dicere quod aliqui præseruentur a morte vt dicemus infra quum
de generali resurrectione agetur. Si qui autem miraculose alio modo, quam per viã
seminalem formarentur vel crearentur a Deo non contraherent peccatum origi-
10. super nale, ut D. Aug. ait. In illis tamen essent similes motus, & defectus ac mors ex con-
Gen. ad li ditione naturæ, qui non dicerentur pœnæ, sed pœnalitates, & afflictiones. D. tamen,
teram. Virgo præseruata fuit a motibus primo primis, Et quia peccatũ originale contrahi-
tur ex progessu ab ipso Adam, secundũ rationẽ seminalẽ, sequitur, quod si Adã non
peccasset, Eua peccante, peccatũ originale non fuisset transfusum in posteros. Si ta-
men Eua non peccante Adam peccasset, peccatũ originale transfusum fuisset, & idẽ
Nullum nisi primum peccatum transmitti potuit ad posteros. dicendum est de filiis eius si peccassent, quoad eorum posteritatem.

¶ Alia autem peccata primi parentis præter primũ non fuissent traducta. Nec ali
qua peccata proximorum parentum traducuntur, Quia homo generat sibi simile,
secundum speciem, & non secundum indiuiduum, licet actiones sint suppositorum.
Et ideo ea quę pertinẽt ad indiuiduum, sicut actus personales, & quæ consequun-
tur ad eos, non traducuntur a parentibus in posteros Non enim grammaticus gene
rat grãmaticũ, nec transfundit scientiã vel artẽ quam studio acquisiuit. Sed bene ea,
quæ pertinẽt ad naturam speciei, traducũtur a parentibus in filios, nisi sit defectus
naturæ, ut oculatus generat oculatum, & podagricus podagricum. Et si natura sit F
fortis, traducit etiam aliqua accidentia indiuidualia pertinentia ad dispositionem na 245
turæ, ut fortitudinem velocitatem, & agilitatem corporis, ac etiam bonitatem in-
genii, & alia huiusmodi. Sed alia peccata, quę non corrumpũt naturam quantum ad
id quod est naturę, sed solum quantum ad id quod est personæ, hoc est secundum
pronitatẽ ad similes actus malos, non traducũtur. Ex maxima illa, quæ dicitur, quod
quis magis potest traducere, quod habet ex se, quam quod habet alio (sicut ignis po
test magis calefacere, quam aqua calefacta) vera est in his quæ sunt transferibilia,
quæ scilicet nõ sunt pure personalia. Nec obstat illud, Ego sum Deus Zelotes, visitãs
iniquitates patrum in filios vsque in tertiam, & quartam generationem. Quia (vt
D. Aug ait) nunquam punitur anima filii pro parentibus, nisi communicet in culpa,
uel per

vel per originem, vel per imitationem, quia omnes animę sunt Dei. Sed interdum iudicio diuino uel humano puniuntur filii pro parentibus pœna corporali aut temporali, inquantum sunt aliquid patris, ut dictum est. §. 1. ver. 2. huius. c.

Ver. 3. *De unitate peccati originalis.*

PECCATVM originale licet dicatur vnum peccatum mundi (iuxta illud, Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi) nihilominus tamen in quolibet homine ante baptismum est vnum, quia non est nisi vna causa scilicet primū peccatū primi parentis, quod solum in posteros traducitur. & sic peccatum originale est vnum numero in uno homine, & vnum specie in omnibus hominibus. Nec obstat quod ait Psal. Ecce enim in iniquitaribus conceptus sum, &c. quia secundum morem sacræ scripturæ pluralis numerus nonnunquam pro singulari ponitur. prout ibi, Defuncti sunt enim qui quęrebant animam pueri, uel quia in peccato originali virtualiter præexistunt omnia peccata actualia, uel quia in peccato primi parentis (quod per originem traducitur) fuerunt plures deformitas, scilicet superbiæ, inobedientiæ, gulæ, uel quia multæ partes animę inficiuntur, scilicet intellectus, appetitus irascibilis, & concupiscibilis, & vires inferiores, & corpus ipsum. Et quanuis partes animæ quæ inficiuntur, sint diuersæ, tamen respectus ex parte causæ & principii, est vnus. Sic pater eadem paternitate refertur ad plures filios propter eandem potentiā generatiuam. 1. 2. q. 82. ar. 2. Ioan. 1. Psal. 50. Mat. 2.

Ver. 4 *De æqualitate peccati originis.*

A CVM natura, secundum Philoso. sit æqualiter in omnibus suppositis, & pecca 1. 2. q. 82. ar. 4.
246 tum originale sit peccatum naturæ, sequitur quod peccatum originale sit æquale in omnibus, Quia in peccato originali non sunt nisi duo, Vnum est priuatio iustitiæ originalis, Aliud autem est relatio ad peccatum primi parentis, a quo per vitiatam originem natura deducitur. Quoad primum, peccatum originale non suscipit magis & minus, cum totum donum iustitię originalis fuerit a quolibet sublatum. Priuationes enim aliquid totaliter priuantes, nō suscipiunt magis & minus, sicut mors. Similiter nec quo ad secundum, quia omnes homines æqualem relationem habent ad principium vitiatæ originis. Nec obstat quod non omnes homines sunt æqualiter proni ad concupiscendum, quia hoc prouenit ex dispositione corporis, pro quanto vires inferiores sunt fortiores in uno, quam in alio. Nec est simile de ægritudine, quæ suscipit magis & minus in vno quam in alio, Quia ægritudo corporalis, quanuis sit eiusdem speciei, non tamen semper habet æqualem causam in omnibus, sicut nec libido actualis, quę est maior in vno quam in alio, transmittit peccatum originale, sed habitualis. Et quia deordinatio peccati originalis maximè appatet in appetitu concupiscibili, ideo communiter peccatum originale concupiscentia nominatur, accipiendo concupiscentiam pro potentiis destitutis, quæ sunt materiale in peccato originali, formale uero priuatio iustitiæ originalis ad peccatum primi parentis relata, ut dictum est.

Ver. 5. *De subiecto peccati originalis.*

PECCATVM originale sicut in causa principali fuit in ipso Adam, & ut in causa instrumentali in semine, Sed sicut in subiecto est primo in anima, deinde in volūtate, & consequenter in intellectu & appetitu sensitiuo, ac etiā in viribus inferioribus, quæ possunt esse subiecta culpæ, quum priuatio & habitus habeāt fieri circa idē. De Malo. q. 4. ar. 3. 4. & 5.
B Sed primum subiectum iustitiæ originalis erat essentia animæ, & deinde secū
246 dario effectum eius, aliæ potentiæ (ut dictum est) igitur, &c. Et sic peccatum originis primo respicit animam, & consequenter alias potentias ordine quodam subtrahendo perfectiones quas ordine quodam iustitia originalis producebat.

§. 6. *De pœnis peccati originis.*

POENA peccato originali debita quantū ad animā est carentia diuinæ visionis, Quia cum gratia Dei sit vita ęterna, & peccatum originale priuet gratia, consequens est quod priuet gloria. Ad cuius pleniorem euidentiam reducendum est ad memoriam, quod de beatitudine dictum est, Et cum Philosophus dicat quod Deus, De Malo. q. 5. art. 1. Rom. 6.

& natura nihil faciant frustra, & frustra dicatur, quod non consequitur finem ordinatum, sitque homo creatus ad beatitudinem, cum ex natura sua possit cognoscere vniuersale bonum & principium naturæ, nisi propria voluntate auertatur ab eo, sequitur quòd paruuli cum solo originali decedentes, nõ sunt priuati beatitudine naturali. Propter hanc rationem dictum est supra, quòd Deus talibus in separatione animæ infundit omnes species intelligibiles rerum, quas acquirere & intelligere poterant, si vixissent. Veruntamen priuati sunt beatitudine supernaturali quæ consistit in clara Dei visione. Et quia tales non cognoscunt se priuari tali bono, cum nõ habeant de illo reuelationem, ideo non dolent neque tristantur. Et dato quòd haberent notitiam futuræ beatitudinis supernaturalis, non dolerent, quia nullus absque deordinatione voluntatis appetit, quod scit se habere non posse, & supra se esse.

c. 2. §. 1. uer. 1.

Quidam probabiliter dicũt quòd Deus, qui ordinauit pœnam sensus respondere delectationi, iuxta illud, quantum se glorificauit & in delitiis fuit, &c. non concurret ad tristitiam. Propter hoc D. Aug. dicit quòd mitissima est eorum pœna, qui pro solo originali puniuntur. Nec obstat quòd idem Aug. dicit, quòd pueri descendẽtes cum originali, experientur gehennam, & alibi dicit quòd firmissime tenendum est eos æterno supplicio puniendos. Quia nomine tormenti, supplicii gehennæ, cruciatus, & ignis, & si quid simile in dictis sanctorum reperiatur, large accipiendum est, pro omni pœna etiam priuatiua, vt ponatur species pro genere. Nec obstat pariter quòd D. Chrysost. dicit quòd carentiã diuinæ visionis sequitur maximum tormentum, quia intelligitur de carentia diuinæ visionis in eo qui priuatur ex culpa actuali in qua fuit in deliciis, & non de eo qui priuatur ex sola culpa originali, in qua nullo modo fuit in deliciis. Nec etiam ratio D. August. (qua probat ipsos futuros in iudicio generali in parte sinistra, & audituros. Ite maledicti in ignem æternũ) aliquid contra prædicta concludit, Quia illa verba intelligenda sunt de omni pœna proportionata culpæ illorum qui puniuntur, quum constat in inferno esse diuersitates pœnarum, & quòd non omnes æqualiter puniantur, sed secundum proportionẽ demeritorum. Cum ergo pœna sensus respondeat culpæ actuali & deliciis, sequitur quòd non torquebuntur, Alias sequeretur quòd qui non peccauit in hoc seculo, non cessaret peccare in futuro cum superbia damnatorum ascendat semper, quod constat esse falsum & contra illud, Vbi ceciderit lignum siue ad Austrum, siue ad Aquilonẽ, ibi erit. & ideo illa sententia quoad illos applicabitur secundum proportionem peccati originalis, cuius pœna quoad animam, est sola carentia diuinę visionis. Vel potest dici quod illa sententia intelligitur de his qui actualiter & commissiue peccauerunt vnde prædicetur eis, Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. quæ illi non potuerunt, igitur, &c. Præterea in hoc non repetitur D. Aug. vnde Gennadius in lib. de viris illustribus, de eodem Aug. loquens ait, Licet minus capacibus dubitationem de abortiuis fecerit, error tamen illius (vt superius dixi) multo sermone contractus lucta hostium exaggeratus, necdum hæresis quæstionem dedit per quę verba dat intelligere, D. Aug. in hac opinione errasse, sed ipsum hæreticum non fuisse, eo quod non fuit pertinax, imo retractauit in epistola ad Iulianum, in qua se declarat dicẽs, Ego aũt non dico paruulos sine baptismo morientes, tanta pœna delectendos, vt eis melius esset non nasci. quum tamen sermone. 26. ad Eremitas dixerit, Melius esset omni esse carere, quam in inferno iacere. Ex quo apparet alium locum pro pueris illis eũ posuisse, Præterea decret. Maiores, de Bapt. (in qua est determinatũ eos non pati pœnam sensus) tempore D. Aug. nondum edita erat. quia idem Aug. (qui supra modum Ecclesiam reuerebatur) si edita fuisset, oppositum non dixisset.

Apoc. 18.
In hipomo- stic. in l. de fi. ad Petrũ.
In homi. de repa. lap.
Eccle. 11.

C 246

D 246

¶ Non obstat pariter quod peccatores debeant grauius puniri post mortẽ, quàm in vita, in qua peccatum originale punitur pœna sensus, Quia post mortem non est status proficiendi ad virtutem, vel etiam deficiendi per peccatum, sed recipiendi pro meritis. vnde omnes defectus qui sunt post mortem, taxantur pro culpa, & non ordinantur ad profectum virtutis, vel euitationem peccati. Sed isti defectus sensibiles non sunt pœna taxata, sed cõcomitans, & ordinati ad euitationẽ peccati. Sicut

De Malo. q. 5. art. 4. ad. 5.

videmus

videmus quod quum aliquis iudex pro aliquo crimine fecit aliquem excęcari (vt in antiqua lege oculum pro oculo) cæcitas est pœna taxata quam intendit iudex. Veruntamen quia cæcitatem sequuntur multa incommoda, puta quia cæcus habet mendicare, cespitare, sustinere dolorem capitis, & alia huiusmodi, quæ iudex non ponderat nec ordinat, quia non potest omnes euentus prouidere & considerare. Sed Deus qui omnia præuidet & ponderat ordinauit pro pœna taxata, priuationem iustitiæ originalis, gratiæ, & gloriæ, & quod in hoc mundo defectus sensibiles (qui sunt cōditiones naturæ nō præseruatæ iustitia originali) incurreremus ex peccato origi nali, ad profectum virtutis, & euitationem peccatorum, quādiu erimus in statu pro ficiendi. Ideo illæ pœnæ non erunt post mortem.

¶Sed difficultas adhuc manet, Quum pœna sensus respondeat conuersioni ad bonum commutabile, & tantum debeat imputari nobis conuersio primi parētis, sicut eius auersio, quum conuersio ordine naturæ (licet non temporis) præcedat auersionē Non enim potest quis auerti a bono incommutabili, nisi prius apprehendat aliud bonum, dicendus quod talis conuersio non referebatur ad naturam, sed ad personam quia ideo Adam conuertebatur ad illud, non quod cogitaret esse bonum naturæ, sed vt bonum sibi, ea autem quæ pertinent ad personam nō imputantur toti naturæ. Et quamuis (vt dictum est) peccatum originale sit æquale in omnibus, non tamen æqualiter omnes subduntur his defectibus. Aliqui enim sunt difformes, alii quasi semper valetudinarii, & aliqui magis sensibiles malorum quam alii. Quia hæc diuersitas prouenit ex dispositione materiæ, quę in diuersis diuersa est. Et aliquando ex Dei ordi-
B natione propter peccata parentum, vel præseruationem filiorum, aut propter alias
846 causas, quæ diuinę prouidentia reseruantur.

Ver. 1. *De Morte.*

MORS Est pœna peccati originalis. vnde Apost. Per vnum hominem peccatum intrauit in orbem terrarum, & per peccatum mors, & ita in omnes mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Ad cuius euidentiam sciendum est quod mors significat priuationem vitę. Et cum priuatio non possit cognosci nisi per habitū mors perfecte cognosci non potest, nisi cognoscatur uita quam priuat. Quare reducendū est ad memoriam quæ de vita diximus, quod licet vita aliquando accipiatur pro operatione, hic tamen accipitur pro esse siue principio intrinseco operationis, quod est forma. Et quia triplex potest esse operatio in homine, scilicet corporalis, spiritualis, & beatifica siue æterna, sequitur triplex posse esse principium vitæ, scilicet anima, gratia, & lumen gloriæ. Anima est principium vitæ & operationis corporalis. Gratia est principium vitæ & operationis spiritualis & meritoriæ. Lumen gloriæ est principium vitæ siue operationis beatificæ & æternæ & secundum hoc dicimus triplicem esse vitam, scilicet corporalem, spiritualem, & ęternam.
2.2.q.164 ar.1.
Rom.5.
Mors quid c.1.ver.4

Et quum mors sit priuatio vitę, sequitur quod triplex est mors scilicet corporalis, spiritualis siue culpæ, & æterna, quæ dicitur gehennæ. Mors corporalis est priuatio seu separatio animæ a corpore. Mors spiritualis siue culpæ, est priuatio seu separatio gratiæ ab anima, quę fit per culpam siue peccatum. vnde Eze. Anima quæ pecca
F uerit ipsa morietur. Mors æterna siue gehennę est priuatio luminis gloriæ per quod
846 est vita beatifica siue ęterna, iuxta illud, in æternū nō videbit lumen. Et dicitur gehennæ propter adiunctam pœnam & tormenta æterna. Mors corporalis secundum se non priuat hominem magno bono, imo liberat a miseriis & calamitatibus huius mundi. Et decretum est a Deo, quod omnes homines resurgent ab ea. vnde Apost. Oēs quidem resurgemus. Ideo in sacris literis mors corporalis vocatur dormitio maxime in libris Regum, Dauid dormiuit cum patribus suis Psal. Diues cum dormierit, non sumet omnia & alibi, Dormierunt somnū suum, &c. Et Christus eam sæpe dormitionem nominauit, dicens, Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt a somno excitem eum. Imo talem dormitionem dixit non esse nominandam proprie, mortem, neque in ordine aut numero mortium esse computandam dicens, Non
Mors triplex.
Ezec. 18.
Psal. 48
1.Cor.15:
Psal 48
Ioan.11.
Mat.9:

est enim mortua puella sed dormit. Mors verò spiritualis siue culpæ priuat hominē maximis bonis spiritualibus, scilicet gratia dei. & virtutibus infusis, ac donis spiritus sancti, & non est certum quod omnes in illam incidentes, resurgant per pœnitentiā. Cōstat autem quod hæc mors spiritualis inducit ad mortem æternam. Ideo dicitur
Apoc. 12 prima Mors verò gehennæ dicitur secunda, iuxta illud, Qui vicerit (scilicet vitia & mortem primam siue culpæ) non lædetur a morte secunda. Et quia de morte prima sufficienter dictum est cum de corruptione charitatis & gratiæ ac etiam de peccatis ageretur, Dictum est etiam de morte secunda, cum de inferno & pœnis damnatorum esset sermo. Ideo nunc illis dimissis, de morte corporali aliqua notatu digna dicenda sunt.

Ver 2. De Mortis Memoria.

MORTIS Corporalis memoria Christi fidelibus plurimum confert vtilitatis, maxime autem quantum ad tria, Primo ad retrahendum eos a vitiis, & inducendum ad virtutes. Retrahit enim a superbia, & inducit ad humilitatem. Nemo enim consyderans se esse breui tempore in cadauer putridum & tandem in vilem puluerū aut cinerem resoluendum, habet occasionem superbiendi sed potius humiliandi. vnde Eccle. 10. Quid superbis terra & cinis? & Hierē. 2. Vide quàm vilis & abominabilis facta es. Ideo Ecclesia volens Christiani præscindere occasionem superbiæ & materiam humilitatis ministrare, ordinauit et in principio quadragesimæ capitibus eorum imponerentur cineres, dicendo, Memento homo quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Ideo age pœnitentiam de peccatis tuis. Sicut enim gloriosus in rota sua pauo, videndo sordidos ac puluerulentos pedes humiliatur & demittit rotam suam, Sic homo pulueres in quos resolui debet consyderans, habet occasionem se humiliandi, & demittendi rotam superbiæ & elationis. Retrahit etiam ab omnium malorum radice cupiditate & auaritia. Nemo enim cupidus debet se indebite & immoderate onerare rebus, quas in domum suam deferre vel deferri facere non potest, & quibus scit se in porta ciuitatis spoliandum, & pro eis puniendum. Sed sic est de rebus huius mundi. Igitur &c. D enim Ber. dicit, Mirabilem ianitorem (scilicet mortem in exitu) posuit mundus, qui nihil suum secum trahere permittit. Et Psalm. Diues cum dormierit non sumet omnia, neque descendent cum eo gloria eius. & alibi, Dormierunt somnum suum omnes viri diuitiarum, & nihil inuenerunt in manibus suis. & Iob. 1. dicebat, Nudus egressus sum ex vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. & Apostolus, Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quòd nec aliquid auferre possumus. Ideo omnia arbitrabatur tanquam stercora. Et D. Hier. dicebat, Facile contemnit omnia qui cogitat se moriturum. Retrahit pariter concupiscentia & carnis desideriis ac voluptatibus. Vnde D. Grego. Non potest melius domari caro viua, quam cogitando qualis erit mortua, & Seneca in lib. de Moribus, Libidinis incentiuum continebis si exitum cogitaueris. Retrahit insuper & generaliter ab omnibus alus vitii & peccatis. vnde Eccle 7. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. ¶ Secundo mortis memoria inducit ad pœnitentiam. Vnde Ezechias cum audisset Esā. dicentem sibi, Dispone domui tuæ, quia morieris, & non viues. Fleuit, & conuersus ad parietem, egit pœnitentiam. Et. Niniuitæ audientes Ionā dicentem, Adhuc. 40 dies & Niniue subuertetur, mirabilē egerunt pœnitētiā. In viris patrū legimus quòd quidā interrogauit abbatē Amonem, quō peccata sua flere, & de eis pœnitere posset, respondit, Talem fac cogitationem tuam, qualem faciunt prauenti de criminibus, qui detinentur in vinculis. Illi nanque interrogāt, vbi est iudex? & quando veniet? cogitant quid fecerint, & qualiter responderunt & in ipsa expectatione pœnarum suarum plorant causas applicatio est facilis. B 247
Hester. 4 ¶ Tertio mortis memoria exterius protestata inducit Deum ad clementiam, & placat eius iram. Vnde legimus de viris Bethuliæ obsessis ab Holoferne, quod præcincti saccis habentes cinere super capita sua, offerebant sacrificia, & placatus Dominus

Margin notes: Memoria mortis vtilitates. — 1. Timo. 6 — Esa. 38. — A 247

minus liberauit eos &.3 Regum.21.dicitur de Achab, quòd quum audisset sermones Domini, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitque, & dormiuit in sacco,& ambulauit demisso capite, & factus est sermo Domini ad Heliam Tesbitem dicens, Nonne vidisti Achab humiliatum coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. Ideo Psal.dicebat, Cinerem (hoc est mortis recordationem) tanquam panem manducabam. Et Christus pœnitentiam in cinere,& cilicio laudauit, Matth.11. dicens, Olim in cinere & cilicio pœnitentiam egissent. Et quum pœnitentia multa bona opera includat, consequens est quòd mortis memoria & recordatio sit ad bonorum operum vigilantiam excitatiua. Eam ob rem veri Christiani debent tali recordationi insistere, & cauere a quatuor impedimentis huiusmodi recordationem impedientibus, quæ secūdum contemplatiuos, dicuntur quatuor portitores pertrahentes cursu velocissimo ad sepulturam inferni peccatores, quos stare iussit Christus in suscitatione adolescentis filii viduæ. ¶ Primum impedimentum & primus portitor est præsumptio diuinæ misericordiæ. Quidam enim,& maximè Lutherani, solam diuinam misericordiam & bonitatem considerantes, aliquibus sacris scripturæ passibus male intellectis inhærentes, temerariè præsumunt se omni tempore & instanti, etiam in morte, absque *Luc. 7. 4. Quatuor portitores peccatorum ad sepulturam inferni.*

C 247 sacramento pœnitentiæ misericordiam consequuturos, & sic negligunt mortis memoriam,& omnium virtutum operationes, inspirationes, exempla, & monitiones. Hi plurimum decipiuntur. quia dominus non solum bonus & misericors est, sed etiam iustus. Vnde Psalm. Iustus dominus,& iustitias dilexit.& contemnentes sanctas inspirationes & monitiones acriter punit. Vnde Apostolus, An diuitias bonitatis eius patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei te ad pœnitentiam inducit? Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicii dei. ¶ Secundum impedimentum & secundus portitor est, Spes longæ vitæ. Multi enim sunt iuuenes, qui arbitrantur se diu victuros, et in fine dierum pœnitentiam acturos, & interim inuadit eos mors, & descendunt in infernum viuentes. Sunt etiam aliqui senes, qui putant se quasi immortales, & licet efficiantur infirmi, non cogitant de morte. Interim incidunt in frenesim,& moriuntur in peccatis, quia non aduertent, donec se reperiant in inferno.de talibus Salomon, Quia vocaui,& renuisti, extendi manum meam,& nemo fuit qui aspiceret.despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & quum vobis id quod timebatis aduenerit, quum irruerit repentina calamitas,& interitus quasi tempestas ingruerit. & D. August. Hac animaduersione punitur peccator, vt qui cum viueret oblitus est Dei, dum moritur, obliuiscatur sui. Nam vt dicit Psal Non est in morte, qui memor sit tui. Et Ecclesi.5. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim venit ira illius, & in tempore vindictæ disperdet tè. Ecclesi 38.in persona cuiuslibet defuncti, Mihi heri, & tibi hodie, scilicet imminet iudicium. Sapiens ibi comparat vitam hominis, dici, quæ parum durat, & citò labitur, neque semper permittit Deus hominem venire vsque ad finem diei, ad quem venire quis posset secundum cursum naturæ. Vnde dicebat Ezechias, De mane vsque ad vesperam finies me. ideo Christus, Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, &c. Videmus multo plures iuuenes mori quam senes. hæc sola experientia deberet terrere nos, D. Bernardus dicit, Qui promisit tibi veniam daturum, non spopondit tibi diem crastinum, imo nec horam, &c. Ideo non est confidendum in illa vana spe longæ vitæ, quam Sapiens vocat repromissionem, nequissimam & fallacem. *Rom. 2. Spes longæ vitæ periculosa. Prou. 1. Esa. 38. Mat. 24.*

D 247 ¶ Tertium impedimentum & tertius portitor est mala societas. Heu quot decepit iste? Quot sunt hodie in inferno, qui essent nunc eleuati in paradiso, nisi fuissent male societates? Quot videmus viros perditos & mulieres abominabiles propter malas societates? profecto innumerabiles. Psal.dicebat, Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris et Eccl.13. Qui tetigerit picem. inquinabitur ab ea. Ideo Salomon, Fili mi si te lactauerint peccatores, ne acquiescas *Societas malorum cauenda. Prou. 1.*

eis. Si dixerint, Veni sortem mitte nobiscum, ne ambules cum eis. prohibe pedũ tuũ a semitis eorum, pedes enim illorum in malum currunt. Et nisi caueas, inuoluẽt te. Notandum est iuuenibus commune dictum, Talis ponit culicẽ in aure, qui non auferet eam. Talis ponet te in luto & periculo, qui relinquet te ibi. Talis ponet te in infernum, qui non liberabit te. Ideo Christus monebat fugere malas societates, dicens, Si oculus tuus scandalizat te, vade, & proiice eũ abs te, &c. Et Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrẽ suum & matrem suam, &c. quando scilicet inducũt ad malum. ¶ Quartum impedimentum siue quartus portior est mala consuetudo, quæ etiam multos illaqueat. Quia consuetudo quodam modo vertitur in naturam, & dicitur altera natura D. Thom. recitat Iuliũ Cæsarem in lib. de bel. gal. dicentẽ quod olim apud Germanos ex mala consuetudine furtum nõ reputabatur iniquum. Mulier proba si incidat in adulterium, quam primũ cecidit, cor eius tremit & palpitat, cum autem secundò, minus si tertio adhuc minus, si quartò & amplius, delectatur, tandem iactat se & efficitur de numero illorum, qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis Tales sunt similes auibus applicantibus ad cãpanile, quæ quum primò audiunt campanas, timent, secundò non tantũ, tertiò appropinquãt, & deinde super eas ascendunt & stercorisant. Idem faciunt circa formidines in agris seminatis appositas, &c. Vnde D. Chrys. dicit, Peccatum consuetudine vilescit, & quasi nihil sit putrescit. Tales timere deberent, quia vix resurgunt, iuxta illud, Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit. & Prouer. 22. Adolescens iuxta viam suam graditur, & cum senuerit, non recedet ab ea & Hiere. 13. Si potest Aethiops mutare pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Tales consuetudinarii põdere peccatorum labũtur de peccato in peccatum sicut situla cadit in puteum, cathena ferrea paulatim tracta, & sicut mola a supercilio montis paulatim impulsa. vnde D. Greg Peccatum quod mox per pœnitentiam non deletur, suo pondere ad aliud trahit. Ideo quilibet quam primum sentit se tali pondere grauatum, conari debet ad exonerationem. quod facilitet faciet, si ad mortem dirigat mentis intuitum, &c. C 246

Mat. 5. *1.2. q. 94. art. 4.* *Consuetudo mala noxia et periculosa.* *Prou. 2.* *Prou. 18.* *Mala assuetis quid accidat.*

Ver. 3. *De timore mortis.*

CVM timor sit de malo futuro opposito bono dilecto, sequitur quòd secũdum diuersas dilectiones boni sit diuersus timor mali oppositi. Sed vita corporalis, cui mors opponitur, tribus modis diligitur scilicet naturaliter, virtuose, & vitiose. Ideo triplex est timor mortis. ¶ Primus est naturalis, qui procedit ab amore naturali, quo quilibet diligit vitam suam, prout vnaquæque res naturaliter appetit conseruationem sui esse, & resistit contrariis quantum potest. Et hic quantum est de se quum sit naturalis, non est bonus neque malus. Hoc timore Apostoli mortem timuerunt. vnde Rom. 8. dicitur, Scimus quod omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc. Non solum autem illa, sed et nos ipsi primitias spiritus habentes, et ipsi intra nos gemimus, nolentes spoliari, superuestiri, vt dicitur. 2. Cor. 5. & non solum sancti Apostoli, sed et ipse Christus secundum portionem inferiorem siue partem sensitiuam. Cum enim intrasset hortum Oliueti, cœpit tædere & pauere. vnde eius voluntas vt natura aduocata sensualitatis, petebat, Pater si fieri potest, transeat a me calix iste. ¶ Secundus timor est ordinatus et virtuosus, quo aliqui timent se non fecisse sufficientem pœnitentiam, & propter hunc timorem quærunt media prolongãdi vitam, ad faciendam maiorem pœnitentiam, vel amplius merendum et proficiendũ reipublicæ, vt D. Paulus qui optabat, pro fratribus anathema (hoc est sic paratus) esse a Christo, cui desiderabat coniungi Timor etiã mortis ex periculis et insultibus dæmonũ, dummodo timens non diffidat de bonitate aut misericordia diuina nõ est malus, cũ nõ procedat ex infidelitate aut desperatione, sed ex cõsideratione peccatorũ et indignitatis. Hic timor stimulat ad pœnitentiã et ad debitam præparationem, et ad accipienda arma, quibus nos defendamus contra pericula. Ideo est bonus et laudabilis nec est aliquis adeò iustus qui non habeat occasionem hic timendi, et se præparandi. Quia licet quilibet Christianus qui verã fecit pœnitentiam, et munitus est D 246

Timor triplex. *Mar. 14.* *Timor mortis ordinatus ũde procedit.* *Rom. 9.* *Boni in morte habẽt et causam timendi.*

tûs est sacramentis ecclesiæ, quadam coniectura morali, possit iudicare & credere & sperare se esse saluandum, nihilominus tamen ex incertitudine an ex parte sui fecerit id ad quod tenetur, & sic propter dist. ictum iudicium, quod in morte erit, habet occasionem timoris. ¶ Tertius timor mortis corporalis est inordinatus, & vitiosus, qui scilicet prodit ex amore inordinato vitę corporalis, & bonorum huius seculi, quibus in morte spoliamur. Sunt enim a'i qui qui sic timent priuari bonis quod nullo modo cogitare volunt de morte neque aliquid de ea audire, vellentque sẽper manere in hoc seculo, quasi non esset alia paradisus, n'si mundus. Talis timor ex inordinato amore bonorum temporalium procedens, est malus, & causa multorum malorum, & tandem excęcationis, ut dictum est cum de timore mundano ageretur: *Timor vetis inordinatus unde procedit.*

¶ Sed difficultas est an simpliciter & absolute mors sit timenda, & an timor mortis sit persuadẽdus. Hæc difficultas per duas propositiones enucleatur. Prima propositio est, quod quãuis mors corporalis aliquo modo sit timenda etiam bonis, nõ tamen simpliciter & absolute, sed potius amanda & optanda, propter multa bona quæ secũ affert & singulariter tria. ¶ Primo enim liberat ab omnibus morbis & miseriis ac calamitatibus corporalibus. Non est melior medicina corporalis in mũdo quã mors. Quia quantumcunque medicinæ corporales curent ad tempus & incomplete!, non tamen complete & perfecte ac perpetuo. Nam (vt Iob dicit) Homo natus per mulie re, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Nunc est lætus, nunc tristis, nunc æger nunc sanus, nunc cal dus, nunc frigidus, nunc pauper, nunc diues, nunc in breui quiete & tranquillitate, nunc in solicitudine, &c. Sed mors ab omnibus his perpetuo *An mors sit simpliciter timenda.* *Qua bona mors offerat bonis:*

A liberat Ideo magnum bonum nobis affert. vnde Aposto. Rom 7. dicebat, Infœlix
248 homo quis me liberabit a corpore mortis huius? per mortem autem boni ab omnibus afflictionibus corporalibus & temporalibus perpetuo liberantur. vnde Apoc. 19. Absterget Deus omnem lachrymã ab oculis sanctorũ, & iam nõ erit amplius neque luctus, neque clamor, neq; dolor erit vltra. Et Apoc. 7. Non esurient neq; sitient amplius, neque cadet super illos sol neque vllus ęstus

¶ Secundo mors liberat a tẽtationibus & periculis peccatorum, & reatibus pœnarũ Quandiu.n sumus in hoc mundo, sumus in tali periculo spirituali, in quali sunt milites in bello corporali, quãdo habent pugnare contra fortiores, & astutiores. vnde Apost. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem (scilicet solum) sed aduersus principes & potestates aduersus mundi rectores tenebrarum harum. cõtra spiritualia nequitiæ in cœlestibus & D. Aug. dicit, Versutus est hostis, & habet mille nocendi modos & Iob. 4. Non est potestas super terram quæ ei valeat comparari. In hoc mundo uia est adeo lubrica, & tot ac tantæ sunt peccatorum occasiones, quot pauci sunt qui omnino caueant a peccatis. Vnde Prou. 24. Septies in die cadit iustus & 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum nõ habemus, ipsi nos seducimus & ueritas in nobis non est. & Iacob 3 In multis offendimus omnes. Aliqui optant diu uiuere cũ sunt infirmi, ut pœnitentiam agere possint, quibus melius esset quod morerentur, quia quando releuantur ad infirmitate, peiore fiunt, et quanto magis procedunt, tanto magis se illaqueant et onerant peccatis, et finaliter damnantur, Sed mors ab omnibus illis periculis liberat, post mortem enim boni nullas patientur tentationes aut pœnas. ¶ Tertio mors liberat a carcere, & introducit in regnum cœleste æternum. Qui enim liberantur a vinculis, & eleuantur ad dignitates, habent occasionem lætitiæ, In hac vita mortali sumus in carcere et vinculis, corporis mortalis, quod aggrauat animam, & impedit introitum regni, quia, ut dixit Deus Mosi, Non videbit me homo, et uiuet, scilicet hac uita mortali. Per mortem autem, si sumus bene dispositi, ab hoc carcere liberamur, & introducimur in regnum cœleste, in quo sunt diuitiæ, gloria, gaudium lætitia, et omnium bonorũ perfecta possessio. *Ephe. 6.* *Sap. 9.* *Exod. 32.* *Psal. 141* *Mors sanctorum cur dicitur natiuitas.*

B Ideo debemus eam desiderare cum Psalm. qui dicebat, Educ de carcere, scilicet
248 corporis, animam meam, ad confitendum nomini tuo Domine. & Apostolus Philip. 1. Desiderium habens dissolui et esse cum Christo. Propter hanc eductionem et introductionem mors Sanctorum dicitur natiuitas, quia quemadmodũ puer

In natiuitate egreditur a paruo loco, & uenit in magnum spacium huius mundi sic sancti in morte egrediuntur a paruo loco huius mundi, & ueniunt ad amplissimum locum Paradisi. de hoc Baruch. 3. O Israel quam magnam est domus Dei, & ingens locus possessionis eius magnus, & non habet finem, excelsus, & immensus. Si ampliora bona quæ mors secum affert, scire desideras, uide apud D. Ambr. in lib. de bono mortis. Propter huiusmodi liberationem malorum, & adductionem malorum, Mors bonorum dicitur preciosa unde Psal. Preciosa in conspectu Domini mors sanctorū eius. Si esset aliquis lapis qui sanaret omnes infirmitatis, &c. reputaretur præciosus, & quilibet ipsum desideraret. A fortiori mortem corporalem, &c. Ideo non est timenda, sed potius amanda & desideranda. cum, in ea ultra prædicta bona consolentur ab angelis portantibus eas in paradisum, ac etiam a Christo, qui ut D. Greg. ait, solet bonis in morte apparere, ut de beata Martha & aliis multis legimus: Ex quo sequitur quod timor mortis corporalis non est persuadendus bonis et iustis, sed potius dissuadendus. ¶ Secunda propositio est, ꝙ mors corporalis est ualde timenda malis propter multa mala quæ secum affert, unde uersus, Mille modis læti miseros mors vna fatigat Primo. n priuat bonis temporalibus, quibus mundani plurimū affecti sunt, & tamen nil eorum secum morientes auferre possunt. Secundo mors priuat malos voluptatibus & deliciis corporalibus quas summe diligunt & prosequuntur, Tertio adfert dolores corporales, qui proueniunt ex qualitatibus contrariis disconuenientibus, & ex separatione animæ a corpore, quæ tanto est acrior, quanto nexus & amor unionis est amabilior. sed non potest inueniri maior, arctior, siue, amabilior copula siue vnio, quam animæ & corporis unde Iob. 1. Pellem pro pelle, & omnia quæ habet homo dabit pro anima sua, scilicet seruanda in corpore. Ideo propter huiusmodi bonorum amissionem ac separationem, in qua omnia corporis membra venæ, nerui, & ossa, supra quam dici potest torquentur. Philosophus dicit quod omnium terribilium terribilissimum est mors, sed amplius malis auaris, & voluptuosis. Vnde Eccle. 41. O mors quam amara est memoria tua homini habenti pacē cū substantiis suis? Additur huiusmodi doloribus mundanorum siue mundo deditorū infestatio, videlicet vxoris, filiorum, propinquorum, amicorum, famulorum, creditorum querula instantia atque solicitudo, quę aliquando maior est quam animæ. Allegant obsequia, paupertatem suam, instant testamentum fieri uel mutari, quilibet rogat sibi aliquid dari uel legari de anima uero agonizantis nō curāt. Sed si hęc sola forent tolerabilis esse posset mors. Verum cum inducat ad intollerabilia, & æterna tormenta, quis tolerare poterit? unde Esa. 33. Quis de uobis stare poterit cum igne deuorāte? aut quis habitabit cum ardoribus sempiternis? Eam ob rem Psal. uocat peccatorum mortem pessimam. Ex quo sequitur quod præsumptuosis & mundo ac delitiis affectis, quia se sic securos putār, ac si semper hic uiuere deberent, & de morte nō curāt, bonaq; opa negligūt, & in peccatis perseuerant, proponendus & persuadēdus est timor mortis, & exaggeranda mala eis parata, breuitas vitę, mortis incertitudo, bonorum priuatio, tormentorum inductio, imprimendū est illis illud verbū christi, Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animæ uero suę detrimentū patiatur? inculcāda est historia de illo diuite, qui dicebat, Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos. Requiesce, comede, epulare. Dixit aūt illi Deus, Stulte hac nocte animā tuā repetent a te (scilicet dæmones) quæ aūt parasti, cuius erūt? Sic est qui sibi thesaurizat (scilicet voluptates prosequendo, & bona temporalia indebite acquirendo uel retinendo) & non est in deum diues. Hæc enim & similia retrahere poterunt ab inordinato huius seculi amore, & inducere ad diligentem præparationem ad mortem suscipiendam de qua nobis dicendum est.

Infestatio mundanorū quid sit.

Luc. 12.

C 248

D 248

Ver 4. De præparatione ad mortem.

PLVRES Sunt rationes & motiua quęlibet inducentia ad se diligēter, omni cura omni quoque studio præparandum ad mortem. Inter alia autem sunt quatuor principalia non omittenda.

¶ Primum est supremi Domini aduentus. Videmus experimento quod in aduētu

principis

principis temporalis populus se diligenter præparat ad eum reuerenter ac honorifice recipiendũ. Et si auisati & præmoniti non se præpararent, rex haberet eos pro inimicis, & disperderet eos. A fortiori vnusquisq; debet se præparare in occursu in aduentus Dei viuentis, qui est rex regum, & Dominus dominantium, qui venit ad quemlibet in hora mortis. de quo aduentu nos præmonuit per scripturas Prophetarum, Euangelistarum, & Apostolorum. vnde Amos. 4. Præparare in occursum domini Dei tui Israel. & Luc. 12. Sint lumbi vestri præcincti, & uos similes hominibus expectantibus dominum suum, &c Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. Et per oppositum, qui non se præparabũt censequuntur inimici & contemptores. Ideo disperdet illos in aduentu suo. *Quatuor motiua ad præparatio nem mortis.*

¶Secundum motiuum est tremendum Dei iudicium Præuẽti enim & accusati de criminibus in iudicio, maxime quando habent partes & accusatores potẽtes & astutos, & sciunt iudicem appropinquare, diligenter præparant defensiones suas, faciũt visitare processum, & excusare vel alleuiare defectum suos, alias sunt in periculo succumbendi, & luendi pœnas. Sed sic est quòd quilibet nostrum est præuentus & accusatus tanquam reus, coram diuina iustitia. quia (vt D. Iaco. 3. dicit) in multis offendimus omnes. &. 1. Io. 1. Si dixerimus, &c. Accusator noster potens astutus, & cautelosus, est diabolus, qui (vt dicitur Apoc. 12.) est accusator fratrum, qui accusat eos ante conspectum Dei die ac nocte. Deus veniet in morte ad iudicium. vnde Apostolus dicit, Statutum est hominibus semel mori. & post hoc, iudicium. Ideo cum deus sit iustus, necesse est nos ante mortem præparare, & visitare, ac reuidere processum conscientiæ nostræ parere defensiones, & habere excusationes, quas pœnitentia ministrabit, alias incidemus in honorrẽdum Dei iudicium & condemnationẽ Ideo Ec cle. 18. dicitur, Ante iudicium interroga teipsum & in conspectu Dei inuenies propitiationem. *Heb. 9.*

E
248

¶Tertium motiuũ est redditio computorũ Videmus quod thesaurarii principũ, diffamati de mala administratione, cum habent reddere rationẽ principi de administratis, sunt bene soliciti, uident & reuident & præparant computa. Alias si non habeant computa bene ordinata, & cedulas expositorum condemnantur tanquam latrones, ad patibulũ, vt vidimus tẽporibus nostris. Sed sic est quod quilibet nostrum est thesaurarius & dispensator bonorum summi principis Dei, iuxta illud, Sic nos existimet homo ut ministros Christi, dispensatores aũt ministeriorum Dei. Et pauci sunt qui non prodige exposuerint, & quin diffamati fuerint apud deũ, de mala administratione. Hora mortis est assignata ad redditionẽ computorũ, & in ea dicetur cuilibet, Redde rationẽ vicillati tuæ, quia non poterit amplius uillicare. Illi qui nescient reddere computum de administratione, et ostendere cedulas et quitantias ministrorum Ecclesiæ, qui in sacramento pœnitentiæ dicunt. Ego te absoluo, condemnabuntur ad patibulũ inferni, Ideo, &c. ¶Quartum motiuũ est arduũ ac periculosum in morte ingruens bellũ. Videmus experimento quod capitanei & milites qñ ingruit periculosum bellũ, aduersariis fortioribus existentibus, disponũt & præparãt se, faciunt reparare arma, obseruant vigilias noctis, nihil est incircunspectũ, ut cum audierint sonitum tympani, bene muniti et ordinati procedãt. Sed sic est quod nos in hac mortali vita sumus semper in bello periculoso, ut dictum est, et (ut D. Antonius dicebat) Dæmonũ nostis insidias, paratos ad supplantandum habemus inimicos, qui (ut D. Petrus ait) Circuũt quærentes quem deuorent. In sanitate utuntur mediis placidis et delectabilibus planditiis et deliciis, sed in morte, omni studio conatu, instantia, et impetu, ut crudeles tyranni, feruntur ad aggrediendum paupere animam destitutam uiribus corporis, absque cuius dispositione operationes suas perfecte exercere non põt. Aliquando conuocato exercitu astant animæ exituræ apparentes sub terribilibus figuris in corporibus assumptis, aut speciebus illarum in fantasia, procurantis. ¶Comparent aũt in exitu tam bonorũ quam malorum, duplici ratione. Primo, ut uideant si aliquid in anima egredienre habeant. Vnde D. Martinus dicebat, Quid hic astas cruenta bestia? Nihil in me funestum reperies Nec mirum *1. Cor. 4. Luc. 6.* *Cur dæmones in morte compareant.*

F
248

rū si cōparent in morte sanctorum, quum etiam uenerint ad Christū vnde Ioa. 14. Venit ad me princeps mundi huius, & in me nō habet quicquam, nullum igitur dubium esse debet, quin quod ausus est in dominum, audeat in seruos. Secundo comparent vt omnes vires suas exerceant ad victoriam habendam in morte, quum in ea sit extremus conflictus, cuius euentu speratur vel æternus trimphus, vel nota sempiterna, Post mortem enim non est amplius pugna, sed remuneratio. Ideo omnibus viribus conantur in hora mortis vincere. Vnde Gen. 3. Tu insidiaberis calcaneo eius sunt enim dęmones sicut latrones, qui insidiantur transeuntibus, eosq; aggrediuntur tempore & loco maxime periculoso. Si igitur (ut Apostolus dicit) Qui in agone, scilicet temporali, contendunt, ab omnibus se abstinēt, & (ut videmus) diligēter se præparant & muniunt, Illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant. A fortiori Christiani ab omnibus nociuis & peccatis abstinere debent, & omni cura et solicitudine se præparare & munire debēt, ut cum audierint sonitum tympani mortis, qui est grauis infirmitas, sint præsto & parati ad tantum prælium, in quo non est quæstio de rebus caducis aut temporalibus, sed de perditione aut lucro regni æterni, & de salute aut damnatione animæ, de summa felicitate obtinenda, aut pœna æterna incurrenda.

Demones insidiātur homini in morte.

Ver. 5. *De modo se præparandi ad mortem.*

Præparatio ad mortem quę cōplectatur.

MODVS se præparādi ad mortem multa requirit & complectitur. ¶ Primum & principale est bene, & uirtuose viuere, secundum regulam rectæ rationis, seruando mandata & præcepta Dei & Ecclesiæ, ac aliorum superiorum. unde Christus, Si vis ad uitam ingredi, serua mandat. Dicitur communiter, Qualis uita, talis & finis, siue exitus & mors. & Eccl. 12 dicitur, Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ. Et antequam ueniant dies afflictionis tuæ. & Tren. 3. dicitur, Bonum est uiro cum portauerit iugum Domini ab adolescentia sua. Consuetudo enim est altera natura. & ideo qui consueuerunt in uita resistere tentationibus, & euadere pericula et insidias demonum, faciliter etiam euadent in morte. Si tamen aliquando ex fragilitate, aut alias errare & labi in peccatū contingerit, salubre erit consilium, ut dum uiuimus & ualemus, conscientiam nostram per diligentem examinationem, & feruentem contritionem, & synceram sacramentalem confessionem, et integram satisfactionem, quantum humana fragilitas patitur, discutiamus, et quicquid inuenerimus offensiuum Dei, amputemus et abiiciamus, ut cum morbus ad Dei tribunal nos protrudet, Dei inueniamus propitiationem. Cum autem omnis dies pro ultimo unicuique debeat haberi, et nemo sciat diem aut horam mortis, sequitur quod quotidie prædictam examinationem facere debemus Christus ut nos induceret ad continue uigilandum, et ad nos praparandū dedit similitudinem, Si sciret pater familias qua hora fur uenturus esset, uigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam, etc. et Marc. 13 Sicut homo qui peregre profectus, reliquit domum suam, et dedit seruis suis potestatem, cuiuscunque operis, et ianitori præcepit ut uigilet. Vigilate ergo, nescitis enim quando Dominus ueniat, sero, an media nocte, an in galli cantu, an mane, ne quum uenerit repente, inueniat uos dormientes. Optimum ergo consilium est, ut quisque priusquam se somno tradat conscientiam suam diligenter excutiat, et si aliquod crimen a se eo die commissum deprehenderit, detestetur, contecatur lachrymisq; a Deo ueniam postulet, et implorata ope diuina, sumat firmum confitendi, satisfaciendi, ac correctioris uitæ propositium. Nemo. n. se tradens somno, certus est an expergiscetur. Magnum enim periculum est in eo statu obdormire, in quo periculum est mortem somni germanam nos posse opprimere. Tantū periculum bræuissima cogitationes licet effugere. Hoc ergo quotidie ante Deū agāus. Ante sacerdotē uero eius uicariū, ter aut sæpius in anno syncera confessione purgare conscientiam plurimum affert tranquillitatis, facietque ut morientem non torqueat anxietas conscientiam examinandi. Quia si morbus præ occupauerit, tunc res est cum morbo, qui nihil aliud agi finit, nisi cum medicis, cum uxore, liberis, hæredibus, creditoribus, famulis, amicis, et inimicis. Propter eandem auxietatem uitandam

Mat. 24.

Optimum consilium.

A 249

B 249

tandam præstat his qui temporalia possident, in bona valetudine testamentum condere, & domui suæ prouidere, ne eorum negligentia in diuidendis bonis nascantur inter fratres, & affines contentiones, & rixæ, relinquaturq; posteris litium aut rapi næ materia. Nam complures morbi sunt eius generis, ut non dent spatium super his statuendi quare a debitis, & obsequiis frustrantur nonnullis, & hæreditas ad indignos proueniens est causa ruinæ illorum.

¶Secundum requisitum est frequens mortis memoria, & recordatio, quam Christus se habuisse pluribus in locis declarauit, cum ex abundantia cordis os loquatur, & sepissime de illa locutus fuerit, vt Ioan. 3. & 8. & aliqui loquendo de exaltatione serpentis a Moyse in deserto, & Luc. 18. Ecce ascendimus, &c. *Mat. 12*

¶Tertiũ requisitũ est humilis, & deuota oratio, qua assidue aures diuinæ clementiæ pulsare debemus, vt nobis gratiam debite præparandi ad mortem concedere, & a subita, & improuisa morte preseruare dignetur, vnde ecclesia in letaniis precatur, a subita & improuisa morte libera nos domine ¶ Nec sequendus est in hoc Erasmus, qui ridet hanc ecclesiæ orationem, magis ipse ridendus, qui nulla ratione fultus, multis verbis contra prædictam orationem instat, terminos ecclesię contra eius intentionem, & rectam significationem detorquens, ac si ecclesia pro subitanea, & improuisa morte intelligeret, & præcaretur ab improuisa, & impræmonita morte, quod tamen *A subita, et improuisa morte liberari orãdum.*

C procul est ab intentione ecclesiæ. Euidens enim est omnes esse præmonitos semel

249 mori, vltra scripturas experientia mortem sępissime ingerit sensibus. Sed quã plurimi sunt qui ad illas præmonitiones, & præuisiones se non præparant, & mors repentina eos improuisos, & impræparatos reperit, vt habetur Prouer. 1. vocaui, & renuistis, &c. Licet enim paratis dispositis nulla mors possit esse mala quantuncumq; subita aut repentina, vnde Sap. 4. dicitur, Iustus si præoccupatus fuerit, in refrigerio erit Pręmonitis tamen, & se pręparare negligentibus, mors subita improuisa est, quia eos improuisos reperit. Quare, qui precatur liberari ab improuisa morte, nihil aliud precatur, quàm, vt Deus dignetur deprecanti gratiam dare se præparãdi ante mortẽ, & præseruandi a mortis periculis, & ne succũbat tentationibus dæmonis. Si igitur sã cte oratur pro finali perseuerantia in bonum, & ne inducamur in tentationem, sic ẽt licite oratur vt liberemus a subitanea, & improuisa morte. vnde Psal. 12. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum, & ea quæ sequuntur in prædicto psalmo idem postulant.

¶Quartũ requisitum est, ut ab initio morbi aduocetur sacerdos, cui infirmus cũ cordis contritione syncere confiteatur, & ad eius iudicium satisfaciat, ne cõfessio, & satisfactio ingrauescente morbo (vt sæpe cõtingit) vel omittatur, vel timore mortis, & non filiali amore perficiatur. Petantur humiliter, & deuote suscipiantur sacramenta eucharistiæ, & extremę vnctionis, quæ magnum præbent robur spirituale homini viribus corporeis destituto. Hæc timorem inimicorum expellunt. vnde Psal. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecũ es. Quòd si prædicta sacramenta actu haberi, non possint, aut propter absentiam, & distantiã, presbyteri, aut aliquid huiusmodi, habeantur, in voto seu desiderio, oreturque Deus, qui non alligauit virtutem suam sacramentis, vt misericorditer dignetur illorum effectum conferre Aduocentur etiam, si fieri potest viri probi, deuoti religiosi, ac docti, & sueti consolari agonizantes, qui agonizantem iuuent, & confortent monitionibus, adhortationibus & orationibus. Sic enim fiet, vt his adiutus secure ad portum salutis peruenire possit. ¶ Non debent tamen desperare, qui prædictum præparationis modum, & ignorantia aut negligentia aut quauis alia causa pręter miserint. Me *Psal. 22.* *Consolatio impræparatorum.*

D minisse enim eos oportet voluntatũ hominis vsq; ad mortẽ esse deambulatoriã atq;

249 mutabilem, & cũ dei auxilio (quod nemini ad ipsum debite recurrẽti denegatur) posse peccata deserere & detestari, conariq; ad implorãdam diuinam misericordiã, quæ tanta est, vt quacunque hora ante mortem, & exitum animæ a corpore, peccator ingemuerit, omnium iniquitatum sua non recordetur. Ponendum est ob oculos exemplum boni latronis Omnia mundana, & temporalia abiiciantur a memoria, tota fiducia

dolores permittit, ut a grauioribus liberet iuxta illud, Diligentibus Deum, omnia Rom. 8
cooperantur in bonum. Patientia Christi, qui peccatum non fecit, & qui absque cõparatione multo maiores dolores pro nobis sustinuit, ob oculos proponenda est. Si Christus ergo tot & tanta, &c. a fortiori nos qui sumus peccatores, qui multo maiora meruimus, quam patiamur, debemus patienter sustinere quæ nobis ad bonũ nostrum mittit Deus. Vnde Apost. Heb. 12. Recogitate eum qui talẽ sustinuit a peccatoribus contradictionem, ut non fatigemini animis uestris deficientes. D. etiã Gregorius dicebat, Si passio Christi ad memoriam reuocetur, nihil adeo amarum est, quod non æquo animo toleretur. Confert ad consolandum tales adducere exempla sanctorum, maxime Iob, qui spoliatus omnibus bonis, & percussus vlcere pessimo, ita ut a planta pedis vsque ad uerticem capitis non esset in eo sanitas, dicebat, Iob. 6.
Hæc mihi consolatio, ut affligens me dolore, non parcat, ne contradicam sermonibus sancti Et. D. Aug. precabatur dicẽs, Hic vre, hic seca, vt in æternum parcas. Martyrum tormenta patienter accepta recitare non erit inutile. Proponenda est etiam Rom. 8.
æterna felicitas, ad quam non nisi per mortem possumus peruenire. Vnde Apost. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam; quæ reuelabitur in nobis. Plurimæ aliæ cuilibet se in tali opere misericordiæ exercenti, occurrent rationes & motiua consolationis, quæ (ut Dominus inspirauerit) deduci poterunt.

A

350 ¶Si uero agonizans a mundo, siue ab affectionibus mundi agitatus, timore separationis ab eo crucietur (ut nonnunquam iuuenes & auari) consolandi sunt, allegando ea per quæ mundus contemnendus venit, scilicet vanitatem, inutilitatem, instabilitatem, insatiabilitatem, fallaciam, & deceptionem, ac afflictionem spiritus, & pericula innumera quæ in eo sunt. Quæ omnia diffuse prosecutus est Salomon in Ecclesiaste, & Diuus Bernardus in libr. de contemptu mundi. Iob. 1. dicitur, Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miseriis. Nemo sapiens timet exire a miseriis, ergo nec debet timere exire ab hac uita, in qua sunt multo plures miseriæ quam bona. Numerandæ sunt miseriæ communes & principales, & illæ quas infirmus frequentur patitur. Præterea quilibet festinat exire domum ruinosam ne in ea opprimatur. Sed corpus corruptibile est, domus ruinosa, aggrauans animam, iuxta illud. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, igitur quilibet debet desiderare exitum cum Apost. dicente, Desiderium habens dissolui, &c. Declaranda est pariter agonizantibus mortis necessitas & eius incertitudo, de qua D. Bern. Nihil certius morte, nihil incertius hora eius. Morti nullũ præfinitũ est tempus Sine termino debitores sumus. Prudens debitor satagit quam primum potest a debito liberari Sic & nos quũ huic debito simus obnoxii, ad hoc tendere debemus Debitores qui dilationẽ solutionis obnixe petunt, in sui graue incommodum obtinent, Cum igitur debitum mortis negari non possit, ex neglecta solutione rigidus exigitur. Mors. n. dilata minuit multorũ gloriã. Multi. n. in infirmitate sancte & gloriose mortui fuissent, qui articulũ illũ euadentes, ignominiose & perperam obierunt. Alioqui in voluptatibus deprehensi, occisi sunt. Alii in ira & cholera atque vindicta interempti. alii in deordinatis affectionib. catharris, & alis repentinis casibus obierunt, & in æternam gehennã detrusi sunt. Exẽplum contemnendi mundum Christus nobis dedit, dicens, Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Christus uicit mundum, contemnendo ipsum. Sic & nos eius auxilio & exemplo adiuti vincere poterimus D. Ioannes ostendit nobis arma, dicens, Hæc est victoria quæ uincit mundum, fides vestra. Si credamus infallibilem & æternorum bonorum promissionem, & ad illa omni affectu tendamus, nihil est quod nos in hoc mundo remoretur. Hac fide Apostolus etiam vicit mundum; cum omnia eius bona arbitratus est tanquam stercora. Iactandum est omni fiducia cor in domino, & voluntatas nostra voluntati eius (cui nemo resistere potest) conformanda. acceptemus libere, & merebimur quod inuiti cogemur acceptare absque fructu, imo cum demerito. Faciamus de necessitate virtutem. dicamus cum Christo pro nobis agonizante, Non sicut ego uolo

Consolatio contra afflictionem mundi.

Sap. 9:

Notanda ratio.

Mat. 8.

B

350

1. Ioan. 5.

Phil. 3.

volo,sed sicut tu. Non mea, sed tua uoluntas fiat. Hac volitione perfecta perseuerā te protinus cessabit mundi solicitudo,& infestatio Vxor aūt & liberi,amici familiares,& famuli commitantur Deo,qui uestit lilia agri,& pascit volatilia cœli,quæ nō serunt neque nent, neque congregant in horrea, Plures alii fuerunt relicti etiam in maiori necessitate,quib.melius prouidit Deus, quam fecissent parentes si vixissent. Ipse enim est pater principalis,& prouisor vniuersalis, &c. Hæc & alia huiusmodi timorem separationis mundi euellent,& agonizantem consolabuntur.

Dæmones de tribus tētāt in morte.

¶Maxime aūt consolandi, instruendi,& adhortandi sunt agonizantes,circa acerrimos dæmonū insultus,& tentationes quibus pauperem peccatorem instantissime & impetuosissime agrediuntur. Dicunt enim doctores, sanctos viros expertos fuisse, dæmones, tentare agonizantes de tribus, Primo de fide,Sciunt enim fidem esse fundamentum totius spiritualis ædificii,iuxta illud.1.Cor.3. Fundamentū aliud nemo pōt ponere,præter id quod positum est, quod est Christus Iesus, hoc est fides Iesu Christi,ut glo.exponit.& Hebr.11. Fides est substantia sperandarum rerum argumentū non apparentium. Ideo concludit quod sine fide impossibile est placere Deo. Eā ob rem satagunt quam plurimis argumentis ac rationibus sophisticis inducere ad fluctuationem seu vacillationem, ut scilicet non credatur paradisus aut infernus,suadentes omnia quæ sunt fidei & credēda, esse fictitia, & (ut dicunt moderni hæretici)hominum commenta siue inuentiones, Philosophorum rationes ac hæreticorum perplexas quæstiones & scommata circa ea quæ tradit Ecclesia, permiscent, & persuadere tentant, ut ad infiditatem pertrahant,uel saltem ad dubitationem quæ est species infidelitatis,quia (ut dicitur in c.1.extra de hæreticis)dubius in fide,infidelis est. ¶contra hunc insultum, persuadendum est agonizanti, accipere C scutū firmę fidei.vnde Apo. In omnibus sumentes scutū fidei, in quo possitis omnia tela inimici ignea extinguere. vocat fidem scutū,quia sicut per scutum repellun tur tela,ita omnia diaboli sophistica argumenta, & suggestiones extinguntur per fidem,quæ firmiter inhæret reuelatis a Deo, & promissionibus spiritualium & æternorum bonorum in sacra scriptura contentis, & ab ecclesia promulgatis, & maxime quod uult,& potest dare remissionē peccatorum, & in fine paradisum Per hanc firmam inhæsionem habetur victoria.vnde Apost.Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam,adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, hoc est argumenta & suggestiones dæmonum, &c. & Apostoli ac alii sancti,per fidem eiiciebant dæmones a corporibus,a fortiori assistentes repellent. Et D.Petrus, Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit,quærens qué deuoret, cui resistite fortes in fide.&.1. Ioan.5. Hæc est uictoria quæ uincit mundum,fides uestra. Adhortandi sunt ergo agonizantes,ut quamprimum sentiunt suggestiones infidelitatis insurgere, dicant, Credo domine omnibus quæ dignatus es ecclesiæ tuæ per spiritū tuum reuelare. Adiuua incredulitatem, & adauge mihi fidem,qua tibi perpetuo adhærere ualeam. Monendi etiam sunt agonizantes, ut caueant disputare cum diabolo, quia ipse est callidior & astutior, sciens deprauare scripturas. Sed simpliciter credant omnia quæ ecclesia credit. Quemadmodum de quadā fideli muliere legitur, quod cū tentaretur a dęmone, de fide,& interrogaretur quid crederet, respondebat,Credo quod ecclesia credit. Et cum interrogaretur quid crederet ecclesia, respondebat, quod ego credo. & ad omnes suggestiones quas dęmoni contra fidē illi ingerebat,dicebat,Credo quod Ecclesia credit, & sic faciliter uicit illum. Si diabolus urgeat,dicendum cū Ezechia,Domine uim patior,responde pro me. Quid D dicam aut quid respondebo, quum ipse fecerim? Tunc Deus qui non deficit in necessariis,adiuturnus aderit. vnde Aposto. fidelis Deus qui non patietur uos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tētatione prouentum, ut possitis sustinere. & alibi,Omnia possum(etiam inimicos uincere)in eo qui me confortat, & ut dicitur Rom.8.Si Deus pro nobis,qui contra nos? Psal. Adiutorium nostrum in nomine Domini. Optimum consilium est, ut quamprimum morbus inuaserit, ægrotus conteratur & confiteatur, & dicat symbolum fidei, protesteturque quod vult in ea

Consolatio et monitio contra tentationē ac fide.
Ephe. 6.
Heb. 11.
1. Pet. 5.
Mar. 9.
Luc. 17.
Esa. 38.
1. Cor. 10.

ea perseuerare, & quòd si suggestione inimici contingat oppositum imaginari, non intendit vllo modo consentire, nec aliud credere, quam quod ecclesia credit, in cuius fide vult uiuere, & mori. Talis protestatio ei proponenda est, & ad illam monēdus. Proderit primum agonizanti, si assistentes pro fide illius orent, & symbolorū fidei pro eo dicant. Vnde in ordine prædicatorum statutum est, ut quam primum fratres audiunt signum in angonia fratrum pulsari solitum, accedant ad eum festinanter, dicentes pro eo symbolum fidei, vt Dominus fidem illius solidare dignetur. *Mar. ult.* Plurimum etiam conducet allegare, & declarare, quæ de fide sparsa sunt in sacris *2. Tim. 2* literis, prout illud, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, & illud Ioā. 11. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet, & Ioan. 12. Vt qui credit in me, in tenebris non maneat, & Ioā. 8. Qui sequitur me, nō ambulat in tenebris, & Mar. 5. Noli timere, tantummodo crede, quia (vt dicitur Mar. 9.) Omnia possibilia sunt credenti, & 2. Cor. 10 In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium *Heb. 6.* Christi, & Luc. 1. Non est impossibile apud Deum omne verbū, & illud, impossibile est Deum mentiri, quicquid ergo dixit, credendum, & Luc. 10. Noli esse incredulus, sed fidelis, & Ioan. 20. Beati qui non viderunt, & crediderunt, & illud Apoc. 2. Esto fidelis vsq; ad mortē, & dabo tibi coronā vitæ quia (vt dicit Apost. 2. ad Tim. 2.) non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Sunt alii passus inumeri, quos grā *Secūda dæmones tētatio.*
E breuitatis relinquo. ¶ Secundo dæmones tentant agonizantes de spe, & inducere
250 nituntur peccatorem ad desperationem. Obiiciunt enim omnia mala, & peccata commissa ac negligentias, & aggrauant abominationes illorum, & indignationē Dei, & quomodo odio est Deo impius, & impietas eius. Exprobrant ingratitudinē tantorum beneficiorum, quæ deus nobis contulit. Exprobrant etiam sæpissime exhibitam misericordiam, & recidiuationem, & diuturnam in peccatis perseuerantiam. Proponunt inæstimabile redemptionis prçcium a peccatoribus contemptum. *Matt. 12.* Proponūt pariter rigorosam Dei iniustitiam, & horrendum ac terribile eius iudicium, districtamq; rationē requiri etiam de omnibus minimis, de verbis otiosis, &c. quæ in illa hora reddi non poterit. Nam ad tantorum negotiorum discussionem, confessionem, & satisfactionem, tam paruum temporis spatium non sufficit. Concludunt quod si uix iustus sit securus, & vis debitam rationem reddere possit, quomodo peccator consuetudinarius, & inueteratus poterit reddere rationem? Ideo persuadent ægrotanti, impossibile esse pœnitere, & satisfacere, & per consequens, quod desperet de misericordia Dei, & incipiat cantilenam inferni. Maledicta dies in qua natus sum, &c. Propter huiusmodi tentationes, multis peccatoribus consuetudinariis contingit, sicut errantibus in principio itineris, putant ire in unam ciuitatē, & in fine diei inueniunt se in alia plurimum distante, coguntur ibi hospitari, considerantes distantiam. Sic ad propositum, &c. ¶ Contra hunc insultum, & tentationem consolandi, & adhortandi sunt agonizantes, vt accipiant galeam salutis, hoc *Consolatio contra desperationē.* est firmam spem, & fiduciam perueniendi ad beatitudinē ex meritis & gratia atque misericordia Dei. Hæc spes atque fiducia poterit persuaderi ex multis, quæ agonizantibus hac tentatione agitatis proponenda sunt, & declaranda. In primis persuaderi poterit ex fine ad quem nos creauit Deus, quia non ad damnandum, sed saluādum Vnde D. August. dixit, Deus creauit hominem, ut summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, & possidendo frueretur, & Apostol. 1. Timo. 2. Qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qui etiam declaruit per Ezech. 18. quòd nolebat mortem peccatoris, sed ut magis conuerteretur, & uiueret. Vnde dicebat, Quare moriemini? (scilicet æternaliter) Quia nolo mortē peccatoris, cōuertimini, & viuite, scilicet, vita gratiæ, quasi
F diceret, Hæc est uolūtas mea, Hic est finis propter quem vos creaui, Salomō Sap. 1.
250 dicit Quoniam Deus mortem non fecit, nec letatur in perditione uiuorum, imo potius lætatur de vita illorum. Omnis enim artifex amat opus suum, & quantū in ipso est, vult ipsum ad opus perfectum adducere, vt lætetur in eo. Sed deus est creator et artifex, qui specialiter hominem fabricauit ad imaginem, & similitudinē suam, ut de

licius

Sap. 11. licias suas in eo haberet. unde, & pater noster uoluit appellari, & ideo Sapiens dicit, Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti, subiungitq;, Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt domine omnia, qui amas animas, In quo debet filius spē suam, & fiduciam collocare, nisi in parte, qui propter naturalem nexum non potest filium se humiliantem repellere? Cum ergo Deus sit pater sequitur, &c.

¶Secundo potest persuaderi spes, & fiducia in misericordia diuina, ex redemptione generis humani. Dei .n. filius uidens, quod homo a peccato originali, & aliis actualibus non poterat resurgere, nec pro eis satisfacere, quum infinitam exigerent satisfactionem, propter nimiam charitatem qua dilexit nos exinaniuit semetipsum, formā serui accipiens, & habitu humanitatis indui uoluit, ut in ea satisfacere pro peccatis nostris, quod abūde fecit. Vnde Esa. 53. Dolores nostros ipse tulit, & languores nostros ipse portauit, Ipse uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, & D Petrus, Peccata nostra pertulit in corpore suo super lignū. Quomodo ergo tanta sustinuisset, nisi decreuisset nos saluare? Displicet cuilibet amittere ea, quæ magno precio emit, imo si perdiderit, curat recuperare. Sed Christus emit nos precio magno, igitur, &c. Ad hoc insinuandum dixit parabolam de oue perdita, Luc. 15. ¶Tertio spes, & fiducia in misericordia dei potest persuaderi ex promissione, quia promisit nobis ueniam, & remissionem peccatorum. Vnde A

Hiere. 3. per Hiere. dixit, Vulgo dicitur, Si dimiserit uir vxorem suam, &c. sequitur, Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamē reuertere ad me (dicit Dominus) & ego suscipiam te. Et alibi conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos, & Esa. 45. conuertentibus se promisit salutem, dicens, Conuertimini ad me, & salui erritis, & Christum Luc. 24. Quoniam scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiā, & remissionem peccatorū, in omnes gentes, promisit nobiscum esse in tribulatione. Vnde Psal. Cū ipso sum in tribulatione. Licet aliquando ut uideat certamen, non sentiatur eius præsentia, ut de D. Antonio legimus. Promisit etiam refectionem Mat. 11. Venite ad me omnes qui onerati estis (scilicet peccatis) & ego reficiam uos. Promisit etiam regnum cœlorū. Mat. 4. Pœnitentiam agite, appropinquabat regnum cœlorum. Quum ergo ipse sit verax, imo, & veritas ipsa per essentiam, & mentiri non possit, ut dicitur ad Titum. 1 & Heb. 6. sequitur ꝙ tenebit promissum, & per consequens faciet misericordiā, & et

Psal. 144 maxime cum eam super omnia præferat, quandiu sumus in hac Vita mortali. Vnde Psalm. Miserationes eius super omnia opera eius, & Christus, Matth. 12 Si sciretis quid est, Misericordiam uolo, & non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes, & D. Petrus, Qui uocauit nos propria gloria, & uirtute, per quam maxima, &

2. Pet. 1. præciosam nobis promissa donauit, ut per hoc efficiamini diuinę consortes naturæ. Quarto potest persuaderi spes, & fiducia in diuina misericordia, ex electione. Quia coiecturā, & probabilitatem moralem habemus, quod elegerit nos ad vitam æternā ex eo, quod nasci nos fecit, ex fidelibus, & sic nos separauit ab infidelibus, eo etiam, quod iam participes nos fecit suæ passionis per sacramentum baptismi, per quod ascripti sumus in libro sponsæ suæ, hoc est Ecclesiæ, per quam habemus cognitionem infinitæ bonitatis, & misericordiæ diuinæ, & promissionum nobis factarum, si eius mandata seruauerimus. Habemus etiam Ecclesiam, tanquam matrem ualde pro nobis solicitam in administratione sacramentorum, quæ sunt dona cœlestia, & medicinæ contra peccata, & nutrimentum uitæ spiritualis. Est enim adeo solicita, ut assidue fleat pro peccatis nostris, & laboret pro reconciliatione nostra, iuxta illud Iohel. 2. Inter uestibulum, & altare plorabunt sacerdotes, ministri Domini, & dicent, Parce Domine populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium. Filius qui habet patrem clementem, & matrem beneuolam, & affectam, non habet occasionem timoris, sed magnę spei. Quum ergo Christus sit pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulationes nostra & Ecclesia sit pia mater, magis affecta, & solicita pro Christianis, quam fuerit vnquam aliqua mater carnalis pro filiis suis, quum continue fleat, & ores pro ipsorum B

reconci

reconciliatione, eosque faciat participes suffragiorum suorum, sequitur quòd Christiani, & maxime pœnitentes, qui susceperunt sacramenta Ecclesiæ, non debent habere occasionem timoris & diffidentiç, sed potius magnæ spei. Præmissa proposita & declarata agonizanti, erigent spem & fiduciam in diuinam misericordiam, sperabitq; indulgentiam peccatorum, & liberationem a tentationibus dæmonum. Et si dęmones vrgeant, opponẽtes peccata, & ea quæ prædiximus eos allegaturos, poteris respondere agonizans, quod ipse non meruit indulgentiam peccatorum, nec satisfacere posset pro eis, verumtamen confidit in adiutorio Dei, qui propter suam infinitã bonitatem & misericordiam promisit veniam pœnitentibus & cum sit ipsa veritas, & mentiri non possit, nullo modo deficiet, quin det veniam, ad quam communicandam vocat eos, qui spem habent in eo, & in merito passionis Christi, quia abundè satisfecit pro omnibus, qui spem habent in illum. Et quoad hæreditatem cœlestem dicat cum D Bern. ꝙ Christo redemptori duplici iure debetur scilicet naturali & acquisito. Ipse altero iure contentus, aliud nobis, dabit, sicut promisit. Ideo agonizans diuertens intellectum a dæmonum tentationibus, debet ipsum omni conatu & virtute dirigere ad Deum, & dicere illud responsorium Ecclesiæ Tribularer, si nescirem

C misericordias tuas domine. Tu dixisti, Nolo mortem peccatoris, sed vt magis con-

151 uertatur & viuat: Qui Chananeam & Puplicanum vocasti ad pœnitentiam, & Petrum lachrimantem suscepisti. misericors domine digneris tua ineffabili clementia me pœnitentem aspicere. & veniam concedere, ac auxilium conferre. debet pariter implorare diuinum auxilium, dicendo, Deus in adiutorium meum intende, cum omnibus eius versiculis. & illud responsorium Ecclesiæ, Media uita in morte sumus, quem quęrimus adiutorem, nisi te domine Deus, qui pro peccatis nostris iustè irasceris. Sancte Deus, sancte fortis sancte & misericors Saluator, amaræ morti ne tradas nos. Neque proiicias nos in tempore senectutis, cum defecit virtus nostra, ne derelinquas nos domine. Sancte Deus, sancte fortis, sancte & misericors Saluator, amaræ morti ne tradas nos. & illud Psal. Emitte manum tuam de alto, eripe me, & *Psal. 143.*
libera me de aquis multi, (hoc est tribulationibus mortis) & de manu filiorum alienorum (hoc est dæmonum) & illud Psal. 30. In te domine speraui, non confundar in æternum, in iustitia tua (hoc est per passionem tuam, quã pro nobis sustinuisti, vt satisfaceres) libera me totus ille Psal est huic negotio accomodatus: & ideo recitandus & declarandus, si agonizans non intelligat. Idem de Psal. 3. Domine quid multiplicati sunt qui tribulãt me? & de Psa 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. & Psal. 24. Ad te domine leuaui animã meã. & Psal. 50. Miserere mei Deus secũdũ magnam, &c. & Psal. 124. Qui confidunt in domino, &c. Psal. 139. Eripe me domine, & alia huiusmodi, quæ prudens consolator ex sacris literis haurire poterit, agonizantem consolabuntur. Exempla etiam sanctorum reuocanda sunt ad memoriã illorum, maxime in quibus reluxit misericordia domini, velut in patriarchis, qui offenderunt crimine pessimo, tamen subleuati sunt. & in Dauide, qui adulterium cumulauit homicidio, & duobus uerbis effugit vindictã, dicens, Peccaui Domino. In Niniuitis, in Achab, in Manasse rege pessimo, in filio prodigo, cum quo dicendum est, Pater peccaui in cælum & coram te, &c. in Publicano, cum quo dicẽdum, Deus propitius esto mihi peccatori. In muliere peccatrice, & in bono latrone, cui pro-

D pter vnum memento mei, paradisus statim promissus est.

151 ¶Tertiò dæmones in morte tentant aliquos de præsumptione, allegantes bona opera per eos facta, ieiunia, orationes, eleemosynas, & alia huiusmodi, ut possint inducere ad præsumptionem & superbiam, vt se putent inter Seraphicos spiritus habere sedem, & quod illis Deus teneatur propter bona opera quæ fecerunt, &c. *Tertia dæmonum tentatio.* *Iac. 1.*

¶Talibus proponenda sunt ea quæ pertinent ad humilitatẽ, et quod non nostris meritis habuimus tot & tanta beneficia quæ a Deo omnium largitore obtinuimus, sed ex infinita Dei bonitate & clementia, & merito passionis Christi, & quòd non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis, & quòd dicant illud Psal. Ne intres iudicium cum seruo tuo domine, *Rom. 8.* *Psal. 142.*

quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. & tractum illum, Domine non secundum peccata nostra facias nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiæ tuę, quia pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloria nominis tui domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Proponenda est illis humilitas Christi, qui exinaniuit semetipsum, &c Proponenda est pariter Christi charitas & patientia, cuius imaginem in cruce pendentem ostendere plurimum proderit extreme ægrotanti, declarando quòd non est aliud nomen nec signum datum sub cœlo hominibus, in quo nos oporteat saluos fieri. Tantam enim habet vim Christi pro nobis crucifixi contemplatio, vt desperatio vertatur in spem, & spes in exultationem. iuxta illud Psal. Exultauit cor meum in salutari tuo, cantabo domino qui bona tribuit mihi, & psallam nomini tuo altissimæ, Salutare Dei Christus, est, qui in ligno crucis operatus est nostram salutem. In hoc signo Christus vicit mundum & diabolum. In hoc signo Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat. Hoc signum fecit Dominus eleuari in nationibus, in vexillum militiæ Christianæ, quod talem habet virtutem, vt omnes qu totam spem & fiduciam collocant, in eo, victoriam inimicorum obtinent. & ideo persuadendum est agonizanti, vt iactet cor suum in domino. & in merito passionis, quam pro nobis sustinuit in cruce, cuius signum videt & tangit. Obsculetur & amplectatur agonizans crucifixi imaginem, in signũ & protestationem fidei, spei, & charitatis, ac recognitionis & gratiarum actionis. Monendus est etiam, vt si habeat inimicos, indulgeat eis propter Christum, & dicat quod habetur in oratione Dominica, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si offenderit aliquos, quibus reconciliari & petere veniam tenetur, & satisfacere de fama, &c. monendus est vt in secreto procuratorem constituat, & ipse interius a Deo veniam petat, habens in voto seu desiderio, si euaserit, personaliter petendi. Sępe reducenda est ei ad memoriam oratio Dominica, & repetendum illud, Et ne nos inducas in tentationem (hoc est ne permittas nos succumbere tentationi) sed libera nos a malo, hoc est diabolo, & omni alio nociuo. Reducendum est etiam ad memoriam symbolum fidei, ac pro eo dicendum cum antiphonis D. Virginis, Aue stella matutina, Alma redemptoris mater. Sub tuum præsidiũ, Salue regina misericordiæ, Aue regina cœlorum, & hymnus, Aue maris stella, &, Memento salutis author, &, Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe. Frequenter etiam hortandus est ad iactandum cor et fiduciam in meritum passionis Christi, et ad contemplandum verba quæ in cruce dixit. & quòd sæpe dicat illa vltima, In manus tuas Domine commendo spiritũ meũ, redemisti me deus veritatis. Dicat pariter cũ D. Steph. Dñe Iesu suscipe spiritũ meum. Sic enim agonizans consolatus, victis hostibus, fideliter et fœliciter obdormiet in Domino. Cauendum est tamen ne a pluribus hinc inde clametur. Sufficit enim vnus modeste, distincte, & clare adhortans ad præmissa et illo fatigato succedat alius. Assistentes autem submissa voce instent rationi pro illo. Emittantur uel eiulare prohibeantur vxor et liberi. Tandem emisso spiritu, signetur signo crucis cum candela benedicta, quę in agonia debet teneri accensa, in signum protestationis fidei in Christum, qui est uera lux mundi, tandem claudantur oculi et dicatur responsorium, Libera me, cum orationibus consuetis, aspergatur aqua benedicta, & secundum morem et ritum Ecclesiæ post missæ sacrificium, si fieri potest, corpus eius cum psalmis et orationibus tradatur sepulturæ.

Act. 14.

Psal. 12.

Esa. 5.

E 251

Psal. 30.

Luc. 23.

Ver. 7. De consolatione desolatorum propter mortem amicorum.

CVM amor sit vnio & nexus delectabilis inter amantem & amatum, sequitur F quòd separatio sit tristabilis & dolorosa, quantum ad partem sensitiuam, cum sit priuatio conuenientis boni. In morte autem amicorum est separatio corporum, & familiarium colloquiorum, futurorumque sensibilium speratorum bonorum omissio 252

& pet

& per consequens oritur dolor & desolatio sine tristitia: Et quum hoc sit naturale, non est de se vitiosum, dummodo metas rationis non excedat. Legimus enim in sacris literis, sanctos viros mortem propinquorum & amicorū luxisse. Abrahā planxit & luxit vxorem suā Saram. Iacob luxit super filiū suum Ioseph, quē credebat mortuum. Filii Israel luxerunt Moysen triginta diebus. Et Dauid luxit & planctum fecit super Saul, & filium eius Ionathan. Christus etiam in morte Lazari lachrymatus est, Et filiæ Hierusalem, super Christum maxime autē D. Virgo, de qua prophetauerat Hieremias, Plorans plorauit in nocte, &c. Ideo concludi potest, quod fletus & planctus moderatus in morte amicorum, non est illicitus. Ecclesi. enim. 38. dicitur In mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus, incipe plorare. Veruntamen luctus aut tristitia non debet esse immoderate, neque diuturna. dicitur enim ibi, Propter delaturam amare fer luctum illius vno die, & consolare propter tristitiam. Ecclesiastici vero. 22. permittitur luctus mortuis septem diebus. Gen. 23. Gen. 37. Deu. 34. 2. Reg. 1. Ioan. 11. Luc. 23. Thre. 1.

¶Illicitus est autem luctus immoderatus, prout illorum qui nullam volunt recipere consolationem, & propter tristitiam omittunt sumere refectionem & somnum in qua omissione exponunt se periculo perdendi vsum rationis, aut incurrendi grauem infirmitatem, aut mortē, aut ēt, cum ex impatientia incidunt in murmurationē & blasphemiā contra Deum, dicentes, Heu Deus meus, cur talem amicū aut sociētatē abstulisti? Quid feci tibi? Quid peius facere potuisti? &c. Quæ verba sunt blasphemiæ plena, quasi Deus esset iniustus, & non esset omnipotens. ideo tales arguendi sunt, vt desistant a talibus & similibus verbis, & inducendi, vt de illis pœnitentiam agant. Vnde Aposto. O homo, tu quis es qui respondeas, Deo? quia (vt dicit Iob. 39) Qui arguit Deum, debet respondere illi. Sed quis est qui rationabiliter in huiusmodi possit respondere Deo? aut se iustificare corā eo? cum Psal. dicat, Non iustificabitur in conspectu eius omnis viuens. Et Iob. 9. Vere scio quod ita sit, quod non iustificetur homo compositus deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei vnum pro mille. Certum enim est, secundū D. Iac. quod in multis offendimus omnes. & secundū D. Ioā. Si dixerimus quia peccatum nō habemus, &c. D. Gre. ait, Mala quæ patimur peccata nostra meruere & quod si nulla esset iniquitas, nulla dominaretur aduersitas, nec punit nos ad condignū, nec ita cito vt meruimus, quia iam dudum actum esset de nobis. Ideo possumus dicere cum Hieremia, Misericordiæ domini quod non sumus consumpti. Quare cauendum est ab huiusmodi & similibus blasphemiis & murmurationibus. Christus fletū illum immoderatum prohibuit, dicens Viduæ, Noli flere scilicet immoderate. Et vt nobis exemplum preberet, consolatus est singulariter mulieres, illam viduam, & Martham, ad Magdalenam, eo quòd mulieres frigidiores sunt, & propter defectum caloris & spirituū vitalium, non possunt faciliter tristitias repellere. Nonnullæ perdiderunt sensum, & factæ sunt fatuæ. Aliæ, desperatæ mortuæ sunt. Aliæ inciderunt in graues infirmitates. Ideo consolandæ sunt & maximè viduæ quæ destitutæ sunt baculo & fulcimento ac capite. & propter huiusmodi destitutionem sæpe indebite vexantur. Licet Deus earum vexationes districte prohibuerit Exod. 22. Viduæ & pupillo non nocebitis. Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filii vestri pupilli. & Hiere. 22. Viduam nolite contristare. Et Eccl. 35. Nōne lachrymę viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt vsque ad cœlum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis. & Apost. 1. Tim. 5. Viduas honora. Nihilominus tamen sæpissime despiciuntur & opprimuntur, etiam ab his qui eas consolari deberent, a quibusdam tutoribus qui rectius a curando & furando dicuntur curatores. nonnunquam etiam a propriis filiis & filiabus, ac aliis parentibus, ita vt extremum remedium earum sint lachrymę & spes in Deo. Vnde Apostolus, Quæ vere vidua est & desolata, speret in Deo. Consolari debent non solum in die sepulturæ, sed postmodum, quia quum vident se solas, recordantur amissionis viri, & grauiter torquentur. Sunt aliquæ

A 251 Rom. 9. Psal. 142. Iac. 3. 1. Ioan. 1. Luc. 7. B 252

nouiter vxoratæ quæ rident tantum luctum, quia nesciunt quis morcellus sit viduitas & separatio coniugatorum. Sed aliquo die scient & experientur, tunc iudicabunt non esse ridendum de ti, sed quod consolandæ sunt.

Modus consolādi desolatos propter mortē amicorum.

¶ Prima igitur consolatio desolatorum propter mortem amicorum, est personalis visitatio, sicut Christus in persona venit ad Martham & Mariam. Sic etiam vicini parentes & propinqui, atque amici, quam primum sciunt mortem aut aliam grauem desolationem, debent desolatos in persona visitare, etiam si non vocentur, quia dolor & tristitia impediunt recordari eorum qui vocandi sunt.

Rom. 12
Ioan 11
Eccl. 22.

¶ Secunda consolatio debet esse per compassione condolēdo cū eis. Vnde Apost. Flere cū flentibus. Ideo Christus videns Mariam flentē, &c. lachrymatus est, vt ostē deret lignum amoris & compassionis. Sic in talibus nō debent ostendi signa lætitiæ, quia per ea aliquis ostenderet se inimicum, & amplius contristaret quam consolaretur. Ideo Sapiens Musica in luctu, importuna est narratio.

¶ Tertia consolatio est per verba dulcia & lenitiua, videlicet quod Deus pro meliori bono hoc fecit, pro bono defuncti, qui a miseriis & periculis est liberatus. Vnde Salomon, Magis laudaui mortuos quā viuentes, &c. Nullus debet tristari de bonis amici, cum liberatur a debitis & periculis sed per mortem, &c. Igitur, &c. Poterunt enarrari bona mortis, de quibus supra hoc § ver. 3. Ex parte vero viuentium fecit Deus pro meliori bono, ad euellendam inordinatam affectionē & forte ad præseruandū eos a maiori dolore & tristitia, quia si vixissent, fortasse incidissent in aliqua scandala, & perniciosum exitum fecissent, occulta enim sunt iudicia dei quid enim allatura fuisset longior vita incertum est. Ideo dicendū est cum Iob. 1. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est. sit nomen dñi benedictū. Consolari ēt possūt allegādo mortis necessitatē & ineuitabilitatē. Statutū. n. irreuocabile est hominibus semel mori. Nō est papa, imperator, aut rex, qui ab eo sit exceptus, Vnde Apo. Ita in omnes mors per transiit. Et quum mors non habeat tempus præfixum, quādo Deus illam mittit, æquo animo ferenda est. Conqueri enim de morte, est conqueri de natiuitate quum natiuitas sit initium cursus ad mortem. Vnde Dauid, Oēs morimur, & quasi aquæ dilabimur. Quando non esset aliud quā voluntas dei qui ita voluit, deberemus patienter ferre, & facere de necessitate virtutem. Nemo enim resistere potest eius voluntati, imo omnes tenemur, voluntatem nostram voluntati diuinæ conformare. Vnde in orōne dominica Christus inter cæteras petitiones apposuit. Fiat voluntas tua & vt exemplum præberet, in horto Oliueti angustiatus dixit Non sicut ego volo, sed sicut tu non mea, sed tua voluntas fiat. Præterea propter fletum aut tristitiam non possunt defuncti reuocari ad vitam. Allegandum est exemplū Dauid desolati propter infirmitatē filii, pro quo se affixit ieiuniis & aliis carnis maceratonibus, & quum audiuit mortem, surrexit de terra, & locus est, cūque mutasset vestem ingressus est domum dei, & adorauit petiuitque vt ponerent ei panem, & comedit dixerunt autem ei serui sui, Propter infantem, cum adhuc viueret, ieiunasti, & flebas mortuo puero surrexisti, & comedisti. Respondit, Propter infantem, cum adhuc viueret, ieiunaui, & sicut dicebam enim, Quis scit si forte donet cū mihi dominus? Nunc aūt quia mortuus est, quare ieiuno? Nunquid potero eum reuocare amplius? Ego vadam magis ad eum, ille vero non reuertetur ad me. Postremo ostende nduim est talibus, quomodo talis fletus & planctus ac tristitia immoderata cum impatientia de nihilo seruiunt, sed plurimum nocent. Spiritus enim tristis deficcat ossa, & inducit infirmitates, & cæt. Prouocat etiam Deum ad vindictam & ad mittendū peiora mala. Vnde Apostolo Neque murmurauerītis, sicut quidam illorum murmurauerunt & perierunt ab exterminatore. Dicitur communiter quod melius est se tenere cum vno malo, quam cum pluribus. Multi Gentiles olim patienter ferebant mortem suorum. Thelamon audiens mortem filii sui, ait, Sciebam me genuisse mortalem. Idem dixit Anaxagoras. Pericles dux Athenientium, orbatus filiis solito vultu atque adeo coronatus, etiam in concione disseruit. Succurrat Dionys. Siracusanus, qui quum in amicorū cōsensu non nihil agitaret, ac subito tumultu in ædibus

Heb 9.
Rom. 5.
C 252
2. Reg. 12.
Prou. 17
D 252
Gētiles mortē propinquorum patienter tulerunt.

coorto,

oorto, sciscitatus quid esset rei, & didicisset filium de regulis lapsum interiisse, ni-
hil commotus iussit extincti corpus mulieribus rite sepeliendum tradi, sese quod
instituerat non omissurum. Sic Gentiles qui non habebant fidem nec spem de resur
rectione, patienter tulerunt mortem filiorum, vxorum, propinquorum, & amico-
rum, quanto magis patienter ferre debent Christiani, qui habent spem reuidendi
eos, & gaudendi cum eis in regno cœlesti? Si dicatur, Tanto bono priuatus sum, di-
cendum est illi tali, quód illud ex se non habebat, sed ex Dei dono, & ita datum, vt
ad tempus quandiu Deo placeret, frueretur eo, & non perpetuo. Nihil ergo quod
tuum esset amisisti. Mortuus est filius, quem sciebas mortalem & ad tempus datum.
Quid prodest flere, quod mutari non potest? aut cur anxie deploras, quod tibi cum
tot hominum milibus commune est? Circunspice vicinos, circunspice cognatos, af-
fines, ac omnes alios, quot reperies etiam muliereulas, quæ mortem liberorum mo
derate ferant? Si quis dicat, mortem filii non possum non flere, respondendum quòd
& si verum sit fletus tamen est moderandus, cogitandumque quod non perit qui be
ne moritur. Dices, Occubuit immatura morte. Nulla mors immatura recte morien
ti. Ante diem periit, nulli certus mortis dies est. In ipso flore iuuentutis extinctus
est optimum est mori, quum viuere est suauissimũ. quia (vt dicitur Sap 4.) Raptus Sap. 4.
est ne malitia immutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Se-
E nectus enim venerabilis, non diuturna, nec annorum numero computata. Aetas se-
252 nectutis, vita immaculata. Optimum filium amisi, gaude quòd talem habueris. Sed
innocens erat: nulla mors magis amplectenda, minusque deploranda. Repente ac su-
bito mortuus est Sap. 4. Iustus si præoccupatus fuerit in refrigerio erit. Sapientis
consolatoris erit respondere modeste ad singula, & singulis morbis ac desolationibus
antidota proportionata applicare.

Ver 8. De oratione funebri ad populum ex tempore facienda.

EX præcedentibus quilibet in arte dicendi aliquo modo initiatus, officio sepul-
turæ superueniens, faciliter atque vtiliter apud vulgares orare poterit, accipien-
do pro themate illud Eccl 33 Audite me magnates, & omnes populi & rectores Ec
clesiæ auribus percipite. Vel illud Eccl. 7. Memorare nouissima tua, & in æternum
non peccabis aut illud Ecclesi 38. Mihi heri, & tibi hodie, aut aliquid aliud pro-
posito deseruiens, implorato auxilio diuini numinis per intercessionem D. Virginis
proponi poterit, quod D. Augus. in lib de cura agenda pro mortuis dicit. Quod hu
iusmodi solennitates sepulturæ Spiritu sancto spirante a sanctis patribus antiquis,
& ab Apostolis, duplici ratione fuerunt obseruatæ. Prima est propter viuentium
vtilitatem. Secunda est propter defunctorum liberationem. De his multa dicta
sunt superius c. 16 §. 4 versi. 32 fo. 193. C. Ad prosequendã primã rationẽ de vtilita
te viuentium (quia huiusmodi sepulturæ insinuant mortis memoriam. vnde sepul-
chrum dicitur monumentum quasi monens mentem (subseruient ea quæ de memo
ria mortis dicta sunt supra hoc. §. versic. 2. ac etiam ea quæ dicta sunt versic. 3 de vti
litatibus quæ mors affert bonis, & incommodis quæ affert malis. Nec non ea quæ
dicta sunt de præparatione ad mortem, ver 4 ac etiam de modo se præparandi, ver.
5. pariter ea quæ dicta sunt ver. 6 de insultibus & aggressionibus quæ in morte con
tingunt. Quæ omnia defunctus si loqui posset, diceret, Mihi heri (hoc est dum viue-
rem) & tibi hodie (hoc est in hac tua vita) omni die & hora contingere potest. ideo
præpara te. Diceret etiam, Audite mortis necessitatem (quia scilicet statutum est
hominibus semel mori (Audite mortis communionem, a qua nemo eximitur. In
omnes enim mors pertrãsit. Audite mortis incertitudinem & pericula. Nihil enim Heb. 9:
F certius morte, secundum D. Bern. sed nil incertius hora eius & Christus, Et uos e- Rom. 5.
252 stote parati, quia nescitis diem neque horam. Hæc nos inducere debent ad præ- Matt. 24.
parationem faciendam. Congruum erit hic declarare modum præparationis, hoc
§. uersi. 5. declaratum. Ad prosecutionem secundæ rationis de deliberatione defun-
ctorum, vltra illa quæ dicta sunt folio prætaxato, litera C. poterunt adduci necessita
tes, motiua & modi eos liberandi, quæ in dicto ver. 32. continẽtur. Concludendũ est

tandem, quod cum ad suffragandum defuncto couenerimus, ei suffragari debemus. Quia licet probabilitatem & coniecturam habeamus, & pie credere possimus ipsũ regnare cum Christo, & non egere suffragiis nostris, attenta vita & pœnitentia facta in morte (Poterunt hoc loco aliqua bona & laudabilis conuersatio defuncti recitari, & intersignia, si quæ habet, declarari ad ędificationem & exemplum assistentiũ absque tamen adulatione & mendaciis, quia illa plurimum detrahunt authoritati prædicationis.) Nihilominus tamen (vt D. Iacob. ait,) In multis offendimus. & D.
Iac. 3. Ioan. Si dixerimus quia peccatum non habemus, &c. nec sit homo adeo iustus, qui fa-
1. Ioan. 1. ciat bonum, & non peccet. Eam ob rem si forte propter peccata venialia, aut reatum
Eccle. 7. mortalium remissorum siue pro pœnitentiis non completis, detineretur in purgatorio, debemus illi suffragari. Hortandi ergo sunt assistentes, vt aliqua suffragia pro eo faciant. Et quod cum viderint corpus Christi eleuari, offerant Christi passionem in sacrificio missæ repræsentatam, deprecantes Deum, vt eius meritum & satisfactionẽ sua ineffabili clementia animæ defuncti applicare, & eam a pœnis liberare dignetur. Ecclesiastes vero cum clero poterit dicere Psal. De profundis, vel aliquod responsorium cum orationibus consuetis. Si defunctus erat pauper, habens filios & filias opus misericordiæ erit eos commendare & eis benefacere. Honorandus est etiam populus vt apud Deum intercedat pro consolatione desolatorum propter mortem defuncti, si expediat quia aliquando est ridiculosum tales commendationes facere, cum propinqui lætantur de morte, propter successionem bonorum eis aduenientem. A 253

Continuat in dicendorum.

QVVM ad satisfaciendum pro peccato originali ac aliis actualibus, filius Dei (qui est secunda in diuinis persona) incarnatus fuerit, & nostra congruo tempore assumpserit naturam, ideo de eius incarnatione dicendum est. Verum quia incarnationis filii Dei mysterium absque sanctissimæ Trinitatis notitia intelligi minime potest de ipsius sanctissimæ Trinitatis mysterio, pro terminorum declaratione, aliquid in nostris institutionibus dicendum est.

DE MYSTERIO SANCTISSIMAE TRINITATIS.

CAP. XIX.

1. sent. &c. c. 13. MYSTERIVM sanctissimæ Trinitatis in duobus copulatiue consistit. scilicet in vnitate essentiæ, & distinctione personarum in illa vna & indiuisa essẽtia.

§ 1. De volunt ate essentiæ diuinæ.

1. 2. p. q. 2. art. 2. 8. Phy. ANTIQVI Philosophi per rationem naturalem venerunt in cognitionem vnitatis essentiæ vnius dei, quem vocabant primum principium, & in cognitionem sapientiæ, bonitatis, potẽtiæ, & aliorum essentialium. Aristo. enim probat vnius Dei existentiam, ex motu, & potest eius ratio sic deduci, Motus est, ergo Deus est. Antecedens est sensibiliter euidens, & negari non potest. Consequentia probatur, supponendo duo, Primum, quod per Deum intelligimus primum principium siue primũ motorem immobilem. Secundum, quod motus est actus entis in potentia prout in potentia, vt habetur in 3. Physic. His suppositis, arguitur sic, Omne quod mouetur, ab alio mouetur, quia nihil mouetur, nisi sit in potentia ad illud quod mouetur, cum mouere sit aliquid educere de potentia ad actum, quod fieri non potest, nisi per aliquid quod sit actu, cum impossibile sit aliquid idem secundũ idem, simul & semel B
esse in actu & potentia. Tunc quæratur de illo alio quod mouet, an moueatur ab ali- 253

quo alio,& sic consequenter, & cum non sit processus in infinitum (quia tunc nihil moueretur,quod est euidenter falsum) sequitur quòd deueniendum est ad vnum primum motorem immobilem,qui est actus purus,& nullo modo in potentia passiua. & illud principiũ vocamus Deum igitur Deus est. D.Tho. probat aliis mod s, quos breuitatis gratia omitto,Phi.agnouisse vnum Deum testatur Apost dicens,Qui cũ cognouissent Deum,non sicut Deum glorificauerunt. Cum igitur rõne naturali pos Rom. 1.
sit probari vnum esse Deum , sequitur ꝙ Deum esse non est de fide apud eos qui habent rationes demonstratiuas. Non enim de eodem est fides & scientia apud eundẽ vt dictum est. Apud simplices verò,qui non habent demonstrationes,est præambulum ad fidem. ¶Ea enim quæ de Deo naturali ratione probari possunt, debent accipi per modum fidei, triplici ratione, Primo , vt homo ad veritatem fidei citius perueniat,Secundo,vt cognitio dei sit cõior,Tertio,vt sit certior.Ratio enim humana in rebus diuinis est insufficiẽs,& circa ea multi Philosophi errauerunt . Vt igitur Deu. 6
homines citius ad diuinæ vnitatis cognitionem peruenirent. Deus in sacris literis ex Psal. 46.
primi fecit,Audi Israel,Dominus Deus tuus vnus est.& in pluribus aliis locis.Nec obstat illud Psal.Ego dixi, dii estis, nec illud, Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est,quia tales non vocantur simpliciter siue per essentiam dii, sed per participationem alicuius effectus diuinitatis, Deus vero dicitur simpliciter & per essentiã, Exod.3.
iuxta illud,Ego sum,qui sum & illud Psal.Non est similis tui in diis domine,qui sci Psal.85.
licet nullo pedes,& omnia a te .

Ver.1. *De modo ueniendi in cognitionem Dei:*

AD PERVENIENDVM Ad cognitionẽ Dei,duplici via vti possumus 1.cor.6.Gen.
scilicet.per viam remotionis siue negotionis & per viam affirmationis . Primo per c. 14.
viam negationis & remotionis, quia quum Deus sit infinitus, & immensus,vicens Iob.36.
sciẽtiã nostrã,& sic non possit definiri,ideo nõ possumus de eo cognoscere quid est, nec per differentias affirmatiuas quo modo distinguatur ab aliis.Ideo oportet distinctionem eius accipere per differẽtias negatiuas, quarum vna(prout in affirmatiuis) contrahitur siue restringitur per aliam,& a pluribus differre facit. Sicut si dicamus, Deus non est accidens,per hanc denotamus quòd distinguitur ab omnibus accidentibus Deinde si addamus ipsum non esse corpus, distinguimus eum ab aliquibus substantiis , & sic consequenter ab omni eo quòd est pręter ipsum , quem perfecte in hac via cognoscere non possumus,cum non cognoscamus quid in se sit .

¶Prima igitur propositio quæ de Deo per viam negotionis probari potest,ad quã multæ aliæ sequuntur , est quòd Deus non est mobilis , siue quòd est immobilis & immutabilis quæ probatur ratione iam superius dicta , quæ etiam in sacra scriptura reueleta est,Malach. 3. Ego deus,& non mutor. & Iac. 1. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. & Num. 23. Non est deus quasi homo,vt mutetur . Nec ex ratione aut rerum mutatione argui potest mutabilitas in deo,sed in ipsis creaturis , quæ quo ad se cœperunt de nouo esse , non autem quoad eum,cum ab æterno præuiderit se eas producturum pro illo instanti , pro quo productæ sunt . Nam(vt Apost.ait) vocat ea quæ non sunt , tanquam ea , quæ sunt. Et quanuis sapientis creati(qui non potest omnia præuidere) sit mutare consilium, non tamen dei,qui omnia vnico intuitu videt . Et si aliqua in sacris literis motũ aut mutationem importantia deo videantur attribui , debent metaphorice , & similitudinarie intelligi, vt illud.Mobilior est cunctis mobilibus sapientia . & illud , Appropinquate deo , & appropinquabit vobis. & illud , pœnitet me fecisse hominem . Rom.4.
Dicitur enim mobilior,secundum ꝙ subito & in instanti suã similitudinem & operationem diffundit vsque ad vltima rerum. sicut sol radios sui luminis in instanti terram attingere facit hoc modo exponit D. Diony. dicens quòd omnis processus diuinę manifestationis venit ad nos a patre luminum moto , hoc est operante. Appropinquatio etiam debet intelligi per effectum ,sicut sol appropinquat domui,quando radius eius pertingit,& elõgatur quando exit,& cessat illuminare. Pœnitere etiã dicitur secundum similitudinem artificis , qui cum pœnitet eum fecisse aliquod

opus destruit, sic Deus unde subiungit, Delebo, inquit, hominem a facie terræ Et quemadmodum oculus aliter & aliter se habet ad solem eodem modo se habentem quantum est de se, tamen alios effectus causat secundum alias dispositiones, absque sui mutatione sic Deus, Ideo ex his non potest argui mutabilitas in Deo, sed in ipsis creaturis. Hæc conditio immutabilitatis soli Deo conuenit, quia omnia alia quæ ex nihilo facta fuerunt, mutabilia sunt, cum à sola creatoris voluntate pendeant in esse fieri, & conseruari. Vnde D. Aug dicit, Si Deus suam actionem conseruationis rebus subtraheret, subito in nihilum redigerentur.

4. super Gen. ad lit 2. p. q. 10. ar. 1. 1. cō. Gē. c. 18. Psal. 101. Aeternitas quid. c. 3. §. 2. mer. 2. 1. cō Gen. c. 16. ¶Secunda propositio quę pendet a prima, & probatur per eam, est ꝙ Deus non hēt principiū neque finem, siue ꝙ Deus est ęternus, quia omne quod habet principiū & finē, est mutabile. Hæc etiam in sacris literis est reuelata. Vnde Psal. Tu autē in æternum permanes. & Athanasius in symbolo Aeternus Pater, æternus Filius, ęternus Spiritus sanctus Aeternitas autem (secundum D. Boet.) est interminabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio, nō tamē dicitur tota, quod habeat partes, sed quia nihil ei deest, Et notificatur ex duobus, Primo ex carētia principii & finis, Secundo ex carētia successionis, quia in omnibus creatis est successio temporis vel æuiterni vt dictū est. Et in sacris literis videtur successio attribui deo (ut cū dr̄. Egressus eius ab initio, a diebus æternitatis eius, & cum Apost: dicit, Secundū reuelationē mysterii tēporibus æternis taciti & cū Psal ait. Tu aūt idē ipse es, & anni tui nō deficiēt,) Dicēdū ut de prima, ꝙ metaphoricæ sunt prolocutiōes, ꝑ ꝑ nostrū modū intelligēdi.

1. con Gen. c. 17. ¶Ex æternitate Dei concluditur ꝙ Deus non est potentia passiua, siue non est in potentia ad recipiendum in se aliquid extraneū a se, quia omne id, in cuius substantia immiscetur potentia passiua, secundū id quod habet de potentia passiua, potest non esse, sed Deus, cum sit æternus, non potest non esse, Igitur.

1. con Gen. c. 18. 1. p. q. 3. ¶Ex hoc aūt quod in deo nō est potētia passiua, sequitur ꝙ in deo nō est materia, E
& ꝑ cōsequēs quod est immaterialis, quia materia dr̄ potētia passiua, ex qua aliquid 253
fit. ¶Ex præmissis etiam concludi potest quod in Deo nulla est cōpositio, & per cōsequens quod est simplicissimus. Nā in omni composito oportet esse actum & potētiam passiuam, sed in Deo non est potentia passiua, Igitur, Concluditur etiam quod in Deo nil potest esse violentum, nec extra naturam, quia in omni tali est aliquid superadditum, sed Deus est simplicissimus, igitur, &c.

¶Sequitur etiam ex præmissis quòd Deus non est corpus, cum omne tale sit compositum Sequitur pariter quod Deus est suum esse, & sua essentia, & sua quidditas, quia in omnib in quibus esse differt ab essentia & quidditate, est cōpositio, sed deus est simplicissimus, Igitur. Sequitur vlterius quod nullum accidens potest esse in deo cum in tali coniunctione sit cōpositio, quæ in Deo poni non potest. Et vlterius sequitur quòd ipsi diuino esse nihil potest superaddi, quod distinguat ipsum distinctione essentiali, sicut distinguitur genus per differentias, quia omne tale est in potentia passiua respectu illius, sed talis potentia non est in Deo. Ex hoc infertur quod deus non est in genere prædicamento, cum omne tale habeat aliquid, per quod natura generis determinetur ad speciem, quod in deo poni non potest. Inferuntur etiam innumeræ aliæ propositiones, de quibus D. Thom. in primo contra Gentiles Hæc pro institutione & introductione sufficiant.

Ver. 2. *De perfectionibus Dei.*

2. p. q. 4. Rom. 1. Mat. 5. Perfectum quid dicatur. PER Viam Siue modum affirmationis, a posteriori & ex consequenti possumus etiam peruenire in cognitionem perfectionum Dei, iuxta illud, inuisibilia Dei a creatura mundi (hoc est ab homine) per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Cuius etiam perfectio in sacris literis reuelatur, cum dicitur, Estote perfecti, sicut pater vester cœlestis perfectus est. Ad cuius euidentia supponendum est, quod illud dicitur perfectum, cui nihil deest secundum modum perfectionis eius F
& sic perfectum dicitur aliquid, inquantum est actu, & imperfectum, inquantum est 253
in potentia passiua. quia tunc id ad quod est in potentia, deest illi. Et ideo cum primum principium materiale, siue passiuum (quod dicitur materia prima) sit maxime in

me in potencia, quum ex se non dicat actum, sed solam potētiam passiuam ad actū, est imperfectissimum Et per contrarium, cum primum principium actiuum, quod est Deus, sit maxime, in actus et actus purus nō habens aliquam compositionem, ut probatum est, est perfectissimum, quum nihil ei desit, sequitur quod habet omnes perfectiones creaturarum. Vnde D.Dionys. dicit quod Deus in una essentia omnia præhabet. Ideo dicitur vniuersaliter perfectus, quia non deest ei aliqua perfectio, quæ inueniatur in aliquo genere creaturarum. Et quia modus nobilitatis est secundum modum essendi, & sic homo est nobilior omnibus aliis animalibus, quia habet nobiliorem modum essendi, Sed modus essendi dei est nobilissimum, cum sit idem cum sua essentia, ut dictum est, sequitur quod nulla nobilitas seu perfectio creaturarum illi deest, maxime cum quicquid perfectionis est in effectu, opòrteat inueniri in causa, uel secundum eandem rationem, si sit causa vniuoca, uel eminentiori modo, si sit causa æquiuoca, prout sol, in quo est similitudo eorum quę generantur uirtute eius, cum effectus praexistat in causa agente perfectiori modo, tanquam existenti in actu. Sed Deus est causa effectiua æquiuoca omnium creaturarum, ergo necesse est omnes perfectiones earum nobiliori & eminentiori modo præexistere in Deo secundum eminentiam sui esse, quod est maxima vnum, & simplicissimum. Et quemadmodum esse dei est sua essentia, ita & perfectiones eius sunt sua essentia, quæ talem habet super creaturas eminentiam, quod perfectiones quæ plurificantur et differunt realiter in creaturis, non plurificantur nec differunt realiter in deo, sed sunt in eo vnum, differentes ratione, secundum nostrum modum intelligendi, qui talis

5.c. de di. no.

1.p. q. 4. art. 2.

A est, quod non possumus intelligere Deum sicuti est. Ideo formamus conceptus de
254 perfectionibus creaturarum. Ex hac propositione sequuntur infinita corolaria & propositiones verę atque euidentes. Primo quod deus est bonus, cum bonitas entitatiua inueniatur in creaturis, secūdum modum essendi earum. Bonum enim & ens conuertuntur, & sunt idem realiter, licet differant ratione, quia bonum dicitur, inquantum habet rationem appetibilis, sed esse dei (cum sit sua essentia) non est contractum, sed infinitum, Igitur Deus est infinitę bonus. Et cū sit primum & summū ens, sequitur quod est summum bonum. Et cum sit infinitus & actus purus, sequitur quod est infinitæ potens, & infinitæ perfectionis, non secundum magnitudinem quam non habet, sed secundum essentiam & uirtutem quam habet. Et cum esse omnium rerum pendeat ab eo in esse, fieri, & conseruari, dicitur esse in omnibus rebus per essentiam, quia dat illis esse, & cōseruat eas in esse, & per consequens est ubiq;. Et cum omnia clare videat, est vbique per præsentiam. Et cum ad omnem locum eius virtus se extendat, est ubique per potentiam. Specialiter tamen in aliquibus locis secūdum speciales effectus, quos causat, ut in iustis per gratiam, in cœlis per suæ gloriæ manifestationem, in inferno per iustitiam, in humanitate Christi per vnionem. Et quemadmodum in homine inuenitur intellectus, qui est perfectior sensu, eminentiori modo continens omnes perfectiones sensuum, quia potest cognoscere vniuersale, & angelos, ita in Deo inuenitur intellectus, quo eminentiori modo intelligit quicquid homo aut angelus potest intelligere, quia non per compositionem aut diuisionem uel discursum (ut homo) neque per species intelligibiles (ut angeli) sed per suam essentiā clare intelligit se, & omnia alia a se, quæ fuerunt, sunt, & possunt esse, quæ sunt infinita Et cum in homine & angelis inueniatur uoluntas & liberum arbitrium, sequitur quod eminentiori modo inuenitur in Deo. Quia in creaturis liberum arbitrium ex natura sua est flexibile ad malum. Sed in deo est inflexibile, & est idem realiter cum intellectu, & aliis perfectionibus, quę sunt in deo, quæ (ut dictum est) ab essentia sua non distinguuntur. Et eodem modo dicendum est de omnibus aliis perfectionibus, quæ possunt imaginari, quod omnes illæ & in infinitum plures, eminentiori modo absque aliquibus imperfectionibus, quæ inueniuntur in creaturis, sunt in deo. Hinc est quod deus est a nobis incomprehensibi-

Deus quomodo est ubique per essentiam, præsentiā, & potentiam.

B lis, imo & quælibet creatura, prout subiicet potentiæ obedientiali, dei cū deus per il
254 lam infinita possit operari, deus tamen seipsum comprehendit.

¶Ex

opus destruit, sic Deus unde subiungit, Delebo, inquit, hominem a facie terræ. Et quemadmodum oculus aliter & aliter se habet ad solem eodem modo se habentem quantum est de se, tamen alios effectus causat secundum alias dispositiones, absque sui mutatione sic Deus, Ideo ex his non potest argui mutabilitas in Deo, sed in ipsis creaturis. Hæc conditio immutabilitatis soli Deo conuenit, quia omnia alia quæ ex nihilo facta fuerunt, mutabilia sunt, cum à sola creatoris voluntate pendeant in esse fieri, & conseruari. Vnde D. Aug dicit, Si Deus suam actionem conseruationis rebus subtraheret, subito in nihilum redigerentur.

.. super Gen. ad lit ..p. q. 10. ..r. 1. ..cũ. Gẽ. c. 8. Psal. 101. ..de æternitas ..nid. ..3. §. 2. ..er. 2. ..cũ Gen. ..16.

¶ Secunda propositio quę pendet a prima, & probatur per eam, est ꝙ Deus non hẽt principiũ neque finem, sine ꝙ Deus est æternus, quia omne quod habet principiũ & finẽ, est mutabile. Hæc etiam in sacris literis est reuelata. Vnde Psal. Tu autẽ in æternum permanes. & Athanasius in symbolo Aeternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus Aeternitas autem (secundum D. Boet.) est interminabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio, nõ tamẽ dicitur tota. quod habeat partes, sed quia nihil ei deest, Et notificatur ex duobus, Primo ex carẽtia principii & finis, Secundo ex carẽtia successionis, quia in omnibus creatis est successio temporis vel æuiterni vt dictũ est. Et in sacris literis videatur successio attribui deo (ut cũ dr̃. Egressus eius ab initio, a diebus æternitatis eius, & cum Apost. dicit, Secundũ reuelationẽ mysterii tẽporibus æternis taciti & cũ Psal ait. Tu aũt idẽ ipse es, & anni tui nõ deficiẽt,) Dicẽdũ ut de prima, ꝙ metaphoricæ sunt prolocutiões, pp nostrũ modũ intelligẽdi.

¶ Ex æternitate Dei concluditur ꝙ Deus non est potentia passiua, siue non est in potentia ad recipiendum in se aliquid extraneũ a se, quia omne id, in cuius substantia immiscetur potentia passiua, secundũ id quod habet de potentia passiua, potest non esse, sed Deus, cum sit æternus, non potest non esse, Igitur.

..con Gen. ..17. ..con Gen. ..18. ..p. q. 3.

¶ Ex hoc aũt quod in deo nõ est potẽtia passiua, sequitur ꝙ in deo nõ est materia, E
& p cõsequẽs quod est immaterialis, quia materia dr̃ potẽtia passiua, ex qua aliquid 253
fit. ¶ Ex præmissis etiam concludi potest quod in Deo nulla est cõpositio, & per cõsequens quod est simplicissimus. Nã in omni composito oportet esse actum & potẽtiam passiuam, sed in Deo non est potentia passiua, Igitur, Concluditur etiam quod in Deo nil potest esse violentum, nec extra naturam, quia in omni tali est aliquid superadditum, sed Deus est simplicissimus, igitur, &c.

¶ Sequitur etiam ex præmissis quòd Deus non est corpus, cum omne tale sit compositum Sequitur pariter quod Deus est suum esse, & sua essentia, & sua quidditas, quia in omnib in quibus esse differt ab essentia & quidditate, est cõpositio, sed deus est simplicissimus, Igitur. Sequitur vlterius quod nullum accidens potest esse in deo cum in tali coniunctione sit cõpositio, quæ in Deo poni non potest. Et vlterius sequitur quòd ipsi diuino esse nihil potest superaddi, quod distinguat ipsum distinctione essentiali, sicut distinguitur genus per differentias, quia omne tale est in potentia passiua respectu illius, sed talis potentia non est in Deo. Ex hoc infertur quod deus non est in genere prædicamento, cum omne tale habeat aliquid, per quod natura generis determinetur ad speciem, quod in deo poni non potest. Inferuntur etiam innumeræ aliæ propositiones, de quibus D. Thom. in primo contra Gentiles Hæc pro institutione & introductione sufficiant.

Ver. 2. *De perfectionibus Dei.*

..p. q. 4. ..om. 1. ..Mat. 5. ..erfectum ..ud dicatur.

PER Viam Siue modum affirmationis, a posteriori & ex consequenti possumus etiam peruenire in cognitionem perfectionum Dei, iuxta illud, inuisibilia Dei a creatura mundi (hoc est ab homine) per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Cuius etiam perfectio in sacris literis reuelatur, cum dicitur, Estote perfecti, sicut pater vester cœlestis perfectus est. Ad cuius euidentiam supponendum
est, quod illud dicitur perfectum, cui nihil deest secundum modum perfectionis eius F
& se perfectum dicitur aliquid, inquantum est actu, & imperfectum, inquantum est 253
in potentia passiua. quia tunc id ad quod est in potentia, deest illi. Et ideo cum primum principium materiale, siue passiuum (quod dicitur materia prima) sit maxime in

me in potentia, quum ex se non dicat actum, sed solam potétiam passiuam ad actū, est imperfectissimum Et per contrarium, cum primum principium actiuum, quod est Deus, sit maxime, in actus et actus purus nō habens aliquam compositionem, ut probatum est, est perfectissimum, quum nihil ei desit, sequitur quod habet omnes perfectiones creaturarum. Vnde D.Dionys. dicit quod Deus in una essentia omnia præhabet. Ideo dicitur vniuersaliter perfectus, quia non deest ei aliqua perfectio, quæ inueniatur in aliquo genere creaturarum. Et quia modus nobilitatis est secundum modum essendi, & sic homo est nobilior omnibus aliis animalibus, quia habet nobiliorem modum essendi, Sed modus essendi dei est nobilissimum, cum sit idem cum sua essentia, ut dictum est, sequitur quod nulla nobilitas seu perfectio creaturarum illi deest, maxime cum quicquid perfectionis est in effectu, opórteat inueniri in causa, uel secundum eandem rationem, si sit causa vniuoca, uel eminentiori modo, si sit causa æquiuoca, prout sol, in quo est similitudo eorum quę generantur uirtute eius, cum effectus præexistat in causa agente perfectiori modo, tanquam existenti in actu. Sed Deus est causa effectiua æquiuoca omnium creaturarum, ergo necesse est omnes perfectiones earum nobiliori & eminentiori modo præexistere in Deo secundum eminentiam sui esse, quod est maxima vnum, & simplicissimum. Et quem admodum esse dei est sua essentia, ita & perfectiones eius sunt sua essentia, quæ talem habet super creaturas eminentiam, quod perfectiones quæ plurificantur et differunt realiter in creaturis, non plurificantur nec differunt realiter in deo, sed sunt in eo vnum, differentes ratione, secundum nostrum modum intelligendi, qui talis

5.c. de di. no.

1.p.q.4. art.2.

A est, quod non possumus intelligere Deum sicuti est. Ideo formamus conceptus de
254 perfectionibus creaturarum. Ex hac propositione sequuntur infinita corolaria & propositiones verę atque euidentes. Primo quod deus est bonus, cum bonitas entitatiua inueniatur in creaturis, secūdum modum essendi earum. Bonum enim & ens conuertuntur, & sunt idem realiter, licet differant ratione, quia bonum dicitur, inquantum habet rationem appetibilis, sed esse dei (cum sit sua essentia) non est contractum, sed infinitum, Igitur Deus est infinitę bonus. Et cū sit primum & summū ens, sequitur quod est summum bonum. Et cum sit infinitus & actus purus, sequitur quod est infinitæ potens, & infinitæ perfectionis, non secundum magnitudinem quam non habet, sed secundum essentiam & uirtutem quam habet. Et cum esse omnium rerum pendeat ab eo in esse, fieri, & conseruari, dicitur esse in omnibus rebus per essentiam, quia dat illis esse, & cōseruat eas in esse, & per consequens est ubiq;. Et cum omnia clare videat, est vbique per præsentiam. Et cum ad omnem locum eius virtus se extendat, est ubique per potentiam. Specialiter tamen in aliquibus locis secūdum speciales effectus, quos causat, ut in iustis per gratiam, in cœlis per suæ gloriæ manifestationem, in inferno per iustitiam, in humanitate Christi per vnionem Et quemadmodum in homine inuenitur intellectus. qui est perfectior sensu, eminentiori modo continens omnes perfectiones sensuum, quia potest cognoscere vniuersale, & angelos, ita in Deo inuenitur intellectus, quo eminentiori modo intelligit quicquid homo aut angelus potest intelligere, quia non per compositionem aut diuisionem uel discursum (ut homo) neque per species intelligibiles (ut angeli) sed per suam essentiā clare intelligit se, & omnia alia a se, quæ fuerunt, sunt, & possunt esse, quæ sunt infinita Et cum in homine & angelis inueniatur uoluntas & liberum arbitrium, sequitur quod eminentiori modo inuenitur in Deo. Quia in creaturis liberum arbitrium ex natura sua est flexibile ad malum. Sed in deo est inflexibile, & est idem realiter cum intellectu, & aliis perfectionibus, quę sunt in deo, quæ (ut dictum est) ab essentia sua non distinguuntur. Et eodem modo dicendum est de, omnibus aliis perfectionibus, quæ possunt imaginari, quod omnes illæ & in infinitum plures, eminentiori modo absque aliquibus imperfectionibus, quæ inueni-

Deus quomodo est ubique per essentiam. præsentiā, & potentiam.

B untur in creaturis, sunt in deo. Hinc est quod deus est a nobis incomprehensibi-
254 lis, imo & quælibet creatura, prout subiicet potentiæ obedientiali, dei cū deus per illam infinita possit operari, deus tamen seipsum comprehendit.

¶Ex

1.p.q. 13. ¶Ex perfectionibus creaturarum, quæ eminentiori modo sunt in deo quàm in ipsis creaturis, venit quod deus pluribus & diuersis nominibus nuncupatur. Aliquibus. quæ euidenter ostendunt proprietates diuinitatis, vt bonitas, sapientia, vita, omnipotentia. Aliquibus vero translatiue siue metaphorice. Vnde dicitur Leo de tribu Iuda. Nomina tamen quantum ad perfectiones significatas proprie possunt dici de deo sed non quantum ad modum significandi, quia habent modum significandi, qui creaturis conuenit. Ideo nomina quæ prædicantur de deo & creaturis, non prædicantur vniuoce, sed analogice, hoc est per prius & perfectius de deo, quam de ipsis creaturis Vnde Apost. Flecto genua mea ad patrē domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. & eadem ratio est de aliis.

art. 3. Apoc. 5. ar. 5. ar. 7. 5. de Trin.

¶Notandū ex D. August. quod nomina quæ important relationem ad creaturas, dicuntur de deo ex tempore & non ab æterno, vt creator & Dominus, quia ab ęterno non creauit aut dominatus est. Et licet habitudines siue relationes creaturarum sint realiter & subiectiue in ipsis creaturis, correlatiua tamen illarū non sunt in deo entia realia, sed solum entia rationis, quia (vt dictum est) nullum accidens potest addi deo. ¶Inter autem alia nomina Dei, hoc nomen (Qui est) de quo Exod. 3. est maxime proprium deo. Primo propter sui significationem, non enim significat formā aliquam, sed ipsum esse. Vnde cum deus sit sua essentia hoc nomen maxime denominat & manifestat, deum, cum vnumquodque denominetur a forma siue essentia. Secundo ex eius significatione, quia significat esse de præsenti, & sic proprie dicitur de deo, cuius esse non nouit præteritum neque futurum, vt D. August. dicit. Et licet nomina dei proprie accepta, sint incommunicabilia (iuxta illud Incommunicabile nomen lignis & lapidibus imposuerunt) possunt tamen per similitudinem & participationem aut opinionem communicari. Vnde Psal. Ego dixi, dii estis.

Exod. 3. 5 de Trin.

§ 2. *De Trinitate personarum.*

TRINITAS personarum in una simplici & indiuisa vnitate essentię natura li ratione probari non pōt, cum excedat oēm intellectum creatum, quia omnis cognitio quam ratio naturalis potest habere, prouenit ea creaturis, vt dictum est. Sed creaturę ducunt in cognitionem dei, sicut effectus in cognitionem causæ, & virtus creatiua est communis toti trinitati, quæ pertinent ad vnitatem essentiæ, & non ad distinctionem personarum igitur. Vnde D. Hiero. Grandes materias parua ingenia non sufferunt. & sapiens, Difficilia æstimamus quæ in terra sunt & inuenimus cum labore, quæ autem in cœlis sunt, quis inuestigabit? sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis ei sapientiam, & miseris spiritum tuum de altissimis? & Christus, Si terrena dixi uobis & non creditis, quomodo si dixero vobis cœlestia, credetis? Et Philosophus dicit quòd sicut se habet oculus noctuæ ad lumen solis, sic intellectus noster ad notissima naturæ. Et Esa. Generationē eius qs enarrabit? & D. Aug. Quid sit gigni, quid progressus, me nescire sum confessus, sed fide nō dubia. & Apo. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uię illius, Et Hilar. dicit, Non putet homo sua intelligentia generationis sacramentum posse consequi & D. Ambr. etiam dicit. Impossibile est generationis scire secretum. Qui igitur probare nititur trinitatem personarū, derogat veritati fidei, dupliciter, Primo quantum ad dignitatem ipsius, quę est de rebus inuisibilibus, quæ humanam rationem excedunt. Fides enim est substātia sperandarum rerum, argumentum non apparentium. Quam fidem nemo principium (hoc est Philos. huius seculi) cognouit. Secundo derogat fidei, quantum ad vtilitatē credendi & trahendi alios ad fidem. Cum enim aliquis ad probandum ea quæ sunt fidei, adducit rationes, quæ non sunt cogentes cedit in irrisionem infidelium, qui putāt quòd fides huiusmodi rationibus innitatur, & propter eas credamus. Vnde sequitur quòd ea quæ sunt fidei, non sunt tentanda probari, nisi per authoritates sacræ scripturæ, his qui eas recipiunt. Apud alios vero sufficit defendere, & per similitudines ostendere non esse impossibile quòd fides prædicat. Vnde Diuus Dionysius dicit. Si aliquid est quod totaliter eloquio resistit, longe erit a no-

Psal. 46. 1. p. q. 32. ar. 1. Sap. 9. Ioan. 3. Esa. 53. Rom. 11. Li. de Tri. He. 11. Nota. 2. ca. de di.

C 254 D 254

a nostra philosophia. Si autem ad veritatem sacrorum eloquiorum respicit, hoc, & nos canone vtimur. Nec obstat quod Arist. dicit, quod per numerū ternarium adhibuimus nosipsos magnificare Deum vnum, eminentem proprietatibus eorum quæ creata sunt, quia non ponebat ternarium numerum personarum in diuinis. sed uolebat dicere quod antiqui vtebantur ternario numero in sacrificiis & orationibus, propter quandam ternarii perfectionem. Nec obstat pariter quod D. August. dicit se legisse in libris Platonicorum, non quidem his verbis, sed hoc idem omnino multiplicibus suaderi rationibus quod in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, in quibus distinctio personarum traditur, quia Platonici per verbum non ponebant personam genitam in diuinis, sed intelligebant rationem Idealem, per quem omnia deus condidit, quæ est ipsamet diuina essentia. Non obstat præterea quod Trimegistus dicit, ꝙ Monas gignit Monadem, & in se suum reflectit ardorem, quia non intelligebat de generatione Filii, aut processione Spiritus sancti, sed de productione mundi, volens dicere quod vnus deus produxit vnum mūdum propter sui amorem. Nec obstat insuper Glo quæ exponens illud quod Magi Pharaonis defecerunt in tertio signo, exponit pro notitia tertię personæ scilicet Spiritus sancti, Ex quo sequitur quod alias duas cognouerunt, quia liceat appropriata cognoscerent, scilicet potentiam, sapientiam, & bonitatem, dicuntur tamen defecisse in tertio signo, hoc est in cognitione tertiæ personæ, qui a bonitate quæ appropriatur Spiritus sancto, defecerunt siue deuiauerunt, quum cognoscentes Deum, nō tanquam deum glorificauerunt. Si dicatur quod lumine naturali cognosci & probari possit, generationem, eminenter conuenire Deo. cum potentia generādi sit perfectio quædam in creaturis, & omnes perfectiones creaturarum eminenter sint in eo. Vnde Esa. 66. Nunquid ego qui alios parere facio, non parturiam? Si ego qui generationem aliis tribuo, sterilis ero? Si generat & parturit, ergo in eo est generans & genitum, cum nihil generet seipsum. Similiter naturali lumine cognosci potest quod deus intelligit se, & per consequens quod in eo est deus intelligens, qui dicitur pater, & deus intellectus, qui sine uerbum, qui est terminus intellectionis, & dicitur filius Potest etiam eodem lumine cognosci quod Deus intelligens seipsum, diligit se, & per consequens quod producit spiritum sanctum, cum actus siue processio amoris, sicut intelligentiæ, habeat suum terminum. Dicendum quod licet lumine naturali possit cognosci omnes perfectiones creaturarum eminenter esse in deo, & æternaliter se intelligit, & diligit, Modus tamen illius eminentiæ, aut quomodo generet, et diligat, naturaliter cognosci non potest. Dici enim posset a Philosopho creationem esse eminentem generationem, & deum intelligere, & diligere se per seipsum, cum sit infinitus, nec sit capax alicuius accidentis, Dictū vero Hugonis de S. Victore, qui dicit, quod in explanatione veritatis non modo probabilia, imo etiam necessaria non desunt argumenta, debet intelligi apud eos qui sacras literas suscipiunt, uel supposita fide, ad quam corroborādam in intellectibus simpliciū quædam rationes, & similitudines adducuntur quæ tamen nō sufficiunt ad probandā trinitatem personarū in una indiuisa essentia. Bonitas enim infinita dei manifestatur inproductione creaturæ. Similiter etiam, quod sine consortio non potest esse alicuius boni iocunda possessio, habet locum quando in una persona non inuenitur perfecta bonitas, Quāuis autem trinitas personarum naturali ratione probari non possit, eius tamē reuelatio aut cognitio non est superflua. imo necessaria dupliciter, uno modo ad recte sentiendum de creatione. Per hoc enim quod dicimus deum fecisse omnia verbo suo, excluditur error dicentium deum produxisse res ex necessitate naturæ Per hoc autem, quod ponimus processionem amoris, ostenditur, quod deus non propter aliquam indigentiā creaturas produxit, nec propter aliam causam extrinsecam. Alio modo, & principalius, ad recte sentiendum de salute humani generis, quæ perficitur per filium incarnatum & per donum spiritus sancti.

Nota: In. I. de ого. *In. 2. confe.* E 254 *Rom. I. In lib de trinit.* *Reuelatio mysterii S. Tri. non est superflua.*

De reue-

TRINITAS personarum in una simplici essentia pluribus in locis (quos re- P
citare longum, & tædiosum esset) in sacris literis tam in antiquo quam in nouo te- 254
stamento, s̄m diuersam hominum dispositionem, reuelata fuit. In antiquo quidem
testamento, sub quo homines erant proni ad dololatriā, ænigmatice, & sub inuolu-
cris verborū, in nouo vero, in quo idololatria explosa est, clare, & manifeste, & quā-
tū ad nomen? & quantum ad numerum personarum, licet ualde obscure, quantum
ad modum processiones illarum, ut captiuando intellectum nostrum verbo dei in
Psal. 47. obsequiū Christi amplius mereamur in via. In patria vero videbimus eū sicuti est,
1 Cor. 13 & (vt Psal. ait) Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate domini virtutum, &c. Tunc
enim cognoscemus eum sicuti cogniti sumus. Vt autē aliqualem habeamus notitiā,
ex scripturis sacris, pro terminorum intellectu, his nostris institutionibus aliqua du
ximus inserenda. Et primo quoad trinitatem personarum in vna essentia, habemus
Gen. 1. In principio creauit Deus cœlum, & terram, & infra, Spiritus domini fereba
tur super aquas Ibi exprimitur pater, in nomine Dei, filius in nomine principii. vn-
Ioan. 8. de Christus dicebat, Ego principiū, qui, & loquor verbis, & spiritus sanctus, in verbo
spiritus domini vnitas, vero in verbo singularis numeri, scilicet creauit, & in eodem
ca. dr̄, Faciamus hominē ad imaginem, & similitudinem nostrā, per hoc, quòd dicit
(faciamus) denotatur pluralitas personarum, in hoc vero, quòd dicit (ad imagi-
nem, & similitudinem) denotatur vnitas essentiæ. Gen etiam 18. habetur apparuit
autem Dominus Abrahæ in conualle Mambræ, sequitur, Vidit tres uiros (hoc est
tres personas agnouit) & vnum (scilicet Deum in vna essentia) adorauit. Præterea
Psal. Benedicat nos Deus, Deus noster benedicat nos deus, & metuāt eum oēs fines
terræ. In hoc, quòd ter dicitur (Deus) denotatur trinitas personarū, & in hoc qu od
dicitur (Metuāt eum) in singulari numero, denotatur vnitas essentiæ Hier etiam di
cebat, A, A, A, domine deus nescio loqui, &c. In hoc quod terreplicat, A, significat
trinitatem personarum. In hoc vero quod subiungit, Domine, vnitatem essentiæ cō
fessus est, & Esa 6. dicitur, Seraphin clamabant alter ad alterum, & dicebant, Sāctus,
Luc. 3. sanctus, sanctus Dominus deus exercitium. In hoc, quòd terreplicabant, sanctus, de
Mar 9. notabant trinitatem personarum In hoc vero, quod subiūgebant (Dominus Deus)
Mat. 27 significabant vnitatem essentiæ. In nouo uero testamento manifestata fuit trinitas
personarum in baptismo Christi, in quo comparuit filius incarnatus, & vox patris
intonuit. Hic est filius meus dilectus, & spiritus sanctus in columbæ specie, Apparuit
pariter, in transfiguratione, filius fuit transfiguratus, uox etiam patris intonuit, &
Spiritus sanctus in nube lucida, & Ioan. 8. Ego, & pater vnum sumus, & Ioan 14.
Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, & in eodem, A
1. Cor. 13. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eū ve- 254
1. Ioan. 5. niemus, & mansionem apud eum faciemus, & Mat. vlt Euntes in mundum vniuer
sum, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus san
cti, & Apost. Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, & communicatio
sancti spiritus sit cum omnibus vobis, amen, Et D. Ioan. clarius, Tres sunt qui testi-
monium, dant in cœlo, pater, verbum, & spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt, scili
cet in vna natura essentia, vel substantia, Credere ergo debemus firmiter trinitatem
Iob. 36. personarum in vna simplici, & indiuisa essentia, & quicquid in sacris literis nobis de
hoc mysterio reuelatum est, licet non intelligamus, quoniam deus magnus, vincēs
scientiam nostram. Vnde D. Aug. in prosa S. Trin. dicit, Quid sit gigni, quid progres
sus, me nescire sum confessus, sed fide non dubia.

¶ Et quia hæretici terminos sacræ scripturæ circa mysterium S. Trinit. aliter in-
terpretabantur quam deberent, in uarias hæreses inciderunt, Aliqui (ut Arrius)
dixerunt non esse nisi unā personam increatam in diuinis, scilicet patrem, & filiū
esse primam creaturam, cum qua creauit Spiritum sanctum. Alii uero (vt Sebellius)
posuerunt tres personas in diuinis, sed non realiter distinctas. Alii autem in alios
multos, & uarios inciderunt errores. Ad quos euitandos, & ad ostendendum quod
licet

B licet trinitas personarum sit supra naturalem rationem, non est tamen contra ratio
255 nem, vt possimus infideles ab irrisione fidei compescere. Sancti patres conati sunt
examinare, interpretari, & declarare terminos & passus sacræ scripturæ, in quibus
trinitas personarum in vna simplici substantia reuelata est. Et sancta mater Eccle-
sia catholica plurima vniuersalia concilia circa hæc celebrauit, & determinauit quo
accipiendi sunt termini, & quibus terminis vtendum sit, & quibus non debemus vti,
de quibus aliquid pro institutione & introductione dicendum est. Et primo notan-
dum est quod persona secundum D. Boetium in lib. de duabus naturis est rationa-
lis naturæ indiuidua substantia. Et accipitur in prædicta definitione natura rationa
lis pro natura intellectuali, cum hoc nomen persona conueniat angelis & patri, fi-
lio, & spiritui sancto. Vnde Athanasius in symbolo fidei, alia est enim persona pa-
tris, &c Indiuidua .n. prædicamenti substantiæ propter eorum perfectionem & di-
gnitatem hñt speciale nomen supra indiuidua aliorum prædicamentorum, Dicun-
tur enim supposita & hypostases quæ nomina non attribuuntur indiuiduis prædi-
camentorum accidentium. Cum ergo inter substantias natura intellectualis sit per-
fectior & dignor, indiuidua illius a sanctis doctoribus speciali nomine consueue-
runt nuncupari, videlicet hoc nomine persona. Et quamuis hoc nomen persona non
conueniat Deo, quantum ad id cui nomen est impositum. Cum secundum Boetium
personæ nomen videatur traductum ex his personis quæ in comœdiis tragœdiisq;
homines repræsentabāt, persona enim dicta est a per se stando. Græci vero has perso
nas Prosopa vocabant, eo quod ante oculos obtegebant vultum. Tamen quantū ad
id ad quod significandum nomen personæ est impositum, maxime conuenit Deo.
Impositum enim est ad significandum id quod perfectissimum est in indiuiduis sub
C stantiæ. Et quia in comœdiis & tragœdiis repræsentabantur aliqui homines famo-
255 si, traductum est hoc nomen ad significandum homines dignitatem habentes. Vn-
de consueuerūt dici & poni personatus in ecclesia. Sed dignitas diuinæ naturæ ma-
ximè excedit omnem dignitatem, ideo secundum hoc nomen personæ maxime cō
petit Deo Secundo notandum est, quod essentia diuina & persona sunt idem secun
dum rem, sed differunt secundum rationem, siue secundum modum nostrum intelli
gendi, quia essentia diuina est nomen absolutum, & non importat siue significat, sal
tem explicite, relationem, sicut hoc nomen persona, quod potest significare relatio
nem per modum substantiæ, in recto & in obliquo. vt D. Tho. 1. p. q 29 ar. 4 ait.

§ 3. *De processione personarum in diuinis.*

PROCESSIONEM personarū esse in diuinis, ex sacris literis manifestū Ioan. 8.
est Nam Christus dixit, Ego enim ex Deo processi & veni. & iterum, Cum venerit Ioan. 15.
paracletus, quem ego mittam vobis a patre, spiritum veritatis qui a patre procedit Ioan. 16
ille testimonium perhibebit de me, Item, Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. 1. p q. 27.
¶ Ad cuius intelligentiam sciendum est primo quòd omnis processio, est secundum art. 1.
aliquam actionem In omni autem actione est quædam emanatio siue processio,
cum impossibile sit imaginari actionem fieri, nisi ex agente aliquid procedat, vel in-
terius vel exterius & quia actio est duplex scilicet transiens & immanens. In actio
ne transeunte fit processio realis, & aliquid exterius procedit ab agente, & separa-
tur ab eo, & recipitur in passum, vt calor exit & procedit ab igne, & recipitur in a-
quam. In actione vero immanente nihil egreditur ab agente quod transeat vel re-
cipiatur ab alio, sed recipitur vel manet in ipsomet agente, vt manifestum est in vi- 4. Cont.
sione & intellectione. Visus n quando videt, nihil extra se emittit, sed potius reci- Gen. c. 11
pit speciem sensibilem, & intellectus intelligibilem. Et ideo processio siue emana-
tio dicitur esse duplex scilicet ad extra, secundum quod sequitur actionem transeun-
tem, & dicitur ad intra, secundum quod consequitur actionem immanentem in ip-
so agente ¶ Notandum secundo, quod inter processiones & emanationes illæ dicun
tur perfectiores aliis, quę consequuntur perfectiores actiones. Et cum actio siue
D operatio sequatur esse, illa actio & per consequens processio est perfectior, quæ
255 sequitur perfectius esse, Esse autem est secundum naturam, & ideo quanto aliqua

natura

natura est altior, tanto id quod ex ea emanat, est magis intimum & perfectum & sic secundum diuersitatē naturarū inuenitur diuersus modus processionis. Et quia inter omnes res corpora inanimata tenēt infimū locum, eo quod emanationes eorum non possunt fieri nisi per actionē vnius ad alterū & ad extra, ideo eorum emanationes sunt imperfectiores. Post inaminata sunt uiuentia, in quibus est triplex gradus scilicet vegetabiliū, sensibiliū, & intelligibiliū. Vegetabilia tenēt infimū gradū, quia licet emanatio ex interiori procedat, inquantū scilicet humor plantæ intraneus in semen couertitur, tamē paulatim ab interioribus exiēs, quod emanat finaliter extrinsecus inuenitur, quia semen terræ mandatur, vnde crescit planta. Secundū locum tenēt sensibilia, in quibus principiū actionis est ab intra. scilicet a potentia, requiritur, tamen ad eius actionē aliquid extrinsecū, scilicet obiectū sensibile, a quo cū potētia causatur species sensibilis, & recipitur in potentia, quæ est principium actionis, & conseruatur in alia potentia scilicet fantasia vel memoria. & sic non inuenitur omnino extrinsecum, vt in vegetabilibus. Tertium vero & supermū gradum viuentium tenet intellectualis natura, in qua inueniūtur tres gradus, secundum quod sunt tres intellectus, scilicet humanus, angelicus, & diuinus. Actio intellectus humani perfectior est actione inanimatorum, vegetabiliū. & sensibiliū, quia obiectū & terminus in quolibet processu emanationis illorum pertinent ad diuersa, eo quod nec potētia vegetatiua nec sensitiua potest reflecti supra se, nec seipsam agnoscere, sicut intellectus. Ideo principiū & terminus actionis intellectus intelligentis seipsum, pertinēt ad eandem potentiam. Est tamen imperfectior actione & intellectione angelica & diuina, quia intellectus humanus non potest intelligere nisi per cōuersionem ad fantasmata, quæ sunt intellectui extrinseca, ut dictum est. Sed angelus ad sui cognitionem nō procedit ex aliquo exteriori, sed per se seipsum intelligit, absq; aliquo extrinseco ab eo. Ideo eius intellectio est perfectior intellectione humana. Veruntamen cū esse angeli non sit sua essentia, & per consequens nec eius intellectio, siue E
verbum cordis, ad quod terminatur intellectus, non est substantia, sed accidens, licet 259
illa intellectio sit omnino intrinseca, sequitur quod non est ita perfecta, sicut intellectio Dei, quæ est sua substantia, & qui non procedit de potentia ad actum (sicut angelus) sed est actus purus, semper actu operās easdē operationes ad intra. Ideo eius actio siue emanatio & processio ad intra & ad extra, est perfectior quam angeli. Ad extra quidē, producendo esse creaturarū, uel ipsum conseruando, vel circa ipsas operando, absq; sui mutatione, quod nō faciunt angeli. Hæc actio & emanatio est communis tribus personis, (ut D. Aug. dicit) opera Trinitatis ad extra, sunt indiuisa. Ex hac actione ad extra siue emanatione creaturarum, a Deo, causantur duæ relationes scilicet causæ ad effectū, & effectus ad causam. Et cū Deus non sit capax accidentis, illa relatio causæ ad effectū non est realis, sed rationis, sicut nec relatio dextri aūt sinistri in columna, & scibilis ad scientiam, cum non sint ad inuicem ordinatæ, nec habeant dependentiam, sicut scientia a scibili. Sic Deus non pendet a creatura, sed e conuerso. Ideo relatio creaturę, ad creatorem est realis. Secundum hanc actionem
1.p.q.27. ad extra non oportet accipere processionem personarum in diuinis, sicut fecit Ar-
ar.1.ad.2. rius. & ideo turpissime errauit. Actionem uero Dei immanentem (qua seipsum ab æterno intelligit, & non potest se non intelligere, ideo ei naturalis & non libera, prout actio ad extra) consequitur, perfectior emanatio siue processio, quam consequatur ad actionem, qua angelus intelligit seipsum, cū principiū & terminus eiusdē actionis in angelis non sit idē neque substātia sicut in Deo. Et licet in oī processione ad extra omne procedens sit diuersum ab eo a quo procedit, non tamen oportet quod sit essentialiter diuersum in processione ad intra, imo quanto perfectius procedit, tanto magis est unum. Nam intellectus secundū quod actu intelligit, secundum hoc sit magis vnum cum intellecto. Vnde cum diuinum intelligere sit infinitæ
1.p.q.28. perfectionis, necesse est quod verbū diuinū sit perfecte unum cum eo a quo proce-
art 2. dit. Et quanuis essentia diuina sit eadem res cum patre & filio, differt tamen secun- F
dum intelligentiæ rationem, quia, diuina essentia prout intelligens, dicitur pater 255
sed

sed prout intellecta dicitur filius, & in relatione paternitatis, & filiationis importantur distincti respectus oppositi, consequentes intellectionem diuinam, qui non importantur nomine essentiæ, nisi virtualiter, & communiter. Nec est incõueniens sub eodẽ esse contineri plura realiter distincta, nam materia, & forma ac compositũ sunt sub eodem esse existentiæ, & tamen materia non est forma, a fortiori, & eminẽtiori modo in diuinis, propter perfectionem diuini esse. in quo continentur omnes proprietates personales. Quia si diuinum esse definiri posset, eius definitio comprehẽderet eas. Et sic esse siue actualitas diuinarum personarum, nõ est alia ab actualitate siue esse diuinæ essentiæ. Vnde D. Augustin. ait, Idem est quo pater, est deus, & quo est. Non tamen eo est pater, quo deus. quia dicitur pater, eo quod est principium filii, et dicitur deus eo, quod est essentia diuina. Nec obstat quod dicit Philos. Quæcunq; sunt vni, et eidem eadẽ, sunt eadẽ inter se. Qui (ut idem Philos. dicit 3. Phys.) illud argumentum habet solum locũ in his quæ sunt eadem, re, & ratione, sicut tunica, et indumentum. Non autem in his quæ sunt eadem re, & differunt ratione. vnde ibidem dicit, quod licet actio sit idem mortui, similiter, & passio, non tamen, sequitur, quod actio, & passio sint idem. Sic licet paternitas idem sit cum diuina essentia, similiter, & filiatio, tamen hæc duo realiter differũt, quia suis propriis rationibus importãt diuersos respectus oppositos. Ideo distinguuntur ad inuicem, sed de his amplius, cum de relationibus agetur. ¶Ex his patet quod syllogismus expositorius non tenet in diuinis. Non enim ostensa diuina essentia sequitur, hæc essentia diuina est pater, & hæc essentia diuina est filius, ergo filius est pater. Aliqui dicunt, quod in syllogismo expositorio altera præmissarum debet valere vnam de omni, & ideo sic deberet exponi, & declarari maior, Omnis res quæ est essentia diuina, est pater, quod est falsum quia filius est res quę essentia diuina, & tamen non est pater.

Nota.

1. p. q. 28. ar. 3. ad. 1

Ver. 1: *De æterna filii dei generatione.*

A GENERATIONEM ab æterno fuisse in diuinis siue in essentia diuina testatur Psal. dicẽs, pater ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, hoc est in æternitate quæ est semper ei hodie præsens, in qua nulla est ratio præteriti aut futuri. Esa. etiam dicit. Nunquid ego qui alios parere facio, non parturiã? Si ego qui aliis generationẽ tribuo, sterilis ero. Dictũ est enim, quod omnes perfectiones creaturarum sunt eminentiori modo in deo, quam in creaturis, quũ sint absq; quacunq; imperfectione. Eminentia generationis dei supra generationem creaturarũ in hoc cõsistit, qui creaturæ per generationem non communicant eãdem naturam numero, sed solum specie. Sed deus pater communicat filio eandem naturam numero, ideo pater, & filius non sunt duo dii, sed vnus deus. Et quia hæc est altissima generatio, Ideo Esa. dicit, Gñonem eius qui enarrabit? Impossibile est enim in hac uita eam clare intelligere, & per consequens ennarrare. Ad aliqualem tamen ipsius intelligẽtiam, supponendo tamen, & semper in memoria retinendo, quæ de processione dicta sunt præcedenti uer. sciendum est, quod generatio dupliciter accipitur, Vno modo large, prout se extendit ad omnia generabilia, & corruptibilia. Et sic generatio est mutatio siue progressio de nõ esse ad esse, & sic accipiendo generatio non est in diuinis. Alio mõ accipitur proprie, prout conuenit viuẽtibus, in quocunq; gradu uiuentium (hoc est ab intrinseco operantium) sint. Inter quos maxime præeminet intellectio dei, quæ vocatur conceptio, & natiuitas interior, siue processio secundum rationem similitudinis. Quemadmodum enim illa processio corporalis procedens ab agente, qui exit de potentia in actum, dicitur generatio quando est communicatio naturæ secũdum similitudinem, non cuiuscunque, sed secundum similitudinem speciei, sic processio in viuente, qui non exit de potentia ad actum, & cuius actio est sua essentia, in qua communicatur eadem natura non solum secundum speciem, sed etiam, secundum numerum, eminentiori modo dicitur generatio. Et sic processio uerbi habet rationem generationis, quia procedit per modum intelligibilis actionis, quæ est ope-

Psal. 2.

256

Esa. 66.

Ezec. 53.

operatio vitæ a principio coniŭcto, & secundū rationem similitudinis, quā cōceptio intellectus diuini sit similitudo perfecta rei intellectæ in eadem natura existens, ad quam intellectus diuinus terminatur. Quia cum omnis cognitio, & intellectio fiat, per assimilationem, oporter, quod intellectus diuinus se intelligat per similitudinem eius, quæ procedit ab ipso, quæ dicitur verbum cordis. Et cum ex processio fit omnino ad intra diuina essentia non sit capax accidentis, & sit sua actio, sequitur, quod id quod procedit ab intellectu diuino (scilicet verbum) sit eiusdem naturæ numero, cum intellectu diuino, qui est idem cum essentia diuina. Et sic idem numero sunt esse, intelligere, res intellecta & intellectio intellecta siue intelligi. Ex quo sequitur, quod uerbum Dei in essentia diuina intelligente, est Deus intellectus sicut uerbum lapidis est lapis intellectus. Hinc est, quod D Ioannes ait, Verbum erat apud Deum, Et quia Deus non exiit de potentia ad actum, necesse est, quod Deus semper se intelligat. Vnde sequitur semper filium esse in patre, non inhæsiue, sed sicut principiatum in principiante Et quod Pater semper sit in filio, sicut principium in principiato. Et sic verbum est coæternū, & non accidit ex tempore, sicut in intellectu creato. Hinc est, quod dicitur, In principio erat verbum hoc est in patre filius, & ut Euangelista ostenderet, quod uerbum sit eiusdem naturæ numero cum Deo, subiungit, Et Deus erat verbum. Et ne uideretur esse sublata omnimoda distinctio, subiungit. Hoc erat in principio apud Deū. Quasi diceret, hoc verbum quod dixi esse deū aliquo modo distinctum est a Deo dicente. Et sic manet distinctio realis, prout verbum refertur ad concipientem, vt a quo est. Ex præmissis apparet, quod magna, & lata est differentia inter uerbum cordis intellectus humani, & uerbum Dei quia verbum cordis humani est accidens, & verbum Dei est substantia æterna. Præterea verbum cordis humani non est eiusdem naturæ numero, nec specie cum intellectu, nam quum intellectus humanus sit naturalis potentia permanens, & indelebilis, & verbum cordis eius est aliquid fluxibile distinctum ab eo, & ab actione ipsius, sequitur quod cessante actione intellectus humani, uerbum eius euanescat, propter defectum conseruantis. Et hæc est ratio quare humana intellectio siue processio humani intellectus non potest dici generatio & cur verbum cordis humani non potest dici genitum, siue filius, imo nec uerbum angeli, sed potest dici conceptio, quæ est incompleta generatio. Et sic inuenitur similitudo rei intellectæ, sed non naturæ identitas, sicut in conceptione animalium, quæ differt a conceptione uerbi Dei. Quia in animalibus proles concepta quandiu clauditur in vtero, non habet vltimam perfectionem, ut per se subsistat separata a generante, secundum locum. Vnde oportet, quod in eis aliud sic conceptio, aliud partus, secundum quem proles separatur a generante. etiam secundum locum. Verbum autem dei in ipso dicente existens, est perfectum in se subsistens, distinctum a Deo dicente, hoc est a patre, non enim expectatur ibi localis distinctio, sed sola distinctione relationis distinguitur. Ideo sacra scriptura ad significandam processionem diuinæ sapientiæ aliquando, utitur nomine conceptionis, aliquando etiam nomine partus. Vnde Salomon ex persona diuinæ sapientiæ dicit. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram. Ante omnes cœlos ego parturiebar. Et licet genitum accipiat esse a generante, non tamen oportet omne acceptū esse receptum in materia, aut aliquo subiecto, quum tota substantia rei sit accepta a Deo, & tamen non recepta in aliquo subiecto, quum nullum subiectum sit alicuius totius substantiæ receptiuum, alioqui sequeretur, quod Deus nihil creare posset, si subiectum præsupponeretur, quum creatio sit productio nullo presupposito. Sic igitur id quod est genitum in diuinis, accipit esse a generante Et quia esse dei est infinitū, indiuisum, summe simplex, & impartibile, non potest vna pars dari, & alias retineri, & sic persona dās, & accipiens habent idem esse, pater ut dans filius, vt accipiens. Non tamen, quod illud esse sit receptum in aliqua materia vel subiecto secundum hoc genitum dicitur habere esse acceptum, inquantum procedens ab alio. Et eodem modo dicendum est de spiritu sancto, & perfectionibus eius.

¶ Nec sequitur, quod si pater in diuinis generet filiū, quod etiā filius generet aliū filiū, & sic

Ioan. 1. Quō filius dicatur esse in patre & patre in filio.

Prou. 8.

C 255

D 256

& sic in infinitũ, quia generatio filii in diuinis est per intellectum diuinum, qui est idem in patre & filio, quum sit essentia diuina. & ideo non potest esse alia processio intellectus quam verbi, eo quod verbum est perfectissimum, quo se simul & omnia alia a se comprehendit ¶ Et quamuis generare sit perfectio in Deo, non tamen in patre sed est proprietas, per quam distinguitur à filio, cuius proprietas est generari, & eodem modo dicendum est de processione voluntatis, siue inspiratione Spiritus sancti. Nec per hoc quod Filius non potest generare, & Spiritus sanctus non potest spirare, sequitur quod Filius non sit omnipotens, aut etiam Spiritus sanctus, quia omnipotentia attenditur secundum actionem ad extra quę est omnibus communis. Intellectio vero & inspiratio sunt actiones ad intra, quę non sunt communes, propter relationes oppositas.

Cur filius in diuinis nõ generat alium filium

Ver. 2. *De inspiratione spiritus sancti.*

VLTRA generationem verbi aliam in diuinis siue in diuina essentia, esse processionem a processione verbi realiter distinctam ex sacris literis esse cõstat. Dicitur enim Ioã. 15. Spiritus veritatis qui a patre procedit. & Ioã. 16. Ille de meo accipiet. Constat etiam ex determinatione Ecclesiæ, quæ habetur in symbolo Athanasii, in quo dicitur, Filius a patre est, non factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus sanctus a patre, & filio, non factus, nec creatus, aut genitus, sed procedens ¶ Ad cuius aliqualem intelligentiam, & ad refellendum iacula eorum, qui nec sacras literas, nec authoritatem Ecclesiæ suscipiunt, supponendũ est in primis quod processio Spiritus sancti,

1. p. q. 27. art. 3. 4. cõ. Gen. c. 19.

E quæ est per modum voluntatis, maiorem difficultatem habet, quam processio & ge-
256 neratio verbi, eo quod proprietates voluntatis, & ea quæ voluntatẽ consequuntur nõ sunt adeo manifesta, sicut ea quæ pertinẽt ad intellectũ. Verũtamẽ ex his quæ pertinẽt ad ipsũ, faciliter possumus deuenire ad notitiam eorum quę pertinẽt ad voluntatem ¶ Secundo notandum est quod in nobis differentia est inter intellectum & volũtatẽ, quia intellectus efficitur in actu, hoc est actualiter intelligit per hoc quod res intellecta est in intellectu, per suam similitudinem, quæ dicitur uerbum cordis, cuius conceptio & processio satis nota est. Voluntas autẽ non fit in actu, hoc est nõ actualiter vult per hoc quod aliqua similitudo voliti sit in volente, sed per hoc quod voluntas habet quandam inclinationem siue affectionem & impulsum in rem volitã. & sic quemadmodum in intellectu uerbum cordis est terminus propinquus actus intelligendi, & medium quo intellectus terminatur ad rem intellectam extra ipsum in se existentem. & quando intellectus per actum reflexum intelligit seipsum, verbum cordis est terminus actus intelligendi, & mediũ quo se intelligit. Sic proportionabiliter dicendum est in uoluntate, illa inclinatio siue impulsus terminatur ad rem volitã extra ipsam volũtatẽ existentẽ, per intellectum sibi præsentatã. Et sic terminus immediatus dilectionis est res volita, & mediũ est illa inclinatio siue impulsus. Et cũ voluntas reflectitur supra se, & vult & diligit seipsam per intellectum sibiipsi præsentatã, terminus dilectiõis est ipsamet voluntas, & illa inclinatio siue affectio est terminus propinquus & immediatus. quia quemadmodũ actio intellectus est immanens, sic & actio voluntatis. Et ideo sicut terminus immediatus actus intellectus est in ipso intellectu, ita etiam terminus immediatus actus voluntatis est in ipsa uoluntate licet non habeat nomen impositum. Sed vtimur nomine amoris pro illo termino ad quod nomẽ est impositũ ad significandũ scilicet actũ volendi, qui dicitur Amor tendens. Ve autem est terminus immediatus, dicitur amor terminans, & sic duplex est Amor scilicet tendẽs & est ipse actus uolendi siue diligẽdi, & amor terminãs, qui se habet ad actũ volendi; sicut uerbum cordis ad actum intelligendi, & secundum hãc significationem intelligi debent dicta D. Thomæ in quæstionibus de veritate vbi dicit quod nihil est progrediens a vol[un]tate per modum operis scilicet quod habeat nomen sibi impositũ, ut exponit dominus Caietanus, quod apparet eo, quod ex actibus illis ab ea procedentibus generetur in ea habitus inclinans eam ad rem voli-
F tam siue amatam. Et vnicus actus generat dispositionem, quæ est terminus imme-
256 diatus actus uolendi a voluntate distinctus; & medium quo uoluntas fertur in rem

De Ve: q. 4 ar. 2. ad. 1.

volitam extra se existentem, sicut verbum cordis est medium, quo intellectus fertur ad rem intellectam extra se existẽtem. Ex quod sequitur quod quemadmodum per uerbum cordis res intellecta est in intelligente secundũ similitudinem ita res amata est in amante, non per essentiam aut similitudinem, sed per habitualem affectionẽ. Nec tamen per hoc quod amatum est in uolũtatem siue in amãte, sequitur quod amatum trahatur ad amantem, sed econuerso amans trahitur, transformatur, inclinatur, siue impellitur ad amatũ per intellectũ præsentatũ, sicut graue trahitur & inclinatur ad locum deorsum, propter conuenientiã. Et sic amatum est in amante, ut terminus motus per conuenientiam & proportionem, quam habet ad ipsum, ut D.
4. con Gen. c. 19. Thom. ait. ¶ Tertio notandum est quod quum in omni natura intellectuali sit voluntas, sequitur quod inuenitur in deo, non distincta tamen aut superaddita essentiæ diuinæ aut intellectui diuino, quia perfectiones quæ in nobis sunt plures & distinctæ, sunt essencialiter vnitæ in Deo. Vnde sequitur quod sicut intelligendo seipsum producit uerbum eiusdem naturæ, sicut terminum suæ intellectionis, & principiatum in principiante. Sic Deus volendo & amando seipsum, producit aliquid eiusdem naturæ, ad quod actus voluntatis suç terminatur, quod nos vocamus Amorem pro termino amoris intrinseco, quem amorem intrinsecum vocamus Spiritum sanctum. Et quum ista processio nõ fit per modum similitudinis, sed inclinationis & impulsionis, non dicitur generatio, sed potius inspiratio, ex parte dei inspirantis. Ex parte vero inspirati non habet speciale nomen, sed retinet nomen commune scilicet processionis. Vnde spiritus sanctus dicitur procedẽs, licet possit dici in inspiratio terminatiua. Et quia uelle Dei est suum esse, necesse est quod id ad quod terminatur uelle Dei, sit illi essenciale, ut dictum est de uerbo, ad quod terminatur intelligere Dei ¶ Et licet intellectus & uoluntas in Deo non sint distinctæ potentiæ, sunt tamen duæ processiones, quæ sunt secũdum actionem vtriusque. Quia licet perfectio intellectiua & volitiua sint idem, habent tamen quendam ordinem, quem concipimus ex intellectu & uoluntate hominum & angelorum, in quibus intellectus & uoluntas habent ordinem ad inuicem, licet actu eorum possit simul esse tempore, tamen actus uoluntati supponit actum intellectus. Sic etiam in Deo, licet, eodẽ actu Deus semper se intelligat & diligat, intellectus tamen & dilectio habẽt in eo quendam ordinem, non temporis, aut durationis, aut naturæ, sed originis. Non enim est processio amoris, nisi in ordine ad processionem uerbi, nihil enim potest uoluntate amari, nisi sit mente conceptum. Sicut igitur attenditur ordo uerbi ad principiũ, a quo procedit, licet in diuinis eadem sit substantia intelligens, & conceptio intellectus, ita etiam licet in Deo idem sit uoluntas & intellectus, tamẽ quia de ratione amoris est quod nõ procedat nisi a conceptione intellectus, processio amoris habet distinctionẽ a processione uerbi. Et quanuis in omni natura creata non sit nisi vnus
1. p. q. 27. ar. 3. ad. 2. ar. 4. ad 2. Eccle. 13. modus communicandi seipsam, non est tamen inconueniens quod in natura infinita (quæ sibi identificat omnia) sint diuersi modi, propter illum ordinem perfectionis intellectus & uoluntatis, quæ omnia alia includunt. Et licet similitudo uideatur pertinere ad voluntatem, sicut ad intellectum, (iuxta illud, Omne animal diligit sibi simile) aliter tamen pertinet similitudo ad verbum, & aliter ad amorem. Nam ad verbum pertinet, inquantum est similitudo rei intellectæ, sicut genitum est similitudo generantis Sed ad amorem pertinet, non quod ipse amor sit ipsa similitudo, sed inquantũ similitudo est principiũ amãdi. Vnde nõ sequitur ꝙ amor sit genitus, sed ꝙ genitũ siue filius est principiũ amoris, hoc est Spiritus sancti. Et quia in Deo non sunt nisi duæ actiones, scilicet intelligere & velle, ideo non sunt nisi duo procedentes, scilicet uerbum & spiritus sanctus. Vnde sequitur quod in Deo non sunt aliæ processiones ad intra quam duæ. Processio enim quæ est per potenciam, quum sit principium agendi in aliud, pertinet ad processionem ad extra. Et sic secundum attributum diuinæ potentiæ non accipitur processio diuinæ personæ, sed solum processio creaturarum. Et cum secundum D. Boetium Seuerinum in libro suo de Ebdomadibus, Bonitas pertinet ad essentiam, & non ad operationem nisi per modum

dum

dum obiecti,& processiones fiant secundum aliquas actiones, sequitur quòd secun-
B dum bonitatem & alia attributa non accipiuntur aliæ processiones, cum etiā Deus
857 vnico & simplici actu se & omnia alia intelligat & velit,siue diligat. Ideo nō potest
esse in eo processio verbi ex verbo, & amoris ex amore, sed est in eo vnum solum
perfectum verbum,& vnus solus perfectus amor. & in hoc eius perfecta fœcunditas
manifestat. In creaturis tamen esset imperfectio,si filius nō posset generare,eò quod
pater non communicat eandem naturam numero,sicut Deus. Et ideo in nobis sunt
plures processiones intellectus,& plura verba successiuè,propter imperfectionē,quæ
a Deo secludi debet.& sic non est procedere in infinitum in processionibus diuinis. *Productio*
Quia processio ad intra in intellectuali natura, in volūtate terminatur. Et quia duæ *verbi et spi*
prædictæ actiones ad intra in Deo sunt naturales,& non possunt non esse. Pater.n. *ritus sācti*
naturaliter & non libere,ab æterno intellexit,& dilexit se, & sic naturaliter produ- *est natura*
xit verbum, & spiritum sanctum,& non libere,nisi (vt aliqui dicunt) libertate cōpla *lis & non*
centiæ Ideo dicunt processionem filii esse secundum modum naturæ, & spiritus san *libera.*
cti secundum modum voluntatis, etiam ex eo quod processio verbi est prima. & nō.
præsupponit aliam, sicut processio spiritus sancti præsupponit processionem filii.

¶Ex præmissis apparet primo quod magna differentia est inter amorem huma-
num,& diuinum, Secundo apparet quòd licet in diuinis sit ordo originis (quia Pa-
ter est fontale principium de non principio,& Filius est principium de principio, &
Spiritus sanctus non est principium ad intra) tamen in diuinis non est prius nec po-
sterius,nec tempore nec natura, quum relatiua sint simul natura. Non enim vnum
relatiuum in esse relatiui prius intelligi potest, quàm correlatiuum. Essentia ēt diui-
na non potest intelligi sine tribus personis quum sint de eius essentia. Esse enim diui
ni (quod est idem cum essentia diuina) comprehendit tres personas. Et si esse di-
uinum definiri posset,, in eius definitione ponerentur tres personæ. Ideo non potest
intelligi sine tribus personis,sicut nec Pater sine Filio,nec Filius sine Spiritu sancto.
Vnde sequi videtur quòd vanū & superfluum est inquirere signa originis. in quibus
C Pater fuit prius Filio,& Filius prius Spiritu sancto. Et quamuis ordo originis dicatur
857 à D.Aug. ordo naturę, hoc tamen dixit absque omni prioritate. Vnde & Athanas.
in symbolo. Et in hac trinitate nihil prius aut posterius. Nam (vt idem Aug. dicit) in
diuinis est ordo naturæ,non quo alter sit prius altero, sed quo alter est ex altero.

¶Ex præmissis sequitur ꝙ vna persona sine alia videri non potest. Vnde & Chri- *1.p.q. 42.*
stus dicebat, Philippe qui videt me, videt & patrem meum, Non credis quòd ego in *art.3.*
patre,& pater in me est ? & eadem ratione dicendum est de spiritu sancto. Nec ob- *Ioan.14.*
stat quod scribitur. Ioan.8. Si me sciretis forsitan patrem meum sciretis, quia vt D.
Aug. dicit, non dubitationis causa dixit forsitan, sed increpationis,sicut & Iob. 37.
Tu forsitan cum Deo,fabricatus es cœlos.

Ver.3. *De relationibus in diuinis.*

RELATIONES Reales esse in Deo cōstat ex eo quòd quum pater in diui *1.p.q. 28.*
nis non dicatur nisi paternitate, nec Filius nisi filiatione, nec Spiritus sanctus nisi *art.1.*
processione, Si paternitas & filiatio ac processio (quę sunt relationes) non *c. 2. §. 2.*
sint realiter in Deo, sequitur quòd Deus non sit realiter pater, & filius, & spi- *versi.4.*
ritus sanctus, sed solum secundum rationem. quæ propositio est hæresis Sabel-
liana. Quare necessario dicendum est relationes reales esse in deo, non quidem ac-
cidentales,sed substantiales & subsistentes, & eædem secūdum rem cum ipsa diuina
essentia, quia omnis res quæ non est diuina essentia, est creatura, sed tres personæ
sunt Deus, ergo sunt essentia diuina. Differunt tamen, ratione quia relationes in
suis propriis rationibus distinctę, important respectum ad sua opposita, quod non
facit essentia diuina, ex modo suæ significationis siue impositionis, nisi virtualiter
& ex consequenti. Et licet relatio in Deo sit eadem res cum eo, siue cum diuina
essentia, non tamen perfecte & explicite exprimitur in nomine essentiæ, quamuis
ipsam implicite contineat, licet relatio secundum seipsam essentiam perfecte non
contineat. & sic plus continetur in perfectione diuinæ essentiæ, quàm aliquo no-

mine relatiuo possit significari. Si enim in perfectione diuina non plus contineretur D
quam quod significat nomen relatiuum, sequeretur quod esse essentiæ diuinæ esset 257
imperfectum, vtpote ad aliud se habens. Sicut si non contineretur ibi plus, quàm in nomine sapientiæ non esset subsistens. Et quia (vt dicit D. Boe.) Substantia in diuinis continet vnitatem, relatio verò multiplicat trinitatem, ideo necesse est dicere relationes in diuinis esse oppositas, alias sequeretur quod in diuinis non esse trinitas, nisi secundum rationem, quod est hæreticum. Et licet relationes ponantur in Deo, nō tamen sequitur ꝙ in Deo ponatur aliquid ꝙ habeat esse dependens. Quia relationes in diuinis nō habēt esse dependēs, sicut in nobis, quia in nobis sunt accidētia. Ideo depēdes a subiecto & principiis substantiæ. Sed in Deo non sunt accidentia, sicut nec sapiētia. Si dicatur quòd oportet omnem relationem fundari in aliquo absoluto, quia in omni relatiuo oportet intelligi, quod ad se dicitur, præter id quod ad aliud, sicut in seruo. Si ergo illa relatio, per quam pater distinguitur a filio, habet aliquid absolutum, vel est vnum tantum, vel sunt duo absoluta, si unum tantum, non possunt fundari in eo duæ relationes, nisi forte identitatis, quæ est solū rationis. Si duo ergo non solis relationibus distinguuntur. Dicendum, negando consequentiam, quia quanuis pater & essentia diuina sint vnum, non tamen essentia diuina complete & perfecte significatur per patrem, quum essentia diuina plus complectatur in sua significatione, quā pater, & hoc est propter perfectionem diuini esse, quod omnes perfectiones vnitiue continent, quæ in aliis sunt diuersæ. Nec est simile de relationibus in creaturis, quia vt dictum est, habent esse aliud ab esse substantiæ.

1. p. q. 28. art. 3. In. lib. de Tri. 4. c. 14. Gen.

Ver. 4. *De Numero Relationum In Diuinis.*

QVATVOR Relationes oppositas in diuinis esse constat, eò quòd sint duæ processiones. Oportet enim secundum quamlibet processionem accipere duas, quarum vna est procedentis, & alia ipsius principii. Processio verbi dicitur generatio E
secundum propriam rationem, quæ competit viuentibus. Relatio principii generationis dicitur paternitas, relatio procedentis à principio generationis, dicitur filiatio. Processio amoris non habet nomen proprium, vt dictum est supra, nec relationes quæ secundum ipsam accipiuntur. Sed relatio principii huius processionis dicitur inspiratio, relatio verò procedentis dicitur Processio. quanuis hæc nomina ad ipsas processione, vel origines pertineant, & non ad relationes. Licet in nobis multiplicentur secundum multiplicationem intellectionum succedentium, quæ sunt fundamenta earum. Sed quum in Deo non sint nisi duæ actiones, sequitur ꝙ non sunt nisi quatuor relationes. ¶ Et quanuis relatio subsistens constituat personam, non tamen sequitur ꝙ sint quatuor personæ in diuinis quia cōstitutio personæ est per relationem oppositam. Quæ oppositio etsi inueniatur inter relationes eiusdem processionis, non est tamen necesse omnes relationes vnius processionis opponi omnibus relationibus alterius processionis. Et quia inspiratio actiua non opponitur paternitati neque filiationi, sed conuenit utrique ideo non constituit aliam personam a patre & filio. Et sic licet inspiratio sit relatio, nō tamen est proprietas. Ideo non constituit nec dicit personam. Et sic non sunt nisi tres personæ in diuinis.

§ 4. *De nominibus pertinentibus ad mysterium Sanctæ Trinitatis.*

VT Facilius vnusquisque cauere possit ab erroribus, notandum est primo quibus nominibus vtendum sit circa mysterium sanctissimæ trinitatis, deinde de debito & catholico vsu illorum. Ad cuius euidētiam sciendum est quòd quædam sunt nomina essentialia, quædam personalia, quædam notionalia siue proprietatum & relationum, & quædam sunt attributa. Nomina essentialia dicuntur, quæ ex sui impositione significant essentiam, vt Deus, dominus, sapiēs, iustus. Nomina essentialia sūt duplicia, quædam significant diuinam essentiam substantiue, vt Deus, dominus, & alia huiusmodi, quædam adiectiue, vt sapiens, iustus habens deitatem, & alia huiusmodi. Item nominum essentialium quædam sunt cōcretiua quædam abstractiua. Concretiua sunt quæ significant diuinam essentiam & supposita, vt Deus sapiens.

Nominum essentialiū definitio & diuisio.

Abstractiua

Abstractiua vero, quæ ex modo significandi non significant supposita, saltem explicite, vt essentia diuina, deitas, dominatio, sapientia, & alia huiusmodi. Nomina personalia dicuntur illa, quæ ex prima & propria sui nominis impositione significant personam, licet ex consequenti significent essentiam, eo quod essentia est idem cum persona & huiusmodi sunt Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, vt accipitur in vim vnius dictionis, pro eo terminante processionem amoris in diuinis, vt quum dicitur, Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt. Nomina notionalia sunt quæ significant relationes & proprietates. & sunt quinque, scilicet innascibilitas, paternitas, filiatio, communis inspiratio, & processio. Ex quibus tria significant notiones personales, siue constituentes personas, vt paternitas, filiatio, & processio. Nam communis inspiratio & innascibilitas dicuntur notiones personarum, sed non personales. Nomina attributa dicũtur illa, quæ etsi ex prima sui impositione significent essentiam diuinam, tamen ad maiorem manifestationem diuinarum personarum, & ad vitandum errorem, ex vsu ecclesiæ & sacrorum doctorum sunt attributa personis, vt potentia Patri, sapientia Filio, amor, & bonitas Spiritui sancto.

Nomina personalia quid.

1. Ioan. 5.

Nomina notionalia quid, & quot.

F

257

Nomina attributa quid.

Ver. 1. *De nominibus essentialibus.*

CIRCA debitum & catholicum vsum nominum essentialium notandæ sunt aliquæ conclusiones quarum prima talis est. ¶ Nomina essentialia, quę significant essentiam, substantiuè prædicantur de personis singulariter siue in singulari numero, & non in plurali. Dicimus enim pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus sanctus est Deus, & tamen non dicimus, Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt tres dii aut domini & ratio est, quia nomina substantiua significant principaliter formam per modũ substantiæ, quæ sicut habet esse per se, ita vnitatem vel multitudinem, & ideo quando prædicantur in plurali, significant pluriticationem formæ & substantiæ numero, quod non est in diuinis, sicut in creaturis. Ideo bene dicimus, Sortes, Plato, & Guilielmus sunt tres homines, eo quod humanitas per hunc terminum (homo) principaliter significata, non est vna numero, sicut in tribus personis diuinis est vna essentia. Nec D. Thom est sibi oppositus, quum dicit in tertia parte, quod si vna persona diuina assumeret duas naturas humanas, non dicerentur duo homines, licet si tres personæ diuinę acciperent vnam naturam humanam, dicerentur vnus homo, non propter vnitatem suppositi, sed propter vnitatem naturæ & quum dicit quod singularitas & pluralitas nominis substantiui attenditur secundum formam significatam, quia ad pluriticationem substantiuorum significatur plurificatio naturæ & suppositorum. Et quamuis idem doctor in 3 sen. dixerit oppositum, in summa tamen correxit se sicut de circuncisione & aliis passibus. Secus est de plurificatione adiectiuorum, quia secundum modum significandi pluralitas adiectiuorum significat pluritificationem suppositorum, quum differentia numeralis in adiectiuis fiat per supposita in diuinis, licet in creaturis simul inueniatur pluralitas naturarum accidentalium, & subiectiuorum, non tamen in diuinis. ¶ Secunda conclusio, Nomina adiectiua adiectiuè tenta, prędicantur singulariter & pluraliter de personis. Dicimus enim quod pater est sapiens, & quod Pater & filius & Spiritus sanctus sunt sapiens, & tres sapientes, eo quod singularitas vel pluralitas in adiectiuis attenditur secundum supposita. Nec oportet semper quod terminus numeralis circa significatum sui determinabilis sit idem, quia terminus numeralis per se primo ponit significatum suum circa suppositum determinabilis, & hoc tam in substantiuis quam in adiectiuis. Sed in substantiuis concretis terminus numeralis etiam ponit significatum suum circa significatum determinabilis, quum sit substantiuum significans substantiam per modũ substantiæ & per se subsistentis. Et quamuis Deus & habens deitatem idem significent, non tamen habent eundem modum significandi: Nec obstat quod hoc nomẽ (res) sit substantiuum, & prædicetur de personis pluraliter, quia est trãscendens, & ideo secundum quod pertinet ad relationem, prædicatur pluraliter in diuinis, secundum vero quòd pertinet ad substantiam, prædicatur singulariter. Nec forma significata per

A

257

1. p. q. 3. ar. 11. 7. ad. 4.

hoc nomen (persona) est essentia, sed personalitas. Ideo nō sequitur quod si sint tres personæ, sint tres essentiæ. Nō obstat pariter quod Athana. dicit, Nō tres omnipotentes æterni, vel immensi, sed, vnus omnipotens, æternus, & immensus. Quia accipiebat substātiue, & quia sic accipiēdo vtebātur hæretici, ne cōmunicaremus in terminis, cum eis, hoc dixit. Si vero prædicta verba accipiātur adiectiue, & cum declaratione, possunt pluraliter prędicari, secundū D. Tho. ¶ Tertia conclusio. In nominibus essentialibus substantiuis concretis non solū attēditur res significata, sed etiam modus significandi. Et quia modus significandi sequitur modum essendi, ideo alius modus significandi est in omnibus substantiuis diuinis, & alius modus significandi est in substantiuis creaturarum, & per consequens alio modo se habet hoc nomen (Deus,) ad supponendum pro persona, quam hoc nomen (hoc,) quia humanitas quæ est forma significata per hoc nomen (homo) realiter diuiditur in diuersis suppositis. Ideo per se supponit pro persona, etiam si nihil addatur, ad determinādum ipsum ad suppositum. Et quia veritas siue cōmunitas naturæ humanæ nō est secundū rē, sed secundum considerationē rationis, ideo hoc nomen (homo) non supponit pro natura cōmuni, nisi propter exigentiam alicuius adiuncti. Sed cū forma significata per hoc nomē (Deus) scilicet essentia diuina siue deitas, sit vna & cōmunis secundū rē, ideo quādo ponitur per se sine addito, supponit pro natura communi, & quandoque etiam propter adiuncta, vt cum dicitur, Deus creat, quia adiectiuum conuenit subiecto ratione formę, quæ est deitas. Quandoque vero propter adiunctum supponit pro persona aliquando pro vna tantum, vt cum dicitur, Deus generat, aliquando pro duabus, vt cum dicitur, Deus spirat, aliquando pro tribus, vt cum dicitur, regi seculorum, immortali, inuisibili, soli Deo honor & gloria. ¶ Ex his sequitur quod hæc propositio est vera, Deus generat Deum filium. vnde in symbolo fidei dicitur, Deum de Deo, quia Deus a parte subiecti stat pro patre, cui conuenit generare, & a parte prædicati stat pro filio cui conuenit gigni. Nō tamē sequitur quod generet alium Deum, vel se Deum, sed filium, qui est deus, & alius a patre. Hæc aūt est falsa, Deus genuit se Deum, quia sensus est quód pater genuerit seipsū, quod est falsum & impossibile. Et quanuis hoc nomen (Deus) significet deitatem, vt in habente, sicut hoc nomen (homo) humanitatem, non tamen eodem modo. Quia in Deo significat vnam naturam realiter communem, quod non facit hoc nomen, homo ideo hoc nomen (homo per se & sine addito supponit pro supposito, & Deus pro natura, quæ tamen subsistit in tribus suppositis. Ideo enim supponit pro natura communi, supponit naturaliter hoc est personaliter, quod non facit hoc nomen, homo, sed simpliciter. Et quum natura diuina sit vna & singularis, facit propositionem singularem, secundum Dominum Caietanum, licet hoc nomen Deus, cōueniat aliquo modo cum termino communi, quia vna natura diuina numero inuenitur in tribus suppositis, sed non natura termini communis, & ideo cum dicitur, Deus creat, idem est dicere, ac si diceretur, hic Deus creat. Et similiter hæc propositio, Deus generat est singularis, & supponit pro hoc vno Deo. licet trahatur ad standum pro persona patris, & valde impropriè additur ei signum vniuersale, quare hæc est valde impropria, Omnis Deus generat. Nec ista, Deus non generat, est sua contradictoria, cum ambę sint falsę, Primo affirmatiua, quia per eam datur intelligi, quòd omnis res quæ est Deus, generet, quod est manifeste falsum. Negatiua etiam est falsa, quia per eam datur intelligi, quod generatio repugnet naturæ diuinæ vt in tribus suppositis existens, cum nihil addatur, quod determinet eā ad personā filii vel spiritus sancti. Et licet actiones sint suppositorum, non tamen sequitur quod in hac propositione, Deus creat, Deus supponat pro suppositis, & non pro natura, Quia quum hoc nomen, Deus, significet deitatem, vt in habente, & tria supposita habeant deitatem, hoc nomen, Deus, supponit pro natura & pro suppositis, indistincte tamen.

¶ Quarta conclusio, Nomina personalia siue notionalia substantiua possunt prædicari de essentia in abstracto, non autem nomina personalia siue adiectiua, nisi aliquo substantiuo adiuncto, quia nomina essentialia substantiua possunt suppo-

Margin notes: 1. p. q. 93. art. 1. — 1. Tim. 1. — C 257 — 1. p. q. 39. ar. 5 in cor. & ad. 5. — D 257

supponere pro supposito. & ideo propter indentitatem naturæ cum suppositis sequẽtes propositiones conceduntur, Essentia diuina est Pater essentia diuina est Filius, essentia diuina est Spiritus sanctus, & econuerso. Similiter istæ, Essentia diuina est paternitas, essentia diuina est filiatio, essentia diuina est processio, & essentia diuina est inspiratio, essentia diuina est innascibilitas. Similiter istæ, Deus generat Deũ, Deus generatur, Deus est genitus, Deus inspirat, Deus procedit. Essentia diuina est res generans, essentia diuina est res generata, essentia diuina est res inspirans, essentia diuina est res inspirata. & essentia diuina est res procedens, quia in illis contrahitur hoc nomen (Deus & essentia diuina) secundum adiunctum. & sic sensus huius. Deus generat, est Deus pater generat, & ita proportionabiliter de aliis, & sensus huius, Essentia diuina est generãs, est talis. Essentia diuina est pater, qui est res generans, & sic de aliis. Sed sequentes non concenduntur. Essentia diuina vel deitas generat, vel est generans, vel genita, vel spirat, aut procedit. Et ratio huius est propter diuersum modum significandi licet enim secundum rem idem sit Deus & deitas, nõ est tamen idem modus significandi vtrobique. Nam hoc nomen, Deus, significat essentiam diuinam, vt in habente, & (vt dictum est) ex modo suæ significationis supponit pro persona. & sic ea quæ sunt propria personarum, possunt prædicari de hoc nomine, Deus, vt generans & genitus. Sed hoc nomen, essentia, deitas, vel diuinitas. nõ habet ex modo suæ significationis, vt supponat pro persona, quia significat essentiam vt formam abstractam; & ideo ea quæ sunt propria personarum, in quibus distinguũtur ab inuicem, nõ possunt essentiæ attribui, quia significaretur quòd esset distinctio in essentia diuina, sicut in suppositis. Ideo hæc est falsa, Essentia diuina generat vel inspirat & negatiua vera, cum sint contradictoriæ. sicut dictum est his duabus, Deus generat, & Deus non generat. Vnde D. Aug. dicit quòd nulla res generat seipsam, sed si essentia diuina generaret essentiam, non generaret seipsam, ergo aliquid aliud. quod est hæreticum, cum nihil sit in Deo quod distinguatur a diuina, essentia licet aliquando sancti doctores ad exprimenda vnitatem essentiæ expressius locuti sint quam proprietas locutionis patiatur. Ideo tales locutiones non sunt extẽdendæ, sed exponendæ, vt scilicet nomina abstracta exponãtur p cõcreta. Et licet generatis nobis generentur ea quæ sunt in nobis, & sic generato filio generatur natura in eo, cum nõ cõicetur eadem numero a generante, sicut in diuinis, ideo nõ sequitur φ si filius Dei generetur, essentia diuina generetur. Nec ẽt sequitur, φ si essentia diuina cum adiecto substantiuo personali supponat pro persona (vt cum dicitur, Essentia diuina est pater) vbi hoc nomen essentia diuina respectu nominis personali adiectiui supponit pro persona. Quia hæc est differẽtia inter nomina ad ectiua & substãtiua, quia nomina substantiua supponunt pro supposito, nomina vero adiectiua non supponũt sed connotant formam per ea significatam, adiacere supposito. Si obiiciatur quod D. Aug. dicit quod pater est principium totius deitatis, sed non est principiũ nisi generando vel spirando, igitur deitati conenit generari, & inspirari. Dicendum quod deitas, inquantum est vna in pluribus suppositis, habet quandam conuenientiam cũ forma nominis collectiui, unde cum dicitur, Pater est principium totius deitatis, potest sumi pro vniuersitate omnium personarum inquantum ipse pater omnibus personis est principium. Nec oportet quod sit principium suipsius, sicut aliquis de populo dicitur rector totius populi, non tamen suipsius, uel potest dici quod pater est principium totius deitatis, non quod eam generet uel spiret, sed quia generando, uel spirando illam communicat, & sic est principium totius deitatis, non absolute, sed in filio & Spiritu sancto.

In. 1. de Tri.

3. de Tri.

E 858

Ver. 2. ***De nominibus pertinentibus ad personam patris.***

F 858 CVM Nomen proprium cuiuslibet personæ sit illud, quod significat id per quod illa persona distinguitur ab omnibus aliis, & prima persona Trinitatis secundum ordinem originis distinguatur ab aliis per paternitatem quam significat hoc nomen, pater sequitur quod hoc nomen, pater, est proprium primæ personæ. vnde Psalm. Ipse inuocauit me, Pater meus es tu. & Io. 17. Pater manifestaui nomen *1. p. q. 33. ar. 2.*

men tuum hominibus, &c. Et quia actiones naturales ad intra sunt connaturales & æternæ, ideo potiores quàm actiones ad extra & sic paternitas æterna potior temporali & iis quæ ex tempore Deo conueniunt, Ideo Ephes. 3 Ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Et quia actiones ad extra sunt communes tribus personis ideo in ordine ad creaturas hoc nomen pater, est commune tribus personis; vt cum dicitur, Pater noster qui es in cœlis, Sed in creaturis non inuenitur perfecta filiatio ratione generationis, cum non sint eiusdem naturæ numero, sed solum secundum aliquam similitudinem, quæ quanto perfectior fuerit, tanto perfectius appropinquat ad veram filiationis rationem. Dicitur. n. Deus alicuius creaturæ pater secundum quandam similitudinem vestigii tantum. vnde Iob. Quis est
Iob. 38. pluuiæ pater & quis genuit stillas roris? Alicuius vero creaturæ, scilicet rationalis, se
Deut. 32. cundū similitudinē imaginis vnde Moyses Nonne ipse est pater tuus, qui possedit te fecit te, & creauit te? Aliquorū vero est pater per similitudinem gratiæ, & illi dicuntur filii adoptiui, secundum quod ordinantur ad hæreditatem æternæ gloriæ per munus gratiæ acceptum, secundum illud, Ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quód filii dei simus, &c. Aliquorum verò secūdum similitudinem gloriæ, prout
Rom. 8. iam gloriæ hæreditatem possident, iuxta illud, Gloriamur in spe filiorum dei. Sic
Rom. 5. igitur patet quòd paternitas per prius est in diuinis, secundum quod importat respectum originis personę ad personam q̄ secundū quod importat respectum dei ad creaturam sicut verbum conceptum in mente artificis per prius intelligitur procedere ab artifice, quam artificiatum. ¶ Est etiam proprium patri esse principium de non
1. p. q. 33. principio, cum secundum D. August. sit principium totius deitatis. quod intelligen-
art. 1. dum est, prout dictū est in fine versiculi præcedentis. Hoc enim nomen, principium, A
nil aliud significat, quam id a quo aliud procedit. Quum ergo pater sit id a quo procedit filius, sequitur quòd pater est principium filii, licet non sit causa, quia principium communius est quàm causa, & causa quàm elemētum. Quia hoc nomen causa importat diuersitatem substantiæ, sed non hoc nomen, principium. vnde dicimus punctum esse principium lineæ, & non causam. Et quum pater a nullo procedat, sequitur quòd non est de principio, quòd significatur per ingenitum. Notandum tñ quòd licet hoc nomen principium, quantum ad id a quo nomen imponitur, videatur a prioritate sumptum, non tamen significat, prioritatem, sed originem, Nō enim idem est id quod nomen significat, & id a quo nomen imponitur, vt patet in hoc nomine lapis, quod non significat læsionem pedum, licet a læsione pedum sit impositum. Et ideo filius & Spiritus sanctus, secundum doctores Latinos, non principiantur, Quia licet attribuamus patri aliquid authoritatis ratione principii; nihil tamen ad subiectionem vel minoritatem pertinens attribuimus filio vel Spiritui sancto, vt vitetur omnis erroris occasio. Nam fontalitas & authoritas nihil aliud significant in diuinis, quàm principium secundum quem modum dicit Hilarius, Donantis authoritate pater maior. sed minor non est filius, cum vnum esse donatur.

¶ Est etiam proprium patri esse ingenitum. vnde Hilarius, Est vnus ab vno, scilicet
8. de Trin. ingenito gēitus, proprietate videlicet in vnoquoq ue innascibilis originis. & sic inge
1. p. q. 33. nitum significat proprietatem innascibilitatis, & principiū de non principio Et quā
ar. 4 uis ingenitum secundum D. Aug. importet negationem generationis passiua (tan-
4. de Trin. tum enim valet sicut non filius) tamen non sequitur ꝙ ingenitum non debeat dici propria notio, quia prima principia per negationes significantur. sicut dicimus punctum esse, cuius pars non est. Et accipitur ingenitum pro eo quod non est ab alio
5. de Trin. per generationem, vt persona subsistens. & sic non conuenit filio nec Spiritui sancto, nec etiam essentiæ diuinæ, de qua tamen potest dici, quòd est in filio & Spiritu sancto, ab alio, scilicet patre sed non vt persona subsistens. Et sicut genitum in diuinis importat relationem, sic & ingenitum, quum negatio reducatur ad genus affirmationis. non tamen sequitur quòd per oppositionem processionis quam pater habet ad spiritum sanctum, debeat poni alia proprietas seu notio, scilicet quód sit improcessibilis, quia proprietas patris, prout non est ab alio, potius signi-

B significatur per remotionem natiuitatis filii, quàm per remotionẽ processionis Spi-
259 ritus sancti, tum quia processio Spiritus sancti non habet nomen proprium, vt dictũ est, tum etiam quia præsupponit generationem filii & ideo remoto a patre, quòd non sit genitus (cum tamẽ sit principium generationis) sequitur consequenter quòd non sit procedens processione Spiritu sancti, quia spiritus sanctus non est generationis principium, sed a genito procedens. Ex his apparet quòd sunt duo nomina propria primæ personæ, scilicet pater & ingenitus, alia autem quæ ei conueniunt, vel idem significant, vel sunt communia patri & filio, vt inspiratio, vel sunt essentialia, hoc est significantia essentiam, & per consequens communia tribus personis.

Ver. 3. De nominibus pertinentibus ad personam Filii.

IN sacris literis legimus secundam personam in diuinis vocari verbum, iuxta illud, In principio erat verbũ, & verbum erat apud deũ, & deus erat verbum. & illud, Tres sunt qui testimoniũ dant in cœlo, Pater, verbum, & spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt. Et sic si verbũ propriè accipiatur pro conceptu interiori intellectus, est nomen personale & proprium filii, quia conceptus mentis proprie significat aliquid ab alio procedens, quod pertinet ad rationem notionum personarum, eo quòd personæ diuinæ distinguuntur secundum originem, & persona, quæ procedit in diuinis secundum emanationem intellectus, dicitur filius, & huiusmodi emanatio dicitur generatio vnde relinquitur quòd solus filius dicatur propriè verbum. Et licet filius sit intelligens non tamen vt verbum procedens. Notandum tamen quòd in verbo importãtur duo respectus, vnus ad patrem, alius ad creaturas, Deus enim se cognoscendo cognoscit omnem creaturam, & ideo verbum in diuinis est repræsentatiuũ omnium quæ a Deo intelliguntur. In nobis autem sunt diuersa verba, secundũ quod diuersis actibus diuersa intelligimus. Sed quia deus vnico actu se, & omnia alia intelligit, necesse est quod vnicum verbum eius sit expressiuum non solum patris, sed etiã creaturarum, ita tamen quòd respectu patris est tantum expressiuum siue repræsentatiuum, respectu vero creaturarum est nouo solum repræsentatiuum, sed etiam facti-
C uum. Quemadmodum & eius sciẽtia respectu eius est cognoscitiua, respectu tamẽ creaturarum est cognoscitiua & factiua. *1.p. q. 34 ar. 1.*

259 ¶ Filium dei esse imaginem constat ex Apost. dicente, Qui est imago inuisibilis dei primogenitus creaturæ. & iterũ, Qui cũ sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, &c. Et cũ imago dicat repræsentationẽ, & processionẽ, & quæ important originẽ & processionem in diuinis sint personalia, sequitur quòd hoc nomen, imago, sit personale, & proprium filio. vnde D. Aug. dicit quòd solus filius est imago patris. Ad cuius euidentiam sciendum est quid importet hoc nomen, imago, & quæ sint de ratione imaginis D. Tho. dicit quòd de ratione imaginis primo est similitudo in natura specifica. Signũ autẽ speciei in rebus corporeis videtur esse figura. videmus enim quòd diuersorum animalium secundum speciẽ sunt diuersæ figuræ, nõ tamẽ semper diuersi colores. unde si pingatur color alicuius rei in pariete, non dicitur imago nisi depingatur figura. Sed neque ipsa similitudo rei uel figuræ sufficit ad rationem imaginis, sed requiritur origo. Quia (vt D. Augu. ait) Vnũ omniũ non est imago alterius, quia non est de illo expressiuum. Notandum tamen quòd imago alicuius dupliciter inuenitur in aliquo, Vno modo in re eiusdẽ naturę secundum speciem, vt imago regis inuenitur in filio suo. Alio modo in re alterius naturæ, sicuti imago regis inuenitur in denario. Primo modo filius in diuinis est imago patris. Secundo autem mõ homo dicitur imago dei. & ideo ad designandã in hoc nomine imperfectionẽ imaginis homo non dicitur proprie imago Dei, sed ad imaginem dei, per quæ verba motus tendentis in perfectionem designatur ideo de filio Dei dici nõ potest quòd sit ad imaginem, cum sit perfecta patris imago. Cum ergo filius in diuinis procedat a patre per modum similitudinis in eadem natura non solum specifica, sed
D etiam numerali (vt dictũ est) sequitur quòd est eius perfecta imago & non spiritus
259 sanctus licet aliqui doctores dixerint Spiritum sanctum esse imaginem, accipiendo imaginem pro perfecta similitudine in eadem natura. Latini tamen doctores atten-
den-

Col. 1. Heb. 1. 2. de Tri. 1.p. q. 35. ar. 1. In l. b. 83. q. 1. p. q. 35. ar. 2. ad. 3. Gen. 1.

dentes quod processio Spiritus sancti est per modum amoris, & non per modum similitudinis, negant imaginem a Spiritu sancto. Quia licet Spiritus sanctus habeat naturam patris sicut & filius, non tamen dicitur natus aut genitus, sed procedentes, ita licet accipiat naturam similem patri, non dicitur imago, quia filius procedit vt verbum, de cuius ratione est similitudo ad id a quo procedit, non aūt est de ratione amoris, quamuis conueniat amori, qui est spiritus sanctus, qui est amor diuinus: Ioan. 1. Ex præmissis patet quod solus filius potest dici vnigenitus.

Ver. 4. *De nominibus pertinentibus ad personam Spiritus sancti.*

1.p q. 36. ar. 1. CVM processio in diuinis, quæ est per modum amoris, non habeat proprium nomen, sequitur relationes, quæ secundum hanc processionem inueniuntur, esse innominatas, ideo persona secundum hanc processionem procedens, non habet nomen proprium. Sed ex vsu loquentium sunt accōmodata quædam nomina, ad significandas prædictas relationes, quæ sunt nomina processionis & inspirationis, quę secundum proprietatem significationis significant actus notionales & sic ad significandam diuinam personam, quæ procedit per modum amoris, accōmodatum est hoc nomen, Spiritus sanctus, Vnde Christus, Euntes in mundum vniuersum, docere omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. & D. Ioā.

Mat. vlt. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbū, & spiritus sanctus, & hi tres

1. Ioan. 5. vnum sunt. Licet enim pater sit spiritus & sanctus, & similiter & filius (vt in multis passibus sacræ scripturæ inuenitur) tamen hoc nomen, Spiritus sanctus, in vim vnius dictionis ex vsu scripturæ & Ecclesiæ est accommodatum ad significandam unam trium personarum. s. illam quæ procedit per modum amoris, qui ab Athanasio dicitur procedens a patre & filio, scilicet æqualiter ab vtroque. Licet aliquando dicatur procedere principaliter vel proprie a patre, eo quòd filius virtutem inspirandi habet a patre. Quū igitur æqualiter procedat a patre & filio, sequitur quòd pater & filius sunt vnum principium Spiritus sancti. Vnde D. August 7. de Trinitate dicit Pater & filius non sunt duo principia, sed vnum tantum, quia pater & filius in omnibus unum sunt, in quibus non distinguuntur per relationes oppositas, & cum in hoc quod est esse principium Spiritus sancti, non opponantur relatiue, sequitur quòd sunt vnum principium. Et quamuis hoc nomen, principium, significet proprietatem, significat tamen eam per modum substantiui, sicut hæc nomina, pater & filius, etiam in rebus creatis. vnde numerū accipiunt a forma significata, sicut alia substantia. Et si attēdatur virtus inspiratiua, Spiritus sanctus, qui procedit a patre & filio, inquantum pater & filius sunt vnum in virtute inspiratiua, quodam modo significat naturam cum proprietate. Nec est inconueniens unam proprietatem esse in duobus suppositis, quorum est una natura. Si vero considerentur supposita inspirationis, sic spiritus sanctus procedit a patre & filio, vt sunt plures, procedit enim ab eis vt amor unitus duorum. Et cum dicitur, vnum principium spiritus sancti est pater, & filius, hoc nomen, principium, non supponit pro vna persona tantū, sed pro duabus simul confuse indistincte. Notandum tamen quod cum nomina adiectiua accipiant secūdum numerum supposita, & substantiua secundum formam, & hoc nomen, spirans, sit adiectiuum, & spirator, sit substantiuū possumus dicere quòd pater & filius sunt duo spirantes, & non duo spiratores, propter unam spirationem.

Pater et filius sunt unum principium Spiritus sancti.

B 159

In homi. pente. 1. p. q. 37. art. 1. ¶ Hoc nomen, amor, secundum D Grego. est nomen proprium spiritus sancti dicit enim quòd ipse Spiritus sanctus est amor, quod intelligendum est quando accipitur personaliter, inquantum utimur nomine amoris ad experimendam habitudinem rei quę procedit per modum voluntatis, sicut uerbum exprimit habitudinem rei quæ procedit per modum intellectus. Si uero amor non dicat nisi habitudinem amantis ad rem amatam, est nomen essentiale, & conuenit tribus personis, Ex quo sequitur quòd si amor essentialiter sumitur, non se diligunt spiritu sancto. Sed secundum quod diligere & amor accipitur notionaliter, nil aliud est quam spirare amorem, sicut dicere, est producere verbum & florere, producere florem. ita pater filius diligunt se spiritu sancto, siue amore procedente se diligunt ac etiam nos;

¶ Hoc

F ¶Hoc etiam nomen, donum, conuenit filio, & spiritui sancto. De filio enim legi- 1.p.q.38.
159 mus, paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & Ioan.3 Sic deus dilexit mũ ar.1.
dum, vt vnigenitum suum daret, De spiritu sancto dixit Christus. Si vos cum sitis Esa.9.
mali, nostris bona data dare filiis vestris, quãto magis pater vester de cœlo dabit spiritum bonũ petentibus se? & Ioan.14. Ego rogabo patrem meum, & aliũ paracletũ dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis, Ad cuius euidentiã sciendũ est, quod in nomine doni importatur habitudo alicuius, ad hoc, quod alteri do netur. Quod autem donatur, habet habitudinẽ ad id a quo donatur, & ad id cui do natur. Non enim daretur aliquid ab aliquo, nisi esse eius. Persona autem diuina dici tur esse alicuius, vel secundum originem (vt filius est patris) vel inquãtum ab aliquo habetur Habere autem dicimus id, quo libere possumus vti vel frui vt volumus, & per hũc modum diuina persona non potest haberi, nisi a rationali creatura deo con iuncta. Aliæ enim creaturæ moueri possunt a diuina persona, non tamen sic quod in potestate earum sit frui diuina persona, aut vti effectu eius, ad quod pertingere potest rationalis natura, quum sit particeps diuini verbi, vt possit libere Deũ cognoscere, & particeps procedẽtis amoris, vt possit eum recte amare, ideo sola intellectualis natura potest habere diuinam personam, sed ad hoc nõ põt peruenire virtute propria, ideo oportet, quod ei detur. Hoc enim dari dicimus, quod aliunde habemus. Et quia persona patris non procedit ab alia ideo non datur, sicut filius & spiritus sanctus, qui propter donatione non separantur a donante, quia hæc donatio non
A importat nisi processionem originis, quæ est secundum æqualitatem, & infinitatem
160 naturæ. Notandũ tamen, quod quando hoc nomen, donum, sumitur personaliter in 1.p.q.38.
diuinis, est proprium nomẽ spiritus sancti. Pro cuius notitia aduertendum est, quod ar.2.
donum proprie est datio, & tr aditio irreddibilis, quia non datur spe retributionis, & sic importat gratuitam donationem. Ratio au tẽ gratuitæ donationis est amor, ideo enim damus aliquid gratis alicui, quia volumus ei bonũ. Primũ ergo quod damus ei, est amor quo volumus bonum. Hinc est quod amor habet rationem primi doni, & per hunc modum D. Aug dicit, Per id quod est spiritus sanctus, multa propria dona diuiduntur in membris Christi. Nec obstat, quod filius datus est nobis, quia sicut filius procedit per modum verbi (de cuius ratione est quod sit similitudo sui principii) tamen proprie dicitur imago, & nõ spiritus sanctus, licet sit similis patris, vt dictum est, ita etiam spiritus sanctus, qui a patre procedit, vt amor, dicitur donũ, quanuis etiã filius detur. Hoc enim ipsum, quod filius est nobis datus, ex patris amore processit secundum illud, Sic deus dilexit mundum, vt filium vnigenitum daret.

Ver.5. *De nominibus essentialibus attributis personis.*

AD manifestationem fidei conueniens fuit vt quædam nomina essentialia appro 1.p.q.39.
priarentur, & attribuerentur personis, quia licet trinitas personarum demonstratiue ar.7.
probari nõ possit cõuenit tñ vt per aliqua nomina magis manifesta nobis notificetur & declaretur, Sed quædam sunt nomina importantia essentialia attributa, quæ sunt manifestiora secundum rationem, quam propria nomina personarum, cum ex creaturis per certitudinem possimus venire in cognitionem essentialium attributorum & non in cognitionem proprietatum personalium, sicut igitur similitudine vestigii, vel imaginis in creaturis inuenta vtimur ad manifestationem diuinarum personarũ, ita essentialibus attributis Et hæc manifestatio personarum per essentialia attributa dicitur appropriatio possunt autem manifestari personæ diuinæ per essentialia attributa dupliciter, vno modo per viam similitudinis, & sic ea quæ pertinent ad intelle-
B ctũ, appropriantur filio, qui procedit per modũ intellectus, vt sapientia. &c. Alio mo
160 do per modũ dissimilitudinis sicut potentia appropriatur patri, vt D. Aug ait, Quia patres apud nos solent esse propter senectutem infirmi. Ne tale quid suspicemur de deo, attribuimus ei potentiam, vnde in symbolo fidei dicitur, Credo in vnum Deum patrem omnipotentem. Appropriata personæ patris sunt, æternitas, vnitas, potentia

& ex

& ex quo. Appropriata personæ filii sunt, species, æqualitas, sapientia, veritas, & per quē. Appropriata vero personæ spiritus sancti sunt, visus, concordia siue cōnexio bonitas, & in quo. Horū declarationem diffuse prosequitur D. Tho. in 1. p. q. 39 ar. 8.

§. 5. *De missione diuinarum personarum.*

Ex sacris literis apertissimè constat, missionem conuenire filio, & spiritui sancto
1. p. q. 43. ar. 1. De filio quidem habetur Ioan. 4. Meus cibus est ut faciam volūtatem eius qui misit me, & Io. 8 Non sum ego solus, sed, & qui misit me pater, & in eodē, Qui me misit,
Ioan. 8. mecum est De spiritu sancto uero habetur, Ioan. 14. Quum venerit paracletus quem
Ioan. 14. ego mittam vobis a patre, & Ioan. 16 Si non abiero, paracletus non ueniet ad vos.
Ioan. 16. Si autem abiero, mittam eum ad vos. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod in nomine. & ratione missionis duo importantur, Quorū vnū est habitudo missi ad eū a quo mittitur. Per hoc autem quod aliquis mittitur, ostenditur processio quædā missi a mittente, vel per imperium (sicut dominus mittit seruum) uel per cōsilium (vt si dicatur consiliarius mittere regem ad bellum, quia consulit. Et hoc modo Apostoli audientes quod Samaria recepisset verbum dei, miserunt ad eos. Petrum, & Ioannem, vt acciperēt spiritum sanctum) uel per originem, vt si dicatur quod flos emittitur ab
Act. 8. arbore, Ostenditur etiam habitudo ad terminum ad quem mittitur, vt aliquo modo ibi esse incipiat, vel quia prius ibi omnino non erat, vel quia incipit ibi aliquo modo C
esse quo prius non erat Inquantum ergo missio importat processum originis a mittente, & inquantum importat nouū modū essendi, scilicet per aliquem nouū effectū 26
in eo ad quem mittitur, conuenit filio, & spiritu sancto, secundum, quod filius incœpit esse in mundo per carnē assumptā. & tamen ante erat in mūdo, vt dicitur Ioā 1.
Et spiritus sanctus dicitur esse missus a patre, & filio; in columbæ specie, & in spē lin
Ioan. 1. guarū, ad aliquos speciales effectus, & quanuis in omni missione quæ fit per imperium vel consilium, mittens sit maior misso, potentia vel sapientia, & missum separetur a mittente, & deserat locum a quo, & incipiat esse de nouo in loco ad quem, hoc tamen non oportet quod sit in diuinis, vbi missio non importat nisi processionē originis, quę est secundum æqualitatem, & absq; separatione, & noui loci acquisitione quum non fiat per motum localem.

¶ Ex præmissis apparet, primo, quod si missio accipiatur quantum ad secundā habitudinem, non est æterna, sed temporalis. Vnde Apost. Cum venit plenitudo tempo
Galat. 4. ris, misit deus filium suum Secundo apparet quod cum pater non procedat ab alio, ei
2. de Tri. non conuenit mitti, vnde D. Aug. Solus pater nunquam legitur missus, sed filius, &
Mat. 17. spiritus sanctus, Et licet pater possit nouo modo esse in creaturis, sicut filius, & spiritus sanctus, vt in voce audita, in transfiguratione, quia tamen non procedit per originem ab alio, non mittitur. Missio filii, & spiritus sancti est duplex. s. visibilis, & inuisibilis Visibilis est per effectus visibiles oculis corporalibus præsentatos, & non per imaginaria visionem, & circa huiusmodi, dimissionem est diuersitas inter missionem filii, & spiritus sancti, Quia filius in missione visibili specialiori modo missus est quam spiritus sanctus, cum carnem siue naturam humanā (in qua visibilis apparuit) assumpserit ad vnitatem suppositi. Sed spiritus sanctus non assumpsit ad vnitatem suppositi columbam aut igneas linguas. Quia non assumpsit ad aliquid agendum, sed tantum ad significandum. Et ideo non oportuit, quod durarent, nisi quandiu peragerent officium. Et quanuis illę creaturæ visibiles, vt columba, & igneæ lin
3. li. de Tr. guæ, fuerint dispositæ ministerio angelorum (vt D. Aug. dicit) non tamen ad signi D
ficandam personam angeli, vel angelorum, sed ad significandam personam spiritus 26
sancti. Cum igitur spiritus sanctus esset in illis sicut signatum in signo, propter hoc spiritus sanctus secundum eas mitti dicitur, & non angelus. Et cum creaturæ visibiles, secundum quas spiritus sanctus missus est, non fuerint assumptæ ad vnitatem personæ, sicut natura humana a filio, ideo spiritus sanctus non dicitur minor patre, secundum naturam assumptam, sicut filius secundum naturam humanam.

Con-

Continuatio dicendorum.

VISIS & succincte declaratis terminis ad mysterium sanctissimæ Trinitatis pertinentibus, sine quorum notitia mysterium incarnationis filii Dei intelligi non potest, nunc ad illud aliqualiter enucleandum procedendum est.

DE MYSTERIO INCARNATIONIS FILII DEI.

CAP. XX.

FILII Dei incarnationis mysterium in sacris literis, tam in antiquo quàm nouo testamento, per sacramentum matrimonii est declaratum. In antiquo quidem, cum dicitur, Tanquã sponsus dominus procedens de thalamo suo, & Sap. 8. Hanc amaui. & exquisiui sponsam mihi assumere, &. Esa. 62. Gaudet sponsus super sponsam, & Iohel. 2. Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. In nouo vero, Matt. 25 Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit. & Mar. 9 Nõ possunt filii sponsi lugere quandiu cum eis est sponsus, &c. & Ioan. 3. Qui habet sponsam sponsus est. & Mar. 2. Nunquid possunt filii nuptiarũ quandiu cũ illis est sponsus, ieiunare? Nõ est clarior nec magis accõmoda similitudo, ad intelligendũ mysteriũ incarnationis filii dei, quam matrimonii, & vix absq; illa intelligi potest, Ideo est bene notanda, contemplanda, & conferenda. Apostol. dicit, Sacramentum hoc (scilicet matrimonii Adam & Euæ) magnum est, Ego autem dico in Christo & Ecclesia. Per quæ verba duplex matrimonium, spirituale siue vnionem Christi nobis explicatur. Primum est personæ filii Dei cum natura humana, cum dixit, In Christo. & hoc matrimonium siue vnio Christi cum natura humana, dicitur Incarnatio Filii dei. Secundum vero est matrimonium, & vnio filii Dei incarnati cũ ecclesia hoc denotat hæc coniunctio copulatiua adiuncta, & ecclesia. *Psal. 18.* *Ephe. 5.* *Duplex matrimonium filii dei.*

A 261

E

260

¶ Quoad primum matrimonium siue vnionem filii dei cum natura humana (de qua nunc tractandum est) similitudo maxima cum carnali matrimonio apparet, quia certum est quòd omnes pene conditiones, quas in carnali matrimonio videmus inter homines obseruari, fuerunt obseruatæ in incarnatione filii Dei. In matrimonio enim carnali quædam sunt antecedentia, quædam concomitãtia, quædam consequẽtia. Primo sunt sponsalia, quæ præcedunt nuptias. Secundo sunt nuptiæ & donatio mutua contrahentium, quam concomitatur hinc inde communicatio omniũ bonorũ & titulorum respectiue. Tertio sunt consequẽtia scilicet fidelis cohabitatio & generatio, Hæc omnia perfectiori, & eminentiori modo obseruata fuerunt in filii dei incarnatione, quam in matrimonio carnali. ¶ Primo fuerunt sponsalia siue promissio de futuro cum Abraham, Gen. 22 Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. deinde cum Dauid, vt ipse testatur. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & nõ frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Ideo D. Hiero. exponens illud Matt. 1 Liber generationis Iesu Christi, filii Dauid, filii Abraham dicit, Horum dicitur filius, quia ad hos tantum de Christo facta fuit repromissio. *In matrimonio tria communiter obseruantur.* *Psal. 126.*

¶ Secundo fuerunt nuptiæ, hoc est consensus mutuus hincinde, quando D. Virgo dixit, Ecce ancilla Domini, & tunc fuit incinde facta donatio natura humana dedit filio dei animam & corpus, & filius dei dedit naturæ humanæ suum esse personale sibi suam personalitatem. Fuit etiam hincinde bonorum communicatio, quia filius dei communicauit naturę humanæ suum existere, & omnia personalia, & attributa, ac etiam essentialia, & ex consequenti quæcunque conueniunt essentiæ diuinæ, sic *3 p. q. 3. ar. 6. ad. 3.*

F

260

quòd

quòd propter hanc cōmunicationē prædicātur nunc de supposito subsistente in na
3.p.q.16. art.2. tura humana subsistit. Et sic natura humana est donata honoribus, priuilegiis, titulis, & prærogatiuis personæ filii dei, sicut vxores illustrantur radiis virorum. Vnde dicimus, ad eo tempore quod homo est filius Dei & Deus, dicimus pariter quòd homo est omnipotens, creator & gubernator omnium, immēsus, æternus, & sic de aliis nominibus, quæ pertinent ad essentiam vel personam filii dei, & ad suum existere
3.p.q.7.& 14.& 15. personale, propter quòd eam portat & sustinet. Naturam etiam humana communicauit personæ filii Dei suos titulos siue conditiones Et sic filius Dei nominatus homo, & per consequens dicimus quòd Deus est homo, quòd Deus est corporalis, passibilis, mortalis passus, & mortuus. & sic de aliis naturæ humanæ conditionibus, quæ non important defectum vel deformitatem. Non enim dicimus quòd in Christo fuerit ignorantia aut fides. Et quia natura humana non habet proprium esse existentiæ, sed subsistit in esse existentiæ, filii dei, ideo non dicimus quòd in Christo sint duo supposita quia non sunt duo existentes, quia essent duæ personæ. Neque
In Christo non sunt duo supposita. posset dici homo, neque homo Deus. Et sic filius dei non assumpsit hominem, sed naturam humanam. Et licet Damascenus dicat quòd filius dei assumpsit naturam humanam in athomo, hoc est indiuiduo, illud tamen nō est aliud a supposito in creato, quod est persona filii dei, alioquin oporteret quòd omni homini conueniret esse
3.p.q.2. ar.2.&3. 3.lib. verbum dei. Nec oportet quòd omne indiuiduum in genere substantiæ etiam in rationali naturali habeat rationem suppositi aut personę, sed solum quando per se existit, & non quando existit in alio, vt apparet in manu & aliis membris corporis, A 261
quæ non sunt supposita, cum non habeant esse per se, sed subsistant in corpore. Sic in proposito, quum natura humana vnita verbo non habeat proprium esse existentiæ, sed subsistat in esse existentiæ verbi diuini, non est suppositum, nec persona. Nō sequitur tñ ꝙ sit accidens, cum sit apta nata habere proprium esse. Nam si de potētia absoluta dimitteretur a filio Dei, statim flueret ab ea esse existentiæ proprium, sicut in nobis. Nec sequitur etiam quod natura humana fuerit imperfecta propter defectum proprii esse, cum fuerit assumpta ad nobilissimum esse diuinum.

Ioan. 8. ¶Tertio in incarnatione & matrimonio Filii Dei cum natura humana fuerunt consequentia ad matrimonium scilicet fidelis & indiuidua cohabitatio. Natura enim humana in Christo inuiolatā fidē siue fidelitatē seruauit filio dei vnde dicebar, Qui me misit, mecum est, & non reliquit me solū, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper. Nec obstat quòd Christus mortuus est, & quod in triduo non fuerit homo, quū anima eius fuerit a corpore separata, alias non fuisset mortuus, nec resurrexisset,
Ioan. 12. Quia licet filius Dei in illo triduo desierit esse homo, propter separationem partiū, non tamen desiit esse Christus, propter suppositationem earum. Vnde Damas. dicit, Quod semel assumpsit filius dei, numquam dimisit. Et Iudæi dicebant, Nos audiuimus ex lege quòd Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Et Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Et Christus approbauit fidem illorum, dicens, Adhuc modicum lumen in vobis est. ¶Matrimonium filii dei cum natura humana in communicatione huius esse incomparabiliter excedit matrimonium carnale, in quo non cōmunicatur esse existentiæ. Nec inuenitur aliquis maritus, qui semper portet vxorem suam, sicut filius dei naturam humanam. De hoc incarnationis matrimonio exponi potest prophtia Adę consentientis matrimonio Euæ ex costa sui lateris forma
Gen. 2. tæ, dicentis, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, Quia natura humana in Christo est corpus ex ossibus & carne Christi, hoc est ex D. Virgine, quæ dicitur specialiter caro Christi, propter specialem præseruationem a peccato originali. Alii enim omnes sunt natura filii iræ, & per consequens diaboli, quia habent characterem eius scilicet originale peccatum. Præterea sicut in matrimonio carnali relinquit homo patrem & matrem, vt adhæreat vxori suæ, sic Christus & adhæ-
Eph. 2. reret naturæ humanæ, reliquit patrem. vt habetur Ioan. 6. Exiui a patre, & veni in mundum. & Hiere. 12. Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam. Reliquid pater & matrem, hoc est D. Virginem vnde Ioan. 6. Iterum relinquo mun-

B mundum,& vado ad patrem,scilicet in die resurrectionis,& in die ascensionis, quan
261 do cum natura humana,vxore sua,ascendit ad cœlos,& sedet a dextris dei. *Quo filius dei reliquit patrem,& matrem.*

¶Sed difficultas est non modica,Quomodo filius dei reliquit patrem, cũ dixerit Philippo, Qui videt me,videt,& patrem. Nonne credis quod ego in patre,& pater in me est?& iterum,pater in me manens ipse facit opera. Quomodo ergo reliquit patrem & matrem,quum filius dei secundum naturam diuinam nõ habeat matrem? nec vnquam D.virgo fuerit ab eo separata sed semper vnitam per gratiam? Circa hæc oportet caute ambulare,& bene intelligere hanc dimissionem. Certum est enim filiũ dei a patre fuisse relictum.vnde clamabat,Heli,Heli,Lamazabathani,quod interpretatur,deus meus,deus meus,vt quid dereliquisti me? & a patrem a filio ex authoritatibus allegatis,ac etiam reliquisse matrem in hoc mundo. Ad horum euidentiam sciẽdum est in primis,quod prædicta authoritas Ioann 19 intelligitur de ipso Christo, prout dicit suppositum in duabus naturis,scilicet diuina,& humana,quam pater permisit pati secundũ portionem inferiorem,& in carne,absq; speciali cõsolatione, imo sustinuit eam in passione plusquam naturaliter pati potuisset,fuisset enim in horto, & flagellatione ac coronatione mortuus,nisi deus pater specialiter præseruasset eũ. Sed alio modo debet intelligi alia dimissio ipsius Christi, quia exiuit a patre,& venit in mundũ,quia antequã veniret in mundum,non habebat naturã humanã, neq; matrem Et ideo oportet,quod illa dimissio intelligatur de secunda persona in diuinis non quidem ita ,quod aliquando fuerit filius sine patre,quia semper,& in patre, & pater in illo,sed intelligitur quoad aliquẽ effectũ personalẽ, quia scilicet cõtraxit matrimonium cũ natura humana,& assumpsit eã ad suũ esse personale,& nõ pater, ideo non dicimus,quod pater in diuinis sit homo,neque ꝙ homo sit pater in diuinis sicut etiam non dicimus quod diuinis sit filius,vel econuerso, Similiter non assũpsit naturã D.Virginis, quæ est eius mater ad suum esse personale,& sic non dicimus , *Ioan.19.* *Act.1.*

C quod D.virgo sit,deus,aut filius dei,aut sec.da persona Trinitatis, nec attribuimus
261 ei alia prædicata essentialia. Nec dicimus,quòd filius dei sit mulier,sicut dicimus , ꝙ filius dei est homo,& filius hominis,hoc est D.Virginis,Communicatio enim(quã theologhi vocant idiomatum,siue attributionem prædicatorum essentialium, & personalium)non potest fieri duabus naturis separatis,nisi illæ hypostatice vniantur in vno supposito,hoc est nisi sit vnum suppositum sustinens,& terminans illas duas naturas,sicut in Christo,in quo veriusq; naturę suppositum hypostasis , & persona est filius dei,qui terminat naturam diuinam per generari siue per æternam generationẽ passiuam. Terminat etiam naturam humanam communicãdo ei suam personalitatẽ quam non communicat pater nec spiritus sanctus. Ideo non dicuntur terminare naturam humanam,& per consequens nec incarnari. Quia si terminarent sicut filius, tunc vnus homo diceretur pater, & filius,& spiritus sanctus,& Trinitas siue tres personæ essent vnus homo,propter vnam naturam humanam,sicut propter vnam naturam diuinã dicuntur vnus deus,& omnia alia notionalia, quæ pertinent ad personas attribuerentur vni homini,ueruntamen hoc non fuit conueniens,vt tres personę assumerent vnam naturam humanam,sed congruum fuit,quod solus filius vniretur et terminaret naturam humanam ratione finis vnionis,qui est impletio prædestinationis eorum qui prçordinati sunt ad hæreditatem cœlestem,quæ non debetur nisi filii, secundum illud , Si filii & hæredes . Et ideo congruum fuit , quod per eum qui est filius naturalis,homines participarent similitudinẽ huius filiationis. unde Apost. ibi dicit. Quos præsciuit,hos,& prædestinauit conformes fieri imagini filii sui . Præterea incarnatio facta fuit in remediũ peccati, Adæ, qui peccauit appetendo scientiam ut patet ex uerbis serpentis promittentis homini scientiã boni, & mali. Ideo conueniens fuit,ut qui per inordinatũ appetitũ scientiæ recesserat a deo, per uerbum veræ sapientiæ reduceretur in deum,& instrueretur ab eo, sicut discipulus per magistrũ, per hoc quod recipit verba magistri. Vnde Eccl. 1. dicitur. Fons sapientiæ in ecclesiis,& ne eadem persona diceretur pater,& filius. *3.p.q.43. ar.6.ad.3. & ar.8.* *Rom.8.*

¶Sed adhuc manet difficultas,quommodo solus filius dicatur contradixisse matrimonium

monium cũ natura humana, & nõ pater. Quia vel hæc vnio siue assumptio, quã fecit filius dei, est aliquid reale, uel non. Si secundum, sequeretur, quod mysterium in carnationis filii dei esset tantum purum ens rationis fictitium; & sic Christus non posset realiter dici filius dei, nec filius dei realiter diceretur homo, sed secundum rationem duntaxat, quod est hæreticum. Si primum, uel in vnione filii est aliquid extrinsecum toti Trinitati, uel intrinsecum. Si extrinsecum, ergo adeo bene terminant naturam humanam pater, & spiritus sanctus, sicut filius, qũ opera trinitatis, ad extra sint indiuisa, & tantum operetur una persona quantum alia, alioqui non esset una vnitas diuinitatis, neq; æqualitas personarum. Si intrinsecum, ergo nil reale ponitur in natura humana; cum omne reale existens in creatura sit extrinsecum ipsi Trinitati. Præterea assumptio dicitur esse facta ad idem esse existentiæ, sed idẽ est esse existentiæ patris, & filii, & spiritus sancti cum sit idem cum essentia diuina, quę non est nisi una numero, vt dictum est igitur, &c.

¶ Tota difficultas cõsistit in illa terminatione, & quomodo filius realiter terminet & non pater cum omnes tres persones subsistant in uno esse existentiæ, quod cõmunicatur, videtur omnes terminare. Nec clare apparet quid amplius habeat natura assumpta ex illa terminatione personali a filio, quam a patre, & spiritu sancto.

3 p. q. 2. ar. 7. ¶ Ad huius difficultatis elucidationem sciendũ est primo, quod hoc matrimoniũ vnio, & assumptio, de qua hic loquimur, nil aliud est quam quædam relatio, cõsiderata iuxta naturã humanam, & diuinam, prout conueniũt in una persona filii dei. Sed omnis relatio, quæ consideratur inter deum, & creaturam, est realiter in ipsa creatura. In deo aũt non est realiter, sed secundum rationẽ tantum. Dicitur tamen deus vnitus realiter creaturę, eo quod creatura est realiter vnita deo, absq; tamen dei mutatione. Non enim apud eum est transmutatio, &c. Et quum essentia relationis sicut motus pendeat ex fine vel termino, & esse eius a subiecto, & vnio relatiua non habeat esse nisi in creatura, sequitur quod hęc vnio, qua natura humana assumpta est à filio dei habeat esse creatum. Et quamuis homo dicatur creator propter vnionem non tamen sequitur quod vnio sit creatrix, secundum regulam Topicam, propter vnum quodq; tale, &c. quæ fallit in hoc casu, quum homo dicitur deus, & creator propter terminum vnionis, quia quod aliquid dicatur creatum respicit magis esse quam rationem suæ essentiæ.

3 p. q. 2. ar. 7. ad 2. & 3. — D 262 — E 262

3 p. q. 2. ar. 8. ¶ Secundo notandũ est, quod hoc matrimonium, dicitur vnio assumptio, incarnatio & humanatio differenter tamen. Quia omnis relatio, quæ recipit esse ex tempore, causatur ex aliqua mutatione. Mutatio autẽ est in actione, & passione. Ideo dicendũ est, quod principalis differentia inter assumptionem, & vnionem est, quod vnio importat ipsam relatione, assumptio aũt actionem, secundũ quam dicitur aliquid assumptum. Ex hac differentia oritur alia, quia assumptio dicitur sicut in fieri, vnio autem sicut in facto esse, & ideo vniens dicitur esse vnitum, sed assumens non dicitur assumptum. Natura enim humana in concreto significatur, ut in termino assumptionis ad hypostasim diuinam, per hoc, quod dicitur homo. unde dicimus, quod filius dei, qui est sibi uniẽs naturã humanam, hoc est homo, sed natura humana in se cõsiderata, hoc est in abstractio, significatur ut assumpta. Iõ nõ dicimus, quod filius dei si natura humana, nec econuerso. Ex hac secunda differentia sequitur tertia, Quod relatio æquiparentiæ non se habet magis ad unum extremum, quam ad aliud, actio, autem, & passio alter se habent ad agens, & patiens, & diuersos terminos. Et ideo assumptio significat, & importat terminum a quo, & ad quem, dicitur enim assumptio, quasi ab alio ad se sumptio. Vnio autem nihil horum importat aut determinat. Ideo indifferenter dr̃, quod natura humana est vnita diuinæ, & econuerso. nõ tamẽ dicitur natura diuina assumpta ab homine, sed bene econuerso, quia natura humana assumpta est ad personalitatem diuinam. Incarnatio autem, & humanatio determinant id cui facta est copulatio ex parte assumpti, quod est caro, uel natura humana, & sic dicimus, quod verbum caro factum est, & incarnatum, hoc est carni vnitum, & caro ei, dicimus pariter, quod uerbũ est humanatum, hoc est natura humana

unita

vnita est verbo, vnione hypostatica ad suum esse personale, absque tamē verbi mutatione. Ex his patet quod assumptio & vnio non eodem modo se habent ad terminum. Et ideo vniens & assumens non sunt omnino idē, quia omnis persona assumēs est vniens, sed non econuerso. Nā persona patris vniuit naturam humanā, & filio, et
F non sibi. Ideo dicitur vniens, sed non assumens, quasi ad se sumens. & eodē modo di
261 cendū est de spiritu sancto. Persona autem filii, quæ sibi vniuit naturam humanā, dicitur, vniens & assumens siue terminans, & non pater aut spiritus sanctus, quamuis ad ea quæ pertinent ad actionem & vnionem ad esse existentiæ, æqualiter concurrant, Quia cū assumptio duo importet scilicet actū assumētis, & terminū, Actus autem assumentis procedit ex diuina virtute, quæ est cōmunis tribus personis, sed terminus assumptionis est persona, & ideo illud quod est actionis, est commune tribus personis, sed illud quod pertinet ad relationem termini, ita conuenit vni personæ, quod non alteri Tres enim personę fecerunt, ut humana natura vniretur vni personæ filii Dei, & sic a patre & spiritu sancto volente filio ordinatum fuit, vt natura humana terminaretur, & per consequens assumeretur, a filio, vt speciali instrumentum coniunctum ad operandum operationes proprias personæ filii Dei, quæ sunt illuminare mentes, mūdare a peccato, & introducere ad perfectionē hæreditatis æternæ. & propter hoc haberet nomina propria personæ filii Dei, & proprietatū eius, & ex consequēti essentialia. Quia quicquid cōuenit essentiæ, cōuenit personæ, sed nō econuerso Similitudo soler dari de duobus induentibus tertium, qui etiam se iuuat vt induatur. Quilibet operatur, etiā ipse qui induitur, & tamē vnus solus manet indutus.
¶Alia similitudo magis familiaris est de matrimonio. Sit pater, & mater qui habeāt
A filium summe dilectum, & ipsi summe dilecti à filio, Non est alius hæres, nec spera-
262 tur, Omnia bona parentum sunt inter se communia & filio. Ita se diligūt quod quicquid vult vnus, vult alius, Inuenitur quædam filia, quę placet patri & matri dari in vxorem filio qui etiam vult eam, de voluntate & consensu patris & matris, & sic filius contrahit matrimonium cum illa. Pater mater, & filius dant sponsæ claues thesaurorum, communicāt omnia, simul conuiuunt, quicquid uult vnus alius. pater & mater adeo diligūt illā, sicut filius, semper simul procedunt. nec vnus sine alio, est mirabilis pacificus conuictus. Vt tamen pater non dormit cū vxore filii neq; mater, sed solus filius, quia pater & mater non dederunt ei suam personalitatem, sed solus filius, de consensu tamen patris & matris. Pater vero & mater dederunt illi omnia bona (vt dictum est) sed non personas sic in proposito, Pater, & filius, & spiritus sanctus dilexerunt naturam humanam, exquisierunt eam sponsam assumere filio. Et filius de voluntate patris & spiritus sancti, eandem voluit. omnes illam acceptauerunt ad vnionem per filium terminandam, communicauerunt essentialia prædicata scilicet deitatē, omni potentiam, &c. Sed pater & spiritus sanctus nō communicauerūt personas suas, hoc est proprietates personales, sed voluerunt vna cum filio quod personalitas filii, quæ est generatio passiua, & vnigenitura, & inspiratio actiua, ei communicaretur, & per illam omnia quæ sunt essentiæ diuinæ. Et cum esse existentię, (quod est commune toti Trinitati) sit vnum, voluerunt quod per filium (per quem omnia, vt Apost. ait) communicaretur & eidem naturæ attribueretur, & specialiter quoad redemptionem generis humani. Et sic terminatio huius assumptionis & vnionis importat quod illa relatio vnionis a tribus personis causata in natura humana, attribueretur filio, & non patri aut spiritui sancto.
¶De huiusmodi vnione D. Thom. dicit quod quamuis hæc vnio ab homine perfecte non valeat explicari, tamen secundum modum & facultatem nostram conabimur aliquid dicere, ad ædificationē fidei, vt circa hoc mysteriū fides catholica contra infideles defendatur. In omnibus autem rebus creatis nihil inuenitur huic vnioni tam simile, sicut vnio animæ ad corpus. Vnde Athanasius in symbolo ait, Sicut anima et corpus vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus. Sed cum anima rationalis vniatur corpori dupliciter, Vno modo sicut materiæ, Alio modo sicut instrumento, non potest esse similitudo quantum ad primū modū vnionis, quia tunc ex Deo Li. 4. contra Gē. c. 41.

Dd &

& homine fieret vna natura, cum materia & forma constituant propriam naturā speciei. Relinquitur ergo quod attribuitur similitudo, secundum quod anima comparatur corpori, sicut instrumento, ad quod etiam dicta antiquorum doctorum concordant, qui naturam humanam in Christo dixerūt quoddam diuinitatis instrumentum, sicut ponitur corpus organum animæ. Aliter enim se habet anima ad corpus (quod est proprium organum eius) aliter instrumenta extrinseca. Hæc enim dolabra non est proprium instrumentum huius hominis, sicut hæc manus, cum per dolabram multi possint operari, sed hæc manus ad propriam operationem animæ deputatur, quia manus est instrumentum vnitum & proprium, dolabra verò extrinsecum & commune. Sic in vnione verbi Dei & hominis considerari potest. Omnes enim homines comparantur ad Deum vt quædam instrumenta, quibus operatur, Ipse enim est qui operatur in nobis velle, & perficere pro sua bona voluntate. Sed alii homines comparantur ad Deum quasi instrumenta extrinseca separata, nec mouentur a Deo ad operationes oproprias sibi, sed ad operationes communes omni rationali naturæ, vt sunt intelligere veritatem, diligere bona, operari iusta. Sed humana natura a Christo assumpta, est proprium instrumentum sibi vnitum, ad operandas operationes, quæ sunt propriæ, soli Deo conuenientes, sicut sunt mundare peccata, illuminare mentes per gratiam, & introducere in perfectionem vitæ æternæ. Nec discrepat a rerum naturalium similitudine, quod aliquid sit naturaliter instrumentum proprium alicuius, quod tamen non sit forma ipsius. Nam lingua (prout est instrumentum locutionis) est proprium organum intellectus, qui tamen (vt probat Philosophus in 3. de anima) nullius corporis est forma. Similiter etiā inuenitur aliquod instrumentum, quod ad naturam speciei non pertinet, & tamē ex parte materiæ competit huic indiuiduo, vt sextus digitus, vel aliquid huiusmodi, Nihil igitur prohibet ponere vnionem humanæ naturę ad verbum, tanquam instrumentū vnitum & coniunctum. Nec tamen natura humana ad naturam verbi pertinet, nec verbum est eius forma, licet pertineat ad eius personam. Prædicta tamen exempla sic posita sunt, vt non omnimoda similitudo sit in his requirenda. Intelligendum est enim verbum Dei multo sublimius & intimius humanæ naturæ vniri, quàm quæcūque alia instrumenta propria. Et licet verbum Dei penetret omnia, vtpote omnia conseruans & portans, intellectuales tamen creaturæ, quæ verbo frui possunt, & eius esse participes, ex quadam similitudinis affinitate eminentius & ineffabilius vniri possunt. ¶ Per hanc assumptionem & incarnationem natura diuina dicitur incarnata, vt assumens, ratione personæ, ad quam vnio est terminata, non autē prout natura diuina est communis tribus personis. Dicitur autem tota natura diuina incarnata, non quòd incarnata sit in omnibus personis, sed quia nihil deest de perfectione diuinæ naturæ ipsi personæ incarnatæ. ¶ Differt autem assumptio quę fit per gratiam vnionis, ab assumptione, quæ fit per gratiā adoptionis, Quia hæc terminatur ad quandam participationem, secundum assimilationem ad bonitatem ipsius, iuxta illud, vt diuinæ simus consortes naturæ, & ideo huiusmodi assumptio est communis tribus personis ex parte principii, & ex parte termini, Sed assumptio, quę fit per gratiam vnionis, est communis ex parte principii scilicet actionis, sed non ex parte termini, quia terminatur ad personam filii dei. vt in natura assumpta habeat nomē personæ ipsius, & proprietates eius, & ex consequenti essentialia ac attributa, quia quęcunque conueniunt naturę, conueniunt personæ. Et sic terminare est dare esse personale, & proprietates ac attributa illi personę. In hac autem assumptione assumpta est caro per animam, & anima per intellectum, vt D. Aug. dicit. Non tamen quod intellectus fuerit prius vnitus, quam anima aut caro, secundum ordinem temporis, licet bene secundum aliquem ordinem naturalis intelligentiæ & dignitatis. Ad hanc vnionem consecuta est plenitudo gratiæ gratum facientis, & virtutum, ac donorum. de quibus dicendum est.

Marginalia (left): Phil. 2. — 3. de Anima. — 3. p. q. 3. ar. 4. ad. 3. — 2. Pet. 1. — 3. p. q. 6. In lib. de Ago. Christi.
Marginalia (right): B 262 — C 262

§. 1. *De gratia animæ Christi.*

D DVPLEX In anima Christi ponitur a doctoribus gratia scilicet vnionis, & 3.p.q.6.
262 habitualis. Gratiam vnionis vocant ipsum esse personale, diuinitus, datũ naturæ hu- ar.6.
manæ in persona verbi quod est terminus Vnionis & assumptionis & nõ medium. Gratiam vero habitualem vocant qualitatem quandam in anima existentẽ, quæ pertinet ad sanctitatem & acceptationem illius, & est quidam effectus consequens vnionem iuxta illud, Vidimus gloriam eius quasi vnigeniti a patre, plenum gratiæ & veritatis. per quæ verba datur intelligi quod ex hoc ipso ꝙ ille homo est vnigenitus a patre per assumptionem & gratiam vnionis, anima illius habet plenitudinem gratiæ & veritatis habitualis, Gratiam aũt habitualem gratũ facientẽ oportet ponere in anima Christi, tũ propter illud, Requiescet super eũ spiritus, domini. qui dicitur esse in homine per gratiam. Tum etiam ratione mediationis cũ enim Christus esset mediator Dei, & hominum, oportebat quod haberet gratiã in aliis redundantem. Item etiam ratione operationis ac meriti, ad quod necesse est gratiam & charitatem concurrere. Et cum ad beatitudinem requiratur dilectio, & anima Christi esset prædestinata ad beatitudinem, necesse est ponere in ea Charitatem, sine qua non potest esse dilectio Dei super omnia. Ioann. 1. Esa. 11. 1. Timo. 2.

Ver. 1. De amplitudine Gratiæ Christi.

GRATIA Vnionis licet ex parte vnius termini scilicet naturæ humanæ sit finita & in determinato genere, hoc est in prædicamento ad aliquid, ex parte tamẽ alterius termini (qui est esse personale filii Dei) est infinita. Gratia vero habitualis in esse qualitatis fuit & est infinita, cum ad certũ genus sit determinata, sicut & cæt. creata, iuxta illud, Omnia in pondere, numero, & mẽsura disposuisti, & est in prædicamento qualitatis. Sed in esse gratiæ (hoc est acceptationis) est infinita, hoc est in determinata, quia scilicet habet quicquid pertinere potest ad rationẽ gratię, eo quod secundum propositum Dei (cuius est gratiam mensurare) gratia fuit collata animę Christi, sicut cuidam vniuersali principio gratificationis in humana natura,
E secundum illud Gratificauit nos in dilecto filio suo. Et sic gratia animæ Christi suf- Eph. 1.
262 ficienter se extendit ad omnes se illi subiicientes, etiam si essent infiniti, qui per fidẽ & sacramẽta vellent ei adiungi. Et sic dicitur quod Christus sufficienter satisfecit pro infinitis mundis si essent, ac etiam pro damnatis, quia gratia Christi sufficiens erat ad illos iustificandos, si voluissent. Sed non efficaciter, hoc est gratia Christi in eis non habuit efficaciam, quia noluerunt ei coniugi Vnde Christus, Quẽ enim misit Deus, verba dei loquitur. Non enim ad mẽsurã dat deus spiritum. D. August. hæc verba exponens dicit, Mẽsura diuisio quædam donorum est, Alii enim datur per spiritum sermo sapientiæ. Alii sermo scientiæ, &c sed Christo non datur ad mẽsuram. Nec potest gratia alterius hominis (quantuncunque augeatur) ad perfectionem gratiæ habitualis Christi peruenire. Quia id quod minus est, per augmẽtum nõ potest venire ad quantitatem maioris, quando quantitas vtriusque non est eiusdem rationis. Sed gratia hominis comparatur ad gratiam christi, sicut quædam virtus particularis ad vniuersalem. Vnde sicut virtus ignis (quantumcunque crescat) non potest æquari virtuti solis, quæ est vniuersalis, sic nec gratia alterius hominis potest ęquari gratiæ Christi. Ioan. 3. 1. Cor. 12.

Ver. 2. De augmento Gratiæ Christi.

CVM Gratia Christi sit infinita, sequitur ꝙ augeri non põt neq; in gratiæ, neque esse qualitas, siue ex parte subiecti, Quia cũ Christus in primo instãti suæ cõceptionis fuerit verus, & perfectus cõprehẽsor, nõ potuit in eo gratia augeri, prout nec in aliis beatis. Et licet cuilibet quãtitati finitæ mathematice possit fieri additio (quia ex parte quantitatis finitæ non est aliquid quod repugnet additioni) in quantitate tñ naturali & in aliis formis põt esse repugnantia ex parte formæ, quæ determinata est ad maximũ & minimum, vt dicitur in primo Physicorum. In gratia autẽ animę Christi est repugnantia status. Et quãuis virtus diuina possit facere aliquid maius & 3.p.q.7. ar.12.

melius quàm sit habitualis gratia, non tamen posset facere quòd ordinaretur ad aliquid maius, quàm sit vnio personalis ad filium vnigenitum a patre. cui vnioni sufficienter respondet mensura gratiæ secundum definitionem diuinæ sapientiæ. Nec obstat quod dicitur apud Lucam, Iesus proficiebat sapientia, ætate, & gratia apud Deum & apud homines, quia non intelligitur quantum ad habitum, quum esset repugnantia status, sed quantum ad effectus gratiæ. Quia secundum progressum temporis & ætatis sapientiora ac virtuosiora & perfectiora opera faciebat, vt se verũ hominem demonstraret in his quæ sunt ad homines apud Deum. Quia patefaciebat hominibus dona gratiæ dei, quæ in eo erant, & eos ad laudem eius excitabat. Et sic Deo ad laudem, & pariter hominibus proficiebat ad salutem. Potest etiam dici quod proficiebat in scientia experimentali, vt infra dicetur.

Luc. 2.

¶ Ex præmissis sequitur quod quum Christus abundantem & superefluentem habuerit gratiam habitualem in essentia animæ, ex qua fluunt virtutes & dona in potentiis, quòd Christus in gradu heroico habuit omnes virtutes & dona, exceptis illis quæ statui suo repugnabant, vt sunt fides, spes, & pœnitentia, & illis quæ imperfectionem importanr, vt continentia quæ est pœnititiua alicuius act⁹ mali perpetrati. Quòd autem habuerit dona, apparet ex Esa. Apprehendent septem mulieres virũ vnum dicit Glo hoc est septem dona spiritus sancti, Christum. Ideo dicit, Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, &c. Et quamuis timor, inquantũ respicit malũ separationis pro culpa, non fuerit in Christo, tamẽ bene secundum quod respicit diuinam reuerentiam, prout scilicet anima Christi quodam affectu reuerentiæ mouebatur in Deum, spiritu sancto acta, iuxta illud, Agebatur a spiritu in desertũ Secũdo sequitur quod in Christo fuerũt omnes gratiæ gratis datæ, quæ ordinantur ad actus exteriores fidei manifestatiuos, sicut operatio miraculorum, & alia huiusmodi, quum gratia illi fuerit data, sicut vniuersali principio. Et licet Christus non fuerit vsus gratia linguarum, non defuit tamẽ ei omnium linguarum notitia, cum, cum etiam occulta cordium (quorum voces sunt signa) non essent ei abscondita. Nec tñ inutiliter hanc notitiam habuit, sicut non inutiliter habet habitum, qui eo non vtitur, qñ non est opportunum, Quum ergo non oporteret Christum personaliter prædicari nisi in vna gente. prout ipse dixit, Mat. 15. Non summissus nisi ad oues quæ, perierunt domus Israel ideo non oportuit quod loqueretur pluribus linguis sicut Apost. qui mittebantur ad docendas gentes per mundum vniuersum.

Esa. 4. Esa. 11. Luc. 4. A 263 Mat. vlt. Deut. 18. Mat 13.

¶ De prophetia tamen videtur esse difficultas eo quod prophetia videtur esse ænigmatica cognitio, secundum illud, Si quis fuerit inter vos propheta Domini, per somnium aut per visionem loquar ad eum. Verũtamẽ quia Christus in sacris literis nominatur propheta (Moyses enim dicit, Prophetam suscitabit tibi Deus de fratribus tuis, &c. & Christus de se dicit, Non est propheta sine honore, nisi in patria sua) Ideo necesse est dicere ipsum habuisse prophetiam. Ad cuius euidentiam sciendum est quod de ratione prophetiæ non est, quod cognitio sit ænigmatica, sed quod propheta cognoscat & dicat ea quæ sunt procul, & absc͠odita sensibus hominum, vt D. August. dicit. Vnde propheta dicitur procul fans. Et in Israel sic loquebatur vadẽs consulere dominum, Venite eamus ad videntem. qui enim Propheta dicitur hodie, olim dicebatur Videns. Et quamuis Deus & angeli cognoscant & enunciẽt ea quæ procul sunt a nostra notitia, non tamen dicuntur, prophetæ, quia non conuersantur nec conuiuunt nobiscum in communi, statu vitæ, & in nullo statum nostrum attingunt. CHRISTVS autem ante passionem attingebat statum nostrum, inquantum erat viator, passibilis, & mortalis, sicut & nos. Præterea licet secũdum partem intellectiuam haberet claram notitiam, in parte tamen imaginatiua habebat quasdam similitudines, in quibus etiam potuit speculari diuina, inquantum erat viator, & ideo erat propheta. Quia ea quæ procul erant ab aliorum viatorum notitia, & cognoscebat & annunciabat & propter hoc dicitur fuisse propheta.

16. con. Fã

B CHRISTVM esse caput omnis ecclesiæ angelorum & hominũ, Apostolus te 3. p. q. 8.
statur dicens, Ipsum cõstituit caput super omnem ecclesiam. Vnde angeli ministra ar. 1.
263 bant ei Et quum introduxit primogenitum in orbem terrarum, dixit, Et adorēt eũ De ver. q.
omnes angeli Dei ipse est enim caput omnis principatus & potestatis & eadem ra- 29. art. 9.
tione de aliis angelis. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod quum corpus & ca- Eph. 4.
put mysticum in spiritualibus dicatur metaphorice & similitudinarie per transūptio Matth. 4.
nem a capite corporis naturalis Considerãda est igitur similitudo capitis corpora- Heb. 1.
lis ad corpus & ad membra, vt sciant quomodo & qualiter Christus sit caput corpo Coloss. 2.
ris ecclesiæ & membrorum eius. Caput naturale habet triplicem habitudinem ad cor capitis tres
pus & ad mẽbra, scilicet ordinis, perfectionis seu virtutis, & conformitatis. cõditiones.
¶ Prima conditio capitis ad mẽbra est ordo, Quia caput est prima pars hominis, in Hiere. 3.
cipiendo a superiori. Inde est, quòd omne principium solet vocari caput, secundum
illud, Ad omne caput (hoc est ad omne principium) viæ posuisti lupanar tibi.
¶ Secunda cõditio capitis est perfectio & dignitas, Quia caput est pars perfectior cor
poris, quum in capite, omnes sensus exteriores & inferiores sedem, & originem ha-
beant Reliqua autem membra non habent nisi sensum tactus. Ratione huius condi
tionis, Senex (qui est prudentior & perfectior in virtute) dicitur caput iuxta illud,
Senex & honorabilis ipse est caput. Et ciuitas maior tanquam perfectior, dicitur ca-
put. Caput Syriæ Damascus. ¶ Tertia conditio capitis est virtus, quia influit motum Esa. 9.
& sensum in aliis membris propter vim sensitiuam, & motiuam ibi dominantem. Esa. 7.
Vnde medici dicunt quòd omnes nerui, per quos totum corpus & alia membra mo
uentur & gubernantur, a capite originem ducunt, & quicquid pertinet ad vires ani
males apprehensiuas & motiuas. Non possunt autem influere sensum aut motum,
nisi esset coniunctum corpori. Et ideo caput separatum a corpore, non dicitur pro-
prie caput, sed caput abscissum. Et corpus a quo caput separatum est, non dicitur pro
prie corpus, sed corpus Acephalum, hoc est absque capite. Ratione huius conditio-
nis fons dicitur caput fluuii, & rector siue gubernator dicitur caput populi, secũdum
illud, Quum esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es. Hæc au
C tem tria conueniunt Christo secundum humanam naturã. Primo eius gratia est al
263 tior, cum sit propinquior Deo, vtpote hypostatice vnitus. Ideo dicitur primogenitus
in multis fratribus, non quidem tempore, sed quia omnes alii acceperunt gratiã per 1. Reg. 15.
respectum ad gratiam ipsius, vt Apost. dicit, Quos præsciuit, hos & prædestinauit
cõformes fieri imagini filii eius. Secundo habet perfectionem quantum ad plenitudi
nem omnium gratiarum, quæ in eo est tãquam in vniuersali principio, vt dictũ est. Rom. 8.
Tertio habet virtutum influendi gratiam, dona, & virtutes in omnia membra eccle Rom. 8.
siæ, iuxta illud, De plenitudine eius omnes nos accepimus. Et ideo conuenienter
Christus dicitur caput ecclesiæ, & eorum qui coniunguntur per fidem & charitatẽ
Et non est adeo proprie caput dæmonum, aut damnatorum, sicut bonorum, cum nõ
influat sensum & motum. Ideo multitudo illorum dicit corpus acephalũ. Licet dia-
bolus aliquo modo possit dici caput malorum, nõ quòd interius influat, sed quia ex
terius gubernat, actus eorum dirigendo in finem suum malum per suggestionem. Et
aliqui sua sponte efficiuntur illius membra per imitationem, sicut in duce exercitus,
cuius vexillum sequuntur aliqui milites, etiam nullo persuadente. Vnde Sap. 2. Inui
dia diaboli mors introiuit in orbem terrarum, & imitantur eum qui sunt ex parte Sap. 2.
eius. Ideo dicitur rex super omnes filios superbiæ, dicitur etiam princeps huius mun Ioan. 14.
di. ¶ Antichristus etiam aliquo modo potest dici caput malorum, propter malitiæ Ioan. 12.
perfectionem. Vnde Glo. super illud 2. Thes. 2. Ostendens se tanquam Deus, dicit, Si
cut in Christo inhabitauit plenitudo diuinitatis, ita in Antichristo plenitudo mali-
tiæ. Non quidem quòd humanitas eius sit assumpta a diabolo, in vnitate personæ,
sicut humanitas Christi a Dei filio. Talis enim assumptio excedit potestatem omnis
creaturæ. Sed eo quòd diabolus malitiam suam eminentius influet, suggerendo An-
tichristo, quam omnibus aliis. Et quamuis Christus secundum quòd homo, non ha

mentalem, vt hæc vnio. Si dicatur quod filius Dei assumpsit animam mediante intellectu, & sic cum intellectus sit medium assumptionis, illa vnio erit subiectiue in intellectu, sicut albedo quæ recipitur in substantia, mediante quantitate, Dicendũ (negando consequentiam) quia intellectus non est proprie medium assumptionis, sed
F dicitur medium propter congruitatem, quia anima non est proprie assumptibilis, ni
263 si secundum quod est capax dei, quod est secundum mentem, quæ dicitur spiritus, iuxta illud, Renouamini spiritu mentis vestræ. Preterea dicitur medium, propter ordinem dignitatis, quia intellectus inter cæteras potentias animæ est nobilior, vt dictum est. Eph. 4.

Ver. 4. *De meriti Christi.*

CHRISTVM Meruisse sibi & nobis, ex sacris literis constat, Primo quidem sibi per illud Phil. 2. Christus factus est obediẽs vsque ad mortem, mortem autẽ crucis propter quod & Deus exultauit illum, &c. Sed cuicunque redditur merces, meretur iuxta illud Roma. 4. Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum, hoc est meritum, igitur, & cæt. Quòd autem meruerit nobis, apparet ex illo Rom. 5. Sicut vnius delictum in omnes homines in condemnationem, sic per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationẽ vitæ. Sed demeritum Adæ fuit in condemnationẽ aliorum, ergo multo magis meritum CHRISTI deriuatum fuit in alios ad iustificationem. & D. Ioan. Ipse est propitiatio (hoc est satisfactio) pro peccatis nostris, &c. Sed satisfactio fieri non potest absque merito, vt dictum est. Vnde animæ in purgatorio non satisfaciunt proprie, sed satispatiũtur. ¶ Ad huius meriti euidentiam reducendum est ad memoriam quod supra dictum est cum de merito ageretur, quod ad meritum tria requiruntur & sufficiunt, scilicet libertate gratia, & status viæ. Sed hæc tria fuerunt in Christo, igitur. De duobus primis non est difficultas. Ideo videndum est de tertio. Status duo importat, Primo, quòd ille qui meretur, sit in via. Ideo beati non possunt mereri; Secundo ꝙ non habeat id quod meretur, cum meritum sit causa efficiens præmii. Causa aũt efficiens nõ potest esse posterior tempore, Igitur nemo id quod habet, mereri potest Et quia Christus ab initio assumptionis erat viator, secundum partẽ sẽsitiuã, et non habebat gloriã corporis. Ideo cũ esset liber & in gratia, meruit eã. Non obstat quod gloria corporis ei deberetur tã ex assumptione quam ex naturali consequentia, quum ad gloriam animæ naturaliter sequatur gloria corporis, sed anima Christi
A erat in gloria, igitur, &c. Quia id quod vno iure debitum est, potest alio iure fieri de
263 bitum, & sic potest habere rationẽ meriti. Quare quum Christus in quolibet opere mereretur, merebatur gloriam corporis, alio iure & modo, singularius tamẽ meruit in actuali passione propter quod Apo. dixit, Factus est obediens vsque ad mortem, mortẽ aũt crucis, &c. Non tamẽ sequitur ꝙ idem esset principium meriti & præmii quia charitas, quæ semper nata est esse principium merendi, quando qu s est extra statum merendi, non est principium meriti. CHRISTVS autem (vt dictũ est) non erat extra statum quia erat viator, ideo eadem charitate fruebatur & merebatur gloriam corporis, quam non habebat. & sic erat principium formale unius, & causa efficiens alterius, scilicet gloriæ corporis. Et quia Christus ab instanti assumptionis habuit gloriam animæ, gratiam, virtutes, & dona, Ideo non meruit ea. Nec etiam angeli in primo instanti meruerunt gratiam quam habebãt, sed augmẽtũ, &c. CHRISTVS tamen meruit eis præmium essentiale, quia ipsi vicerunt in sanguine Agni, de quo fidem habebant, quia erat prædestinatus caput eorum per influxum gratiæ & gloriæ. Et quãuis angeli ante Christi incarnationem haberẽt gratiã & gloriã, & patres antiqui testamẽti gratiã, nõ tñ absque merito passionis Christi prquisiæ explicite vel implicite. Non est tñ propterea dicendum ꝙ prælati Ecclesiæ pro fidelibus membris suis mereantur, quia non influunt, neq; habent primatum virtute propria, sicut Christus Et ad meritum sufficiat libertas complacentiæ (ut dictũ est) nõ negãdũ Christum in primo instãti meruisse nobis & sibi, passionem sibi oblatam acceptando, iuxta illud, Oblatus est, quia ipse voluit. Nec ad

Marginal notes: 3. p. q. 19. ar. 3. & 4. De ver. q. 29. ar. 6. — 1. Ioan. 2. — c. 9. §. 3. ver. 4. — Apo. 12. — Esa. 54.

Infudit scientiam, vt nullus ante eum similis fuerit ei, nec post successerit, quanto magis Christo? ¶ Et licet hæc scientia sit imperfecta, respectu claræ visionis, non tamen includit aliquid oppositum cognitioni beatæ, sicut fides, quæ non manet cum visione. Nec fuit hæc scientia infusa dispositio ad beatitudinem, sed quasi per beatitudinem confirmata, sicut cognitio per syllogismum dialecticum confirmatur per superuenientem demonstrationem, quæ est per causam, quia ille qui cognoscit causam, potest cognoscere signa probabilia. Hac scientia infusa cognouit anima Christi quæcunque ab homine cognosci possunt per virtutem luminis intellectus agentis, sicut sunt quæcunque pertinent ad scientias humanas. Et etiam omnia illa quæ per reuelationem diuinam hominibus innotescunt, siue pertineant ad donum sapientiæ, siue ad donum prophetiæ, vel ad aliud quodcunque donũ Spiritus sancti, & substantias separatas siue angelos & omnia singularia, præsentia præterita & futura, excellentius quàm angeli, sine conuersione ad fantasmata per modum quo anima separata cognoscit. Nec tamen sequitur quòd sensus essent frustra, quia etiam poterat

D 264 per eas intelligere, conuertendo se ad fantasmata. Et quanuis singularium cognitio non pertineat ad perfectionem intellectus speculatiui, pertinet tamen ad perfectionem intellectus practici, cum ad prudentiam pertineat & requiratur memoria præteritorum, notitia præsentium, & prouidentia futurorum, vt dictum est. Hæc scientia in Christo fuit collatiua, vt apparet ex hoc quòd dixit. Ergo liberi sunt filii, & Matth. 7.
ex multis argumentis quæ fecit quæ prosequitur D. Ioan. 7. & 8 cap.

Ver. 3. *De scientia acquisita animæ Christi.*

CVM Deus & Natura nihil faciant frustra, & frustra ac in vanum fieri dicatur id quod non consequitur finem, & frustra sit potentia quæ non habet propriam operationem, cum omnis talis sit propter operationem, vt dicitur in secundo de cœlo, Sequitur quòd intellectus agens, qui est potentia naturalis, in Christo non fuit frustra, sed habuit propriam operationem. Propria autem operatio intellectus agentis (vt dictum est) est facere species intelligibiles actu, abstrahendo eas a fantasmatibus. Necesse est igitur dicere quod intellectus agens animæ Christi, habuerit operationes suas, & per consequens in Christo esse scientiam acquisitam,

E 264 quam quidem experimentalem vocant, per quam sciuit omnia quæ naturaliter sciri possunt per actionem intellectus agentis, secundum proportione ad fantasmata. Vnde Apostol. Quum esset filius Dei, didicit ex his quæ passus est obedientiam. Glo. exponit, hoc est ex his quę expertus est, & sic fuit in Christo alia Heb. 5.
scientia experimentalis acquisita. & secundum hanc debet intelligi illud, Profi- Luc. 2.
ciebat sapientia. &c. Hanc autem scientiam acquisiuit per inuentionem siue per se- Esa. 55.
ipsum, & non per disciplinam, edoctus ab aliis, quia Christus fuit datus in doctorem Ioel. 2.
& præceptorem, iuxta illud, Ecce in testem populis dedi eum, ducem & præcepto- Ioan. 4.
rem & illud, Lætamini in domino Deo vestro, quia dedit doctorem iustitiæ. Vnde Sa- Matt. 23.
maritana dicebat. Scio quia Messias venit. Quũ ergo venerit, annunciabit nobis om- Luc. 22.
nia. & ipse Christus dicebat. Non uocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus. Quum igitur magistri & doctoris sit docere & non doceri, sequitur, &c. Nec obstat illud, Apparuit autem angelus de cœlo confortans eum, quia illa confortatio non fuit per modum instructionis, sed ad demonstrandam proprietatem humanæ naturæ, vel potest dici quod apparuit angelus visibiliter in forma corporali, qui & in sua natura semper præsens erat, & ad modum confortantis se habens, et dicebat verba consolatoria, non propter eius indigentiam, sed propter discipulorum prope astantium consolationem, & nostram instructionem. Ideo enim tristis fuit et consolatus, vt sciremus quod tribulatis pro Christo non deest cõsolatio, iuxta illud Psal 93.
Psal. Secundum multitudinem dolorum consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Notandum præterea quod scientia infusa & acquisita in anima Christi non est eiusdem speciei, sicut nec virtutes morales acquisitæ & infusæ. Quia habitus scientiæ acquisitæ sunt proportionati fantasmatibus, habitus vero scientiæ infusę non omnino. Ideo nihil prohibet eos simul esse in eadem potentia, nec eorum actus

simul

simul esse cum clara visione, quum sint subordinati, & inferior perficiatur per superiorem.

§ 3. *De potentia animæ Christi.*

3.p.q.13. MANIFESTVM est Christũ secundũ diuinitatẽ esse omnipotentẽ, cũ sit æqualis patri, vt dictum est. Secundum vero humanitatem non, si consideretur secundum suam naturam. habuit tamen illam potentiam ad illos effectus faciendos, qui sunt conuenientes animæ ad gubernandum corpus, & disponendum actus humanos, ac etiã ad illuminandum per gratiæ & scientiæ plenitudinem omnes creaturas rationales a sua perfectione deficientes, secundum modum qui est conueniens creaturæ rationali. Si vero anima Christi consideretur ut est instrumentum uerbi sibi vniti, habuit, instrumentalẽ virtutem ad omnes immutationes miraculosa faciendas ordinabiles ad incarnationis finem, qui est instaurare omnia siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt. Immutationes vero creaturarum, secundum quod sunt conuertibiles in nihilum, respõdent creationi rerũ, prout scilicet producũtur ex nihilo. quæ quidẽ creatio creaturæ non potest communicari etiam instrumentaliter. Vnde D.
1.p.q.45. ar.5. Aug. 3. de Tri. dicit quod angeli boni vel mali nõ possunt esse creatores, neque principaliter (hoc est independenter) neq; instrumentaliter, Quia causa secunda instru-
Creatio communicari non potest. mẽtalis nõ participat actionem causæ superioris, nisi inquãtum per aliquid sibi proprium dispositiue operatur ad effectũ principalis agentis, quia si nihil ageret secundum id quod est sibi proprium, frustra adhiberetur vt instrumentum. Nec oporteret esse determinata instrumenta determinatarum actionum. Sed circa non ens nulla creatura potest habere aliquam virtutem vel dispositionem instrumentalẽ, quum omnis actio creaturæ præsupponat aliquid circa quod agat, & creatio fiat nullo præsupposito. Igitur, &c. Præterea esse est effectus vniuersalissimus, ideo proprius causæ vniuersalissimæ, quæ est deus. Et queadmodum creare est proprius effectus dei, sic etiam annihilare. Nec est simile de causatione gratiæ, & resuscitatione, quæ licet exigant virtutem infinitam, tamen possunt instrumentaliter communicari, et cõmunicata fuerunt animæ Christi & sacramentis, cum non habeant prædictam repugnantiam ex parte termini.

3.p.q.14. ar.1. §.4. *De defectibus quos Christus assumpsit.*

CHRISTVS humanam naturam assumendo, aliquos defectus deformitatem non importantes, rationabiliter assumere voluit, & quantum ad corpus, & quantum ad animam. Quantum ad corpus assumpsit passibilitatem, famem, sitim, alterationem, & mortem alia huiusmodi, triplici ratione. Primo vt satisfaceret, & do-
Esa. 53. lores atque languores nostros ipse portaret. Secundo propter fidem incarnationis astruendam. Quia si filius dei defectus naturam humanam consequentes nõ assumpsisset, potuisset cum existimare non fuisse verum hominem, prout Manichei dixe-
Phil. 2. runt. Ideo Apost. Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, & habitu inuentus vt homo, Vnde & D Tho. Apost. per aspectũ vulnerum ad fidem reuocatus est. Tertio vt nobis exemplum patientiæ adhiberet, quod fecit dum passiones & defe-
Ioan. 20. ctus humanos fortiter & patienter tolerauit. Vnde Apost. Recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus contradictionem, ne fatigemini animis vestris deficientes. Et licet ab initio anima Christi fuerit beata, & ex gloria animæ naturaliter redundent impassibilitas, & aliæ dotes in corpus, Quia tamen hæc naturalis redundantia subiacet diuinæ voluntati, quæ uolebat ipsum pati propter prædictas rationes, ideo in Christo ordinarie non redundabant ab anima in corpus impassibilitas & aliæ dotes, licet bene aliquando, ut in natiuitate subtilitas, & in transfiguratione claritas, & cum ambulabat supra mare agilitas, sed hoc factum fuit miraculose ad aliqua mysteria reuelanda. Defectus ergo corporales totam naturam humanam ex peccato primi parentis consequentes assumpsit. Vnde Roman. 8. Misit Deus filiũ suum in similitudinem carnis peccati. Conditio autem carnis peccati est habere necessitatem moriendi & sustinendi huiusmodi passiones. Non assumpsit tamen defectus particulares, qui ex particularibus causis causantur in aliquibus particu-
la-

laribus, hominibus, ſicut lepra podraga, morbus articularis, & alia huiuſmodi, quia fuiſſent impedimeata operationem, quas facere debebat pro reparatio naturæ humanæ, & inſtructione fidelium, prout ſunt circuire ciuitates, & caſtella, prædicare, & communiter cóuerſari. Nec etiam debuit aſſumere defectus qui cauſantur ex culpa, puta ex inordinato victu, & quandoq; ex defectu virtutis formatiuæ, quorũ neutrum conuenit Chriſto. qui conceptus eſt ex ſpiritu ſancto, qui eſt infinitæ ſapien-
B tiæ, & virtutis. Notandum quòd licet defectus corporales voluntarie aſſumpſerit,
865 non tamen eos contraxit, ſicut nos. Quia hoc verbũ (contrahere) non ſolũ importat ſimul cum natura ex origine, & neceſſitate trahere, ſed ẽt ordinem effectus ad cauſam. ſ. q ex debito peccati trahat. Quia (vt dictũ eſt) cauſa proxima mortis eſt peccatum originale. Rom. 5. Ideo illi dicuntur hos defectos contrahere, qui ex debito peccati originalis illos incurrunt. Chriſtus aũt hoc mõ non habuit neque D. Virgo, ſed habuerunt illos ex conditione naturæ, & ex parte principiorũ materialiũ ¶ Aſſumpſit etiã Chriſtus animam, paſſibilem, non ſolum paſſione perfectiua, ſed etiã afflictiua ex apprehenſione animali, ad corporis læſionẽ. vnde Pſal. in perſona Chriſti. Repleta eſt malis anima mea. Esa. 53. Et Eſa. vere languores noſtros ipſe tulit, &c. Et cum haberet appetitum concupiſcibilem, & iraſcibilem, conſequens eſt, quòd habuerit actus illorum, qui dicuntur paſſiones, differentes tamen a paſſionibus noſtris, quantum ad tria. *Paſſiones chriſti a noſtris quõ differunt.* Primò quoad obiectum, quia huiuſmodi paſſiones in nobis plerunque feruntur ad illicita, ſed non in Chriſto. Secundo quantum ad principium, quia huiuſmodi paſſiones in nobis frequenter præueniunt iudicium rationis, ſed non in Chriſto, qui ſolum ex imperio, & moderatione rationis habebat quando volebat, & non ex ſubreptione Tertio quantum ad effectum, quia huiuſmodi paſſiones in nobis, quandoque trahunt, & quandoque impediunt rõnẽ, & non in Chriſto, qui ſolum habuit imperatas. Ex præmiſſis patet, quòd in chriſto fuit dolor, & triſtitia in appetitu ſenſitiuo, vnde Mat. 26 Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Differenter tamen fuit triſtitia in eo, & eſt in nobis ſecundum illa tria quę diximus de paſſionibus, quia in nobis pleruuq; triſtitia eſt de bono apprehenſo ſub ratione mali, in quo decipimur, & aliquando eſt immoderata, ſed in Chriſto non fuit, nec niſi de vero malo. Nec obſtat quod dicitur Eſa. 62. Non erit triſtis neq; turbulentus, & Prou. 12. Non contriſtabit iuſtũ quicquid acciderit ei, quia illæ authoritates intelliguntur immoderate vel pro perfecta paſſione, & non de pro paſſione, quæ dicitur paſſio imperata, & mo-
C derata quæ nõ, eſt culpa, ſed afflictio. ¶ Sed difficultas eſt an in voluntate Chriſti fue- *An in chriſto fuerit triſtitia afflictiua.*
865 rit triſtitia afflictiua, quia ſecundũ D. Aug. triſtitia eſt de his quæ nobis volentibus accidunt, ſed Chriſtus nolebat pctũ diſcipulorum aut Iudæorum, nec etiam mortẽ ſuã, quum rogauerit patrem vt ſi poſſibile eſſet. tranſiret ab eo calix. ſ. mortis, videtur igitur ſequi, quòd in voluntate Chriſti fuerit triſtitia afflictiua. Nec eſt ſimile de ſanctis qui ſunt in patria, qui non poſſunt triſtari, quia non poſſunt aliqua ventura ſimpliciter nolle. Dicendum, quod licet paſſio Chriſti ſecundum quid fuerit inuoluntaria, & cáuerit triſtitiam in appetitu concupiſcibili, non tamen ſequebatur afflictio in voluntate, eo quòd mors erat ſimpliciter voluntaria propter finem redẽptionis humanę, ſicut proiectio mercium in mare propter liberationem perſonæ. Peccata diſcipulorum, & crucifigentiũ non erant volita ſecundũ ſe, ſed ſecundũ ordinẽ diuinę prouidentię, quæ ita prouiderat, & ita prædici, & prophetari fecerat. Et licet ea quæ ſunt ſecundum ſe inuoluntaria, & propter aliud volita cauſent triſtitiam in concupiſcibili, non tamen in volũtate, maxime in beatis, propter ſtatum, & ſummũ gaudium quod impedit, vel etiam deo non concurrente Nec obſtat, quod Chriſtus dicebat. Triſtis eſt anima mea, &c, quia ibi accipitur anima, pro portione inferiori ſiue ſenſitiua, & corporali. Vnde Pſal Saluum me fac deus, quia intrauerunt aquæ vſ- Pſal 68.
que ad animam meam. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia, quæ nõ poſſunt intelligi de portione ſuperiori, hoc eſt intellectu, & volũtate. ¶ Ex præmiſſis ſequitur primo, quòd paſſio timoris moderata, & ordinata fuit in Chriſto, quia ſicut triſtitia cauſatur ex apprehenſione mali præſentis, ita & timor ex apprehen-

ſione

cretto vel econuerso, sunt concedendæ. Quia (vt Damascenus dicit) Ea quæ sunt car- minus.
nis idiomata (hoc est carnis proprietates) Deo attribuuntur, dum deus passibilis no- ar. 4. et. 5.
minatur, & deus gloriæ crucifixus. deinde dicit, Deitatem quidem dicentes, non no- Deus est
F minamus ea quæ deitatis sunt idiomata. Non enim dicimus deitatem esse passibi- mortuus.
265 lem, vel creabilem, aut naturam humanã, quia nomina in concerto supponunt pro 3. lib.
hypostasi. Ideo indifferenter possunt prædicari de his quæ pertinet ad vtranq; naturam diuinam, sicut hoc nomen, Christus, in quo intelligitur vngens diuinitas, & vncta humanitas, siue nomen det intelligere solam naturam diuinam, sicut hoc nomen, Deus, vel filius Dei, siue nomẽ solum significet naturam humanã, sicut hoc nomen, homo, & Iesus. Prædicta tamen nomina non prædicantur in abstracto. Et licet idem suppositum dicatur passibile & impassibile, non tamen sequitur quod opposita prædicentur de eodem secundum idem, sed secundum diuersa. ar. 7. et 8.

¶ Hæc propositio, filius Dei factus est hõ, probatur catholica ex illo Ioã 1. est uer- Filius Dei
bũ caro factum est, & ex eo quod scribitur in symbolo, Et homo factus est. Vnum- factus est
quodque enim dicitur factum, quod incipit prædicari de ipso, sed sic est de Deo, non homo.
enim conuenit ei prædicari de homine ab æterno, sed ex tempore, igitur, &c. Et licet fieri hominem sit fieri simpliciter in suppositis creatis, non tamen in supposito diuino. Ideo Deum fieri hominem non est simpliciter deum fieri. Fuit autem factus deus, homo, absque sui mutatione, sed nõ absque mutatione creaturæ, sicut nec creator. ¶ Eadem ratione hæc conceditur, Homo factus est deus, prout hoc participium, Homo fa-
factus, determinat compositionem, vt sit sensu, Homo factus est deus, hoc est factum ctus est
est ita, vt homo sit deus & sub hoc sensu vtraque est vera, Homo factus est Deus, et Deus.
deus factus est homo. Si uero hoc participium, factus aliter determinet, uel aliũ sensum faciat, est neganda. ¶ Hæc propositio, Christus est creatura non est conceden- ar. 8.
da, quum hoc nomen, Christus, stet prosupposito, quod est increatum, nec secundũ Christus
D Amb hæc, Christus creatus Nam sicut diuus Hieronymus ait, Ex uerbis inordi nõ est crea-
nate prolatis incurritur hæresis, & catholici cum hæreticis nec nomina debent ha- tura.
bere communia, ne eorum errori fauere videantur. Et quia Arriani Christum dixerunt esse creaturarũ, & minorem patre, non solum ratione humanæ naturæ, sed etiã diuinæ, ideo non est absolute dicendum quòd Christus sit creatura, vel minor patre sicut simpliciter dicimus Christum passum, &c. sed cum determinatione, secundum naturam humanam. Sicut enim in rebus humanis ea quæ in dubitationem venire possunt an conueniant parti vel toti, non attribuuntur toti simpliciter, hoc est sine determinatione. non enim dicimus quòd Aethiops sit albus, sed dicimus quòd est albus secundum dentes. Sic ad propositum, & cæt. quia de creatura propter Arrianos posset esse dubium. Ideo non dicimus quòd Christus sit creatura. Et quia quòd sit passus non est dubium, igitur, &c. Hæc est resolutio Damasceni in. 3. lib. & sic dicen
A dum est de similibus propositionibus. Hæc propositio reduplicatiua, Christus inquã art. 10.
262 tum homo est creatura, potest distingui, quia si in reduplicatione resumatur, ratione Christus in
suppositi, est neganda, cum suppositum humanæ naturæ in Christo sit increatum. Si quantum.
vero resumatur in exponentibus, ratione naturæ humanæ, est vera, cum natura hu- homo est
mana sit creatura. & sic ratione humanæ naturæ creatura conuenit Christo sicut creatura.
passio & mors. Sed quia in reduplicatione hoc nomen, homo, magis proprie tenetur pro natura quam pro supposito, cum sumatur in vim prædicati, ideo est absoluté concedenda. Si tamen adderetur aliquid, per quod traheretur ad suppositum, esset propositio neganda, puta si diceretur, Christus secundum quod hic homo, est creatura, quia hoc pronomen (hic) demonstrat suppositum.

¶ Hæc autem hic homo incœpit esse, vel non fuit ab æterno, est eadem ratione neganda. Quia, vt dicit Apost. CHRISTVS IESVS heri & hodie, ipse est in secula. Præterea terminus a parte subiecti stat pro supposito, quod est æternum. Et ideo H. b. ult.
hæc propositio. CHRISTVS incœpit esse, vel hic homo, demonstrato Christo, incœpit esse, secundum sententiam catholicæ fidei, secundum quam non ponimus in Christo nisi vnum suppositum, siue vnam hypostasim aut personam, est simplici-

voluntatem ex diuersitate rationum procedentem (hoc enim contingit propter debilitatem rationis, quæ non potest iudicare quid simpliciter sit melius, quod in Christo nō fuit, quia per suam rationem iudicabat simpliciter melius esse, quod per eius passionem voluntas dei impleretur circa salutē humani generis,) Fuit in Chri
D
166 sto agonia quantū ad partem sensitiuam. secundum quod importat terrorem infortunii imminentis, vt Damascenus dicit. In. 3. lib.

Ver. 1. *De Oratione Christi.*

CHRISTVM pro se, & aliis orasse, & eius orationē semper exauditā fuisse ex sacris literis constat. Habetur enim Luc 6 In illis diebus exit in montem orare, & erat pernoctans in oratione dei, & Io. 17. Pater clarifica filium tuum, &c. Postea rogauit pro Apostolis, postremo pro his qui erant credituri per verbum eorum in ipsum, & Ioan. 11. Pater gratias ago tibi, quia audisti me. Ego aūt sciebam, quod semper me audis. Fuit autem conueniens ipsum manifeste orare, vt nobis orandi exemplū præberet. Poterat enim (vt D Aug. ait) orare, silētio, sed ita patri voluit se exhibere præcatorem, vt meminisset se nostrum esse doctorem, & vt patrem recognosceret authorem petebat, pro se quantum ad naturam humanam gloriam corporis, & etiam alia quæ pertinebant ad salutem aliorum. Licet enim secundum voluntatem diuinam potuisset facere, quę volebat, non tamen secundum volūtatem humanam, cum secundum eam non haberet omnipotentiam. Ideo conueniebat ei orare, et quāuis nos non oremus ea quæ scimus certo futura, vt quod sol cras oriatur, & Christus omnia futura videret in verbo, Quia tamen videbat quædam esse fienda propter o-
E rationem suam, ideo non inconuenienter petiit a deo, quem semper contemplaba-
166 tur, Et quum oratio sit petitio decentium a deo, & quædam explicatio propriæ volūtatis apud Deum, vt illam ad impleat, tunc oratio alicuius, exauditur cum voluntas, eius impletur, voluntas autem simpliciter hominis, est volūtas rationis, hoc enim absolute volumus, quod secundum deliberatam rationem volumus. Nam illud quod volumus secundum motum voluntatis simplicis, non simpliciter volumus, sed secundum quid: Vnde talis voluntas, magis dicenda est velleitas, quā absoluta voluntas, quia, scilicet homo, hoc vellet, si aliud non obstaret. Cum igitur Christus secundum voluntatem rationis nil aliud voluerit nisi quod sciuit deum uelle, cui semper se conformauit, ideo eius voluntas etiam humana semper fuit exaudita. Nec obstat, quod orauit pro crucifixoribus, vt Deus illis ignosceret, quod tamen impletum nō fuit. Nec omnes qui crediderunt verbis Apostolorum, fuerunt vnum cum eo, quia non orauit pro omnibus crucifixoribus, nec pro omnibus qui credituri erant in eum sed pro solis prædestinatis, Vnde dicebat. Pro his quos dedisti mihi. Quoad translationem uero calicis, quam petiit, & non obtinuit, dicendum (secūdum Hilar.) quod si per illam orationem petierit, vt timor bibendi calicis, eum vel alios martyres suæ passionis imitatores, non perturbaret, vel quod mors eum non detineret, obtinuit Si vero intelligatur, quod non biberet calicem mortis, & passionis, uel, secundum D. Hiero. quod non biberet ipsum a Iudæis, non est factum, quod petiit, quia ratio quæ petitionem exposuit, uolebat vt hoc impleretur, & sic intelligitur illud. Psal. Clamabo per diem, & non exaudies. Hanc vero orationem proposuit ad instructionem nostram, uolebat enim ostendere suam voluntatem naturalem, & motum sensualitatis, quem, ut homo habebat per rationem debere regulari. Si quæratur an secundū sensualitatem orauerit, dicendum quod non, quum oratio sit essentialiter actus intellectus. Potest tamen dici, quod orauit secundum sensualitatem, ad hunc sensum, quod eius ratio orando proposuit id quod erat in appetitu sensualitatis ipsius, exprimendo affectum sensualitatis, tanquam ipsius aduocata, & hoc fecit, Vt nos de tribus instrueret, Primo vt ostenderet se, veram humanam naturam suscepisse cum omnibus naturalibus affectibus, Secundo ut ostenderet, quod licet homini aliquid

3. p. q. 21.

Super. Io.

Ioan. 17.

aliquid velle secundum naturalem affectum, quod deus non vult. Tertio ut ostende-
ret quod homo debet proprium affectum subiicere diuinæ voluntati. unde dixit: Ve
runtamen non sicut ego volo, &c.

Ver. 2. *De sacerdotio Christi.*

1. 2. q. 22. ar. 1. CVM proprium sacerdotis sit mediare inter deum, & populum, quoad tria, Pri
mo inquātū diuina populo tradit, ideo dicitur Sacerdos, quasi sacra dans, Secundo in
Heb. 5. quantum preces pro populo offert. Tertio inquantum pro peccatis populi aliquali-
ter deo satisfacit, vnde Apost. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro homini
bus constituitur in his quæ sunt ad deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis
2 Pe. 1. & Christus hæc tria fecerit, consequens est ipsum fuisse sacerdotem, minor proba-
tur, Quia primo per ipsum sunt dona diuina collata, iuxta illud, per quem (scilicet
Christū) maxima, & preciosa nobis dona donauit. Secundo ipse pro peccatis nostris
Mat. 27. orauit pater ignosce eis, quia nesciunt quid faciūt. Tertio ipse etiam genus humanū
Col. 1. deo reconciliauit, secundum illud, In ipso (scilicet Christo) cōplacuit omnē plenitu F
Heb. 4. tudinē habitare, & per eū recōciliare omnia. Ideo Apostolus vocat eū pontificē, di 266
cens. Habemus pontificem, qui penetrauit cœlos. Et quia Christus secundum huma
nitatem habuit plenitudinem gratiæ, & gloriæ, ideo angelis maior, sequitur, quod ex
cellentiori modo Hierarchiam seu sacerdotalem potestatem habuit, quam angeli,
quibus competit potestas Hierarchia, & quia sunt medii inter deum, & homines, vt
Mala. 2. D. Dion. ait Ita, quod ipse sacerdos, inquantum est medius inter Deum, & populum
sortitur nomen angeli, iuxta illud, Labia sacerdotis custodiunt, scientiam, & legem
requirent de ore eius, angelus enim domini exercituū est, vnde Mar. 4 dicitur, quod
Psa. 7. accesserunt angeli, & ministrabant ei, & sic angeli fuerūt ministri sacerdotii Chri-
sti, licet secundum passibilitatem carnis fuerit ab angelis minoratus, & secundum
hoc conformis viatoribus in sacerdotio constitutis.

¶Et quamuis in antiquo testamento alius esset legislator, alius sacerdos (vt habe
tur Exod. 18) CHRISTVS tamē fuit legislator, & sacerdos, quia alii particula
Esa. 33. res gratias habebant, Christus vero tanquam caput, habuit plenitudinem gratiarum
vnde Esaias, Dominus iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster,
ipse ueniet, & saluabit nos. Nec obstat, quod non traxit originem ex stirpe sacerdo-
tali, quia hoc fecit vt ostenderet non esse omnino idem sacerdotium, sed differre, si-
cut uerum a figurali. Fuit autem Christus non solum sacerdos, sed etiam sacrifi-
cium. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod illud, quod deo exhibetur ad hoc
Psa. 50 quod spiritus hominis feratur in deum, potest dici sacrificium, quasi inuisibilis sacri
ficii (quod est spiritus contribulatus) signum. Indiget autem homo sacrificio pro-
pter tria. Primo ad remissionem peccati, per quod auertitur a deo. Ideo sacerdos di A
citur offerre sacrificia pro peccatis. Secundo vt in statu gratiæ conseruetur semper 267
Leuit. 1 deo inhærens, vnde Leui. 3. habetur, quod offerebatur hostia pro salute offerentiū.
Tertio ad hoc quod spiritus hominis vniatur deo. vnde, & in veteri lege offereba
tur holocaustum, quasi totum incēsum Hæc autem tria per Christi oblationem no
bis aduenerunt. Nam primo peccata nostra deleta sunt, secundum illud, Traditus est
m. 4. propter delicta nostra. Secundo gratiam nos saluantem per ipsum recepimus, iuxta
Heb. 5. illud. Factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Tertio per ip-
sum perfectionem gloriæ adepturi sumus secundum illud, Habentes fiduciam in in-
troitum sanctorum (hoc est in gloriam cœlestē) in sanguine Christi, qui initiauit vi
tam nouā vnde sequitur, quod ipse Christus, inquantū homo, non solū est sacerdos
sed etiam verū sacrificiū, & hostia pro peccato, & hostia pacificorū, & holocaustū,
per passionem, & mortem comparatam, non ad uolūtatem occidentiū, sed ad volū
tatem patientis qui voluntarie se obtulit. Vnde Ioan. 18. habetur, quod querentibus
Iesum Nazarenum, respondit, Ego sum Si ergo me queritis, sinite hos abire. Et quia
effectus sacrificii est emūdatio, & expiatio peccatorum, in quibus sunt, duo scilicet
culpa sine macula, & reatus pœnæ culpa emūdatur per gratiā ipsius, & reatus pœnæ
per satisfactionē, iuxta illud, Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem

redemptionem quæ est in Christo Iesu, quē proposuit Deus propitiatorē, hoc est reconciliatorem & satisfactorē, sequitur quod sacrificium Christi fuit emundatiuū culpæ, & expiatiuum pœnæ. ¶CHRISTVS tamē (qui peccatū nō fecit) non recepit effectum sui sacrificii, licet similitudinem carnis peccati secundum speciem cum carne peccatorū habuerit. vnde in Ephesina synodo legitur, Si quis dicit Christum pro se obtulisse oblationem, & non magis pro nobis solū (non enim indiguit sacrificio, qui peccatum nescit) Anathema sit. Licet possit dici quod secundum quid participauit effectum sacrificii sui, scilicet quātū ad passibilitatem carnis. Ideo signāter Apost. Heb. 5. dicit, Qui in diebus carnis suæ, &c. ad eum qui posset eum saluum facere a morte. Et licet oratio pertineat ad sacerdotes, non est tamen eorum officio propria, quum cuilibet conueniat pro se, & aliis orare, iuxta illud, Orate pro inuicem vt saluemini. & sic oratio qua Christus orauit pro se, non erat actus sacrificii. Alii vero sacerdotes participant effectum sacrificii sui, non inquantum sacerdotes, sed inquantum peccatores. Ideo Leuit. 16. dicitur quod pontifex non solum offerebat pro aliis, sed etiam pro seipso, eo quod peccator esset, quod non erat Christus. Ideo figura non potest adæquare veritatem. Non obstat quod Christus per sacrificium passionis & mortis sibi meruit, quia proprius effectus sacrificii est, id quod sequitur ex ipso sacrificio, & non ex deuotione offerentis, Christus autem nō meruit gloriam ex vi sacrificii, sed ex deuotione, quia secundum charitatem passionem humiliter sustinuit. ¶Sacerdotium Christi dicitur æternū. Vnde Psal. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Non quod semper Christus offerat sacrificium pro peccatis, sed quia virtus sacerdotii & sacrificii Christi, quæ est causatio gratiæ, & deletio reatus peccatorum remissorum, manet in æternum in sanctis, ideo non eguit semel quolibet anno offerre sacrificium, sicut sacerdos Leuiticus, sed æterna redemptione inuenta, & vna oblatione consummauit, &c.

Rom. 3.

Iac. ult.

B 267

Psal. 110.

¶Est præterea sacrificium Christi secundum ordinem Melchisedech, & non secundum ordinē Leui, Quia sacrificiū legale siue Leuiticum, erat figura sacerdotii Christi, nō adæquans veritatē, sed ab ea multū deficiens, Primo quia non mundabat peccata, Secundo, quia non ad perfectum ducebat, Tertio, quia non erat æternum, sicut sacerdotiū Christi. Et ipsa excellentia sacrificii Christi ad sacerdotium Leuiticum fuit figurata in sacrificio Melchisedech, qui ab Abraham decimas accepit, & in cuius lumbis Leui sacerdos legalis decimatus est. Et quamuis quantū ad ipsam oblationem sacerdotium legale expressius figurat sacerdotium Christi, quam sacerdotium Melchisedech, in quo sanguis non effundebatur, tamen quantum ad participationem, & effectus huius sacrificii, in quo attenditur excellentia sacerdotii Christi ad legale sacerdotiū, expressius figurabatur per sacerdotiū Melchisedech, qui obtulit panē & vinum, quæ (secundum D. Aug.) significabant Ecclesiasticam vnitatem, quam constituit participatio sacrificii Christi. Vnde etiam in noua lege verū Christi sacrificium communicatum fuit fidelibus sub specie panis & vini. Et ideo sacerdotium Christi dicitur secundum ordinem Melchisedech, non quasi principalioris sacerdotis, sed quasi præfigurantis excellentiam sacrificii Christi ad sacerdotiū Leuiticum. Dicitur autem Melchisedech ab Apostolo sine patre & sine matre & sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, non quia ista non habuerit, sed quia ista de eo in sacra scriptura non leguntur sub hoc nomine. Et per hoc ipsum (vt Apostolus dicit) assimilatus est filio Dei, qui in terris est sine patre, & in cœlis sine matre, & sine genealogia, iuxta illud, Generationem eius quis enarrabit? qui etiam secundum diuinitatem neque principium, neque finem dierū habet.

C 267

Heb. 7.

¶Ex præmissis sequitur quod Christus, secundū quod homo, est mediator Dei, & hominum, vnde Ioan. 1. Medius autem vestrum stetit quem vos nescitis, & Apostolus, Vnus est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Quia cum officiū mediatoris sit coniungere & vnire eos, inter quos est mediator, cum extrema vniantur in medio, quod perfectissime conuenit Christo, iuxta illud, deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, ideo Christus est principalis mediator Dei & hominum,

3. p. q. 26.
1. Tim. 2.
2. Cor. 15

inquantum per suam mortem genus humanum Deo reconciliauit. Homines autem possunt dici mediatores minus principales & secundarii, ac etiam ministeriales, per intercessionem & sacramentorum administrationem. Et licet spiritus sanctus interpellet pro nobis gemitibus inuenerrabilibus, nõ tamen dicitur mediator, cum nõ sit
Rom. 8. homo, sicut Christus, & sic secundum humanitatem dicitur mediator. Dicitur autẽ spiritus sanctus interpellare pro nobis effectiue & causaliter, pro eo quod orare, & interpellare nos facit.

Ver. 3. *De adoptione Dei per Christum.*

3.q.q. 29. QVIA Apostolus Ephe 6. dixit quod Deus prædestinauit nos adoptionem filiorum per Christum Iesum in ipsum, ideo aliquid de ipsa adoptione dicendum est, D 268
& deinde de prędestinatione, Adoptio (vt hic sumitur) est liberalis admissio ad hæreditatem, per quam taliter admissus similatur filio naturali, cui non liberaliter, sed iure naturæ debetur hæreditas. Hæreditas autẽ dicitur id, ex quo aliquis est diues. Deus vero dicitur diues, inquãtum seipso fruitur & est beatus. Ideo cum Deus sua bonitate admittit aliquos ad beatitudinem, dicitur eos adoptare. Adoptio autem diuina differt ab humana in duobus, Primo, quia Deus hominem, quem adoptat, idoneum facit per gratiæ munus ad hæreditatem cœlestem percipiendam, per quod facit adoptatum conformem imaginis filii sui naturalis, iuxta illud, Quos prescIuit, hos & prædestinauit cõformes fieri imagini filii eius & sequit, Si filii & hęredes, hæredes quidem Dei, cohęredes autem Christi. Filius autem naturalis (vt dictum est) non dicitur factus, sed genitus. Homo vero non facit idoneum eum quem adoptat, sed potius iam idoneum eligit adoptando. Secundo, quia filius adoptatus ab homine, non accipit hæreditatem, nisi ipse adoptans decedat, eo quod bona corporalia, et tẽporalia non possunt simul a pluribus ex integro possideri. Hæreditatem tamẽ spiritualem omnes adoptati ex integro accipiunt, & semper possident, absque patris detrimento. Et quanuis homo in sua natura consideratus, non sit extraneus a Deo, quantum ad bona naturalia, quæ per creationem recipit, est tamen extraneus quantum ad bona gratiæ & gloriæ secundum hoc adoptatur. Et licet homines qui habẽt operari ad supplendum indigentiã, non adoptent, nisi in defectu filii naturalis, Deus tamen qui nullam indigentiam habere potest, rationales creaturas, angelos & homines, rationabiliter adoptauit. Hæc adoptio fit per totam trinitatem, quia quanuis generare in diuinis sit proprium personæ patris, tamen facere quemcunque effectum in creatis, est commune toti trinitatis, propter vnitatem naturæ & esse, vnde Ioan. 5. Quæcunque pater facit, hæc & filius similiter facit. Licet autem sit communis, attribuitur tamen patri tanquam authori, & filio vt exẽplari, & spiritui sancto vt imprimenti. Et quia filiatio non conuenit naturæ, sed solum hypostasi & supposito, & E 268
adoptio sit quædam filiatio, sequitur quod adoptio non attribuitur naturæ humanæ, sed Christo, per eam tamen Nec obstat quod in anima Christi ponimus gratiã habitualem, per quam nos dicimur filii adoptiui, quia gratia habitualis in Christo non facit de non alio filium adoptiuum, sed est quidam effectu filiationis naturalis in anima Christi, iuxta illud, Vidimus gloriam eius quasi gloriam vnigeniti a patre. Et quia D. Thomas post materiam adoptionis tractat de predestinatione Christi, quæ materia non potest intelligi absque notitia scientiæ, & præscientiæ Dei, ideo de his omnibus pro terminorum declaratione dicendum est.

Adoptio diuina et humana differunt.

Rom. 8.

§. 7. *De scientia Dei.*

1.p.q. 14. CVM omnes perfectiones quæ sunt in creaturis, sint eminẽter & nobiliori modo in Deo, & sciẽtia siue certa cognitio sui & aliorum sit perfectio in nobis, necesse est dicere quod Deus eminenter habet certissimam ac clarissimam cognitionem sui plius, & omniũ eorũ quæ sunt, fuerunt, & possunt esse non solum in cõi, prout conueniũt in ratione entis vel alicuius generis, sed etiam in speciali, vt sunt ab aliis distin-

distincta ac etiam futura contingentia, & omnia quæ sunt in potentia obedientiali creaturæ, De notitia suiipsius dicitur. 1. Cor. 2. Quæ sūt dei nemo nouit, nisi spiritus dei. De notitia aliorum habetur Heb. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius & in eodem quoad specialem notitiam, dicitur, Quod pertingit ad diuisionem spiritus & animæ, compagumque & medullarum. & discretos cogitationum & inter onum cordis. & nulla creatura est inuisibilis in conspectu eius. Qui vocat ea quæ nō sunt, tāquam ea quæ sunt. Et quòd cognoscat mala habetur Prou 15. infernus & perditio coram eo. ¶ Eminentia scientiæ dei super nostram apparet in multis. Primo quia in nobis est per species intelligibiles inhærentes, quę sunt qualitates, Deus autem non per qualitatem inhærentem, sed per suam essentiam, quæ est idea siue similitudo distincte repræsentans omnia. Secundo, quia nostra cognitio est successiua & discursiua, & non est de futuris, sed Deus vnico intuitu videt omnia præterita, præsētia, futura & possibilia. datur similitudo de homine existēte in turri altissima, videt omnes ambulantes, & tamen primi non vident sequentes. Aduertendum tamen quod cognitio eorū quæ fuerunt, sunt, & erunt, apud theologos dicitur scientia visionis. Cognitio vero possibilium quæ nunquā erūt, dicitur scientia simplicis intelligentiæ. Tertio, quia scientia dei est copulata diuinæ voluntati, & causa rerum quantum ad esse naturale, & sic habet Deus scientiam practicam, quanuis etiā habeat scientiam speculatiuam. Sed scientia nostra nō est causa rerum, sed causatur a rebus Quarto. quia sciētia dei est inuariabilis, & infallibilis queādmodū ius substantia, nr̄a autē est variabilis & defectibilis. Quinto quia sciētia nostra est finita, scientia aūt Dei infinita, eū cōprehēdat seipsūm, qui est infinitus. ¶ Ex præmissis patet quod in Deo nō est ponenda præscientia nec præuisio quoad se, quum omnia simul videat in nunc æternitatis, Quia tn̄ noster modus intelligendi est per successionē, siue per prius & posterius, ideo dicimus quod Deus ab æterno præsciuit lucem antequam. diceret, fiat lux.

1. p. q. 14. ar. 4. & 5.

Scientia visionis et simplicis intelligentię quid. Præscientia nō est in deo.

Ver. 1. *De coexistentia præscientiæ & contingentiæ rerum.*

QVIA Notitia Coexistentiæ præscientiæ dei cum Contingentia rerum pluri mum seruit ad resolutionem materiæ prouidentiæ & prædestinationis, ac liberi arbitrii, & præceptorum dei, ideo aliquid super huiusmodi breuiter dicendum est. Et in primis notandum quod contingens dupliciter potest considerari, Vno modo in seipso, secundum quod est iam in actu. & tunc non dicitur proprie Contingens, neque ad vtrumlibet, quia iam est determinatum, quantum ad veritatem, siue propositio ex eo conflata est determinatæ veritatis, cum omne quod est quando est (secundum Philosophū) necesse sit esse, alias duo contradictoria essent simul vera. Et hoc modo Contingens non consideratur vt futurum, sed vt præsens. Dicitur tamen Contingens, eo quod aliquando fuit contingens, & de hoc nulla est difficultas. Alio modo potest considerari. Contingens vt futurum, siue vt est in sua causa, etiam si non exprimatur. & de hoc est diffiultas an sit determinatæ veritatis. Et dicendum quod si alique contingenti dato exprimatur futuritio ut si dicatur. Antichristus est contingens futurum, vel est futurus, tunc cum iam supponatur futuritio, est determinatæ veritatis & necessarium ex suppositione futuritionis, quemadmodū primo modo acceptum est necessariū ex præsuppositione pręsentialitatis. & sic tales propositiones in sensu composito, siue vt sunt modales de dicto, sunt determinatæ veritatis, licet non in sensu diuiso. ¶ Si uero consyderetur Contingens præcise, vt est in sua causa proxima, absque expræssione alicuius, determinātis ipsum, tunc dicitur Contingens ad vtrumlibet, eo quod causa ipsius se habet ad opposita, cum possit impedire, & nō impediri. & de hoc generaliter dicitur quod nō subiacet alicui creatæ cognitioni, siue quod excedit omnem intellectum creatum. Quia cū propositio dicatur vera vel falsa ab eo quod res est vel non est, siue in ordine ad propositionem de præsenti, de inesse sibi correspondentem veram vel falsā, nullus intellectus creatus certitudinaliter & determinatè naturaliter scire potest an tale contingens eueniet, vel non eueniet, siue an propositio de pręsenti, & de in esse ex eo conflata aliquando erit vera, quia ignorat an causa proxima impedietur a

1. p. q. 14. art. 13.

deo, vel non, cum quæ sunt dei nemo nouit nisi spiritus dei, vel ille cui voluerit reuelare. vnde cognoscere talia est solius dei Ideo Esa 41. dicitur, Anunciate quæ ven
1.Cor.2.
tura sunt in futurum, & sciemus quia dii estis vos. Et ideo quicunque cognoscit effectum contingentem in causa duntaxat, non habet de eo nisi conjecturalem cognitionē Ex quo sequitur quod Astrologi nihil certo cognoscere possunt, nisi supposita permissione diuina. Deus autem qui in æternitate sua (quæ tota simul existit, & omne tēpus ambit) absque successione vnico intuitu omnia contingentia cognoscit, nō solum vt sunt in causis tantum, sed etiam prout vnumquodque eorū est vel fuit, uel erit in actu suo, & potest causas impedire si velit, ac etiam non impedire, habet futurorum contingentium determinatam, & infallibilem cognitionem. Et ideo si deus aliquod contingens præuidit futurum, infallibiliter erit. Si vero non præuidit futurū nunquam erit. Nec tamen propter scientiam dei contingens definit esse contingens. B 268

Astrologi nihil certo cognoscere possunt.

Quia de ratione contingentis est quod fit a causa proxima, quę impediri pōt a prima Et ideo non sequitur, Deus præuidit hoc contingens futurum, ergo necessario, veniet loquendo de necessitate simpliciter absoluta, quia deus vidit quod cōtingenter siue impedibiliter eueniat, quia ipse potest impedire. ¶ Pro resolutione igitur materiæ & solutione argumentorum sciendum est quod necessariū siue propositio necessaria est duplex, quædam est ex suppositione, alia est simpliciter absoluta, siue (vt dialectici dicunt) modalis, composita, & diuisa. Propositio necessaria ex suppositione est, ad cuius positionem sequitur alia necessitatē consequentiæ, quæ dicitur necessitas infallibitatis, vt Sortes currit, ad cuius positionem necessario & infallibiliter sequitur quod moueatur, & hæc, Deus reuelauit Antichristum fore, ergo Antichristus infallibiliter erit. similiter, Sortes prædestinatus saluabitur, & Plato reprobatus damnabitur. quæ includunt duas propositiones, ad quarum primā in sensu cōposito necessitate consequentiæ, & infallibilitatis sequitur secunda. & hæc necessitas non opponitur contingenti ad vtrumlibet. Et causa necessitatis talium prouenit ex eo quod necessarium est alteram contradictoriarum esse veram, & alteram falsā. Necessarium vero simpliciter est, cuius causa proxima non se habet ad opposita, quia scilicet impediri non potest. & sic ea quę a Deo immediate procedunt, vel quæ eius imperio per alias causas efficiuntur, sunt necessaria absolute & simpliciter, & propositiones ex illis conflatæ, dicuntur necessariæ & simpliciter & absolute, quia non possunt esse falsæ, etiam dato antecedente falso, vt Sortes currit, ergo homo est animal, vel Deus est. Si enim ad impossibile sequitur quodlibet, sequitur etiam quod ad falsum sequi potest verum. Tales propositiones quæ non possunt esse falsæ apud Theologos, dicuntur simpliciter & absolute esse necessariæ & æternæ veritatis. Et causa huius necessitatis prouenit ex ipsa rei essentia, siue natura, eo quod causa quę talem naturam creauit & ordinauit impediri non potest. Apud naturales uero propositio dicitur simpliciter & absolute necessaria, quando causa naturaliter, impediri non potest, vt hæc propositio, Sol lucet. & aliæ huiusmodi. Ex præmissis patet primo, quod contingentia rerum simul stat cum pręscientia dei. Quia præscientia dei nihil imprimit in hominibus, sicut nec visio, qua Sortes videt Platonem. Et quamuis Deus mouendo creaturas aliquid imprimat, tamen imprimit secundum modum & conditionem naturæ quam mouet iuxta illud, Disponit omnia suauiter, hoc est naturalia naturaliter, & libera libere & contingentia contingenter. Et sic si ponatur voluntatem a Deo moueri, voluntas infallibiliter mouebitur ex suppositione tamen. Non autem simpliciter, quia nihil eam necessitans in ea imprimitur. & sic conceduntur in sensu diuiso sequentes propositiones. prædestinatus potest damnari, & reprobatus potest saluari. & aliæ similes. quæ sunt falsæ in sensu composito Ex his patet quod licet scientia dei practica sit causa scitorum, non tamen scientia speculatiua. Nec etiam scientia eius practica, est causa necessaria, cum per secundas causas secundum modum earum causet. Et sic generatio plantæ, est contingens, propter causam proximam, quæ est motus solis, qui pōt impediri Si dicatur quod cōditionalis, cuius antecedens est absolute necessarium, etiam consequens erit absolu-

Propositio necessaria duplex.

C 268

Sap. 8.

absolute necessarium, ergo si Deus sciuit hoc futurum, hoc erit, cum naturaliter, & necessario sciat omnia futura. Dicendum quod quando in antecedente ponitur ali-
B quit pertinens ad actum animæ, consequens est accipiendum, non secundum esse
268 quod in se est, secundum esse quod est in anima. Aliud n. si esse rei in anima, aliud in seipsa, puta si vt dicam, Anima intelligit aliquid, intelligendum est quod illud est immateriale, secundum quod est in intellectu, & non secundum quod est in seipso, Et similiter si dicam, Deus scit aliquid futurũ, ergo illud erit, consequens intelligẽdũ est prout subest scientiæ diuinæ, hoc est prout est in sua præsentialitate siue æternitate, quæ non subiicitur tempori, sed ambit omne tempus. ideo Deus nullum contingens videt quoad se, sed solum quoad nos, & quo ad nostrum, modum intelligendi. *Deus nihil futurũ scit quoad se.* & ideo decipiuntur qui dicunt Deum videre aliquid futurum quoad se, cum non videat nisi quæ præsentia sunt sibi, Eam ob rem si videt in suo nunc æternitas aliquid, non sequitur quòd videat illud in nostro nunc, quod aliquando est futurum, aliquando præsens, aliquando præteritum. Et deceptio prouenit, quia ea quæ nobis conueniunt, & de nobis dicuntur, arbitramur eodem modo de Deo dici, quod plurimum distat a veritate, quod est bene notandum. & sic prædictum consequens est necessarium, sicut & antecedens, quia omne quod est, quando est, necesse est esse. & sic prædictum antecedens non est absolute necessarium, sed ex suppositione, supposito quòd Deus sciuerit, & in sensu composito.

Ver 2. *De ideis.*

IDEA Grçce, Latine forma siue similitudo dicitur, quia est principium cognoscendi & operandi quæ conueniunt Deo quoad alia a se, ideo dicitur Idea, & exemplar aliorum vnde Exod 25. Fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Sed cum Deus per suam essentiam sit principium aliarum rerum, & nõ sui ipsius, sequitur quòd essentia diuina non dicitur idea, secundum quod comparatur ad ipsum Deum, sed bene quoad alia. Ideo possumus dicere diuinam essentiam esse ideam, siue similitudinem omnium aliarum rerum. vnde D. August. dicit, Tanta vis in ideis constituitur, vt nisi his intellectis nemo sapiens dici possit. Et quanuis diuina essentia non sit nisi vna in se, & dicatur idea inquantum est ratio vel similitudo *1. p. q. 15. ar. 1.* *In lib. 83. quæst.*
E huius vel illius rei, quia tamen sunt plures res intellectæ, sequitur quòd sunt plures
268 ideæ siue similitudines aut rationes intellectæ, quum cuiuslibet rei essentia diuina sit similitudo & nobilius res sint in ea quàm in seipsis. Quia in essentia diuina dicuntur creatrix essentia. Et licet D. Dio dicat ꝙ Deus nõ cognoscit res ẽm ideã extra se intelligit de idea extra existente, siue accidentali. sicut nos per species intelligibiles. *c. 7. de Di. No.* Nec obstat ꝙ non ponũtur in Deo plures sapientiæ aut artes, quæ sunt principiũ cognoscendi & operandi. Quia sapientia & ars significantur, vt quo Deus intelligit, Idea vero id quod Deus intelligit. Et quia malum in Deo esse non potest, ideo malum non cognoscitur a Deo per propriam ideã, sed per ideam sine rationem boni oppositi. Et quum Deus eorum quæ non fuerunt, nec sunt, nec erunt, non habeat scientiam practicam actu, sed solum virtute, ideo respectu eorum nõ est idea in Deo secũdum quod idea significat exemplar, siue principium operandi, est tamen secundum, quod idea significat principium cognoscendi. Notandum tamen quod genera non possunt habere aliam ideam in essentia diuina ab idea speciei, quia nunquam genus est nisi in aliqua specie. Similiter ẽt dicẽdũ est de accidẽtibus quæ inseparabiliter cõcomitantur subiectũ. Accidentia vero quæ superueniunt subiecto aliam ideã habẽt. Artifex enim per formam domus facit omnia accidentia, quæ a principio concomitantur domum, sed non omnia quç superueniunt domui iam factæ. vt sunt picturç. & alia huiusmodi. Indiuidua, secundum opinionem Platonis, non habent aliam ideã ab idea speciei tum quia singularia indiuiduantur per materiam, quam ipse Plato ponebat esse increatam (vt quidam videntur opinari) & concausam ideæ, tum quia intentio naturç consistit in speciebus, nec particularia producit, nisi vt in eis species saluetur. Sed prouidentia diuina non solum se extendit ad species, sed etiam ad singula-

gularia, nec ponimus ideas extra essentiam diuinam & extra nos, siue ideas separatas a Deo & nobis. vt Aristo. dicit Platonem posuisse.

§. 8. *De prouidentia Dei.*

1. p. q. 22. ar. 1. PROVIDENTIA, propriè accipiendo, est ratio siue cognitio & directio siue dispositio ordinandorum in finem, præcipue in finem vltimū, & est principalis pars prudentiæ, ad quam ordinantur memoria præteritorum, & intelligentia præsentiū, prout ex præteritis memoratis, & præsentibus intellectis coniectamus de futuris prouidendis. Prudentiæ autem proprium, secundum Philosophum, est ordinare alia in finem respectu suiipsius & sic dicitur homo prudens, qui bene ordinat actus suos in finem vitæ suæ, siue actus aliorum sibi subditorum in familia, ciuitate, vel regno. secundum quem modum dicitur Matth. 24. Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam. Prouidentia ponitur in intellectu, sicut prudentia. supponit tamen voluntatem finis, nullus enim præcipit aut disponit de agendis propter finem, nisi uelit finem Et per hunc modum prudentia, & prouidentia conueniunt Deo, qui non solum producit res secundum substantiam, sed etiam ordinat eas in finem ipsarum. Vnde Sap. 14. Tu pater gubernas omnia prouidentia. & D. Boetius dicit quòd prouidentia est ipsa diuina ratio in summo omnium principe constituta, quæ cuncta disponit. Dispositio autem potest dici tam ratio ordinis rerum in finem, quam ratio ordinis partium in toto. Ad prudentiam autem duo pertinent, scilicet ratio siue cognitio ordinis rerum in finem quæ, dicitur prouidentia, & executio ordinis rerum in finem, quæ dicitur gubernatio. Primum est æternum in Deo, Secundum est temporale, quia dicit relationem ad creaturas existentes. Nec obstat quod Philosophus dicit prudentiam esse eorum, de quibus Eubolia rectè consiliatur, & Synesis indicat, sed consilium quum importet inquisitionem, non est in Deo, qui omnia ubique discursu simul videt, igitur, &c. Quia regula generalis est, quòd ea quę possunt prædicari de Deo & creaturis, quando dicuntur de Deo, intelliguntur remoueri ea quæ sunt imperfectionis, quæ non remouentur, cum dicuntur de creaturis. Et ideo licet consilium non sit in Deo, prout importat inquisitionem, est tamen in Deo vt dicit terminum consilii, qui est rectitudo iudicii, ad quam consiliantes inquirendo perueniunt. vnde Apost dicit, Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. ¶ Et cum Deus sit causa omnium rerum, & ordinet siue disponat omnia in finem suum, sequitur quod omnia sunt diuinæ prouidentiæ subiecta. Vnde Sap 8. de diuina sapientia dicitur, Attingit a fine vsque in finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Et sic apud Deum nihil est casuale aut fortuitum, cum non sit præter intentum. Nec est inconueniens quod prouisor vniuersalis permittat aliquem defectum in particulari, ne impediatur bonum totius vniuersi, sicut in particulari prouisore, qui debet quantum potest omnem defectum vitare in eo cuius curam gerit. vnde corruptiones & defectus in naturalibus dicuntur contra naturam particularrem, sunt tamen de intentione naturæ vniuersalis, inquantum defectus vnius cedit profectum alterius. Si enim omnia mala impedirentur, multa bona deessent in vniuerso. Non enim esset vita leonis, nisi esset occisio animaliū, nec esset patientia martyrum, nisi permitteretur persecutio tyrannorum, nec appareret iustitia punitiua, si angeli & homines non fuissent permissi peccare, Et quamuis humana prouidentia non se extendat ad ea quę ex natura necessario proueniunt, (quia non est homo institutor naturæ sicut Deus) ideo dei prouidentia ad omnia se extendit, etiam ad ea quæ ex natura necessario proueniunt. Et licet, homines dimittantur peccare propter liberum arbitrium, propter quod sunt domini suorum actuum, non tamen sequitur quod non subsint diuinæ prouidentiæ, sed quod speciali modo subdantur, vt scilicet imputetur eis ad culpam vel meritum, & reddatur eis pœna vel præmium. Et quantum ad hanc specialem prouidentiam Apost. remouet a deo curā de bobus. ¶ Notandum tamen quod quantum ad rationem siue dispositionem ordinis rerum in finem, Deus immediate prouidet omnibus, quia in suo intellectu habet rationem omnium etiam minimorum quum causas aliqui-

Margin notes: F 268 (beside "in finem respectu suiipsius"); 4. de consol. (beside "D. Boetius"); Ephe. 1. art. 2. (beside "quam consiliantes"); A 268 (beside "ordinet siue disponat"); 1. Cor 9. ar. 3. (beside "post. remouet").

aliquibus effectibus præfecit, dedit illis virtutem ad effectus illos producendos. ideo
oportet quod ordinem causarum ad suos effectus in sua ratione habuerit. Quan-
B cum ad executionem vero prouidet, mediantibus causis secundis, & inferiora guber
269 nat per superiora, non defectu virtutis, sed propter abundantiam suæ bonitatis, quæ
tanta est ꝙ dignitatem causalitatis etiam creaturis communicat. Et licet non perti-
neat ad dignitatem regis temporalis de minimis curam gerere, propter defectum
virtutis, quia pluribus intentus, &c. & si propter minima relinqueret maiora defi
ceret, non est tamen cõtra dignitatem Dei, qui est infinitę virtutis, quæ in hoc ostẽ
ditur ꝙ omnibus prouidet, nec impeditur nec etiam per eius prouidentiam exclu-
duntur causæ secundæ, quæ sunt executiones huius ordinis. Et quanuis D. August. *In Enchi.*
dicat quòd melius sit nobis non cognoscere mala & vilia, quàm ea cognoscere, quia
per eorum cognitionem impedimur a cognitione aliquorum meliorum, cum non
possimus simul multa intelligere, & aliquando cognitio malorum peruertit volun-
tatem in malum, hæc tamen non habent locum in Deo, ideo cognoscit omnia bona
& mala & quæcunque vilia ¶ Notandum præterea quòd quanuis diuina prouiden- *ar. 4.*
tia quibusdam rebus necessitatem imponat, non tamen omnibus, Quia (vt D. Dio. *4. c. de diu.*
sit) Corrumpere naturam non est diuinæ prouidentiæ. sed videretur corrumpere *No.*
vel peruertere, si ea quibus dedit liberum arbitrium, necessitaret. Et si ea quæ natu-
raliter proueniunt, suum non consequerentur effectum & finem. Ideo Sap. 8. dicitur
disponit omnia suauiter, hoc est vnumquodque secundum modum suæ naturæ, scili-
cet naturalia naturaliter & ex necessitate, & libera libere. Et sic quædã disponit ne-
cessario, quæ iam contingenter. vnde resultat ꝙ ordo diuinæ prouidentiæ est immu-
tabilis, quia omnia infallibiliter veniunt sicut vult euenire. de his aliqua dicta sunt:
quum de scientia Dei & rerum contingentia ageretur.

Ver. 1. *De prædestinatione & reprobatione in generali.*

PRAEDESTINATIO (prout de ea à Theologis communiter tracta- *1. p. q. 23.*
C tur) est pars subiectiua siue species prouidentiæ. Et sic est ratio ordinis siue disposi- *ar. 2.*
269 tio intellectualis naturę in finem excedentem proportionem naturæ creatæ, hoc est
in vitam æternam. Et sic omnis prædestinatio est prouidentia, sed nõ econuerso, qa
dispositio creaturarũ irrationabilium & insensibilium prouidentia dici potest, &
non prædestinatio Similiter reprobatio, hoc est dispositio ad pœna æternam, est pro
uidentia, & tamen non est prædestinatio. Ex quo apparet ꝙ prouidentia in ordine ad
intellectualem naturam diuiditur in prędestinationem & reprobationem. & sic præ
destinari & reprobari conuenit duntaxat angelis & hominibus. Et sicut dictum est
quòd prouidentia pertinet ad intellectum, supposito actu voluntatis, sic etiam præ-
destinatio, quæ includit propositum dandi vitam ęternam. vnde Apost. Vt secundũ
electionem propositum dei maneret. Ex quo videtur sumi differentia inter prædesti *Rom. 9.*
nationem & prescientiam. Nam hæc dictio, præscientia, quantum est ex suo mo-
do significandi, non importat actum voluntatis, sicut hæc dictio, prædestinatio. Et
quia videmus in nobis actum voluntatis sequi actum intellectus, & scientiam præce
dere prouidentiam, sic dicimus præscientiam dei præcedere prædestinationem, &
esse communiorem ea, quia attribuimus Deo præscientiam irrationabilium, & non
prædestinationem, respectu illorum. Et in intellectualibus creaturis prædestina-
tio prærequiritur præscientiam Prius enim, saltem ordine naturæ cognoscitur res ali
qua & finis ac medium, quam disponatur in finem. & ideo dicimus prescientiã præ
cedere prædestinationem, iuxta illud Rom. 8. Quos præsciuit, hos & prædestinauit,
&c. & pari ratione præsciẽtia præcedit reprobationẽ siue odium dei. Et non loqui-
mur hic de præscientia meritorum vel demeritorum, quæ non æqualiter sed hẽt ad
prædestinationem & reprobationem, vt postea dicetur. Sed de præscientia dei, ab- *Multa in*
strahendo ab his scilicet meritis & demeritis, pro præuisione rei & finis absolute. & *Prædestina*
hæc præscientia eodem modo se habet ad prædestinationem & reprobationem. Ad *tione inclu*
horum euidentiam sciendum, est quod in nomine prędestinationis, multa inclu- *duntur.*
duntur scilicet præscientia, & prouidentia, quæ sunt superiora, & electio quod

est vnum concomitans, & consequentia, quæ sunt vocatio iustificatio, & glorificatio, quæ ordinate se habent, sicut diximus de præscientia, prouidentia, & prædestinatione. Nam primo intelligimus electionem, secundo vocationem, non quamcunque, quia (vt habetur Matth. 10) Multi sunt vocati, pauci vero electi, sed vocationem secundum propositum voluntatis suæ, hoc est vocationem efficacem. Tertio intelligimus iustificationem siue gratiæ collationem, ex qua in his qui subiecti sunt peccatis, sequitur peccatorum remissio. Quarto magnificationem, quæ D dicitur continuatio meritorum, siue perseuerantia in bono, vel saltē non interrupta, 269 ut in paruulis baptizatis ante vsum rationis decedentibus. Postremo intelligimus glorificationem, siue gloriæ & vitæ æternæ collationem, quæ est terminus prædestinationis, & secundum hæc debent intelligi verba Apost. Rom. 8. Nam quos præsciuit, &c. In reprobatione uero non tot includuntur, sed sequentia, Præscientia simplex & absoluta, de qua dictum est, & prouidentia tanquam priora & superiora, post modum permissio cadendi in peccatum, postremo deputatio ad pœnam æternam, quæ est terminus & finis reprobationis. Pro ampliori tamen intelligentia præmissorum sciendum est quod non intendimus ponere prioritatem, aut posterioritatem in Deo, sed solum secundum nostrum modum intelligendi. Scimus enim Deum, ab æterno & in sua æternitate antequam quicquam faceret, omnia præsciuisse vnico actu semper eodem modo permanente, qui est sua essentia, & ea quæ non erant futura sciuisse solum speculatiue, vt in potentia sua. Et hanc scientiam (vt dictum est) vocamus simplicis intelligentię, siue speculatiuam tantum, eo quod non habeat compositionem voluntatis siue voluntatem annexam. Ea vero quæ futura erant, præsciebat, & eorum habebat non solum scientiam speculatiuam, sed etiam practicam, quę habet voluntatem annexam ea exterius producendi pro instanti pro quo ea producturus erat. Ideo circa illa dicitur exemplar. & sic absque dei mutatione facta est mutatio in creaturis, quando productæ sunt, quæ prius non erāt. Hæc dicitur scientia visionis, quia omnia simul videt pręsentia in suo nunc ęternitatis, & quoad nos dicitur præscientia & præuisio, eo quod priusquam tempus esset, præsciret & præuideret. Imaginamur enim Deum in suo nunc æternitatis inter alia vidisse intellectuales creaturas ex sua gratia capaces ad finem supernaturalem, & accepisse certum numerum illarum tam ex angelis, quam hominibus, & per voluntatem proposuisse eas ordinare ad illum finem, & media conducentia eis dare, dein de eas in tempore productas esse, & sic postmudum vocasse, iustificasse, magnificasse, ac glorificasse. Aliam vero multitudinem tam hominum quam angelorum in eodem nunc æternitatis post præscientiam speculatiuam ipsorum, præsciuit singulos illorum, vel gratiam oblatam non acceptaturos, vel ea male vsuros. & ideo Proposuit E eis dare pœnas æternas, propter eorum demerita, deinde creauit illos in tempore, 269 libertatem dedit, peccare permisit in multa patientia sustinens vasa iræ apta in interitum, & tandem eos perseuerantes in malitia vsque in finem uitę, suppliciis deputauit æternis, quæ sunt terminus & finis reprobationis. Quod autem Deus aliquos prædestinauerit, probatum est. Quod vero aliquos reprobauerit, Malach. testatur Iacob dilexi, Esau autem odio habui. & Aposto. Cum nondum nati fuissent, &c. & alibi dicit, Ne quis fornicator aut prophanus vt Esau, qui propter vnam escam uendidit primogenita sua. Scitote enim quoniam postea concupiuit hæreditare benedictionem, & reprobatus est. Non inuenit pœnitentiæ locum quanquam cum lacrymis inquisiuisset eam. Et nō intelligitur principaliter de benedictione aut seruitute temporali, sed spirituali. Nam Esau fuit maior bonis temporalibus quā Iacob, imo Iacob dixit se seruum Esau, & misit ad eum munera. Ad prouidentiam enim vniuersalis prouisoris pertinet aliquos defectus permittere in his qui suę prouidentiæ subduntur propter maius bonum. Et sic reprobatio includit actum voluntatis scilicet voluntatem permittendi cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam pro culpa. Nec propter hoc reprobatio est causa damnationis, sicut prædestinatio est causa salutis, quum permissio peccandi nil ponat in peccante, sicut iustificatio

Malac. 1. Rom. 9. Heb. 12. Gen. 32.

ficatio in pœnitente. Nec reprobatio dei subtrahit aliquod de potentia reprobati. Nec reprobatus est impossibilitatus adipisci gratiã, impossibilitate absoluta, sed ex suppositione, quæ non tollit libertatem. Nec obstat quod dicit Sap. Diligis omnia quæ sunt & nihil odisti eorum quæ fecisti, Quia intelligitur quantum ad esse naturale, & non quantum ad beatitudinem. Et licet velit omnes homines saluos fieri, voluntate antecedentes, quod non est simpliciter velle, non tamen volũtate consequente, qua dicitur simpliciter velle. ¶Ex præmissis sequitur primo, quod prædestinatio nõ est in prædestinatis, sicut nec præscientia, aut prouidentia in rebus prouisis, sed est solum ratio in intellectus prouisoris. Licet executio prouidentiæ & prædestinationis, quæ dicitur gubernatio & prædestinatio passiua, sit in rebus gubernatis, & prædestinatis passiue, & in gubernante & prædestinante actiue. Et sic vocatio, iustificatio, magnificatio, & glorificatio, aliquid ponunt in prædestinatis. Reprobatio etiam actiua nihil ponit in reprobatis, sed bene executio reprobationis, quoad pœnas æternas, sed nõ quoad permissionem peccandi. & ideo non necessitat ad peccandum, licet reprobati infallibiliter peccent. Prædestinatio enim aut reprobatio actiua non ponit in Deo actionem realem ad extra, sicut executio illius.

Sap. 11. *1. Tim. 2.* *ar. 4. ad 3.*

F 269

¶Secũdo sequitur ꝙ prædestinatio electorũ est certa & infallibilis, nõ tñ sequitur quod prædestinatus absoluta necessitate saluetur, sed solũ necessitate infallibilitatis, & ex suppositione, quæ necessitas non opponitur contingentiæ, ut dictũ est. Si dicatur, Quicquid deus potuit, potest nunc, sed potuit non prædestinare Petrum, ergo & nunc potest. Dicendum quòd maior huius syllogismi est uera, absolute loquẽdo: Sed minor est falsa cum cõclusione, quia supponit id quod iam prædestinatum est, posse non prædestinari, quod est falsum in sensu composito, quia quum prædestinatio includat voluntatem dei, quę est immutabilis, & deum velle aliquid creatum sit necessarium, ex suppositione, igitur, &c. Et quãuis ille qui prædestinatus, est possit absolute mori in peccato, non tamen supposita prædestinatione. Nec obstat id quod D. Aug. super illud, Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam, dicit, Alius non est accepturus, nisi iste perdiderit, ergo prædestinatio non est certa, postquam perdi potest corona gloriæ. Quia corona dicitur alicuius dupliciter, Vno modo ex prædestinatione simpliciter absoluta, & hanc nemo potest perdere, quia infallibiliter morietur in gratia. Alio modo potest corona esse alicuius ex gratia vel merito gratiæ quod habet, & tale debitũ dicitur ex prædestinatione ſm præsentem iustitiã. quia si tunc cũ gratiam habet moreretur, infallibiliter saluaretur, tñ hãc coronã & gratiã potest quis amittere persequens peccatũ mortale. Alius autem illam coronam amisisam dicitur accipere, inquantũ loco eius qui cecidit in peccatum, subrogatur, secundum illud Iob, Conteret multos & inumerabiles, & stare faciet alios pro eis, sicut loco angelorum malorũ substituti sunt homines, & in locum Iudæorũ Gentiles. Substitutus autem in statum gratiæ quantum ad hoc coronã accipit, quia de bonis, quæ alius fecit, in æterna vita gaudebit. Et quemadmodum dictum est de prædestinatione quod est duplex scilicet absoluta, & secũdũ præsentẽ iustitiam sic dicendum est de reprobatione. Notandum quod licet numerus prædestinatorum, vel etiam reprobatorum, secundum præsentem iustitiam non sit certus & determinatus pro omni tempore (quia potest augeri & minui, secundum illud Deu. 1. Dominus noster addat ad hunc numerum multa millia. & Psalm. Deleãtur de libro viuentium &c licet aliqui exponant, secundum opinionem hominum.) Numerus tamen prædestinatorum, & reprobatorum absolute est certus & determinatus, sic quod augeri vel minui non potest, vt D. Aug. dicit. Sed numerus ille & ratio eius soli deo est cognitus, ut D. Grego. in quadam oratione ait, deus cui soli cognitus est numerus electorum in æterna fœlicitate locandus. Et quanuis aliquibus sanctis ex priuilegio speciali prædestinatio sit reuelata (ut dicitur communiter de D. Magdalena, & Paulo, ac aliis, propter hoc quod scriptum est Luc. 10. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. &. 2 Cor. 12. Sufficit tibi gratia mea, et Philip. 4. de multis, quorum nomina Aposto. dicit esse scripta in libro uitæ.) Non tamen

artic. 6. *Apoc. 3.* *Prædestinatio absoluta & secundũ præsentem iustitiã quid.* *Iob. 34.*

A 270

An numerus prædestinatorũ certus sit. *Psal. 68.* *In lib. de Na. et Gra.*

men conuenit, quod prædestinatio communiter reueletur omnibus. Quia si sic, illi
Liber vitæ quid. qui non sũt prædestinati desperarent, & securitas prędestinationis pareret negligen
1.p q. 24. ar.1. tiam. Reprobatio autem de lege non potest reuelari cum in lege habeamus præce-
ptum de spe, quod impleri non possit ab eo qui haberet certã reuelationem de sua
damnatione. ¶ Et quia prædestinati, secundum Apostolum, scripti sunt in libro vitæ,
sciendum est quod Liber vitæ metaphoricè dicitur de deo. Et secundum D. Aug. in
lib. de Ciui Dei, Liber vitæ est ipsa diuina prædestinatio, siue ipsa dei notitia qua fir
miter retinet se aliquos prædestinasse ad vitam æternam, & sic est nomen essentia-
le, quod tamen quodam modo attribuitur filio, quia habet maiorem similitudinem B
cum proprio filii, quam cum proprio patris aut spiritus sancti, quia proprium filii, 270
est esse a patre per modum intellectus ita etiam liber importat quod sit ab alio scri
ptus, intellectu dict. ante. ideo attribuitur filio, iuxta illud Apoca. 21. Non introibit
in illam nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni. Notitia vero malorũ nõ debet dici li
ber mortis, quum liber mortis in sacris literis non inueniatur, sicut liber vitæ. Quia
boni habent in Deo quandam specialem rationem scientiæ, scilicet approbationis,
De numero reprobatorum. quam non habent mali, sed de illis Deus habet specialem scientiam simplicis noti-
tiæ, quæ est communis bonis & malis. ¶ Numerus autem reprobatorum, licet quo
ad angelos sit minor quam prædestinatorum, quum solum tertia pars illorum ce-
ciderit, vt habetur Apoc. 12. in hominibus tamen maior est numerus reproborum
quam prædestinatorum, vt patet ex illo Mat. 20. Multi sunt vocati, pauci vero ele-
cti. & Mat. 7. Lata & spaciosa est via quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui in
trant per eam. Augusta est porta, & arcta via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui
inueniunt eam.

Ver. 2. *De causa prædestinationis et reprobationis:*

CVM prædestinatio & reprobatio actiua sint idem, secundum rem, cum essen-
1.p.q.25. artic.5. tia diuina, quæ nullã causam habere potest, cum sit infinita, & primũ ens manifestũ
est prædestinationem, & reprobationem ex parte actus non habere causam, nisi for
te dicatur quod bonitas Dei sit causa prædestinationis aliquorum, & reprobationis
aliorum, sicut creationis. Quia conueniens est quod diuina bonitas, quæ in se vna,
Rom. 9. est, multipliciter repræsentetur in rebus creatis, præmiando & puniendo. Hanc ra-
tionem dat Apostolus dicens, Volens deus ostendere, &c. Sed quare hos elegit ad C
gloriam, & hos reprobauit, non habet aliam causam vel rationem, nisi diuinam vo- 270
luntatem, Vnde D. Aug. dicit, Quare hunc trahat, & illũ non trahat noli uelle iudi
care, si non vis errare. Ideo Mat. 20. dicitur agricolis murmurantibus de denario di-
Super Ioã. urno conuento, Tolle quod tuum est & vade. An non licet mihi facere quod volo?
&c. Nec etiam prædestinatio habet causam ex parte præ destinati, si accipiantur om
nes effectus eius simul, quia vocatio & iustificatio quæ fit per gratiam ex parte præ
destinati, non habet pro causa præscientiam meritorum, neque subsequentium, ne-
que etiam præexistentium, in alia vita, vt Origenes videtur dixisse, ponens omnes
animas simul creatas, & secundum diuersitatem suorum operum diuersos status eas
Rom. 9. sortitas in hoc mundo, & diuersis corporibus vnitas. Quia (vt dicit Apostolus) cum
nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni vel mali, non ex operibus, sed ex vo-
cante dictum est, &c. Neque merita in hac vita sunt causa, ut Pelagiani voluerunt,
dicentes quod initium benefaciendi est ex nobis, & consummatio a Deo. Et sic di-
cunt ex hoc contingere quod alicui datur prędestinationis effectus, qui est gra-
2.Cor. 2. tia, & non alteri, quia unus initium dedit se præparando, & non alius. Sed contra
hoc est quod dicit apostolus, Non sumus sufficientes ex nobis quasi ex nobis, ali-
quid cogitare, sed omnis sufficentia nostra ex Deo est. Neque præscientia merito
rum sequentium est causa prædestinationis, sic quod deus prædestinauerit se da-
turum alicui gratiam, quia sciebat ipsum accepturum eam, & ea bene usurum,
& non alteri, quia præsciebat ipsum uel non accepturum, uel ea non bene usu-
rum. Sicut rex qui militi dat equum, sciens eum accepturum, & cætera. Sed contra
hoc est quod effectus non potest esse causa suiipsius. Prædestinationis autem effe-
ctus

ctus, & omne auxiliū datum homini in ordine ad vitam æternā, vt auxiliū speciale,
D quod dicitur vocatio, est a deo Ideo non potest esse causa. vnde Apost. dicit. Et qui
operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Si ergo
ex operibus, iam non ex gratia. Et Rom. 3. Iustificati gratis per gratiā ipsius. vnde
dictū est, q̄ prima gratia non cadit sub merito. Si autem accipiantur effectus prædestinationis in particulari, nihil prohibet aliquem effectum prędestinationis esse causam, & rationem alterius, posteriorem quidem prioris, secundū rationē causæ finalis, & sic collatio gloriæ potest dici causa finalis boni vsus gratiæ Priorem, vero effectum posterioris, secundum rationem causæ meritoriæ, quæ reducitur ad dispositionem materiæ, ut augmentum gratiæ, & gratia ipse est causa gloriæ Vnde Roma. 6. dicitur. Gratia dei vita æterna, & si aliqui doctores sancti videantur dicere prædestinationis esse causam sic intelligendi sunt, & non secundum totum ambitum effectū prædestinationis. Si allegetur D. Aug in oppositum dicendum, quòd se retractauit, Nec obstat quod dicitur. 2 Tim. 2. Nō coronabitur nisi qui legitime certauerit, quia intelligitur de vltimo effectu prædestinationis, qui est corona gloriæ. Nō obstat pariter quod habetur 2: Pet. 1. Qua propter fratres satagite ut certam vestram vocationem faciatis. Hęc enim facientes non peccabitis aliquando sic enim aliquando ministrabitur vobis introitus in æternum regnū domini, & saluatoris nostri Iesu Christi. Quia per illa verba haberi non potest, quod electio fuerit propter bona opera sequentia, sed quòd per perseuerantiam in bonis operibus, prædestinatio quæ immobilis, est quadam certitudine coniecturali nobis certa ostendatur.

¶ Circa reprobationem tamen notandū est, quòd si accipiatur reprobatio ex parte effectus principalis qui est pœna ęterna, deus illam ordinauit propter peccata, cuius ipse non est cā, sed solū liberū arbitriū Iustitia enim diuina pœnas nō meditatur ante peccatum. Quia si meditaretur, & intenderet, videretur ex consequenti intendere peccatū cū sine peccato pœnas infligere non posset saltem in ratione pœnæ licet bene, in ratione pœnalitatis. Nec deus adeo indiget laude nostra, vt vindictā statuat ante peccatū, qua statuta oporteat ordinare peccatū vt valeat vindicare, quo posito non videtur peccatū, imputādū, ei qui dei ordinationē peccando implet. Quòd
E autem non ordinauerit peccatū, apparet ex eo, quod sustinuit vasa iræ in multa patientia. Quum igitur peccatum, a deo esse non possit, necesse, est quod sit a peccāte. Et ideo reprobatio habet cām, in reprobato, scilicet demerita, ad quę sequitur manifestatio iustitiæ diuinæ punitiuæ. Gratia vero, & auxilium speciale, quo homo ad gratiam vocatur, qui est primus effectus prædestinationis, non est ab ipso homine, sed a Deo, qui gratis vocat, & gratis impartitur. Ideo prædestinatio non habet causam in prædestinato. Et quamuis permissio peccati sit a Deo, quia tamen illa nihil ponit in peccante, nec tolit liberum arbitrium. Ideo peccatum est omnino a peccāte, & non a Deo, & per consequens non est similis ratio de causare probationis, & prædestinationis quæ quantum ad omnes effectus positiuos, non habet causam, in prædestinato, sicut reprobatio, quæ non habet nisi duos effectus positiuos in reprobato, scilicet pctū, & pœnā æternam peccati liberū arbitrium est causa, & peccatum est causa pœnæ æternæ. Et non habere causam in prędestinato non repugnat diuinæ misericordiæ, imo eam magis manifestat. Reprobationem autem non habere causā in reprobo repugnat diuinę iustitiæ, quæ in reprobatione, & reprobatis manifestatur. vnde Oseas dicit, Perditio tua ex te Israel, &c. Nec obstat illud Apostoli, O homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? &c. Quia per hæc verba Apostoli volebat innuere, quod si deus ex sua potestate prædestinasset aliquem ad gloriam, & aliquem reprobasset ad tormenta, non habere rationem pœnæ absq; culpa pręuia, sed solum pœnalitatis, nec posset homo conqueri de Deo, neq; respondere, non dicit, tamen quod fecerit. Sed argumentatur a maiori ad minus, quasi dicat si talis non posset de deo conqueri, multo minus potest homo conqueri, si vasa con- Osee. 13. Rom. 9.

tumc-

tumeliæ, hoc est peccatores propter peccata, & culpas quas præuidit, & ordinauit ad pœnam æternam. Non obstat pariter exemplum allegatū de Esau, & Iacob, in quibus quantū ad opera, & causas videntur æquari prædestinatio, & reprobatio. Potest enim dici, quòd non est par ratio, propter repugnantiam prædictam. Non obstat insuper, quod de paruulis allegat D. Aug. Quia quòd vni applicetur sacramentum baptismi, est ex diuina misericordia, quòd autem alteri non applicetur, est ex diuina iustitia, propter peccatum originale.

1. p. q. 23. a. 8. Gen. 25. ¶ Notandum præterea quòd prædestinatio iuuari potest præcibus sanctorum. vnde Isaac rogauit pro Rebecca vxore sua, & Deus dedit ei conceptum. Ex illo autem conceptu natus est Iacob, qui fuit prædestinatus, qui nō fuisset, nisi oratio Isaac præcessisset. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd in prædestinatione duo sunt consyderanda, scilicet ipsa ordinatio diuina, & effectus siue executio illius. Et quantum ad primum nullo modo prædestinatio iuuatur præcibus sanctorum. Non enim præcibus fit, quòd aliquis prædestinetur a deo. Quantum ad secundū vero dicitur prædestinatio iuuari præcibus sanctorum, & alii bonis operibus, quia diuina prouidentia (cuius prædestinatio est pars) non subtrahit secundas causas sic prouidet effectibus, vt etiam ordo causarum secundarum subiacet diuinæ prouidentiæ. Ita etiā prædestinatur a deo salus alicuius, ut etiam sub ordine prædestinationis cadat quicquid hominem promouet ad salutem, vt orationes propriæ aut aliorū, aut aliquid hmôi, quæ dicūtur auxilia, siue quibus quis salutem non consequeretur. Vnde D. Grego. ait, Obtineri nequaquam possunt quæ prædestinata non sunt, sed ea quæ sanctorum precibus, obtinentur, sic prædestinata sunt vt eorū orationibus obtineantur, & idem dicendū de elemosynis, ieiuniis, & aliis bonis, Iō prædestinati debent conari ad orādū, & benefaciendum, quia per hmôi effectus prædestinatio certitudinaliter impletur. Ideo D. Petrus dicebat, Satagite, ut per bona opera vocationem vestram certā faciatis. Nec tamen sequitur, quod si per creaturas prædestinatio non possit impediri, quòd etiam non possit iuuari, quia secundæ causæ non possunt egredi ordinē causę primæ, & vniuersalis, sed ipsum ordinem exequuntur, Ideo non possunt impedire sed iuuare non principaliter, sed secundario, & quodam modo instrumentaliter. Eam ob rem repellendi sunt illi qui propter certitudinem predestinationis dixerunt superfluas esse orationes, vel quicquid aliud fiat ad salutem humanam consequendā his factis vel non factis prædestinati consequētur vitam æternam, & non reprobi, quia contra hoc sunt omnes admonitiones, & exhortationes ad orationem, & ad alia bona opera inducentes. Et sic Christus frustra dixisset, Vigilate, & orate ne intretis in tentationem, & D. Iacobus primo, Orate pro inuicem vt saluemini. Rustici interrogati quare fodiunt vineas, & milites quare in bello accipiunt arma, dicūt quòd fossio est medium ad habendum vinum, & armatura medium præseruationis vitæ, & tamen licet deos sciat an vineę portabunt fructum, vel milites morientur in bello, & si deus velit absq; fossione vineæ portabūt fructum, & milites præseruabuntur sine armis, & si deus nolit non fiet, dicunt se non frustra id facere quia exponerent se periculo, cum illa sint media ordinata ad illos fines. Sic quum orationes, & alia bona opera sint media ordinata ad consequendam vitam æternam, non sunt prætermittenda. sed potius prosequenda, & qui illa respuunt, timere debēt de sua reprobatione, licet certitudinaliter iudicare esset temerarium, quū voluntas sit deambulatoria vsque ad mortem, antequam possint pœnitere, & media prosequi. Non propter hoc tamen sequitur, quòd per orationes mutetur vel impediatur diuina prædestinatio. Vnde 1. Reg 15. dicitur, Porro triumphator Israel non parcet, nec pœnitudine flectetur, & Rom. 11. Sine pœnitentia sunt dona dei.

Marginal notes: *Quomodo prædestinatio iuuatur.* (beside "ad primum… cibus fit… destinatio iuuari… tia"); 1. Pet. 1. (beside "dicendū de elemosynis"); Mat. 26. (beside "quia contra hoc sunt omnes admonitiones"). Right margin: F 270 (beside "Notandum præterea"); A 271 (beside "re sed iuuare… Eam ob rem").

1. p. q. 34. ar. 1. Ver. 3. *De singulari Christi prædestinatione.*

CHRISTVM fuisse prædestinatum manifestū est ex Apostolo, qui Rom. 1. de ipso loquens, dicit, Qui prædestinatus est filius dei in virtute: Quū enim prædestinatio propriæ accepta, sit quædam diuina prçordinatio ab æterno de his quæ per

gratiam

gratiam dei fienda sunt in tempore, sed præordinatum fuit ab æterno, quòd filius dei fieret homo,& quod homo esset deus, ergo necesse est dicere ipsam vnionem naturæ diuinæ & humanæ in Christo cadere sub prædestinatione & sic ratione huius vnionis præordinatæ Christus dicitur prædestinatus, alia sequeretur quòd diuinitati aliquid de nouo accideret. Et quamuis terminus prædestinationis nostræ sit adoptio. vnde Eph. 1. dicitur, Prædestinauit nos in adoptionem filiorum dei. & christus
B (vt dictum est) non fuerit filius adoptiuus, sed naturalis, nihilominus tamen dicitur In lib. de
271 singulariter prædestinatus prædestinatione alterius rationis a nostra. Nam (vt D. prædesti.
Aug. ait) prædestinatio isti naturæ humanæ est tãta & tam excelsa subiecto, vt quo Sanct.
tolleretur altius non haberet. Nostra. n. prædestinatio facta est per gratiam habitualem duntaxat, Christi aũt prædestinatio per gratiã vnionis, quæ est infinita, & ex qua fluit plenitudo gratiæ, de qua (vt dicitur Io 1.) Omnes accepimus. Et sic terminatio prædestinationis Christi est filiatio naturalis per gratiam vnionis, quæ facta est ipsi naturæ humanæ, & non diuinæ & ideo esse prædestinatum conuenit christo ratione naturę humanæ, & non diuinæ. Ideo Christus secundum quod homo prędestinatus est filius Dei in virtute, non tamen prout hæc determinatio, secundum quod homo, refertur ad actum significatum per participium materiale, siue ad suppositũ diuinũ, quia tunc esset sensus, quod prædestinatum sit secundam personam in diuinis secundum quod homo, esse filium Dei, quod est falsum. Sed ut refertur ad propriam rationem actus, scilicet prout prædestinatio importat in sui ratione antecessionem & effectũ gratuitum. & hoc modo conuenit Christo, ratione naturæ humanæ. & facit hunc sensum, ab æterno prædestinatum fuit quòd natura humana vniretur filio dei, & sic ratione naturæ humanæ conueniret ei prædestinatio & ita prędestinatũ fuit quòd homo esset filius dei in uirtute. Et quemadmodum alia prædicata tam naturalia quàm gratuita, quæ conueniunt Christo ratione naturę humanæ, prædicantur de deo secundum quod homo, sic & prædestinatio. Vnde sicut Christus secundum quòd homo est risibilis, hoc est ratione naturę humanæ, & similiter eadẽ ratione est mediator, & satisfactio, & propiciatio pro peccatis nostris. Sic etiam dicimus quod Christus ratione naturæ humanæ, & non diuinæ, est prædestinatus. & ideo hæc non est concedenda, Christus secundum quod deus est prædestinatus filius dei, & ma-
C xime cũ hæc dictio (prædestinatus) dicat antecessione. Ex præmissis apparet primo,
271 quod prædestinatio Christi est exẽplar, & causa nostræ prædestinationis. Exẽplar quidẽ dupliciter, Primo quantum ad bonum, ad quod prædestinamur, ipse. n. prædestinatus est ad hoc quòd esset filius dei naturalis. Nos autem prædestinamur ad filiationẽ adoptionis, quæ est quædam participata similitudo filiationis naturalis, iuxta illud, Quos præsciuit, hos & prædestinauit conformes fieri imagini filii sui. Secundo quã Rom. 9.
tum ad modum consequendi illud bonum, quod est per gratiam, quod quidẽ in christo manifestũ est, quia natura humana in Christo nullis præcedentibus meritis vnita est dei filio. Sic nos nullis præcedentibus meritis nostris vnimur per gratiã, quia tamen illa habemus ex merito Christi, de cuius plenitudine omnes accepimus, constat quòd prædestinatio christi fuit causa & ratio nostræ prædestinationis. Vnde Ephe. 1. Prædestinauit nos in adoptionẽ filiorũ dei per Iesum christũ, scilicet cõplẽdam. si vero christus nõ fuisset incarnandus, prædestinasset homines saluari per aliã causam. ¶ Secundo apparet quòd prędestinatio habet gradus. Primus est per gratiã vnionis, Secũdus per gratiam habitualẽ, & iterũ iste secũdus habet alios gradus. Prædestinatio. n. D uirginis, quæ ab initio fuit confirmata in gratia, est nobilior, deinde angelorum, qui post primũ actum fuerunt confirmati, postmodum Apostolorũ, qui in die Pentecostes superabundantem confirmationem acceperunt, postremum gradum tenet prædestinatio illorum qui non sunt in gratia confirmati. Prædestinatio habet gradus.

§. 9. *De annunciatione Dominica.*

AD Incarnationis filii Dei mysteriũ amplius intelligendũ, notanda sunt ea quæ in annuntiatione per Gabrielem angelũ D. virgini dicta sunt. Ideo Euangelium 3. p. q. 31. D. Lucæ in homini solennitate legi consuetum, succincte explanare tentabimus. art. 1.

In

In primis dicitur, Missus est, scilicet legatus, ad tractãdum matrimoniũ Christi cum natura humana. Sed a quo fuit missus? respondet, a Deo, hoc est a tota Trinitate. Patre, Filio, & spiritu sancto quum opera Trinitatis ad extra sint indiuisa. Sed quare deus misit legatũ? cur ipsemet non venit, vel cur absq; legatione nõ assũpsit? Respondet D. Tho. quòd propter quatuor rationes, Prima, vt ordo congruus filii Dei ad ipsam virginem, seruaretur vt, scilicet prius mẽs eius instrueretur, & mẽte prius cõciperet quam carne. Vnde D. Aug. dicit, Beatior fuit Maria concipiendo fidem Christi, quàm carnẽ. Deinde subdit, Materna propinquitas Mariæ nihil profuisset, nisi fœlicius corde quàm carne gestasset. Secundo, vt posset certior testis huius sacramenti esse, vt pote super hoc diuinitus instructa. Tertio, vt voluntaria obsequi sui munera offerendi occasionem haberet, ad quam oblationem audita & intellecta annuntiatione, se promptissimam exhibuit, dicens, Ecce ancilla, &c. Quarto, vt ostenderetur esse quoddam spiritualem matrimonium inter filium dei & naturam humanam. Ideo facta fuit annuntiatio ad expetendum consensum virginis matris, loco totius naturæ humanę. Anima Christi infusa corpori, in primo instãti sui esse huic matrimonio post consensum matris consensit, iuxta illud, Oblatus est quia ipse voluit.

In libr. de Virgi. — D 271

¶ Notandum hic quod non solum deus voluit consensum filiæ, scilicet humanitatis Christi, sed præterquisiuit consensum matris, hoc est D. Virginis, ad reprobandũ abusum aliquorum, qui adulationibus & promissis seducunt filios & filias parentum diuitum ac nobilium, & inducunt eos ad contrahendum matrimonium inscii parẽtibus, in quo faciunt eis magnam iniuriam. Vnde aliquando sequitur turbatio reipublicæ ac innumera mala, & vix matrimonium prosperatur. Ideo mouendi sunt filii & filiæ, ne tales adulatores audiãt, neque matrimonio inscius parentibus (qui omni cura & solicitudine eos promouere desiderant, & quæ eis expediant melius quam ipsimet filii aut filiæ norunt) contrahendo consentiant, vt discant imitari humilitatẽ Christi, qui parentibus fuit humillimus, & subditus vt habetur Luc. 2. Non dico tamen quin matrimoniunm teneat si consenserint, vt supra dictum est quum de matrimonio ageretur, nisi forte statuto humano illegit marentur personę.

Esa. 53.

¶ Sed quã legationẽ misit deus? dicitur in textu, Missus est angelus. Sed quare non misit aliquem sanctũ vel mulierem, qui fuissent D. virgini familiatiores, neque fuisset turbata? Respondet D. Tho. quòd fuit magis expediens mittere angelum, quàm virũ & mulierem, propter tres rationes; Prima est D. Diony. vt scilicet diuinæ dignitatis ordo congruus seruaretur. Dignum est enim vt nobiliores domini nobiliorem legationem mittant. Ideo disposuit deus vt mediantibus angelis diuina ad homines peruenirent. Secunda ratio est venerabilis Bedę, vt scilicet reparatio lapsui responderet. Aptum (inquit) humanæ reparationis principium, vt angelus mitteretur ad virginem partu consecrandam diuino, quia prima perditionis naturæ humanæ causa fuit cum serpens a diabolo mitteretur ad mulierem spiritu superbiæ decipiendam, sic angelus mitteretur ad eam instruendam. Tertia ratio est D. Hie. Bene (inquit) angelus ad uirginem mittitur, quia semper angelis fuit cognata virginitas & puritas. Omnes enim alii quantumcunque sancti concepti fuerunt in peccato originali, & subditi peccati saltem venialibus, iuxta illud, Si dixerimus, &c. Ideo non fuit congruum vt tales maculati ad purissimam virginem mitterentur. Quarta ratio potest addi propter angelorum participationem Apostolus enim dicit, Qui non vult operari, nec manducet Angeli futuri erant participes gaudiorum huius incarnationis, ideo conueniens fuit vt circa eam ministrarent. ¶ Si queratur, quot angeli missi sunt? dicit textus, Missus est angelus, scilicet vnus & non plures. Si dicatur, cur vnus solus? quia si plures, solennior fuisset legatio, prout in Natiuitate facta est cum angelo multitudo cœlestis militiæ. Respondet D. Antho. Flo. quod uerum est, nisi illud quod nunciatur, sit arcanum vel secretum, hoc enim repugnat multitudini. Non enim dicitur arcanum, quod multis est cognitum, nec familiariter & amicabiliter annunriatum, quod multis præsentibus est intimatum. Et in hoc habent Christiani documentum morale, ne cum tractãt de matrimonio, multis cõmunicent, nec quod multi se intromit-

E 271

3 p. q. 30. ar. 2.

4. c. (a. Hierar.

1. Ioan. 1.

4. Thes. 4.

4. p. Sum. ... 5. ca. 8. §. 1.

mittant,quia si res est euulgata:& (vt communiter dicitur) euentata,plurima insur gunt impedimenta vnde in communi prouerbio dicitur, Inter os, & offam multa contingunt , talis sciet , qui procurabit pro se vel alio , &c :

¶Sed quomodo vocabatur ille angelus?dicit textus, Gabriel expositores, dicunt ꝙ angeli in cœlo carent nominibus propriis. Quia quemadmodum illa ciuitas non eget sole neq; luna,sic nec aliquo adminiculo ad cognoscendũ. Nã quilibet per pro priam personalitatem cognoscitur. Sed si aliqua nomina eorũ reperiuntur in scriptu tis per illa declarantur opera ministerii ad,quę mittuntur. Vnde Angelus dicitur nũ *Angeli ca lo,carent no minib. pro prii.*

F tius scilicet missus, Gabriel aũt interpretatur fortitudo dei,quia incarnationis Chri

872 sti Mysterium,fortudo dei nominatur, Primo,quia per incarnationẽ filius dei vicit seipsum ,formã serui accipiens,Secundo,quia mittitur ad virginem,de qua Salomõ. Mulierem fortem quis inueniet?Tertio,quia per opus incarnationis victus est diabolus,qui dicitur fortis armatus, Item mundus,iuxta illud, Confidite,quia ego vici mundum.Item infernus,cuius portas æreas,& vectes ferreos confregit,Item mor tis imperium,iuxta illud,Ero mors tua o mors. Item omnem intellectum creatum. Nam non est qui possit soluere septem signacula libri signati, hoc est filii dei incar nati.Ideo hic Angelus legatus, recte Gabriel nuncupatur. *Prou. ult. Ioan. 8. Ioan. 16. Esa. 45. Osee. 13. Apoc. 5.*

¶Quidam quærunt,de quo ordine erat?D.Greg dicit, Summum angelum veni re gignum fuerat,qui summum omniũ annuntiabat . Propter quę verba quidam di cunt,quòd fuit summus de ordine Seraphin,verum hoc incertũ est.Nec D. Gregr. hoc dicit,cum secundum eum soli angeli tertiæ Hierarchiæ mittantur , & minima nuntiare pertinet ad angelos maiora vero ad archangelos , & sic posset dictum eius exponi,quòd Gabriel est summus,in suo ordine,quẽ in patria Deo duce videbimus. *Locus incar nationis Na zaret. Esa.9.*

¶Sed ad quem locu missus est?dicit textus,in ciuitatẽ Galilex cui nomen Nazareth. Albertus magnus super missus est,dicit,quòd voluit potius concipi in Galilæa quam in Iudæa ad ostendendum,quòd non solum venerat ad saluandos Iudæos,sed *Esa. 11.*

A etiam gentiles,qui nõ erant in Iudæa,sed aliquid in Galilæa, iuxta illud. Via maris

872 trans Iordanem Galilex gentium, Dicit vlterius,quod voluit potius concipi in ciui tate,quã in cãpis,& viculis,quia ciuitas est proprius locus rationabilium hominum vnitorũ,ad ostendendũ,quòd illi qui volunt eũ spiritualiter concipere , debent esse in ciuitate.hoc est vniti in pace , & concordia , voluit etiam in Nazareth concipi, quę interpretatur flos ad ostendendum , quod ipse erat flos de quo prophetauerat Esaias dicens,Egredietur virga de radice Iesse , & flos de radice eius ascendet, quæ verba exponens ecclesia in quodam responsorio, dicit,Virgo dei genitrix virga est, flos filius eius,Et super hunc florem requiescit spiritus almus.¶Si quæratur,quo tẽ pore missus est,quo anno die,& hora?D.Anth.Flo.dicit,ꝙ missus fuit tempore quo prænunciatũ fuerat Christũ mittẽdũ, ſm prophetiã Iacob , Non auferetur sceptũ de Iuda,& dux de fœmore eius,donec veniat qui mitendus est.&c. & Dan Septuaginta hebdomadæ(scilicet annorum, hoc est 499.)abbreuiate sunt super populũ,vt consummatur præuaricatio,& finem accipiat peccatum, & vngatur sanctus sanctorum.dicit vlterius secundum Bedam, quod fuit ab initio mundi anno quinquies mil lesimo 99 ¶Si quæratur,quo mense?dicit tex.& hic mensis est sextus,scilicet a con ceptu D.Ioan.Baptistæ , qui conceptus fuit 25. Septẽbris,& Christus. 25.Martii. De die dicitur communiter,quod feria sexta,tali die quo creatus fuit primus homo scilicet Adam,conceptus fuit secundus Adam, hoc est Christus, & simili die natus, & reuolutis 33.annis passus, & mortuus,secundum D. August. De hora dicit,quòd incertum est Aliqui tamen contemplantur , quòd de sero Angelus apparuit D. Virgini,sed dialogos inter eam,& angelum protractus est,vsq; ad mediam noctem, in qua D. Virgo consensit,& concepit,iuxta illud, Dum medium silentium tenerẽt omnia,& nox in suo cursu medium iter haberet, Omnipotens sermo tuus domine (hoc est filius tuus) de cœlis a regalibus sedibus venit. Hinc est, quòd Ecclesia de sero signum facere consueuit , triplici ratione , Prima est , ut per intercessionem D. Virginis,quam salutamus,& inuocamus,peccata nobis dimittãtur. Secunda est, *4.p.sum.ti tu.15.c.19 § 4. Gen.49. Dan.9. Sap. 18. Signum sa lutationis. D.Vir. cur fiat.*

vt per

vt per eius intercessionē custodiamur de nocte ab hostibus. Tertia est, vt beneficiū incarnationis filii dei, quod tali hora inchoatū fuit, ad memoriam reducamus, & gratias dei reddamus. ¶ Sed cui dirigebatur legatus iste? Dicitur textus, Ad Virginē desponsatam. Ad Virginem, de qua Esaias, dixerat, Ecce virgo concipiet. &c. Hæc autem Virgo per anthonomasiam nuncupatur. Ideo dicitur Virgo virginum, quia fuit prima inter mulieres, quæ vouit virginitatem inspiratione diuina, eam ob rem de ea dicitur, Sola sine exemplo placuisti domino nostro. Fuit enim inuentrix ordinis virginum, & angelicæ vitæ. Ideo recte nominatur Virgo virginum, & virginum abbatissa ac regina Sic videtur eam vocasse Psalm cum ait, Adducētur regi virgines post eam. Eius virginitatem ante partum, in partu, & post partum prædixit Ezechiel dicens, Porta hæc clausa est, & non aperietur, & vir non pertransibit per eam, quia dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritq; clausa principi. Eius perpetuā virginitatē determinauit ecclesia in multis conciliis generalibus, vnde & cantant, Post partum virgo inuiolata permansisti, &c. ¶ Nec obstat quod dicitur Mat. 1. Et non cognouit eum Ioseph, donec peperit filium suum primogenitum Propter quæ verba Eluidius, & Eunomus, voluptuosi hæretici, non erubuerunt dicere D. Virginem post Christum, habuisse quatuor filios ex D Ioseph, qui dicuntur fratres Christi, Mar. 6. Nonne hic est faber filius Mariæ, frater Iacobi, & Ioseph, & Iudæ, & Simonis? Et Apost. Gal. 1. dicit, Alium autem Apostolorū vidi neminem, nisi Iacobū fratrem domini, quod est hæreticū. & per ecclesiam (vt iā dictū est) reprobratū. Quia (vt D. Chris. dicit) Euangelista non intelligebat de cognitione carnali, vt prædicti hæretici ex sua mala indispositione existimabant. Qualis enim vnusquisq; est, talia cogitat, & talis finis videtur ei, vt Philos ait, Sed intelligebat Euangelista de cognitione virtutum, & priuilegium, & tantæ dignitatis, D. Virg. Ioseph quidem ante partum cognouerat Virginem sanctam, & virtuosam, sed non tantę dignitatis, sicut cognouit cum peperit filium suum primogenitum, cum in eius partu tot viderit mirabilia, ipsam, scilicet sine dolore, & apertione pepe. isse, noctem illuminatam fuisse Angelos Christum inter brachia D. Virginis adorare pastores, & reges venire, adorare, & munera offerre. Tunc enim perfectius cognouit D. Ioseph Mariam coniugem suam, & sic debet exponi illud verbum, cognouit, &c. Primogenitus autem dici consueuit, ante quem nullus alius genitus est, etiam si nullus alius fuerit postea genitus. Vnde, & Vnigenitus habebat iura primogenituræ. D. Tamen Hiero. & alii expositores ad amplius confundēdum hæreticos, aliter soluunt, & dicunt, quòd quāuis Euangelista intelligeret de cognitione carnali, non posset ex illis verbis inferri, quòd D. Ioseph post partum eam cognouerit, imo totū oppositum Quia licet hoc aduerbium (donec) aliquando significet vsq;, cum determinatione temporis, post quod tēpus ponit oppositum, tamen in sacris literis consueuit accipi cū compositione eiusdē quod determinat, si ponatur affirmatiue, & cum diuisione eius quod determinat, si ponatur negatiue. Et sic hoc aduerbium affirmatiue tantum, idem significat sicut hoc complexum (vsque, & post) Si vero negatiue, sicut hoc complexum (vsque, & nunquam post) exemplū primi habetur in Psal. 110. Dixit dominus domino meo, sede a dextris mei. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si hoc aduerbium (donec) poneret oppositū post determinationem temporis, quod erit in die iudicii, sequeretur, quòd post diem iudicii Christus non sederet a dextris Dei quod est hæreticum Exemplum secūdi. In Psal. 111. In memoria æterna erit iustus ab auditione mala non timebit. Dat rationem, Paratū cor eius sperare in Domino, non commouebitur in æternum, donec despiciat inimicos suos, quod erit in iudicio generali, quando implebitur illud Psal. Letabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Si hoc aduerbium (donec) poneret oppositum post determinationem temporis, sequeretur, quòd cor iusti post diem iudicii commoueretur, & non esset firmatum, & sic non erient beati, quod est contra illud, Venite benedicti patris mei, &c: Et infra, Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Ideo necesse est sic exponere, Non commoue-

Margin notes: B 272 — Esa. 7 — Psa. 44. — Virginitas dei pare probatur, et defenditur. — Heb. ult. — C 272 — Psa. 57. — Mat. 25.

D mouebitur donec despiciat inimicos suos, hoc est usq; ad diem iudicii, nec post in
272 æternum, Sic accepit D. Matt cum dixit, Et non cognouit eam Ioseph, &c. Et ad il Gen. 13.
los fratres dicendum est, quòd in sacris literis qui sunt de eadē cognatione, dicūtur
fratres. Vñ Abrahā dixit ad Loth, Ne quæso sit iurgiū inter me & te, fratres enim
sumus qui tamen non erant ex eodem patre proximo aut matre. Sic etiam cognati
Christi dicebātur fratres eius, de quibus Ioan. 7. Nec enim fratres eius credebant
in eum Et hoc videtur innuere D. Marcus cum dicit, Nonne & sorores eius (scilicet
Maria Cleophæ & Salomæ, quæ dicitur mater Iacobi & Ioseph) hic nobiscum
sunt? Mat 27. Et Mar. 15. dicitur quòd erāt ibi mulieres multæ, & Maria Iacobi minoris & Ioseph mater, vltra D. Virginē. Nec est hac re tenendus Theophylactus, Mar. 6.
qui licet concedat perpetuam virginitatem D. Matris Dei, negat tamen. D. Ioseph
fuisse virginem, sed ex alia vxore, quam habuit ante D. Virginem, habuisse illos quatuor fratres, & de quibus dictum est. Quia constat Iacobum fratrem domini, fuisse
filium Mariæ Iacobi. Præterea D. Hiero. in lib de Perpetua Virginitate D. Mariæ
contra Eluidium, probat D. Ioseph fuisse virginem ex perfectione matrimonii inter
ipsum & D. Virginem. Non enim fuisset conueniens hominem corruptum fuisse cōiugem tantæ Virginis. Deus enim qui hoc matrimonium inspirauit, & miraculo cōprobauit, dedit D. Virgini adiutorium simile sibi in castitate & virtutibus, licet non
æqualiter, quum nullum simile sit idem. Si Christus matri suæ iam antiquæ in custodem & defensorem noluit dare hominem corruptum, sed virginem, D: Ioan. Euangelistam, qui teste D Hiero virgo electus fuit a Domino, atq; inter cæteros magis 3. p. q. 29. art. 1.
dilectus, quanto magis cum ipsa iuuenis erat? ¶ Sed cur Deus voluit D. Virginem
fuisse desponsatam? Respondet D. Thomas, quod propter tria, Primo propter Christum, ne ab infidelibus tanquam illegitime natus abiiceretur, & vt consueto modo eius genealogia describeretur per virum ad tutelam pueri nati, & ne diabolus
contra eum vehementius nocumenta procuraret, & vt hoc mysterium, secundum
Ignatium, diabolo celaretur, & vt a D. Ioseph nutriretur. Secundo propter virginē,
ne a Iudæis tanquam adultera lapidaretur. Vnde dicebatur in lege, Si nō est in puella inuenta virginitas, lapidibus obruent eam viri ciuitatis illius. Præterea vt D. Virgo ab infamia liberaretur, ac etiam vt ei a D. Ioseph ministerium adhiberetur, qui Deut. 22.
posset & delere iniuriam, & vindicare opprobrium. Tertio propter nos, vt tolleretur excusatio virginibus, quæ propter incautelam suam non vitant infamiam. Vnde
D
273 D. Ambro. Non decuit virginibus sinistra opinione viuentibus, velamen excusationis relinqui, quòd infamata quoq; mater Domini videretur. Et quia per hoc significatur vniuersa Ecclesia, quæ est virgo & desponsata vni viro Christo. Et quia
fuit mater, desponsata, & virgo, ideo in persona ipsius virginitas & matrimoniū honorantur cōtra hæreticos alteri eorum detrahentes ¶ Sed quia difficultas est de matrimonio D. Virginis & Ioseph, ideo aliquid super hoc negotio dicendum est Et in 3. p. q. 29. ar. 2.
primis sciendū q̄ verū matrimoniū fuit inter D. Virginem & Ioseph. Quod patet Mat. 1.
ex D. Matthæo qui nominat D. Ipseph virum Mariæ & D. Virginē cōiugē illius.
Matrimonium.n dicitur verum ex hoc quòd attingit suam perfectionem. Prima autem & essentialis perfectio matrimonii consistit in indiuisibili cōiunctione animorum, per quam vnus coniugum alteri fidem seruare tenetur. Quum ergo vterq; cōsenserit in copulam coniugalem, licet non expresse in carnalē, sed sub conditione, si 3. p. q. 29. ar. 1. ad 1.
deo placeret, confidentes de diuino auxilio, quòd nunquàm in carnalem copulam
conuenirent, committentes se diuino arbitrio, sequitur quòd inter eos fuit verum
matrimonium, & quod vtriusq; virginitas in nullo detrimentum passa est. Vnde &
iuristæ dicunt, Nuptias non concubitus, sed consensus facit. Non fuit tamen matrimonium inter eos consummatum, quantum ab generationem prolis, licet proles In libro de nupt. et concubi.
fuerit data a deo. Prole tamen a deo habita matrimonium fuit perfectum, quantum ad prolis educationem, & mutua obsequia. Et sic (vt D Aug. dicit) Omne nuptiarum bonum perfectum est in illis parentibus Christi, proles fides, & sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum Deum Iesum, fidem, quia nullum diuortium so-

 lus

lus ibi nuptialis concubitus non fuit, licet aliquando a sanctis doctoribus nuptiales concubitus nuptiæ appellentur, sed non essentialiter. Et cũ D Virgo concepit, erat
3.p.q.29. ar.2.ad 3. in domo Ioseph, sed nondum solennitas nuptiarum facta erat Vnde D Chrys. super Mat dicit, Beata virgo sic fuit desponsata Ioseph, quod etiam esset domi habita. Consuetudo enim veteribus fuit desponsatas in domibus habere. Nam sicut in ea quæ in domo viri concepit, intelligitur conceptio legitima, ita in ea quæ extra dõmum concepit est suspecta coniunctio. Et sic non fuisset sufficienter prouisum famæ D. virginis, nisi etiam fuisset domi habita. vnde & quod dicitur, Et nollet eã traducere, idem significat quod, nollet eam diffamare in publicum, & non de traductio F
ne in domini vnde & Euangelista subdit, quod voluit occulte dimittere eam. Licet 171
esset domi habita propter primam dispensationis fidem, nondum tamen interuenerat solennis celebratio nuptiarum. Nec dicit Euangelista, Antequam induceretur in domum sponsi, sed, Antequam conuenirent, ad solennem scilicet nuptiarum celebrationem, in qua secundum communem opinionem hominum & consuetudinem, carnaliter conuenire censebantur. Ideo Angelus dixit, Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam, hoc est, Ne timeas nuptias cum ea solenniter celebrare. ¶ Nec est arbitrandum quod cum D. Virgo reuersa fuisset a visitatione D. Elisabeth, apud quem tres menses steterat, D. Ioseph videns vterum virginis grauescere fuerit aliqui l humanum gassus, seu timuerit ex dubitatione honestatis, aut ex zelotipia, vt bene declarat Euangelista dicens, Vir eius cũ esset iustus, &c. Quo modo fuisset iustus, si malam opinionem de ea absque rationabili causa habuisset? Non poterat enim rationabiliter malam suspitionem de ea habere, quum longo iam tempore eius sanctitatem in domo sua approbasset, antequam de ipsius Ioseph licentia visitaret Elisabeth, & iam inuenisse eam concepisse de spiritu sancto. unde D. Hiero. ait, A quo inuenta fuit? Non nisi ab ipso Ioseph. verissimile est.n. quod cõcepto Christo maior sanctitatis fulgor refulgeret in vultu eius, quam ante. Quem fulgorem admirans Ioseph, interrogauit vnde procederet. Nec est verisimile quod D. virgo ei hoc mysterium celauerit, maxima quum facultatem ei dederit visitandi Elisabeth antiquam & sterilem, quam concepisse a coniuge sua mysterium reuelante audiuit. verisimile est etiam quod ipse Ioseph eam ad visitandum Elisabeth associauerit, & tunc mysterium amplius intellexerit. Non poterat igitur postmodum ra A
tionabiliter suspicari. Si quæratur vnde ille timor quem habebat, processerit, dicendum quod ex humilitate, & suæ infimæ conditionis contemplatione eã occulte dimittere voluit, videns enim eam post visitationem Elisabeth, amplius refulgentem, existimans se indignum fieri socium tantæ sanctitatis, directionis, & gubernationis, 172
filii dei, timuit, & stupor apprehendit eum. vnde noluit eam occulte dimittere, non tamen absque vale, sed absque mysterii reuelatione seu publicatione. Ideo hæc eo cogitante, dixit ei angelus, Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam, &c. Non dicit, Non suspiceris malum de ea, quia non suspicabatur (ut dictum est) sed dixit. Noli timere accipere, hoc est solennizare nuptias, & te facere socium eius, & nutricium filii dei. Quia quod in ea natum est, ut iam inuenisti, de Spiritu sancto est, qui te ad hoc munus elegit, ut esses uir eius. & nutrires eam & filium dei.
Luc.5. Ipse.n. qui te elegit faciet te dignum, ut sine offensa illi ualeas famulari Similem timorem ac stuporem, & ex simili causa procedentem legimus accidisse D. Petro, qui quum respondisset Christo iubenti laxare rete in capturam. Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, in uerbo autem tuo laxabo rete, quo laxato ipse cum aliis concluserunt piscium multitudinem, & rumpebatur rete eorũ, &c. Quod quum uidisset Petrus, procidit ad genua Iesu dicens, Exi a me domine, quia homo peccator sum, stupor, enim circundederat eum. Simili stupore uidetur circundatus fuisse, quum dixit, Tu mihi lauas pedes, non lauabis mihi pedes in æternum. Similiter D. Ioannes Baptista stupore occupatus, prohibebat Christum a baptismo dicens, Ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Sic D. Ioseph in associatione, prouisione, gubernatione, &c Sic allegatur D. August qui dicit Ioseph dubitasse, & exponit

exponit id quod dicitur iustus hoc est mitis, benignus, clemens, & misericors, Dicendum quòd D. Aug. in hoc non tenetur, sicut neque in illo quod dixit pueros in solo originali decedentes, puniri pœna sensus. Sed standum est dictis D. Hiero. Ambr. Ber. Origenis, ac D. Chr. qui & si inquirat & opiniones alleget, concludit tamen ꝙ D. Ioseph non dubitauit, neque male suspicatus est de D. Virgine. Prædictorum opinio literæ sacri euangelii & honori tanti viri & D. Virginis magis congruit. Resultat igitur, verum & perfectum (licet non consummatum) matrimonium fuisse inter

F D. Virginem & Ioseph. Nec fuerunt aliquando coniuges, qui adeò pacifice & con-

268 corditer vixerint, prout ipsi. ¶ Ex perfectione matrimonii D. Hiero. concludit ꝙ D. Ioseph. erat & permansit virgo. Secundo infert ꝙ erat iuuenis, alias matrimonium non fuisset conueniens, nec D. Virgo euasisset notam infamiæ, si uir eius fuisset senex & decrepitus, prout olim (nondum reuelata veritate) pingebatur. Nec fuisset D. Virgini solatio aut adiutorio, sed tædio. Quòd autẽ esset iuuenis apparet ex eo quod habetur Esa. 62 Lætabitur sponsus super sponsam, & habitabit iuuenis cum virgine hoc est Ioseph cũ Maria. Nec debet esse mirum eos iuuenes potuisse seruare virginitatem, quum gratia vincat naturam. Si D. Cecilia cum Valeriano seruauerunt virginitatem, a fortiori, &c. D. Bona. dicit quòd licet D. Virgo cæteras mulieres in pulchritudine corporali excederet, & aspectus eius magis desideratus esset, nunquàm tamen aliquis in eius aspectu fuit ad concupiscentiam motus, sed si aliqui erant in ardore concupiscentiæ, ex honestate ipsius, & fulgore ex eius aspectu relucente, eorum concupiscentia sedabatur. Si D. Agneti ad prostibulum tractæ, tantam gratiam contulit deus, vt qui ad illam concupiscentia moti ingredi volebant, adeò refrigerabantur, vt mundiores exirent & compuncti egrederentur, quanto magis D. Virgini matri, cui non per partes, sed tota sese infudit gratiæ plenitudo? vt D. Hiero. ait. Talis erat virtus D. Virginis contra stimulos carnis respecto aliorum, qualis est virtus Cedri & floris vinearum erga serpentes, qui (vt naturales dicunt) quamprimum sentiunt odorem fugiunt. Sic malæ cogitationes aliorum ad eius aspectum euanescebant. Ideo Sap. in persona eius dicebat. Ego quasi viris fructificaui suauitatem odoris, & quasi cedrus exaltata sũ in Libano, Si talis erat virtus cedri, &c. a fortiori, &c. De huiusmodi casta habitatione habetur figura 3. Reg. 1. de Abisac Sunamite, quæ dormiebat cum rege, & rex non cognouit eam.

D. Iosep. iuuenis erat

Virtus D. virginis.

A

268 ¶ Sed quis erat iste Ioseph, cui hæc virgo fuit desponsata? Textus dicit, ad virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph, de domo dauid dicit ergo viro, & non puero, ad condemnandum abusum multorum quærentium potius bona tẽporalia aut fauores, quam perfectionem aut virtutem, qui dant pueris (qui seipsos minime regere, norunt) filias suas in matrimonium, quod vix prosperatur propter petulantiam iuuẽtutis, Dicitur cõmuniter quòd super magnos montes cadunt magna fulgura hoc ẽ quod Salomon dicebat, vbi multæ sunt opes ibi multi qui comedunt eas fiunt ibi multæ expositiones, & expensæ, & cum pueri non sint sapientes, & ignorent modũ lucrandi, & conseruandi putentque semper nihil eis debere deficere, paulatim exponendo inueniunt se deuudatos, &c. ideo Sapiens dicebat, Filiæ tibi sunt, serua corpus illarum, & ne ostendas faciem tuam hilarem ad illas. Trade filiam viro sensato, & grande opus feceris. diuus autem Ioseph fuit sensatus & sapientissimus, Eius sapientia apparere potest ex electione diuina, quia a deo electus fuit ad magnum officium. differentia magna est inter electionem dei & electionem hominum, quia homines eligendo non possunt facere electos dignos ad officium ad quod eligunt imo præsupponunt in eis dignitatem, & aliquando putant eligere sapientes, qui sunt stultissimi. Sed deus, qui omnia exteriora & interiora intuetur, non decipitur, & cum sit omnipotens, voluntas ipsius semper est efficax, & semper impletur, ideo si vult aliquem esse sapientem & virtuosum, illa volitio statim, facit eum talem, & per consequens eius electio. Si rex terrenus vellet prouidere filio suo de nutritore & conseruatore, ligeret sapientiorem quam reperire posset. Sed deus elegit ipsum Ioseph ad custodiam magni thesauri scilicet, ad custodiam, & nutritionem

Eccl. 7.

Sapientia D. Ioseph unde appareat.

ſponſæ & filii ſui ſequitur quod fecit illum dignum & ſapientiſſimum. Eius ſapientia maior fuit quam Salomonis, qui multas ſtultitias fecit hic autem nullam. Fuit etiam maior quàm Ioſeph patriarchæ qui ſciuit cuſtodire triticum pro Aegypto, hic autẽ cuſtodiuit melius frumentum pro toto mundo. Quia triticum quod cuſtodiuit patriarcha Ioſeph, ſolum ſufficiebat per ſeptem annos, ad nutriendum corpus, & non animam. D
Sed frumentum quod cuſtodiuit D. Ioſeph, ſufficit ad nutriendum corpus & animam, nõ per ſeptem annos ſolum, ſed in vitam æternam, & preſeruare a morte æterna. Vnde Ioã. 6 Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi. Non Moyſes dedit vobis hunc panem, ſed pater meus dat vobis hunc panem de cœlo verum. Dicitur etiam, Qui manducat hunc, panẽ viuet in æternum. Si dicatur. Quomodo fuit ſapiens, quum voluerit occulte dimettere? &c. Reſponſum eſt ſupra. In hac ſapientia continuè D. Ioſeph profecit. Vnde ſecundum nomen eius ſic & laus eius. Nuncupatur enim Ioſeph, quod nomen, ſecundum D. Hiero. augmentum vel additio interpretatur, quia ſemper augebatur, opera virtutum addẽdo. Sapientia eius apparuit in liberatione Christi a manibus Herodis, qui volebat eum cum aliis innocentibus iugulare. Apparuit etiam in labore & ſuſtentatione Chriſti & matris eius in Aegypto, ſæpe abſtinuit pro eis. Non eſt poſſibile enarrare officia ſapientiæ, prudentiæ, & charitatis, & alios actus virtutum, quæ exercuit in matrem & filium. 273

¶ Propter quę Deus eũ tripliciter honorauit, ſcilicet in vita, in morte, & poſt mortẽ.

D. Ioſeph. in, quibus fuit honoratus.

¶ Primo in vita, dãdo teſtimonium virginitatis ſuæ quum virgam ſuam ſolam inter alias multas florere fecit. Secundo, quia elegit eum, ſponſum reginæ angelorum & matris ſuæ, cui D. Virgo ſuberat & reuerebatur, eum dominum eum vocans, erat. n. humilior Sara, quę vocabat Abraham dominum ſuum. Tertio, honorauit eum, ipsũ eligẽdo in patrem putatiuum & nutritium, cui ipſe Chriſtus, Deus verus, & homo verus, voluit ſubditus & obediens eſſe. vnde Luc 2. dicitur, & deſcendit cũ eis, & venit in Nazareth, & erat ſubdictus illis. Nunquàm fuit aliquis filius, qui tantũ honorauerit patrẽ & matrem, ſicut Chriſtus D. Ioſeph, & uirginẽ. Vnde. D. Ber. tractãs illud, Et erat ſubditus illis, exclamat, Quis? quibus? &c. Si rex temporalis faceret reuerentiam alicui, omnes honorarent illum. Sed ſic eſt ꝙ rex regũ & dominus dominantium, qui erat verus deus, & D. Virgo, tantũ honorauerũt D. Ioſeph, quid debẽt facere Chriſtiani? &c. Quarto honorauit, eum cõmunicando ei notitiam myſterii incarnationis. Non fuit aliquis in hoc mundo poſt D. Vir. qui tantũ nouerit de myſterio incarnationis, ſicut D. Ioſeph. Quidam dicunt quod prius multa de myſterio incarnationis ſciuit, quam angeli. Vnde Apo. Eph. 3. de hoc ſacramento abſcondit a ſeculis, dicit, Vt innoteſcat principatibus & poteſtatibus in cœleſtibus, per Eccleſiam multiformis ſapientia dei. E
Magnam gratiam & honorẽ fecit Chriſtus D. Ioã. Baptiſte, quando exultare eum fecit in vtero ad ſalutationem D. Virginis, & contactum matris eius. Quãtam exultationem habere debuit D. Ioſeph, qui per triginta annos ſimul cum Chriſto habitauit, & ſæpiſſime eũ corporaliter tetigit & portauit? Si D. Ioannes Euangeliſta in cœna domini per modicum tempus ſupra pectus Chriſti obdormiens, fluenta euangelii de ſacro dominici pectoris fonte potauit, Quæ fluenta cognitionum potare potuit D. Ioſeph, qui tanto tempore cum eo dormiuit & habitauit? Luc. 6. legitur quod omnis turba quærebat eũ tãgere quia virtus de illo exibat & ſanabat omnes. Et vna mulier ex tactu vnius ſolus fimbriæ, fuit mirabiliter conſolata. Quot & quantas conſolationes habere debuit D. Ioſeph, qui totiens non fimbriam ſolum, ſed totum eius veſtimentum, imo & pręcioſiſſimam Chriſti carnẽ tangere dignus fuit, Si ſanctus Simeõ accipiens ſemel Chriſtum paruulum in vlnas ſuas, exultauit, & tanto gaudio repletus eſt, vt canticum dixerit, quot exultationes habuiſſe, & quot cantica lætitiæ decantauiſſe diuum ipſum Ioſeph arbitrari poſſumus cum totiens ipſum in vlnis ſuis portauerit? impoſſibile eſt explicare eius conſolationes. 273

1. Petr. 3.

¶ Secundo conſolatus eſt eum in morte, quia eũ ab anguſtiis & doloribus præſeruauit, propter eius puritatem ſicut de D. Ioãne matris eius ſecundo cuſtode legimus ꝙ fuit

fuit a dolore mortis alienus,sicut a corruptione carnis fuerat extraneus. Consolatur est eum dulcibus verbis,commendationem animæ fecit,oculos clausit,animam illius
F a multo pluribus angelis ad sinum Abrahæ deferri iussit, quam declara fuerit animā
273 Lazari. Verum non legimus in Euangelio quo tempore mortuus fuerit. Expositores Luc. 15.
tamen & contemplatiui prædicatores dicunt ꝙ ante prædicationem Christi. Quia si non fuisset mortuus, secutus fuisset eum,prout D. virgo, & euangelistæ fecissent de eo mentionem. CHRISTVS autem permisit eum mori,primo ne videret cō traditionem & opprobria quæ valde eum contristassent. Secundo ad consolandum patres in lymbo Si quæratur,quare etiam non permisit mori D. Virginem, antequā ipse pateretur? Dicendum quòd cum porta paradisi nondum esset aperta,non erat locus animæ eius proportionatus. Item quia Simeon prophetauerat ipsam visuram contradictionem,in qua gladius pertransiturus erat cor eius & quia ea ecclesia Christi egebat post Christi ascensionem Præterea consolatus est D. Ioseph in morte,præseruando eum a visione dæmonum,qui maxime infestant morituros in mortis articulo,iuxta illud, Tu insidiaberis calcaneo eius. Tertio consolatus est eum post mortem in lymbo, Primo in die parasceues, quando descendit ad inferos, eum præ aliis Gen. 4.
salutando. Si propter calicem aquę frigidæ remunerat alios, quando magis integrum nutricium? Secundo honorauit eum in die resurrectionis, ipsum resuscitando. Mar. 10
Legimus Heb. 11 quod quædam mulieres receperunt de resurrectione mortuos suos & Matt. 27 Monumenta aperta sunt,& multa corpora sāctorum qui dormierāt,surrexerunt,& exeuntes de monumentis post resurrectionem apparuerunt multis. Inter quos D. Bern. dicit fuisse D. Ioseph. Quarto honorauit eum in die ascensionis, eum secum in cœlum assumendo. Ideo dictus Bernardinus dicit quod D Ioseph in corpore & anima est in paradiso. Et nunc ibi cum D Virgine super choros angelorum primatur, & cum ipsi orant pro nobis,eorum orationes exaudiuntur. Si Deus promisit D. Blasio, quod omnes qui ipsum inuocarent,inuenirent auxilium, quanto magis ad inuocationem patris sui nutricii? Et ideo qui sunt in necessitatibus & indigentiis præcipue vxorati ad habendam mutuam charitatem & pacem, & ad seruandam fidem & prolem educandam & custodiendam,ad eum & D. Virginem recurrere debent ¶ Sed vnde erat D. Ioseph? Textus dicit quod de domo & familia Dauid,eo quod imitabatur mores & virtutes Dauid, tales enim proprie dicuntur esse de vna familia,qui imitantur principium illius familiæ,iuxta illud, Qui habitare facis vnius moris in domo. Et sic notandum quod D. Ioseph in prędictis verbis dicitur,nobilis,virtute,licet non esset diues, quia faber lignarius Ex quo infertur quòd non est inconueniens & cum vnus nobilis sit pauper, fiat artifex, præcipue quando non habet redditus & prouentus. Licet hodie aliqui nobiles abutantur nobilitate,
A qui quantumcunque pauperes sint,nolunt humiliari, neque laborare aut artem ali-
273 quam discere ad victum lucrandum. Malunt rapinæ & aliis illicitis modis acquirendi intendere,quam operari & artem aliquam discere. Videtur eis quod hæc facere dehonestaret nobilitatem exemplum D Ioseph condemnat eos,qui non sunt nobiliores ipso Ioseph neque Adamo,qui fuit agricola Iob.n.dicebat,Homo nascitur ad laborem,& auis ad volatum. Ideo non deberent vereri,&c. Iob. 5.
¶ Sed quomodo vocabatur virgo illa? Textus dicit, Et nomen virginis Maria quod nomen tripliciter interpretatur, Primo mare amarum. propter abundantiam amaritudinis,dolorum,& tristitiarum, quas passa est in hoc mundo. De quibus Simeon prophetauit, & tuam ipsius animam pertransibit gladius, De ea prædixerat Hieremias,Magna est velut mare contritio tua Nunc autem vocari potest mare dulcedinis,quum sit in paradiso. Ideo dicere potest illud sapien spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum. Ideo qui sunt in mari tribulationum, habent occasionem recurrendi ad eam. ¶ Secundo Maria syriace interpretatur domina. Vnde Ecclesia cantat,O gloriosa domina,scilicet totius mundi item cantat. Aue regina cœlorum & D. Bernardus, Mater Dei omnis creaturę effecta est domina Quomodo ergo non subiicientur ei omnes creaturæ,quę mater effecta est creato- Maria nomen tripliciter interpretatur. Luc. 2. Thren. 2. Eccl. 24.

ris,& cui creator subditus fuit? Ideo omnes creaturæ eam honorare debent, & maxime rationales. Vnde Luc. 1. Ex hoc beatam me dicent omnes generationes. & Salomon, Surrexerunt filii eius, & beatissimam prædicauerunt. Ideo Ecclesia consueuit ad eius nomen inclinare. Tertio interpretatur illuminata & illuminatrix eam ob rē vocatur luna, Eccle. 24. Pulchra vt luna & in eodem, quasi luna plena in diebus suis.

D. Virgo cur dicatur Luna.

B Quia quemadmodū luna recipiens lumen a sole transmittit ad inferiora, sic D. Virgo, quæ in hoc excedit lunam, quæ aliquando non est plena, sed ipsa semper fuit plena in diebus suis. vnde Angelus, Aue gratia plena Dicitur etiam stella maris. Ideo Ecclesia, Aue maris stella, Dei mater alma, &c. & hoc primo ratione immobilitatis. secundo, quia illumina per intercessionem nauigantes. Vnde D. Bernardus, Quisquis te intelligis in huius seculi fluctibus inter procellas & tempestates fluctuare, ne auertas oculos a fulgore huius syderis, si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum, respice stellā, voca Mariam Si iactaris superbiæ, ambitionis, aut emulationis vndis, respice stellam, voca Mariam. Si criminum immanitate perturbaris, conscientiæ fœditate confusus, baratro incœperis absorberi tristitiæ aut desperationis, respice stellam, voca Mariam. Non recedat ab ore, non recedat a corde. Vbi nomen D Mariæ virginis nominatur, vbi dæmonum crudelitas effugatur. Reis venia, ægris medela, pusillis robur, afflictis consolatio, peregrinantibus adiutorium datur. Eius exemplum sequens, non deuias. ipsam rogans, non desperas, ipsam cogitans, non erras, ipsa tenente, non corruis, ipsa ducente, non fatigaris, ipsa propitia, ad portum peruenis, & sic in temetipso experieris, quam merito dictum sit, Et nomē virg. Maria. ¶ Sed vbi inuenit eā angelus? Textus dicit, Et ingressus angelus ad eam. Et sic non in platea, aut vico, aut in fenestra, sed in cubiculo clausa, orans. vnde Salomon, Hortus conclusus, soror mea, hortus conclusus, fons signatus. In hoc datur morale documentum mulieribus, ne in publicis locis maneant Arbores. n. quæ sunt in uia publica, vix portant fructum ad maturitatem, quia transeuntes præmature occupant vnus proiicit lapidem, alius baculum, &c. Arbores autem quæ sunt in hortis bene clausis, portant fructum ad maturitatem, sic de mulieribus, &c. D. Virgo bis dicitur, hortus conclusus, quia habebat sensus exteriores & interiores (quæ porte & fenestræ, dicuntur) clausos Aues syluestres, quæ se tangi & manibus fricari non permittunt, pulchriores sunt quam domesticæ, quæ se tangi permittunt. quia per tactum, sæpe plumas amittunt. Sic mulieres syluestres honestiores existimantur, quam nimis familiares, &c. Nam sæpe propter nimiam, familiaritatem, plumas honestatis, & bonæ famæ amittunt. Ideo cauere debent a talibus, maxime iuuenes. ¶ Si quæretur, Quid faciebat, quando angelus venit ad eā? Dicunt contēplatiui φ non dormiebat, neque erat ociosa, sed secūdū morē suū perfectis negotiis domus, recolligebat se in cubiculo clauso, & diuina beneficia ad memoriā reducebat, contēplabaturque infinitam Dei bonitatem, qui decreuerat & promiserat se tantū humiliare, vt naturā humanam assumere vellet, vt pro peccati nostris in ea satisfaceret, & eam ab æterna morte & diaboli captiuitate liberaret. Legebat & contemplabatur prophetias, singularius ea nocte prophetiam Esa Ecce virgo concipiet & pariet filium, &c. & Psalmum, Benedixisti domine terram tuam, &c. Spiritus eius nunquā antea fuerat adeo eleuatus & feruens, sicut ea nocte qua missus est angelus in qua verificatum fuit illud Psal Conculcauit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Et cum cōtēplaretur illum versum, Ostende nobis domine misericordiam tuam, dicebat, O pater æternæ, ostendisti potentiam tuam in mundi creatione, sapientiam in eius ordinatione & gubernatione, iustitiam in Luciferi punitione, diluuio, ac aliis multis punitionibus, reliquum est vt misericordiam tuam erga naturam humanam manifestes & promissionem adimpleas. Omnes figuræ nobis datę, implete sunt. Iam ablatum est scept. um a tribu Iuda, & hebdomadæ Danielis terminātur Quousque ergo continebis in ira tua misericordias tuas? Dignare ergo eligere virginem, quam per Esaiam prædici fecisti. Heu quam fœlix & beata erit virgo illa. Heu quam fœlix essem videre illam, & multo fœlicior & tibi magis deuincta, si possem esse eius ancilla,

Can. 4. *Esa. 7.* *Psal. 84.* *Gen 49.*

C

274 274

ancilla, & ei inseruire et obsequi, Pater æternæ, tu omnia nosti antequam fiant, et scis coret desiderium meum, dignare per infinitam misericordiam tuam mihi facere hanc graciam, vt valeam illam videre, et illi famulari, &c. Nunquam patriarcha aut propheta ita deuotè orauit, sicut tūc ipsa. Eam ob rem tota Trinitas, & singulariter Dei filius, ad compassionem motus est, & impletum est quod Salomon prædixe D rat, Vulnerasti cor meum, soror mea vno oculorum tuorum, hoc est humilima ora-
874 tione, quæ fuit adeo grata, quòd statim tota Trinitas commissionem huius mysterii incarnationis, & salutationem ab æterno decretam, commisit Gabrieli, qui in corpore assumpto tria fecit. ¶ Primo eam humiliter & reuerenter salutauit, dicens, Aue, &c. Per Aue nomen trium literarum, ostendit se nuncium sanctissimæ Trinitatis A, cum significat amorem & repræsentat Spiritum sanctum. V significat veritatem, & repræsentat filium. E. significat æternitatem, & repræsentat patrem. Aue *Aue significatio.* sm̄ grammaticos, est dictio salutantis, & significat gaude & lætare vel Deus det gaudium & lætitiam. Theologi & expositores duo dicunt, Primò ꝙ Aue, est dictio composita ex litera A, & ve, interiectione execrātis & maledicentis & sic significat absq; ve, sine maledictione tam peccati originalis, quàm venialis & mortalis Secundò dicunt quòd hęc dictio (Aue) euertit è regione contraria, hoc nomen Eua, quod impositum fuit primæ mulieri, ad ostendendum quòd D. Virgo fuit totaliter contraria Euæ. Ideo cantat Ecclesia, Sumens illud aue mutans nomen Euæ, &c. Albertus magnus super Missus est, ait Eua deiecit, hæc subleuat. Eua damnat, hæc saluat, Eua fuit causa morbi, hæc causa salutis, Eua clausit portas paradisi, hæc aperit. Illa mater miseriæ, hæc mater misericordiæ, illa principium mortalitatis, hæc principium regenerationis, illa gratiam perdidit, hæc inuenit, illa trāsire nos fecit de gratia in culpam, hæc de culpa in gratiam, illa de latere viri dormientis facta est, hęc de corde Dei vigilantis. illa fuit viro causa maledictionis, hæc causa benedictionis. Hactenus ille. Comprehendendo omnia præmissa, facile componi pote rit oratio deuota ad D. Virginem. ¶ Sequitur, Gratia plena. Posset quæri, Quare angelus non nominauit eam proprio nomine, sicut postea, cum dixit, Ne timeas Maria? Dicunt contemplatiui quod propter duas rationes, Primo propter status & nominis acquisitionem. Reges & pontifices in sua assumptione & coronatione mutant nomina. Et quia D. Virgo assumebatur ad nouum statum scilicet in matrem Dei, & reginam angelorum, ac dominam mundi, ideo nouo & nobiliori digna erat nomine, scilicet Gratia plena, quod nulli adhuc impositum fuerat. Ideo tacuit nomen consuetum,
E & dixit nouum a Deo impositum. Secunda ratio est ciuilis, quia non est honestum
874 subiectis, præcipue extraneæ naturæ, quando salutant reges aut reginas, nomine proprio eas nominare propter reuerentiam, & ad ostendendum subiectionem. Et quia D. Virgo erat electa mater Dei, & regina angelorum, iuxta illud, Salue regina, ideò Gabriel, &c. Nos autem qui sumus eiusdem naturæ, cum ea, & quia hoc nomē (Maria) secundum quinque literas importat quinque officia per eam erga nos exercenda ideo ad inclinandam illā ad exercitium illorum nominamus Mariam. Primum officium dicitur maternitatis, quod significatur per literam M. est enim pia mater, Mater misericordię, & pietatis, quum sit mater Dei, per quem misericordiā & pietatem (ipsa intercedente & offerente) consequimur. Ideo Ecclesia vocat eam matrem gratiæ & misericordiæ. Et Ecclesiastici. 24 dicitur, Ego mater pulchræ dilectionis. Secundum officium est conseruationis, scilicet thesauri Dei quid significatur per literam A, quæ præsentat archam thesauri. ideo dicitur thesauraria. Pauperes indigentes ad thesaurario recurrere consueuerunt. ideo nos qui in hac valle miseriæ sumus pauperes, &c. quia in ea inueniemus thesaurum infinitum, scilicet sapientiæ & gratiæ Dei. Tertium officium est directionis & gubernationis per exempla vitæ suę. hoc officium importatur per literam R. ideo dicitur Regina. Quartum officium dicitur iaculationis, & repulsionis inimicorum, quod significatur per literam I. Ideo dicitur iaculum inimicorum infernalium, qui ad inuocationem huius nominis cedunt, & fugantur, est. n eis terribilis, sicut castrorum

rum acies ordinata. Ideo ecclesia frequenter orat dicens, Tu nos ab hoste protege,& hora mortis suscipe. Et enim datum est conterere caput eius. Quintum officium dicitur aduocationis, quod importatur per vltimam literam A. Vnde Ecclesia, Eya ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et licet aduocatum habeamus apud Patrem, Iesum Christum iustum, quia tñ non solum est aduocatus, sed etiam iudex viuorum & mortuorum, qui nihil inultũ relinquet, poterant præcipue peccatores, timere ad illum accedere, cum vix iustus sit securus. Ideo pijssimus Deus prouidit nobis de aduocata, quæ tota mitis & suauis est, nec aliquid asperum aut durum inuenitur in ea, iuxta Fauus distillans labia tua. Vnde D. Bernardus, Securum accessum habes o homo, vbi mater stat ante filium, & filius ante patrem. Mater ostendit filio pectus & vbera, dicens, Per vbera quæ suxisti, fili, parce isti. Filius ostendit patri latus, & vulnera, dicens, Vulnera carne pater, da quod petit & mea mater. Ibi ergo nulla poterit esse repulsa, vbi sunt tot amoris insignia. Ad thronum igitur eius cum fiducia accedamus. His officiis non egebat Gabriel, ideo non nominauit eam in salutatione. Nominauit tamen eam cum turbata esset dicens, Ne timeas Maria, ac si diceret, O domina, gratia plena, non habes occasionem timendi, quia nomen tuum quod est Maria, quantum ad tertiam literam, ostendit quòd non habes occasionem timoris, sed lætitiæ & securitatis. Tu enim es regina cœlorum, & gubernatrix omnium statuum. Tu enim inuenisti gratiam, non communiter, sed plenitudinem & abundantiam diuinæ gratiæ.

Gen. 3.

F 274

1. Ioan. 2.

Heb. 8.

¶ Ad cuius euidentiam sciendum ꝙ quadruplex a doctoribus poni consueuit gratiæ plenitudo. Prima dicitur Effluentiæ, a qua cæteræ fluunt, sicut a fonte deriuantur aluei & riui. Et hæc solum competit Christo, de quo Ioa. 1. Vidimus eum plenũ gratiæ & veritatis & subditur, de cuius plenitudine omnes accepimus. Et quia Christus conceptus fuit in vtero D. Virginis, ideo hæc plenitudo fuit in ea, ratione contenti. & sic intelligitur illud D. Hiero. Cæteris per partes, Mariæ autem tota sese infundit gratiæ plenitudo. Secunda est plenitudo Excellentiæ, seu principalis canalis vel aluei, per quem aqua fontis in alios riuos deriuatur. Et hæc fuit plenitudo Diuæ Virginis. Vnde Anselus, Nil gratiæ ad nos venit, quòd per manus Mariæ non transit. Ideo post Christũ singulariter dicitur gratia plena, plus quã omnes sancti, vtpote fonti propinquior. Tertia plenitudo dicitur Abundantiæ, quæ ẽt ad alios minores deriuatur, sicut plenitudo riui procedentis ex alueo, maior est quam riuuli, qui a riuo aquã accipit. Et talis fuit plenitudo Apostolorũ & D. Stephani. Vnde act. 2 Repleti sunt omnes Spiritus sancto. & 6. c. Stephanus plenus gratia & fortitudine, &c. Quarta plenitudo dicitur Sufficientiæ, & tali plenitudine sunt pleni oẽs sancti, quia quilibet habet secundũ capacitatẽ suam, & quilibet contentatur, licet vnus plus hẽat q̃ alius. Sicut paruum vas adeo proportionabiliter plenum est, sicut magnũ, non tñ tantum continet. Vnde Eccl. 24 In plenitudine sanctorum detentio mea. D. igitur Virgo plus cæteris abundauit, & plena fuit tam naturalibus quàm acquisitis gratuitis, gratia gratum faciente, & gratis data. Vnde de ipsa verificatur quod dicit Salomon, Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu vero supergressa es vniuersas, & illud, Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. quod de nullo puro homine aut muliere dici potest. Quoad gratiam verbi Psal. dicit, diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit, &c. De sapientia & scientia Luc. 2. Maria conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo. ideo Christus eãm post ascensionem, tanquam doctricem & conseruatricem verborum suorum, & sanctam bibliothecam, reliquit in hoc mundo. Si D. Madalenæ, & Marthæ dedit gratiam prædicandi, quanto magis ei? Vnde tempore vitæ suæ non egerunt Apostoli congregatione cõcilii, quia eius resolutioni omnes in omnibus essentiabant. Qui poterant ad illam accedere, accedebant & instruebantur, & per eos alii etiam per literas. Vnde legimus literas D. Ignatii ad eam. Legimus etiam quod D. Diony. visitauit illam in Nazareth, & post magnam admirationem gratiarum quas in ea vidit, dixisse fertur Facile te Deum credere, nisi de Christi filii tui diuinitate a Paulo audiuissem. Vnde D. Ign.

Plenitudo gratiæ quadruplex.

A 275

Prou. 31.
Cant. 4.
Psal. 44.

D. Ignatius scribens D. Ioanni Euangelistæ, ait, Magnus est concursus populorum
B reginam cœli videre & audire cupientium. Sed post mortem ipsius, quæ fuit anno
875 decimo-tertiò, post ascensionem Christi anno decimo quarto, Apostoli eguerunt cō
gregatione seniorum, & tenuerunt concilium, vt habetur Act. 15. Si obiiciatur de gratia miraculorum, & quòd eam non habuerit, quum non legamus aliquod miraculū per eā factum, Dicendum ꝙ maximum miraculorum fuit Christi incarnatio, quam ipsa, etsi non de condigno, de congruo tamen meruit. Vnde ecclesia, Regina cœli lætare alleluia. quia quem meruisti portare, &c. Et quanuis eius miracula non legantur, non sequitur quòd non fecerit, quia non omnia, imò pauca eorum quæ fecit, scripta sunt. De ea tamen post assumptionē multo plura miracula legimus quàm de omnibus alijs sanctis. Si dicatur quòd nō habuit iustitiam originalem sicut Adā, dicendum quòd habuit aliquid eminentius. s. excellentem gratiæ plenitudinem, & eius confirmationem ac impeccabilitatem, quam non habuit Adam.

¶ Sequitur in salutatione, Dominus tecum. Ad cuius euidentiam supponendum est quòd alias diximus, quòd licet deus sit vbique per essentiam, præsentiam, & potentiam, est tamen in aliquibus locis specialiter, scilicet in cœlo per manifestationē gloriæ, in iustis per gratiam, & secundum quod dat illis gratias magis speciales, dicitur esse specialius in eis. Et quia specialissimam gratiā dedit D. Virgini, scilicet maternitatem filii sui, secundum quam quodammodo participat infinitam dignitatem & excellentē plenitudinem gratiæ, ideo angelus specialiter dixit, Dominus tecum, scilicet per excellentem gratiæ plenitudinem, & post consensum per corporalē præsentiam: Magno honori attribuitur ipsi Enoch, quòd ambulauerit cum Deo, & ꝙ transtulerit eum Dominus in paradisum voluptatis vsque ad tempus Antichristi. Sed maiorem honorem fecit D. Virgini, quum voluit ab ea portari. Et quum finaliter eam in corpore, & anima immortalem exaltauit super choros angelorum ad cœlestia regna D. Bernardus super Missus est, dicit, Pater tecum, quia filiū suum fecit tuum, filius tecum, quia ad condendum in te mirabile sacramentum miro modo fecit te sibi sacrarium, Spiritus sanctus tecum, qui cum patre & filio tuum sanctificauit vterum. Pater tecum, exercens summam potentiam. Filius tecum, ostendens maximam sapientiam, Spiritus sanctus tecum, exibens magnam beneuolentiam. Tecū
C in mente, tecum in ventre, in omnibus te dirigens, tibi auxilians.

875 ¶ Sequitur in salutatione, Benedicta tu in mulieribus. D. Elizabeth dixit, Inter mulieres, quod idem est, & addit, & Benedictus fructus ventris tui. quòd Angelus non dixit, quia nondū conceptus erat. Dicitur aūt Benedicta in mulieribus, propter quinque. Primò propter fructū, quia ipsa sola fructū protulit benedictū. Hanc rōnem adduxit Elisabeth dicēs, Et benedictus fructus ventris tui. Hæc coniunctio (&) exponitur pro quia, siue tenetur causaliter, & non copulatiue. Nec solum benedicta, quia illum benedictum protulit fructum, a quo benedictionem accepit, sed etiam quia per illum fructum in sancta prole multiplicata est. Licet enim vnicum carnaliter genuerit, in eo tamen spiritualiter facta est mater magnæ multitudinis filiorum, quorum Christus est primogenitus in multis fratribus. Ideo non ab re dicitur Luc. 2. Peperit filium suum primogenitum, non respectu sequentium carnalium. cū nullum alium habuerit, sed respectu adoptiuorum. Secundo dicitur Benedicta, quia ipsa sola authorem omnium maledictionem diabolum superauit, iuxta illud, Ipsa conteret caput tuum. Tertiò dicitur Benedicta, quia omnium mulierum maledictiones (de quibus Gen. 3. multiplicabo erumnas tuas, &c) euasit. Quarto dicitur benedicta, quia pacem quam nullus procurare potuit, inter deum & hominem procurauit, iuxta illud, Facta sum coram eo, quasi pacem repetiens. Pacem etiam fecit inter homines, & angelos, inter viros & mulieres, qui penè semper in litibus & iurgiis erāt. Viri improperabant mulieribus quòd essent causa omnium malorum, & ita confundebant eas, vt vix auderent comparere aut mutire. Sed D. Virgo abstulit illud opprobrium, quia fuit causa maioris pacis & meliorum bonorum. Ideo non est mirū si mulieres habeant maiorem deuotionem ad D. Virginem, quam viri, quia sunt ma-

Rema. 2.

Gen. 3.
Can. 8.

Cur mulieres habeant maiorem deuotionem ad D. Virg. quàm uiri.

magis obligatæ quam viri,eo quod abstulit opprobrium earum. Posuit etiam pacem inter duas dominas, quæ nunquam antea potuerant concordari, nec simul se inuenire in eodem loco scilicet inter virginitatem & maternitatem. Sed D. Virgo collocauit eas in eadem cella,hoc est in vtero suo. Vnde quidam versificator dicit, Partus & integritas discordes të pore longo, Virginis in gremio fœdera pacis habēt, Quinto dicitur Benedicta,quia maledictionem humani generis in benedictionem conuertit,& nos a deo maledictos sibi reconciliari fecit. Et in hoc figurata fuit per Abigail,cui.1.Reg.25. Dauid dixit,Benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie ne irē in sanguinem,& vlciscerer me manu mea. Vlterius est super omnes benedicta, quia omnia quæcunque vult & petit pro nobis a deo,obtinet.Et in hoc figurata fuit per reginam Saba,quæ omnia quæcunque voluit a Salomone obtinuit. Ideo qui egent. habent occasionem recurrendi ad eam ¶Secundo,Gabriel consolatus est eā,dicens, Ne timeas Maria Habetur in textu quòd cum audisset salutationem,turbata est in sermone eius,& cogitabat qualis esset ista salutatio.Si quæratur,vnde procedebat timor iste? Quidam dicunt quòd ex superioris naturæ scilicet angeli,assistentia Vnde legimus Dan. 8.9 ad aduentum Gabrielis,Daniel pauens corruit in faciem suā. Et Zacharias pariter timuit ad apparitionem angeli. Timuit prætetea ex verecūdia quam habuit de persona angeli sibi apparentis in specie viri.Vnde D.Hiero. Trepidare virginum est,ad omnes viri aspectus vereri & pauere. Alii dicunt quòd ex claritate angeli & inaudita salutatione.Vnde Ecclesia,Expauescit virgo de lumine. & ex textu apparent quòd ex salutatione. vnde dicitur, Et cogitabat qualis esset ista salutatio,quæ continebat omnes eccellentes salutationes, quæ in antiquo Testamento factæ fuerāt.Primo Tobiæ dictū fuit,Gaudium tibi sit.Sed hæc salutatio eminenter continetur in salutatione angelica,cum dicitur, Aue. Præterea Daniel dixit Nabuchodonosor,Rex in æternum viue.Sed in salutatione angelica eminentius quum dicitur,Gratia plena.Item dictum fuit Gedeoni, Dominus tecum,virorum fortissime,sed in hanc eminentius quum dicitur,Dominus tecū per plenitudinem gratiæ, ex qua est vita æterna.Item dictū fuit Iudith, Benedicta es tu filia a Domino. Hic additur,in mulieribus,& benedictus fructus ventris tui.Oia enim quæ pôt mulier licite desiderare,angelus in hac salutatione complexus est. Mulieres primo desiderāt pulchritudinē hanc apposuit angelus,non solum corporalem, sed spirituale,dicens, Aue,hoc est sine ve,sine macula exteriori & interiori. Ideo tota pulchra. Secundo desiderant diuitias Angelus dixit,Gratia plena.Tertio bonam societatem. Angelus nuntiauit ei optimā,cum ait,Dominus tecum. Quarto bonam famam & æstimationem. Angelus dixit,Benedicta tu &c.Cum igitur ipsa(quę humillima erat) talia de se audiuit,erubuit,Qui enim vere humilis est, de suis laudibus erubescit. Ideo turbata fuit ex insolita & inaudita salutatione. Sciebat enim quod triplex est salutatio, Prima proditora & adulatione plena, vt salutatio Iudæ,qui dixit, Aue rabii, & talis est salutatio multorum, qui mordere vellent eos quos salutant, Hæc salutatio est tantum exterior & non iterior,ideo timenda. Secunda salutatio est Satanæ,qui se transfigurat in angelum lucis & hæc est cauenda,nec omni spiritui credendum.Tertia salutatio est amicitiæ,& hæc quando est cognita,est acceptanda D. igitur Virgo timens,prudēter cogitabat qualis esset ista salutatio, non fuit præceps in respondendo,quia prudentis non est in arduis absq; magna deliberatione respondere.Iō angelus consolatus est eā dicens, Ne timeas Maria inuenisti.n. gratiā apud deū,non dixit,apud homines. Sunt multi qui magni faciunt inuenire gratiā apud principes,sed hoc parum est,qu a(vt Salomō ait) Fallax gratia,&c.sed inuenire gratiam apud deum,est inuenire thesaurum magnum.Et qui illum inuenit, non habet occasionem tristitiæ aut turbationis. Ideo angelus, Tu inuenisti maximum & inestimabilem thesaurum,quem nullus vnquam hominum potuit inuenire,Igitur,&c. non habes occasionem timendi.D. August:dicit quòd in rebus per tempus ortis nulla maior gratia,quam quòd Deus fuerit homo, ac si diceret angelus, patriarchæ & prophetæ multum laborauerunt,tamen non potuerunt inuenire, &c.

Marginalia: *Luc. 1.* *Tob. 5.* *Dan. 2.* *Iudic. 6.* *Iudit. 13.* *Can. 4.* *Salutatio triplex.* *Prouer. 22* D 275 E 275

¶Tertio

f

¶Tertio angelus eam instruxit, dicens. Ecce concipies, &c. Ipsa cōsuluit dominam
F virginitatem, Quommodo fiet istud? &c. Hęc quæstio notanda est, quādo aliquo no
875 uum indicitur multi ex incōsideratione huius quæstionis decipiuntur, &c. D. Virgo non quæsiuit ex infidelitate aut dubitatione. Ipsa enim firmiter credidit, sed volebat scire modū, quem angelus ei declarauit dicens, spiritus sanctus superueniet in te, &c. q.d. hoc fiet absque detrimento virginitatis, quam tantum seruare desideras. Non enim fiet naturaliter, sed supernaturaliter, spiritus sancti obumbratione, & cooperatione totius Trinitatis, concipies filium successorem Dauid, Messiam in lege promissum, verum dei filium. &c. Deinde ad amplius consolandam eam nūtiauit conceptionem Elisabeth, dicens, Et ecce Elisabeth cognata tua, &c. Finaliter D. Virgo audito angelo, matura habita deliberatione humillime consensit, promptissime se offerens ad obsequium domini, dicens, ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuū: Hic tot, & tanta facta sunt mirabilia, quod iustum volumen exigerent. Si ampliora desideres, vide Albertum magnum, & D. Bern. & reliquos expositores super Missus est. Notanda tamen est hic summa humilitas D. Virginis, quæ cum ab angelo mater dei altissimi, & regina angelorū diceretur, se ancillam nominauit. Et quatuor bonæ ancillæ conditiones ostendit. Prima est promptitudo, quæ designatur per hoc aduerbium, ecce Secunda est humillitas, cum se dixit ancillam. Tertia discretio, cū ait, domini Quarta obedientia, cum dixit, Fiat mihi secūdum verbum tuum Quibus verbis prolatis, & in instanti terminatiuo illorum, tota Trinitas ex purissimo sanguine D. Virginis ad conceptionem disposito, corpus Christi formauit in eius vtero, & sanctissima Christi animam creauit, & creādo infudit in corpus, & in eodem instāti ad suum esse existentiæ traxit, & vniuit, & filius dei de consensu patris, & spiritus sancti hanc vnionem ad intra terminauit, & suum esse personale cum proprietatibus, & attributis ac essentialibus communicauit, & sic perfectum, & consummatū fuit matrimoniū inter filium dei, & naturam humanam, de quo nos gratias agere debemus.

Continuatio d cendorum.

A QVIA reliqua Christi mysteria a D. Thoma in tertia parte clarissime, et or
876 dinatissime tradita sūt adeo vt institutione aut introductione nō egeāt, iō ea ne volumē in immēsum augeatur, prætermittendū, & ad finem incœpti operis properandū & aliquid de nouissimis, vniuersali scilicet iudicio, resurrectione bonorum, & malorum retributionem, superficialiter scribendum duxi.

DE IVDICIO GENERALI.

CAP. XXI.

IVDICIVM dei est duplex, scilicet intrinsecū, & extrinsecū, Iudiciū intrinsecū idē est, quod intellectus diuinus relatus ad dispositionē creaturarū, quod alio nomine vocatur, Prouidentia diuina, quæ quanuis sit vna, & indiuisa in se, tamen secundum nostrum modum intelligendi, diuersificatur secundum diuersitatem dispositionum ipsarum creaturarum, in quibus apparet dispositio siue iudicium ipsius, quod dicitur extrinsecum, & diuersum secundū diuersitates dispositionū, scilicet creationis gubernationis, prouisionis, & aliarum, quæ circa creaturas operatur. Pro nunc tamē solum de iudicio retributionis bonorum, & malorum scribere intendimus ea quæ prophetæ, & Apostoli, imo, & ipse Christus locuti sunt. Et vt manifestum est ex sacris literis, Iudicium dei est duplex scilicet particulare, & vniuersale, de quibus per ordinē dicendum est.

§. I.

§. 1. *De iudicio particulari.*

IVDICIVM dei particulare est duplex scilicet in vita, & in morte. Quosdā
2. Cor. 11. enim homines iudicat deus in hoc mundo, vt resipiscant a malis, & pœnitentiā agāt de præteritis, & caueāt a futuris, ac vt se exerceāt in bonis operib. & tesaurizent in cœlis. De hoc iudicio Apost. Si nosipsos iudicaremus, non vtiq; a domino iudicaremur. Quū autē iudicamur a domino, corripimur ne cū hoc mūdo damnemur. Quosdā vero iudicat, remunerādo in hac vita, præcipue obstinatos. Quia (vt D. Aug. ait) erit nullū malū impunitū, ita nullum bonū irremuneratū, Et quia mali quandoq; aliqua bona moralia faciunt, pro quibus non merentur remunerationem in alia vita, ideo deus remunerat eos in hoc mundo, sicut fecit Romanos idololatras, quibus propter opera virtutum moralium, in quibus se exercebant, dedit monarchiam siue totius mundi imperiū Et obstetricibus Aegyptiorum, quia seruauerunt masculos Hebræorum, & timuerunt deum, ædificauit domos. Aliud est dei iudiciū particulare in
Exod. 1. Heb. 9 morte, de quo Apost. Statutū est, hominibus semel mori, & post hoc, iudiciū hoc est in instanti terminatiuo mortis, in quo particulariter iudicatur anima secundum merita vel demerita, vt habetur Luc. 16 de Lazaro, & diuite epulone. B 276

§. 2. *De iudicio generali.*

IVDICIVM generale esse futurum, & Christum de cœlo venturū ad iudicādū viuos, & mortuos, hoc est bonos, & malos, constat ex antiquo, & nouo testamētis. Ioelis enim 3. dicitur, Congregabo omnes gentes in valle Iosaphat, & ibi disceptabo cū eis Et Christus expresse nobis manifestauit hoc iudicium, & eius ordinem, cū
Mat. 25 dixit, Cum venerit filius hominis in maiestate sua, &c. quod euangelium legitur feria secunda dominicę primæ, quadragesimæ, in quo declarantur quatuor iudicii generalis mysteria omnibus valde notanda Ideo ea breuiter prosequemur. Primum est generalis citatio, ibi. Congregabuntur ante eum omnes gentes Secundum, diuersa
20. de C. dei In add. 3. p. q. 88. ar. 1. situatio, ibi Separabit eos ab inuicem. Tertium, singularis discussio & examinatio ibi. Tunc dicet his qui a dextris, &c. Quartum finalis omnium retributio, ibi, Ibunt hi in supplicium, æternum, &c. De his ergo per ordinem dicendum est, soluta prius vna quæstione admiratiua, quam quilibet facere posset, & quam tractat D. Aug Cur, scilicet Deus ordinauit iudicium vniuersale, maxime cum (vt iam dictū est ex Apóstolo) Statutum sit omnibus hominibus semel mori, & post hoc, iudicium? & per prophetam Naum. 1 cap. dictum sit, Non consurget duplex tribulatio vbi expositores dicunt, quod deus non iudicat his in idipsum, videtur ergo, quod iudicium generale superfluat, uel quod deus iudicet his in idipsum Resolutio D Aug. & omnium doctorum est, quod non ab re deus iudicium generale ordinauit futurum, propter multas rationes, nunc tamē breuitatis gratia, vna sufficiet, quæ scilicet dicitur diuinæ iustitiæ manifestatio. Licet enim deus nihil sine iustitia aut iusta causa agat, rationes tamē, & causæ eorū quæ agit, nō sunt nobis notæ Ignoramus enim nunc qua causa vel quo iudicio bonus ille sit pauper, & malus ille sit diues, cur iste gaudeat, qui pro perditis moribus suis deberet cruciari, ille vero qui propter laudabilem vitam gaudere deberet, contristetur. Cur in iudicio humano innocēs damnetur iniquitate iudicis aut falsis testibus obrutus, & scelesti liberentur, & præualeant, &
Rom 10. Mat. 10. alia huiusmodi, de quibus nil timere iudicare debemus, cum non sit iniquitas apud Deum. Sed potius admirari cum Apostolo, & dicere, O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Sed cum deus decreuerit omnem iustitiam suam reuelare (nihil enim opertum quod non reueletur) vt tollatur occasio omnium querelarum, & dubiorum, quod in hoc mundo aut in morte fieri non potest, ideo necesse fuit ex illa suppositione, vt
2. de Ci. dei c. 1. in fine. determinaretur dies siue tempus, in quo hoc fieret, tempus illud vocatur Dies iudicii, & nonnunquam dies domini Vnde D Aug dicit, Iste quippe dies iudicii proprie vocatur, eo quod nullus ibi erit tūc imperitæ querelæ locus, cur iniustus ille sit fœlix & cur iustus ille sit infœlix. Omniū nāq; tūc nō nisi bonorū vera, & plenissima fœlicitas, et omniū nō nisi malorū digna, et sūma infelicitas apparebit. Deinde dicit, Cū C 276

vero

verò ad illud dei iudicium peruenerimus, non solum quæ tunc iudicabuntur, verumetiam quæcunq; ab initio iudicata sunt, & quæcunque vsque ad illud tempus iudicabuntur, apparebunt esse iustissima. Et ad dictum prophetæ Naum respondet D. Tho. dicens quòd quilibet homo potest considerari dupliciter, scilicet vt particularis persona, & inquantum est pars generis humani, & vt est particularis persona, fiet particulare iudicium post mortem, & recipiet iuxta ea quæ gessit in corpore, non totaliter & complete, quia non quoad corpus, sed quoad animam tantum. secundum vero quod consideratur vt pars totius generis humani, debet iudicari coram toto genere humano & sic tunc quilibet iudicabitur. Nec tamen deus iudicabit bis in idipsum,
D quia non duas pœnas pro vno peccato inferet, sed pœna quæ ante iudicium generale
276 fuerat in completa, complebitur, quando non solum quoad animam, sed etiam quoad corpus præmiabuntur boni, & torquebuntur mali. In morte enim non condemnātur complete, quia anima quando est vnita, maiorem pœnam sentit, propter corpus. Ideo D Augu dicit, Maiores pœnas passuri sunt damnati, cum resurrexerint, in quarum comparatione tales sunt istæ quas patiuntur homines, in somnis. non enim patitur caro eorum. Maior est autem cruciatus, cum vigilans torquetur. Et sic proprie loquendo, iudicium particulare quod fit in morte, est interlocutorium, siue (vt quidam dicunt) vnum interim siue vulgariter vngice pendeant. & est sententia incompleta, sicut de sententia bonorum dicitur Apoc 6. Vidi sub altare dei, &c. sequitur, Et datæ sunt illis singulę stolæ albæ, & dictum est illis vt requiescerēt per modicum tempus, donec implerentur conserui & fratres eorum. *In ser. plu. mart.*

Ver. 1. *De uniuersali citatione.*

PRIMVM mysterium iudicii vniuersalis est generalis & personalis Citatio, & congregatio Veniet enim dies in qua deus conuocabit omnes angelos, & sanctos qui sunt in cœlo, & omnes homines qui tunc erunt in terra, & omnes dæmones & damnatos qui erunt in inferno, & omnes qui erunt in purgatorio. vnde dicitur, Cū venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo a fortiori dæmones. non deficiet ne vnus quidem. unde Apost. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Iesū Christi. Oportet, est verbum necessitatis Gallice. C. est unglaire le fault. bon g e mal gre, ribon ribaine. Non erit quæstio comparendi per procuratorem, sed oportebit in propria persona comparere. Si quæratur, ad quid? respondet Apostolus quod ad portandum processum & respondendum cathegorice prout gestum est in corpore, siue bonum, siue malum. 2. Cor. 5.

¶Quidā propter hæc verba voluerunt dicere quod paruuli in solo originali decedentes, non comparebunt in iudicio generali, cum nihil gesserint in corpore, neque boni neque mali, nec fuerint participes operum Christi, sicut pueri baptizati, qui
E per baptismum fuerunt Christo incorporati, ideo remunerabuntur. Præterea si par-
276 uuli in peccato originali decedentes, interfint, in qua parte erunt? non a dextris, qui illi erunt beati, nec a sinistris, quum non debeatur eis pœna sensus, vt dictum est, tamen pœna sensus exprimitur in sententia eorum qui a sinistris erunt, igitur, &c. Insuper in omnibus passibus sacræ scripturæ, in quibus fit mentio de iudicio generali, fit mentio de actibus voluntariis, quos paruuli non habuerunt. Mat. 25. dicitur, Esuriui, &c. & Apostolus, Reddet vnicuique secundum opera sua. Veruntamē D. Tho. dicit quod intererunt & probat per illud Apoc. 20 Vidi mortuos magnos, & pusillos, stantes in conspectu throni, & aperti sunt libri, & iudicati sunt mortui ex his, quę scripta sunt in libris eorum Et quanuis in libris illorum paruulorum non sint scripta peccata actualia, peccatum tamen originale scriptum est, ideo iudicabuntur, tamen non tristabuntur, sed [illegible] de gloria corporali iudicis, quam misericorditer Christus, secundum D. Thom eis ostendet, Et cum per dextram intelligatur potior & nobilior locus (iuxta illud, Dixit dominus domino meo, sed a dextris meis) Dextra in iudicio erit in aere, in qua erunt boni, & sinistra in terra, in qua ex vno latere erūt damnati, & ex alio paruuli illi sub bonis. Et quoad illam sententiam dicendum est quod ignis nomine omnis pœna intelligitur, & quod illa sententia est *An qui decesserunt cū solo origina li comparebunt in iudicio.* *Rom. 2.* *In Add 3. p. q. 79 ar. 5. ad. 3.* *Psal. 109.*

est generalis & applicatur singulis secundum proportionem peccatorum & demeritorum. Et quantum ad dextram vel sinistram intelligitur de his qui fuerunt in vsu
Psal 1. rationis. Omnes ergo comparebunt. Nec obstat illud Psal. Non resurgunt impii in
1. Cor. 15 iudicio, quia debet sub intelligi, mutari in melius. vnde Apost. dicit, Omnes quidé resurgemus, sed non omnes immutabimur. Mali quidem resurgent, sed non immutabuntur in melius,

¶ Si quæratur, Quis faciet eos resurgere? Respondet Apostolus, quod Deus in nouissima tuba. Canet enim tuba, quæ erit valde terribilis, cuius terribilitatem consi-
Iob 31. derans Iob dicebat, Semper & quasi tumentes super me fluctus, timui Deum, & pondus eius (scilicet citationis & tubæ) ferre non potui, quin scilicet caderem in terram. F
Quæ verba exponens D. Greg. ait, Iob flagellatus, simplex & iustus a domino ap 276
probatus, timuit, scilicet hanc tubam. Quid debent facere peccatores? &c. Apo. 14. dicitur quod D Ioan. Euangelista, qui erat virgo electus a Domino, & inter cœteros magis dilectus, audiuit vocem de cœlo, tanquam vocem aquarum multarum, tā quam tonitrui magni, & cecidit tanquam mortuus, scilicet propter terribilem sonū quem non poterat sustinere. Si Iob simplex, iustus, laudatus & approbatus a Deo, in contemplatione huius tubæ sic timuit. &c. Si D. Ioan. Euangelista, virgo & magis dilectus, sic timuit, quid debent facere pauperes peccatores, qui non sunt simplices, iusti, & approbati, sicut Iob, sed pleni malitia, iniusti, & a Deo reprobati, qui non sunt puri & virgines, nec dilecti sicut D. Ioannes, sed immundi, & abominabiles, in odio dei existentes? Quomodo deberēt timere si cogitarent? profecto amplius quam illi, &c. Quia sonus huius tubæ erit illis terribilis. Heu quid esset si nunc insonaret? haberemus maiorem occasionem timendi quam D. Iob & Ioannes Euangelista. & habemus maiorem occasionem cogitandi, quam D. Hierom. qui semper de hac tuba cogitabat & dicebat, siue comedam, siue bibam, siue quid aliud faciam, semper insonare videtur in auribus meis illa terribilissima tuba, Surgite mortui, venite ad iudicium. Ideo si sumus sapientes, cogitabimus de iudicio generali, & de his quæ fiēt in eo, quæ dicuntur nouissima, de quibus Ecclesiastes .7. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Nunc contemplemur cōgregationem vniuersalem circa quam quatuor sunt notanda, scilicet locus, ministri, ordo, tempus.

Ver 2. *De loco Iudicij generalis:*

In add. 3: LOCVM in quo debet fieri huiusmodi cōgregatio, declarat Iohel propheta, A
p.q.88.ar. cū ait, Congregabo omnes gentes, & deducā eas in valle Iosaphat, per vallem Iosa 276
4. phat intelligit locus, in quo nunc est vallis Iosaphat, quia ante iudicium ignis con
Esa. 40. flagrationis æquabit primo illū locum, & verificabitur illud, Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua indirecta, & aspera in vias planas. Vallis Iosaphat est inter montē Sion & montem Oliueti, per quam decurrit torrens Cedron. Christus autē veniet ad locū a quo ascendit scilicet a mōte Oliueti unde Act. 1. dicitur, quod postquā nubes suscepisset Christum ab oculis discipulorum, duo viri astiterūt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt, Viri Galilæi
Cur in valle Iosaphat fiet iudiciū quod aspicitis in cœlum. Hic Iesus qui assumptus est a vobis in cœlū, sic veniet quē admodum vidistis eum ascendentem in cœlum. Dicunt doctores quod Christus potius elegit valleam Iosaphat ad hanc congregationem faciendam, quam alium locū, eo quod circa illam exercuit opera redemptionis, &c. vt possit melius improperare peccatoribus ingratitudinenem illorum. Si quæratur, Quommodo tot et tāti qui fuerunt, sunt, & erunt, poterunt ibi contineri, cum illa valis Iosaphat vix contineat latitudinem mediæ leucæ? Dictum est quod ignis conflagrationis æquabit omnia, & ideo sufficiens erit locus. Item boni erunt in aere, & soli damnati in terra. Nec erunt late dispersi ad placitum, sed valde pressi, sicut haleca in uase, in quo falsa transferuntur. & sic erunt circa montem Oliueti in spatio sufficienti a quo loco omnes Christum iudicem, qui erit in aere inter bonos & malos, videre poterunt.

Ver 3. *De ministris congregationis generalis.*

DIVVS August. dicit, Profecto per angelicum ministerium tanta res peragenda, est, iuxta illud Psal. Congregate illi sanctos eius doctores cōmuniter dicūt quod angeli boni erunt ministri congregationis omniū Et Apost. dicit, Quoniam ipse dominus in iussu, & in voce archangeli, & in tuba dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt, & resurgent primi In quibus verbis ostendit causam resurrectionis nostrę, modum, & ordinē. Causa resurrectionis est triplex, Prima, & principalis, est virtus diuinitatis. Secunda est instrumentalis, & est virtus humanitatis Christi, qui secundum humanitatem, est instrumentum diuinitatis, Tertia, est ministerialis, quæ est virtus angelorum, per quos fient aliqua præparatoria ad resurrectionem, vt collectio puluerum, coniunctio ossium, dispositio neruorum, & carnis, per Christū tamē fiet vnio, animæ ad corpus. Hæc per ordinem ostendit Apost. cum dicit, Quoniam ipse dominus (qui secundum diuinitatem, est causa principalis, & secundum humanitatem instrumentalis) in iussu facto angelis custo libus, ut colligant pulueres, & ossa coniungant, deinde in voce accepit ibi vocem, non pro locutione vocali, sed pro ministerio angelorū, qui deputantur regnis, & prouinciis. vnde Mat 24. Mitte angelos suos cū tuba, & voce magna, & congregabit electos eius a quatuor ventis, & a summis cœlorū vsq; ad terminos eorum. Virtute igitur angelorum custodum congregabuntur pulueres, & fient ossa, & con ū getur. Per virtutem vero archangelorum prouinciarū connectētur per neruos, qui carne & cute cooperientur. Et tandem per virtutē tubæ dei, quæ erit vox Christi, dicentes, Surgite mortui, venite ad iudicium, introducetur anima De hac voce habetur Matt 20. Dixit dominus vineæ procuratori suo, Voca operarios, & redde illis mercedem. Hūc modū, & ordinem resurrectionis per figuram, & visionem familiariter declarauit deus Ezechiel prophetæ. vt habetur Ezec. 37. vide apud eū Post resurrectionem angeli boni assumēt bonos, & eleuabunt eos in aerem, & sic deducent ad vallem Iosaphat, vnde subiungit Apostol. Deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur in nubibus obuiā Christo in aera, Mali vero dimittentur in terra, ligati per fasciculos, trahendi per dæmones, qui eos ad malum induxerunt iuxta illud, Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum tunc verificabitur, quòd Christus dicebat. Tunc erunt duo in agro vnus assumetur, & alter relinquetur Duæ molentes in mola, vna assumetur, & altera relinquetur. Prædicta autem omnia non fient in instanti, quia motus in instanti fieri nō pōt sed collectio puluerum, coniunctio ossium, & translatio fient per motum localem, igitur, &c. Resurrectio tamen siue vnio animæ ad corpus fiet in instanti, reliqua vero in breuissimo tempore, Et hoc modo debet intelligi Apost. cū dicit, Ecce mysteriū vobis dico, omnes quidem resurgemus, &c. subdit in momēto & ictu oculi, & in nouissima tuba, Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Hæc generalis resurrectio bonorum, & malorum fiet in eodem instanti excepta resurrectione illorū qui reperientur viui, quia illa fiet in translatione, in qua morientur, & statim resurgent, vt infra dicetur:

[Margin notes: 20. de Ciu. Dei. — Psal. 49. — 1. Thess. 4. — B 277 — Causa resurrectionis triplex. — Mat. 13. — Mat. 24. — C 277 — 1. Cor. 15.]

Ver. 4. *De resurrectione generali.*

1 RESVRRECTIO bonorum, & malorum erit similis, & dissimilis Primo erit similis quia sicut boni resurgent idē numero: & sic mali. vnde Iob 9 in carne mea videbo d ū, vbi loquitur de visione post resurrectionem, sequitur. Quē visurus sum ego ipse, et non alius. Et Damas. dicit, ꝙ resurrectio est eius quod cecidit; secunda resurrectio. Sed corpus quod nunc gerimus, per morte m cadet, ergo idem numero resurget, quod nō fieret, nisi eadē anima ei reuniretur. Cū ergo ad corpus pertineat cadere, sequitur ꝙ resurrectio magis pertinet ad corpus, quàm ad animā, quæ est eadem, & distincta ab aliis per habitudinem ad idem corpus, quòd est idē, quia habet eandem dimensionē, & per eandem formam substātialem principaliter, et instrumētaliter per aliam, quæ est qualitas resultans ex qualitatibus ad medium venietibus,

[Margin notes: In ad. 3. p. q. 79. ar. 1. & 2. 4 lib.]

quæ

dendam uirtutem & distinctionem sexuum. & sic non erunt frustra. Erunt etiam intestina non turpibus superfluitatibus, sed nobilibus humoribus referta. Et licet corpus resurgat vt præmietur, pro opere quod anima in eo gessit, & manus propter furtum vel homicidium truncata fuerit, & sic ad bonum post truncationem opera ta non fuerit, nihilominus tamen præmiabitur, quia homo per pœnitētiam meretur vt totū prǽmietur, qui ex toto quod habet, Deo seruit. Actus enim quibus proprie meremur aut demeremur, non sunt manus aut pedis, sed totius hominis. *Membra truncata resurgent.* *In add. 3. p.q.8. ar.3.*

¶Ex præmissis sequitur primo quod nō omnes resurgent in sexu virili. Vnde D. Au
F gu. dicit, Melius sapere videntur, qui vtrunque sexū resurrecturū non dubitant. Deus *Gen. 1.*
277 enim in resurrectione reparabit in homine, quod fuit in prima conditione. sed in prima conditione creauit masculum & fœminam, igitur, &c. Prætereа sicut considerata natura indiuidui, debetur certa quantitas, & diuersis hominibus diuersa, ita considerata natura speciei, debetur diuersus sexus humano generi. Hæc enim diuersitas competit perfectioni speciei, cuius diuersi gradus implentur propter diuersitatem, sexus, vel quantitatis ideo sicut resurgent homines in diuersis staturis, ita resurgent in diuersis sexibus. Et quanuis sit differentia sexuum, deerit tamen confusio mutuæ visionis, quia non erit libido incitans ad turpes actus, ex quibus confusio causatur. Nec obstat quod Apost. dicit, Omnes occurremus in virum perfectum, in mensurā, ætatis plenitudinis Christi, quia non intelligitur propter sexum virilem, sed proter virtutem animi, & robur corporis, quæ erunt tam in mulieribus quam viris. *In resurrectione erit diuersitas sexus.* *Eph 4.*

¶Et licet nunc mulieres subdantur viris, propter imbecillitatem animi & defectum roboris, ideo nunc vir dicitur caput mulieris, & ipsa est sub potestate viri. sed cum hæc non deficiant mulieribus post resurrectionem, sequitur quod tunc cessabit omnis prælatio, vt dicit glo 1. Cor. 15 Ideo tunc non differenc vir & mulier, quantum ad superioritatem vel imbecillitatem. Et quanuis in resurrectione cesset & tollatur omnis error, & in generatione mulieris sit error in ordine ad generationem quia, scilicet præter intentionem naturæ particularis ex defectu virtutis formatiuæ, quæ est in semine, quæ non potest perducere materiam conceptus ad formam virilem. vnde Philosophus dicit quod fœmina est mas occasionatus, est tamen de intentione naturæ vniuersalis, quæ ad perfectionem speciei vtrunque sexum requirit. Non tamē post resurrectionem erit visus sexuum. Quia (vt Christus dixit) In resurrectione nō nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei, cum generatio sit ordinata ad cō *16. de An.* *Matt. 22.*
A seruationem speciei, quę in resurrectione erit incorruptibilis.
178 ¶Et cum cibus & potus ordinentur ad conseruationem indiuidui, sequitur ꝙ post resurrectionem non erit comestio, nec potatio, aut dormitio, nec alia quæ ad animalem vitam pertinet, quia operationes animales non sunt hominis inquantū homo, ideo in eis non consistit beatitudo humani corporis. Sed corpus glorificabitur ex redundantia gloriæ animæ, vt dictum est. Et quia delecta, corporales, secundum Philoso. sunt medicinales, & adhibentur homini ad tollendum fastidium vel etiam ægritudinem, inquantum homo in eis ordinate delectatur, sicut homo habens gustum, indispositum, delectatur in his quę sanis non sunt delectabilia, ideo non oportet quod tales delectationes sint de essentia beatitudinis, ut Iudæi & Saraceni ponunt. Solæ. n. delectationes animi propter se quęrendæ sunt. ideo ad beatitudinem requiruntur. Nec obstat quod Christus post resurrectionem comedit & bibit, quia illa sumptio cibi & potus non fuit necessitatis, quasi cibis egeret post resurrectionem, sed fuit potestatis, ut ostenderet se habere verā naturam humanā, quam prius habuerat. Hæc aūt ratio non erit in resurrectione cōmuni, ideo dicitur Christus dispensatiue manducasse eo modo loquendi, quo Iuristæ dicunt dispensationē esse iuris cōis relaxationē. Nec fuit conuersa materia ciborū & substantiam aliti, sed emissa fuit per euaporationem. ¶Secundo sequitur quod capilli, vngues, & dentes resurgent in corpore humano unde Christus dicebat, Capillus de capite vestro non peribit & Mat. 10. Capilli capitis uestri omnes numerati sunt. Capilli. n. vngues, ac dentes dati sunt humini in ornamentū, & in cōseruationē aliarū partiū, & sic quodāmo *10. Ethi.* *Mat. ult.* *Luc. 24.* *Luc. 21.*

 do viden-

do videntur esse de integritate naturę humanæ. Vrina autem, fæces, sudor, & aliæ huiusmodi superfluitates non resurgent in corpore humano, cum non pertineant ad integritatem naturæ, neq; ad conseruatione aliarum partium, ideo naturaliter expelluntur, quasi ad nihilum vtiles. Sed superfluitates vtiles natura retinet ad generationem capillorum & vnguium, quibus homo eget ad membrorum conseruationem, sicut miles non solum eget ense ad bellandum, sed etiam vagina ad conseruationem ensis Et cum nutriantur & augeantur, & in vno homine non sit nisi vna anima, quæ est rationalis, sequitur quod informantur anima rationali, quantum ad aliquas operationes virtutis vegetatiuæ, quanuis operationem sensus non participent, sicut nec ossa, quæ etiam resurgent, vnde Christus, Palpate & videte quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Non est tamen arbitrandum quod capilli capitis mulierum, & barbæ virorum sint ita prolixæ, sicut modo ab aliquibus videmus deferri Quia illa prolixitas magis pertinet ad fastidium, curiositatem, aut inanem gloriam, quam ad ornamentum, & distinctionem sexus. Hęc enim in modica quantitate obseruari possunt, & ideo in resurrectione reformabuntur.

Luc. 24. *Capillorũ, & barbarũ prolixitas non erit in resurrectione.*

B 278

¶Notandum pariter quod non oportet omnia quæ fuerunt informata anima rationali, sint de integritate naturæ, & per consequens quod resurgant in humano corpore. Sunt enim multa quæ crescunt fluunt, & diminuuntur, sicut pinguedo, & caro, quæ per infirmitatem & abstinentiam minuitur, & alia etiam ex alimento succedũt & illa deperdita vel diminuta non resurgent, nec etiam humiditates. Sed solum illa quæ perueniunt ad vltimam perfectionem, quam natura intendit in indiuiduo, quæ iam sunt incorporata membris, quæ vocatur glutem. Membra etiam in hoc mundo abscissa, cum sint de integritate naturæ, resurgent tam in bonis quam in malis.

In add. 3. p.q. 86. ar. 1.

¶Tertio sequitur quod deformitates, quæ ex defectu vel mutilatione aliquorum mẽbrorum uel indebita proportione partium vel aliunde prouenientium, in resurrectione reparabuntur, etiam in damnatis, in quibus nihil erit quod impediat doloris sensum, qui per ægritudinem, impeditur, inquãtum per eam debilitãtur organa sentiendi, & similiter defectus membri impediret, ne esset vniuersalis dolor in corpore, & modus pœnæ non esset secundum mensuram culpæ. Quia contingit quod aliquis peccator damnandus minoribus peccatis subiectus, aliquas deformitates habeat, quas non habeat aliquis damnandus grauioribus peccatis irretitus. In reparatione enim corporis magis attenditur naturæ perfectio, quam id quod fuit prius. vnde Apostolus. 1. Cor. 15. dicit, Mortui resurgent incorrupti, hoc est sine aliqua diminutione membrorum. Et qui infra perfectam ętatem decedunt, in statura perfectæ ætatis resurgent, vt paulò post dicetur. Deus enim qui naturam cõdidit, in resurrectione naturam corporis integre, reparabit. Vnde omnis defectus qui ex corruptione vel debilitate materiæ seu principiorum naturalium in corpore fuit, in resurrectione remouebitur, sicut febres, lippitudo, & similia. Defectus autem qui in humano corpore consequuntur principia naturalia, sicut tarditas, grauitas, ponderositas, & passibilitas, erunt in corporibus damnatorum, quos a corporibus beatorum gloria & dotes corporis excludent. Nec obstat quod aliqui defectus sint pœna peccati, quod ante mortem non fuit deletum, ut mutilatio. Quia quum quælibet pœna in quocunq; foro infligatur secundũ conditionem illius fori, pœnæ quæ in hac uita temporali infliguntur pro aliquo peccato, sunt temporales & vltra terminum uitæ non se extendunt. Et ideo quanuis peccatum non sit remissum, non oportet quod damnati pœnas quas passi sunt in hoc mundo, patiantur in inferno, sed iustitia diuina requirit ꝙ ibi pœnis grauioribus crucientur ¶Quarto resurrectio bonorum, & malorum conuenit in ætate & statura. Quia non omnes resurgent æquales in statura siue quantitate. Sed quilibet resurget in illa quantitate, in qua fuisset in termino augmenti, si natura non errasset aut defecisset. Quod autem superest vel deficit, resecabit vel implebit diuina potentia, ac defectum quantitatis, qui prouenit ex defectu virtutis formatiuæ, sicut in nanis & gibbosis. Eadem ratione relecabit in illis qui immoderatæ magnitudinis fuerunt vltra debitum naturæ. Ex quo sequitur quòd

C 278

In add. 3. p.q. 81. ar. 1. & 2.

quòd in resurrectione non erunt gigantes, neque nani. Vnde Apostolus donec occurramus omnes in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: sed Christus resurrexit in ætate virili, quæ secundum D. Aug. incipit in vigesimo-quinto anno, igitur & alii. Non est tamen intelligendum quòd omnes futuri sint æquales Christo in quantitate, sed ꝗ omnes erunt in perfecta quantitate, quam habuissent in trigesimotertio anno, secluso impedimento. ¶ Quinto conuenit resur- *Ephe. 4.* *In addi. 3. p. q. 86. ar. 2.*
D 878 rectio bonorum & malorum in incorruptibilitate, Quia tam boni quàm mali erunt incorruptibiles, iuxta illud, In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam, desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis. Præterea boni præmiabuntur mercede perpetua, & mali pœna perpetua, iuxta illud ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam, quod esse non posset sit corpora corruptibilia forent. Et quanuis corpora post resurrectionem sint composita ex contrariis, quia tamen absque motu cœli. qui in resurrectione cessabit, contraria non sufficiunt ad corruptionem faciendam, igitur, &c. Et quia Philosophi cessationem motus cœli nō cognouerunt, pro impossibili habebant quòd corpus compositum ex contrariis non corrumperetur. Incorruptibilitas autem illa præcipue damnatorum, non erit per gratiam, sed per naturam, non quòd in natura sit incorruptionis principium in corporibus damnatorum, sed propter defectum primi mouentis ad corruptionem. Et licet mors simpliciter sit maxima pœnarum, nihil tamē prohibet mortem esse in pœnarum remedium & per consequens oblationem mortis esse in pœnarum augmentum. Viuere enim (vt Philosophus dicit) videtur omnibus esse optabile, eò quod omnia esse appetunt, sed quia male esse, scilicet cum tristitiis & tormenti, opponitur bene esse, ideo mors siue annihilatio, quæ est remedium pœnarum, optabilis damnatis erit, quum terminet pœnas & tormenta. vnde Christus dicebat, Bonum erat si natus non fuisset homo ille. Quia si mors dicatur pœnalis propter dolorem quem sentiunt morientes, non est dubium quin maiorem dolorem damnati continue sustineant, ideo mors in quantum remedium, est eis optabilior, licet simpliciter & absolute melius sit esse, quam non esse. *Apoc. 9.* *Matt. 25.* *9. Eth.* *Matt. 26.*

Ver. 5. *De differentia resurrectionis bonorum & malorum.*

RESVRRECTIO Bonorum plurimum discrepat a resurrectione malorum. Quia (vt dicit Apost.) Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. vbi glo. dicit, Nos boni tātummodo imutabimur impassibilitate & in melius. *1. Cor. 15.*
E 878 Mali vero in pœnis & deterius. Hæc immutatio bonorū quantum ad corpus attenditur penes quatuor dotes, quæ ex gloria animæ redundat in corpus (vt dictū est) quibus mali erūt priuati, præcipue impassibilitate. Erunt enim ualde sensibiles & dispositi ad recipiendū qualitates alterabiles eis contrarias, quę continue absque quiete eos torquebunt in æternum. Et quanuis, secundum Phil. Omnis passio magis ac magis facta abiiciat. a substantia finita, & ideo tandem consumat & corrumpat eam non tamen sequitur quòd damnatorum corpora tandem consumantur. quia loquitur de transmutatione, qua transmutatur patiens à sua naturali dispositione, per motum cœli. talis autem passio non erit in corporibus damnatorum. Quia (vt dicitur Mat. 24.) Cœlum & terra transibunt. Sed erit in eis passio intētionalis sicut visio quæ fit absque transmutatione naturali, cum instantaneè fiat. Et licet in inferno possit esse motus localis, iuxta illud Iob. 24. Ad nimium calorem transiet ab aquis niuium, ille tamen motus non erit dependens a cœlo sed a diuina iustitia, quanuis aliqui dicant quòd ille transitus non erit localis, sed intentionalis. & sic non reducetur ad medium, sed erit ab extremo ad extremum, Quare quiescere non poterunt. *c. 14. §. 2. ver. 2.* *6. Topi.* *In Add. 3. p. q. 86. ar. 3. ad. 1.*

Ver. 6. *De ordine congregationis generalis.*

CVM Deus omnia in pondere, numero, & mensura statuerit, & Salomon mirabilem ordinē ministerio templi posuerit, ita vt regina Saba in eius contēplatione admirata, nō haberet vltra spiritum, quāto magis Christus (qui est plusquā Salamon) *Sap. 11.* *Rom. 13.* *Matt. 12.*

in ministerio generalis iudicii? Iusti ergo videntes ordinem quem Christus instituet in processione angelorum ipsum præcedentiũ, amplius admirabuntur & consolabuntur, quàm regina Saba. Et mali terrebuntur, iuxta illud, Terribilis sicut castrorum acies ordinata, scilicet processio angelorum bene ordinata. malis Dicunt contemplatiui quòd inferiores ordines venientes cum Christo in hunc mundum præcedent, 279
Can.6. & alii sequentur secundum dignitatem suam. Et quemadmodum videmus in processionibus, in quibus comparent mendicantes, in quolibet ordine primus defert crucem, Sic in processione angelorum primus infimi ordinis portabit crucem, in qua
Mat.24. Christus passus est, quæ dicitur signum filii hominis, de quo Esa. 11. Et leuabit signum in nationes & Luc.2 In signum cui contradicetur. Et Christus dicebat, Tunc apparebit signum fili hominis (hoc est crux Christi) vnde cantat Ecclesia, Hoc signum crucis erit in cœlo, cum Dominus ad iudicandum venerit. D Chr. dicit quòd crux Christi apparebit sole splendidior, vt non sit necessitas accusationis, quum viderint reprobi crucem, per quam intelliguntur alia instrumenta passionis Christi reseruata, vt dici Nicolaus Gora super Matthæum. Deinde primus angelus secundi ordinis deferet cordas (quibus ligatus fuit Christus) eleuatas. Primus tertii ordinis deferet virgas & flagella, quibus flagellatus fuit Christus. Primus quarti deferet columnam in qua ligatus & flagellatus fuit. Primus quinti, vestem qua illusus est. Primus sexti, clauos quibus cruci affixus fuit. Primus septimi, spongiam qua felle potatus fuit. Primus octaui, lanceam qua latus eius apertum fuit. Primus noni, coronam spineam qua coronatus fuit, Postremo omnibus congregatis Christus veniet subito & quasi imperceptibiliter, iuxta illud, Sicut fulgur exit ab oriente, & paret in occidente: sic in aduentu filii hominis.

Mat.24 ¶Veniet in maiestate, & sedens super sedem maiestatis suę, Remigius exponit, in ma
2.Cor.5. iestate, hoc est in diuinitate & in sede maiestatis suæ, hoc est in humanitate glorificata, quæ est sedes diuinitatis. Origenes vero exponit, in maiestate. hoc est in gloria corporis, iuxta illud, Erant autẽ Moyses & Helias visi in maiestate, & sede maiestatis suæ, hoc est in throno magno & mirabili ei præparato, quem Aposto. vocat Tribunal quæ omnia erũt in magnam cõsolationem bonorum. Si dicas ꝙ damnati ad minus gaudebunt videre ista dico quod non facient, imo valde torquebũtur. Nam ex perimeto verificatum constat dictum D. Aug Palato infirmo pœna est panis qui sano est suauis, & oculis ægris odiosa est lux quæ puris est amabilis. iuxta illud Eccl. 11. Dulce lumen, & delectabile oculis videre solem, quando sunt dispositi, sed si sint indispositi, est magnum tormentum Et quia oculi bonorum erũt dispositi, quia erũt A 279
mundo corde, ideo gaudebunt, iuxta illud, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deũ videbunt, scilicet delectabiliter, &c. Alia similitudo datur de latrone qui meruit suspẽdi, non gaudet in vestibus pulchris & ornatu præsidis & consiliariorum, sed potius torquetur, consyderando apparatum eorum, ad dandam sententiam contra se Si aliquis obstinatus dicat quod euadet hoc tormentũ claudendo oculos, aduertat quod dr̃ Apoc. 1. Tunc videbit eum omnis oculus, qui eum pupugerunt. Dæmones enim cum griffis eleuabunt caput, & aperient palpebras oculorum, & verificabitur illud Zach. 12. Aspicient ad me quem confixerunt. Tunc plãgent se super se familiæ seorsum & verificabitur illud, Dicent montibus, cadite super nos, & collibus, operite
Apo.5. nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni, quoniam venit dies magnus iræ ipsorum. vnde Malach. 3. Quis poterit cogitare diem aduentus eius? aut quis poterit stare ad videndum eum? D. Chri. dicit, Satius esset mille fulgura intueri, quàm Christum vindicantem uidere.

Ver.7. *De tempore iudicii Generalis.*

QVO AVTEM Tempore prędicta fient, euangelium, nõ declarat. & ideo cũ pendeat a sola volũtate diuina, nullus absque Dei reuelatione, scire potest. Deus voluit iudicium particulare & vniuersale esse incertum, quantum ad determinationem temporis. Vnde D Bern. dicebat, Nil certius morte, nil incertius hora eius. Et Christus, Estote parati, quia non habetis diem neque horam. Sic possumus dicere de iudicio

dicio

dicio generali,&c.vnde Mat.24 De die illa nemo scit. Mar.13 additur, Neq; angeli in cœlo,neque filius hominis,inquātum homo,siue cognitione naturali, nec ex gratia ad reuelandum Habet tamen Christus secundum humanitatem, scientiam diei, horæ, loci, & de quibus debet iudicare, alias non esset perfectus iudex. Et quanuis quidam temere ex hebdomadibus Danielis præsumpserint præfigere certum tempus iudicii generalis, illis tamen contra verba euangelii fides non est adhibenda, licet tempus in communi & confuse ex sacris literis sciri possit. Nam tunc futurū est iudicium generale,cum numerus electorum fuerit completus,vt dicitur Apoc 6. Vidi sub altare Dei, &c. sequitur, Et dictum est ei vt requiescerent adhuc per modicum tempus,donec complerentur conserui & fratres eorum, Sed(vt D. Gregor.ait in quadam collecta)soli Deo est cognitus numerus electorum, igitur,&c.Ideo Christus Aposto. interrogantibus si in tempore illo restitueret regnum Israel, respondit, Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Nec ex signis per Christum datis potest certitudo iudicii generalis haberi. Legimus enim Matt 24.& Mar.13.ac.Luc.21.quod discipuli interrogauerunt Christum loquentem de iudicio, dicentes, Quando hæc erunt,& quod signum aduentus tui, & quando hæc incipient consummari? Quibus Christus dedit multa signa,de quibus aliquid dicendum est,non secundum ordinem Euangelistarum,Quia aliqua,secundū D Aug ibi præponuntur per anticipationem quæ posterius fient.

Tempus iudicii naturaliter scire non potest.

B 179

Act. 1.

Ver 8. De signis præcedentibus vniversale iudicium.

QVAM plurima signa dedit nobis Christus,ex quibus possumus cognoscere iudicium generale ad propinquare. ¶ Primum signum dicitur iniquitatis abundantia, & defectus fidei & charitatis. Vnde Luc. 18. Filius hominis veniens putasne inueniet fidem in terra? quod in tam paucis erit,respectu aliorum,vt non videatur esse. & 1 Tim.4. Spiritus manifeste dicit,quod in nouissimis temporibus discedent quidam a fide & Mat.24. Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorū. & 2. Tim.3 Hoc autē scias quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa,&c. Propter hanc iniquitatis abundantiam permittet Deus aliud signum. ¶ Secundum signum erit bellorum commotio Vnde Christus Matt.24. Audituri estis prælia, & opiniones præliorum,&c.Mar.13 Exurget gens cōtra gentem,&c.& Luc.21.Et in terris pressura gentium Et licet semper fuerint bella, non tamen adeo atrocia & terribilia.& idē de sequentibus signis ¶ Tertium signū erit fames.& Matt.24 & Mar.3. Erit fames per loca,&c.&.Lucæ 21. Arescentibus hominibus,scilicet famis inedia. ¶ Quartū signū erit pestis.vnde Mat.24 & Mar.13 & Luc 21.Erūt pestilētię p loca. ¶ Quintum signum erunt terræmotus per loca, vt dicunt prædicti tres Euangelistæ in loco præallegato hęc erunt initium dolorum,vt dicitur Mar.13.

C 179 ¶ Sextum signum est discessio,de qua Apost.2.Thess.2. Rogamus ne terreamini,neque per spiritum,neque per sermonem,neque per epistolam tanquam per nos missam,quasi instet dies domini. Nemo vos seducat, quoniam nisi venerit discessio primum,scilicet ab obedientia Romani Imperii,ac etiam ab obedientia Romanæ Ecclesiæ & fide catholica,vt dicit D.Thom.ibi, &c. Si dicatur quod discessio illa facta est,dicendum quod nondum complete.

¶ Septimum signum est prædicatio euangelii in vniuerso mundo. Mat.24. Mar, 13. & Luc.21.dicitur quod ex prædictis signis non potest argui certitudo generalis iudicii,quia subditur,oportet hęc primum fieri,sed nondum finis. D. Matthæus addit Prædicabitur euangelium regni in vniuerso mundo, in testimonium omnibus gentibus & tunc veniet consummatio. Sed euangelium regni nondum prædicatum est in omnes gentes,cum tempore nostro inuentæ sint multæ insulæ antea occultæ, quibus nunquam fuerat annuntiatum euangelium nec adhuc omnes insulæ sunt inuentæ.Et quod Christus dicebat,Amen dico vobis, nō cōsummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis, non est intelligendum de ciuitatibus, in quibus erant, filii Israel secundum carnem,quia certum est illas fuisse consummatas tēpore Apostolorum, & tamen nondum venit Christus ad iudicium. Ideo intelligendum est de

Prædicatio euangelii regni nōdum cōpleta est.

Matt. 10.

de semine repromissionis factæ Abrahæ. Nec obstat quod dicit Apost. Ro. 10. Sed nunquid non audierunt ? & quidem in omnem terram exiuit sonus eorum , hoc est Apostolorum,& loquitur de præterito. Ad hoc multiplex potest dari solutio Primo quia loquitur de omnibus Apostolis, qui futuri erunt vsque in diem iudicii,vt dicitur Eph.4.Et secundum hoc etiam debet intelligi preceptum datum,Mar.vlt.Euntes in mundū vniuersū,prædicate euāgeliū omni creaturæ,scilicet p vos & vestri successores,qui certum est quòd Apostoli non fuerunt per vniuersum mundum personaliter Et cum arguitur quòd Apost loquitur de præterito,dicitur quòd accipit præteritum pro futuro propter certitudinem prophetiæ , prout Dauid qui ante incarnationem Christi dicebat,Foderunt manus meas & pedes meos,&c. Secūdo dici potest quòd prædicta verba Apostoli possunt intelligi de his qui erant subiecti Romano imperio. Et hoc etiam modo debet intelligi illud, Act.2.quòd erant in Hierusalē habitātes Iudęi ex omni natione quę sub cœlo est.scilicet,subdita Romano Imperio quia certum est nationes populorum de nouo inuentorum non fuisse Et quia illæ insulæ in quibus nauigatur & ambulatur sub polo Antartico , opposito polo nostro non erant inuentæ tempore D. Aug. ideo opinatus est Antipodas non esse,quòd non faceret nunc imo dicta sua retractaret , sicut quædam alia maxime propter experientiam quæ negari non potest. Ad rationes autem eius dici potest quòd Antipodæ processerunt ab Adā.Quia(vt habetur Sap. 10.) qui primus a Deo formatus est,pater orbis terræ,solus creatus est, ideo necesse est omnes homines ab illo descendisse,& per consequens illi Antipodæ fuerunt quidam ex nepotibus Nec, qui dederunt operam nauigationis post diluuium, & voluntate diuina illuc peruenerunt, & multiplicati sunt,deinde ad alias insulas circunuicinas accesserunt,sicut alii per Asiā, alii per Africam,alii per Europam dispersi sunt . Ludouicus Viues commentator libri de Ciuitate Dei,in quo D.Aug.inseruit prędictam opinionem, excusato D.Aug dicit,Sed profecto Antipodas esse tam certum est vt negari non possit, & ad illos esse viam compertissimum est, etiam nonnullos antiquorum nedum nauigationibus nostræ memorię applicuisse.Nam olim per Arabicum sinum quidam Augusti Cæsaris sæuitiam fugientes,per ima quæque Aethiopū mareque Atlanticū ad Gades Herculis ad nauigauerunt. Contra florentibus rebus Carthaginēsiū , aliqui ex eis ab Herculeo freto in Arabicum mare rubrum venerunt,tum etiam Persicum, & Indicum, eorūque mare Alexandri armis est exploratum. Insulaq; Taprobane , & aliæ in illis tractibus nonnullæ,quæ ex opposito cœlorum & syderum comprehenduntur Antipodas esse ostendunt . Tantum enim exurgit illis contrarius ille vertex , quantum ab occidentali suo absunt quantum quidam ex terris in zona nostra positis. Hactenus ille Post completam vero prædicationem Euangelii fiet discessio completa, & tunc reuelabitur homo peccati,qui erit octauum signum,vt statim dicetur.

E 179

F 279

§.3. *De Antichristo.*

Matt. 24. ALIVD & octauum signum iudicii generalis erit abominatio desolationis,sedens vbi non debet , siue homo peccati , qui non veniet absque præcursoribus & persecutione bonorum. de hoc dicitur , Cum videritis abominationem desolationis , quæ dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, &c.Mar.13 dicitur. Qui legit intelligat.Glo.exponit,cum videritis abominationem,&c,hoc est Antichristū sedentem in templo sancto Hierusalem,& se adorari facientem. Vnde Apo.2.Thess. 2.Qui aduersatur & extollitur supra omne id quod est Deus,ita vt in templo sedeat ostendens se tanquam sit Deus.Et quia maximas tribulationes inferet cum præcursoribus suis,de quibus multa in sacris literis sparsa sunt,eorum aliqua nostris institutionibus duximus inserenda.

Ver.1. *De percussoribus antichristi.*

OMNES malos posse dici Antichristos & diaboli filios per imitationem,constat ex illo Ioan.8. Qui non est mecum,contra me est.& in eodem ca. Vos ex parte diabolo estis . Diabolus enim ab initio inuidit Christo , quem cognoscebat electum in mediatorem. Ideo eius locum ambiendo & contra ipsum se extollēs, ei oppositus fuit

fuit, & per consequens diabolus largo modo potest dici antichristus, ab anti quod est contra, & sic contra Christum. Verum quia Christus non solum est Deus, sed etiam homo, & diabolus non participet cum eo in natura humana, ideo non dicitur proprie antichristus, sicut de eo nunc loquimur. Per antichristum enim anthono-
F matice intelligimus hominem qui cæteris hominibus amplius contrariatur, & opponitur Christo, & qui inter omnes homines magis imitabitur diabolum. Et ideo quemadmodum omnes, qui imitantur diabolum, dicuntur filii diaboli, ita etiam antichristi oēs, qui imitantur antichristum, principalem diaboli ministrum. & sic omnes peccatores possunt dici antichristi, iuxta illud, Et sicut audiuistis quia antichristus. Venit, nunc antichristi multifacti sunt, scilicet omnes peccatores, inter eos principales sunt hæretici, qui negant Christum. vnde. 1. Ioann 2. dicitur, Quis mendax, nisi is qui negat quoniam Iesus nō est Christus, hic est antichristus, qui negat, patrem & filium & in eadem Epist. c 4 Omnis spiritus qui non confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo non est, & hic est antichristus de quo audistis quoniam venit, & iam est in mundo scilicet in præcursoribus suis, qui habent ordinem imitationis ad eum, sicut boni ad Christum. & in secunda canonica dicit, Qui non confitetur Iesum venisse in carne, hic est seductor & antichristus. tandem loquitur de omnibus hæreticis Non potest tamē antichristus, proprie dici malorum caput, cum non influat in membra saltem, quæ præcesserunt eū. Potest tamē dici caput cōiter, propter perfectionem malitiæ. Quia sicut caput est principale mēbrum, sic antichristus erit principalis imitator diaboli Ideo Glo. super illud Iob. 21 Interrogate quemlibet de viatoribus, dicit, Cum de omnium malorum corpore loquitur, ad omnium iniquorum caput verba conuertit. Et super illud 2. Thes 2. Ostēdēs se tanquā sit deus, dicit glo. Sicut in Christo plenitudo diuinitatis inhabitauit, sic in antichristo omnis plenitudo malitię Nō tñ ita quod eius humanitas sit assumpta a diabolo in vnitate personæ, quia hoc excedit capacitatem diaboli. Sed quia diabolum eminentius malitiā suā in illum influet, non per intrinsecā inhabitationē quia sola Trinitas menti illabitur, hoc est immediate in ea operatur, sed influet suggerendo, & fantasmata eius mouendo & applicando plusquā omniū aliorum. Et fm hoc omnes mali qui præcesserunt eū, fuerunt quodam modo figura antichristi, fm illud 2. ad Thess 2 Mysterium iam operatur iniquitates de præcursoribus Antichristi, loquitur Christus, Mar. 13. & Luc. 21. Videte ne quis vos seducat, multi enim venient in noie meo, dicentes ego sum Christus, vel ego prædico vobis Christum. & multos seducent. Nolite ire post eos, sequitur, Surgent pseudochristi & pseudo-
A prophetæ, &c. Si dixerint, Ecce in deserto est, nolite exire. Ecce in penetralibus
280 est, nolite credere D. Aug. notat quod multi (scilicet hæretici) venient in nomine meo, Quia nulla hæresis est, quę non palliet se noie Christi, Glo. dicit quod imminente Hierosolymorum excidio, multi fuerunt qui se dixerunt christos, & libertatis tēpus appropinquare. Ante Christum venerunt aliqui propria authoritatē, dicētes se esse Christos, sed non fuerunt recepti. Postremus aut & pessimus oium erit Antichristus, qui cum suis satellitibus seducet multos, & recipietur a Iudæis, sicut Christus prædixit, Ego veni in noie patris mei, & non me recipistis. Alius (scilicet Antichristus) veniet in noie suo (scilicet quærens gloriā propriam) & illum recipietis. s. vt verum Christum. Pseudo igitur Christi. hoc est procursores Antichristi hæretici, uenient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus, vel ego prædico vobis Christū vt nunc Lutherani & alii hæretici. Nolite ire post eos. Ecce prodixi vobis, dedit signa quomodo cognosci poterunt, dicens, A fructibus eorum cognoscetis eos.

Antichristus anthonomatice quis dicitur

1. Ioan. 2.

c. 20. §. 11 ver. 3.

Mat. 24.

Ioa. 5.

Ver. 2. *De Antichristo nomine.*

ANTICHRISTVS nō est nomē propriū, sicut nec hoc nomē Christus, cuius propriū nomen erat Iesus, vnde Luc. 2. Vocatum est nomen eius Iesus, &c. Iesus autem dictus est Christus, quia fuit a Deo spiritualiter et anthonomatice vnctus. Sic Antichristus, qui erit maxime oppositus Christo propter plenitudinem malitię dicetur Antichristus, a suis tamen sequacibus nō dr̄ Antichristus, sed potius

tius Christus, & Messias in lege promissus, vt expresse dicitur Mat. 24. Si dixerint, Ecce ille est Christus, nolite credere. Nomen autem eius proprium non habetur in sacris literis, licet in illis pluribus nominibus nuncupetur aliquando abominatio, Mat. 24 Cum videritis abominationem, &c ab Apostolo dicitur homo peccati, fi- B
lius perditionis. 2. Thes. 2. vbi glo. Dicitur homo peccati, quia totaliter erit deditus 280
peccatis. dicitur filius perditionis, quia multos trahet ad perditionem, vel quia deputatus est æternæ perditioni vnde Iob. 21. In die perditionis seruabitur malus.

Ver 3. *De antichristi origine.*

In li. de vnu antichristi. *Gen. 46.* ANTICHRISTVS, Secundū D. Augustinū, & Ambr. in lib. benedictionibus patriarcharum, & Vincentium Beluacen. in speculo historiali, lib. 31 c 4 nascetur ex stirpe reprobata, scilicet ex tribu Dan. qui fuit filius Iacob, ex Bala concubina ancilla Rachelis, de quo Iacob, Fiat Dan coluber tortuosus in via, Cerastes in semita, mordens vngulas equi. vt cadat ascensor eius retro. Salutare tuum expectabo domine. & in signū reprobationis sola hæc tribus subticetur Apoc 7. vbi ex aliis numerantur. 12. millia signati & non ex tribu Dan. Quia (vt communiter dicitur) ex ea nasciturus est Antichristus in Babylone. Huius aduentus (vt dicit Apostol. 2. Thes.) erit secundum operationem Satanæ. aliqui exponunt de generatione, dicentes quòd sicut Christus natus est per operationem spiritu sancti ex Virgine desponsata, ita Antichristus per operationem Satanæ ex corruptissima & ex damnato coitu, Alii addunt quòd ex incubo & succubo. Multi multa fingunt de eius ortu natiuitate, & nutritione, quæ authoritate sacræ scripturæ neque doctorum autenticorum probantur ideo non est eis credendum, neque in recitatione talium

Antichristus non priuabitur angelo custode. opinionum immorandum. Nec verisimile est secundum Vicentium Beluacen. ipsum Antichristum in vtero matris, (vt aliqui dicunt) malitia diabolica fore replendum, nec quòd Deus (qui omnia disponit suauiter) ei anticipet vsum rationis, sicut fecit. D. Ioa Baptistæ ad bonum, neque quod priuet eum angelo custode cum præseruante in vtero D. Tho tamen dicit quod aduemente vsu rationis illius Angelus ei ad custodiam deputatus, propter eius nequitiam derelinquet eum, & sic derelictus amplius a dæmonibus seducetur, & eorum suggestionibus adhærens, prosequetur omnino diaboli voluntatem. Et quia (vt dicit Apo 2. Cor. 11.) Satanas se trāsfigurat in angelum lucis, verisimile est apud aliquos, quod dæmones Antichristo etiā corporaliter apparebunt, in angelorum modum, & illi famulabuntur, & docebūt eū omnem nequitiam in superbia & abusione scientiarum. Vnde Dan. 8. dicitur, Surget rex impudens facie, & intelligens propositiones, & roborabitur. s. paulatim per operationem Satanæ, qui faciet ipsum esse in concupiscentiis, fœminarum, & sua falsa doctrina & malis exemplis multos seducet, ac etiam donis & muneribus allicie- C
ciet Quia (vt habetur Dan. 11.) Dominabitur thesaurorū auri, & argēti, & in omni
bus pretiosis Aegypti, & subduitur, & in copia rerum occidet (hoc est se ducet) pluri 280
mos, dæmones enim offerent ei thesauros absconditos, & aurum atque argentum excutient ex occultis terræ visceribus & fabri cæsum illi dabunt. Et cum omnia pe-

Eccl. 10. cuniæ obediant, sequitur quod habebit multos fautores. Ab initio vtetur mediis delectabilibus, & alliciet plurimos. Eius prima conuersatio in sacris literis non inueni tur. Vincentius tn̄ Beluacen. dicit quod nascetur in Babylone, tandem veniet ad Iu-

Matt. 11. *Antichristus ubi conuersabitur.* dæos, & conuersabitur in ciuitate Bethsaida & Corosain, vt D. Aug. dicit super, illis verbis, Væ tibi Bethsaida, &c. Ideo imprecatur & improperat Christus his ciuitatibus, quia in illis conuersaturus est filius perditionis: Non tamen violenter prosequetur ecclesiam dei & bonos, donec fuerit in tali ętate in qua Christus incœpit prędicare. s. circa trigesimum annum dicitur n. Luc. 2. Incipiens annorum quasi triginta. Vsq; ad triginta igitur annos Antichristi aduentus erit occultus licet ab vsu rationis vsque ad trigesimum annum non sit futurus ociosus, sed in falsa doctri na, & in signis mendacibus, ac omni dæmonum astutia versabitur Dæmones.n disponent eum ad omnia mala, incipiet acquirere fautores, & congregare multitudinem Et cum viderit omnia ei propitia, & suggestione dæmonū ad nutū succedētia, adueniente

adueniente 30. anno manifestabit se, & loquetur contra Christum blasphemias, dicetq; se esse Messiam in lege promissum, & quicquid de Christo in lege antiqua & Prophetis scriptum est, sibi ascribet, & dicet se solum esse deum. vnde Apost. Qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in téplo dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. & Christus, Cū videritis obomina tionem desolationis stantem in loco sancto vbi non debet. &c. Quidam dicunt ꝙ in templo quod reædificabunt ei Iudæi in loco vbi erat templum Salomonis restaurata ciuitate Hierusalem, in qua Christus dominus crucifixus fuit, occidet Eliam, & Enoch, vt infra dicetur D. tamen Aug. dicit quòd illud templū dicitur ecclesia, quia qui erant in gratia, per quam erant templum dei, iuxta illud, Vos enim estis templū dei viui, recipient & adorabunt antichristum, quia, vt idem Aug. dicit in quo templo sit sessurus incertum est. *2. Thes. 2.* *Matt. 24.* *In 20. de ciu. Dei. c. 19.* *2. Cor. 6.*

F

881

Ver. 4. *De Antichristi progressu & Regno.*

REGNVM antichristi in quo violenter persequetur bonos, inchoabitur cū soluetur Satanas. Ad cuius euidentiam sciendū est, quòd Satanas in passione Christi aliqualiter solutus fuit, hoc est permissus malitia sua vti, & procurare per Iudæos mortem Christi, qui dixit, Nunc princeps huius mundi eiicietur foras Hanc exclusionem principis huius mundi, & reclusionem in inferno, declarauit D Ioannes dicens, Vidi angelum descendentem de cœlo, habentē clauē abyssi & cathenam magnam in manu sua, & apprehendit draconem serpentē antiquum qui est diabolus & satanas, & ligauit eum per annos mille, & clausit & signauit super illum, vt non seducat amplius gentes donec consummētur mille anni. Et post hoc oportet illū sol ui modico tempore D. Aug. dicit quòd hæc alligatio per hoc interuallum vsq; ad finem seculi, quod mille annorū appellat, duratura est, hoc est non permittetur Satanas exercere totam tentationem, quā pōt vel vi vel dolo, ad seducēdos homines in partem suam, cogendo violenter, vel fraudolenter fallendo. Quòd si permitteretur in tam longo tempore & tam longa infirmitate multorum, plurimi tales quales Deus perpeti non vult, paterentur, & fideles deiiceret, & ne crederent impediret, quod ne faceret, alligatus est. Tunc autē soluetur, quando tēpus erit. Nā tribus annis & sex membris legitur totis suis suorūq; viribus sæuiturus. & dat rationem, Quia si non solueretur, minus appareret eius maligna potentia, & minus sanctissimę ciuitatis (scilicet Ecclesię) fidelissima patientia probaretur. Et vt sciatur quam fortem aduersarium, dei ciuitas superauerit, cū ingenti gloria sui redemptoris, paulo post D. Ioan. subdit, Cum finiti fuerint mille anni, soluetur satanas de carcere, & exibit, & seducet gentes quæ sunt supra quatuor angulos terræ Gog & Magog. & congregabit eos in prælium, quorum numerus sicut arena maris, & ascenderunt, hoc est ascē dent super latitudinem terræ, & circuierunt, hoc est circuibunt contra sanctos, & ciuitatem dilectā, hoc est ecclesiā D. Aug dicit Gentes quippe quas appellat Gog & Magog, non sunt accipiendæ tanquam sint aliqui in aliqua parte terrarū barbari cō stituti, siue quos quidam suspicantur Getas & Massēgetas, propter literas horum nominum primas, siue alios alienigenas a Romano imperio seiunctos. Toto nāque orbe terrarū significati sunt isti esse, cū dictū est, gentes quæ sunt supra quatuor angulos terræ easq; subiiciet, esse Gog & Magog, quorum interpretationem nominū esse reperimus Gog tecum Magog, de tectum, significāt enim numerū malorū, quo rum aliqui sunt detecti, vt manifesti & publici peccatores, qui in aduentu Antichristi se offerent & illi adhærebunt, tecti vero se palam manifestabunt, pugnabuntque omnes pro eo, & extendentur super latitudinem terræ, & cingent castra sanctorum, quia non ad vnū locū venturi significati sunt, quasi in vno loco tantū futura sint castra sanctorū, & dilectam ciuitatem, quæ non est nisi ecclesia toto orbe terraru diffusa Et sic vbicunque erunt sancti, in illa persecutionis immanitate angustiis & tribulationibus cingentur, arctabuntur, vrgebuntur, concludentur, nec tamen militiem suā deserent. Quidā dicūt ꝙ satanas solutus primo dabit operā, vt Iudæis recipiatur tanquā Mesias. Quòd libenter facient, vt prædixit Christus Ioan. 5. Alius *Ioan. 12.* *Apoc. 20.* *20. de ciui. Dei. c. 8.* *20. de ciu. Dei. c. 11.* *Gog et ma gog interpretatio.*

A

881

ueniet in nomine suo,& recipietis eũ,s. vt Christũ. ¶ Ipse aũt antichristus dicet se
Quibus me dijs utetur Antichristus ad seducendum homines. de tribu Iuda,& messiam in lege promissum imo & se solum verũ Deũ,vt dictũ,est
dicetq; Christũ fuisse magnũ illusorẽ,prædicabit libertatẽ carnis.Et sicut Christus
misit Apost. suos in mundum vniuersum,sic Antichristus mittet legatos & satelli
tes suos,ubi ipse personaliter comparere non poterit,qui multis & variis modis sug-
gestione dæmonum familiarum conabuntur subuertere bono,Primo falsa doctrina,
in sapientia uerborũ & simulatione,secundo signis & prodigiis. Nã(vt dicitur Mat.
24)Surgent pseudochristi(hoc est falsi Christiani peruertentes doctrinam Chri-
sti) & pseudoprophetę(hoc est falsi prophetæ) & dabunt signa magna, s.de præsenti
bus,& prodiga(scilicet de futuris)ita vt in errorẽ inducantur si fieri potest, etiã ele
cti.Non quod diuina electio frustretur,sed multi cadent,qui humano iudicio vide- F
bantur electi,sicut patuit de Iuda proditore. De hac seductione habetur Apoc. 13. 270
Seducet habitantes in terra propter signa quę data sunt illi facere.Signa vero & por
tenta illius & suorum erũt mendacia.vnde dicitur.2.Thes 2.Cuius aduentus erit se
cundũ operationẽ satanæ in omni virtute & signis mendacibus,& in omni seductio
ne iniquitatis Et assignatur ratio,quare permittat Deus per signa mendacia in erro
rem trahi eos qui pereunt, eo quòd charitatem veritatis non receperunt vt salui
c.6. §. 2. uer. 1. fierẽt,& quia contradixerunt veritati,& consenserunt iniquitati. Quo aũt dicantur
signa mendacia dictũ est.Tertio conabuntur seducere promissionibus,& muneribus
ac promotionibus , conferendo illis officia & dignitates , sicut nostris temporibus
Lutherani.vnde Dan.11.Multiplicabit gloriam,& dabit eis potestatẽ in multis, &
terrã diuidet gratuito,hoc est ad sui placitũ & sine meritis,imo & ꝑpter demerita.
Et hoc modo seducentur,& vltro se offerent mali principes & gubernatores ciuita
tũ,& auari omnes, ne perdant tẽporalia bona, & adipiscãtur maiora, & se subiiciẽt
illi,pugnabuntq; pro eo , & persequentur bonos qui Christi & ecclesiæ fidem tene
bunt. Quarto conabitur subuertere fideles,priuatione honorũ & dignitatũ,ac confi
scatione bonorũ,& prohibitione cuiuscunque cõmercii,emptionis, venditionis , &
aliorum contractũ,vt dictũ est Apoc.13. Quinto pœnis & tormentis horribilibus
quæ nemo põt sufficienter exprimere.Vnde Dan.8 dicitur, Consurgent rex impu-
dens facie & intelligens propositiones,& roborabitur fortitudo eius,sed non viribus
suis(sed Satanæ)& super quam credi potest, vniuersa uastabit,& prosperabitur, &
interficiet robustos & populum sanctorũ,secundũ voluntatẽ suã.Dicunt cõmuniter
doctores post Apost.2.Thes.2.Mysteriũ operatur iniquitatis s. Nero, quòd omnes
labores: dolores,angustiæ,& tormenta,quæ inflixerunt omnes mali & tyranni mar
tyribus & aliis sanctis,non erant nisi figura & vmbra ac dulcia,in comparatione ad
tormenta quæ, instigante diabolo Christianis dabit Antichristus cum satellitibus A
Mat.24. et Mar.13 suis,Iõ Christus, Cum videritis abominationem de solationis,&c, Tunc qui in Iu 270
dæa sunt,fugiant ad montes,& qui est in tecto, nõ descẽdat aliquid tollere de domo
sua,et qui in agro,non reuertatur tollere tunicam suam.Tradet autem frater fratrẽ
in montem,& pater filium,& insurgent filii in parentes,et morte afficient eos, &c.
Erit tũc tribulatio magna,qualis non fuit ab initio mundi nec fiet.Mar.13. dicitur,
Erunt dies tribulationis illius,quales non fuerũt ab initio creaturæ , quam condidit
Mat.25. Deus vsque nunc,nec fient.& nisi breuiasset dominus dies, non fuisset salua omnis
caro,sed propter electos quos elegit,breuiati sunt dies eius. Mat. dicit breuiabũtur,
& quòd loqueretur de antichristo,& non de excidio Hierosolymitano , apparet ex
eo quod subdit,Exurgent pseudochristi et pseudoprophetæ , & dabunt signa , &c:
Tũc si quis vobis dixerit,ecce hic est Christus,ecce illic,ne credideritis . Ecce præ-
dixi vobis . Væ prægnantibus et nutrientibus in illis diebus . Quia vteri et filiorũ
pondere grauatæ non poterunt expedite fugere, vt dicit Beda Orate autem ne fiat
fuga vestra in hyeme,hoc est in defectu charitatis , et in intemperie vitiorum , vel
in sabbaro s. vestro,hoc est ocio et cessatione bonorum operum, quia sabbatum Do
mini licet importet quietem,non tamen cessationẽ bonorum operũ Dan.8 dicitur,
Egressum est cornu vnum modicũ,& factum est grande, et magnificatum est usque
ad

ad fortitudinẽ cœli, & deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas, et vsq; ad principẽ fortitudinis magnificatum est, & ab eo tulit iuge sacrificium siue publicam, & solennem illius celebrationem, quia occulta eius celebratio manebit vsq; in
B diem iudicii, iuxta illud, Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi, &
281 post pauca subiungitur, Et audiui vnum de sanctis loquentem, vsquequo visio, & iuge sacrificium, & peccatum desolationis quæ facta est fortitudo, & sanctuarium conculcabitur? & dixit ei. Vsque ad vesperam, & mane dies milles treceñti, et mũdabitur sanctuarium. Duratio autem tribulationis siue regnum antichristi, describitur Dā: 7. circa finem, vbi dicitur, & sermones contra excelsum loquetur, & sanctos altissimi conteret. Putabit quod possit mutare tempora, & leges. Et tradentur in manu eius vsq; ad tempus, & tempora, & dimidium tẽporis, & iudicium sedebit, et auferetur potentia, & contereatur. Idem Dan. 12. circa finem dicit, A tempore cum ablatũ fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio, in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Beatus qui expectat, & peruenit vsq; ad dies mille trecentos triginta quinq; D. Aug. 20 de ci. dei exponens, dicit, quod regnabit tribus annis cum dimidio quod etiam declaratur Apoc. 13. vbi dicitur, data est ei potestas facere menses quadraginta duos, qui faciunt tres annos cum dimidio. *29. de ciu. Dei.*

Ver. 5. *De consolationem bonorum tempore antichristi.*

DEVS qui non deficit in necessariis, non deseret omnino bonos absque consolatione. Consolabitur enim eos interius animando ad constantiam, & martyrium, & eos qui debiliores erunt dirigendo ad fugam, patientiam, & spem tribuendo, tunc imprimet eis illud quod prædixit, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Consolabitur etiam eos exterius, mittendo Eliam, & Enoch, quos ad hos fines in paradisum terrestrem transtulit, mittet autem eos in initio regni antichristi, ad prædicandum contra eum, & ad animandam fideles. vnde Apocal. 11. postquam dixit, quod ciuitas sancta conculcabitur, subiungit, Et dabo duobus testibus meis (scilicet Enoch, & Heliæ, secundum expositores) virtutem, & prophetabũtur diebus mille ducentibus sexaginta, amicti saccis. Et si quis voluerit eis nocere, ignis exibit de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum. Hi habent potestatem claudendi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ eorum, & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram quotiescunq; voluerint. Hi duo, secundum Vincentium Beluacem. Vbi supra, ipsum Antichristum sequentur, vt ipsum redarguant, & corda filiorum ad patres conuertant, ostendentq; coram omni populo antichristum mendacem. Et multi ex Iudæis cognoscentes se esse per antichristum *Luc. 2.*
C decepros, credent in Christum, & erunt parati mori pro eo, Et vt dicit Methodius.
281 144 millia virorum ex omni tribu Israel pro Christo interficiẽtur. Et quia isti duo non poterunt corporaliter ire per vniuersum mũdum, mittent discipulos, qui per totum orbem terrarum confortabunt et consolabuntur, bonos Christianos. Ipsi vero Helias, & Enoch circuibunt loca, ad quæ perget antichristus, De missione Heliæ dicit dominus per Malac. Ecce ego mittam vobis Heliam Thesbitem. antequam veniat dies domini magnus, et horribilis, et conuertet cor patrum in filios, et cor filiorum ad patres eorum. De his D. Aug. 20. de ci. dei, c 29 Tandem antichristus cõpleto tempore prophetiæ eorum, occidi faciet illos in Hierusalem, de fine illorum dicitur. Apoc. 11. Et cum finierint testimonium suum, Bestia quæ ascendit de abysso, faciet contra eos bellum, et vincet eos, et occidet illos, & corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, et Aegyptus, ibi, et dominus eorum crucifixus est, et videbunt de tribubus, populis et linguis, corpora eorũ per tres dies, et dimidiũ, et corpora eorũ nõ sine vponi in monumentis, et inhabitãtes ter ã gaudebũt super illos, et iocũdabũtur, & munera mittent inuicem, quoniã hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitabant super terrã. Et post tres dies, et dimidiũ spiritus vitæ a deo intrauit in eos, et steterunt super pedes, et timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos, et audierũt vocem magnã de cœlo, ascendite huc, et ascenderunt, et viderunt illos inimici eorũ. Loquitur de præterito pro futuro pro- *Mala. 4.*

piet

pter certitudinem prophetiæ, prout Dauid Psal. 21. Foderunt manus meas et pedes meos, &c. Tunc antichristus (vt recitat Vincentius Beluacen. secundũ visionem Danielis in si. 11. c.) veniet ad verticem montis Olиueti, qui dicitur Inclytus, & sanctus quia ex eo ascendit Christus, ibiq; Antichristus cum sederit in papillione, & in solio suo vt in cœlum ascẽdat, & a dæmonibus paulisper eleuatus fuerit, vltionẽ patietur. Vnde Apost. 2. Thess. 2. Reuelabitur ille iniquus, quẽ dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, hoc est mandato suo Quia (vt ibi dicit D. Tho.) Michael interfecturus est eum cum multis complicibus suis, in monte Olиueti, uirtute diuini præcepti, vnde Apoc 11. dicitur, Et in illa hora factus est terræmotus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit. Et occisa sunt in terræmotu nomina hominũ septẽ millia, & reliqui in timorẽ missi sunt, & sic cessabit tribulatio bonorũ ¶ Ex præmissis sequitur, quod licet fuerint, & sint multi antichristi, nondũ tamen venit antichristus, qui dicitur caput omnium malorum Cum post mortem illius cessabit tribulatio bonorum, & modicum supererit ante iudicium. Ideo errant qui Mahumetum dicunt fuisse Antichristum verum, Quia (vt dictum est ex Dan. 12. Apoc 13. & ex Apost. 2. The. 2.) aduersabitur, & eleuabitur aduersus omne id quod dicitur aut colitur deus, &c. Sed nullus talis adhuc venit. Nam licet Octauianus voluerit adorari, vt deus tamen erat ante Christum, & destitit a præsumptione, nec Caius Cæsar, qui idolum suum fecit adorari, idola aliorum deorum non destruxit. Nec Mahumetus dixit se Deũ, sed dei nũtium, igitur non potest dici Antichristus, de quo loquitur Apost.

Mahumetus nõ fuit uerus antichristus.

D 281

Ver. 6. *De signis iudicii post antichristum.*

POST mortem antichristi erunt alia signa, de quibus Mat. 24 vbi dicitur Statim autem post tribulationem dierum illorum, sol obscurabitur, & luna non dabit lumẽ suũ, & stelle cadẽt de cœlo. Hæc signa amplius declarantur Luc 21. Erunt signa in sole, & luna, & stellis, &c. In his verbis tangũtur quinque signa. s. in sole, luna stellis, virtutibus cœlorũ, & hominibus. Quoad solem, lunam, & stellas, dicitur Iocl. 2. Sol, & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt lumen suum, & dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui, quia multa sunt nimis castra eius, & fortia, & facientia verbum eius. Magnus est enim dies domini, & terribilis valde, & Esa. 24. dicitur. Erubescet luna, & confundetur sol, cum regnauerit dominus exercituum, scilicet occidẽdo antichristũ. Quia in momẽto aduẽtus Christi sol, & luna nõ obscurabũtur, cũ tũc totus mũdus sit innouãdus, & augẽda sit claritas solis, & lunæ, & stellarum, iuxta illud. Erit lux lunę sicut lux solis, & lux solis septempliciter, sicut lux septem dierum, in die qua alligauerit dominus vulnus populi sui. Ideo necesse est dicere, quod ante iudicium, & post antichristi tribulationem, futura sit prædicta obscuratio, quæ non potest fieri per eclipsim solis, & lunæ simul, quia eclipsis solis. & lunæ nunquam sunt simul, secundum astrologos, cum eclipsis solis fiat per interpositionem lunæ inter solem, & nos, & eclipsis lunæ fiat per interpositionem terræ inter solem, & lunam. Nec sol aut stellæ perdent lumẽ suum, sed obscurabuntur priuatione luminis, diuina virtute hoc faciente, ad malorum terrorem, sicut factum fuit in morte Christi. Amoto ergo lumine a sole, luna, & stellæ non possunt dare lumen, cum accipiant a sole, Et stellæ dicentur cadere de cœlo, eo quod tunc, non apparebunt in cœlo, ac si cecidissent. Quidam dicunt, quod licet eclipses solis, et lunæ sint naturales, tamen circa diem iudicii crebrius fient diuina virtute, præter solitum cursum naturæ, et stellæ cadent de cœlo, sicut videbimus in exhalationibus, quę circa diem iudicii crebrissimæ erunt, quasi signa inflammationis mundi. Possunt etiam hæc signa solis, & lunæ ac stellarum spiritualiter intelligi. Nam vt habetur in c. solitæ, extra de maioritate, & obedien. per solem repræsentatur dignitas ecclesiastica, et per lunam temporalis, per stellas boni, qui habẽt affectũ in cœlestibus qui omnes, aut saltem maior pars circa finem mundi obscurabũtur. Per virtutes cœlorũ possunt intelligi angeli, qui secundũ Philosophum, sunt motores orbiũ, qui circa diem iudicii mouebuntur a suo modo mouendi, cœlos præter communẽ cursum naturæ mouendo, et diuersas eclipses in sole, et luna, et planetis faciendo, ex quibus mirabiles

Quinque signa iudicij post antichristum.

Esa. 30.

E 281

In ad 3. p. q. 83. ar. 2.

virtutes cœlorũ quomodo mouebuntur.

mirabiles effectus sequuntur in terra. Per virtutes cœlorum, etiam possunt intelligi angeli qui cœlos inhabitant qui mouebuntur motu timoris & reuerentiæ, respectu iudicis, & motu vindictæ, respectu damnandorum, & motu obedientiæ, respectu eorum quæ pertinēt ad iudicium vnde Glo. super Lucā dicit, Angelicæ potestates tremunt aduentum iudicis quod est intelligendum de tremore reuerentiæ & obedientiæ, quę tunc amplius in eis apparebunt, vel mouebuntur secundum locum. Quia secundum doctores, ordines superiores angelorum primæ & secundæ hierarchiæ non mittuntur in hoc mundum, sed cum Christus veniet ad iudicium, omnes mouebun-

F

281 tur vnde D. Chrys. dicit, Quod si cum rex terrenus exit in expeditionem, omnes dignitates exercitus concitantur, & ciuitas feruet, quanto magis rege cœlesti exeunte ad iudicandum viuos & mortuos.

Ver 7. *De igne conflagrationis.*

ALIVD signum post Antichristum, erit ignis conflagrationis, de quo Psal. Ignis ipsum præcedet, & inflāmabit in circuitu inimicos eius. Videmus enim quod loca vbi crimina sunt commissa, non sunt idonea ad aliqua sacra exercenda, nisi purgatione præmissa. ideo reconciliātur ecclesię pollutę, vt habetur in ti. de consec. ecclesiæ & altaris extra. Cum ergo propter peccata hominum in hoc mundo illa pars quæ est in vsu hominū fuerit polluta & infecta, & per consequens, sit in idonea ad susceptionem gloriæ, sequitur ꝙ egeat purgatione. vnde Apost. 1. Cor. 7. Præterit, in figura huius mundi. vbi glo. dicit, Pulchritudo huius mundi mundanorum igniū conflagratione peribit. Et Apoc. 20. Vidi cœlum nouum, & terram nouam. Primùm cœlum & prima terra abiit & mare iam non est scilicet secūdū qualitates, & accidentia, quæ prius in eis erant, quia cœlum amplius non mouebitur, nec erit generatio aut corruptio in terra manebunt tamen quantū ad substātiam. Purgatio autem hæc fiet per ignem eiusdē speciei cum nostro. de hac purgatione Psal. ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida. & deinde subiungit de iudicio, Aduocauit cœlum desursum, & terrā discernere populū suū. &. 2. Pet. vlt. Cœli ardētes soluentur, & elemēta ignis ardore tabescent, Non est tamen intelligēdum, quod cœli planetarum, scilicet lunę & superiorum, ardeant aut purgentur, cum illic ho-

In add. 3. p. q. 74.

Psal. 49.

Gen. 7.

A

281 mines non peccauerint, nec illi cœli capaces sint peregrinę impressionis, unde glo. super illud. 2. Tes. 1. in flamma ignis dantis vindictam, dicit, Ignis erit in mundo, qui præcedet eum, tantū spatium occupans, quantū occupauit aqua in diluuio. Sed aqua non ascendit vsque ad superiores cœlos, sed solum. 15. cubitis super altitudinē montiū, ideo cœli superiores non purgabuntur, imo nec ipse ignis, cum nullum ibi fuerit commissum peccatum & ad D. Petrum dicitur, quod ex eius verbis apparet de quibus cœlis intelligat. Præmiserat enim ante verba inducta, quod cœlum & terra ac mare perierant propter peccata in eis commissa, ideo reseruati erant igni in die iudicii. Cœlum enim in sacris literis significat omne corpus transparens. & sic aqua & aer cœli dicuntur, Vnde Psal. 8. Volucres cœli. &c. tamen volucres non ascendunt vsque ad sphæram elementi ignis. Tria ergo sola elementa purgabuntur, scilicet terra, aqua, & aer, vsque ad medium interstitiuum, vsque ad quem locum peruenium impuritates elementorum. ¶ Ille ignis vt instrumentum diuinæ iustitiæ habebit duos actus, scilicet purgationis & circunuolutionis Et quantum ad primum cruciabit bonos, quos purgandos reperiet, plus uel minus, secundum quantitatem reatus ipsorum. Illos autem qui purgatione non egebunt, nullo modo cruciabit, sicut nec cruciauit tres pueros in camino ignis ardentis. Post resurrectionem vero nullo modo cruciabit bonos, cum sint impassibile, sed bene malos, ante resurrectionem, & post. Et sic ignis prædictus sequetur iudicium, quantum ad aliquem actum, qui est circunuoluere malos. Sed præcedet quantum ad purgationem, non quidem vniuersaliter, quia tunc in aduentu filii hominis non essent aliqui viuentes. Cuius oppositū manifeste apparet ex illo dicto Christi, Mat. 24. Sicut fuit in diebus Noe, ita in aduentu filii hominis, Sicut enim erant in diebus Noe, ante diluuium, comedentes & bibentes, & nuptui tradentes, vsque ad eum diem quo intrauit Noe in ar-

Tria elementa duntaxat purgabuntur.

Dan. 3.

Aliqui erūt nunc nisi mortali in resurrectione.

cam

tam,& non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes ita erit in aduentu filii hominis.Tunc duo erunt in agro,vnus assumetur, scilicet ab angelo custode, qui deducet eum obuiam Christo per aerem,alter relinquetur dæmonibus, vt trahant, eũ ad locũ iudicii pro meritis præmium accepturum.Idem dicit de duobus in lecto, & de duabus molentibus in mola,vna assumetur,altera vero relinquetur. Et hortatur ad vigilandum,dicens, Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.D. Aug. 20 de Ciui dei,concludit quòd eadem die qua fiet citatio & resurrectio,erunt aliqui viuentes in hac vita mortali propter prædictam Christi comparationem,& propter id quod dicit Apost.1.Thesa.4. Quoniam ipse dominus in iussu & in voce archangeli & in tuba dei descendet de cœlo,& mortui qui in Christo sũt, resurgent primi,deinde nos qui viuimus,qui relinquimur, simul rapiemur cum illis (scilicet qui dormierunt resuscitati)in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Non poterat Christus neque Apostolus clarius loqui. C 282

De neritate.15.signorum. ¶ Nec obstat quindecim signa quę D. Hieronymus dicit se reperisse in annalibus Iudæorum Quia signa illa non sunt autentica.& dato quòd essent,nõ erũt vniuersalia.Non obstat pariter quod dicitur Heb 9.Statutum est hominibus semel mori, & post hoc,iudiciũ.& Rom.5.Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit,& per peccatum mors,& ita in omnes mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.& 1.Reg.14.Omnes morimur,&c.& 1.Cor.15.Omnes quidem resurgemus. ergo moriemur.Sed resurrectio omnium fiet simul, igitur nulli erunt viui vita mortali.Quia secundum D.August.in itinere morientur & statim resurgent.Et licet resurrectio communis fiat simul in momento & in ictu oculi & nouissima tuba tamẽ specialis resurrectio illorum,qui sunt præuisi & præordinati ad audiendam tubam, & videndam resurrectionem aliorum,fiet postea.Et quia statim resurgẽt, dicũtur viuentes.& sic non erunt a morte exempti,cum fuerint in peccato originali concepti, & per consequens mors in illos pertransibit, vt dictum est. Ex præmissis resolutorie habetur,quod vltimum signum aduentus Christi ad iudicium, erit ignis conflagrationis,qui incipiet post mortem Antichristi.45.diebus,qui dabuntur in pœnitentiam electis,qui propter tormenta Antichristi deuiabunt.Et infra illos 45. erunt signa in sole & luna,& alia supra dicta, quæ erunt interpolata,quæ boni notabũt. Mali autem aliquibus visis & cessantibus,atque iterũ redeuntibus,non curabunt. Tandem subito audietur tuba,& resurgent mortui,& videbũt filium hominis veniẽtem in maiestate,&c.veniet autem subito.vnde dicitur Luc.21.Sicut fulgur exit ab oriente,& paret vsque ad occidentem,ita erit in aduentu filii hominis,&c. Et Apostolus. D 1.Thes.5. De tempore autem & momentis fratres non indigentis vt scribamus uobis.Ipsi.n.scitis quia dies Domini vt fur in nocte,ita veniet Cum enim dixerint pax 282 & securitas, tunc repentinus supeiueniet interitus,sicut dolor in vtero habentis, & non effugient.¶ Quãtum autem distabit ignis conflagrationis à.45.diebus post mortem Antichristi,incertum est. Ex quo sequitur quod diem iudicii determinate scire non possumus. Videntes tamen prædicta signa dicere poterunt quod prope & in ianuis est.vnde Christus, Ab arbore fici discite parabolam, &c.Et quia his tempori-

Matt. 24. bus videmus multa signa impleta, abundantiam iniquitatis defectum fidei & charitatis,discessionem,ac pseudoprophetas, ac solem spiritualem, hoc est statum ecclesiasticum obtenebrati,& lunam spiritualem,temporalem,scilicet potestatem, cõuerti.in sanguinem,& stellas spirituales cadere de cœlo, hoc est eos qui alias fuerant boni,deficere a fide,possumus dicere ꝙ appropinquat,& ꝙ Antichristus cito veniet.

Ver.8. *De hora iudicii generalis.*

HORAM ETIAM iudicii generalis nemo determinate scit. Vnde Matth. 24.& Mar.13. expresse dicitur de hora sicut de die. Inueniuntur tamen in sacris literis aliqui passus,qui videntur,saltem figuraliter, determinare horam.Matth.enim 20.dicitur,cum sero factum esset,dixit dominus vineæ procuratori suo, Voca operarios,& redde illis mercedem. Illa parabola exponitur de iudicio generali, & sic videtur quod fiet de sero.Mat.etiam.25.dicitur de Virginibus,Media nocte clamor

factus

D factus est, ecce spōsus venit, exite obuiam ei, & sic videtur, quod in media nocte, D.
282 Mat. & Mar. videtur dicere, quod plena die, & Soph. 1. dicit, Mane iudiciū suū dabit. *Diuersitas horarum in dicij quid significet.* Sed hæc diuersitas in sacris literis non est ad determinandam horam, sed ad designandas conditiones, & proprietates iudicii generalis, in quo erunt quatuor conditiones & proprietates temporum prædictorum. Primo quando dicitur, quòd fiet media nocte, significat peccatorum improuisionem, sicut improuisæ fuerunt virgines. Non erit tunc quæstio allegandi merita, præterita, vnde Mat. 7. dicitur, multi dicent in illa die, domine, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, tunc confitebor illis, nūquam noui vos, discedite, &c. Nec tamen ex hoc sequitur quod morientes morte subita sunt damnati, & improuisi, quia de multis sanctis legimus, quod morte repentina obierunt vnde Sap 4 dicitur, iustus si praeoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Secundo quando dicitur, quòd fiet de die, significat peccatorum reserationem, & manifestationem. Quia in die iudicii omnia peccata, & quantuncunque occulta, & secreta, reuelabuntur, iuxta illud, Nil opertum, quod non reueletur, neq; occultū, quod non sciatur, reuelabuntur autem non coram paucis, sicut qui propter feruorem puniunt sub cortina, sed coram toto mundo. Vnde Naum, Reuelabo pudenda tua, &c. Iob. 20. dicitur, reuelabunt cœli, hoc est angeli custodes iniquitatem eius. Item dæmon accusator Apoc. 12. Item conscientia, Rom. 2. testimonium reddente illis conscientia, quæ hic est liber clausus, sed in iudicio omnes libri erunt aperti, ut dicitur Apoc. 20. Christus aperiet, & illuminabit. 1. Cor. 4. illuminabo abscondita tenebrarum, &c. Quod intelligendum est de peccatis de quibus non fuit facta pœnitentia in his qui sunt in gratia. Quia, vt dicitur 1. Pet. 4. Charitas operit multitudinem peccatorum, & Psal. 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, &c. Deus bene sciet, sed non reuelabit. Damnatorū vero peccata dimissa propter ingratitudinem recidiuationis, reuelabuntur. Quādo autem dicitur quod fiet de sero, significat meritorū cessationē, vt in sero finitur dieta, & agricolæ cessant laborare, quia vt habetur Apoc. 10. *Luc. 12.* Angelus iurauit per viuentem in secula seculorum, quia tempus non erit amplius, scilicet pœnitendi, & miserendi, dicetur illis, Tarde venistis, tempus misericordiæ lapsum est tunc erit tempus iustitiæ. Quarto quando dicitur, quòd fiet mane, significatur bonorum consolatio.

E §. 4. *De diuersa situatione.*

282 SECVNDVN punctum principale notandum de iuditio generali, est diuersa situatio, quia dicitur in Euangelio, Separabit eos ab inuicē, sicut pastor separat oues ab hœdis siue hircis. Statuet quidem oues a dextris, hœdos autem a sinistris. Per dexteram in sacris literis, intelligitur dignior, & potior locus siue maius bonum, vnde Psalm. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis, hoc est in eminentiori loco, & potioribus bonis, Sic boni erunt in eminentiori loco, quia in aere (vt dictum est ex Apostolo. 1. Thess 4.) Mali autem erūt in terra, ex latere sinistro, respectu Christi, non immutati in bonū, sed inuoluti doloribus, & tormentis ac igne cōflagrationis, associati, & circundati dæmonibus, Tunc implebitur illud Psal. Mirabilis mutatio dexteræ excelsi, Multi in hoc mundo sunt in parte dextera, qui tunc erūt in parte sinistra, & econuerso, Illi dicuntur esse in dextera parte huius mundi, de quibus Psal. Promptuaria eorum plena. &c. sequitur, Beatum dixerunt populum cui hæc sunt, Iusti pauperes afflicti, angustiati, sunt in sinistra parte huius mundi, Sed in iudicio fiet mutatio dexteræ excelsi, & illi qui in mundo fuerunt in dextera, &c. & illi qui fuerunt in sinistra videbuntur in dextra. Tūc verificabitur illud, beatus populus cuius dominus deus eius, Hæc mutatio dexteræ excelsi, fuit præfigurata in cācellatione manuū, Iacob, cum benediceret filiis Ioseph. Hæc dexteræ mutatio & separatio inchoabitur in resurrectione, etiā apud eos, qui viui reperientur, quia dictum est vnus assumetur, & alter relinquetur, Tunc separabūtur viri ab vxoribus, & econuerso, parentes a filiis, si vnus illorum fuerit bonus, & alter malus, Et non fiet talis separatio cum benedictione sicut in hoc mundo, sed cum maledictione, & improperio malorum, quæ fecerunt, & ingratitudine beneficiorum, Tunc verificabitur illud,

Psal. 109. *Gen. 48.*

vnus-

Hiere. 9. Vnusquisque autem proximo se custodiat,& in omni fratre suo non habeat fiduciã. Quia omnis frater supplantans supplantabit. Et illud Matt 24. Tradet frater fratrẽ in mortem,& filii insurgent in parentes,& morte afficient eos. Hæc materia faciliter potest dilatari, & amplificari.

§ 5. *De singulari discussione in iudicio.*

3.p.q.59. ar.2. TERTIVM principale notandum circa iudicium, est singularis discussio,de qua Ioel 3 Cõgregabo omnes gẽtes in valle Iosophat,& ibi disceptabo cum eis. Tũc, processus cuiuslibet examinabitur,& expostulabitur ratio villicationis Quoad hãc discussionem sunt duę difficultates. ¶ Prima difficultas est,quis faciet hanc examinationem,& quis erit relator,& iudex. Dicit textus euangelii, Cum venerit filius hominis &c,sequitur,Dicet his,qui a dextris eius erunt,&c. Ioan. 5. Pater non iudicat quenquam,sed omne iudicium dedit filio. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est D Tho.dicit,quòd potestas iudicandi authoritatiua pertinet ad solum deum,delegata vero, & instrumentalis ad Christum secundum naturam humanam vnitam dei filio,propter duo,Primo,propter familiariorem bonorum cõsolationem,quibus recitabit omnia merita; & de eis ipsos coram toto mundo laudabit,& præmia prænuntiabit. Secundo propter acriorem exprobationẽ malorũ, quorum demerita etiam manifestabit, & exprobrabit malitiam,& negligentiam,attento,quod eos interius inspirauit,& exterius monuit ac exemplum præbuit, quanuis ipse esset delicator,& sancti etiam delicatiores,tot labores absque peccatis sustinuerint. Allegabit omnia quæ pro eis ipse sustinuit,& instrumenta passionis ostendet,exaggerabitq; illorũ ingratitudinem. ¶ Secunda difficultas est,an huiusmodi discussio,& examinatio fiet in instanti,vel in tempore,& an fiet vocaliter D. August. 20. lib. de Ciu dei c. 1. dicit, Per diem iudicii intelligimus nouissimũ tempus. Nam per quot dies iudiciũ protendatur,incertum est,sed scripturarũ more diem solere poni pro tẽpore,nemo qui illas literas quantumlibet negligenter legerit,nescit. vnde Ioel. 3. dicitur,In diebus illis Quòd autem in iudicio generali sit duratio successionis ex ordine iudicii a Christo reuelato apparet. Præterea iudicium generale (vt dictum est) fiet ad manifestandam diuinam iustitiam de omnibus bonis,& malis operibus,corã toto mundo Et quanuis saluati clare videntes diuinam essentiam, omnia distincte in instanti cognoscere possint propter diuinæ essentiæ perfectionem omnia distincte repræsentantem,mali tamen qui ad hmõi visionem non eleuabũtur, omnia distincte simul intueri non poterunt. Philos.enim 2. Topi.dicit,quòd non contingit simul plura intelligere. s. distincte,& per modũ pluriũ. Vnde dicitur cõmuniter,pluribus intentus minor est ad singula sensus. Et quanuis angeli qui sunt altioris naturæ quàm hõ possit plura distincte per vnam speciem intelligere, & tanto plura,quanto habent species vniuersaliores,non tamen omnia, cum nulla talis species creata sit illorum intellectui proportionata. Intellectus etiam angelorũ inferiorum non est capax specierum naturalium superiorum angelorum, & si tales species infunderentur in intellectu inferiorum angelorum,in esse qualitatis,nil tamen per illas intelligerẽt propter incapacitatem suam naturalem. Vnde sicut visus corporalis non potest tantum eleuari,vt videat angelos,cũ non sint colorati,sic homo nõ potest eleuari, vt sit naturæ angelicæ,nec inferior angelus,vt sit naturæ superioris Cum igitur tam boni quam mali,secundum D. Aug mẽtis intuitu sint omnia enumeraturi,& quod cognoscitur in genere,non enumeretur,sequitur,quòd non omnia fient in instanti,sed in breui tẽpore,diuina virtute ad hæc iuuante, Nec obstat quod 1. Cor. 15. dicitur In momento, & in ictu oculi,quia vel illud refertur ad resurrectionem,vel accipitur pro breui tempore. Vnde idem August dicit,quod mira celeritate enumerabuntur. Aderit enim quædam vis diuina,quę fiet, vt cuncta peccata breui tẽpore ad memoriam reuocentur. Vnde Malac. 3. Ero testis velox maleficis,nec est hoc impossibile,quia in quolibet etiam paruo tempore sunt infinita instantia in potentia,& habet. D. Aug. pro inconueniẽti,quòd legatur aliquis liberi materialis in iudicio, dicit enim, Quanto tempore illius libri magnitudo legi posset? An autem iudicũ sentẽtia per

Marginal notes: *In ad. 3. p. q. 87. ar. 3.* — *An discussio et examinatio fiet in instanti.* — *Plura per modũ pluriũ non possunt simul intelligi.* — *Angeli oculo corporali uideri nõ possunt.* — *In ad. 3. p. q. 86. ar. 2.*

Right margin: F 283 — A 283

tiã per locutionem vocalem futura sit, incertum est. Aliqui satis probabiliter tenẽt quod sic, & allegant illud Mat.25. Tunc dicet his qui a dextris eius erunt. Et Ioã.8. vbi dicitur quod cum Christus interrogatus fuisset a Pharisæis, Tu qui es? respondit Principium, qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui & iudicare. Et illud quod dictum est Naũ.3. Reuelabo, &c. & Mat.12 De omni verbo ocioso quod
B locuti fuerint homines, reddituri sunt in die iudicii rationem. Præterea dictum est
283 quod Christus secundum humanam naturam iudicabit. Data est enim ei a patre potestas iudicium facere, quia filius hominis est, ergo iudicabit modo humano, qui est per locutionem vocalem, vt audiatur corporaliter, sicut videbitur corporaliter. Insuper citatio erit vocalis, s. in voce archangeli, & tuba Dei, ergo & sententia. Vnde Io.5. dicitur, Venit hora quando mortui audient vocem filii Dei, Nec obstat illud Sap. 4. Disrumpet inflatos sine voce, quia intelligitur sine voce sufficientis excusationis. Diuus tamen Thomas dicit quod probabilius æstimatur, quod totum illud iudicium, quoad discussionem & occasionem & accusationem malorum, & quoad commendationem viuorum, & quoad sententiam vtrorumq; mentaliter perficietur, propter prædictum rationem diui Augustini, de libro illo materiali, Non enim minus tempus requiritur ad narrandum ore tenus singulorum facta, quam ad legendum. Præterea sententia debet proportionari testimonio, quod erit mentale, vt habetur Rom 2. Vnde probabile esse dicit, quod superius allegata intelligantur mentaliter. & non vocaliter. Et cum dicitur quod mortui audient vocem eius, potest exponi de virtute eius, hoc est mentaliter percipient. Et quanuis Christus corporaliter appareat & videatur ab omnibus, vt iudex cognoscatur, non tamen sequitur q corporaliter audiatur, quia visio subito fieri potest, sed non locutio, cum tempore mensuretur, alia tamen opinio potest probabiliter sustineri. Iacob.5. In ad.3.p. q.88.ar.2

§ 6. *De sententia bonorum.*

QVINTVM punctũ notandũ de iudicio generali, est sententia, quæ primo proferetur bonis, propter eorum consolationem & desolationem, malorum, qui tristabuntur videntes se derelictos. ¶ Quoad bonos sententia pauca verba continet, magnam tamen mercedem comprehendit. Et quanuis videatur eadem retributio omnibus data secundum verba, erit tamen diuersa, secundum diuersitatem meritorum. Vnde Ioannis decimoquarto, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Per verbum, venite, innitantur quidem omnes ad denarium diurnum, hoc est ad visionem diuinæ essentiæ, non tamen eodem modo, & æqualiter participandam. Minimus tamen sanctus possidens illud regnum, est proportionabiliter repletus, & satiatus, sicut & maximus. Similitudo est de vasis paruis & magnis repletis, &c Sic ad propositum, omnes erunt repleti, satiati, & contenti, tamen qui maiorem habebunt gratiam & plus meruerunt, plus prẽmiabũtur, & plura in diuina essẽ
C tia videbunt, ac cum maiori delectatione fruentur ea. ¶ Quoad possessionem regni
283 notandum, quod cum omnes sint morituri ante sententiam huiusmodi, & qui mortui fuerunt in gratia, iam quantum ad animam habebant regnum ante resurrectionem, Ideo non dicit percipite, sed, possidete regnum, non mutabile, sed æternum. Omnes enim erunt reges. Et plene verificabitur illud, Vos estis genus electum, regale sacerdotium, &c. Si quæratur, Qui erunt subditi? Dicendum quod principalitas regiæ dignitatis est obedientia & conformitas ac executio voluntatis regis. Sed omnes sancti mutuo volent quæ alii volent, & exequentur, imo & ipse Deus. Ideo secundum hoc erunt reges. Erunt etiam sacerdotes, quia omnes in gratiarum actionem offerent Deo, Christi passionem, cuius merito erunt saluati, offerent etiam sacrificium laudis Hoc regnum & sacerdotium dicitur paratum, hoc est figuratum a constitutione mundi, in requie domini, qui septimo die requieuit ab omni operẽ quod patrarat, per hoc significans quod iusti per impletionem mandatorũ Dei, in eo requiescerent. O quam dulcis & delectabilis, quieta ac fructuosa imitatio, non est qui eã valeat explicare. Vnde Apost Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdet, quæ præparauit Deus diligẽtibus se. CHRISTVS deinde assi- Ioan.14: 1.Pet.2. 1.Cor.2.

Hhh gnabit

gnabit rationem huius inuitationis. Esuriui enim, &c. Per hæc verba reprobantur D
c.9.§.2: hæretici,qui negant merita. Si enim per bona opera nihil mereremur, non allegaf 183
ver.1.2. set Christus hanc rationem, Esuriui enim, &c. Hæc coniunctio, enim, rationalis est,
& 3. & causam importat, sed de his amplius supra dictum est. Tunc boni ineffabili lætitia repleti. vt regina Saba viso templo & sapientia Salomonis præ admiratione non habebunt vltra spiritum, sed dicent, Quādo vidimus te, &c. respondebit, Quod vni, &c. Tunc omnes humillime gratiarum actiones reddent, &c.

Ver. 1. *De sententia malorum.*

DVM prædicta fient, mali timore & tremore correpti, videntes se dimissos, turbabuntur de Christi benigna conuersione ad bonos, & eorum retributione. & verificabitur illud Sapientiæ quinto. Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperii. nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem eorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est, &c. Quibus existentibus in tali turbatione & tremore ac cogitationibus accusantibus Christus in forma terribili vertet se, ad dandam sententiam contra eos, quod erit occasio maioris tormenti. Danielis quinto dicitur quod Balthasar videns tres articulos manus scribentis contra candelabrum sententiam
Dan. 5. quam ignorabat, Mane, Thecel, Phares, hoc est, Numerauit Deus regnum tuum, compleuit illud, Appensus es in statera, & inuentus es minus habens, Diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis, dicitur ibi, Tunc facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum, & compages renum eius soluebantur, & genua collidebant. Heu qualis commutatio facierum erit in dānatis qñ non videbunt solum tres digitos, sed totam Christi humanitatem iratam, & sentiēt in ea virtutē diuinitatis contra eos paratam. Nō est dubiū quin plus torqueantur, & conturbentur cogitationib. quā Balthasar, &c. Sed multo magis quū audiēt sniam terribilissimam. ¶ Ite maledicti in ignē æternū, qui paratus est diabolo, & angelis eius. In hac snia sunt pauca verba, sed omniū terribiliū terribilissima, & valde timēda, Exprimēt n. principalia inferni tormenta. Primū verbū. Ite, significat pœnam priuationis regni, quæ est maxima pœnarū, ad quam sequitur maius tormentum, quam sit gehenna, vt dictum est quū de pœnis inferni ageretur. Pōt dari exemplū de perditionibus bonorum, quo quanto maius bonum ex culpa perditur, maiorē generat tristitiam. ¶ Secundum verbum timendum, est maledici a Deo, quod est maximum conuitiū. Si non diceret nisi ite, haberent damnati occasionē consolationis. Sed remittet eos
Naum. 3. cum opprob. iis & contumeliis, vt dicitur Naum. 3. Maledictio Dei est maius opprobrium, quod pōt inferri, maxime cū ex culpa propria obiicitur. Hoc opprobrium ge-
Gen. 25. nerabit in eis maximum cruciatum quod per figuram ostensum est, Gen 25. vbi dicitur, q̄ Esau veniens ex agro lassus, inuenit Iacob habentem pulmentū rufum, & ait illi, Da mihi de coctione tua ac rufa, quia oppido lassus sum. Cui Iacob. Vende mihi primogenita tua. Ille respondit, En morior, quid mihi proderūt primogenita? ait Iacob, Iura mihi. Iurauit ei Esau, & dedit ei primogenita. Et sic accepto pane ac lentis, comedit & bibit, & abiit, paruipendens quod primogenita vendidisset. Et
Esau benedictione primatus frustratur. Gen. 27 habetur, quod cum Isaac vellet dare Esau benedictionem, quæ debebatur primogenito ratione primogenituræ, & medio Rebeccæ matris. Iacob obtinuisset benedictionem, veniens Esau, deferens de venatione a patre petita, cum putaret se acceptrurum benedictionem, audiuit a patre, quod dedisset benedictionē, Iacob, & esset benedictus. Dicit textus, Auditis Esau sermonibus patris, irrugit clamore magno, & consternatus est. maledicebat lentis, & crines a capite euellebat, &c. & nisi pater consolatus fuisset eum (dicendo, in rore cœli & pinguedine terræ erit benedictio tua) præ angustia mortuus fuisset. &c. Esau significat pctōrem, qui lassus, pro coctione rufa, hoc est parua delectatione, quam p̄ æsenrat Iacob supplantator, hoc est diabolus, vendit primogenita, & benedictionem patris æterni, contrauemendo præceptis Dei, & vadit paruipendens quod primogenita sua vendiderit, siue q̄ peccauerit. Sed cum erit in die iudicii, vbi erit quæstio de recipiēda benedictione, quam

non

non habebit, sed loco illius terribilem maledictionem, tunc rugiet clamore maximo. Maledicet lentis siue delectationibus, & consternabitur, & se lacerabit propter venditionem & propter negligentiam recuperandi. Quia faciliter poterat recuperare per pœnitentiam, quam facere neglexit. Notandum ergo & cauendum ne ita nobis accidat.

¶Tertium verbum huius sententiæ notandum, est in ignem. Per hoc verbum
F exprimitur pœna sensus, & afflictiua extrinseca, qua mirabiliter torquebuntur. Si
283 remitterentur ad aliquem locum placidum, haberent aliquam occasionem consolationis, sed mittentur in locum tormentorum in ignem, qui inter agentia vehementius agit, sed amplius vt instrumentum diuinæ iustitiæ. Per hæc verba reprobantur illi qui dicunt non esse ignem in inferno, & quanuis post diem iudicii, in quo cessabit motus cœli, & per consequens omnes motus & alterationes, non aget naturaliter, aget tamen & cruciabit vt instrumentum diuinæ iustitiæ, non quidem æqualiter omnes damnatos, sed secundum diuersitatem demeritorum, iuxta illud, Secundum mensuram delicti erit & plagarum modus. & illud, Quantum se glorificauit & in deliciis fuit tantum date illi tormentum & luctum. Qui delicati sunt, & non possunt sustinere modicum calorem in æstate, consyderent illud Esa. 33 Quis de vobis poterit stare cum igne deuorante, aut quis habitabit (hoc est habitare poterit) cum ardoribus sempiternis? Quartum verbum notandum est æternum heu quale & cuius significationis verbum? Si peccatores bene aduerterent ad huius dictionis significationem, vix possent habere animum siue audaciam peccandi. Notandum ergo & cauendum est, ne pro re modica & momentanea delectatione incidamus in ignem æternum absque aliquo fine. tandiu quandiu Deus erit Deus, semper erunt in initio, nil diminuetur. Post centum millia annorum habebunt inchoare. Quàto totum spacium inter terram & supremum cœlum esset repletum granis sinapi, & in cêtum millibus annorum extraheretur vnum solum granum, & damnati essent certi quod post euacuationem omnium illorum liberarentur, haberêt materiam consolationis. Veruntamen sunt certi quod post tot & tanta annorum millia habebunt inchoare,
A & quod nunquam liberabuntur, ideo hoc verbum erit eis terribilissimum.

Deu. 25.
Apo. 18.

284 ¶Quintum verbum huius sententiæ, notandum est, Qui paratus est diabolo & angelis eius. Si damnati mitterentur ad aliquam bonam societatem, haberent occasionem consolationis, sed mittentur ad diabolum & angelos eius, vt sine fine & absque pietate ab eis crudeliter torqueantur variis modis (vt dictum est quum de pœnis inferni ageretur) ideo hoc verbum generabit illis maximam tristitiam & desperationem.

¶Notandũ tamen q non dicit, qui paratus est diabolo & angelis eius, a constitutione mundi, sicut de regno bonorum ad ostendendum quod aliter se habet Deus, ad miserendũ, & aliter ad puniendum. Ad miserendum n. ex suo proprio æterno, ad puniendum vero ex temporali peccato. Vnde Esa 30. dicitur, Ab heri præparata, est Thophet, hoc est ruina. Et quamuis ille ignis sit præuisus ab æterno, & ante constitutionem mundi, non est tamen præparatus ab æterno, vel a constitutione mundi, sed ab heri secundum dispositionem creaturę, quotidie autem pręparatur per multiplicationem culpæ, quę punienda est per dæmones, tortores terribiles.

¶Resolutoriè igitur damnati hanc sententiã contemplando maximũ cruciatũ habebũt, Primò ex aspectu iudicis, qui eis apparebit terribilis, Secundò ex sonitu, quia nũquam fuit tale tonitruum auditũ, qualis erit hæc sententia in auribus damnatorum iuxta illud, Dominum formidabunt aduersarii eius, & super ipsos in cœli tonabit. Legimus q in passione Christi, quando milites furibunde venerunt ad comprehendendum eum Christus eis obuiam veniens, dulciter interrogauit. Quem quæritis? Responderunt. Iesum Nazarenum. & Christus adhuc dulcius loquens, dixit eis, Ego sum, scilicet Iesus saluator, paratus semper ad saluandum vos. dixit textus, Vt ergo dixit eis, Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram vbi D. Augustinus dicit, Quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc fecit? Si hæc verba, Ego

1. Reg. 2.
Ioann. 18.

 sum,

sum, tam dulciter & amicabiliter ad eorum vtilitatem prolata, adeo eos terruerunt vt non potuerint stare pedes, sed ceciderunt retrorsum, quantò magis illa terribilissima sententia ampliorem cruciatum ingeret? B 284

omissio operũ misericordiæ qua re exprimitur. ¶ Rationem damnationis allegabit Christus, Esuriui, &c. Origenes dicit quòd si improperet eis minora peccata, a fortiori maiora. vt sunt adulteria, rapinæ, homicidia, &c. Sed omissio operum misericordię exprimitur. Primo, quia illa sunt homini magis connaturalia. Secundo, quia illa inſcudunt charitatem, virtutum reginam. Tertiò, vt appareat quam iuste negetur reprobis misericordia, quum illam proximis impendere noluerint. Quarto, vt homines excitentur ex his ad opera pietatis. Quinto, ad insinuandum, quod vniuersa salus nostra & quicquid in nobis est, ex misericordia Dei proficiscitur, & pendet. Sexto, quia in illis omnia virtualiter includuntur. Tunc ipsi desperati blasphemando respondebunt dicentes, Quando te vidimus, &c. Veruntamen eis exprobrabit, Quandiu non fecistis, vni de minoribus, nec mihi fecistis.

Ver. 2. *De Sententiæ executione.*

In addi. 3. p. q. 89. ar. 1. PROLATAM Sententiam D. Virgo & Apostoli ac alii sancti approbabũt & dicent, quod sententia Christi est iustissima & quod damnati multo maiora demeruerunt, secundum illud, In regeneratione cum sederit filius hominis, sedebitis &
Matt. 19. vos super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Tunc verificabitur illud Psal. Lætabitur iustus quum viderit vindictam. manus suas lauabit sanguine peccatoris. Si igitur mater misericordiæ & peccatorum aduocata, & omnes sancti eos condemnabunt, ad quem miseri illi recursum habere poterunt? Non ad dæmones, qui executores sententiæ Christi erunt, nec ad alias creaturas quia (vt dicitur Sap. 9.) Armabit omnem creaturam in vltionem inimicorum suorum. Non poterunt fugere, quia grauitate mirabili tenebuntur, & ignis conflagrationis eos circundans impediet, ac etiã
Psal. 57. dæmones. Tunc (vt dicitur Matt. 13.) Exibunt angeli (hoc est dæmones, qui erũt executores, vt D. Hiero. dicit) & separabunt malos de medio iustorum. Iustum est enim vt quum homines peccatores dęmonibus se subdiderint peccando, subiiciantur eis in pœnis. Nec propter illam subiectionem diminuetur dęmonum pœna, Quia in hoc etiam quod alios torquent, ipsi etiam torquentur. Ibi etiam miserorum societas pœnas non minuet, sed augebit. Executio autem huius sententiæ præfigurata, fuit in punitione Dathan & Abiron, ad quos absorbendos (vt dicit Psal.) Aperta est terra, & deglutiuit Dathan, & operuit super congregationem Abiron. Sic post sen-
Psal. 105. tentiam ministerio dæmonum aperietur terra, & damnati cum igne conflagrationis & purgationibus terræ & maris in infernum detrudentur, vbi erit fletus & stridor C dentium. vnde dicit Euangelista, Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam, ad quam Dominus Iesus Christus, qui propter nos in hunc mundum venire, & tanta pro nobis pati voluit, per meritum suæ sacratissimæ passionis nos introducere dignetur Amen. 284

FINIS.

TITVLI RECENS ADDITI.

Ver. 6. *De modo essendi animæ in corpore.*

D 284 ADSCIENDVM quomodo Anima est in corpore, & an vna anima sit in toto corpore, & in qualibet eius parte tota, supponendum est primo ex Philo lo. 4 Physi. quod nouem sunt modi essendi. Primus vt pars integralis in toto, Prius digitus in manu. Secundus vt totum integrale in suis partibus, prout domus in parietibus tecto & fundamento. Tertius vt species in genere, prout homo in animali. Quartus vt genus in specie, prout animal in homine. Quintus vt forma substantialis in materia, quid dicitur informatiuus. Sextus ut accidens in subiecto, qui dicitur inhæsiuus. Septimus vt effectus in causa efficiente, vt planta in sole, & calor in igne. Octauus vt aliquid in suo fine, vt virtus in beatitudine, Nonus vt contentum in continente, prout vinum in dolio. ¶ Secundo supponendum est ex D Thoma, quod sicut triplex est totum, ita triplex est totalitas, & triplex diuisio ac etiam triplices partes. Quoddam enim totum dicitur potentiale, quod scilicet diuiditur in partes potestatiuas siue potentias distinctas adinuicem secūdum diuersa officia & obiecta, & hoc modo, Anima est totum potentiale. Et secundum hanc totalitatem potentialitatis, Anima non est tota in qualibet parte corporis, quum nō habeat in qualibet parte corporis omnes potentias, nec earum operationes. Est tamen tota in toto tanquam in primo, proprior, & adæquato perfectibili. Ideo non sequitur quod si tota anima totalitate essentiæ sit in aliqua parte corporis, quod sit in ea totalitate potentialitatis. Et quod nihil animę sit extra illam partem, quia illa pars non est perfectibile adæquatum. Propter eandem rationem etiam non sequitur, quod sicut quælibet pars ignis, est ignis, ita quælibet pars hominis, sit homo, licet sit composita ex materia & forma rationali, quia omnes operationes ignis seruantur in qualibet parte ignis, non tamen omnes operationes hominis seruatur in qua-

E 284 libet parte eius. Non enim videt per digitum aut pedem, licet ipsa existens in digito videat per oculum, cum non sit nisi vna Anima, numero, totalitate essentiæ in toto corpore. Si dicatur quod anima in vno corpore est vna & simplex, & quod ab vno non sequitur nisi vnum, &c. Dicendum quod vnum simplex potest habere virtutem ad plures & diuersas operationes, nec simplicitas animæ existimanda est ad modum puncti, quod habet determinatum situm in continuo. Ideo non potest esse in diuersis partibus continui. Sed dicitur simplex, quia caret quantitate, ideo non, applicatur ad continuum per contactum virtutis. Et quamuis vbi est subiectum sint accidentia eius, non tamen sequitur quod vbicunque est Anima sint omnes potentiæ eius, eo quod diuersæ potentiæ requirunt diuersas dispositiones, Nec anima est præcise subiectum earum, sed totum compositum, licet sint radicaliter in anima, & ab ipsa fluant ad organum. Ideo dicuntur passiones animę, & non totius compositi. Potentiæ vero quę non sunt annexæ organo corporeo, non egent diuersis dispositionibus corporis, ideo vbicunque est talis Anima, sunt illæ potentiæ ¶ Aliud autem totum dicitur integrale, quod constituitur ex pluribus partibus quantitatiuis vnitis, in quibus est diuisibile. Et hæc totalitas quantitatiua nulli formę conuenit per se, nec etiam eius diuisibilitas, licet aliquibus formis maxime accidentalibus, conueniat per accidens. Albedo enim non est quanta per se, sed solum per accidens, scilicet per superficiem cui inhæret. Et diuiditur ad eius diuisionem, quia albedo non est

1. p. q. 76. et 1. de anima, art. 10

Modi essendi. 9.

Totalitas diuisio, & pars triplex

Totum potentiale quid.

Totum integrale, quid.

forma, quæ requirat dissimiles dispositiones, ideo in qualibet parte superficiei re-
peritur dispositio primi perfectibilis. Et idem dicendum est de anima vegetatiua &
sensitiua animalium imperfectorum. maxime animalium anulosorum, in quibus se-
cundum D. Thomam, est vna anima in actu, & plures in potentia, & sic diuisibilis
est, vt patet in anguilla, cuius partes post diuisionem viuunt, cum moueantur a prin
cipio intrinseco coniuncto Et anima vegetatiua aliquando manet in parte corporis
non organica. Et ideo talis forma siue anima, quæ per accidens propter suam im-
perfectionem subiacet diuisioni, licet si tota in toto, non est tamen tota in qualibet
eius parte, sed est in diuersis partibus diuersa. Aliud vero totum dicitur essentiale, F
Totũ essentiale quid. quod diuiditur in partes essentiæ, sicut definitum in partes definitionis, vt ens natu- 284
rale in materiam & formam, loquendo de hac totalitate, quælibet forma substan-
tialis, imò etiam aliquæ accidentales, vt albedo, sunt totæ in toto, & totæ in qualibet
parte. Quia vbicunque est albedo, ibi est essentia albedinis Ita vbicunque est anima
Ex de Trinitate. rationalis. ibi est tota essentia eius, vt D. Augustinus dicit, Quod sic probari potest.
Anima dicitur in corpore informatiue siue essentialiter, eo quòd dat illi esse, sed ani
ma dat esse toti corpori cuilibet parti, ergo est in toto corpore, & in qualibet eius
parte dando illi esse existentiæ. Igitur, &c. Insuper Omne animarum in particulari,
dicitur totum naturale, & non secundum aggregationem, vt aceruus lapidum, ne-
que secundum compositionem, vt domus, quæ dicuntur vnum per accidens. Er-
go sequitur quod totum corpus animatum, & quælibet eius pars, accipiat vnum esse
ab anima. Vnde Philos. dicit quod recedente anima, neque oculus, neque caro, ne-
que aliqua alia pars remanet, nisi æquiuoce, quia non est possibile quod aliquid re-
cipiat esse & speciem ab aliquo separato, sed oportet quod forma sit aliquid eius cui
dat esse, cum forma & materia sint principia intrinsecus constituenda essentiam rei.
Præterea anima dicitur esse in toto, quia est forma totius, sed anima est forma cuius-
libet partis, ergo est in qualibet parte, & non solum in toto, sed etiã in qualibet par
te. Quòd etiam constat ex definitione animæ, quæ est actus corporis physici organi
ci. Corpus autem organicum est compositum ex pluribus organis. Si igitur anima
esset tantum in vna parte, non esset actus corporis organici, sed vnius organi dunta-
xat, Et aliæ partes essent perfectæ per alias formas & sic vnum corpus naturale nume
ro esset in diuersis speciebus, quod est manifeste falsum. Si dicatur quod anima, quũ
sit pars definitionis, non potest dici totum essentiale. Dicendum, vnum & idem po-
test dici totum & pars respectu diuersorum, & quod omne diffinibile potest dici to-
tum essentiale.

Ver. 8. *De diuite potentiarum adinuicem.*

POTENTIAE Animæ secundum Philos. 2. de Anima distinguuntur per a- A
ctus, & actus per obiecta, eo quod perfectibilia distinguuntur penes perfectiones, Sed 285
actus sunt perfectiones potentiarum & obiecta actuum, igitur, &c. Præterea omnis
1 p. q. 77. ar. 3. potentia animæ secundum Phil. ordinatur ad actum sicut ad finẽ, ergo eius ratio si-
ue species debet attendi ex actu & fine ad quem ordinatur. Cum omne ens cuius es-
11 Metha. se non est, nisi propter aliquem finem, habeat modum sibi determinatum ex fine, a-
lia frustra ordinaretur ad illum. Ideo serra requirit materiam duram & conuenien-
tem sectionis, quæ est finis eius, sed Deus & natura nihil faciunt frustra, & potentiæ
ordinantur ad actus tanquam ad finem, quia non ponuntur nisi propter actus, ergo
ex actibus recipiunt, speciem & distinctionem, alias frustra ponerentur. Ratio au-
tem actus diuersificatur secundum diuersam rationem obiecti, quod sic deduci po-
test, Omnis enim actio vel est potentiæ actiuæ, vel passiuæ, Si primum obiectum
comparatur ad actum, vt terminus & finis, vt in calefactione & refrigefactione, quæ
recipiunt speciem a termino sicut & cæteri motus. Terminus autem, & obiectum,
calefactionis est calor, quod frigefactionis est frigiditas, Igitur actus calefaciendi,
& frigefaciendi sumunt speciem & distinctionem an obiecto. Si vero sit obiectum,
compara-

comparatur ad actum, sicut principium & causa mouens, vt patet in potentia visiua, cuius obiectum est color, qui virtute substantiæ multiplicat species intentionales, quibus potentia visiua mouetur recipiendo illam. Et idem est de potentia auditiua & sono, & sic de aliis. Cum ergo color & sonus realiter distinguantur, sequitur quòd visus & auditus sint diuersæ potentiæ, & per consequens potentiæ actiuæ, & passiuæ accipiunt speciem & distinctionem ab obiectis. Non solum cognitiuè (vt quidam dicunt) sed etiam differentia intrinseca. Quia potentiæ in se habent naturalem & distinctam habitudinem ad sua obiecta, vt intellectus naturaliter tendit in verum, quod est obiectum per speciem intelligibilem sui obiecti in se receptam. Voluntas verò ex natura sua habet habitudinem, & inclinatur ad obiectum suum, quod est bonum absque similitudine sui obiecti in se recepta repræsentata tamen per intellectum Hinc est quod licet verum & bonum quæ sunt obiecta intellectus & voluntatis, sint idem realiter, & solum distinguãtur secundum rationem, intellectus tñ & *Potẽtiæ habẽt intrinsecas differentias.*

B 285 voluntas propter prædictas diuersas habitudines reales intrinsecas, distinguuntur realiter, & sunt diuersæ potentiæ, realiter distinctæ. Huius sententiæ est D. Thomas, qui in 1.2.q.18.ar.4.ad.2. dicit quod quanuis finis sit causa extrinseca debita tamẽ, proportio actus ad finem inhæret potentiæ & actioni. Et clarius in.4. de veri.q.15. art 2. in corp. arti. Nec tñ propterea sequitur quod intellectus & voluntas in Deo realiter distinguantur, quum non habeant illam differentiam intrinsecam, quia nec intellectus, nec voluntas Dei aliquid recipit ab obiecto. Licet autem anima humana non habeat nisi vnum finem vltimum. habet tamen alios ad illũ ordinatos, & sic eget diuersis potentiis. Et quanuis habitus sint perfectiones potentiarũ, non tamen oportet ꝙ potentiæ distinguantur per habitus, quia potentiæ non ordinantur ad habitus, sed è conuerso. Diuersitas enim, quæ est per accidens, non diuersificat potentiam. Et cum potentiæ sensitiuæ per se non respiciant rationem contrarietatis, sequitur quod potentia visiua albi & nigri est eadem. Et sic dicendum est de aliis potentiis sensitiuis exterioribus, quæ secundum Philosophum sunt per se vnius contrarietatis. Superiores tamen potentiæ respiciunt per se communiorem rationem obiecti. Ideo non sequitur quod obiecta quæ faciunt diuersitatem sensuũ exteriorũ, faciãt diuersitatem sensuũ interiorũ. Si dicatur quod nihil determinatur ad speciem per id quod est posterius, vel extrinsecum, sed actum est posterior potẽtia, & obiectum est extrinsecum igitur. &c. Dicendum quod licet actus sit posterior in esse, est tamen prior secundum intentionem naturæ quæ ordinauit potentiam ad actum. Vnde Philosoph. in. 2. de Anima, dicit actus priores esse potentiis, sicut finis agente. Obiectum vero, licet sit extriñecũ, est nihil omninus principium vel finis actionis. Principio autem & fini proportionantur ea quæ sunt extrinseca rei per intrinsecam habitudinem, vt dictum est. Nec tamen sequitur quod si principia potentiarum sint diuersarum specierum aut generum, ex quibus fluunt potentiæ tanquam propriæ passiones, potentiæ sensitiuæ distinguantur specie in esse potentiarum, cum habeant idem obiectum, quemadmodum quantitas cœli, & corporum corruptibilium sunt eiusdem generis, licet in esse Physica subiecta sint diuersorum generum. Non in- *Intellectus & voluntas Dei nõ distĩguũtur realiter.* *Organa nõ diuersificant potentias.*

C 285 conuenit etiam quod aliqui actus differant specie in esse moris, qui sunt eiusdem speciei in esse naturæ, vt actus matrimonii & fornicationis. Si dicatur quod vnumquodq; recipitur secundum modum recipientis, sed potentiæ sunt in orgãnis corporeis subiectiuè, ergo distinguuntur per organa, & sic in vno homine erunt plures potentiæ visiuæ. Negatur consequentia, quia potentiæ animæ non ordinantur, neque sunt facta propter organa, sed econuerso. *Car. de tur. cr. li. 1. sũ. de Ecc. c. 2. & 3.*

Ver. 3. *De ecclesia acceptione.*

ET Quia inter cæteros articulos sancti patres interseruerunt articulum de ecclesia sancta catolica & apostolica aliquid de ea dicendũ est, & primo de eius acceptione. Accipitur enim in sacris literis ecclesia multipliciter. Primo pro domo materiali diuinis laudibus & orationi dicata, ac etiam offerenda sacrificia & suscipiendum sacramenta, & hoc modo accipitur Iudith sexto, Conuocatus populus per totã

noctem intra ecclesiam orauerunt petentes auxilium a Deo. Et D Paulus. 1. Co-
rint. 11. An ecclesiam dei (hoc est domum orationis secundum Glossam) contem- D
nitis. Secundo accipitur pro vniuersitate omnium iustorum & sanctorum, tam via 285.
Ephe. 5 torum, quam comprehensorum. Et sic accepit Apostolus dicens de Christo, Ipsum constituit caput super omnem ecclesiam, hoc est sanctorum cōgregationem, Angelorum & hominum, quæ in cœlo & in terra est. Tertio accipitur pro vniuersitate omnium iustorum comprehensorum duntaxat. Et sic accepit Apostolus, cum dixit Christus caput est ecclesiæ, & ipse saluator corporis eius. & sic dicitur ecclesia triumphans. Quarto pro congregatione hominum qui sunt in gratia. Et sic Apostolus Eph. 5. Christus dilexit ecclesiam & tradidit semetipsum pro ea, mundans eam lauachro aquę in verbo vitæ. Et tales dicuntur esse de ecclesia numero & merito. Quinto pro vniuersitate omnium fidelium viatorum vtentium sacramentis, siue
Mat. 13.
Luc. 3. sint in gratia siue non. Et dicitur ecclesia militans. Et peccatores dicuntur de ecclesia numero & non merito. Et sic accepit. Dauid, Psal. 21. Erit apud te laus mea in ecclesia magna in populo graui laudaui te. Et sic comparatur sagenæ missæ in mari & omni genere piscium congreganti, &c. Et sic dicitur domus Dei magna, & ingens locus possessionis eius. Glossa in prædicto Psalmo, exponit, magna hoc est in toto orbe. Et D Augustinus ibi Ecclesia magna totus orbis est. Licet aliquando accipiatur pro ecclesia particulari, ut secundæ Corinthi primo. Ecclesiæ quæ est Cor. Aliquando etiam accipitur pro præsidente in ecclesia, vt in processu fraternæ correctionis, dic ecclesiæ, hoc est prelato. Aliquando pro subditis tantum, ut in actibus Apostolorum. 12. Oratio autem fiebat ab ecclesia ad Deum pro eo. Aliquando pro solis ecclesiasticis, aut eorum maiori parte, vt in c. 1. 63. dist. & c. cum apostolica 55. distinct. ¶ Ecclesia autem prout ad ea communiter loquuntur doctores, accipitur pro cœtu siue congregatione fidelium viatorum, qui sunt numero, vel merito adunati in fide & cultu visibili vnius veri Dei, & non vt Lutherani dicunt, pro cōgregatione sanctorum in spiritu, quam nesciamus ubi, sit aut ubi eam debeamus requirere. Sed pro congregatione omnium viatorum fidelium. siue boni sint, siue mali qui Christo in sacramento baptismi nomen dederunt. ¶ Author ecclesiæ est Deus sapientissimus & omnipotens. Finis vero eius est omnium fidelium salus. Quia quātum in ipso deo est, vult omnes fideles baptizatos saluos fieri. Vnde Mar. vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Sic vt nulli extra ecclesiam salus contingat, vt habetur in ca. firmiter §. vna de summa Trinitate & fide catholica extra. Et in hoc bene figurata fuit per arcam Noe, extra quam existentes submersi sunt.

¶ Ex præmissis apparet quod ecclesia catholica est visibilis, sensibilis, Siue euidens, & manifesta, visus enim plures rerum species nobis manifestat, & omnes sensus comprehendit. Quia tā prælatus, qui est caput, quam subditi, qui sunt membra, sunt visibiles, & visibiliter sacramento baptismi sunt intincti. Alias in vanum dixisset Chri-
Mat. 18. stus, Dic Ecclesiæ. Et si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publica- E
nus. Quod est blasphemum, maxime si dicatur quod fides est de non visis. Vnde di- 285
Heb. 11 citur substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium. Atqui habetur in symbolo, Credo in ecclesiam sanctam catholicam & apostolicā ergo nō videmus eam, & per consequens est inuisibilis. Hoc argumento, tāquam Achille, vtuntur Lutherani & neoterici hæretici. Sed dicendum quod licet ecclesia, quātū ad aliquas proprietates, puta quantum ad sanctitatē & virtutes eius, sit inuisibilis, nō tamen quātū ad supposita & exteriorem eius policiam siue ordinationem, Alias sequeretur, quod Christi policia esset inordinatissima & confusissima quod est hæreticum. Et ideo nō credimus ecclesiæ supposita, quæ sunt prælati & subditi, aut exteriorem eius ordinationem. Sed bene credimus interiorem sanctitatem, & virtutem ligandi atque soluendi, ac etiam eius finem. ¶ Notandum ēt quod in symbolo, non dicitur, Credo
Ser. de tempore. li. 1. de Eccl. c. 20. in ecclesiam sanctam, quia in solum Deum credendum est. Vnde D. Augustin. super illud, creditis in Deum & in me credite, dicit, Nunquam aliquis apostolorum ausus est dicere. Credite in me. Et super illud, omni credenti in eum, qui iustificat impium,

pium, ait, aliud est credere illi, aliud est credere illum, aliud est credere illum, vt dictum est supra hoc capite. §.2. ver 1. Et cum dicitur in symbolo, Credo in spiritum sanctum sanctam ecclesiam, &c. Illa dictio, in, non refertur ad ecclesiam, sed a spiritû sanctum qui sanctificat. ¶ Notandum est quod licet ecclesia secundum rationem vniuersalitatis non possit stare in vno complexiue, tamen quoad fidem, in qua fundatur ecclesia, & a quo aliquis dicitur de ecclesia bene potest seruari in vno. Vnde Hieron super Psal 33. dicit, Vbi vera fides est, ibi ecclesia est. Et Iuristæ dicunt, quod ius uniuersitatis potest seruari in vno. Sic potest dici de ecclesia, quod potest seruari in vno, prout dicitur de virgine Maria, quod in ea sola in triduo sepulturæ Christi mansit fides explicata de diuinitate Christi, quamuis multi alii per Iudæam existentes habere possent fidem catholicam actualem & implicitam, non tamen explicitā de diuinitate Christi. Ioan. 14. Rom. 4.

Ver. 4 *De differentia ecclesiæ et synagogæ.*

F ECCLESIA et Synagoga secundū Bedam in expositione illius passus Pro Cardi. de Turre cremat lib. 1. cap. 1.
285 uer 5. Pene fui in omni malo in medio ecclesiæ & Synagogæ. Sunt nomina græca, & vnam eandemque rem significare videntur, videlicet conuentum plurimorum ad inuicem. Si tamen subtilius distinguantur ecclesia conuocatio. Synagoga, congregatio, interpretatur. Vox autem et conuocatio proprie est rōnalis creaturæ. Congregatio vero etiam irrationabilium esse potest. Vnde Genes 1 dicitur, Congregentur aquę, quæ sub cœlo sunt & Matt. 23 gallina dicitur congregare pullos suos sub alas. Cum autem soli fideles, qui verbum rationale fidei audiunt, & mēte percipiūt, sint inter homines rationales habendi, sequitur quod verus ille Hebræorū populus, quā diu in vnius veri dei fide & cultu permansit, vtroque nomine ecclesia & Synagoga legitur appelatus, prout in multis sacræ scripturæ locis patet. Vnde Numeri 16. vocatur Synagoga cum dicitur, Insurrexerunt contra Mosen ducenti quinquaginta viri proceres Synagogæ. Et in eodem libro cap. 20 Ecclesia legitur nominatus, cum dictum fuit Mosi, cur eduxisti ecclesiam dei in solitudinem? Verum quia post aduentum Saluatoris nostris populus Iudæorum, paucis exceptis, tenebris infidelitaris excæcatus fuit, distinctionis gratia, prædicta nomina partita sunt, vt illa pars Hebræorum, quæ lumen fidei non recepit, quasi irrationabilium animalium congregatio, Synagoga tantum dicta sit. Pars vero Hebræorum & aliorum, qui in Christum crediderunt, ecclesia & nunquam Synagoga sit appellata. Vnde D. August super illud Psal. 81. Deus stetit in Synagoga deorum, hoc est populorum Israel, dicit, Ipsorum proprie Synagoga dici solet quamuis aliquando ecclesia fuerit dicta. Sed nostram Apostolis Synagogam nūnquā dixerunt, sed ecclesiā, siue discernēdi causa, siue quod inter congregatione, vnde Synagoga, & conuocationem, vnde ecclesia, nomen accepit, aliquid distet, scilicet quod congregari & pecora solent. Conuocari est magis vtentium ratione. Et Isidorus 8. libro Ethimo. cap. 8 dicit, ut noretur Iudæorū infidelitas dicta est eorum Synagoga quasi pecorum & indiscretorum, & ut ipsa fi-
A deliras nostra, ipso vocabulo inueretur nostra, dicta est ecclesia, hoc est conuocatio
286 rationabilium & discretorum. Vnde Dauid de ecclesia dicit Psal. 34. Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo graui laudabo te. Populus enim ecclesię, vt inquit Albertus magnus dicitur esse grauis maturitate virtutis, & illi soli qui rationem colunt, & rationabiles Dei voces intelligunt, & audiunt vocationem Christi.

Ver. 5. *De ecclesiæ vnitate.*

ECCLESIA plures habet proprietates & dignitates, quarum prima est vnitas quia dicitur vna. Vnde in symbolo & unam sanctam ecclesiam. & Salomō Cā. 6 Vna est columba mea, vna est perfecta mea Vbi Glossa dicit, quamuis sint diuersæ personæ, est tamen vna ecclesia. Dicitur autem vna multiplici vnitate. Primo vnitate fidei, Vnde Apost unus dominus, una fides, unum baptisma. Et alibi, Etenim in uno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus. Et. 1. Corin. 10. Omnes Cardi. de tur. crem. lib. 1. ca. 5. 6. 7. 7. Ephe. 4.

vnum

vnum corpus sumus qui de vno pane,& de vno calice participamus. Et D. Hieronymus ad Euandrum episcopum & habetur.93.distin. Nec altera Romanæ vobis ecclesia,altera totius orbis existimanda est. Nam Galliæ,Britaniæ,& Africanæ. Persis & Oriens,& India vnum Christum adorant,vnam obseruant regulam veritatis. Dicitur etiam vna vnitate spei, de qua Apostolus, Vocati estis vna spe vocationis vestræ.vbi Glo Hoc est ad vna rem sperarã. Hæc vnitas potest etiam dici vnitas finis vltimi,qui est beatitudo ad quam ordinatur. Vnde D. August. super illud Psal. 85. Omnes gentes,&c.dicit,multæ gentes & vna gens. Sed quare vna gens? Quia vna expectatio. Postremo dicitur vna vnitate vnius præsidentis rectoris & gubernatoris visibiliter conuersantis cum ea. Vnde Iohel. 1. Congregabuntur filii Iudæ & filii Israel pariter, & ponent sibi caput vnum.Et Christus Ioann.10. fiet vnum ouile & vnus pastor.Deinde dixit Petro,Ioann.21.Pasce oues meas. Sed de his am
Apoc. 1. plius infra c.17.§.7.ver.5.cũ de primatu Petri aget. Et licet,vt dictũ, est sint plures ecclesiæ particulares,D.enim Ioann.scripsit septem ecclesiis, quæ sunt in Asia. B
& Psal.66. dicat, In ecclesiis benedicite domino. Illę tamen omnes dicuntur vna 186
rationibus prædictis. Et quanuis videatur aliqua distinctio accidentalis inter ecclesiam antiqui testamenti & noui,ac etiam inter ecclesiã,quę nunc est, & ecclesiã primitiuã,& alia fuerit tunc congregatio fidelium quàm nunc sit, quia non semper fuerunt idem fideles,non tñ sequitur quòd sint diuersæ ecclesiæ,quia accidentia nõ uariatur substantiam rei Sicut licet aqua fluminis continuo fluat,& non sit semper eadem aqua,est tamen idem flumen, quod quandoque crescit & decrescit. Sic ecclesia,quæ,quoad succesionem & numerum fidelium crescit, & nunc decrescit. vnde Christus Luc.18. Quum venerit filius hominis,putasne inueniet fidem in terra?Differentia et primatiuæ ecclesiæ,& eius,quæ nunc est, accipienda est ex parte populi & eius dispositione,scilicet feruore & perfectione,& non ex parte fidei, quæ eadẽ est nunc,quæ antea erat,sicut etiam eadem erat fides patrum antiqui testamẽti.& noui, si consideretur obiectum eius secundum se, prout est res credita extra animam existens,A quo obiecto sic considerato obiectum habitus propriæ accipit vnitatem siue pluralitatem. Vnde apostolus de se & aliis patribus antiqui testamenti loquẽs dicit,habentes eundem spiritum fidei,s.quem patres veteris testamenti habuerunt. Vbi D. August.ostendit quod in iustis diuersorum temporum eadem fides est. Eadem enim,inquit,fides est,quæ iustos saluabit antiquos, & ea quæ saluat nos scilicet mediatoris Dei, & hominum, tempora variata sunt, sed non fides. Licet etiam si consideretur obiectum, vt est participatum a cognoscente, siue secundum quòd est in acceptione nostra,plurificetur per diuersa enunciabilia siue propositiones. Alia enim est propositio de præsenti,alia de futuro. Vnde hodie aliquis infidelis reputaretur si crederet Christũ incarnandum, aut si actu protestaretur per circũcisionẽ aut alia ceremonialia Propter hoc tamen nec incarnatio, aut passio,aut re- C
surrectio in se variata esset, est enim vnum & idem tẽpus, sed sunt diuersi respe- 186
ctus. Quorum vnus est ad aliquos qui nunc sunt fideles,secundum quem dicitur præteritum. Et alius ad eos qui fuerunt, secundum quem dicitur apud antiquos futurũ. Et sic diuersa confessio exterior, siue diuersa potestatio, quæ est actus fidei,non diuersificat fidẽ ex parte obiecti,sed solũ ex parte subiecti. Exemplũ datur de exploratoribus terræ promissionis qui portabãt botrũ in stipite,primus præcedebat & nõ videbat botrũ, cũ esse post secundus vero videbat ,quia erat ante se, tamen idem, botrus erat qui figurabat Christũ,&c. Nec obstat quod fides nunc sit magis explicita quam esset olim. Quia scire aliquid in uniuersali & particulari nõ diuersificat scientiam,nisi quantũ ad modũ sciendi,sed non quantum ad rem scitam,a qua habitus habet unitatem,prout fides a re credita. Et ideo nunc ecclesia dicitur christiana, & non olim. Licet olim esset Christiana ,cum fides esset de Christo uẽturo, sed olim non adeo erat explicita. Si dicatur quod in ecclesia non fuit semper unus pastor & director,qui uisibiliter conuersaretur cum ea,ut in lege naturæ, in qua una erat ecclesia,quæ non subdebatur uni, & tempore Mosi non omnes fideles subdebantur

ci,

ei, prout Iob, & multi alii gentiles qui fuerunt in gratia tempore successorũ eius, vt *3. de civ.*
D. Aug dicit, Et nũc quũ Papa moritur, non omnes subiiciuntur vni sicut cũ viuit.
Ergo vnitas pastoris nihil facit ad vnitatem ecclesiæ. Negatur consequentia. Licet. n.
ecclesia non fuerit semper in tali dispositione, quod ab vno pastore vice domini no-
stri Iesu Christi, cum ea visibiliter conuersaretur, & dirigeretur actu, tamen bene a-
ptitudine, Multa enim per temporũ successionem instituta sunt in ecclesia, quæ non
D fuerunt a principio. Quæ tempore, quo instituta non fuerunt, non importabant ne
886 cessitatem. Facta tamen institutione de necessitate veniant obseruanda. Dicũt enim
doctores super illud Cant. vlt. Soror nostra paruula est, & vbera non habet. Quod
ecclesia, quę hic soror dicitur, in principio sui status, ante plenitudinis gratiæ tẽpus
in quo gratia, & veritas per Iesum Christũ facta est, fuit paruula non modo populi
paucitate, sed etiam donis gratiarũ, vnde Hugo de sancto victore. Oportuit iniquit,
vt secundũ precessionem temporũ, spiritualiũ gratiarũ signa magis ac magis daren-
tur. Plane post incarnationem filii dei copiosior facta est splẽdore doctrinæ, pulchri
tudine ordinis, locupletior sacramentorũ efficacia salutari, excellẽtior nobilitate re
giminis Et secundum hoc debet intelligi illud Christi. Et super hanc petram ædifi-
cabo ecclesiã meã, quæ tamen prius erat ædificata, quia, vt inferius dicetur ab Abel
sumpsit exordium Et quamuis papa moriatur, sedes tamen apostolica, non moritur,
quia potestas eligẽdi vnum semper manet in ecclesiã in habitu ¶ Non obstat etiam
quod multi non baptizati sint in gratia, vt martyres, & cathecumini, qui si morian *Mat. 16*
tur, saluantur, & per consequens sunt de ecclesia, cum omnes in gratia sit de ecclesia *Hos. 5*
& tamen non omnes sunt baptizati baptismo aquæ, quia habent baptismũ aquæ in *Ver. 1?.*
voto. Nam vt D. Aug. ait, Tunc prodest baptismus sanguinis vel fluminis cũ baptis
mum fluminis non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit.
¶ Ex pręmissis sequitur, quod extra ecclesiam nõ patet alicui salus. Quia cũ vnitas *Heb. 11*
ecclesiæ pendeat ab vnitate fidei, & secũdũ apostolũ, impossibile sit absq; fide Chri
sti placere deo. Cũ fides sit substantia, & principiũ ac primũ fundamentũ beatitudi
nis, vt dicit glos super illud, Fundamentũ aliud nemo potest ponere præter id quod
positum est, quod est Christus Iesus, hoc est fides Iesu Christi. unde in cõcilio La
teranẽ. & habetur in c. firmiter. §. vna extra de summa trinitate, & fide catholica, di
citur, vna vero est fidelium vniuersalis ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur
& quoad hoc figurata fuit per Arcam Noe, quia quemadmodum omnes qui tempo
re diluuii extra illam erant submersi sunt, Sic omnes qui extra ecclesiam moriuntur
submerguntur in inferno: vnde dicebat D. Petrus, Non est aliud nomẽ sub cœlo da
tum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. ideo D. Aug. & recitatur in c. om
nis. 28 q. 3. Omnis infidelium vita peccatum est, id est cum peccato: Venerabilis Be *Act. 4.*
da, & recitatur in c. Quicunq; 24. q. dicit, Quicunq; ab vnitate fidei uel societate Pe
tri apostol (quæ est ecclesia) quomodolibet seipsos segregant tales nec vinculis pec
catorum absolui, quæ ianuam possunt regni cœlestis introire: Ex his manifeste ap-
paret quantum perniciose errant, & hallucinentur dicentes quemlibet in sua secta
posse saluari.

E *Ver. 6.* *De sanctitate ecclesiæ.*

286 ALIA PROPRIETAS, & dignitas ecclesiæ, dicitur sanctitas, ecclesiã *Car. de tur*
dici sanctam manifestum est ex symbolo apostolorum, Dicitur autem sancta, hoc *re cre. lib. 1*
est munda ab omni peccati macula, Sanctum enim idem est, quod mundum, Vnde *summæ de*
D. Dionysi dicit, quod sanctitas est ad omni immunditia perfecta liberatio. De hac *eccl. c. 9. 10*
sanctitate habetur Cant. 4: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Et *11. 12. 13.*
Aposto. Templum dei sanctum est, quod estis vos. Et alibi, Christus dilexit eccle- *c. de Di.*
siam, & semetipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauachro *Nomin.*
aquæ in verbo vitę, vt exhiberet ipse gloriosam ecclesiam non habentem maculam *1. Cor. 3.*
aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata ¶ Notandum
tamen, quod ecclesia non dicitur sanctam per naturam siue essentiã, sicut deus, qui
ut dicitur in hymno angelico, est solus sanctus & 1. Reg. 2. Quis sanctus, vt dominus
sed

ſed dicitur ſancta per participationem gratiæ. Fideles enim in gratia exiſtentes di-
Pſal. 85. cuntur ſancti. Vnde Dauid dicebat, Cuſtodit animam meam, quoniam ſanctus ſum.
Notandũ tamen, ꝙ duplex ſanctitas, quædam quæ dicit deliberationẽ non ab omni-
bus immũditiis culpę, & pœnæ; ſed ſolũ ab immunditiis, quæ gratiæ aut charitati ad-
uerſantur, ſicut ſunt culpa originalis, & mortalis, & non culpa venialis, quæ non cõ
trariatur gratia, & charitati cũ ſit cum ea, vt dictũ eſt Et tali ſanctitate eccleſia mi-
c. q. §. 1. litans dicitur ſancta. vnde Apoſt. Omnibus qui ſunt Romæ dilectis dei vocati ſan-
Rom. 1. ctis. Alia eſt ſanctitas, quæ dicit deliberationem ab omni immũditia, & corruptione
culpæ, & pœnæ, & talis eſt ſanctitas patriæ, & eccleſiæ triũphãtis. De qua Pſal. Glo
ria hæc eſt omnibus ſanctis eius, eccleſia uero militans non dicitur ſancta tali ſancti F
tate, quia vt D Ioan. dicit, Si dixerimus, quia peccatũ non habemus, ipſi nos ſeduci- 286
1. Ioan. 1 mus, & veritas in nobis nõ eſt. Et Salomon, ſepties in die cadit iuſtus, & reſurgit. Et
Prou. 24 Chriſtus, docet omnes fideles orare pro remiſſione peccatorum, & dicere, dimitte
Mat. 6 nobis debita noſtra, Et D. Hier. exponens illud, Beati immaculati in uia, dicit, Quo
Pſal. 118. modo immaculati, quum abſq; minutis peccatis diu eſſe non poſſint. Reſpõdẽs ait,
Mat. 13 Beati immaculati ſine macula, hoc eſt ſine mortalibus criminibus. Et quamuis in ec
cleſia mali ſint permixti bonis, iuxta illud, Simile eſt regnum cœlorũ ſagenę miſſæ
in mare, & ex omni genere piſcium congreganti, &c & mali ſint numero multo plu
res quam boni, iuxta illud, Multi ſunt vocati, pauci vero electi Nõ tamen ſequitur,
Mat. 20. quod eccleſia ſit ſpelũca latronum, & non debeat dici ſancta, cum a nobiliori fiat de
nominatio, Nec per hoc quod dicitur eccleſia ſancta, datur intelligi quod omnia ec
cleſię membra ſint ſancta, ſed ſolũ illa quę ſunt numero, & merito de eccleſia, quæ
ſunt propriè membra Chriſti, fideles. ſ. qui in dilectione charitatis ſunt Chriſto in
corporati. Nec etiam intelligendum eſt eccleſiam ſic dici ſanctam, quod aliqui de ec
cleſia fuerunt ſemper ſancti, cum cõſtet omnes, dempto Chriſto, & D. Virgine, eſſe
Rom. 5 concluſos, ſub peccato, iuxta illud, Per vnum hominem peccatum in hunc mundũ
intrauit, &c. Multi etiam fuerunt in gratia, qui deciderunt ab ea. Sed dicitur eccleſia
ſemper ſancta, quia in omni tempore in eccleſia, quæ vtitur ſacramentis viſibilibus
fuerũt aliqui iuſti, & ſancti, licet non pro omni tempore. Si allegetur dictũ D. Hier.
quod habetur in. §. eccleſia, de pœnitentia diſt. 1. vbi dicitur, Poſſibile autem eſt, vt
quando eccleſia, quæ prius rugã, & maculã ac immũditiã habuit, poſtea reſtituta eſt
ita, & peccator current ad medicũ, &c. Et ſuper illud Pſal. 44. Audi filia, & vide, &c.
dicit idem Hieronymus, Obliuiſcere domum patris tui, hoc eſt diabolũ qui te prius
genuerat, quia totus mundus in maligno poſitus fuerat. Ideo inclina aurem tuam.
Quia concupiuit rex Chriſtus Ieſus ſpeciem tuam, quia nigra eras in domo patris
tui, nũc autem aſcendens poſt baptiſma abluta es. Et infra. Ante fœdata, & deformis
erat eccleſia, ſed poſtea pulchra, & ſpecioſa per lauachrum baptiſmi. His, & aliis ſi-
milibus dicendum quod non loquitur de eccleſia ab eius inchoatione collectiue, ſiue A
pro omnibus fidelibus, ſed pro aliquibus membris eccleſiæ diſtributiuæ. 286

Ver. 5. *De eccleſię uniuerſalitate.*

EX SYMBOLO fidei, & ex concilio Niceno conſtat Eccleſiã eſſe catholi-
Car. de tur cam, hoc eſt vniuerſalem. Ad cuius euidentiam ſciendum, eſt quod, hoc nomen ca-
cre. libr. 1. tholicum conſueuit attribui tribus, Primo fideli Chriſtiano, vt Diuus Hierony-
ſum. de Ec mus ait, & habetur in cap. hæc eſt. 24 q. ubi dicitur, Hæc eſt fides beatiſſime pater,
cl. c. 14. 15 & infra dicit, Quicunque me culpare voluerit, ſe imperitum, vel maleuolum, vel
16. 17. etiam non catholicum comprobabit. Quia fidelis ideo dicitur catholicus, quia cre-
dit omnibus, quæ fides docet, & eccleſia determinat eſſe credenda, & ei in omnibus
obedit. Secundo attribuitur fidei ut habetur in ſymbolo Athanaſii, hæc eſt fides ca
tholica, &c. Fides autẽ dicitur catholica ſiue uniuerſalis quadruplici vniuerſalitate.
Primo vniuerſalitate ueritatis, quia ſit uniuerſaliter vera, ut nihil ei falſitatis ſubiici
poſſit, vt dictũ eſt. Secũdo vniuerſalitate tẽporis, quia omni tempore eccleſia illã te
nuit, tenet, & tenebit. Vnde Matth. vltimo, Ecce ego vobiſcum ſum vſq; ad conſum
mationem

mationem seculi. Tertio vniuersalitate obseruationis & obedientiæ, siue obligatio nis, quia eius præcepta non vni genti tantum, sed omnibus proponit obseruanda, quod non conueniebat synagogę. Quarto vniuersalitate annunciationis, quia annũ tiata vel annuncianda est per vniuersum orbem. ¶ Et quia circa huiusmodi est difficultas, paulisper nobis insistendum est, & quid probabilibus sit inquirendum. Certum est enim Dauidem Psal. 18. prophetasse de Apostolis, cum ait. In omnem terrã exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Vbi propheta propter certitudinem diuinæ præordinationis vtitur præterito pro futuro, sicut cum dixit Psa. 21. Foderunt manus meas & pedes meos. Hanc diuinam pręordinationem Christus executioni mandari iussit Apostolis dicens, Matt. vlt Euntes in mũdum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ. Quorum executionem D. Marcus recitat dicens, Illi autem profecti prædicauernnt vbique. Et Apost: de huiusmodi loquens, recitando dictum Esaiæ, Domine quis credidit auditui nostro? Sed dico, nunquid non audierunt? Equidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. De quibus finibus Esa. 24. A finibus terræ laudes audiuimus viri iusti. Aliqui dicunt quòd tempore quo Apost hæc scribebat euangelium erat prædicatum in toto orbe, & sic accepit proprie verbum exiuit pro præterito, quòd Psalmista acceperat pro futuro, & adducit pro se illud quod scribitur act. 2. Erant autem Hierosolymis religiosi viri ex omni natione quæ sub cœlo est, qui venerant ad diem festum Pentecostes, qui audierunt sonum Apostolorum, & detulerunt ad omnes fines terrę. D. Tamen Thomas super illi verbis Apostoli recitat D. Augustinum dicentem quòd hæc verba non erant completa, quando Apostolus talia loquebatur, sed præuidebat esse implenda per successores Apostolorum, quos etiam idem Apostolus vocat Apostolos, dicens, Et ipse (scilicet Christus) quosdam quidem dedit Apostolos, &c. vsque ad consummationem sanctorum in opus ministerii in ædificationem corporis Christi, donec occuramus omnes in vnitatem fidei, &c. Et D. Augu. qui erat anno domini. 500. seu circa, dixit fuisse quasdam gentes in Africæ partibus quibus non erat Chisti fides prædicata Huic expositioni congruit illud Matt. vbi ponuntur signa iudicii generalis & consummationis seculi. Vbi post multa dicitur, Et prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet cõsummatio Et Mar. 13. Et in omnes gentes primum oportet prædicari euangelium. Et quamuis in prædictis capitibus aliqua signa pertinere videantur ad consummationem Hierusalem. Ex quo aliqui opinati sunt euangelium regni fuisse prædicatum omnibus gentibus ante excidium Hierosolymorum, maxime cum illa signa videantur data Apostolis, postquam ostenderunt lapides & structuras siue ædificationes templi, quibus Christus respondit. Videtis omnia hęc? amen dico vobis non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur. Et confirmant per illud D. Mar. Illi autem profecti prædicauerunt vbique. Veruntamẽ ex contextu euangelii D. Matt apparet quod signum datum de prædicatione euangelii, refertur ad consummationem totius orbis. Nam ibi dicitur, sedente autem eo super montem Oliueti accesserunt secrete discipuli dicentes, Dic nobis quando hæc erunt, & quod signum aduentus tui & cõsummationis seculi? Tunc Christus respondit, vt dictum est, & præmisit, quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum, quæ tamen tempore apostolorum ferueba t. Insuper efficacissimum argumentum pro hac opinione est inuentio nouarum insularum facta tempore nostro a rege Portugaliæ, de quibus antea nullus historiographorum aut cosmographorũ meminit, in quib sũt antipodæ, vt dicetur infra c. 21. §. 2. uersi. 8. qui ante tempora nostra nihil penitus de Christo audierant, nec in communi, nec in particulari, Nec etiam aliquos rumores audierant, quum oppositum nullo modo possit probari. Et quum dicitur illi profecti prædicauerunt vbique, debet intelligi siue exponi, idest in omnibus locis in quibus ipsi fuerunt, prædicauerunt euangelium, aut quod illi vel successores eorum prædicauerunt vel prædicabunt vbique, antequam sit consummatio orbis. Nec obstat illud quod ex actis apostolorum adductum est ex omni

Margin notes: Ver 3 §. 1 huius cap. — An euangelium prædicatum sit in vniuerso or. e. — B 287 — Mar. ult. — Rom. 10. — Ephe. 4. — Matt. 24. — C 287 — Mar. ult. — Matt. 24.

ni natione quæ sub cœlo est, &c. Quia per hoc non datur intelligi quòd ex omni natione quæ sub cœlo, est tunc fuissent aliqui Iudæi in illis insulis nouiter repertis. Nec certum sit quod de omni natione nota essent aliqui Iudæi. Sed debent illa verba intelligi, quod aliqui ex Iudæis de quacunque natione quæ sub cœlo est, vbi erant Iudæi, venerunt Hierosolymam, &c. quum Iudæi non fuissent dispersi in omnes nationes notas. Vel potest intelligi de omni natione nota subiecta Romano imperio. Et quum Apostolus dicit, Nunquid non audierunt, &c. scribebat Romanis, quorum aliqui interferunt Hierosolymis, vt dicitur Actuum. 2. Potest tamen concedi secundum diuum Chrysostomum quod tempore Apostolorum rumor & fama prædicationis de Christo, peruenit ad omnes mundi nationes notas. Non tamen sic quod in omnibus gentibus ædificata esset Ecclesia, quod implendum erat ante seculi consummationem, vt D Aug dicit. & sic non habetur quòd ad singulos homines fama prædicationis aduenerit. Et sic fides non dicitur catholica siue vniuersalis pro singulis generum, sed pro generibus singulorum, quia ex omni conditione hominum aliqui adhærent, & omnes viatores vniuersaliter adhærere tenentur, secundum illud Apoc. 5. Redemisti nos Deus sanguine tuo ex omni tribu, populo, & natione, &c. & sic etiam dicitur vniuersalis vniuersitate locorum, quia per omnia loca diffusa vel diffundenda. De hac vniuersalitate loquitur Dauid cum ait, A finibus terræ ad te clamaui. Et alibi, A solis ortu vsque ad occasum laudabile nomē domini. Dicitur etiam vniuersalis, quia continet remedia vniuersalia siue medicamina, ad curationē cuiuscunque morbi & membri spiritualis efficaciā spiritualem habentia, quæ sunt sæpe sacramenta, in quibus sub velamine rerum sensibilium diuina virtus secretius operatur. Notandum tamen quod licet Ecclesia ex quo incepit esse, fuerit semper catholica & vniuersalis vniuersalitate puritatis, sanctitatis, & veritatis. Non tamen vniuersalitate dilatationis, nec vniuersitate præceptorum aut remediorum, quia vt dicit Psal. 75. Notus in Iudæa deus. Et Psal. 147. Non fecit taliter omni nationi, &, iudicia sua non manifestauit eis Vnde lex Moysi nō obligabat Gentiles. Hac vniuersalitate dilatationis, cœpit Ecclesia esse catholica, cum fides annunciata est per Apostolos in vniuersum mundum. ¶ Notandū præterea quod Ecclesia dicitur vniuersalis dupliciter uno modo, quia constat ex diuersis ecclesiis, & sic sumitur in c. alienus; 24. q. 1. vbi ex D. Cypriano dicitur, Alienus est, prophanus est, hostis est, non potest deū habere patrē, qui vniuersalis Ecclesiæ non tenet unitatem. Et secundum hanc significationem Ecclesia Romana non est vniuersalis, sed pars Ecclesiæ vniuersalis, prima videlicet & præcipua, uelut caput in corpore, vt habetur in c. quamuis. 21. distin. Alio modo Ecclesia dicitur catholica siue vniuersalis, quia sub se continet Ecclesias vniuersas, seu præest vniuersis. Et hoc modo ecclesia Romana dicitur vniuersalis, vt scribitur in dicto c quanuis. Hoc ēt modo accipiendo ecclesiam uniuersalē papa dicitur pastor & rector vniuersalis ecclesiæ ut in c. in nomini. 23. dist. & Ioan. 10. Erit vnū ouile & unus pastor, cui omnes oues indistinctè erunt commissæ, quod factū fuit, cum dictū fuit Petro, Pasce oues meas. Vnde tota synodus Calcedonen dicitur acclamasse Leoni papæ, sanctissimus, apostolicus, œconomicus, id est uniuersalis patriarcha per multos annos viuat. Nec obstat cap. nullus, & cap. Ecce 99. distinctio, vbi prohibetur Romanum pontificem dici vniuersalem Quia dicta prohibitio facta est ne putetur quod papa perficiatur cuilibet particulari ecclesiæ, vt proprius & specialis illius ecclesiæ rector, Quia sic cessarent omnium aliorū pontificum potestas. Sed non prohibetur uocari vniuersalis, hoc est supremus, & principalis post Christum. Ecclesiæ autem particulares possunt dici catholicæ, non ratione diffusionis, sed ratione fidei catholicæ, quæ est communis omnibus ecclesiis, & hoc modo etiam omnes fideles dicuntur catholici.

¶ Ex præmissis apparet quod nulla alia quam Christiana religio debet dici catholica. Vt Diuus Augustinus ait, Quia licet quælibet secta proponat quæ tradit ab omnibus vniuersaliter credenda & obseruanda. Hoc tamen iure non competit cuiuscunque sectæ, quæ si hoc sibi uendicare præsumat, ad hoc tamen nunquam pertingit

Chry. super Math. — D 287

Ad hebræ.

Psal. 60.

E 287

Ioan. 21.

Lib. de vera religione.

tingit neque pertingere potest. Et quanuis Idololatria ad omnes mundi partes petti gerit, non tamen iuridice. Neque etiam idololatria erat una religio vniuersaliter obseruata, sed apud diuersos diuersa, cum diuersi diuersos deos colendos sibi instituerint. Nec etiam ab omnibus nationibus fuit recepta, cũ a veris dei cultoribus fuerit reprobata, ac etiam a sapientibus gentiliũ, qui dicebant huiusmodi cæremonias esse obseruandas, tanquam legibus iussas, non tanquam diis placitas, vt de Seneca dicit D. August. 16. de Ciu. Dei.

Ver 8. *De Ecclesia apostolica.*

F ECCLESIAM dei esse apostolicam sancti patres in sybolo professi sunt di
188 centes, Credo vnam sanctam catholicam, & Apostolicam ecclesiam, ꝙ symbolũ D. Greg exponens ait. Credo vnam fidem, vnum baptisma, vnam apostolicam, & vniuersalem ecclesiam. Sancti enim patres (vt dicit Albertus magnus) apposuerunt in suo symbolo, supra symbolum apostolorum, quod ecclesia esset catholica ad ostendẽdum eius authoritatem contra nouitatum præsumptores, qui nouella, & peregrina dogmata in ecclesia introducere non verentur. Dicitur autem ecclesia apostolica triplici ratione, primo quia Apostoli primo Christo adhæserunt, & primitias spiritus habuerunt. Vnde Apostolus, Elegit nos deus primitias in salutem spiritus, & fide veritatis. Et alibi, Nos ipsi primitias spiritus habentes, vbi glo dicit tempore prius, & cæteris abundantius, Secundo quia apostoli post ascensionem domini in fide, & sancta doctrina verbo, & exemplo sanctitatis, & miraculis eam fundauerunt. vnde Apostolus, Superædificati scilicet estis, super fundamentum apostolorum, & prophetarum, hoc super nouum, & vetus testamentum, quia quæ Apostoli prædicauerunt hoc prophetæ prædixerunt. Car. de incarnatione lib. 1 summæ. c. 18 et 19 D. Grego. in registro. 2. Thess. 2. Rom. 8. Eph. 2.

¶ Nec obstat quod solus Christus dicatur fundamentum iuxta illud, fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positũ est, quod est Christus Iesus, quia intelligitur de fundamento primo, & principali. Nihilominus tamẽ Apostoli dicuntur fundamenta secundaria ecclesiæ. vnde D. Io. de ecclesia loquens, dicit, Muros ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina apostolorum & agni. Et quanuis propheta dicantur fundamenta. vt dictum est, ecclesia tamẽ nõ est a sanctis patribus dicta prophetica, quemadmodum apostolica, tum quia apostoli fidem magis explicitam, & elucidatam tradiderũt quam prophetæ, vnde gloss. super illud, tenebrosa aqua in nubibus aeris, dicit obscura doctrina est in prophetis, tum etiam quia prædicatio apostolorum fuit vniuersalior, & diffusior, quam prophetarum, cum in omnem terram exiuerit sonus eorũ, prædicatio vero prophetarũ soli populo Iudæorũ nota fuit, tum etiã quia omnis Christianę religionis, & sacrarũ in 1. Cor. 3. Psal. 17. Psal. 18.
A stitutionum ecclesiasticarũ obseruantia, per traditionẽ apostolorũ est ad ecclesiã de
188 riuata, vt habetur in c. ecclesiasticarũ. 11. dist. Et D. Aug. illa quæ per vniuersam custodiuntur ecclesiam, ab ipsi apostolis tradita, & commemorata creduntur, quanuis in eorum dictis vel consiliis non reperiantur. Hinc sedes beati Petri quæ nobis mater, est & magistra rationis, quæ etiam a tramite apostolicæ traditionis nunquam recessit (iuxta c. a recta 14. q. 1.) specialiter apostolica nominatur. Aug li. 2. de Bap. contra donati.

Ver. 9. *De ecclesiæ indeuiabilitate.*

ECCLESIAM vniuersalem esse indeuiabilem seu errare non posse in determinationẽ eorum, quę pertinent ad finem, & bonos mores probari, & deduci potest ex his quæ dicta sunt cum de sanctitate, & vniuersalitate ecclesiæ ageretur, atq; et ex his quæ D. Paulus ait, Viri diligere vxores vestras, sicut, & Christus dilexit ecclesiã, & seipsum tradidit, pro ea, mũdans eam lauachro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam, neque rugam aut aliquid huiusmodi, sed, vt sit sancta, & immaculata. Probatur pariter per id quod dixit Christus Petro, Tu es Petrus, & super hanc petram, ędificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Per portas inferi, vt dicunt sancti doctores, intelliguntur dæmones, Hæretici, hæres, atque errores, quæ deducunt, & trahunt homines ad infernum. Probatur insuper ex eo, quod dicit Petro, Ego Ephe. 5. Mat. 16. Luc. 22.

rogaui

spiritualibus virtutem obligandi. Sed manifestum est animam esse nobiliorem, di- Mat. 6.
gniorem, & virtuosiorem corpore iuxta illud, Anima plus est quam esca, & corpus
plus quam vestimentũ. Igitur Ecclesia dignior & virtuosior est scripturæ exteriori.
Quum scriptura exterior nihil aliud sit quam signum legis euangelicæ, quam Chri- Matt. 28.
stus exterius non scripsit, nec scribi præcepit, sed solum prædicari et publicari. Vn- 1. Cor. 3.
de inter legem Mosi & euangelium differentia vna est, quod lex scripta fuit in ta- Hiere. 31.
bulis lapideis, euangelium autem in cordibus hominum, vnde Apostolus, Quoniam
epistola estis Christi administrata a nobis, non atramento, sed spiritu dei viui, nõ in
tabulis, lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, vt prædixerat Hieremias, Post dies
D illos dicit dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scri-
288 bam eam, & ero eis in deum, & ipsi erũt mihi in populum. Præterea secundum iuris
peritos, eius est interpretari cuius est condere. Verum ad Ecclesiam pertinet scri-
pturam difficilem interpretari, ergo & condere. Et per consequens maior est autho-
ritas Ecclesiæ quam scripturæ. Consequentia est nota eo quod causa est nobilior et
dignior effectu. Vnde Apost. de Christo & Mose loquens, ait, Amplioris enim glo- Heb. 3.
riæ iste præ Mose dignus est inuentus, quanto ampliorem honorem habet domo, Deut. 17.
qui fabricauit illam. Antecedens vero probatur per illud, Si difficile & ambiguum
apud te iudicium esse perspexeris, & iudiciũ inter poetas tuas videris verba variari,
surge & ascende ad locum quem elegerit dominus deus tuus, veniesq; ad sacerdo-
tes Leuitici generis, & ad iudicẽ qui fuerit in illo tempore, quæresq; ab eis qui iudi-
cabunt iudicii veritatem, & facies quodcunq; dixerint, qui præsunt illi loco, nec de Act. 15.
clinabis ad dexteram nec ad sinistram. Qui autem superbierit nolens obedire sacer
dotis, imperio, qui eo tempore ministrat domino deo tuo, ex decreto iudicis mo-
rietur homo ille. Hanc legem impleuerunt & seruauerunt Apostoli, facta n seditio
ne non minima Paulo & Barnabæ aduersus illos statuerunt vt ascenderent Paulus
& Barnabas, & quidã alii ex aliis ad Petrũ & ad Apostolos & Præsbyteros in Hie
rusalem super hac quæstione. Sedes enim Petri cũ concilio rite congregato est lo-
cus ad quem christiani recurrere habent in difficultatibus fidei, & bonorũ morũ, Ibidem.
quoniam vt dixit D. Petrus, viri fratres, vos scitis quod ab antiquis diebus Deus in
nobis elegit per os meum audire. Gentes verbum Dei & credere. Et in prædicto
concilio fuit audacter ab Ecclesia declaratum scripturam cæremoniarum cessare, &
non obligare. Decreuit ẽ: Ecclesia & ita absq; vlla cõtradictione seruatur Sabbatũ,
quod scriptura præcipiebat, trãsferendum in diem Dominicũ Et si obiiciatur quod
nemini licet scripturam immutare, iuxta illud, Si quis appo fuerit ad hæc, apponet Apo. vlt.
deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri
prophetæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ. Dicendum quod intelligi
tur de priuatis person s, vel de additione contrariorum & diminutione necessario-
rum Sed non intelligitur de Ecclesia catholica, cui dedit deus authoritatem decla-
randi & interpretandi, vt dictũ est. Et si aliqua immutatio videatur, sicut de transla
E tione Sabbati quæ videtur contra illud, Sex diebus operaberis, &c Et de cessatione Exo. 20.
688 legalium, quæ videtur contra illud, Non veni soluere legem aut prophetas, &c. & Mat. 5.
de immutatione formæ baptismi tempore Apostolorum, contra illud Matthæi vlti Act. 2. 8.
mo, Euntes in mundum vniuersum docere omnes gentes baptizantes eos in nomi 19.
ne patris, & filii, & spiritus sancti. Dicendum primo quod non est Ecclesia quæ im
mutauit, si immutatio aliqua si, sed spiritus sãctus, qui est verus & omnipotẽs deus,
qui eam indeuiabiliter dirigit & suggerit ei quæ sunt necessaria simpliciter, prout
ea quæ sunt fidei & bonorum morum, quæ nunquam reuocat, vt infra dicetur. Sug
gerit etiam ea quæ sunt pro tempore obseruanda, quæ nonunquam reuocat prout ca. 17 §. 1
prohibitionem de suffocato & sanguine, quę non erat necessaria absolute, sed pro ver. 1.
tempore, quæ nonnunquam reuocat. Vnde resolutio concilii Apostolorum fuit, vi- Act. 15.
sum est spiritui sancto & nobis, nihil vltra oneris imponere vobis quam hæc neces
saria, vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorum, et sanguine, & suffocato, &
fornicatione. Et quia abstinentia a sanguine & suffocato non erat absolute neces-

Gal. 2. ſaria,ſed ſolum pro tempore illo vt coaleſceret amicitia inter Gentiles, & Iudęos,
ideo nunc illud prȩceptum non obligat, ſicut præceptum de prohibitione fornica-
tionis & circuncisionis. Vnde Apoſtolus, Si circuncidimini, Chriſtus nihil vobis pro
derit. Si obiiciatur quod Papa cum concilio ſuo non facit Eccleſiam catholicam, cũ
illa ſit congregatio omnium fidelium,ſed non omnes fideles interſunt concilio. Er-
go ſequitur quod papa cum concilio non poterit ſcripturam ſacra interpretari, Di-
cendum quod licet omnes Chriſtiani non interſint perſonaliter concilio, inte: ſunt
tamen virtualiter & interpretatiue. Nam vt inferius dicetur, quãdo primates & po
tiores alicuius prouinciæ ſtatuunt aliquid, tota prouincia dicitur ſtatuiſſe, eo quod
illi repræſentant inferiores tanquam eorum vicem gerentes. Sic prælati eccleſiæ di
cuntur eccleſia, quia repræſentant omnes ſubditos qui non poſſent ſimul congrega
Mat. 18. gari. Alioqui fruſtra dixiſſet Chriſtus, dic eccleſię. Et prædicto modo intelligendo
eccleſiam, ſi quis vellet aliquid dicere eccleſiæ oporteret eum perambulare totum
orbem. Quod autem poſt omnes prælati eccleſiæ congregati, dicantur eccleſia vniuer F
ſalis repræſentatiue, apparet ex eo quod ſcribitur. 2 Reg 8. Conuertitq; rex faciem 288
ſuam, & benedixit omni eccleſiæ Iſrael. Et tamen non omnes Iſraelitæ erant con
gregati, ſed maiores. Nã dicitur in principio prædicti capitis, tũc cõgregati ſunt oẽs
maiores natu Iſrael cum principib. tribuũ & duces familiarũ filiorũ Iſrael ad regẽ.

Ver. 11. *De origine Eccleſiæ.*

Cardi. de Tur. cre. lib 1. c. 22. et deinceps. ECCLESIAM Dei ſecundum diuerſam eius acceptionem diuerſam con-
ſtat habuiſſe originem. Si enim accipiatur pro congregatione quorumcunq; fideliũ,
indiſtincte tenendo quod angeli fuerint creati in gratia & fide, habuit ortum in crea
Gen. 1. tione angelorum. Si autem accipiatur eccleſia pro collectione hominum fidelium
Gen. 2. indiſtincte, tunc ortum habuit ſexto die in quo creauit Deus Adam, in fide & gra-
c. 19 ver 9 tia, vt D. Aug ait, in quo inchoata fuit, & deinde formatæ Eua, fuit congregatio. Si
Sap. 10. vero accipitur eccleſia pro collectione fidelium egentium, & vtentium ſacramen-
tis viſibilibus, quibus in ſtatu naturæ integræ opus non erat, ut infra dicetur, tunc
eccleſia ortum habuit poſt peccatum Adam. Sed difficultas nõ modica eſt an incœ-
perit ab Adam, quem eduxit Deus a delicto. D. Auguſt. 15 de Ciui. dei dicit quod a
principio mundi proceſſerunt duæ ciuitates, quas duo filii Adę ædificauerunt, vna
fuit terreſtris & diabolica, quam Cain antiquior filius ædificauit. Alia fuit cœleſtis
& Dei, quam vocat eccleſiam. Cuius ſecundus Adæ filius (ſcilicet Abel) primus con
ditor fuit. Et ſuper Pſal. 142 loquens de eccleſia, quæ eſt ciuitas dei, de qua Pſal.
Pſal. 98. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei dicit, Hęc ciuitas initiũ habet ab ipſo Abel Do
minus Card. de Tur cre. lib. 1. c. 25. ſummæ de eccleſia, opinionẽ D. Augu. ſequitur
& corroborat plurimus rationibus. Primo quia Abel primus ſacrificium externus
Deo acceptũ (quo fidem per ſigna ſenſibilia proteſtatus eſt) legitur obtuliſſe. Om-
Gen. 4. nis enim religio poſt Adæ lapſum, vt idem Auguſtinus ait contra Fauſtum, ſemper
habuit aliqua ſigna exteriora, in quibus homines conueniebant ad deum colendum. A
Hęc autem ſigna Chriſtiana ſunt ſacrificia vel ſacramenta ſecundum varietatem 288
temporum diuerſa, vt infra dicetur. Cum igitur Abel primus offerens fuerit, ſequi
Cant. 5. tur ab eo Eccleſiam originem accepiſſe. Secundo probat ratione continuationis ſan
ctitatis, cum enim de Eccleſia dicatur, Tota pulchra es amica mea, & macula nõ eſt
in te. Et ſanctis patres in ſymbolo Eccleſiam ſanctam eſſe profiteãtur, oportet vt ab
illo eccleſiam incępiſſe aſſeramus, in quo primo iuſtitia a ſanctimonia ſine interru-
ptione, continuata viguerit, quod primo fuit in Abel & nõ in Adã & Eua, quia a sã
ctitatem deciderũt. Igitur, &c. Tertio ratione figurationis, Abel enim primus tenuit
typum Eccleſiæ et Chriſti, quoad virginitatis integritatem & conſtantiam perſeue
rantiæ. fuit enim virgo & innocens ac primus martyr ac fidei doctor, vt D Auguſti
Mat. 23. nus in libro de mirabilibus mũdi dicit, & ſic in eo fuerunt figuratæ tres principales
Gen. 4. perſonæ Eccleſiæ, ſcilicet Paſtores, Martyres, & virgines, ideo fuit primus iuſtus
commendatus a Chriſto. Quarto quia in Abel facta eſt primo diſcretio ſeu ſepa-
ratio Eccleſiæ ſanctæ dei ab Eccleſia malignantium. Si obiiciatur quod Adã fuit pri

mus

mus qui in statu naturæ corruptæ habuit notitiã mysterii incarnationis & fidem & charitatem, eduxerit eum Dñs a delicto suo, quod fieri non potuit absque fidei protestatione exteriori siue sacrificio secundum D. Tom. Igitur Adam fuit primus qui obtulit sacrificium exterius, quod etiã fatetur D. Thomas. 2. 2. q 85. ar. 2. ad. 2. Et vt dicit magister historiarum, Adam docuit filios suos offerre Deo decimas & primitias quæ inter sacrificia numerantur. Ergo & Adam ante completam filiorum ætatem, obtulit eas Cum ad plura teneatur peccator quàm innocens, tenetur. n. ad opa satisfactionis, nonenim fuisset eductus à delicto. Nec post eductionẽ a delicto legitur recidiuasse, & per consequens fuit continuata in eo absque interruptione sanctitas sicut in Abel, qui etiam fuit eductus a delicto originali, iuxta illud Eramus oẽs natura filii iræ, & sic non est incoueniens Ecclesiam a peccatore sumpsisse exordium, cum Abel primo fuerit peccator. Et si Ecclesia non incœpit ab Adam sequitur quod longo tempore stetit mundus absque Ecclesia & sic longo tempore fuisset morbus absque medicina, quod Hugo de sancto Victore pro magno inconuenienti habet. Præterea mortuo Abel Ecclesia stetit in Adam & Eua, cum ex quo incœpit nũquã defecerit esse, vt infra dicetur. Ergo sicut potius per Adam continuari, potuit etiam per ipsum inchoari Et maximè cum fuerit primum principium actuum, per quod genus humanum descendit, vnde dicitur pater orbis terrarum, ab Abel autem nullus propagatus est. Insuper Adam & Eua posteaquam educti sunt a delicto in merito passionis Christi præuisæ, fuerunt membra Christi, Sed membrum dicitur respectu corporis, Ergo Adam & Eua erant membra corporis Christi, quod vt dicit Apostolus, est Ecclesia quæ nonfuit nisi vna in statu naturæ corruptæ, cum non fuerit nisi vna fides, & sic eadem erat fides quam habuit Adam, & fides quam habuit post eum Abel. Sequitur ergo quod Ecclesia fuit ante Abel & per consequens non traxit ab eo originem. Propter huiusmodi rationes nonnulli dixerunt Ecclesiam, quæ vtitur sacramentis sensibilibus, & de qua communiter loquimur, originem traxisse ab Adã. Veruntamen pro tuitione opinionis D. Augustini ad prædicta dici potest, concedendo quod Adam ante generationem Abel fuit eductus a delicto, non est enim verisimile quod vir tanta scientia & donis naturalibus prędıtus, maximè fide, quam propter suum peccatum non amisit (cum non peccauerit peccato infidelitatis) redargutus a Domino, videns se spoliatum illa hormania iustitiæ originalis, tanto tẽpore steterit in peccato absque contritione quæ delet peccatum. Et sic Adam ante Abel habuit fidem & charitatem, sed hęc per sacrificium interius, de quo Psalmista, Sacrificium Deo spiritus contribulatus, & c. Et cum vera contritio habeat in voto seu proposito facere omnia quę peccato tenetur facere pro loco & tempore, sequitur quod Adam habebat propositum offerendi sacrificium exterios pro loco & tempore scilicet post filii sui Abel oblationem, per quod propositum consequutus est gratiam Et sic intelligendus est D. Thomas eum in 2. 2. dicit quod Adam & Isaac, sicut alii iusti, sacrificium obtulerunt secundum suis temporis congruentiam, &c. Congruebat. n. tempore Adæ, quod Adam solum in voto sacrificium offerret ante oblationem Abel, rationibus iam dictis. Prędidebat enim inspiratione spiritus sancti se non esse electum ad offerendum primum sacrificium exterius per quod inchoaretur ecclesia vtens sacramentis visibilibus, & sic se humilians & indignum se reputans exterius sacrificare, interius sacrificabat, per quod sacrificium interius obtinuit remissionem peccati sui. Et sic exterius sacrificare distulit, quamuis filios suos docuerit decimas & primitias ac alia sacrificia exteriora offerre, ne in quo notatur origo peccati, simul & sanctificationis origo significaretur. Si enim Adam primo obtulisset sacrificium exterius Deo acceptum, sacra Geneseos historia mentionem fecisset, prout fecit de sacrifici ipsius Abel. Quod etiam notasse videtur D. Pau. cum fidem sanctorum patrum antiqui testamenti commendans, ab Abel incipiens dicit, Abel plurimã hostiam, hoc est maioris petii quã Cain obtulit Deo, per quam testimoniũ consecutus est esse iustus, testimonium perhibent muneribus eius Deo, Et licet Abel subiectus fuerit originali peccato, non tamen actuali, sicut Adã qui suo peccato totũ

Margin notes: Sap. 10. — 1. p. q. art. 5. — Eph. 1. — Sap. 10. — Psal. 50. — Heb. 11.

Margin: B 189 — C 189

humanum genus infecit, & non Abel. Ideo non conueniebat quod ecclesia, quæ tota pulchra est, & sine macula est, inchoaretur & denominarentur ab eo cuius macula continue vsque ad finem seculi esset transfundenda. Abel autem nullā transfundit maculam cum virgo occubuerit. Nec mirum quod voluerit Deus ab eo qui conce-
15. de ci. dei ptus fuerat sub peccato originali ecclesiam suam inchoare, quia vt D. Aug. ait, Ex-
2. Cor. 15. perimur in vno homine non primum quod spirituale, sed quod animale, prout Apost. dicit, Ex eadem enim massa originaliter damnata cœlestis figulus ciuitatem Babylonis permisit, & ciuitatem cœlestem ædificauit, & aliud vas fecit in honorē, aliud in contumeliā, Et cum plura requirantur ad principiū Ecclesiæ, quā ad eius cōtinuationem (vt ex prædictis patet) non sequitur quod si Ecclesia mortuo Abel fuerit in D 289
Adam continua, fuerit in ipso inchoata. Nec sequitur etiam quod in statu naturæ corruptæ longo tempore fuerit morbus absque medicina. Cum esset eadem fides & sacrificium interius, quod cum voto exterioris sacrificii sufficiebat ad medelam. Ecclesia tamen vtens sacramentis visibilibus, quoad sacrificia exteriora, nondum erat inchoata Ecclesiæ igitur initium potius debet attribui Abel quam Adæ, quia Adam solum sacrificium interius obtulit, Abel vero interius & exterius. Præterea quia Adam fuit origo peccati ac principium inhonorationis Dei. Et licet Adam fuerit primum, principium actuū carnalis propagationis non tamen sequitur ex hoc quod fuerit principium Ecclesiæ. Cum sanctitas in statu naturæ corruptæ non transfundatur in propagatione carnis. Nec obstat quod dicitur Rom. 4. Abraham accepit signum circuncisionis signaculum iustitiæ fidei, vt si pater omnium credentium, & sic omnium fidelium. Quia non dicitur pater siue principium simpliciter, sed post generalem lapsum a fide Cum quasi omnes gentes declinassent ad idololatriam, & hoc quia fuit exemplar fidei cæteris sequentibus, prout dicit glos. Sed Abel primum principium simpliciter, Sic etiam Ecclesia noui testamenti incœpit a Iudæis, quia ex Iudæis ad Christum conuersis fuit Ecclesia noui testamenti ædificata.

Ver. 12. *De ecclesiæ duratione.*

Car. de tu. cri li. c. 28. ECCLESIA vtens sacramentis ex quo incœpit, nunquam esse desiit, nec ante vniuersale iudicium deficiet, sed perseuerabit vsque ad consumationē seculi. Quod
Psal. 147. apparet eo quod fides in qua fundatur Ecclesia, non deficiet vsque ad consummatio-
Psal. 110. nem seculi. Vnde Psalm. Deus fundauit eam in æternum Et alibi, tu es sacerdos in
Luc 1. æternum secundum ordinem Melchisedech. Et D. Lucas, Dabit illi dominus sedem
Mat 18. Dauid patris sui. & regnabit in domo Iacob in æternum. Et Christus pollicitus est
Luc. 22. quod portæ inferi non præualebunt aduersus ecclesiam. Et alibi dicit Petro, Ego ro
Mat. vlt. gaui pro te ne deficiat fides tua Et iterum. Ecce ego vobiscum sum scilicet in sacra- E
Hiere. 7. mento altaris vsque ad consummationem seculi. Si allegetur illud Hiere. Perit fides, 289
ablata est de ore eorum. Dicendum quod prædicta authoritas, & aliæ. si quę sint intelliguntur propter paucitatem. Et licet fides cuiuslibet particularis hominis sit corruptibilis, non tamen omnium collectiue, semper enim erunt aliqui credentes.

Ver. 4. *De fide authoritate sacræ scripturæ. & Miraculorum.*

SACRAE scripturæ esse authoritatem maiorem authoritate miraculorū constant Ex eo quod habetur Esa. 8 vbi dicitur, Et cū dixerint ad vos, quærite a pytonibus & diuinis qui strident, id est garriunt in incantationibus suis. Nunquid non populus a deo suo requiret visionem pro viuis & mortuis? Ad legē magis & testimoniū. Expositores exponunt ad legem magis recurrite, & ad testimonium prophetiæ scriptæ Nam præmiserat Esa. in eodem capite signa legem & testimoniam, hoc est pro
Luc. 16. pheciam. Et Christus, Si Moysen & prophetas non audiunt neque si qui ex mortuis resurrexerint, credent. Et ratio manifesta est; quia scripturæ non potest subiici falsitas, nec ipsa a Spiritu sancto (qui est veritas per essentiam) procedens decipere potest In miraculis autem potest inueniri mendacium & falsitas. Vnde Christus Mar. 13 Exurgent pseudochristi & pseudo prophetæ & dabunt signa & portenta ad seducendum, si fieri potest, etiam electos. Et Apost. 2. Thess. 2. de Antichristo loquens ait

Cuius

Cuius aduentus secundum operationem sathanæ in omni veritate & signis & prodigiis mendacibus Ex præmissis infertur quod Iudæi magis tenebantur credere prædicationi Christi quam eius miraculis. Si obiiciatur quod nisi Christus fecisset miracula, quæ prædixit Esaias de aduentu Christi. Tunc aperientur oculi cæcorum, Esa. 35.
F 289 &c. Iudæi non tenebantur credere. Ergo authoritas miraculorum est maior, quam sacræ scripturæ, quæ testimonium perhibebat de Christo Vnde & ipse dicebat, Scrutamini scripturas, illæ sunt quæ testimonium peribet de me & infra, Si crederetis Moysi, crederitis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit: Probatio consequē Ioan. 5.
tiæ ex eodem capite habetur, quia ibi Christus comparans authoritatem prophetiæ D. Ioannis Baptistæ, dicebat, Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati. Ego enim habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi pater, &c. Ideo dicebat, Si mihi non vultis credere, operibus credite. Dicēdum quod si comparentur seorsum scripturæ & miracula simpliciter, maior est authoritas scripturarum. Sed si loquamur de miraculis contentis in scriptura ad aliam partem scripturæ absque miraculis, authoritas miraculorum maior est, cum cōtineat duplicem authoritatem, sed maioritatem authoritatis habent ex scriptura.

Ver 3. *De certitudine gratiæ siue iustificationis.*

CVM de certitudine iustificationis varia sit orthoxorum patrum & Lutheranorum sententia, non inutile erit parumper circa huiusmodi immorari, & sanctorū patrum sententiam ex sacris literis ecclesiæ authoritate fulcire. Ad maiorem tamen euidentiam reducendum est ad memoriam quod supra dictum est de quadruplici certitudine, scilicet morali, euidentiæ, fidei theologicæ, & fidei humanæ. His c.10.§.
suppositis notandæ sunt aliquot proponens, Prima est quod aliquis diuino munere ver: 5.
siue spiritus sancti reuelatione potest habere certitudinem fidei de sua iustificatione, prout D Virgo cui dictum est, Aue gratia plena & Apostol. testatur sibi dictū a domino, sufficit tibi gratia mea. & D Magdalena & alii multi, quos breuitatis causa pertranseo, habuerunt reuelationem remissionis peccatorum Secunda propositiō aliquis potest esse certus certitudine fidei catholicæ de iustificatione paruulorū Luc. 1.
baptizatorum ante vsum rationis, Tertia propositio aliquis potest esse certus certitudine morali siue coniecturali de sua iustificatione. Ex fructibus enim cognoscitur a bor. ideo cum quis experitur in semetipso se propter deum detestari peccata, de quibus confessus est, & experitur se diligere Deum, & libenter audire verba 2. Cor. 12.
A eius, & delectari in obseruatione mandatorum ipsius, & exercere opera misericordię, potest coniectari se habere gratiam dei. Quia talia opera & signa non inueniun Mat. 7.
289 tur communiter nisi in iustificatis. Vnde Christus, pœnitentiam agite, & appropinquabit regnum cœlorum. Et alibi, qui manducat me, & ipse viuet propter me. Et D. Mat. 4.
Greg. probatio dilectionis exhibitio est operis. Et D. Ioannes Charissimi si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, &c. Quarta propositio, 1. Ioan. 3.
Aliquis potest de sua iustificatione esse certus certitudine fidei humanæ, cui potest subesse falsum. Quia potest aliquis ex pia affectione quam habet ad seipsum, firmiter absque quacunq; hæsitatione credere se fecisse quod in se est, quod tamen non fecit, hac fide humana Lutherani credunt absque quacunque hæsitatione se esse in gratia, & aliis erroribus suis adhærent, sic quod parati sunt pro eis mori. Tales habent certitudinem maiorem morali & non euidentem, nec fidei catholicæ, cui non potest subesse falsum, ergo fidei humanæ cum non sit alia certitudo. Quinta propositio nullus adultus absque diuina reuelatione potest asse dua iustificatione certus certitudine fidei theologicæ infusæ, siue adeo certus quod sit in gratia, sicut quod verbum caro factum est, ac sicut de aliis articulis fidei. Hęc propositio primo probatur authoritate concilii Tridentini, sessione 6. decreto 9. vbi dicitur, Nam sicut nemo pius de dei misericordia, de Christi merito, deq; sacramentorum virtute & efficacia dubitare debet, sic quilibet dū seipsum suamq; propriam infirmitatē & indispositionem respicit, de sua gratia formidare & timere potest, cū nullus scire valeat certitudine fiedi (cui non potest subesse falsum) se gratiā Dei esse consecutum. Decretum

Iob. 9. cretum illud fundatur ex verbis Iob,dicentis,si veneris ad me Deus, per gratiā scili
cet,non uidebo eum. Si abierit scilicet per peccatum,non intelligā. Si Iob, simplex
& iustus hoc ignorabat,quomodo nos innumeris pene flagitiis inuoluti citra arrogā
tiā affirmare poterimus Deū esse nobis propitiū & condonasse peccata? Subnectit
his Iob,Et cum inuocantem exaudierit me, non credo quod audierit vocem meam.
Et rursus,Si iustificare me voluero,os meum condemnabit me, Si innocentē osten
dero,paruū me cōprobabit.Etiā si simplex fuero,hoc ipsum ignorat anima mea, &
tædebit me vitæ meæ.Et iterum,Verebar omnia opera mea. sciens quod non parce B
res delinquenti,Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint vel mundissimæ manus 190
meæ,sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea. Ex contextu
apparet quod non loquebatur comparatiuæ, sed de iustitia sua quā amici eius obie-
cerant,si mundus & tectus incesseris, &c. Eo pertinet illud concionatoris, Nescit
Eccl. 9. homo vtrum amore vel odio dignus sit,sed omnia in futurum seruātur incerta. Ad
Prou. 12. hæc accedit Salomon dicens, quis poterit dicere mundum est cor meum, mundus
Eccl. 9. sum a peccato.Et Sapiens de propitiatu peccatorum,noli esse sine metu.& Psal. De
Psal. 18. licta quis intelligit,ab occultis meis mūda me domine,& Apost sed neq; meipsum
1. Cor. 4. iudico Nihil enim mihi conscius sum,sed in hoc iustificatus non sum.Qui autē me
iudicat Dominus est.Quem locum castans D.Hierony.lib 2. Dialogorum aduer-
sus Pelagianos ait, Qui hoc dicebat.nullius itaque peccati præscius erat, sed quia le
Prou. 14. gerat,Delicta quis intelligit,ab occultis meis munda me domine.Et illud, Sunt viæ
quæ videntur viro,nouissima autem harum respiciunt in profundum inferni. idcir-
co temperabat sententiam,ne forte per ignorantiam deliquisset. Ad hanc formam
Act. 8. pertinet illud quod D.Petrus dixit Simoni Mago, Age pœnitentiam si forte remit
tatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Notetur hęc conditio si, non dixit teneris crede-
Super 17. re,uel potest asserere cū incertus sis. Et D.Bernardus, Orandus est deus, vt custo-
super Cāt. diat corda nostra & intelligentias nostras, ne forte cum non aderit,adesse putemus
cantic. nostrumq; pro suo sequamur sensum deuiates: Venit nāq; & vadit, & nemo facile
scit vnde veniet,& quando vadit Potest etiā hæc propositio probari rationibus. In
confesso enim omnibus est nemini beneficium reconciliationis impendi, nisi prima
pœnitentia Vnde Christus, Nisi pœnitētiam habueritis,omnes simus peribitis. At
Luc. 13. qui nemo absque diuina reuelatione, tanta certitudine quanta fidei, vt nullo pacto
decipi queat,cognitionem habere potest se esse vere pœnitentem. Igitur, &c. Minor
probatur,quia certitudo non potest haberi de aliquo,nisi possit diiudicari per pro-
prium principium. Principium autem & obiectum gratiæ est deus per suam gratui
tam voluntatem acceptantem nos. Sed deus est ignotus, nisi reuelatur. Ergo nemo
pōt certo scire quando habet gratiā nisi deus reuelet. Si dicatur quod verum est cer
titudine scientiæ,cū hoc tamen stat quod possit habet certitudo fidei. Verum hæc
euasio non soluit argumentum. Quia bene sequitur absque reuelatione quis nō pōt
habere certitudinem euidentiæ, ergo nec certitudinem fidei. Cū certitudo fidei sit C
maior in se simpliciter, & absolute seu ex parte obiecti, licet non quoad nos & ex 190
parte subiecti. Sed qui non potest in minus,non potest in maior. Igit, &c. Præterea
certitudo assensus huius propositionis, Ego sum in gratia, non potest procedere ex
habitu fidei infusæ,ergo non est certitudo fidei catholicæ, cui non possit subiici fal-
sum. Antecedens patet, Quia habitus non potest producere assensum nisi circa
2.2.q. 1. obiectum proprium. Sed obiectum fidei nō est nisi deus, & illa quæ sunt a deo reue
art. 1. lata interius vel exterius deus enim secūdum D.Thomam infundit nobis habitum
fidei, ut nos inclinet & mouet ad assensum eorum præcise quæ nobis reuelauit.
Sed sacra scriptura nullibi promittit remissionem peccatorū nisi in genere & condi
tionaliter. Si se conuerterit impius, &c. Et nunquam asserit in particulari in hanc
personam vel illam sufficienter esse dispositam ad gratiam, seu non habere obsta-
culum gratiæ, Ergo nullus potest habere certitudinem fidei quod sit receptus in
gratia dei absque speciali reuelatione. Conclusio enim sequitur debiliorem partē,
vnde cum assensus huius propositionis, Ego sum in gratia dei pendeat ex hoc syl-
logismo,

logismo. Quandocunque impius auertit se ab omni impietate perfecte, & facit quod in se est, habet gratiam, Sed ego sum huiusmodi, ergo sum in gratia Maior huius syllogysmi est de fide Minor autem non est de fide catholica infusa, nisi in illis qui habent specialem reuelationem, cum habitus non possit vltra obiectum suum. Igitur est ex coniectura humana vel ex fide humana, quæ potest decipi, & cui potest subesse falsum, & per consequens conclusio. Nec illi, qui oppositum dicunt, habent maiorem certitudinem de sua gratia, quam ego de ista propositione, Roma, quam alias vidi nunc est, cum hac tamen certitudine potest stare falsitas. Nam durante tali assensu potens est deus, me inscio, delere Romam. Quod autem quis non possit habere certitudinem fidei se auersum fuisse perfecte ab omni impietate, apparet, quia talis debet habere exploratum proprium cor, ne aliquid ibi lateat, quod diuinæ amicitiæ obstet. Sed hoc non potest homo infallibiliter percipere, cum Hiere. dicat, profundum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illud? q.d. nullus, nisi deus qui scrutatur renes, & corda, & 2 Paral 6 Tu solus nosti corda filiorum hominum. Ideo Psal. dixit, Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me domine. Et Apost. Nihil mihi conscius sum. Hier. 17.

¶Nunc authoribus sacræ scripturæ perperam ab hæreticis intellectus, & in oppositum allegatis respondendum est. Allegant in primis illud Christi, Omnia quæcunq; orantes petitis, credite quia accipietis, & eueniens vobis. Ex quo inferunt quod cum orando petimus remissionem peccatorum, debemus statuere, & firmiter credere nos eam statim impetrare Nam vt D Iacobus ait, Si quis autem vestrum eget sapientia, postulet a deo qui dat omnibus affluenter, & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans, &c. Dicendum quod per illa verba, nec Christus, nec D. Iacobus voluit aliud a nobis exigere, quàm fiduciam siue spem bonam nos accepturos quod petimus, si bene ac recte, ac cum debitis circunstantiis petamus. Sed an hoc faciamus incertum est nobis licet quasdam coniecturas morales, fallibiles tamen habeamus Adducunt præterea illud Apostoli, Ipse enim Spiritus sanctus reddit testimonium spiritui nostro quod sumus filii dei. Et sic arguunt, testimonium Spiritus sancti non potest esse nisi certum. Sed spiritus sanctus testatur D. Paulo authore, Ergo quemcunque constituit filium dei, facit simul eum certum esse in gratia. Eo quod Apost. præmisit, Non enim accepistis spiritum seruitutis in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus Abba pater. Dicendum imprimis, quod testimonium spiritus sancti est semper verum, & certum in se. Sic quod spiritus sanctus non est de se fallax sicut spiritus creaturæ. Et quicunque certus est, eum qui loquitur, & testimonium perhibet esse Spiritum sanctum, certus est certitudine fidei verum esse testimonium illud, Sed spiritus sanctus de communi lege non perhibet testimonium in particulari certum certitudine fidei, sed solum per quasdam coniecturas, & iudicia maiora, & minora secundum dispositionem subiecti & diuersos hominis progressus in sanctitate. Non possumus tamen vsquequaq; esse certi huiusmodi iudicia, & coniecturas esse a spiritu sancto nisi per specialem reuelationem. Scimus enim quòd sæpe Angelus Satanæ se transfigurat in Angelum lucis, & per similem apparentiam homines deludit. Testimonium enim de quo loquitur Apostolus, quod Spiritus sanctus eis quos inhabitat, præbet, est quod ad amorem castum eosdemque allectat, & inclinat, vt non timore (prout olim antiqui serui sub lege Mosi) sed prompto amore filiali pareant, iustaque dei sponte faciant tanquam filii idonei ad hæreditatem adeundam. Quod quidem testimonium perhibere inchoat, prout hoc loco docet Paulus, & tamen experientia luce clarior, docet illos qui recentes sunt in gratia Dei, quos incipientes sancti doctores appellant, non protinus timorem illum deponere seruilem, quoadusque fit perfecta charitas, quę huiusmodi timorem radicitus conuellat. Ideo non subito facit hanc certitudinem, & firmitatem propter nostram prauam dispositionem, sed temporis successu accumulando roborandoque magis coniecturas. Corroborare Lutherani etiam nituntur certitudinem gratiæ, per illud, Apostoli. Ideo ex fide, Rom. 4.

Mar. 11. Iac. 1. Rom. 8. 2. Cor. 11

2. Cor. ult. vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini. Quia ex eo quod secundum eos, sola fide iustificantur, manifeste sequitur quemlibet iustorum certum esse gratiæ suæ, cum sit certus de fide sua. Vnde Apost. Vosmetipsos tentate si estis in fide, ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos? Dicendum imprimis negando fundamentum illorum, scilicet quod sola fides iustificet, ut supra deduximus, & cum Apostolo dicit quod ex fide firma sit promissio, intelligit de Christo siue hæreditate in generali, & conditionaliter; vt dictum est hoc, est fides certos nos reddit Christum olim promissum venisse. & quod per eum nos hæreditatem consequemur, si fecerimus quæ iubet. Verũ de his in particulari certi esse non possumus certitudine fidei absque specialiter reuelatione. Secundo dicendum quod possumus esse certi de actus fidei informis, sed non formatæ. Licet enim sit mihi euidens, quod credam Deum esse trinum, & vnum, non tamen est mihi euidens trinitas. Verba autem Apostoli, tentate si estis in fide designant dubitationem de fide viua, vt scilicet quilibet tentet, & examinet se an sit in charitate antequam veniat ad iudicium. Nec obstat etiã illud Apostoli. Si deus pro nobis qui cõtra nos, &c. Certus sum enim. &c.

Hoc § c. 11.

Rom. 8.

Quia ibi loquitur de certitudinem in generali non imparticulari, nec etiam loquitur de charitate qua diligimus deum. Quia sequeretur quod nullus qui habuit charitatem posset peccare, quod est manifeste hæreticum. Sed loquitur de charitate, & amore dei, qui prior nos dilexit. Et quia prius ideo non cessat, nisi nos prius eum diligere desinamus, Si dicatur quod ille qui baptizatur habet certitudinem fidei, quod baptismus iustificat & quod habet propositum accipiẽdi baptismum, et quod non habet obicem. Negatur secunda pars minoris. Quia in adulto requiritur pœnitentia virtus. Dicit enim D. Petrus, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum, &c. Atqui de illa nemo potest esse certus, vt dictum est. Igitur, &c. De canonibus Apostolorum, ac de Conciliis ecclesię, & authoritate illorum, dicetur infra cap. 17. §. 1. versi. 3. & deinceps. F 290

Act. 2.

FINIS.

IN DIVI PAVLI APOSTOLI EPISTOLAM AD ROMANOS ILLVSTRATIO, ERVDITISSIMI VIRI MAGISTRI Ioannis Viguerij Gratanen. ordinis Prædicatorum, Theologi Tholosani, feliciter incipit.

Epitome totius Epistolæ ad Romanus, diui Apostoli mentem indicans.

EPISTOLA hæc, prima sui partitione in duas scinditur partes, in salutationẽ videlicet, & epistolarem tractatum, qui incipit, [Primum quidem &c] Tractatus verò Epistolaris partitur in prologum, & instructionem eorum quæ pertinent ad Euãgelium. Tractatus incipit ibi [Virtus enim Dei est, &c.] Instructio autem in quatuor resoluitur partes, secundum quatuor de quibus idem Apostolus Romanos instruit.

Primo nanque edocet diuinæ gratiæ necessitatem, quam ostẽdit & probat per quatuor prima capita.

Secundo verò in aliis quatuor capitibus manifestat diuinæ gratiæ facultatem, virtutẽ, ac vtilitatem, declarando bona quæ secum adfert, & mala a quibus liberat.

Tertio in nono, decimo, & undecimo capitibus agit de origine diuinæ gratiæ, & de casu Iudæorum ab illa, & regressu ad eam.

Quarto docet debitum usum gratiæ in quo usu docendo expendit quinque capita sequentia. Ex quibus apparet diui Apostoli perspicua atque ordinata intentio in

B hac epistola summo artificio composita.

Epitome primi capitis.

IN hoc capite Aposto. præmittit salutationẽ, in qua describuntur persona salutans. & personæ salutatæ, ac bona eis optata. Primò describitur persona salutantis, ex nomine, conditione, dignitate, officio prædicandi Euangelium, quod commendatur ex authoritate quam habet ex patre committentis, ex antiquitate, ex infirmitate, dignitate ministrorum & testium, modo tradendi, & bonis in Euangelio denunciatis, quod pertinet ad Euangelii materiam siue obiectum quod est Christus, qui commendatur ex duplici origine, scilicet æterna, & temporali, ex dignitate prædestinationis, & virtutis, & deinde subiungit effectum. Commendatur pariter ex liberalitate duplicis muneris communis, scilicet specialis, ex vtilitate, ex amplitudine, plenitudine potestatis, & ex potestate super illos quibus scribebat. Consequenter in salutatione describuntur personæ salutatæ ex loco, ex gratia, cuius origo quæ est dilectio præponitur & subiungitur uocatio. Postremo in salutatione describuntur bona quæ eis optat scilicet amplior, & abundantior gratia & pax, & causa illorum.

Secundo ibi [Primum quidem, &c] per modum prologi incipit epistolarem tractatum, in quo ut eos ad quos scribit, reddat beneuolos & attentos, ostendit affectum suum ad eos, ex gratiarum actione de bonis eorum, ex oratione quam pro eis absque intermisione ad Deum fundebat, & ex desiderio uisitandi eos Deinde exponit duplicem desiderii sui causam, utilitatem scilicet & mutuam consolationem, &

ne desiderium eius appareat vanum, subdit propositum exequendi illud. Subiungit duplicem propositi causam, vtilitatem scilicet & debitum, concluditq; promptitudinem voluntatis, & excludit impedimentum promptitudinis erubescentiam.

Tertio ibi [Virtus enim Dei est, &c.] incipit narrationem & instruere eos de his quæ pertinent ad doctrinam euangelicam, in qua se segregatum prędixerat, declarando quid sit euangelium, subiungendo fructum eius, qui est salus credentium. Postmodum assignat rationem, & probat eã authoritate scripturæ. Deinde astruit gratiam Dei & doctrinam euangelicam esse necessariam ad salutem, ex ira & pœna, quam scientes & negligentes consequentur, declarãs veritatem Dei fuisse à Gentibus cognitam, & quo authore, & per quem modum. C

Quarto ibi. [Vt sunt inexcusabiles], ostendit gentiles habita cognitione veritatis fuisse obnoxios culpæ, in Deum & proximum, eorumq; culpam inexcusabilem, cum non fuerit ex ignorantia. Ostendit insuper quod ex culpis præcedentibus fuit in eis ignorantia crassa subsecuta.

Quinto ibi, [Propterea tradidit illos Deus, &c] manifestat culpam eorũ pœnæ correspondentem: quia ex eo quod contra diuinam naturam peccauerũt, ad hoc redacti sunt vt contra propriam naturam peccarent. Deinde circa peccatum iniustitiæ circa proximum, enumerat peccatorum actualium differentias, radices, ac nocumenta, occulta, & manifesta in generali & speciali, concludens eos esse subiectos diuinę vindictæ, quam considerare & intelligere neglexerunt.

Expositio literalis primis capitis.

Rom 8. PAVLVS Latine modicus, Gręcè pacificus, Hebraicè quietus dr̄ [Seruus] i.
Luc. 1. humilis ac voluntarius famulus, seruitute amoris & non timoris similis, exequens
Psal. 44. iussa & consilia [Iesu], id est, Saluatoris, siue filii Dei incarnati. [Christi, id est
Messiæ spirituali vnctione vncti prę participibus suis, ad redemptionem humani generis faciẽdam consecrati [Vocatus,] æterna electione & temporali missione speciali. [Apostolus,] id est, missus vel nuncius ad docendum, predicandum, miracu
Gal. 1. la in confirmationem doctrinæ faciendum, & ad populum gubernandum. [Segre-
Act. 13. gatus.] id est, selectus ab vtero synagogæ, in qua quasi mortuus fuit, ac etiã ab infidelibus per conuersionem ad Christũ, & ab aliis discipulis per diuinam electionẽ.
[in euangelium,] id est, in bonam annunciationem æternorum & incorruptibiliũ bonorum, remissionis peccatorum, & eorum quæ ad gratiam & gloriam pertinet, prout sunt virtutes & sacramenta [Dei,] id est, primi omnium creaturarum vniuersalis principii, prouisoris et gubernatoris, [quod ante promiserat. Deus pa-
Esa. 1. ter.] Per prophetas, id est, videntes, quibus reuelauerat [suo] non hominum, D
Act. 10. qui loquuntur secundum visionem cordis sui, neque dæmonum, qui ad decipien
1. Reg. 9. dum loquuntur. [in scripturis sanctis, id est, spiritu sancto inspiratis & scriptis [de
Hier. 23. filio suo] scilicet naturali per æternã generationẽ. [qui factus est ei] scilicet deo ex
Abac 2. tempore filius [ex semine Dauid.] prout ei promiserat. [secundum carnem,] id est,
2. Petr. 1. secundum corpulentam carnis substantiam, et non secundum carnalem generatio-
Psal. 2. nem: sed secundum spiritus sancti obumbrationem. [Qui] scilicet filius Dauid se-
Psal. 121. cundum carnem potentia virtutis à patre, & spiritus sancto, ac à seipso secun-
Luc. 1. dũ diuinitatẽ [prædestinatus est] i. ab æterno præuisus et specialiter destinatus, vt eius humanitas per vnionem hypostaticam in esse personali filii naturalis in eodem supposito sustentaretur, et existentiam haberet, & ideo filius Dauid nominaretur, et esse filius Dei. [in virtute,] id est, in potentia infinita et coequa-
Leui. 20. lis quod apparet. [secundum spiritum sanctificationis,] id est, per hoc quod dat spi
Matt. 27. ritum sanctificantem; sanctificare enim est proprium diuinæ virtutis, apparet etiã, quod sit coæqualis patri in virtute, [ex resurrectione mortuorum] quæ etiam est signum diuinitatis. [Iesu Christi,] qui seipsum & alios resuscitauit, & ideo mortui dicuntur esse Christi Iesu, quia ab ipso sunt resuscitati, sicut infirmi

alicuius

alicuius medici qui ab ipso sanantur, specialius tamen illi qui in Domino moriun-tur, quia ad instar resurrectionis Christi resurgent glorificati [domini nostri,] qui nos magno precio redemit, & cui data est omnis potestas & nomen super omne nomen. [Per quem accepimus gratiam,] id est, remissionem peccato-rum, adoptionem filiorum, & ius ad gloriam. [Et apostolatum,] id est, au-thoritatem docendi, prædicandi, & in confirmationem doctrinæ, miracula fa-ciendi, ac etiam populum gubernandi. [Ad obediendum fidei] id est, ad hoc quod faciamus obedire fidei; hoc est præceptis Dei & reuelatis à Christo. [In omni-bus gẽtibus.] mihi specialius cõmissis. [pro nomine eius,] scilicet dilatando, [in qui bus,] id ẽ, in quorũ numero. [estis & vos,] scilicet Romani sub Apostolatu meo cõ prehensi [vocati Iesu Christi,] id est, à Christo, ut sitis Iesu Christi filii adoptiui, [Omnibus qui Romæ sunt,] scilicet fidelibus tam ex iudaismo, quam gẽtilitate cõ uersis. [dilectis dei,] id est, à deo. [vocatis] vocatione interiori & exteriori. [sanctis] id ẽ, ad sanctificationẽ, vt essetis mũdi & sancti. [Gratia vobis & pax,] id est, pecca

Apoc. 14. 1. Cor. 6. Matt. 28. Philipp. 3. Galat. 2. Act. 9. Rom. 16.

B torũ remissio, cũ Deo recõciliatio, operum acceptatio, filiorum adoptio, tranquilli tas mentis, & ius ad gloriam regni cœlestis, uobis sit & detur. [a Deo patre, & Do mino Iesu Christo] & ex cõsequenti à spiritu sancto, qui est nexus, Vnio & amor patris & filii, cui gratia & charitas attribuuntur.

Secunda pars I. C.

[Primum quidem gratias ago] Ne sim aut Videar ingratus [Deo,] à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum. [meo] id est quem meum facio, cum sit merces & fortis protectio mea. [per Iesum Christum,] id est, per meritum Iesu Christi [pro omnibus vobis.] tã ex iudaismo quã ex gentilitate conuersis. vos sal-uos esse cupiẽs; cõgratulans vobis eo quod. [fides vestra annũciatur,] id est, diuulga tur, & magnus rumor de illa est [in vniuerso mũdo.] id est, in maiori parte mundi Romanos imperio subditi, vel in vniuerso mundo nunc reperto. [Testis enim.] scili cet certus & oculatus verax et infallibilis, quẽ nihil latet; & qui mentiri non potest. [mihi est Deus] cuius testimonio & iudicio omnia aguntur, qui est testis & iudex omnium [cui seruio] per cultum latriæ [in spiritu meo.] id est, nõ solũ exterior cor poris seruitio, sed, præcipuẽ interiori secundum spiritum. [In euangelio filii eius,] id est, per filium eius tradito & prædicato, ac mihi iniuncto & commisso. [quod sine intermissione,] id est, quandocunque oro statutis tẽporibus. [memoriã.] scilicet spe cialẽ [vestri facio] scilicet corã Deo. [semper in omnibus orationibus meis,] quas scilicet facio propter vtilitatẽ communẽ, quæ ex vestra cõuersione prouenit [obse crãs.] id est, per sacra orãs & querẽs [si quo modo,] id est, si aliquo modo vel aliqua via aut occasione in hyeme vel in æstate [prosperũ iter habeam in volũtate Dei.] id est, per voluntatem dei, cui nos conformare tenemur. [vniendi,] scilicet Ro-man [ad vos] affectũ meũ ostẽdã vobis [Desidero enim,] id est, ex feruẽti affectu cupio [videre vos,] et esse uobis præsens. [vt aliquid impartiar vobis gratiæ spiri-tualis.] id ẽ, vt Vos alicuius gratiæ spirituali mihi datæ, participes faciã, prædicãdo, & officium Apostolatus mei exercendo. [ad confirmandos vos,] scilicet in fide & mutua dilectione [i. simul consolari in vobis] mutua collocutione [per eã quæ

Io. 1. Gen. 15. Psal. 70. & 120. Rom. 3. Heb. 6. Hier. 29. Mat. 6. Rom. 16.

F inuicem est fidem uestrã atque meam] in qua conuenimus & vnanimes sumus, de qua vnitate mutuã accipiemus lætitiã & cõsolationẽ [Nolo autẽ vos ignorare fra tres.] quod scilicet solummodo desiderem videre vos, sed etiam quod sine [quia sæ pe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc.] variis scilicet impedi-mentis, & officii mei occupationibus, iter nostrum ad uos impedientibus. [vt aliquẽ fructũ,] scilicet spiritualẽ [habeã in vobis, sicut et in cæteris gẽtibus.] quibus scili cet euãgelium (prout teneor) prædicaui [Græcis enim ac Barbaris,] id est, doctis & mundanis rationibus eruditis, et indoctis siue ignorantibus, ac etiam notis & i-gnotis, familiaribus & extraneis, [sapientibus & insipientibus,] id est, his

Ioan. 4. 1. Cor. 9.

qui sapientia & ratione utuntur, & his qui barbara ferocitate irrationabiliter uiuunt. [debitor sum.] ex officio Apostolatus mei quod libenter exercere cupio . [Itaque quod in me promptum est uobis qui Romæ estis] in nobiliori & excellentiori totius orbis urbe . [euangelizare,] id est, bonam Christi doctrinam annunciare paratus sum. [Non enim erubesco,] neque formido annunciare & toti mundo palam facere. [euangelium]

Tertia pars . I. C.

1. Cor. 1. [Virtus enim Dei est,] id est uirtutem Dei, quæ Christus est, in se continet, &
Luc. 19. manifestat [in salutem omni credenti] id est, ad saluandos omnes credentes, ad hoc
Marc. ult. enim Christus uenit, & euangelium annunciari iussit, ut saluum faceret quod perie-
Ioan 4. rit. [Iudæo primum.] Quia salus ex Iudæis est, & quia illis Christus promissus
Gen. 15. fuit [& Græco] id est, gentilibus, quos Deus ex suo misericordia ad Euangelium fi-
Rom. 14. lius sui uocauit. [Iustitia enim Dei] id est gratia Dei per quam homo gratis iustifi-
Rom 3. catur, vel Christus qui factus est iustitia Dei, eo quòd satisfecit ei pro peccatis no-
Isa. 53. stris. [reuelatur ex fide.] scilicet antiquorum patrum veteris legis qui crediderunt : [in fidem] scilicet modernorum noui testamenti . Non quod sint plures fides spe cie distinctæ alia antiquorum , alia modernorum , sed vna tantum , quia vnum est fidei nostræ, & antiquorum obiectum formale , & inuariabile , à quo habitus fidei speciem accipit, & non materiali , quod est res credita , quæ per diuersas differentias temporis præteriti vel futuri, vel secundum reuelata plura, vel pauciora quæ se A
Eph. 4. tenet ex parte subiecti materialis, variatur ex parte credentium. Non autem formale, quod est reuelatio diuina de his quę pertinent ad salutem per Christum . Nam reuelationi eius infallibili fides antiquorum adhærebat & nostra etiam adhæret, sicut scriptum est [Iustus autem ex fide viuit,] scilicet vita gratiæ, non tamen effe-
Abac. 2 ctiuè aut formaliter, quia primum est à Deo principaliter, & a sacramentis & mi-
Gal. 2. nistris instrumentaliter, & secundum a gratia formaliter & denominatiue, & a fide directiuè . [Reuelatur enim ,] id est , etiam in Euangelio manifestatur. [Ira Dei de cœlo,] id est, vindicta siue punitio, quæ est pars iustitiæ distributiuę [De cœlo,] id est, quam Deus qui specialius, per manifestationem gloriæ suæ
Mat. 6. est, & habitat in cœlo, effundet & mittet in terram, vel de cœlo venturi ad iudi-
Mat. 25. cium [super oēm impietatem] id est super oia peccata quæ sunt directè contra Deū
Mat. 23. (qui est principalis & summus parens omnium) cōmissa vel committenda [& iustitiam,] id est, super omnia peccata contra proximos commissa vel committenda, per quæ legitur iustitia, per quam homines conueniunt, & pacifice conuiuunt, & sibi inuicem communicant . [Hominum eorum qui ueritatem Dei] idest, veram cognitionem de Deo. [in iustitia detinent .] quasi captiuam & ligatam per iniustitiæ effectum, quo ligamine impeditur, ne homines secundum suam naturam in bonum inducat. [quia quod notum est Dei] id est , illud quod cognoscibile est de Deo per rationem naturalem [manifestum est in illis,] scilicet hominibus , qui illam veram Dei cognitionem in iniustitia detinent. [Deus enim illis manifestauit] infundendo lumen interius, & signa suæ sapientiæ proponendo exterius, per sensibiles creaturas, in quibus , prout in quodam libro cognitio Dei legeretur. [Inuisibilia enim ipsius] scilicet essentia ipsius Dei. & ea quæ ad ipsum pertinent, vt sunt bonitas, sapientia, & alia huiusmodi quæ à nobis clare videri non possunt, nec etiam ab angelis [A creatura mundi.] id est, à creatione mundi, vel ab homine, qui dicitur om
Iob. 1. nis creatura, quia similitudinem habet cum omni creatura [Per ea quę facta sunt]
Marc. ult. id est, per creaturas, si eas homo recte & diligenter consideret. [Intellecta conspiciuntur.] id est, intelligi & intellecta percipi possunt, uel intellecta , id est , intellectu & non sensu conspici possunt, quia sensus nisi circa res sensibiles ferri non potest [sempiterna quoque eius Virtus.] id est, omnipotentia, quæ est absque principio & fine . B
Sap. 13. [& Diuinitas,] id est, superexcellens & infinita natura eius, quæ per similitudines in

creaturis

creaturis repertas intelligi & conspici potest, quo ad vnitatē, & quantum sufficit homini secundum finē naturalem, ad quem homo ex natura sua ordinatur, qui est bonum, honestum, & sic cognouerunt vel cognoscere potuerunt Deum, tanquam primum omnium rerum principium, effectiuum, conseruatiuum, & gubernatiuum, & tanquam vltimum finem naturalem ad quem omnia ordinantur.

Quarta pars I.C.

[ITA vt sint inexcusabiles.] Cum non peccauerint ex ignorātia, aut infirmitate, concupiscentiæ, vel metus, sed ex malitia, quæ nullo modo excusat, sed accusat, [quia cum cognouissent Deum.] supereminentem, & vt dictum est tanquam primum principium, & vltimum finem, ac summum bonum, vnde debebant ei gloriam & honorem quę superexcellentibus, & gratiarum actionem, quæ benefactoribus debetur, & tamen [non sicut Deum,] id est, vt vniuersalem gubernatorem & prouisorem. [glorificauerunt,] id est, non coluerunt, gloriam & honorem ei exhibendo, & omnia tanquam in vltimum finem reducendo, nec eius maiestatem publicè prædicando. [aut gratias egerunt,] id est, nō recognouerunt bona quę habebant, ab ipso eis aduenisse, sed ingenio suo virtutiq; suæ attribuentes. [Euanuerunt in cogitationibus suis,] id est, in res vanas instabiles, & inutiles suas cogitationes applicuerunt, ex quo sequutum est, quod [obscuratum est insipiens cor eorum:] id est, intellectus eorum lumine sapientiæ priuatus, & tenebris ignorantiæ ac errorū obscurans, & simul insipiens factus est. [dicentes se esse sapientes,] id est, sapientiam non Deo, sed sibi, & a semetipsis ascribentes [stulti facti sunt,] id est, stulta multa cōtra gloriā Dei egerunt [Et mutauerunt gloriā incorruptibilis Dei,] id est gloriam qua hō debebat glorificare Deum, & cultū latriæ ei debitum exhibere, aliis exhibuerūt, vel gloriā qua Deus gloriosus in se est & cōicabile nomē Deitatis communicando. [in similitudinem imaginis,] id est, in similitudinē alicuius rei per modum imaginis ab aliquo expressæ, quam constat esse posteriorem re cuius est imago, & sic conuerterunt primum in vltimum. [corruptibilis hominis,] id est, transtulerunt gloriam Dei, non solum in hominem qui est ad imaginem Dei, sed quod peius & abominabilius est, ad ea quæ sunt infra hominem, puta [Volucrum:] quantum ad volatilia [& quadrupedum.] quantum ad gressibilia. [& serpentum.] quantum ad reptibilia [Propter quod tradidit eos Deus,] id est, labi permisit. [in desideria cordis eorum,] id est, vt ratio eorum subderetur affectibus sensualitatis, tanquam crudelibus dominis contra naturalem hominis ordinem, cuius ratio debet dominari appetitui sensibili [vt contumeliis,] id est, turpibus & immundis actibus. [afficiant.] id est, inficiant. [corpora sua in semetipsis,] id est, non quasi ab aliis coacti, puta a barbaris, sed a semetipsis propria sponte hoc agebant. [Quia commutauerunt veritatem Dei in mendacium,] id est, veram Dei cognitionem quam a Deo acceperunt, peruersa ratione ad falsa dogmata conuerterunt. [idola:] deos esse docentes, vel diuinitatis naturam quæ est ipsa dei veritas per essentiam, attribuerunt idolo quod est mendacium cum non sit deus. [& coluerunt.] interius cultu latriæ. [& seruierunt.] exterius sacrificia & oblationes, ac exteriorem corporis reuerentiam exhibendo. [creaturæ potius quam creatori, qui est benedictus,] id est, cuius bonitas est manifesta. [in secula seculorum] quia eius bonitas est sempiterna ab alio non dependens. [Amen] quod idem est quod verum vel fiat:

Esa. 51
Hier. 10.
Gen. 1.
C
Gen. 4.
Hiere. 9.
Ioan. 14.

Quinta pars Capitis.

[PROPTEREA tradidit illos deus.] Indirectæ, scilicet permittendo, sed non inducendo. [in passiones ignominiæ,] id est, quæ non sunt nomine dignæ, propter turpitudinem [Nam fœminę eorum immutauerunt naturalem vsum,]

scilicet viri. [in eum vsum qui est contra naturam. Similiter & masculi.] Immutauerunt naturalem vsum. [Nam relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in desideriis suis, masculi in masculos turpitudinem operantes quam oportuit] i retributionem, vindictam & pœnã. [et mercedem], id est, conuenientem & correspondentem culpæ eorum secundum ordinem iustitiæ, ex qua debitum erat vt qua qui Dei naturam iniuriosi fuerant, id quod sibi proprium est, creaturis attribuendo, in sui natura contumeliosi existerent. [erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia,] id est, ut liberius peccarent, non approbauerunt, vt ipsi haberent Deum in sua notitia, quem habere poterant, ex his quæ facta sunt, vel ipsi non probauerunt, nec iudicauerunt, quod Deus haberet in notitia sua, siue cognosceret facta hominum, dicentes, Cardines cœli perambulat, nec nostra considerat. ideo [Tradidit eos Deus] .i. labi permisit. [in reprobum sensum] interiorem siue intellectum, vt reprobandum iudicium de agendis haberent. [vt faciant quæ non conueniunt,] id est, ea quæ recta ratione discordant [repletos omni iniquitate,] id est, pleni omni versutia contra æquitatem, [malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos] in incessu, statu & habitu. [sine affectione absque fœdere.] id est, promissiorum obseruatione [ne misericordia: qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt.] id est, actu intelligere & considerare noluerunt [quoniam qui talia agũt digni sunt morte,] id est, separatione animæ a corpore, & primo principio & sũmo bono [Non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.] directè inducendo, approbando, laudando, auxilium, & fauorem præstando, non resistendo, aut supportando.

Iob 22.
Psal. 93.
Iob. 22.

COMMENTVM IN CAPVT PRIMVM.

Text. *Paulus seruus Iesu Christi, uocatus Apostolus, segregatus in euangelium.*

APOSTOLVS hanc orditur epistolam, quemadmodum & cæteras a salutatione, in qua præmittit personam salutante, quam describit ex quatuor. Primo ex nomine, quod est Paulus, qui etiam ante susceptum Apostolatus officium dicebatur Saulus, De huiusmodi pauli & Sauli nominibus variæ sunt expositorum opiniones, eo maxime quod nusquam legatur Apost. se Saulum nominasse, sed solum Paulum, quamuis D. Lucas eum ante conuersionem pluries; post conuersionem vero bis dumtaxat Saulum nominauerit. D. Ambro. dicit nomen Saulis in Pauli nomen, post baptismum fuisse diuinitus commutatum, quemadmodum tam in veteri quam nouo testamento legimus, quædam veterum nomina fuisse diuinitus commutata, vt Abram in Abraham, & Iacob in Israel. & Simon in Petrum. Sic Saulus in Paulum, ne minus haberet Saulus quam Simon. Alii vero autumant nomen Pauli illi fuisse aduentitium, & quidam illorum ex electione ipsius, propter misterium, & nominis significationem, vt ex Sauli nomine, quod superbum, & inquietum significat, vocaretur Paulus, hoc est modicus siue humilis, pacificus, & quietus. Vbiq; enim post conuersionem suam humiliter, abiectè, & mansuetè, se habuit. & se blasphemum, contumeliosum, abortiuum. Apostolorum minimũ Apostolatusq; officio indignum nominauit. D. vero Hier. A Paulo Sergio proconsule (quem apud Cyprum conuertit, qui Paulus Sergius tandem Narbonam veniens eam ad finem reduxit, in cuius honorẽ celebris ac collegialis Ecclesia ibi dicata est) Pauli nomen assumpsisse profitetur, prout Scipio debellata Carthagine in Aphrica, Aphricanus est nuncupatus Origines autem eum a puero, hoc est a circuncisione, in qua pueris imponebantur nomina, binominum fuisse dixit. Saulum scilicet &

Act. 13.
Act. 13.
Gen. 7.
Gen. 22.
Ioan. 1.
1. Tim. 1.
1. Cor. 15.

& Paulum nuncupatum, quod probat, ex illa copulatiua D. Lucæ dicentis, Saulus qui & Paulus, Nam si nomen mutasset, Lucas dixisset Saulus qui postea Paulus, erat n. Apost. ex Hebræis Hebræus de tribu Beniamin, apud quos nomē Saulis, qui primus rex Israel ex illa processerat celebre erat, & quia natus fuit in Tarso nobilissima & Metropoli Ciliciæ ciuitate, Romanorum ditioni subdita, apud quos Pauli nomen longe ante tempore vsurpatum celebre erat, a patre suo Paulus fuit nominatus, quod nomen post conuersionem propter mysterium & significationem vt dictum est, peculiariter elegit. se Paulum semper nominans. Ex sacris enim literis
F & aliis Romanorum historiis multos pluribus nominibus nuncupatos legimus, pro ut Salomon qui & Idida dictus est, & Sedechias Ioachim. Osiasq; Azarias, & Iason Menaleus, Matthæus vero leui, & Thadeus Lesbeus, Paulus Aemilius, Marcus Tullius Cicero. Ego controuersiam hanc arbitror magis laboriosam quam vtilem, ideo relictis opinionum confutationibus Origenis opinionem iudico esse veri similiorem, nullam tamen aliorum reprobo. Mat 9: Luc. 5. Mat. 10.

Secundò, describit personam salutantis ex conditione cum dicit [seruus.] serui lis conditio abiecta est, si absolutè consideretur: Nempe cum sub maledicto pro peccato impietatis in dicta fuerit Chā à Noë, qui euigilatus a domino, perpendens eam quam ei Cham verenda eius discooperta fratribus iudicando fecerat, ait. Maledictus puer Cham, Seruus seruorum erit. Redditur tamen hæc conditio laudabilis ex hoc quod additur [Iesu Christi], cui omnes seruire & famulari debent, cū sit omnium Dominus & Deus, qui pro famulatu seruis suis regnum cælorum liberaliter impartitur, eam ob rem dicitur, Seruire Deo regnare est. Hac adiunctione Apost. mutationem dexteræ excelsi in se factam exprimit, quia ex persecutore factus est vas electionis, vt qui hactenus inimicus & acerrimus hostis erat, eorum qui hoc nomen inuocabant, sic repente mutatus est, vt se seruum eius profiteatur, ad hoc vt nomen eius velut honorificum velit omnibus esse persuasum. Nec se seruum nominando aduersatur dicto Christi dicentis, [iam non dicam vos seruos, sed amicos,] nec sibiipsi, qui dixit, [Non accepistis spiritum seruitutis in timore, &c.] Nam hoc propter humilitatem fecit, sequendo consilium Christi qui dicebat. [Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus.] In sacris etiam literis, duplex seruitus inuenitur, una coacta, quæ ex timore pœnæ proficiscitur, & talis est despectabilis & sub maledicto. Altera est, quę ex amore progreditur, cum ex dilectione prodiit obsequium, & hęc seruitus est commendabilis, diciturque seruitus amoris & humilitatis, tali seruitute se nominat Apostolus seruum. Reliqua vero quæ ad seruitutem & libertatem Christianā pertinent in sexto huius Episto. capite amplius prosequemur, nunc circa nomen Iesu Christi, quod primo occurrit exponendum, parum insistamus. Gen. 9: Ioan: 15. Rom. 8. Luc. 17.

A Hoc nomen IESVS (vt Theologi dicunt) nomen est diuinitatis ad humanitatem relatæ & sic hoc nomen Iesus idem sonat, quod filius Dei incarnatus siue homo factus, verbum enim, id est, filius Dei caro factum est, hoc est humanam carnem siue humanitatem assumpsit. Hoc nomen Diuæ Virgini antequam conciperet, per Gabrielem fuit reuelatum, & vt Christo filio suo tanquam, proprium imponeret, iussum. Hoc nomen etiam idem Gabriel D. Ioseph virum Mariæ alloquens, interpretatus est, dicens, pariet autem filium & vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum a peccatis eorum. Vnde effectu & fine Saluator dicitur & interpretatur. De illius effectu tota veteris & noui Testamenti series referta est. Ipse enim de se dicit, Venit enim filius hominis saluum facere quod perierat, & Apostol. Christus Iesus venit in hunc mundum vt peccatores saluos faceret, & alibi. Saluatorem expectamus Iesum Christum, & D. Petrus. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo nos oporteat saluos fieri, & in Actibus Apostolus dicitur, Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum, accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. & Esa. Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator. Et Oseas. in persona Ioan. 1. Luc. 1. Mat. 1. Luc. 19. 1. Timot. Philipp. 3. Act. 4. Act. 10: Esa. 62.

Osee. 13. eius ait: Et Saluator non est præter me & Dauid, Saluabit nos propter nomē suum,
Mar. ult. & in innumeris aliis locis salus eius nunciatur. Indicibilem huius nominis efficaciā declarat Christus dicens: In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Hanc huius nominis efficaciam pro-
Luc. 10. fessi sunt Apostoli se experientia didicisse, dicētes, Domine in nomine tuo dæmonia
Luc. 9. subiiciuntur nobis. tanta est huius nominis efficacia, vt non solum à dilectis Christi discipulis prolatum effectum habeat, Verum etiam si proferatur à peccatoribus & incredulis. Vnde D. Ioan. dixit Christo: magister inuenimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia qui non sequitur nos & prohibuimus eum, quam prohibitionem reprehendit Christus, dicens: Nolite prohibere, ac si diceret: Nomini meo tanta data est facultas, vt etiam ab infidelibus prolatum vim habeat. Vnde legimus in Actibus Apostolorum. Tentauerunt autem quidam ex circumeuntibus exorcistis inuocare super eos qui habebant spiritus malos nomen Domini Iesu, dicentes: Adiuro vos per Iesum quem Paulus prædicat. Sequitur. B
Act. 19. Erant autem cuiusdam Iudæi nomine Sceuæ principis sacerdotum septem filii qui
Prou. 8. hoc faciebant. Huius nominis virtus prænunciata est à Moyse & filiis Israel hymnum Domino decantantibus & dicentibus, omnipotens nomen eius. Salomon quoq; dicit, hoc nomen esse turrim fortissimam, ad quam confugiens saluabitur. Dauid pariter dicit hoc nomen in omnibus suis periculis, & peragendis negotiis auxilio sibi fuisse. Non abs re ergo orthodoxi & sancti patres maxime D. Bernardus in canticis, persuadet omnes fideles hoc nomen debere impressum habere in pectore, mente & ore. Si per ocium liceat videre Bernardinum de Bustis in. 5. parte marialis sermone. 11. Multa de hoc nomine congesta, ad ædificationem populi reperies.

Psal. 45. Hoc nomen Christus Græcum est, & Hebraice dicitur Messias, Latinè vero vnctus, chrismate siue vnctione non visibili sed spirituali & intelligibili, qua vnxit
Psal. 44. eum Deus oleo lætitiæ præ participibus suis, vt D. August. ait. Hoc nomen,
17. de ciu. Christus, secundum Haymonem est adiectiuum, & fuit olim commune Sacer-
Dei. c. 16. dotibus, Regibus, & Prophetis, Saul enim & Dauid vncti fuerunt à Samuele ideo
1. Reg. 10 Dauid pluries vocauit Saul Christum Domini: Aaron etiam prius vnctus fuit sa-
& 16. cerdos à Moyse, Helisæus pariter vnctus fuit in prophetam ab Helia. Vngeban-
Leuit. 8. tur autem, Vt Deo dicarentur ad certa eius munera. Propter huiusce modi dedi-
3. Reg. 19. cationem prohibuit Deus eos tangi, siue eis violentiam inferri, aut iniurias ir-
Psal. 104. rogari. Nolite, inquit, tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite mali-
Zach. 2. gnari, declaratq; per Zachariam iniuriam illis illatam, sibi inferri dicēs, Qui tangit
Luc. 10. vos, tangit pupillam oculi mei. & Christus de Apostolis dicit, Qui vos audit,
Ioan. 1. me audit: & qui vos spernit, me spernit. Veruntamen hoc nomen Christus, factum est Domino Iesu proprium superabundantem excellentiam suæ vnctionis, dedicationis, & consecrationis, cum fuerit vnctus & dicatus per vnionem hypostaticam in filium Dei, ex cuius vnctionis plenitudine omnes accepimus. Hoc nomen Christus vt D. Thom. ait, est nomen humanitatis relatæ ad diuinitatem personæ filii Dei, qui eam assumpsit, & sic significat filium hominis deificatum C
per hypostaticam vnionem, & ideo diuerso se habet ad nomen. Iesu quod est nomen deitatis relatæ ad humanitatem. Vtrunque tamen personam diuinam significat, & supponit pro ea, quamuis promiscuè accipiatur pro homine, hoc est secundum naturam humanam, & quandoque pro Deo secundum naturam diuinam, quod ex adiacentibus terminis coniici potest. Ex præmissis confutatur error Fotini, qui vt D. Ambro hic ait, propter zelum legis non erubuit Iesum negare Deum.

Tertio describit personam salutantem ex dignitate, cum dicit, [vocatus
Ioan. 6. Apostolus,] Apostolus nanque interpretatur missus, quia Apostoli fuerunt à Christo missi, vt vice eius fungerentur in terris: & secundum hanc interpretationem, Christus potest dici Apostolus cum fuerit à Patre missus. Vnde legimus,

Considerate

Considerate Apostolum, & pontificem confessionis nostrę Iesum, & quia ipse misit Discipulos. Ideo vocauit eos Apostolos. refert enim D. Lucas, quod Christus vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos Apostolos nominauit. D. verò Matth. addit, quod post conuersionem Samaritanorum venientium ad se ad dictum mulieris, dixit discipulis suis, uidete regiones, quoniam iam albæ sunt ad messem. Deinde subiunxit, Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. In quibus verbis ostenditur congruitas, & necessitas institutionis Apostolorum quos postmodum instituit, dando potestatem, & designando officium, refert enim D. Matthæus quod dedit duodecim Apostolis potestatem spiritum immundorum, vt eiicerent eos, & curarent eos, & curarent omnem languorem & infirmitatem, & nominauit eos Apostolos, & enumeratis illorum nominibus misit eos: & post pauca dixit. Euntes autem prædicate dicentes, quia appropinquabit regnum cœlorum: Mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eiicite, & cætera. Ex præmissis apparet veritas interpretationis Apostolatus, & eius institutio, atque potestas: quia ad eiiciendum dæmones, suscitandum mortuos, & sanandum omnem languorem: & sic super animam & corpus potestatem habebant. Apparet etiam quod eorum dignitas est maior dignitate discipulorum, cum ex multis discipulis solū duodecim elegerit quos specialiter nominauit Apostolos. Apparet pariter Apostolatus, officium, quia misit eos ad prædicandū & docendum, & in confirmationem doctrinæ miracula faciendum, atque ad dirigendū
A & gubernandum populum. Vnde constat quod Apostoli fuerunt maiores ministris Ecclesiæ, et quod cęteris omnib. post D. Virginē (quę ex Dei maternitate ineffabili excellentia donata est) omnibus sanctis quacunque prærogatiua præfulgeant, præferuntur cum primitias spiritus acceperint tempore prius & cæteris abundatius atque perfectius: in die enim Pentecostes fuerunt confirmati in gratia quod de aliis non legimus. Ideo Apostolus numerans, & ordinans diuersitatem donorum & officiorum Ecclesiasticorum primo Apostolos collocauit. Vide quæ dicemus infra. 8. c. d. super verbo primitias spiritus. Apostoli propter eorum confirmationem dicuntur columnæ Ecclesiæ, de quibus Dauid dicit, Ego confirmaui columnas eius: quapropter vocantur Ecclesiæ fundamenta. Numerus verò ac eorum laudes fuerunt multipliciter in veteri testamento prefiguratæ. Per duodecim Patriarchas, totū Populū Christianorū gubernādo. Per 12. Principes tribuū pręcepta salutaria promulgādo. Per 12. fontes in Helim, doctrina sua horū Ecclesię irrigando. Per. 12. lapides preciosos in veste pontificali Ecclesiam ornando. Per. 12. panes propositionis, animas verbo vitæ reficiendo. Per. 12. exploratores terræ promissionis, futuram vitam per contemplationem inquirendo, & postea nunciando. Per. 12. lapides altaris. sacrificium Christi in se portando. Per. 12. vitulos domino immolatos, pro Christo martyrium sustinendo. Per. 12. lapides de Iordane sublatos mundi fixum contemnendo. Per. 12. boues sub mari æneo, baptismi gratiam prædicando & ministrando. Per. 12. leunculos in throno Salomonis, peccatores seuerè iudicando Per. 12 portas ciuitatis, potestate clauium portas regni cœlorum aperiendo. Per. 12. horas diei, Christianæ vitæ opera ordinando Per 12. fundamenta ciuitatis, Ecclesiam meritis & precibus sustentando Per. 12. stellas in corona sponsæ, Ecclesiam doctrina & miraculis illustrando Et quamuis D. Paulus dixerit, Christum dedisse Apostolos vsque ad consummationem seculi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionem filii Dei in virum perfectum, & cætera. Tales tamen & si extenso vocabulo Apostoli dici possint, quo ad aliqua officia, quia habent authoritatem docendi predicandi & gubernandi populum ac sacramenta administrandi. Propriè tamen Apostoli non dicuntur, cū non habeāt
B potestatem miracula faciendi, quæ ad integram & completam Apostolatus dignitatem requiritur: sed dicuntur Apostolorum successores, & Episcopi, vt Anacletus papa ait & habetur in cano in nono, in 21. distin Ad hanc Apostolatus dignitatem propter

Heb 3. Luc. 6. Mat 10. Ibidem. Rom 8. Act. 2. Eph. 4. Psal. 74. Ephe. 2. Gen. 49. Num. 10. Exod. 15. Exod. 28. Exod. 25. Num. 13. Exo. 24. Exod. 24 Iosue 4. 4. Reg. 7. 3. Reg. 10. Apo. 21. Ioan. 11. Apoc. 12. Ephe. 4.

propter mansuetudinem & humilitatem D.Paulus dicit se vocatum, & non au-
1.Cor. 15. det se simpliciter nominare Apostolum, vnde dicebat. Non sum dignus nomina-
Heb.5. ri Apostolus, &c. Item vt ambitionem eorum cohibeat, qui à Deo non vocati se ingerunt ad tantum officium, vnde dicebat. Nec quisquam assumit sibi ho norem, sed qui vocatur a Deo quemadmodum Aaron.Et ideo exponitur vocatus,id est non querens, seu non se ingerens. Quarto describit personam salutantem ex
Galat. 1. officio, cum dixit, [Segregatus in Euangelium].Segregatus idem sonat quod se-lectus, seu separatus. fuit enim dupliciter segregatus. Primò ab infidelibus, per conuersionem. vnde dicit, Cum autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, id est a doctrina Scribarum & Pharisæorum, siue ab vtero synagogæ, vbi locum doctoris habebat, vt magister sententiarum in hoc loco dicit. Secundò ab aliis discipulis per diuinam electionem, de qua dicitur, Segregate mihi Pau
Act. 13. lum & Barnabam, in opus ad quod assumpsi, hoc est elegi & destinaui eos, scili
Eusebius. cet ad euangelizandum gentibus. Euangelium autem, vt Eusebius dicit, idem so nat quod bonum nuncium, siue bona nunciatio, & æternorum & incorruptibilium bonorum promissio, scilicet remissionis peccatorum, gratiæ & gloriæ, ac eo rum quæ ad gratiam & gloriam pertinent, id est mediorum per quæ Dei gratia ha betur, quæ sunt sacramenta & virtutes, quibus tolluntur impedimenta, hoc est peccata per Christum. Hæc nunciatio iucunditatem & lætitiam secum adfert, eò F
Psal. 72. maximè quod per eam annunciatur coniunctio hominis ad Deum, quę est bonum
Ioan. 1. hominis secundum illud: Mihi autem adhærere Deo bonum est. Triplex autem
Psal. 81. coniunctio hominis ad Deum annunciatur in euangelio. Prima quidem per gra-
Ioan. 17. tiam vnionis, secundum illud, Verbum caro factum est. Secunda per gratiam ado
Esa. 52. ptionis, prout Dauid annunciare videtur; Ego dixi, Dii estis & filii excelsi omnes. Tertia, per fruitionem & visionem, de qua D.Ioan.dicit: Hæc est vita ęter
Esa. 46. na vt cognoscant te Deum, &c. Ideo Esa. Quam pulchri super montes pedes an nunciantis & prædicantis pacem, annunciantis bonum, scilicet æternum, prędi-cantis salutem, &c. Et quia hæc bonorum annunciatio de Christo tunc venturo, seu incarnando continetur in scripturis sacris, ideo omnis scriptura sacra etiam ve teris testamenti, Euangelium nominari potest. Vnde Esa. Super montem excelsum ascende, tu qui euangelizas Sion: Specialius tamen scriptura illa Euangelium dicitur, quæ continet acta & dicta Christi, qui principalius & clarius annunciauit regnum cœlorum,& familiarius docuit viam & medium perueniendi ad illud.Hinc est quod scripta D.Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis euangelia specialiter nun cupantur. Si plura circa huiusmodi scire cupis & quomodo Epistolæ Apostolorum & determinationes Conciliorum vniuersalium Ecclesiæ catholicæ, id est Romanę quæ est omnium aliarum ecclesiarum caput, eo quod Diuus Petrus qui Christo successit, illam in qua mortuus est, sedem elegit vnde omnes qui in ea sede consti tuuntur, successores Diui Petri, & Vicarii Christi dicuntur & verè sunt) euange lia dici possunt, cum fuerint ab Ecclesia (quæ circa fidem & bonos mores errare non potest) approbata, sine cuius approbatione, nec D. Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis, Euangelia non dicerentur, nec eis crederentur, sicut nec Euangelio intitulato nomine Petri, aut Thadæi, nec sermonibus intitulatis nomine Pauli, vi de in nostris Institutionibus theologicis.c.15.§.2.

In

In Euangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos, in scripturis sanctis, de filio suo.

IN his verbis Apostolus commendat officium Euangelizandi, propter quinque. Primo propter authoritatem committentis, qui est Deus, dicit enim in Euange-
A lium Dei. Hoc nomen Deus ab omnibus philosophis qui naturali lumine recte vsi sunt, ac etiam à Christianis diuinas reuelationes habentibus, pro primo rerum omnium principio, a nullo pendente, & a quo omnia alia pendent, inesse fieri & conseruari, sua clarissima intelligentia omnia præuidente, comprehendente, ordinante, dirigente, gubernante, omnibus prouidente, omniumque creaturarum perfectiones in se eminenter ac altiori modo habente, acceptum est. Et cum infinitus sit, definiri non potest. Eius tamen existentiam & immutabilitatem, à qua cæteras eius excellentias dilucidè Diuus Thomas infert. Philosophi & maximè Aristoteles demonstrarunt: Moysi tamen certius eius perfectissima & infinita natura reuelata est, cum dictum fuit ei. Ego sum qui sum, scilicet per essentiam a nullo pendens, nullius egens adminiculo, omnibus rebus esse, & existentiam contribuens. Ex quo inferunt theologi, ipsum vbique esse per essentiam, præsentiam, potentiam vbicunque enim & quibuscunque rebus dat esse, & in eis operatur, omnia videt, nudaque & aperta sunt ei, virtus quoque & potentia eius ad omnia loca se extendit. vnde Apostolus dicit eum esse omnia in omnibus. Eius perfectiones quam multæ in sacris literis quatenus nobis opus est, sunt reuelatæ, attamen cum infinitæ sunt, enarrari non possunt. Pro nunc sufficiat quid nominis de Deo dixisse. Et vt ad rem redeam, D. Paulus dicit Deum esse euangelii authorem, id est, bonorum prædictorum, & in eo contentorum promissorem, promissionisque reuelatorē, & non solum hominem, verum hoc tempore Christo deo simul & homini mandasse publicationem. Origenes hic refert D. Marcum scripsisse initium euangelii Iesu Christi, sicut scriptum est in Esa propheta. Et Apostolus dicit hic esse Dei, quod quidem exponit Dei patris. verum quoniam Christus verbum est, & in principio erat verbum, & Deus erat verbum. Omnia quæ sunt patris sunt filii, & ediuerso. Vnum atque idem dicit esse euangelium Dei & Christi. Cum opera trinitatis ad extra, vt D. Aug. dicit, sunt indiuisa, & pater & filius, ac spiritus sanctus vnum sint, vt D. Ioan. testatur. Secundo, commendat officium euangelizandi, siue euangelium, propter antiquitatem & firmitatem. Hæc commendatio fuit necessaria ad obstruendum ora paganorum, qui euangelio detrahebant, & prædicationem eius calumniabantur dicentes. Euangelium esse hominum figmentum. Huiusmodi figmentum excludit dicens, Euangelium non esse ab heri & nudiustertius
B inuentum, neque ex improuiso ortum. sed multo ante tempore annunciatum & promissum a Deo. Vnde Esa. Antequam venirent indicaui tibi, quæ indicatio futuri contingentis est manifestum signum diuinitatis, iuxta illud. Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia Dii estis vos. & sic euangelium est dei, qui (cum ex omnium Philosophorum consensu sit immutabilis secundum illud, Ego Deus & non mutor, & apud quem non est transmutatio, neque vicissitudinis obumbratio) non potuit non seruare promissum, cum nec fallere neque falli possit, neque id quod reuelauit & promisit, non possit esse nisi verum & firmum. vnde ad Titum ait. In spem vitæ æternæ quam promisit, qui non mentitur Deus. & alibi, Impossibile est Deum mentiri. Ex hac promissione Dei in veteri testamento facta confutatur error Manichæorum dicentium, non eundem esse Deum veteris testamenti & noui, qui est Pater domini nostri Iesu Christi. Tertio, commendat officium euangelizandi & euangelium ex dignitate ministrorum & testium, qui fuerunt Prophetæ. Vnde dicit per Prophetas suos, quibus reuelata, fuerūt, quę sunt nūc cōpleta circa verbū incarnatū. Non.n. (vt Amos dicit) faciet Dominus verbū, s. incarnati nisi reuelauerit secretū suū ad seruos suos Prophetas. Et notāter addit (suos) quia sūt aliqui prophetę proprii hominū qui spiritu humano loquūtur. vnde Hie. Visionē cordis

Con. Gen. lib. 1. Phy. 8. 12. Metha. Exod. 3. Ephe. 1. Mar. 1. Ioan. 1. Ioan. 17. D. Aug. n. 1. Ioan. 5. Esa. 48. Esa. 41. Mala. 3. Iacob. 1. Ad Tit. 1. Heb. 6. Amos 3. Hier. 14.

Tit. 1. cordis sui loquuntur, non de ore Domini. & Apostolus ad Titum dicit. Quidam ex illis proprius illorum propheta dixit Cretenses semper mendaces malæ bestiæ, ventres pigri. Sunt etiam quidam prophetæ dæmonum qui ab immundo spiritu inspirantur, prout quadringenti prophetæ Baal, quos interfecit Helias in torrente
3 Par. 18. Cizon. Sed prophetæ Dei dicuntur, qui diuino spiritu inspirantur. Vnde Ioel Effun
Ioel. 2. dam de spiritu meo, &c. Pomissio Euangelii & verbi incarnati facta fuit duntaxat
Gen: 15. duobus, id est Abrahæ & Dauidi, vt diuus Hieron. ait. Fuit tamen aliis patribus re-
& 17. uelata. Vnde D. Virgo. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini eius
Psal. 13. in secula Fuit deinde à Prophetis prçnunciata Vnde Zachar. Sicut locutus est per
Luc 1. os sanctorum, qui a seculo fuut Prophetarum eius. Per os scilicet Esa. Hierem. &
Esa. 30. generaliter per omnes veteris Testamenti Prophetas. Vnde D Petrus. Huic om-
& 41. nes Prophetæ testimonium perhibent, &c. Imò tota lex erat Christi vaticinium.
Hiere. 31. Quarto, commendat & corroborat authoritatem euangelii ex modo tradendi,
Act. 10. cum dicit in scripturis sanctis, quasi dicat huiusmodi promissa fuerunt, non solum C
Haba. 2. verbo prolata, aut interius suggesta, verum etiam in scriptis (quibus cum absentibus loquimur) perpetuæ memoriæ prodita et demandata, prout iussum fuit Abacuc. Scribe visum & explana illud. Ideo Christus. Scrutamini scripturas, scilicet sanctas, etenim illæ sunt quæ testimoniũ perhibent de me. Ad maiorem autem firmitatem addit sanctas. Scripturç illæ dicuntur sanctæ. Primo, eo quòd spiritu sancto inspirati D. Petro teste, eloquuti fuerunt sancti dei homines, ea quæ in eis scripta sunt. Ideo Apostolus dicit, Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est eo quod
Tit. 3. vitia damnat, virtutes promouet Secundo quia sancta continet, scilicet sacramenta vnius veri Dei, & incarnationem Christi, nostramque purgationem & iustificationem. Vnde. Psalm. Confitemini memoriæ sanctificationis eius. Tertio,
Psal. 96. quia sanctificant. vnde Christus, Sanctifica eos in veritate, sermo tuus veritas est. Et
Ioan. 17. quia vniuersaliter omnes scripturæ à Deo inspiratæ sunt veræ, integræ, puræ, & incorruptæ, & quibus nihil falsitatis vel ambigui, seu incertitudinis potest esse commixtum, prout in scripturis Philosophorum et Poetarum carminibus. Ideo dicun
2: Mac: 12 tur sacræ & sanctæ Scripturarum sanctarum vtilitas declarauit Mach. 12. Haben-
Rom. 15. tes solatio sanctos libros & in hac Epistola. Quæcunque scripta sunt, ad nostram
Ti 3. doctrinam scripta sunt. &c. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis, &c. Hic reprobatur error Manich. qui condẽnabant scripturã antiqui Testamẽti, quod dicebant à malo deo processisse. Scripturæ canonicæ, siue libri canonici, quibus credere tenemur, numerati sunt in canonibus Apostolorum, cap. 84. & in concilio Laodicen. D
cap. 59. & in concilio Tridentino, in decreto. 3. Sessionis, & sunt omnes libri in biblia nostra hoc tempore contenti.

Quinto, commendat Euangelium ex bonis in eo denunciatis, quæ pertinent ad materiam, siue obiectum Euangelii, quòd est Christus Dei filius. Ideo dicit (de filio suo) qui fuit in Euangelio testimonio Patris declaratus filius suus, cum Deus pater dixit, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Ideo Apost. dicit. Non enim me iudicaui scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hũc cru
1. Cor. 2. cifixum. Hic scopus totius Euangelii ad quam veteris & noui testamenti ordinantur libri, & omnia in eis contenta Per filiũ. n. dei Iesum Christum sanctissima Tri
Psal. 2. nitas, & alia fidei mysteria sunt nobis reuelata. Commendat autem hic Apostolus
Ioan. 10. Christum ex æterna origine, eo enim quod præmisit Euangeliũ Dei quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis, & postea subdit de filio suo, sufficienter exprimit æternam generationem, de qua Dauid. Dominus dixit ad me, filius meus es tu. Ego hodie (id est in hoc æternitatis die) genui te Generatur enim semper a patre, qui ei eandem naturam communicat. vnde dicebat. Ego et pater vnum sumus, vbi D. Aug. ait, Quod dicit vnum, liberat te ab Arrio qui diuersitatem naturarum in eo asseruit. Quod dicit sumus, liberat te a Sabellio, qui pluralitatem personarum negauit.

Quid

Quid factus est ei ex semine David secundum carnem.

PER hæc verba Apost. declarat eiusdem filii temporalem originem & debet sic legi, Qui (scilicet filius Dei factus est homo) quod prius non erat, non enim semper fuit homo. Potest enim aliquid de nouo relatiuè dici de aliquo absque sui mutatione, licet fiat mutatio in alio. Aliquis enim sedens fit dexter per mutationem eius transfertur, & similis propter mutationem eius qui similem qualitatem acquirit. Sic Deus dicitur ex tempore Dominus, vel creator propter mutationem creaturæ, eadem ratione dicitur de nouo factus absque sui mutatione per mutationem & inchoationem humanæ naturæ ex semine Dauid secundum carnem, id est, secundum corpulentam substantiam quæ facta & vnita est Dei filio. Et sic (vt D. Augustin. E dicit) Qui erat, factus est, verbum erat, filius Dei erat, filius hominis factus est, suscepit humanitatem, non amisit diuinitatem. Natus est secundum veritatem naturæ ex Deo Dei filius, & ipse naturaliter æternus patrique coæqualis, & secundum veritatem naturæ ex homine hominis filius, vt non adoptione vel appellatione, sed vere in vtraque natiuitate filii nomen nascendo haberet, vnaque persona in duabus naturis subsisteret. Et sic mens Apostolus, est declarare materiam siue obiectum euangelii esse filium Dei secundum duas naturas & duos aduentus. Per hæc excluditur error dicentium in Christo duas esse hypostases aut personas S c ergo intelligendum est illud, Verbum caro factum est, id est filius Dei factus est homo, accipiendo carnem pro hominem abstractiuè, id est, pro natura humana & non pro supposito, vt sit sensus. Filius Dei factus est homo, id est, natura humana, quæ caro facta & assumpta est a filio Dei ad suum esse personale, non tamen quod suppositum diuinum in se, absolute sit factum, nec filius secundum diuinitatem sit factus sed genitus, vt dicit Athanasius. Dicitur autem ex semine Dauid, & non Abrahę cui primo facta est promissio, iuxta illud, Abrahæ dictæ sunt promissiones ad dandum spem veniæ peccatoribus. Fuit enim Dauid (ex cuius semine natus est Christus) peccator. Abraham vero iustus absque reprehensione legitur. Insuper ad commendandum dignitatem regiam Christi Romanis regnum gentium tenentibus. Nec etiam arbitrandum est Apostolus intellexisse filium Dei factum esse hominem ex semine Dauid secundum carnem effectiuè, vt sit sensus ex virtute virilis seminis Dauid, Cum D. Virgo hominem non cognouerit, sed solo spiritu sancto operante conceperit, Sed intelligit materialiter tantum, quia ex corporali substantia, siue ex purissimis sanguinibus D. Virginis, quæ fuit ex semine Dauid propagata, Christus conceptus est Ex hoc loco apparet confutatio Hanichęorum dicentiū Christum non habuisse veram carnem, sed fantasticam.

Ioan. 1. *Gen. 12.* *Galat. 3.* *Luc. 1.* *Text.*

Qui prædestinatus est filius Dei in uirtute.

HOC loco Apostolus commendat Christum ex eius præordinatione quam declarat. Circa quam primo considerandum est quod nomen prędestinationis a destinatione deriuatur. Destinatio autem dupliciter sumitur, quandoque pro mis- F sione, dicuntur enim destinati qui ad aliquid mittuntur, secundum illud, Destinauerunt aliquos de populo, & abierunt ad regem. Quandoque vero destinare, idem est quod proponere, iuxta illud Destinauit Eleasarus non admittere illicita. Hæc autem secunda significatio a prima deriuari videtur. Quemadmodum enim nuntius qui ad aliquid mittitur, ad aliquid dirigitur, ita id quod proponimus ad finem aliquē ordinamus, secundum hoc igitur pędestinare, nihil aliud est quam ante in corde disponere. Potest autem aliquis de futura re, vel operatione disponere, dupliciter. Vno modo quantum ad ipsius rei constitutionem, quemadmodum artifex disponit qualiter domum facere debeat. Altero modo quo ad vsum vel gubernationem rei, prout cum aliquis disponit qualiter debeat vti equo suo. Et ad hanc secundam dispositionem pertinet prædestinatio, & non ad primam. Id enim quo quis vtitur refert ad

1. Mach. 1 *2. Mach. 6*

ad finem quo fruendum est. Sed cum res ipsa in se constituitur, non dirigitur ex hoc ipso in aliud. Vnde prædispositio constitutionis rei propriè prædestinatio dici non potest, ergo idem est negare prædestinationem, quod negare præordinationem diuinam ab æterno de his quæ fienda sunt in tempore. Verum cum omnia naturalia ad constitutionem ipsius rei pertineant, cum sint vel principia, ex quibus res constituitur vel quæ huiusmodi principiis sequuntur, consequens est quod naturalia sub prædestinatione non cadant. Non enim propriè dicimus quod homo sit prædestinatus habere manus. Relinquitur ergo quod prædestinatio solum dicatur eorum quæ supra naturam sunt, ad quę intellectualis natura ordinatur. Supra intellectualem autem creaturā est solus Deus. cui tripliciter vnitur intellectualis creatura per gratiam. Vno modo quo ad actum ipsius Dei per gratiam prophetiæ, qua communicatur homini præcognitio futurorum, quæ est propria Deo. Vnde Esa. Annunciate A
Esa. 41. quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia Dii estis vos. Et huiusmodi gratia dicitur gratis data: Secundo modo quo ad ipsum Deum, quo ad effectum communis dilectionis, iuxta illud. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, quod fit per gratiam adoptionis. Tertio modo per effectum specialem, vt puta per vnionem in esse personali, qui est humanitati Christi singularis. Et hęc dicitur gratia vnionis. Sicut ergo hominem esse vnitum Deo per gratiam adoptionis, cadit sub prædestinatione, ita etiam esse vnitum Deo per gratiam vnionis in persona, cadit sub prædestinatione. Et quantum ad hoc dicit Apostolus. Qui prædestinatus est esse filius Dei, scilicet secundum naturam humanam. Et ne hoc referatur ad filiationem adoptionis, additur [in virtute, e quasi dicat, prædestinatus est vt habeat ęqualem virtutem cum Deo patre. Quia vt D. Ioan ait, Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem
Apoc. 5. & diuinitatem. Quinimò ipse Christus est Dei virtus & sapientia. Vnde D. Ioann.
1. Cor. 1. Quæcunque pater fecerit, & filius similiter facit, respectu vero gratiæ gratis datæ,
Ioan. 12. non dicitur aliquis prædestinatus, quia gratia gratis data, non ordinatur directe ad hoc quod ille qui eam recipit, ad vltimum finem dirigatur, sed vt per eam alii di-
1. Cor. 13. rigantur, iuxta illud, Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, scilicet aliorum. Manifestum est autem quod id quod est per se, est mettum & mensura, ac regula eorum quæ dicuntur per aliud, & per participationem. Vnde prædestinatio Christi, qui est prædestinatus filius Dei per naturam, est mensura vitę. Ita & prædestinationis nostræ, qui prædestinamur in filiationem adoptiuam, quæ est participatio & imago naturalis filiationis, secundum illud. Quos præ-
Rom. 8. sciuit & prædestinauit conformes fieri imagini filii sui. Sicut igitur homo Christus non est prædestinatus propter merita præcedentia, sed ex sola gratia, vt
Deut. 9. sit filius naturalis Dei. sic nos ex sola gratia, & non ex meritis, prædestinamur vt simus filii adoptiui Dei, iuxta illud. Ne dicas in corde tuo cum deleuerit eos dominus deus tuus in conspectu tuo. Propter iustitiam meam introduxit me Dominus vt terram hanc possiderem. Est igitur manifestum ad quid sit ista prædestinatio, scilicet ad hoc quod aliquis sit filius Dei in virtute. Sed inquirendum est quis est ille qui est ad hoc prædestinatus, quia videtur quod talis non semper fuerit filius Dei in virtute, cum hoc nomen prędestinatus antecessionem importet, quæ conuenire non potest ei qui semper fuit. Hoc argumento Origenes dicit hunc textum B fuisse corruptum, & non debere legi, [Qui prædestinatus est, &c.] sed qui destinatus, verum quia communiter omnes libri Latini habent (Qui prædestinatus) ideo aliter exponendum est. Quidam exponunt, [Qui prædestinatus,] id est, declaratus est filius dei in virtute, id est, per virtutem miraculorum secundum mo-
Mat. ult. rem scripturę sacræ, in qua dicitur aliquid fieri quando innotescit. Vnde Domi-
Ioan. 8. nus post resurrectionem dixit, data est mihi omnis potestas, quia post resurrectio-
Mat. 27. nem innotuit talem potestatem, sibi datam ab æterno, qui prædixerat cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. Vnde Centurio videns magnalia in morte Christi, cum Verum dei filium esse proclamauit, sed secundum hanc expositionem prædestinatus non acciperetur propriè. Alii vero prædestinationem

nationem non attribuunt personæ, sed naturæ, vt sit sensus, Qui prædestinatus est filius dei in virtute, id est, cuius natura prędestinata est, vt esset vnita ei qui est filius dei in virtute, verum hæc expositio est impropria & extorta, cum prædestinatio importet ordinem in finem & agere non sit naturæ, sed personæ actiones. n sunt suppositorũ Ideo si hæc dictio prædestinatus proprie accipiatur, Christi. Vnde D. August. dicit quod Christus secundum quod homo, est prædestinatus. Ad cuius euidentiam notandum quod persona Christi subsistit duabus naturis, scilicet diuina & humana, & secundum vtranque potest aliquid dici de eo, prout de homine potest aliquid dici secundum corpus, vt tangi & vulnerari, & aliquid secundum animam vt intelligere, ita & de Christo potest aliquid dici secundum, naturam diuinam, prout ipse de se dicit. Ego & pater vnum sumus. Et aliquid secundum naturam humanam, vt cum dicimus ipsum crucifixum & mortuum. Et hoc modo dicitur prædestinatus secundum naturam humanam, quanuis ipsa persona Christi semper fuerit filius dei, & secundum se non fuerit prædestinata, sicut nec facta, tamen non semper fuit, vt existens in humana natura, sed hoc non fuit ex tempore & ineffabili gratia. Hoc enim participium prædestinatus, importat actum animę. Anima vero secundum intellectum & rationem potest disiungere, & distinguere ea quæ secundum rem sunt coniuncta. Potest nanque de pariete albo aliquid cogitare & loqui seorsim, quantum ad hoc quod est paries, non cogitando albedinem, & aliquid cogitare de eo secundum quod est albus, siue de albedine, non cogitando de substantia parietis. Ita prædestinatio potest attribui personę Christi, secundum quod subsistit in humana natura, licet non attribuatur ei, vt subsistit in diuina. Vnde Apostolus prius filium Dei incarnatum præmisit, & postea prædestinationem ei attribuit, vt intelligatur prædestinatus esse prout factus est ex semine Dauid secundum carnem. Et sic explicando incarnationis mysterium, a filio dei descendit ad carnem, & a carne secundum prædestinationem ascendit ad filium dei, ad ostendendum quod neque gloria diuinitatis impediuit infirmitatem carnis, neque carnis infirmitas diminuit maiestatem dei, vt dictum est super verbo qui factus est. Prædestinationis & reprobationis materiam amplius in. 9. huius epistolæ capite prosequemur. Cum Apostolus addit [in virtute,] ponit distinctionem inter Christi prædestinationem & nostram. Quia nos prædestinamur esse filii dei adoptiui per gratiam, Christus verò prædestinatur esse filius dei naturalis in uirtute & potentia.

In Lib. de prædest. Sanct. c. 15.

Ioan. 10.

C

Secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri. Text.

IN his verbis Apostol. exprimit primum & principale signum & effectũ virtutis Christ, quasi dicat, apparet Christum esse filium Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis, id est, ex hoc quod dat spiritum sanctificantem; proprium enim est diuinæ virtutis sanctificare homines. Ideo dicebat, Ego Dominus qui sanctifico vos. Sanctificatio autem fit per collationem gratiæ spiritus sancti, quē Christus misit prout ipse dixit: Cum venerit paracletus quem ego mittam, &c, Præterea in virtute Christi sanctificamur secundum illud: Sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & spiritus dei nostri. Vnde in. 3. cap. huius epistol. concludit. Vt sit ipse iustus & iustificans. Consequens est ergo, vt sit filius dei naturalis ex quo habet virtutem & potentiam Dei. Possunt etiam aliter hæc verba secundum spiritum sanctificationis exponi, vt referantur ad eius conceptionem, ac si diceret. Qui prædestinatus est filius dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis: est, per Spiritum sanctum in utero uirginali conceptus, quod est signum diuinæ uirtutis in ipso. Vnde Gabriel. Spiritus sanctus superueniet in te, &c, Sequitur ideoq; & quod nascetur ex te sanctũ uocabitur filius Dei. Hæc posterior expositio referri potest ad id q prędixerat; Qui

Leui. 20. Ioan. 15. 1. Cor. 6. Luc. 1.

qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, secundum spiritum sanctificationis, ex quo caro eius concepta est. Anterior verò expositio, quæ est melior, refertur ad illud quod dixit. Qui prædestinatus est filius Dei in virtute.

Cùm autem dixit [ex resurrectione mortuorum] probat alio signo Christum esse filium Dei in virtute. Quia resuscitare mortuos est signum Dei virtutis. Hoc
Ioan. 5: autem fecit Christus, vt ipse fatetur dicés: Sicut pater mortuos viuificat, sic & filius
Mat. 27. quos vult viuificat. Christus autem ante mortem suam viuificauit filiam principis synagogæ, filium viduæ, & Lazarum, & quod maius est seipsum suscitauit, & multos in resurrectione sua secundum illud: Multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt: Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in san
Ioan. 10 ctam ciuitatem, & apparuerunt multis: quibus testificati sunt Christum esse verũ Messiam in lege promissum, Deum & hominem, & sua virtute resurrexisse, et mor
Ephe 5. tis destruxisse imperium. Hanc virtutem se habere ostendit Christus cum dixit, po
1. Cor. 15. testatem habeo ponendi animam meam & potestatem habeo iterum sumendi eam. Potest etiam hic locus intelligi de resurrectione spirituali mortuorũ, id est, peccatorũ. Vnde Apost. Surge qui dormis, exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Mortui dicuntur Iesu Christi, qui ab ipso resuscitantur: sicut & infirmi alicuius medici, à quo sanantur. Et cum Christus in resurrectione generali sit omnes mortuos suscitaturus: Quia sicut per vnum hominem mors, ita per vnum resurrectio mor-
Apoc. 14 tuorum, omnes mortui dicuntur Christi. Specialius tamen dicuntur Christi, qui in Domino, id est, in gratia Domini moriuntur: iuxta illud, Beati mortui qui in Domino moriuntur. Nam calamitosa illa reproborum turba, licet iussu Christi resurgat, non tamen ad instar resurrectionis eius. Differentiam resurrectionis illorum, et
1. Cor. 15. eorum qui sunt Christi declarat Apost. dicens: Omnes quidem resurgemus, sed nõ B
1. Cor 6. omnes immutabimur. Dicitur autem Christus Dominus noster, quia magno pre-
Mat. vlt. cio nos emit. Et quia data est ei omnis potestas. Et nomen quod est super omne no
Philip. 2. men, vt in nomine eius omne genus flectatur, cœlestium, terrestrium, & inferno-
Ioan. 13. rum. Vnde dicebat, Vos vocatis me Magister & Domine, & benedicitis, sum
Text. etenim.

Per quem accepimus gratiam & Apostolatum.

Ioan. 1. HIC commendat Christum ex liberalitate, quam ostendit ex duplici munere, scilicet communi & particulari. Primum munus quod communiter datur omnibus fidelibus in baptismo, est gratia, qua iustificantur à peccatis. Hanc recipimus à Deo per Christum. Ideo dicit per quem, scilicet Christum omnes fideles gratiam accepimus in baptismo. Vnde D. Ioã. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est, & infra. 5 Per quem habemus accessum in gratia ista, in qua stamus, & secundũ Origenem sustinemus & laboramus. Vnde dicebat, Abundantius omnibus illis laboraui, Non ego, sed gratia Dei mecum.

1. 2. q. 100 art. 1. Et quia hic est primus locus, in quo Apostolus de gratia loquitur, Ideo ad eius intelligentiam, & diuersorum locorum conciliationem, vt semel me expediam, diligẽter aduertendum est quod secundum nostrum modum loquendi, Gratia tripliciter accipi solet. Primo, pro dilectione alicuius, prout solemus dicere, hic miles habet gratiam regis, quando rex eum diligit. Secundo, pro dono gratis dato. Et secundum hoc dicimus: Hanc gratiam fecit mihi rex, cum dedit aliquod donum. Tertio, pro recognitione beneficii gratias dati: Et secundum hoc dicimus, gratias habere beneficiorum. Ex primo modo gratiæ pendet secundus, & ex secundo tertius: Quia ex hoc quod aliquis diligit alium, procedit collatio alicuius boni, siue beneficii, & ex beneficiis exhibitis procedit gratiarum actio. Sic proportionabiliter loquendum est de gratia Dei. Verum circa primum modum attendenda est differentia inter dilectionem hominis & Dei. Homo enim non semper habere voluntatem efficacem, neque omnia potest cum sit finitus, & moueatur, ex hoc quod est in rebus: hinc F
est

est quod voluntas hominis, non causat totaliter rei bonitatem, sed supponit ipsam, vel in parte, vel in toto. Deus autem, cuius voluntas beneplaciti est semper efficax & omnia potest, sequitur quod quando deus diligit aliquem, siue vult ei aliquod bonum, quod idem est statim illud bonum profluit a deo in dilecto. Ideo consequens est quod ad quamlibet dei dilectionem, sequatur aliquod bonum reale in creatura dilecta, quod potest dici gratia. Dilectio autem dei diuersificatur secundum diuersa dona, quæ dat. Et quia bona, quæ dat deus, sunt duplicia. Quædam sunt communia & connaturalia, & secundum hoc dicitur dilectio dei communis. Quia scilicet diligit omnia quæ sunt, & nihil odit eorum quæ fecit. Et hac dilectione diligit & vult esse substantiam dæmonum & connaturalia illorum, ac omnes homines cæterasque creaturas. Et quia gratis vult illis ea quæ sunt eis naturalia, id est, quæ fluunt a principiis naturæ præter omne debitum creaturæ, hinc est quod bona connaturalia, etiam in animalibus & insensibilibus rebus collata, possunt dici habita gratia dei, cum omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum sit. Sed non dicitur tale donum propriè gratia, prout de gratia loquuntur scripturæ, & communiter qui accipiunt gratiam pro dono Dei supernaturali, scilicet excedente capacitatem naturæ creatæ ordinato ad supernaturalem finem beatitudinis, quæ in commununicatione clari visionis suæ essentiæ consistit. Et hoc donum non dat deus omnibus creaturis intellectualibus. Aliquando gratia accipitur pro æterna Dei dilectione, quæ est ipsemet Deus, qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum in laudem gratiæ suę, & cætera. Gratia pro supernaturali dono Dei accepta, diuiditur in gratificantem, & non gratificantem. Gratia gratificans, quam Theologi gratum facientem vocant, est donum siue habitus supernaturalis gratis, & absque meritis, in essentia intellectualis naturæ infusus, quo dono natura intellectualis insignita, est grata & accepta Deo, cum omnibus operationibus suis, ac ordinata (si in ea perseuerauerit) ad vitam æternam. Huiusmodi gratia est quę mundat & purgat a peccatis, sanctificat & iustificat hominem, ideo, ab Apostolo in pluribus locis, maximè in hac Epistola, & hoc capite dicitur iustitia & gratia diffusa in cordibus nostris per Spiritum sanctum, cuius effectus datus est, vel per Spiritum sanctum, id est, per sanctissimam trinitatem, quæ est vnus Deus & Spiritus sanctus, licet approprietur personæ Spiritus sancti, eo quod persona Spiritus sancti procedit per modum amoris, siue dilectionis. Et est patris & filii nexus, vnio, & amor. Ex quo amore Deus causat hoc gratiæ donum. Hæc gratia data est principaliter in commodum & vtilitatem eorum, quibus confertur. Et est in hac via imperfecta, & instabilis siue amissibilis, sed in patria perficitur, & amitti non potest. Gratia non gratificans, quam theologi vocant gratis datam, est donum supernaturale non iustificans, seu acceptum faciens hominem Deo ad vitam æternam, ab eo colllatum homini, principaliter ad proximorum & Ecclesiæ vtilitatem. Et hæc est multiplex. Quædam dicitur præueniens, quam Diuus Augustinus & doctores vocant, auxilium gratiæ speciale, quando homo peccator ad alia distractus, gratis mouetur a deo ad cogitandum de salute sua, adhuc talis non est acceptus aut gratus deo ad vitam æternam. Alia dicitur operans, & est motio qua voluntas (quæ prius volebat malum) mouetur à Deo ad volendum bonum. Alia est cooperans, quæ est motio voluntatis a Deo ad tollendum impedimenta, & quęrendum media resurgendi a peccato, & talis adhuc non est acceptus. Multiplicitatem huius gratiæ ostendit Apostolus in pluribus locis, inter alias autem gratias gratis datas præeminet, vt dictum est, gratia Apostolatus, quam hic D. Paulus dicit se particulariter accepisse. Præmisit illi gratiam, tum quod ex gratia, & non ex meritis dicit se assecutum. Nam & alibi protestatur se esse minimum Apostolorum, & non esse dignum vocari Apostolum, tum etiam quia Apostolatus officium, nisi præhabita gratia santificante, dignè haberi, neque absque ea legitimè exerceri potest. Vnde dicebat, Vnicuique nostrum data est gratia &c. Quamuis sceleratis Apostolatus, aliaque Ecclesiastica officia, quæ in publicam vtilitatem conferuntur, absque iustifican-

Sap. 11.
Iac. 1.
Ephe. 1.
A
Rom. 5.
Ioan. 4.
Infra. 12.
1. Cor. 12.
Ephe. 4.
1. Cor. 15.
Ephe 4.
Matt. 7.

te gratia committantur, secundum illud, Multi dicent in illa die, Domine, domine,
1.Cor. 15. Nonne in nomine tuo prophetauimus, &c. Inter Apostolos enim Iudas Scariotis nominatur Paulus vero non solum Apostolatum, sed & cætera dona eidem functioni, & exercitio necessaria, abundantius cęteris omnibus suscepit, quod constare potest ex eo quod abundatius illis laborauit. Non ipse, scilicet soles, sed gratia Dei secum, &c.

Ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius.

Tex. IN his verbis describit Officium Apostolatus Primo ex facie, seu fructu, qui est vtilitas obedientiæ fidei, quia ad obediendum fidei, quasi dicat. Ad hoc Apostolatus institutus est, & ad hoc missi sumus, vt faciamus homines obedire fidei, ut in captiuitatem reducantus omnem intellectum in obsequiũ Christi, non ad inanem glo- B
2.Cor. 10. riam & terrenorum acquisitionem, aut inanem verborum pugnam, siue ad contentiosas quæstiones De hoc fructu intelligitur illud D. Ioan Posui uos, ut eatis, et fru-
Ioan 15. ctum afferatis, & fructus vester maneat, scilicet obedientiæ fidei. Vnde ipse Apost.
2.Cor. 2. dicebat. Ideo scripsi vobis, ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus
2.Cor. 10. obedientes sitis. Et alibi, In promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam cum impleta fuerit obedientia vestra. In his maxime obedientia locum habet, quæ uoluntarie facimus. At in his quæ sunt fidei ex uoluntate consentimus, & non ex ra-
infra. 6 tionis necessitate. Nullus enim (ut D. Augustinus ait) credit nisi volens. Vnde obedientia circa fidem locum habet Ideo infra, scilicet, Obedistis ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi estis. Deinde cum dicit (In omnibus gentibus) describit Apostolatum suum ex amplitudine. Quia non solum in vna Iudæorum gente, non in una duntaxat regione, aut in vna mundi parte, in Africa, in Asia, Europa; sed
Mat. ult. in omnibus gentibus (quemadmodum alii Apost.) euangelizandi potestatem acce-
Infra. 11. pit, secundum illud, Euntes in mundum vniuersum docete omnes gentes. Quod autem ab Apostolatu Pauli non essent exclusi Iudæi, præsertim inter Gentes habitan-
Gal. 2. tes, apparet ex eo quod infra dicit. Quandiu quidem ego sum Gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo, si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam & saluos faciam aliquos ex ipsis. Peculiarius tamen in gentibus Apostolatum accepit, iuxta illud. Qui operatus est Petro in Apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes. Deinde cum dicit ([pro nomine eius]) describit Apostolatum ex plenitudine potestatis. Quemadmodum enim Christus in nomine Pa- C
Ioan. 5. tris venisse dicitur, quasi plenam Patris, potestatem habens, ita & Apostoli in nomi-
2. Cor. 2. ne Christi venisse dicuntur, quasi in persona & potestate Christi. Vnde dicebat, Nã & ego quod donaui, si quid donaui propter vos in persona Christi donaui, Potest etiam esse sensus, pro nomine eius dilatando & glorificando, & ubique eius fidem prædicando & aonuntiando Et non pro aliquo terreno fructu mihi acquirendo. Vn
Act. 9. de D. Lucas, Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus,
Col. 3. & regibus, & filiis Israel. Et ob hoc omnes fideles ad Christi nomen honorandum hortabatur, dicens Omnia in nomine Christi agite.

In quibus estis & uos uocati Iesu Christi.

Tex. HIC describit Apostolatum suum ex potestatem quam habebat super illos, quibus scribebat, qui prædicto Apostolatui erant subiecti [(in quibus)] scilicet Gẽtibus super quas illi datus est Apostolatus [(estis et uos)] scilicet Romani, quãuis sublimes iuxta illud. Ciuitatẽ sublimẽ humiliabit et cõculcabit eam pes pau-
Esa. 26. peris (scilicet Christus) gressus egenorum, id est, Apostolorum maxime Petri &: Pauli: Vnde ipse dicebat, Vsque ad uos peruenimus in euangelio Christi,
2.Cor. 10. unde ex egenorũ prædicatione, vos Romani estis vocati Iesu Christi, id est, à Christo, vel ad fidẽ Christi vel, uocati, nõ noĩe eorũ q uobis annunciauerũt sed Christi ad-
quem

quem vos vocauerunt, vt sitis nominati non Petri, aut Pauli nominibus sed Christiani a Christo, secundum illud, ita vt cognominatentur primum Antiochiæ discipuli Christiani. *Act. 11.*

Omnibus qui Romæ sunt dilectis Dei uocati sanctis.

HIC describuntur personæ salutatæ ex tribus, primo ex loco, quia Romani, nō intendit tamen Apostolus solis Romanis natione, sed etiam aliis diuersarum nationum tunc Romæ existentibus scribere. Vnde dicit omnibus qui Romæ, sunt *Tex.*
D siue Iudæi, siue Gentiles essent. Scribit autem omnibus, quia omnium cupiebat salutem Vnde dicebat, Volo omnes esse sicut meipsum. Romanis scribendo impleuit illud quod ei dixerat dominus. Te oportet & Romæ testificari. Secundo, describit personas salutatas ex gratia, cuius origo est dilectio Dei: Ideo dicit [Dilectis dei,] id est, a Deo qui dilexit omnes populos, & sancti in manu illius sunt. Dilectio Dei prior est nostra secundum illud, Non quasi nos dilexerimus eum (scilicet prius) sed quoniam ipse prior dilexit nos. Dilectio enim dei non prouocatur, ex bono creaturę, sicut dilectio humana, sed causat bonum creaturæ. Quia diligere est velle bonum dilecto. Voluntas autem beneplaciti Dei, est semper efficax & causa rerum iuxta illud Omnia quæcunque voluit fecit. Et sic gratię dei origo est dilectio ipsius. Tertio describit personas salutatas ex vocatione, dicens [(vocatis sanctis)] ex dilectione enim dei sequitur vocatio quæ duplex in sacris literis inuenitur. Vna exterior, qua Petrū & Andream vocauit dicens. Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominū. Altera est interior, per inspirationē, de qua Salomon. Vocaui, & renuistis. Ad vocationē sequitur iustificatio siue sāctificatio. Ideo subiūgit [sāctis] quasi dicat, omnibus qui sūt Romæ vocatis a deo, vt sint sācti per gratiā & sacramēta a Christo instituta sanctificatis, secūdū illud. Sed abluti estis, sed sanctificati estis. *1.Cor.7.* *Act. 23.* *Deut. 3.* *1.Ioan. 4.* *Psal. 113* *Mat. 4.* *Prou. 1.* *1.Cor.6.*

Gratia uobis & pax. *Tex.*

HIC describuntur duo bona, quæ eis optabat, quæ sunt Gratia & pax, quæ sūt simpliciter bona, & continent alia omnia Propter quod possunt a quocunque sibi & aliis optari Gratia inter Dei dona spiritualia est primum, quia per illam remittuntur peccata, & iustificamur in hac via, iuxta illud, Iustificati gratis per gratiam ipsius. Pax vero omnem sensum exuperans est vltimum, quod in beatitudine perficitur. Vnde Dauid: Qui posuit fines tuos pacem. Tunc enim erit perfecta pax quando voluntas requiescet in pacis plenitudine habens immunitatem ab omni malo. Vnde Esa. Sedebit populus in multitudine pacis & requie opulenta. De his duobus bonis & ordine eorum Dauid; Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, quæ inter se differunt, quia gratia est via ad pacem. Illa quidem est radix meritorum prima. Pax vero optimus fructus eius. Hæc bona cunctis fidelibus aduenire & perpetuo manere optat Apostolus in omnibus suis Epistolis, quamuis in his quas ad Timotheum scribit, superaddat misericordiam, quæ sub gratia continetur. Hæc gratiæ & pacis per Apostolum imprecatio est suprema quæ fieri potest *Infra.3.* *Psal.* *Esa. 32* *Psal.71.*
E salutatio. Et, vt Origenes dicit, est potior salus & benedictio, quam quæcunque alia ab antiquis patribus imprecata. Nec mirum, quia Christus omnium benedictionum author, eam discipulis in ædes aliorum ingredientibus docuit & iniunxit. Intrātes, inquit, in domum, salutate eam, dicentes. Pax huic domui, &c. Christus tamen in hac salutatione gratiam non prǽmisit, eo quod euidenter subintelligatur in pace. Certum enim est neminem pacem veram absque iustificationis gratia habere posse. Et quia de gratia sufficienter diximus, consequens est vt de pace aliqua subiungamus. Pax dupliciter accipitur. Vno modo generaliter & large, vt se extendit ad omnem concordiam, siue sit in bonum, siue in malum. Si sit in malum, dicitur pax diabolica, quia licet dæmones inter, se dissentiant, concordant tamen ad procurandum damnationem hominum, prout, etiam hæreti- *Mat.10.*

Esa.48. ci, & grassatores. Hanc pacem non generat gratia, aut charitas, non enim est pax cum impiis, Neque talem pacem Christus induxit, sed eam dissoluendam se venisse
Mat.10. protestatus est, Nolite, inquit, arbitrari quod venerim pacem mittere in terram.
Psal.72. Non enim veni pacem mittere, sed gladium, veni enim superare hominem aduersus patrem suum, &c. Et Dauid, Zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. Et D Paulus, Posuit discordiam inter Saduceos & Pharisæos: Vnde opus misericordiæ est concordiam eorum qui in malo conueniunt (medio debito, veritatem declarando, & incommoda sequentia) dissoluere. Est & alia pax simulata siue ficta,
Hier.9. de qua Hieremias ait, Ore pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. Et talis fuit pax Iudę, qui in signum pacis osculatus est, quem prodebat, Chri-
19. de Ciu. stum. Pax verò propriè dicta dicitur ordinata, & secundum diuum Augustinum,
dei.c.13. est hominum cohabitantium sub vna fide, & æterna lege concordia. Et Glos super Matth.5 dicit. Vera pax vbi nil repugnat in virtute. Hæc pax admittit nonnunquam diuersitatem opinionum, in his quæ non sunt necessaria. Vnde diuus Paulus
Act.15. & Barnabas dissensisse leguntur. Pacem ordinatam quilibet diligere, procurare & inquirere ac pro ea rogare tenetur, quod triplici via probari potest. Primo ratio
19 de.ciu. ne obligationis, naturalis & ciuilis. Naturaliter enim homo diligit vltimum finē.
dei.c.11. Atqui finis vltimus cuiuslibet est pax. Vnde diuus Augustinus., Possumus dicere
Psal. finem bonorum nostrorum esse pacem, sicut & vitam æternam. Vnde Dauid, Qui posuit fines tuos pacem. Et Ecclesia in solennitate dedicationis cantat, Vrbs beata Hierusalem, dicta pacis Igitur. Ciuiliter etiam obligatur filius, qui vult F
Ioan.14. gaudere hæreditate patris, obseruare testamentum patris. Atqui Christus est pater
Psal. noster, qui in testamento suo pacem obseruare mandauit, dicens: Pacem relinquo
Psal. vobis, pacem meam do vobis. Igitur. Authoritatibus etiam innumeris in sacris li-
Hiere.29. teris id nobis præcipitur. Dauid, Inquire pacem, & persequere eam. Et alibi: Rogate quæ ad pacem sunt. Quærite pacem ciuitatis, ad quam transmigrare vos feci. Et Apost. infra 12. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pa-
Iob.38. cem habentes. Ad hanc pacem & concordiam nos inducunt corpora cœlestia, quæ incursu suo non se impediunt, sed mutuo se fouent. Vnde Iob, Quis enarrabit cœlorum rationem concentum cœli, quis dormire faciet? Inducunt pariter animalia bruta ferocia. De quibus Lactantius: Si quidem bestiæ sui generis animantibus parcunt. Et diuus Augustinus, Animalia peccata feritate cohabitant simul.
Lib.5. de Et si aliquando, compellente spiritu congrediantur, illico mansuescunt, & iniu-
ira c.12. riarum oblita illa tam sæua animalia pacifice viuunt. Et in 19. de Ciuitate Dei, Canone 12. dicit: Quisquis mecum res humanas naturamque communem agnoscit, quod sicut nemo est qui gaudere nolit, ita nemo est qui pacem habere nolit. Quandoquidem & ipsi, qui bella volunt, nil aliud quam vincere volunt. Ad gloriosam ergo pacem bellando cupiunt peruenire. Non est autem dubium, vt Seneca ait quin felicior sit pax nunquam lacessita, quam multo sanguine reparata.
Iob.22. Commodorum etiam ac vtilitatū copia ad pacem nos inducunt. Ideo Iob, Habeto A
Eccl.25. pacē & habebis fructus eius. Pax enim gratū facit hominem deo & aliis hominibus iuxta illud, In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, &c. Pax in super plurimum delectat. Vnde D Aug in loco preallegato, Tantum est bonum pacis, quid in rebus
Mat.5. creatis nihil gratius solet audiri, nihil delectabilius concupisci, nihil vtilius posside
Esa.48. ri. Pax Præterea, Protectorem facit Deum, iuxta illud 2. Cor.13. Habere pacem, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum: Pax etiam homines filios Dei facit, iuxta illud, Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Media procurandi pacem tempo
Gen.13. ralem sunt quatuor, Primum diuina pacificatio, iuxta illud, Vtinam attendisses ad mandata mea, & facta esset quasi flumen pax tua. Secundum est iustitia, iuxta illud, Erit opus iustitiæ pax. Tertium est terrenorum contemptus, ex quorum appetitu dissentiones & rixæ oriuntur, vt legitur fuisse inter pastores Abrahæ & Loth. Quartum deuota oratio, ideo Dauid, Rogate quę ad pacem sunt.

A Deo

A Deo patre & domino Iesu Christo.

HIC ostendit vnde prædicta bona sunt expectanda, quia a tota Trinitate. Ideo dicit [A Deo.] quo nomine tota Trinitas designatur. Vnde D. Iacobus, Omne datum optimum, omne donum perfectum, desursum est descendens a patre luminum. Et Dauid: Gratiam & gloriam dabit dominus. Nec officit quod adiūgit [patre.] quia hæc vox pater hic potest teneri essentialiter. Cum nomina importantia relationem ad creaturam, sint cōmunia toti Trinitati, prout creator & dominus, & sic tota Trinitas potest dici pater, quamuis etiam hic pro persona patris (quæ secundum proprietatem dicitur pater Christi) accipi possit. Sed secundum causalitatem dicitur Pater noster, iuxta illud, Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum. Et sic nominat personam patris. Nominat etiam personam filii, cū dicit [(& domino nostro Iesu Christo)] quia gratia & ueritas per Iesum Christū facta est. Nec sine ipso a quo in quo, & per quem, sunt omnia, vllus pacē habere potest personam autem Spiritus sancti explicite non nominat, quia intelligitur in donis eis appropriatis, quæ sunt gratia & pax Vel etiam quia intelligitur in duabus personis patris & filii quorum est vnio & nexus Vel quia est donum vtriusque quod intelligitur in donis de quibus dicit, Gratia & pax quæ per spiritum sanctum dantur, prout alibi dicit, Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus.

Tex. Iac. 1. Ioan. 20. Ioan. 1. 1. Cor. 12.

SECVNDA PARS PRIMI CAPITIS.

Primum quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus nobis.

Tex.

HIC incipit Epistolarem tractatum, præmittendo per modum prologi affectum, quem habebat ad eos ad quos scribebat, vt auditores redderet beneuolos. Ostendit autem amicum erga eos animum ex gratiarum actione, a qua orditur. Conuenientissimum est enim, vt in omnibus gratiarum actionem præmittamus, secundum illud, In omnibus gratias agite. Non enim dignus est beneficium consequi, qui de acceptis beneficiis gratias nō agit, iuxta illud, Ingrati spes tanquam hybernalis glacies tabescet Et Salomon dicit: Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. Sic ad principium vnde prodeunt beneficia, reuerti debent per gratiarum actionem, vt iterum fluant, vel fluxus illorum perseueret. Gratias agere alicui, est sentire & recognoscere bona ab illo data, eumq; laudare ac superiorē & liberalem existimare, non debitorē. Hanc recognitionē debemus corde, ore, & opere, protestari coram Deo bonorū omnium largitore Hæc recognitio dicitur sacrificium laudis, quod maximè reddere debemus Deo, quem Apostolus vocat suum, licet enim deus trinus in personis, & vnus in essentia sit, & dicatur generaliter Deus omnium, eo quod ab eo pēdent omnia per creationem, gubernationem, & promissionē. Omnia enim pendent ab eo in esse fieri & conseruari. Dicitur tamen specialiter eorum, qui fidem quæ per dilectionem operatur habent, id est, iustorum, qui mediantē gratia gratum faciente Deo grati & accepti sunt, ab eoque diriguntur & proteguntur. Vnde Dauid ait, Oculi domini super iustos Et alibi, Dominus illuminatio mea, & alibi, Adiutor meus & protector meus es tu, Deus meus ne tardaueris, scilicet me adiuuare. Specialius tamen adhuc eorum ad quos sermo Dei de incarnatione & benedictione, aut lege & euangelio suo prouulgādis factus est. Et sic dicitur Deus Abraham, Isaac & Iacob, Dauid & Ioseph, Pauli & Apostolorum, iuxta illud, Iste Deus meus & glorificabo eum. Specialissime autem est deus eorum, qui eius clara visione inseparabiliter fruuntur Et quia eo ordine debet gratiarum actio in Deum referri, quo gratiæ & beneficia ad nos deueniunt, quod quidē est per Iesum Christum. Vnde infra 5. dicit, Per quem accessum habemus ad deū, cui nihil gratum est, nisi quod illius auspiciis ceptum aut per illum sit oblatum quem deus mediatorem, pōtificem, &

C 1. Thes. 5. Sap. 16. Eccl. 1. Psal. 39. 1. Tim. 2.

Iob 9. & propiciatorem omnium constituit: Ideo dicit [per Iesum Christum] Eam ob
...m. 3. rem Ecclesia in omnibus orationibus suis adiungit, per dominum nostrum Iesum Christum,&c. Christi enim merita, sunt omnium bonorum nostrorum causa, ideo in orationibus non sunt prætermittenda. Deinde subiungit personas pro quibus gratias agit, dicens. [Pro omnibus vobis], id est, pro profectu omniū vestrum, omnibus enim placere desiderat, & omnium salutem cupiebat, secundum illud, Sicut et ego per omnia omnibus placeo. Et illud, Volo omnes homines esse sicut meipsum.
.Cor. 10. Gratiæ enim, vt D. Chrys. ait, non solum pro propriis, sed etiam pro alienis successibus, ac rectè factis agendæ sunt. Quandoquidem animam ab incidente & malignitatis morbo, liberat, ac Deum magis allicit ad eos amandos, quos grato erga se animo esse cognouerit. quapropter & alibi ait, Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nobis in omni benedictione spirituali.
.Cor. 7.

...ex.

Quia fides uestra annunciatur in uniuerso mundo:

HIC ostendit bona propter quæ gratias agit. Cum enim vt Diuus Ambrosius ait, multa essent in Romanis bona, de quibus gaudebat Apostolus, Erant enim doctrinæ memorabiles, & bonorum operum cupidi studiosique magis agendi bene quam sermonis, quod non longè est a lege diuina. In hoc tamen primum gaudere se dicit, quod Christi fidem liberè ac voluntarie suscepissent, & firmo proposito eam tenerent, & Ecclesiæ insiti fuissent. Nec non quod fides illorum tantum crementi et fulgoris acceperit, vt in vniuerso mundo annunciaretur. Non illis (secundnm Diuū Chrysostomum) congratulatur, quod terrena ac caduca, quæ nihili sunt æstimanda, haberent, sed fidem, de qua commendat eos, quia faciliter susceperant, & in ea firmiter permanebāt. Vnde & vsque hodie apud eos plurima fidei signa ostenduntur in visitatione sanctorum locorum, vt D. Hierony. super Epistolam ad Galatas, dicit, nondum tamen perfectam fidem habebant. Quia aliqui eorum erant præuenti a Pseudo apostolis vt crederent legis cæremonias Euangelio iungendas. Gaudebat autem & gratias agebat non solum propter eos. Verum etiam propter vtilitatem consequentem in aliis, quia scilicet exemplo eorum qui erant domini gentium, aliæ gentes prouocabantur. Quia, vt dicit Glos. prompte facit inferior, quod videt fieri a superiori. Vnde Poeta, regis ad exemplar formatur ignobile vulgus. Propter quod admonentur prælati, vt sint exemplar & forma gregis ex animo. Nec huic annunciationi in vniuerso mundo aduersatur quod nondum præconium Euangelii in vniuersos mundi angulos euolauerat, quia neque ad Antipodas tam breui quiuerat tempore penetrare. Quia hic vniuersus mundus nō intelligitur, iuxta propriam uerbi notionem, scilicet pro toto mundo, sed hiperbolice pro maiori parte mūdi. Nihil enim mentitur qui superlationis scemate nomen alicuius illustrissimi viri toto orbe celebratū dixerit. Vel fortè, quia Romanus Romano loquitur more. Qui eadē hiperbole ditionem suam & dominatum, quo latissimè patere significarent, vniuersum orbem & appellabant. iuxta illud, Exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis, scilicet ei subditus. Hac etiam hiperbole dicitur quod in die Pentecostes, Erant habitantes in Hierusalem viri religiosi ex omni natione quæ sub cœlo est. Vel in vniuerso mundo, id est, per quatuor partes terræ, in Oriente, Occidente, Meridie, & Septentrione, & in principalibus finibus mundi. Roma enim tempore Apostoli erat caput mundi ex quo tunc Romani toti mundo præsidebant. Et ideo eorum fides pro omnium ora volitabat, ex quo de toto orbe aliqui illuc conueniebant, & ad propria redeuntes Romanos suscepisse fidem Christianæ religionis, vbique diuulgabant Sicq; iam securius cæteræ per orbem nationes suscipiebant.

D

.Psalm. (margin, beside "a superiori")
Luc. 2. (margin, beside "mentitur qui")
Act. 2. (margin, beside "vniuersus orbis")

Testis enim mihi est Deus, cui seruio in spiritu meo in Euangelio filii eius: Tex.

HIC Apostolus ostendit affectum, quem erga Romanos habebat ex oratione, quam pro eis fundebat. Et quia orationis negotium secretò agitur corã Deo, secundum illud; Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum, qui videt in abscondito, Dei testimonio probat se pro eis orare, dicens, [Testis enim mihi est Deus], cuius testimonio omnia aguntur, iuxta illud, Ego sum iudex & testis. Et cum iurare, sit Deum in testem vocare, consequens est quod Apostolus hic iurauit, cum Deum in testem inuocauerit. Iurauit etiam pluries, alibi enim dixit, Testem Deum inuoco in animam meam. Pariter cum dixit, Quæ autem scribo vobis coram Deo, quia non mentior. Similiter cum dixit, Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, scit quia non mentior, Attamen in supradictis non peccauit. Et ideo exemplo suo declarauit iuramentum non esse omnino illicitũ, imo (vt Diuus Augustinus in libro de sermone domini in monte, et in libro contra mendacium, ac etiam contra Manichęos dicit) aliquando est necessarium, & pertinet ad Dei cultum. Confitetur enim & protestatur iurans Deum infallibilem omnium veritatem & perspicientiam habere eiq; omnia esse in conspectu etiam abditissima cordium, quandoquidem iuramentum omnis controuersiæ finis sit ad confirmationem. Qua de causa inquit, & Deus per semetipsum Abrahæ promissiones confirmauit. Nec in hoc Apostolus aduersatur dicto Christi. Ego autem dico vobis, Non iurare omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei est neque per terram, quia scabellum est pedum eius, neque per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis, neque per caput tuum iuraueris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester, est est, non non, Quod autem his abundantius est, a malo est. Nam Christus per supradicta verba non omne iuramẽtũ prohibet, sed iuramẽtũ falsum, vanũ & inutile, et iurandi assuetudinẽ qua Sapien. Iurationi nõ assuescat os tuũ, multi.n casus in illa. Nominatio vero dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum non admisceatis, quoniam, non eris immunis ab eis. Quemadmodum enim seruus interrogatus assidue a liuore nõ minuitur. Sic omnis iurans & nominans, in toto a peccato non purgabitur. Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet a domo illius plaga. Quod autem subdit Christus, sit sermo est est, non non, quod autem amplius est, a malo est. Non intelligitur malum esse (vt D. Aug. ait) ex culpa iurantis, sed uel ex culpa iuramentum exigentis. Quia plus iusto incredulus, uel ob malum pœnæ propter fragilem conditionem mortalium, qua post peccatum Adę non est facile de re occulta fidem adhibere contra testes, aut iuramentum. Hoc enim ex hoc loco præcipitur homini, ut nitatur quantum ex ipso est, ne iuramento vtatur, tanquam bono per se appetibili, nec nisi tribus commitibus indiuiduis, iudicio, iustitia videlicet & veritate D. autem Paulus seruatis omnibus iuramenti circunstantiis, iurat necessitate compulsus. Nam cum infestus esset pseudoapostolis Romanorum, non faciliter credidissent, quod is, quem nusquam viderant, vel audierant, tam propenso in eos esset animo, quod tamen creditu erat eis operepretium, ut in eius doctrina proficerẽt & charitatem ipsius cognoscerent. Præterea iurauit de re occultissima, vtpote de oratione quam secreto absque testibus agebat, ac denique scribens vbi maiurius & cõsultius loquemur, iurauit, iuramẽtumq; magno decoro perornauit, dicens [Cui seruio], scilicet reuerenter per latriæ cultum, sicut scriptum est, Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Declarat modum seruiendi, cum ait, [in spiritu meo,] q d. Nõ solũ in exteriori seruitio corporali uano, ut gẽtiles, uel corporeo dũtaxat vt Iudæi, qui animalibus mactãdis & aliis cæremoniis obseruãdis plurimũ incũbebãt. Ego uero præcipuè interiori scilicet secundum spiritum. Spiritus enim est deus & eos, qui adorant eum, in Spiritu et veritate adorare oportet, non in carnalibus illis cæremonis abrogatis, secundum illud, Nos sumus circuncisio qui spiritu

[Margin: Mat. 6. Hier. 15. — E — 3. Cor. 1. Gal. 1. 2. Cor. 11. — Heb. 6. Mat. 5. — Eccl. 23. — F — Hiero. 4. — Deut. 6.]

deo seruimus. Anima enim hominis secundum portionem superiorem, hoc est secundum intellectum & voluntatem, dicitur mens & spiritus, Mens quidem quando inferiora, spiritus vero cum superiora contemplatur. Subiungit, deinde officium A in quo seruit scilicet [(in euāgelio filii eius)] ad quod se dixerat segregatum. Euangelium autem quem prius dixerat esse dei, hic dicit esse filii eius, ut filium dei ostendat esse deum, vnumq; in natura cum eo, à patre tamen personaliter distinctum.
Euangelium dicitur filii, quia ab ipso prædicatum ex proprio officio, secundum illud, Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare, quia ideo missus sum ac etiam quia est ab eo discipulis iniunctum, ut D. Marcus narrat, Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ.

Quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis.

Luc. 18. SINE intermissione orandum esse Christus docuit, dicens. Oportet semper
1. Thes. ult. orare & nunquam deficere; & alibi Apostolus, Sine intermissione inquit orate, quod non est intelligendum quantum ad tempus, vt scilicet absq; temporis interpolatione semper oremus, cum hoc vires superet humanas Nec id ipse Apostolus faciebat, dormiebat nanq; aliquando & manibus laborabat, Sed intelligendum est, vel quantum ad ipsum actum, & sic semper & sine intermissione orat, qui statutis temporibus orat Vnde legimus quod Petrus & Ioannes ascenderunt in templum ad horam orationis nonam, & ita sine intermissione orabat Apostolus. Vel intelligendum est quantum ad finem orationis, qui est ut intellectus noster semper
1. Cor. 10. tendat in bonum, & sic tandiu homo orat quandiu agit ut in Deum tendat. & hoc modo semper orat, qui totam vitam suam in Deum ordinat, nihil aduersus eum admittit, & sic semper orare, est semper bene facere. ideo Christus adiunxit, & non deficere. Et Apo. Siue manducatis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. Determinando hoc aduerbium semper dicit, [in orationibus meis] scilicet omnibus, quotiescunque oro Oratio secundum Damascenum, nil aliud est quam quidam ascensus animi, siue quædam mentis eleuatio in Deum, & secūdum D. Augustinum, est petitio decentium a Deo, ex quorum dictis conflari potest completa orationis definitio, ut dicamus, Oratio est eleuatio & ordinatio mentis siue animi ad Deum, cum quadam decētium petitione pro se uel aliis, prout Apost. qui in orationibus suis Romanorum memoriam faciebat, Differunt autem recordari, facere mentionem, & facere memoriam, recordatur enim quis alicuius rei B quando ei res præterita in mentem venit. Facere verò mentionem, ad colloquium pertinet, quo quis cum altero loquitur de vno, tertio aut de aliquo eorum re spectu rei præteritæ. Facere autem memoriam ad mentis æternam commemorationem pertinet, & idem est quod commemorationem facere, iuxta illud, In memoria ęterna erit iustus, seu in ęterna apud Deum recordatione siue commemoratione; & hoc ideo quia apud Deum erit perpetua iustorum recordatio. Vnde Ec-
2. Reg. 17. clesia publica oratione cātat se offerre hostias & preces Domino pro defunctorū ani
Exod. 32. mabus, quarum memoriam tunc faciunt Christi fideles vt de morte hoc est pœnis ad vitam quietam transire valeant. Sic hic Apostol. Romanorum coram Deo fa-
Infra. 4. ciebat memoriam, vt deus eorum semper recordaretur. Sic Dauid cum dicebat. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui: uel memoriam vestri facio proponendo coram deo, qui respicit orationes humilium. Et sic illi pro quibus sancti orant, proponūtur cōspectui diuino, prout & cætera sctōrū facta. Vnde dixit mulier ad Heliam, Ingressus es ad me, vt rememorentur mea quasi illud sit iniquitates in memoria quod ei per nos proponitur Vnde & Moyses dicebat, recordare Abraham, Isaac & Iacob Licet deus semper eorum actualem haberet memoriam, etiam antequam essent. Vocat enim a quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Et sic Apost. dicit se memoriam Romanorum facere in omnibus orationibus suis; quia Deo proponebat eorum bona, & a Deo eos habuisse recognoscebat bona illorum reputans

quasi

quasi sua. quod patet ex hoc, quia pro ipsis gratias agebat & orabat, hoc est stabilitatem & perseuerantiam in eis & augmentum illorum precabatur.

Obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in uoluntate Dei ueniendi ad uos. Tex.

HIC ostendit affectum suum erga Romanos ex desiderio veniēdi ad eos, quod desiderium manifestat intensum & vehementem ex obsecratione, quæ dicitur petitio per aliquid sanctum aut sacrum, ut cum propter natiuitatē uel passionem Christi, aliquid postulatur. Geminatio etiam et inculcatio aduerbiorum, si quo modo et tandem intensionem & vehementiam astruit. Ideo dicit [si quo modo], id est, quacunque via [et tandem], id est, quocunque tempore aliquando liceat ad uos venire, arbitrarer prosperū iter, nec aeris intemperies, nec locorum distantia, aut asperitas, aut itineris labor me deterrebit aut impediet, quin ad vos veniam si adfuerit voluntas Dei, cui semper se conformare volebat, prout Christus docuit, dicens. Non mea sed tua voluntas fiat. Voluntati enim eius nemo debet, nec potest resistere. Mat. 6. Cum ergo secundum voluntatem Dei, ipse cum Barnaba (vt ad Gal scribens meminit) decretus fuisset in Macedoniam & circumadiacentes regiones (Vnde hanc epistolam mittebat) tum prædicationis gratia, tum vt eleemosynas pauperibus, qui erant Hierosolymis procuraret, non inde abducere se poterat. Et in hoc satisfaciebat Romanis, qui forsan de ipso conqueri poterant. Quod cum Christiani & ipsi essent, & in vrbe quæ orbis esset præclarissimum caput atque ipsius ditionis, qui Apostolus erat Gentium, nullam aut per exiguam sui rationem duceret, si quidem cum Græciam totam perlustrasset, nunquam ut Romam venirct, concepisset desiderium. Lu. 22. infra. 9 Gal. 2.

B

Desidero enim uidere uos, ut aliquid impartiar uobis gratiæ spiritalis ad confirmandos uos, id est, simul consolari in uobis per eam quæ inuicem est, fidem uestram, atque meam. Tex.

HIC manifestat duplicem desiderii causam, vna est eorum vtilitas. Ideo, inquit, obsecro, vt prosperum iter habeam in voluntate Dei ueniendi ad uos, non quidem superuacaneē ut in seculari amicitia, sed cupiens vos esse in visceribus Christi, ut aliquid impartiar vobis gratiæ spiritalis. Gratia enim & donum Dei duplex est, quoddam est non spiritale, & tale concernit corpus, aut ea quæ sunt corporis, aut res exteriores, ut sunt forma, decor, fortitudo virginitas, nuptiæ diuitiæ, regnum terrenum, quæ diuersimode dantur a Deo donum vero & gratia spiritalis, est aliquid a Deo humanę creaturæ collatam, concernens aut ea quæ sunt animæ, ut sunt fides, prudentia, sapientia, scientia, discretio spirituū Et huiusmodi gratias vel effectus earum cupiebat Apost impartiri Romanis. Non tamen tanquam author gratię, sed ut minister. Solum enim se esse ministrum uolebat existimari. Et hoc ad confirmādos vos prædicatione vel miraculis prout fuerat iniunctum Petro, in fide quam suscepistis, uel ad confirmandos uos per administrationem sacramentorum, & gratiarum gratis datarum, iuxta illud Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum administrantes, & per exhortationem sermonum secundum illud, omnis sermo malus de ore vestro non procedat Sed si quis bonus est ad ædificationem fidei Altera causa desiderii erat mutua consolatio. Et ne ex hoc quod dixerat ad confirmandos vos, periculū aliquod incurrerent, quasi ab arrogante sibi officium confirmandi eos, exponit se innuens per illam confirmationem intelligere mutuam in fide concordiam ex qua inuicem consolarentur. Consolantur enim magistri & discipuli cum scientiam suam & discipulorum concordare conspiciunt. Sic Apost. se & Romanos in aduentu sua, in quo fieret mutua collatio & concordia fidei consolationem accepturos. Vnde dominus Caietanus expositionem illam sic legis id autem est simul consolari in vobis per eam, &c. Pilipp. 1. 1. Cor. 4. Luc. 22. 1. Petr. 4. Eph. 4.

C

Nolo

Text. *Nolo autem vos ignorare fratres, quia sæpe proposui uenire ad uos, & prohibitus sum usque adhuc, ut aliquem fructuum habeam in nobis, sicut & in cæteris gentibus.*

NE desiderium Apostoli videretur vanum & inane, hic subdit propositum & impedimentum executionis illius, dicens: [Nolo, &c.] q. d. Sæpe proposui venire
1. Ioan. 3. ad vos, vt dilectionem meam ostenderem non solum verbo & lingua, sed opere & veritate. Verum ab executione huius propositi prohibitus, id est, impeditus sum aliis occupationibus, vel a diabolo, qui nititur impedire prædicationem, ex qua prouenit salus hominum, vel etiam prohibitus a deo, secundum illud Iob, 37. Nubes,
Act. 16. id est, prędicatores spargunt lumen suum lustrantq; cuncta per circuitum, quocunq; voluntas gubernantis duxerit: Vnde in Act. Apost. dicitur, Transeuntes autem Phrygiam & Galatiæ regionem, vetati sunt a Spiritu sancto loqui. Et iterum, Tentauerunt ter Bithiniam, & non permisit spiritus Iesu, Vtrunq; autem horū vult Apost. eos non ignorare, vt scilicet cognoscentes eius affectum, verba sua deuotius suscipiāt
Esa. 5. & impedimentum visitationis eius suæ culpæ imputent, & sic corrigantur. Nam in B
1. Cor. 15. pœnam culpæ dicit Dominus per Esā. Mandabo nubibus meis (id est, prædicatoribus) ne pluant super eos imbrem. Subiungit causam propositi quæ est eorum vtili
Ioan. 4. tas, cum inquit, [vt aliquem fructum habeam in vobis,] per meam prædicationem, secundum illud, Posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat vel quasi ex eorum conuersione ei fructus accrescat, secundum illud, Qui metit mercedem accipit, & fructum congregat in vitam æternam.

Tex. *Græcis & Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum, ita quod in me promptum est, & vobis qui Romæ estis, euangelizare. Non enim erubesco Euangelium.*

HIC assignat aliam propositi causam, scilicet debitū quod sibi imminebat ex officio suscepto, vnde dixit, Væ mihi si non Euangelizauero, necessitas enim mihi
1. Cor. 9. incumbit. Et quia vniuersalem Apostolatum gentium susceperat, omnibus se afferit
1. Cor. 9. debitorum. Vnde dicebat: Cum liber essem, omnium me seruum feci. Ideo dupli-
1. Cor. 14. cem ponit diuersitatem Græcorum & Barbarorum. Et quia Græci fuerunt primi legum inuentores, omnes gentiles, qui humanis legibus reguntur, primò nominat Græcos, Barbari vero dicuntur, qui extranei sunt quo ad aliquem, secundum illud,
2. Mac. 15 Si nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquar Barbarus. Proprius tamen dicūtur Bar
Galat. 2. bari, qui ratione non reguntur, iuxta illud, Ne ita ferociter ac barberè feceris, hoc est inhumanè & contra rationem. De Iudæis autem qui diuinis legibus regebantur, mētionem non facit, quia non erat institutus Iudæorum sed Gentilium Apost.
Exo. 35. secundum illud, Ita vt illi in circuncisione, nos autem in Gentibus. Ex vtraq; autē causa concludit promptitudinem voluntatis exemplo illorum, de quibus in Exod: dicitur. Egressa omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi, obtulit mente promptissima atque deuota: Et postremo excludit impedimentum promptitudinis, scilicet erubescentiam, propter quam multi prætermittunt ea quę alias promptè facerent. Vnde & alibi dicit; Nos prędicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem B
1. Cor. 1. scandalum Gentibus autem stultitiam. Ipsis tamen vocatis Dei virtutē & sapientiam. Ideo non formidandum, timendum, aut erubescendum est prædicare Euangelium. Erubescere enim est confundi & pudorem habere, quod de euangelii prædi-
Mat. 10. cationi haberi non debet. Nam Christus ait. Nolite timere eos qui occidunt cor-
Luc. 9. pus, &c. & alibi, Qui me erubuerit et meos sermones, & hunc filius hominis erubescet. Et hinc est quod baptizati liniuntur Chrismate signo crucis in fronte, vbi est sedes verecundiæ, ne scilicet euangelium erubescant.

TER-

TERTIA PARS CONMENTI. I. C.

Virtus enim Dei est, in salutem omni credenti, Iudæo primum & Græco. Tex.

HIC Apostolus incipit narrationem & inchoando instruit eos de his quæ pertinent ad euangelicam doctrinam, in quam se segregatum prædixerat. Declarando fructum euangelii siue efficaciam gratiæ euangelicæ, dicit se non erubescere euangelium, eo quòd virtus Dei sit. Differunt autem potentia, virtus & potestas. Potentia enim dicitur primaria potestas, vti est imperialis aut regalis potētia qua quis latè & potenter dominatur, & hac dicitur deus omnipotens, id est, omnia cum imperio potes. virtus dicitur ipsum robur per quod potentia primaria in opus procedit. Vnde & patri attribuitur potentia, & filius dei virtus nominatur, eo quod per filium potentia patris vniuersa sit operata, iuxta quam acceptionem Simon Magus a suis sectatoribus dicebatur virtus magna, ac si diuina potentia per Simonem Magum magna operata fuisset. Holofernes virtus Assyriorum nominatur, quia per eum potentia Nabuchodonosor regis Assyriorum executioni demandata est. Act. 8. Iudic. 14.

Potestas dicitur licentia & libertas, qua aliquis agere aliquid ualet, aut non agere. illius enim rei quis potestatem habet quam agere aut non agere valet. iuxta illud, Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Euangelium ergo secundum rem euangelizatam, quæ est Christus, est virtus: Christus enim a Deo omnem virtutem & potestatem accepit, iuxta illud. Data est mihi omnis potestas. Vel etiam quia euangelium Dei uirtutem in se continet, secundum illud. Dabit voci suæ vocem virtutis, Virtus & strenuitas diceretur, id est, vnus inermis multos armatos vinceret. Ergo magna virtus fuit quod Christus in carne infirma, deuicit diabolum. De quo Iob dicebat, Non est potestas super terrā quæ ei valeat comparari. Magna virtus fuit quod Apostoli inermes euangelii verbis reges & principes ac totum mundum, voluptates & pompas eius deuicerunt, & a diaboli regno ereptos Christo subiecerunt. Magna virtus est euangelii verbis cæcos illuminare, leprosos mundare surdis auditum reddere, infirmos sanare, & mortuos ab inferis ad vitam reuocare. Vnde Christus discipulis Ioannis virtutem Euangelii declarans, Eunte, renunciate Ioanni quæ audistis & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, mortui resurgunt, & pauperes euangelizantur. Si magna virtus est infirmos curare, & eis salutem corporalem reddere, quam maior profectò est virtus infirmitates spirituales curare, remissionem peccatorum condonare, gratiam & vitam æternam conferre, quod proculdubio Euangelium exhibere constat. Ioan. 10. Mat. 28. A Psal. 67. Iob. 4. Mat. 11.

Vnde subdit [in salutem,] scilicet corporalem & spiritualem. Vnde Diuus Iacobus, Suscipite insitum verbum quod potest saluare animas vestras Et Christus, iam mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Et alibi, sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est Et alibi. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meū audit, & credit ei qui me misit, habet vitam ęternam, & in iudicium non venit, sed transiet de morte in vitam. Et iterum, Verba quæ ego loquor, spiritus & vita sunt. Ex quibus apparet per quem modum Euangelium salutem confert, quia per fidem & eius confessionem. iuxta illud, Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. Et illud, corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, ac etiā per scripturam. Vnde verba euangelii scripta & ex fide delata vel applicata, virtutem saluti feram habent. Diuus enim Barnabas (vt in eius gestis habetur) infirmos curabat, Euangelium superponendo. Virtus scripturę euangelicę fuit figurata in signo Thau, de quo dicitur, quod illi qui manu scriptoris signati erant signo Thau, quod est signum crucis in euangelio publicatæ præseruati sunt a morte, & saluati. Cauendæ tamen sunt appositiones characterum, quia superstitiosum est illas apponere. Virtus ergo euangelii est in salutem, non omnibus simpliciter, sed credentibus & accipientibus ordine quodam. ideo dicit, [Iudæo primum & Græco.] Iudæis primò quantū ad ordinem Iacob. 1. Ioan. 15. Ioan. 17. Ioan. 5. Ioan. 6. Mar. ult. Rom. 10. Eze. 9. infra. 15. Ioan. 4.

ordinem salutis: Iudæi enim sunt priores, quia eis promissiones factæ sunt ut dicit
Act. 13. infra. Et in eorum gratiam sunt Gentiles assumpti, ac si ramus oleastri inseratur in bonam oliuam, ut dicit infra. 9 Ex eis etiam Saluator noster natus est secundum B illud, Salus ex Iudæis est. Et quia prius fuit eis euangelium publicatum a Christo, & Apostolis, qui dicebant, Vobis oportuit primum loqui Post Iudæum ponit Græcum. Per græcum autem intelligit omnem Gentilem. Græcum præponit aliis: Quia inter Gentiles Græcorum natio est præstantior, eò quòd a Græcis aliorum Gentilium sapientia deriuata est: Et quia Græcorum natio inter gentiles primò in Christum credidit. Græci igitur, & si ordine salutis sint Iudæis posteriores, tamē quantum ad salutis finem consequendum, Græci & Iudæi sunt æquales. Vnde infra 10. Non est distinctio Iudæi & Græci. quia non Iudæorum tantum deus, sed & gentium. Vnde omnes qui laborauerunt in vinea, æqualem mercedem receperunt priores & posteriores eundem denarium acceperunt.

Tex. *Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem.*

HIC exponit quomodo Euangelium sit virtus Dei in salutē, quia iustitia Dei in eo reuelatur Ad clariorem huius loci intelligentiam sciendum est, quod tunc vnaquæque res dicitur iusta cum rectè se habet ad proprium finem Finis autem hominis non est vnus, sicut in inferioribus creaturis, sed duplex, nempe naturalis, qui est bonum honestum, quod est obiectum rationis. Alius est finis supernaturalis, qui est visio Dei. in hunc finem refertur & ordinatur ex natura sua, & debet per hominem ordinari finis naturalis, secundum hos duos fines duplicem ponit Apostolus iustitiā, circa finem naturalem iustitiam humanam, quæ est ad alterum secundum debitum, & æqualitatē Et hāc iustitiā homo sua pte natura habere potest et alteri debitū secundum æqualitatē reddere, & bene moraliter agere. Non tamen quod ex illo aliquid mercedis habeat apud Deum. Vnde infra 4 cap dicit, Si Abraham ex operibus iusti-
Psal. 10. ficatus est, habet gloriam, scilicet non apud Deum. Et infra 10 ignorantes Dei iustitiam, & suam quærentes statuere, iustitiæ non sunt subiecti. Altera est iustitia hominis in ordine ad finem supernaturalem, & talis est gratia Dei, qua quis agere & præstare potest opera ei grata & accepta ad vitam æternam Et hæc iustitia Dei ali-
Psal. 44. quando iustitia fidei dicitur. Et cum dicit hic iustitia Dei in eo reuelatur, dupliciter intelligi potest Primò pro iustitia, qua deus dicitur iustus secundum illud, iustus do C minus, & iustitias dilexit, seruando promissa, reuelatur in eo homine credente Euangelio, quia credit Deum impleuisse quod promisit de Christo mittendo, & hoc ex fide, id est, fidelitate Dei promittentis. Quia fidelis dominus in omnibus verbis suis in fidem hominis credentis. Alio modo vt dicat quod iustitia Dei, qua Deus homines gratis iustificat absque operibus legis, quæ nihil aliud est quam gratia gratum faciens. Vnde infra. 3. iustificati gratis per gratiam ipsius, reuelatur in Euangelio in quantum per fidem euangelii iustificantur secundum quodcunque tempus. Vnde subdit ex fide in fidem, id est, ex fide veteris testamenti procedendo ad fidem noui. Quia in vtroque homines saluabantur per fidem Christi, qua nos credimus Christum venisse, antiqui crediderunt Christum venturum, secundum illud, Habentes eū
Heb. dem spem fidei credimus. Hoc dicit præueniens argumentum Iudæorum, qui illi reuelationi obiicere poterant, salutem eis ante Euangelium fuisse reuelatam. ideo addit, ex fide in fidem reuelari primum in lege veteri patribus. Quibus multipharie multisque modis loquebatur olim Deus per fidem implicitam tantum. Postea per explicitam in euangelio, in quo explicatius loquutus est in filio.

Ex hoc loco quibusdam videri posset, non esse vnam fidem antiquorum & modernorum, eo quod illis in vniuersali velate implicitè. illis vero expli ite & in particulari. Cognitio enim vniuersalis differt a particulari. Præterea determinatum tempus in his quæ sunt fidei, est necessarium. infidelis enim nunc reputaretur, qui diceret Christum non venisse. Insuper fides est de enunciabilibus quæ sunt diuersa. In-

super

super circuncisio erat illis necessaria ad salutem, nunc mortifera. Sed omnino tenen dum est unam esse fidem antiquorum & modernorum. Vnde Apostolus, Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, unus deum, alias non esset eadem Ecclesia. Habitus enim habent vnitatem vel multitud nem ex obiecto extra animam Cum igitur obiectum fidei sit Christus, in quem antiqui crediderunt, & nunc credimus: cōsequens est antiquorum fidem & nostrā esse vnam specie, quia de vno obiecto. Nec ex hoc passu ex fide in fidem, elici potest duas esse fides, secundum speciem & essentiam Sed solum quod fuit successio credentium, & quod fides modernorum quantum ad modum & aliqua accidentalia quæ concernunt participationem subiecti, sit diuersa secundum diuersos respectus, Cognitio enim vniuersalis & particularis, non differunt nisi secundum modum & circunstantiam temporis, quæ se habent accidē taliter secundum diuersos respectu præteriti & futuri. Licet dici possit, quod tempus aduentus Christi fuit determinatum in se quia certo tempore fuit conceptus, natus & passus. licet non determinatum respectu credentium. S. Thom. de uerit. q. 4. art 11. Ephe. 4.

Text.

Sicut scriptum est, iustus autem ex fide uiuit.

HIC probat quomodo euangelium Dei sit in salutem omni credenti. Et sic non debent referri hæc uerba ad proximam clausulam, scilicet reuelatur in eo iustitia ex fide in fidem. Nec inconuenienter hoc fecit Apostolus. Prius enim respondere debebat dubitationi quæ fieri poterat. Quid nam rei esset virtus illa euangelii in salutem omni credenti; respondit quod est iustitia Dei, & sic respondit illi dubitationi, dicendo iustitiam Dei esse in salutem omni credenti. Et quia postea dixerat ex fide in fidem, e vestigio subdit, quo modo credenti pateat salus, videlicet quia iustus ex fide uiuit, quod probat ex testimonio Abachuc. qui secundum. 70. interpretes dixit iustus autem meus, id est, a me iustificatus, & iustus reputatus. vt infra 4. in fide viuit. Sed secundum Hebraicam veritatem (vt D. Tho. ait) legimus, iustus ex fide viuit, licet aliqui codices habeant mea & alii sua. Sed vtrumque stare potest. Quia si dicatur mea, ad deum a quo donum fidei iustus accepit, refertur. Si uero legatur sua, ad iustum refertur qui dicitur ex fide sibi data viuere vita gratiæ. Vnde Apost. Quod autem uiuo in carne, in fide viuo filii Dei. Abac 2. Heb. 10. Gal. 2.

Et quia hic est primus locus ex quo Lutherani ab orthodoxa patrum expositione discordant, & ex quo fidem solam esse vitam & solam sufficere trahunt. dicentes; Si enim salus Apostolico testimonio omnium in vniuersum patet credenti, & iustus ex fide viuat. Quid aliud ad iustificationem desiderare aut exigere oportet quam vnicam fidem, Idcirco pro huius modi dissolutione & controuersiæ resolutione, nonnulla ad hæc necessaria prælibabimus fidei videlicet definitionem, diuisionem, atque subdiuisionem. Fides pro actu accepta apud omnes doctores dicitur C assensus certus absque formidine causatus, supposita pia volunta tis affectione Nam absque pia affectione non est fidei actus. Nemo enim credit nisi volens, & si cum dęmones non habeant piam affectionem ad Deum, sequitur quod eorum credulitas non est ex fide, neque vniuoca cum credulitate fidelium viatorum quanuis peccatorum. Pia autem affectio, quæ quandam dilectionem importat, innititur authoritati dicentis seu reuelantis, quam habet pro obiecto formali, & reuelata pro obiecto materiali. Fides vero pro habitu accepta, est habitus intellectualis inclinans intellectum humanum ad prompte faciliter delectabiliter & quodam modo immobiliter eliciendum prædictum assensum certum, absque vlla penitus formidine circa reuelata. Et cum authoritas & reuelatio sit duplex, humana videlicet, & diuina, consequens est quod duplex sit fides. Vna humana, & altera diuina Fides humana est quæ authoritati & reuelationi humanę innititur. Fides vero diuina est quæ innititur reuelationi & authoritati diuinæ. De hac nunc est sermo Hæc fides (vt Apostolus ait) siue sit habitualis, siue actualis, donū Dei est. Quia quo ad habitum per intellectum acquiri non potest, cum excedat capacitatē naturę intellectus,

Eph. 2. intellectus, qui se solo supra suam naturam erigi non potest & sic a solo Deo infunditur. Quantum verò ad actum, est etiam donum Dei principaliter operantis & mouentis intellectum, mediante illo dono habituali fidei ab eo intellectui infuso, cum quo intellectus ad actum fidei concurrit alioquin actus fidei non diceretur actus intellectus, sed potius passio recepta. Quod autem homo mere passiuè se habeat in actibus suis, velut inanime quoddam reprobatum & condemnatum fuit in concilio Tridentino, Sessione sexta, canone quarto. Est ergo actus fidei Theologicæ hominis opus, munus tamen principaliter, cum sit intimius & principalius Dei, & a speciali dono Dei principalius procedens. Fides autem habitualis theologa est duplex. quædam dicitur perfecta, quando est coniuncta charitati, quæ a scolasticis dicitur viua & formata, quia charitas ei adiuncta, est forma fidei, F
quæ dat ei virtutem operandi meritoriè, secundum illud ad Galatas quinto capite, Fides quæ per charitatem operatur. quod non debet sic intelligi operari fidem per charitatem, tanquam instrumentum, sic quod charitas sit instrumentum quo fides operatur, & fides sit principale agens, quia tunc fides esset nobilior, dignior, & maior charitate, quod est contra illud primo ad Corinthios decimotertio, Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc: Maior autem eorum est charitas, sed debet intelligi quod fides vim operandi a charitate accipiat. Vnumquodque enim virtutem operandi sumit à forma, quod autem Charitas sit forma fidei, sic deduci potest. Nam actus voluntarii prout fides (vt dictum est) recipiunt speciem a fine, qui est voluntatis obiectum, id autem a quo aliquid speciem sortitur, se habet ad modum formæ in naturalibus. Et ideo cuiuslibet actus voluntarii finis ad quem ordinatur, est quodammodo forma, tum quia ex ipso fine recipit speciem tum etiam quia oportet quod modus actionis proportionabiliter respondeat fini. Sed actus fidei ordinatur ad obiectum voluntatis, quod est bonum. Hoc autem bonum quod est obiectum fidei, scilicet bonum diuinum, quod est proprium obiectum charitatis, quæ est in voluntate. Ideo charitas dicitur forma fidei, inquantum per charitatem actus fidei imperatur a charitate, & per tale imperium formatur quo ad hoc vt sit meritorius vitæ æternæ. Hæc fides vocatur a Diuo Iacobo viua, id est, operans elicitiuè vel imperatiuè opera vitæ æternæ meritoria, propter quæ iustus viuit.

Iacob. 1. Altera est fides imperfecta, quæ non habet charitatem, comitem. Hæc fides a scholasticis dicitur informis, eo quod non habeat secum charitatem, quæ est forma eius, vt dictum est, & a Diuo Iacobo dicitur mortua & ociosa, eo quod non habeat opera vitæ æternæ meritoria, licet quædam alia opera possit habere, ut mon A

Iacob. 2 tes transferre, vilitatem peccati & pœnas peccatoribus debitas ostendere, & modũ ac viam resurgendi a peccato ideo non est omnino mortua, sicut arbor quæ nullum fructum producere potest. Quia sicut homo peccator, quia a Diuo Ioanne dici-

Apoc. 3. tur mortuus, potest opera vitæ naturalis facere, scilicet comedere, bibere, sic fides informis prædicta opera facere potest, licet sit mortua, quantum ad opera meritoria, vt dictum est. Nec est necesse quod similitudo teneat in omnibus, Cum nullum simile sit idem. Est nihilominus fides imperfecta informis mortua (ac ociosa quam vocant) vera fides, alioquin peccatores extra gratiam existentes non essent Christiani nec dicerentur fideles. Et quod per quodlibet peccatum mortale perderetur fides, quod fuit condemnatum in Concilio Tridentino, Sessione sexta, canone vigesimo octauo, vbi dicitur. Si quis dixerit amissa per peccatum gratia, simul & fidem semper amitti, aut fidem quæ remanet non esse veram fidem, aut eũ qui fidem sine charitate habet, non esse Christianum, anathema sit. Vocatur enim fides simpliciter ab Apostolo, dicente primo ad Chorinthios decimotertio, Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem aũt non habuero, nihil sum. Et diuus Iacobus in sua epistola capite secundo, nominat simpliciter fidem eã quæ est sine operibus. Experimur etiam quòd si peccatoribus extra gratiam existentibus proponatur quod Deus est trinus et vnus, & quod filius Dei ad redimendam

dam naturam humanam est incarnatus, continuo, prompte, faciliter, & delectabiliter, assentient & credent. Hæc autem credulitas non procedit a fide viua, cum nō habeant eam, nec ex fide acquisita, cum, ut dictum est, non possit acquiri. Ergo ex fide illa infusa informi, & mortua, quæ est donum Dei. Hæc fides informis & mortua in vno homine est eadem secundum essentiam, cum fide formata & viua. Vnde Glos. super illud fides sine operibus mortua est, dicit: quibus operibus reuiuiscit. Differt tamen ab ea sicut imperfectum a perfecto. Nec repugnat aliquid quod prius fuit imperfectum, successiue posse perfici; & quod perfectum est, imperfectionem contrahere, vt notum est de puero qui efficitur vir, & tamen in decrepitu imperfectus est. Si fides informis quę absque charitate est imperfecta, ea adueniente perficitur, & ea discedente, imperfecta manet vt prius erat. Nec obstat illud Apostoli. Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Quia verbum Apostoli intelligendum est, quando imperfectio est de ratione imperfecti, tunc enim oportet quod adueniente perfectione, imperfectum excludatur, sicut adueniente aperta visione diuinæ essentiæ, de qua ibi loquitur, excluditur fides, de cuius ratione est quod sit non apparentium. sed quando imperfectio non est de ratione rei imperfectæ, tunc illud numero idem quod erat imperfectum, fit perfectum, sicut de puero dictum est. Sed informitas fidei non est de ratione fidei per se, sed per accidens se habet ad ipsam secundum perfectionem vel imperfectionem voluntatis. Nec propter hanc mutationem alteratur fides, sicut nec cætera accidentia, sed mutatur subiectum fidei quod est anima.

Iacob 2. B *1. Cor. 13* *2. 2. q 4. arti. 4. ad 1*

His suppositis redeundo ad nodum istum & illationem, quam Lutherani ex hoc loco male intellecto inferunt, fidem esse vitam iusti & solam sufficere. Dicendum primo quod nec prophetia Habacuc nec Apostolus per hęc verba, iustus ex fide viuit, uoluit dicere fidem esse vitam iusti, essentialiter, sed solum directiue, dirigit enim & allicit iustum ad obseruandum opera præceptorum, quæ dicuntur uita iusti, eo quod secundum philosophos vita dicitur operatio, uel secundum Theologos, eo quod opera præceptorum conducunt ad vitam æternam, iuxta illud, Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Et quod talis sit sensus prophetæ & Apostoli, apparet ex contextu hic, & ad Heb. 10. vbi sic exponitur, Iustus ex fide viuit, id est iustus spe per fidem reuelata durabit & perseuerabit in opere Fides enim dirigit hominem ad iustitiam præbens accessum obseruando viam, vt Apostolus infra. 5. dicit quod ad Christum habemus accessum per fidem. Et alibi, In Christo habemus fiduciam & accessum in confidentiam per fidem, quæ prout deferens lucet, nam dirigit & ostendit viam, & conducit hominem ambulantem & operantem in tenebris, sic fides dirigit peccatorem ambulantem in hoc mundo in tenebris erroris & peccatorum, ostendendo viam pœnitentiæ & Deum misericordem ad vitam spiritualem, quæ est per iustitiam siue gratiam, quę est in essencia animę, qua causatur fides in intellectu, & spes & charitas in voluntate, si non inueniat, vt cum ex infideli aliquis fit fidelis, & quando per peccatum mortale perditur gratia & charitas, per pœnitentiam recuperatur gratia & charitas, sed tunc gratia non causat fidem nec spem cum iam inueniat eas. Fides enim per solum peccatum infidelitatis amittitur, & spem per solum peccatum desperationis, charitas autem et gratia per quodlibet peccatum mortale, talisque est ordo inter gratiam, charitatem, fidem & spem, quod gratia est causa fidei, spei & charitatis quæ fluunt ab ea, & vbicunque in uia est gratia, est fides spes, & charitas, ac etiam vbicunque est charitas, est fides, & spes, & vbicunque est spes, est fides, sed non econuerso, quia fides & spes possunt esse sine charitate, ut dictum est, fides sine spes. Vnde Diuus Augustinus dicit, quod sine charitate fides potest esse, sed non prodesse et licet idem Augustinus in Enchiri. 7. et. 8. capit. hanc materiam tractando, dicat, fides credit, spe et charitas orant, sed sine fide esse non possunt. Non tamen sequitur quod fides sine illis esse non possit, vt probatum est. Licet enim ternarius numerus absque prima secunda, & tertia, vnitatibus esse non possit, binarius.

Mat. 19. *Heb. 10.* *Infra. 5.* *Ephe. 5.* C *15. de Tri.*

binarius tamen in illo inclusus absque ternario esse potest, & una vnitas absque binario & ternario, sicut etiam possibile est animam vegetatiuam est in plantis absque potentiis sensitiuis, & animam sensitiuam absque potentiis spiritualibus in brutis, non potest tamen anima intellectiua esse in homine absque potentiis sensitiuis & vegetatiuis. Videmus etiam fundamentum absque parietibus & tecto esse posse, licet non econuerso. Cur ergo fides (quæ secundum Apostolum fundamentum est salutis, iuxta illud, Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est quod est Christus Iesus i. vt Glos. exponit fides Iesu Christi) absque spe & charitate esse poterit. Non obest quod in titulo seu superscriptione illius. 8. cap Ench præfigitur, Qualiter fides, spes & charitas sine se inuicem esse non possunt. Quia illam superscriptionem a D. Augu. non constat fuisse præfixam, & quamuis ab eo præfixa fuisset, nihil tamen in illa concludit, sed solum lectorem admonet, vt in illo c. videat an & quo modo illa tria adinuicem se habeant. Ideo titulus ille seu superscriptio referri debet ad conclusionem prædicti ca. quæ talis est. Proinde nec amor sine spe, nec spes sine amore, nec vtraque scilicet amor & spes sine fide, non tamen dicit quod fides sine spe & amore esse non possit. Cum, vt dictum est, oppositum dixerit. Non obstat pariter quod idem Aug ad Consentium dicit, pia fides sine spe & charitate esse non vult, quia ibi non dicit non potest, sed non vult. Magnum enim discrimen inter non posse & non velle esse constat apud eos qui liberum arbitrium in homine ponunt. Multa enim possumus quæ nolumus Vnde Sap Beatus qui transgredi potuit, & non est transgressus, facere malum, & non fecit Multa etiam volumus, quæ consequi non possumus, vt notum est. Licet ergo pia fides non velit esse sine spe & charitate, non sequitur tamen quod esse non possit. Et velle a D August. ibi accipitur sicut naturales communiter accipiunt, & quemadmodum Christus accipit, cum ait, Spiritus vbi vult spirat quę uerba, secundum nonnullos expositores, possunt exponi de vento, qui vbi vult spirat, id est, inclinatur & tendit, inclinatio autem est a Deo ordinante naturam. Cum omnia quæ a Deo sunt, ordinata sint. Et aliqua inclinantur absque quacunque cognitione, vt ignis sursum, & lapis deorsum, aliqua vero cū cognitione sed non libera, vt animalia bruta. Quędam autem cum cognitione libera, vt homo, & angelus. Et cum Deus disponat omnia suauiter, id est, secūdum modum suæ naturæ, scilicet naturalia naturaliter, & libera liberè. Sic ergo ordinauit deus fidem vt inclinaret ad spem ostendendo voluntati summum bonum, quod suaptè natura natum est causare desiderium siue spem, nisi impediatur. Spes autem inclinatur & ordinatur ad amorem & fruitionem, nisi impediatur, prout ignis semper tēdit sursum, nisi impediatur, potest tamen, vt notum est, impediri. & lapis ne cadat deorsum inclinatio tamen semper manet impedimento amoto, statim suam inclinationem & diuinam ordinationem sequitur. Sic fides, quæ donum Dei est, ad hoc data est vt generet spem, & per eam amorem, & sic sine spe & charitate esse non vult, id est, non inclinatur ad hoc quod sit sine illis, sed ad illas, impediri tamen potest executio per liberum hominis arbitrium, & sic ab extrinseco, id est, ab homine peccatore & male affecto: Fides separatur a spe: & fides & spes a charitate, per quodcunque peccatum mortale. Vnde & Apostolus dicit fidem absque charitate esse. Nec quadrat Lutheranorum euasio, qua elabi putant, dicentes Aposto. Ibi loqui de fide miraculorum, quam fatentur posse separari a charitate cum fides miraculorum sit eadem cum fide qua credimus reuelatis a Deo, ad hoc enim Christus dicitur resuscitasse Lazarum vt Apo & alii Iudæi crederent ꝙ Deus pater misisset eū in mūdū. Si igitur fides, illa separari pōt a charitate. quare fides informis separari nō poterit, nō uidetur aliqua ratio dicatur ꝙ fides est charitas. Verū hāc euasionē reprobauit Apo. dicens, Nunc manēt fides, & charitas, tria hæc, & per consequens nō sunt idē. Nec obstat insuper ꝙ D. Augu. aliquando dicit fidem esse animam animæ, quia non intelligit quod fides sit anima animæ primo & principaliter, cum in libro de Cognitione veræ vitæ, cap. 37 dicat quod fides dilectione animatur, sicut corpus anima viuificatur. Et ratio quare fides non potest dici anima animæ primò & principaliter, est, quia si primo principaliter

Marginal notes: 1 Cor. 3. — 15. de Tri. — Epist. 85. — Eccle. 31. — Ioan. 3. — Infra. 13. — Sap. 8. — Ephe. 2. — 1. Cor. 13. — Ioan. 11. — 1. Cor. 13. — 1. Cor. 2. — 1. Cor. 3. — B — C

cipaliter

cipaliter siue simpliciter & absolute diceretur anima animæ, daret ei esse spirituale, quod constat esse falsum. Non enim dicitur homo simpliciter, & absolute spiritualis per fidem, quia fideles Christiani in peccato mortali existentes, non dicuntur simpliciter & absolute spirituales, sed carnales secundum illud animalis homo non percipit quæ sunt spiritus Dei. Deinde dicit. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, adhuc enim carnales estis. Cum enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis: Ergo fides non potest dici primo & principaliter anima animæ, cum anima secundum Philosophum sit actus primus. Gratia vero cum det esse spirituale primò & principaliter ac simpliciter & absolute, dicitur anima animæ. Sed fides potest dici anima animæ directiuè, pro eo quod dirigit voluntatem omnium potentiarum animæ reginam ad vitam spiritualem & supernaturalem. Et sic debent interpretari omnes authoritates Apostoli & aliorum doctorum, qui dicunt hominem iustificari per fidem, scilicet directiue, ostendendo viam, finem, & media, & non effectiue, cum intellectus non moueat effectiue voluntatem. Et eodem modo exponi debent, cum dicunt fidem esse principium, initium, originem, fundamentum omnium bonorum, et alia huiusmodi scilicet directiue, sed non primum nec effectiuè. Pro finali autem resolutione argumenti Lutheranorum, aduertendum est quod in nullo sacræ scripturæ passu ponitur dictio exclusiua, nec dicitur iustum ex sola fide viuere, nec per solam fidem hominem iustificari Et Christus, cum dixit, Fide tua te saluam fecit, non dixit sola, quia prædixerat Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et cum Apostolus dicit, Scientes autem quod homo non iustificatur ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, non addidit, dictionem exclusiuam, & ibidem illa dictio nisi tantum valet sicut absque vel sine. q. d. homo non iustificatur absque vel sine fide, prout si diceretur non paret alicui salus, nisi per baptismum. Requiritur enim ad iustificationem post lapsum pœnitentia sacramentum, spes & charitas; & ante lapsum in habentibus vsum rationis pœnitentia virtus, & in vtrisque propositum seruandi mandata. Et quia hæc requiruntur, cuilibet illorum attribuitur iustificatio ac principalius Deo, scilicet effectiue, sacramentis uero instrumentaliter, & sacerdotibus ministerialiter. Quod autem sola fides non sufficiat ad iustificationem determinatum fuit in concilio Tridentino Sessione sexta Decreto. 11. circa medium, vbi dicitur itaque nemo sola fide sibi blandiri debet, putans fide sola hæredem se esse constitutum, hæreditatemque consecuturum. Et canone nono dicitur. Si quis dixerit impium sola fide iustificari, anathema sit. Et canone duodecimo dicitur Si quis dixerit fidem iustificantem nihil aliud esse quam fiduciam diuinæ misericordiæ peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciam solam esse qua iustificamur, anathema sit. Et cano. 29. dicitur. Si quis dixerit eum qui post baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere, aut posse quidem, sed sola fide amissam iustitiam recuperare, anathema sit. Si dicatur D. Bernardum & alios dixisse solam fidem iustificare. Dicendum primo, quod doctores sancti non ita crude locuti sunt. Nam ex præcedentibus uel sequentibus uerbis dant intelligere compunctionem & alia prædicta necessaria esse, ut patet ex D. Bernad. serm. 22. super Cantica canticorum, vbi hac exclusiua vsus est. Secundo, quòd eo tempore quo doctores sancti vbi sunt illa exclusiua, non pullulabat neque grassabatur hæresis hæc Lutheranorum. Tertio, quod per illam dictionem exclusiuam intendebant solum excludere opera præcedentia, & externa quo ad primam iustificationem. Quarto, quia tunc non erat per ecclesiam determinatum, sicut est nunc. Et quod si nunc viuerent, cantarent palinodiam. Quare autem opera exigantur ad iustificationem, & an interna vel externe præcedentia concomitantia, vel sequentia, deducemus infra ca. 4. super verbo ei qui operatur, &c.

2. de anima

F

Luc. 7.

Gal. 2.

Eze. 18.
Luc. 7.
Rom. 8.

Ioan. 3.

Tex. *Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui ueritatem Dei in iniustitia detinent.*

HIC Apostolus arguit necessitatem gratiæ ex ira & pœna, quam scientes & negligentes consequentur. Hoc autem agit continuando declarationem effectuum euāgelii, quod est uirtus in salutem omni credenti, eo quod in eo iustitia Dei reuelatur. Cum ergo iustitia duas partes habeat uidelicet præmiationem bonorum & punitionem malorum. Quosdam enim uidemus (vt Diuus Chrysostomus ait) bonorum promissione ad virtutem adduci. Quosdam verò minarum terrore à malis cohiberi, & ad uirtutem pertrahi, vtrinque illos adducit. Propterea & Christus non solum cœlorum regnum promisit, sed & gehennam comminatus est, & prophetæ, quapropter hic Apostolus condemnat huius temporis prædicatores, qui sola bona & misericordiam Dei annunciant, nihilq; de ira aut gehenna aut aliis pœnis comminantur, imò spernunt eos qui sequūtur Christum, Apostolos, & prophetas, in his comminationibus caphardos eos nominantes. Ideo Apostolus, hic mala bonis, & bona malis temperando, non solum dicit in euangelio reuelari iustitiam Dei, sed etiam iram atque vindictam. Iram Dei nominat, non quod ira vt passio, quæ est ebulitio sanguinis circa cor, & perturbatio animi sit in Deo, qui est incorporalis & simplicissimus, sed pro iudicio quo pœna irrogatur secundū similitudinem hominum iratorum, qui vindictam quærunt cum quadam affectus commotione, in Deo verò nulla passio sicut in nobis inuenitur Tamen in eo est iustissima vindicatio absque quacunque affectus concitatione, secundum illud, Tu autem dominator noster cum tranquillitate iudicas. De hac ira D. Ioannes dicit, Qui incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira dei manet super eum. & sic accipitur hic ira pro effectu, iuxta illud, Misisti iram tuam quæ deuorauit eos sicut stipulam. Hoc autem dicitur, quia quidam Philosophi dicebant a Deo non esse pœnas peccatorum, quibus aduersatur illud, Qui corripit, gentes non arguet. Additur de cœlo, quia credebant circa sola cœlestia eius prouidentiam occupari, ita quod ad res terrenas non se extenderet, iuxta illud, Circa cardines cœli perābulat, nec nostra considerat. Contra quos est illud Psal. Dominus de cœlo in terram prospexit. & illud Dominus de cœlo respexit super filios hominum, vt videat si est intelligens aut requirens Deum. Vel de cœlo venturi ad iudicium, iuxta illud, Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cœlum, ita ueniet ad iudicandum & præmiandum bonos, & puniendum malos, vt D Matt. refert. Vel secundum D. Amb de cœlo, i. cœlo iniquitatē illorū demonstrante & accusante, secundum illud, Reuelabunt cæli iniquitatem eius. Ex magnitudine enim, pulchritudine, ordine, & virtute cœli, creatoris virtutem intelligere debuerunt. Ideo enim tam pulchra astra condidit, vt ex his quantus & quā admirabilis creator esset, posset agnosci, & solus adorari. Vnde scriptum est, Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Per naturalem ergo legem reum facit genus humanum, potuerunt enim per legem naturæ apprehendere fabricam mundi, testari authorem suum deum esse, & deum summe diligendum, quod Moyses literis tradidit. Sed impii facti sunt in Deum, & iniusti in proximum. Vnde subdit, [super omnem impietatē & iustitiam.] Sicut enim pietas dicitur cultus qui exhibetur Deo tanquā sūmo parenti, ita impietas dr̄ pc̄tū contra diuinum cultum. Vnde Ezech. 18. Impietas impii super eū erit. Et sicut iustitia est per quam homines in ratione conueniunt & communicant, iuxta illud, Filium hominis adiuuabit iustitia tua, ita & iustitia dicitur peccatum, quod læditur proximus. Reuelatur enim in euangelio ira, vindicta & pœnæ impiorum & iniustorum, maximè eorum qui veritatem dei in iniustitia detinent, i. qui veram Dei cognitionem quasi captiuam tenent per malitiam. Nam vera Dei cognitio, quantum est de se, inducit & vocat homines ad bonū, vt Deū colant, & homines ament sicut seipsos, sed ligatur quasi captiuitate detenta per impietatis & iniustitię affectum,

quo

Marginalia: Sap. 12. Ioan. 3. Exod. 15. Psal. 39. Iob. 22. Psal. 101. Act. 1. Mat. 25. Iob. 20. Psal. Iob. 35. — B — C

quo detinetur ne possit in suum exire effectum, qui est inducere ad bona & ad verum cultum Dei, & ad reddendum proximo quæ sua sunt. Et sic veritatem detinere in iniustitia, est intellectum habens veram cognitionem claudere iniqua voluntate. Multi enim sunt inter Christianos qui cognitionem etiam ãdei detinent in iniustitia, & claudunt mala voluntate.

Quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit.

HIC probat quod Gentiles detinuerint in iniustitia veritatem, & idcirco mere bantur iram & vindictam dei [Quia quod notum est, &c.] Illud dicitur Ignotium dei secundum Glo. ordinariam, quod lumine naturali a creatura cognosci nõ potest vt mysterium Trinitatis & incarnationis, & illud non erat reuelatum Gentibus, ne que illam veritatem siue cognitionem illorum vetorum non detinebant in iniustitia neque de his arguuntur. D. Paulus legitur Athenis inuenisse Aram inscriptam Deo ignoto, quia eius natura non erat cognita quantum ad personas. Notum vero dei dicitur illud cognoscibile de deo, quod ratione naturali cognosci potest ex mundi & creaturarum dispositione, vt quod sit vnus, infinitus, omnipotens, omniscius, summus, princeps, gubernator, & remunerator omnium bonorum & malorum, & alia huiusmodi quæ D. Tho. post D. Dionysium tripliciter ostendit. Primo ex causalitate, quia cum creaturæ sint defectibiles & mutabiles, necesse est eas reduci ad aliquod immobile & perfectum, & secundum hoc cognoscitur de deo an est. Secundo per viam excellentiæ. Non enim reducuntur omnia in primum principium, sicut in propriam causam & vniuocam, prout patet per filii generationem, qua vniuoce causat idem in specie. Sed sicut in causam communem & excedentem, & ex hoc cognoscitur quod deus est super omnia. Tertio per viam negationis, quia si est causa excedens, nihil eorum quæ sunt in creaturis, potest ei competere. Sicut nec corpus cœleste dicitur proprie graue vel leue, calidum vel frigidum, & secundum hoc dicimus deum esse immutabilem & infinitum. Et hanc cognitionem habuerant Gentiles per lumen rationis, iuxta illud. Multi dicunt quis ostendit nobis bona. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Vnde subiungit [(Manifestum est in illis)] id est inter illos, quia Romani inter Gentiles acumine ingenii ea cognitione præstabant Et nota verbũ [manifestũ.] contra eos qui putant illa quæ sunt de deo, nulla ratione demonstrata esse quia tales non solũ contradicunt Philosophię, verum etiam Apost. qui dicit Manifestum est. Si enim manifestum sit, euidens & demonstratum esse oportet. Vnde Apostol. ne ex huiusmodi cognitione superbirent, declarando authorem a quo Gentiles veritatẽ & cognitionẽ verã acceperant, subiũgit. [deus enim illis manifestauit.] non dicit reuelauit, ne lumen gratiæ immisceat, sed dicit manifestauit, vt diuinum concursum mediãte lumine naturali(ꝙ donũ dei est ab initio naturæ datum) significet. De hac manifestatione Iob. 35. Docet nos super iumenta terræ. Sed manifestatio dei non est sicut manifestatio hominis, quia vnus homo alteri manifestat, explicando cõceptũ suum per aliqua signa exteriora, per vocem vel scripturam, deus autem dupliciter aliquid nobis manifestat. Vno modo infundẽdo lumẽ interius per quod homo cognoscit, secundum illud, Emitte lucem tuam & veritatẽ tuam, Alio modo proponendo suæ sapientiæ signa exteriora, scilicet sensibiles creaturas, iuxta illud, Effundit illam, scilicet sapientiam, super omnia opera sua. Et sic deus altero istorum duorum modorum eis manifestauit, vel interius infundendo lumen, vel exterius, proponendo visibiles creaturas in quibus, sicut in quodam libro, dei cognitio legeretur.

Tex. Lib. 1. con. Gen. et hic D Psal. 4. Psal. 42 Eccle. 1.

Inuisibilia enim ipsius, a Creatura mundi, per ea quę facta sunt, intellecta conspiciuntur. sempiterna quoque eius virtus & diuinitas.

HIC ostendit per quem modum Gentiles dei cognitionẽ acceperint vel accipere potuerint. Et primo quidẽ poni tria, quæ de deo cognouerunt. Primo inuisibilia, per quæ intelligitur dei essentia, quæ in hac via videri non põt, iuxta illud deũ nemo

ob. 1. vidit vnquam. Vnde Apostol. Regi seculorum immortali inuisibili, &c. Dicit au-
.Tim. 1. tem inuisibilia pluraliter, quia diuina essentia non est visibilis secundum se, neque secundum conditiones eius, quæ vnitati respondent, prout bonitas, sapientia, &
Heb. 11. alia huiusmodi quæ non videntur a nobis, iuxta illud, Vt ex inuisibilibus, visibilia fierent. Secundo cognouerunt eius virtutem siue potentiam, secundum quod res
Psal.14. ab eo procedūt sicut a principio, iuxta illud, Magnus dominus & magna virtus eius. Hanc ergo virtutem esse perpetuam Philosophi cognouerunt. Vnde dicit, sempiterna quoque eius virtus. Tertio cognouerunt diuinitatem, quæ est vltimus finis, in quem omnia tendunt. Diuinum enim secundum Philosophos, est commune
Col. 2. bonum quod ab omnibus participatur, propter hoc potius dicit diuinitatem, quam deitatem, quia diuinitas significat participationem, deitas vero essentiam. Vnde Apostol. In ipso habitat plenitudo diuinitatis. Hæc autem tria referuntur ad tres modos cognoscendi supradictos. Nam inuisibilia Dei cognoscuntur per viam negationis, sempiterna virtus per viam causalitatis, diuinitas vero per viam excellentiæ. Si dicatur quod virtus & diuinitas sunt inuisibilia, ergo non debebat eas subiungere. Dicendum quod per inuisibilia, intelligit essentiam, & per virtutem & diuinitatem, conditiones eius, vel dicendum quod prius proposuit in generali, omnia postmodum declarat in speciali, virtutem & diuinitatem, quas distinguit, non quid sint duę res in se distinctæ & separatæ, sed prout distinguuntur ratione secundum nostrum modum intelligendi: Quidam per inuisibilia intelligunt angelos, qui sunt inuisibiles quo ad sensum, cum sint incorporales. Aliqui exponunt virtutē qua cuncta creata gubernat, & diuinitatem qua vniuersa replet Medium verò & mo A
Sap.13. dum, quibus illa cognouerunt designat, dicens, [(per ea quæ facta sunt, intellecta cō spiciuntur.)] Sicut enim ars manifestatur per artificis opera, ita sapientia manifestatur per creaturas, iuxta illud. A magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter pōt eorum creator videri, quia deus relucet in effectis suis velut in speculis, & sic videri
Rom.4. pōt, non quidem oculo corporali, sed intellectuali. Deus enim cum sit spiritus, sensu
8. de Ciui. vel imaginatione (quæ corporalia sunt) cognosci non potest, sed intellectu. vnde Esa.
Dei.c.9. 52. Ecce intelliget seruus meus. A quo autem per hunc modū intelligatur, declarat,
&.11. cum dicit. [(a creatura mundi)] D. Aug. & Chrysost. legunt a creatione & cōstitutione mundi inuisibilia dei cognoscuntur, non solum ex his quę facta sunt tempore gratię, sed & ea quæ facta sunt à creatione mundi. Vel quod a creatione mundi ho
Mar. vlt. mines inceperunt cognoscere deum per ea quæ facta sunt. Vnde Iob. 36. Omnes homines vident eum Alii vero textus habent a creatura mundi, id est ab homine, qui dicitur omnis creatura (vt D. Greg ait exponendo illud, Prædicate Euangelium omni creaturæ) eo quod omnium creaturarum conditiones participet.

QVARTA PARS COMMENTI I. C.

Ita ut sint inexcusabiles, quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt.

IN hac quarta parte ostendit Gentiles habita cognitione dei inexcusabiliter obnoxios fuisse culpæ impietatis & iniustitiæ, dicens. Ita, scilicet manifesta eis erāt B inuisibilia dei vt cognoscerent ipsum supereminentem esse, vnde debebant ei cultum, gloriam & honorem, quæ superexcellentibus debētur, eūdéque esse primū principium & causam. vnde et in omnibus gratiarum actio debebatur iuxta illud, In omnibus gratias agite. ideo erant inexcusabiles. Qui.n. (vt D. Ambr. ait) multis modis reus conuincitur, excusari non potest. Tria enim sunt, secundum Aristo quæ & si nō
1.Thess.ult integraliter tollant culpam, pro parte tamen excusant. Hæc sunt ignorantia, concupi
8.Eth. scentiā, atque metus, veruntamen nunquam ab his tribus aliquis excusationem præ
1.Tim.1. texere potest, nisi dum procedunt & sunt causa operis, quod alias non fieret, qualis fuit ignorantia Pauli insectantis Ecclesiam Christi, propter quam dicit se misericordiam consequutum, quia ignorans fecit Si vero ignorantia sequatur ex culpa, non potest

ceft culpam subsequentem excusare,ut si quis per ebrietaté homicidium committit, culpa homicidii non excusatur. Quia secundum Philos. Ebrius duplices meretur mulctationes. Cum ergo in Philosophis non præcesserit ignorantia, quia quod no-
A tum est Dei, manifestum erat in illis, fuerunt inexcusabiles. Ideo rationem subiungit, dicens. Quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt siue nō coluerunt gloriam & honorem exhibendo, & omnia in eum tanquam in vltimum finem reducendo, nec eius maiestatem publicè prædicando illum solum colendum abiectis idolis [Aut gratias egerunt,] id est non recognouerunt bona quę habebant ab ipso eis aduenisse, sed virtuti suæ & ingenio attribuebant, quemadmodum tenebantur, sicut D. Ambr. dicit, quod de anterioribus loquitur, vt præsentes & futuro corrigat. Si dicatur quod illa naturalis cognitio de Deo, uel sufficiebat ad salutem, uel non, si sufficiebat, approbatur hæresis Pelagii. Si non sufficiebat, ergo requirebatur altior cognitio, ergo poterant se excusare per carentiam superioris notitiæ. Dicendum quod non sufficiebat, veruntamen si vsi fuissent illa cognitione Dei quæ naturali lumine haberi poterat cum cursu Dei manifestantis. Deus qui non deficit in necessariis, qui etiam attingit a fine vsque in finem fortiter, & disponit omnia suauiter, sua infinita clementia altiorem cognitionem dedisset, si non posuissent impedimentum peccati omittendo ac etiam committendo.

Sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.

HIC ostendit quod ex eorum culpa sequuta fuerit ignorantia, cordis obscuritas, & mentis cæcitas, unde dicit [Euanuerunt. &c.] Res illa vana æstimatur quæ nihil habet stabilitatis aut firmitatis, & caret illo quod ex natura sua apta est habere, vel quæ non ordinatur in finem, seu quæ non consequitur finem sibi a natura pręscriptum, vti crustula nucleo vacua. Et cum solus Deus sit immutabilis, secundum illud. Ego dominus & non mutor. Ideo tunc solum mens humana à vanitate libera est, quando Deo immittitur. Cum vero prætermisso Deo cuicunque creaturæ immittitur, incurrit vanitatem. Secundum illud, Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. Et Salomon, Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Vnde Psal Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. In cogitationibus
B ergo suis euanuerunt, inquantum in seipsis, & non in Deo fiduciam habebant, sibi et non Deo bona sua ascribentes, secundum illud Labia nostra a nobis sunt. Per hoc autem quod per superbiam euanuerunt in cogitationibus suis, in res vanas & instabiles cogitationes suas applicuerunt, secuta est in eis mirabilis ignorantia. Vnde subiungit [(Obscuratum est insipiens cor eorum)] quæ uerba non debent sic intelligi, ut prius fuerit insipiens cor eorum, quam obscuratum. Sed simul obscuratum est cor eorū & insipiens factum, id est priuatum lumine sapientiæ, per quam homo vere Deum cognoscit, sicut enim qui oculos corporales a sole materiali auertit, obscuritatem corporalem incurrit, ita ille qui à Deo auertitur, de seipso præsumens, & non de Deo, spiritualiter obscuratur. Vnde Salomon. Vbi humilitas (per quam homo se subiicit Deo) ibi sapientia. Vbi vero superbia, ibi contumelia. Ideo Christus. Abscō disti ea sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, id est humilibus. De his prudentibus dicit Apost. Gentes ambulant in vanitate sensus sui obscuratum habentes intellectum. Post quam enim Philosophi, eo quod tanto studio & labore scientias nacti fuerant, earum sibi gloriam arrogassent, neque Deo retulissent receptas, inflari cœperunt atque in sectas se & symbola dissecare, ut alii Academici, Alii Stoici, Alii Pytagorici, Alii Peripatetici, Alii aliis spumosis & tumentibus nominibus insignirentur. Mox dogmata sua quisque profiteri instituit, nec tam lucem intellectus sectari, quam alios oppugnare, quam propria tueri placita. Atq; hinc sane est ut tam de naturalibus rerū principiis & causis. quam de ratione morum vlquequo, caria diuersaq; mōstra cōfecerint, vt qui plerosq; eorū legerit, nihil aliud quā ab irato

Mala. 3.
Sap. 13.
Eccl. 1.
Psal. 93.
Psal. 11.
Prou. 11.
Matt. 11.
Ephe 4.

dęmone dementatos existimet. Adeo enim euanuerunt in cogitationibus suis, [vt dicentes se esse sapientes,] id est sapientiam sibi a seipsis ascribentes, stulti facti sunt iuxta illud. Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Vnde Hier. 10. Stultus factus est omnis homo a scientia sua, de qua scilicet præsumebat.

Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum.

HIC manifestat peccatum impietatis gentilium, quia contra deum adeo obscu ratum erat insipiens cor eorum, quod incorruptibili, & omnino immutabili debeba tur, [mutauerunt,] id est, transtulerunt a deo [gloriam,] id est laudem, hono- rem, & manifestationem ac causalitatem, quam tanquam soli immortali, & omnino incorruptibili ac penitus immutabili attribuere debuerant, dederunt aliis creaturis instabilibus & corruptibilibus. Vnde Hier. 2. Populus meus mutauit gloriam suã in idolum in quorum exprobrationem Sap. 14. dicit. Lignis & lapidibus imposuerunt nomen incommunicabile dei, cuius sublimitatem cognouerunt, & de qua Dauid Ma gnus dominus & laudabilis nimis. Non solum attribuerunt hominibus quos deus ad imaginem suam fecit, & mente ac voluntate donauit. Sed etiam similitudinibus & simulachris hominum corruptibilium, & quod peius est, similitudinibus volucrum quadrupedum & serpentium. Et quod omnino intolerabile erat, pecora, saxa, & lapides pro dii colebantur, & ducebantur manifestum enim est quod similitudo imaginis est posterior illa re, cuius est imago. Et gloria siue claritas dei est princip ũ om nis speciei & formæ. Et sic gloriam dei in similitudinem imaginis commutat, conuertit primum in ultimum. Sed quæret forsitan aliquis, quomodo potuerunt eo in saniæ furiosisque collabi, & vnde idololatriæ origo? Dicendum quod secundũ Iudęos idololatria in secunda mundi ætate incepit ab Ismaele, quem primo simulachrũ ex luto finxisse asserunt, ob quam causam instante Sarra ab Abrahã patri suo ab hæreditate & domo eius exclusus est. Alii dicunt quod a Nambroth primo tyranno, qui cogebat homines ignem adorare, Vel a Nyno Babiloniorum rege, qui imaginem filii sui fecit adorari, de quo Sap. 4. Acerbo luctu dolens pater sibi filii rapti fecit imagi nem, & illũ qui tunc quasi mortuus fuerat, nunc tanquam deum colere cœpit. Dein de propter aliqua opera, vt pote propter vrbẽ conditam a Romulo, vel propter egre gias victorias, vt Herculi aliisque cõpluribus statuæ positæ sunt, quæ a principio non colebantur vt dii, sed extabãt in eorum memoriam, atque vt homines ad virtutum studium excitarentur. Cum verò sensuales homines imagines sensibus obiectas tanta venerațione susciperent, accepta inde occasione dæmones in illis ingressi, responsa dare cœperunt atque homines deludere, qui crederent subsidia præsidiaq; inde a suis statuis ac delubris obuenire. Animalium vero cæterorum adoratiouem Aegyptus superstitionibus imbuta, & dæmonum præstigiis seducta, incœpit. vt Strabo 7. diffuse narrat Cunctas nanque effigies, quas in Zodiaco compererant, vt Arietem, Taurũ Scorpium, Leonem, & alia pro diis habebant de quibus deus Iudæos ab Aegypto re ducens admonitos fecit dicens: Ne forte oculis eleuatis in cœlum videas solem lunã, & omnia astra cœli, & errore deceptus adores, & colas ea. Quin vero vt idem author refert, non solum peccatoribus pene vniuersis, sed cepis & porris, quibus vescebantur diuinos deferebant honores. Quin & Crocodillus ferocissima bellua Arsinoe vrbe Aegypti a sacerdotibus mansuefacta colebatur, quam hic forsan commemorat Paulus, nomine serpentum, sicut nomine volucrum aquilas, vel anseres Romanorum ob custodiam capitolii. Sed de his Eusebius & Lactantius diffuse, & D. Augusti libr 8. de Ciuitate Dei Ex hoc autem Apostoli loco recentes hæretici catholicos increpant, eo quod Gentilitatis imagines ab orco reuocent, idololatrarũque emuli colãt. Contra prohibitionẽ legis quæ dicit. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ in cœlo est desuper, & quæ est in terra deorsum, & eorum quæ sunt in aquis sub terra, non adorabis, neque coles ea. Adiiciunt quod habetur in Psalm. Simulachra

Margin notes: 1.Timot.1 · Mala.3. · Iacob.1 · Psal.47. · Gen 21. · Deut.15. · Deut.4. · Psal. · C · D

mulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent & non loquentur. &c.sequitur. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Confirmant & aggrauant ex his quæ dicit Propheta Baruch. 6. Nunc autem videbitis in Babylonia Deos aureos & argenteos, lapideos, & ligneos, in humeris portari ostentantes metum gentibus. Videte ergo ne & vos efficiamini similes factis alienis. Confirmant etiam ex gestis Ezechiæ regis, qui zelo Dei succen- 4.Reg.18.
sus succidit lucos, confregitque serpentem æneum, quem fecerat Moyses demandato Domini, eo quod prouocaret & induceret ad idololatriam. Ex his inferentes imagines esse delendas, & nullo modo adorandas aut venerandas. In hunc errorem lapsi sunt & condemnati Seruius Episcopus Massiliensis, Leo quartus Imperator, & Valdenses. Hic autem error fuit condemnatus, sub Grego.3. in concilio Romano, & Francfordinensi, sub Adriano primo. Et in concilio Niceno. 2. in quo actione. 2.3.&.4. adducuntur quam plurimi sancti, qui sanctorum, imagines venerandas esse sanxerũt, & miracula facta contra dehonestantes imagines, & quomodo earum
B veneratio & adoratio ex Apostolorum traditionibus originem traxerit, quod etiam D.Tho refert. Et in concilio Constantinopolitano, sub Adriano.2. actione.8.ca.3. 3.p.q.25.
Et in tribus concilijs Lateranen. Non enim in Exodo aut Deutero. prohibuit Deus ar.3.ad.1.
absolute & simpliciter imagines fieri, cum ipse iusserit fieri & inspici imaginẽ serpentis, & duas imagines Cherubin, quas fecit in propiciatorio erigi, de quarũ medio loquens humanis sensibus maiestatem suam ostendebat. Sed prohibuit sculptilia fieri maxime Astrorum, animalium, & piscium, quę subnotantur nominibus illis cœli, terrę, & aquarum, vt adorarentur adoratione latriæ, & colerentur pro diis, vt fiebat a Babylonijs. Hoc autem non faciunt Christiani vnde determinatum fuit in cõcilio Constantinopolitano, cuius determinatio inter decreta relata est, ca.venerabiles, de Conse.di 1. Vbi dicitur: Venerabiles imagines non deos Christiani appellant, neque seruiunt eis, vt diis, nec alicui creaturæ cultu diuino, sed venerãtur eas, & adorant in memoriam & recordationem primitiuorum: Non enim venerando eas, insistunt in ipsis imaginibus, sed quemadmodum visus vnico actu fertur in aerem illuminatum, & colorem ad quem terminatur mediante aere illuminato. Sic mens Christianorum non sistit in imaginibus, ut sunt quædã res ex auro, argento, aut alia materia, sed per eas tanquã per mediũ venerãtur res repræsentatas honore illis debito. Vnde Damascenus dicit; Honor imaginis pergit vsq; ad prothotypum et exemplar. Nec sanctorum imagines debent nominari idola. Nam idola dicuntur simulachra eorum quæ nullo honore digna sunt, quinimo vituperio, ut impudica Venus, Iupiter & alia huiusmodi. Imagines autem sunt simulachra seu repræsentationes eorum quæ habent in se virtutem & excellentiam, & quæ digna sunt honore, ut imago
F go Christi, D.Virginis, et sanctorum. Vnde in prædicto Concilio Neceno. 2 act 7. circa finem scribuntur sequentes canones.

Quicunque sacras scripturas de idolis contra venerandas imagines adducunt, Anathema.

Quicunque venerandas imagines idola appellant, Anathema.

Quicunque dicunt quod Christiana imagines, vt deos adorant, Anathema.

Quicunq; communicant illis qui contra venerandas imagines sentiunt, aut eas dehonestant, Anathema.

Nec nunc christiani sunt in periculo idololatrandi, vt erant Iudæi tempore Ezechiæ: Iam enim edocti sunt nihil numinis in imaginibus esse, nec eas propter materiam, ex qua sunt, venerandas, ut quia ex auro aut argento, sed solum propter reprę sentationem sanctorum, quibus fit honor coram imaginibus; Si honor exhibitus hominibus viuentibus hac vita mortali, dicitur adoratio in sacris literis, Vnde legimus quod Nathan adoraui Dauid, Cur honor sanctis coram imaginibus ipsos repræsentantibus, Adoratio non nominabitur? verum quæstio de nominibus est 3.Reg.1.
pertinacibus relinquenda, cum certum sit adorationem Deo debitam esse recognitionem dei in primum et summum principiũ, creatorẽ et gubernatorẽ omniũ

creaturarum. Hæc enim soli Deo debetur, vt Apo. ait. Nullus tamen christianus
1.Tim.1. hunc honorem exhibet imaginibus aut sanctis. Sed recognoscuntur imagines, vt
sunt repræsentatiuę sanctorũ, & sanctos ipsos ut uirtuosos amicos ac familiares Dei
Ioan.12. honorant, nam si Deus ipse eos honorat, cur nos non honorabimus? Christus enim dicebat, Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Si Apostolus viuentes hac mortali vita iubet honore præuenire, & reges honorificare, cur nos sanctos in gratia Dei confirmatos, & reges regni cœlorum non honorabimus.

Propter quod tradidit eos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis.

HIC ostendit pœnam correspondentem culpæ eorum. Quia peccatum idololatriæ tam nefarium & execrabile ac abominabile est coram deo, quod in pœnam eius permisit eos Deus labi in alia nephandissima peccata. Quæ licet, inquantum sunt voluntaria, non possint dici pœna, de cuius ratione est quod repugnet volunta- A
ti. Veruntamen quia peccata etiam voluntaria ha[illegible] quædam adiuncta, quæ voluntati repugnãt, prout substractio gratiæ, (quia substracta homo facile ruit in peccata) inordinatio interioris animi, remorsus conscientiæ, infamia, labor & difficultas in actibus exterioribus. Vnde Diuus Augustinus Iussisti domine, & vere sic est, vt omnis inordinatus animus pœna sibi sit. Et Sapien, 5. Ambulauimus vias difficiles, &c. Et quantum ad hæc adiuncta peccata sequentia possunt dici pœna peccatorum pręcedentium. Cum ergo mutauerint gloriam Deo debitam, auferendo a deo
Gen. 4. et exhibendo brutis animalibus ac, venenosis serpentibus, permisit Deus intellectũ & rationem illorum immutari & tradi in potestatem desideriorum cordis. Accipit ibi cor pro appetitu sensitiuo, quod ex diuina ordinatione subiicitur rationi. Iuxta illud, subter te erit appetitus tuus, tamen propter grauia peccata permittit appetitũ
Psal. sensitiuum, siue sensualitatem, quæ est quoddam brutale, dominari rationi in maius eorum dedecus, et confusionem. Vnde Dauid. Homo cum in honore esset comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. & hoc innuit Apost. cum ait, propterea tradidit eos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam, contra
Esa.19. naturalem ordinem hominis, tanquam in manus crudelium dominorum. iuxta illud, Tradam Aegyptum (id est confusibiles peccatores) in manu crudelium dominorum, id est, carnalium desideriorum gustus & tactus. Nam delectationes tactus, circa quas sunt gula & luxuria, sunt communes nobis et brutis. Ideo sunt magis execrabi
3.Ethic. les, quasi magis brutales, vt Philosophus dicit, et hoc designat cum dicit in immũditiã, quę ad peccata carnalia pertinet. Quia homo per huiusmodi peccata maxime cõuertitur ad id quod est infra seipsum. Vnũquodq; enim dicitur impurũ et immũdũ ex cõiunctione vilioris, sicut argentum ex commixtione plumbi vnde exponens subdit ut contumelijs, id est, turpibus actibus, [afficiant] pro inficiãt [corpora sua in semetipsis,] hoc non coacti nec inducti ab alijs, sed propria sponte. Hunc locum Lutherani eo detorquent, ut persuasum habeant deum non solum esse causam peccati, sed etiam esse ita efficacem, vt ad malum cogat. Quinimo (vt dicunt) ita est causa, ut ipse solus sit causa. Ait enim Lutherus, quod non est in potestate nostra uias B
nostras facere malas, sed mala opera in impiis operatur Deus, Cui subscribit Philippus Melancthon, asserẽs quod ita sit Dei proprium opus non minus proditio Iudæ quam vocatio Pauli, consentit & Bucerus super hunc locum, dicens; Deum esse cogẽtem causam peccati, vt qui hoc negauerit, Deum neget esse deum, quia negat esse efficacem causam illius effectus, quem vult fieri. Hoc enim, inquit, significat hoc verbum tradidit, quod tertio in hoc capite replicauit. Tradidit enim in desideria, &c. Tradidit in passiones ignominiæ. Tradidit præterea in reprobum sensum. Verum hæc perniciosissima dogmata prima sui statim prolatione apertius cum communi sensu depugnant, quam vt alia opus habeant impugnatione. Eneruãt enim ac penitus tollunt liberum hominis arbitrium; quod tamen nos habere

cer-

certissimum est. Primò experientia. Quia videmus nos esse indeterminatos circa multa & bona & mala, & posse consiliaria & deliberare, & ex duobus expositis eligere quod volumus, & vno solo obiecto oblato acceptare vel respuere aut suspendere voluntatis actum. Et contra negantes euidentiam experientiæ, non est arguēdum rationibus, sed verberibus. Vnde si quis negaret ignem esse calidum, potissimū argumentum ad conuincendum eum esset proiicere illum in fornacem ignis Sic ad conuincendum negantes liberum arbitrium, fortius argumentum est plagis & verberibus temeritatem illorum arcere, & si quæratur, Respondendum est quod percussores nō sunt arguēdi, eo quod nō liberè faciāt, nec possint nō percutere. Secundo est certissimū ratione, Quia consiliū nō est nisi eorū quæ sunt in potestate nostra secundum Philosophum, sed homines de suis actibus vt videmus, consiliantur. Igitur sunt domini actuum suorum, & per consequens possunt agere vel non agere. præterea præcepta & prohibitiones fieri non debent, nisi ei qui ea potest implere, Stultum enim & absque ratione esset alicui iniungere quod illi impossibile est. Sed Deus qui est sapientissimus, imo & ipsa sapientia per essentiam, dedit præcepta & prohibitiones hominibus. Igitur in eorum potestate est ea implere. Vnde D. Hiero ait. Si quis dixerit Deū præcepisse impossibile, Anathema sit. Tertio est certissimum ex sacris literis in innumeris penè locis, quos prolixum esset recitare, sed paucos duntaxat, vt breuitati studeam, recitabo. Et primo. Illud quod dicit Ecclesiasticus, Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui, adiecit præcepta & mandata. Si volueris mandata seruare, conseruabunt te. &c. Et ne cauillent illud dictum ab initio, id est, ante peccatum Adæ, sunt alii loci inexpugnabiles quod etiam post peccatum · Nam cum Cain peccator esse, & concepisset odium in Abelem fratrem suum, dictum est a Deo, Cur iratus es? & cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies: Sin autem male, statim in foribus peccatum aderit? Sed subter te erit appetitus eius (scilicet vindictæ) & tu dominaberis illius. Præterea post peccatum Dominus publicatis præceptis & mandatis per Moysen ait, Mandatum hoc quod ego tibi præcipio hodie, nō supra te est, neq; procul positum, neq; in cœlo situm, vt possis dicere quis nostrum valet ad cœlū ascēdere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus atque opere compleamus? Neque trans mare positum, vt causeris & dicas, quis nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos deferre, vt possimus audire & facere quod præceptū est? Sed iuxta te est sermo valde in ore tuo & corde tuo vt facias illud, &c. non potuit liberum arbitrium clarius explicari. Insuper, Beatus qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit: Præterea cur interrogauit Dominus Euam post præuaricationē. Quare hoc fecisti? Cur dici fecisset Dauid post peccatum, Trium tibi datur optio. Cur dixisset Apost. Voluntarie peccantibus non relinquitur hostia, Vnde D Aug. in libro de Religione. cap 14. dicit, quod peccatum adeo est voluntarium malum, quod si non fuerit voluntarium, nullo modo sit peccatum. Quapropter non immerito huiusmodi Lutherani fuerunt condemnati in concilio Tridentino, sess. 6. vbi canone 4. scribitur. Si quis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motū & excitatum, nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, quo ad iustificationis gratiam obtinendam, se disponat ac præparet, neque posse dissentire si velit, sc velut inanime quoddam nihil omnino agere mereque passiue se habere, Anathema sit. Et canone quinto dicitur Si quis liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum & extinctum dixerit, aut rem esse de solo titulo, imò titulum sine re, figmentumq; deniq; à Satana inuectum in Ecclesiam, Anathema sit. Et canone sexto habetur, si quis dixerit non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala, opera, vt bona Deum operari, non permissiue solum, sed etiam propriè & per se, adeo, vt sit eius proprium opus, non minus proditio Iude, quàm vocatio Pauli Anathema sit. Vnde Diuus Iacobus primo, Nemo cum tentatur, dicat quod a Deo tentatur, Deus enim intentator malorum est. Cum ergo plus sit cogere quàm tentare, quo modo euadere possunt qui dicunt Deum nos cogere ad peccandum? Cum

Marginal notes: 3. Ethi. — Eccl. 15. — Gen. 4. — Deut. 30. — Gen. 3. — 2. Reg 24. — Eccl. 31. — Heb. 10.

Lib. 83 : Cum per Oseam dicat Dominus, Perditio tua ex te Israel est, tantummodo in te auxilium meum. Deo enim authore, ut Augustinus ait, nemo fit deterior. Reliqua vero quę ad naturam liberi arbitrii pertinent, vide infra capite septimo in interpretatione illius sententię. Non enim quod volo bonum, hoc ago. Possunt etiam rationibus prædicta perniciosissima impugnari. Quia impossibile est Deum cōtra suam volūtatem, aut legem agere, cum lex sit signum, & norma suæ voluntatis. Sed peccatum est dictum vel factum, aut concupitum, aut omissum contra legem Dei,

Lib. 22 cō. Faustum. vt diuus Augustinus ait. Ergo impossibile est quod deus sit causa peccati. Præterea nullum est peccatum mortale, quod non sit contra obedientiam dei, vt notum est ex definitione peccati. Sed ille quem deus constringit, vt quippiam faciat, non agit contra obedientiam dei, Igitur non peccat. Et per consequens deus non est causa peccati Si enim facere quod deus præcipit, vel consulit, peccatum esse non potest,

Rom 6. imò est officium et obedientia, quomodo id quod ipso perurgente fit, pecca-

Rom. 12. tum esse poterit? Insuper si homo cogeretur ad peccandum, cur dixisset Apostolus, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Sed neque exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato. & alibi. Noli vinci a malo, sed vince ī bono malum. Pro cauillorum reiectione & nodorum dissolutione supponendum est, primo quod in peccato duo sunt, Materiale, scilicet & formale. Materiale dicitur ipse actus & motus realis uoluntatis elicitus uel imperatus, quo peccatur. Cum ergo uolun-

8. de Trin. tas dei sit causa prima omnium rerum atque motionum, ut diuus Augustinus dicit Necesse est dicere quod Deus est causa illius actus, uel actionis, inquantum est ens, siue, ut dicunt Theologi, secundum substātiam actus. Quia omne quod est actu, reducitur ad primū actum, qui est ipse deus, alias sequeretur quod deus non est causa efficax omnium entium. Formale uero peccati est defectus, seu deordinatio, quæ non potest attribui deo. Quia deus quantum est in se, omnia inclinat & conuertit in seipsum, sicut in ultimum finem. Vnde impossibile est quod sit causa discedendi ab ordine, qui in ipsum, & per consequens deordinationis, in qua proprie consistit formalis, ratio siue essentia & definitio peccati. Secundo supponendum est, quod im

Gen. 1. possibile est id quod Deus se solo operatur possit habere rationem peccati, cum ipse per essentiam sit sua regula, a qua deflecti & recedere non potest. Vnde dicitur. Vidit deus quod esset bonum, & iterum. Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Ea vero quæ deus cum causis secundis agit, principalius, intimius, atque

Sap 8. perfectius operatur, quam causæ secundæ, quæ possunt deficere. Et sic perfectio attribuitur Deo. defectus uero, uel deordinatio (si quæ sit) attribuitur causæ secūdę. Aliter tamen se habet deus in operibus bonis & meritoriis; quia specialiter agit. In malis uero non agit specialiter, sed solo generali concursu operatur prout in motibus animalium brutorum omnia disponens suauiter, id est, secundum modū vniuscuiusq; naturæ, mouendo naturalia naturaliter, & libera libere, non cogendo, neque præueniendo, aut necessitando uoluntatem in malis: licet possit præuenire & neces-

Psal. sitare eam in bonis. His suppositis, cum allegant hic Apostolum tertio repetentem

Mat. 6. tradidit, &c Dicendum quod hoc loco tradere ab omnibus orthodoxis, hoc uerbum non pro impulsit aut constrinxit (vt Lutherani volūt) exponitur, sed pro libere abi

Esa 6. re permisit in desideria, &c. iuxta illud: Dimitte eos secundum desideria cordis

Exod. 14. eorum, ibunt in adinuentionibus suis. Vsitata enim est hæc phrasis apud Hebræos, ut in oratione dominica: et ne nos inducat in tentationem, id est, non sinas aut permittas nos induci. Sic etiam intelliguntur, & exponi debent alii passus sacræ scriptu

Esa 26. ræ, et doctorum, qui de induratione vel excæcatione inducuntur, ut illud, Excęca cor populi huius & illud: Indurabo cor Pharaonis. & infra 9. cuius vult miseretur, et quem vult indurat, permittendo illos vti libero arbitrio, quod eis cum natura dedit. Illud vero Esa. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis Domine, debet intelligi principaliter & de boni operibus duntaxat: uel si intelligatur de malis, est glosandum quantum ad substantiam actus, vt dictum est. Et cum Apostolus dicit, Deus est qui operatur omnia in omnibus, uelle & perficere, scilicet

per-

perfectum, & principaliter, & non totaliter. Et similiter illud non est volentis neque currentis, scilicet velle uel currere, scilicet perfectum & principaliter. Et illud sine me nihil potestis facere, scilicet perfectum, vel quantum ad ipsam substantiam actus, & illud non quod sufficientes simus a nobis, quasi ex nobis aliquid cogitare, scilicet perfectum. Illud autem quod dicit infra 7. Video aliam legem in membris meis, &c. Non enim quod volo bonum, hoc ago, &c. Sequitur iam non ego operor, sed quod inhabitat in me peccatum. intelligitur de motibus primo primis, quis præueniunt deliberationem rationis, qui non sunt peccata, sed potius pœna peccati originalis. In aliis aũt certum est nos cooperari, & substantiã actus a Deo principaliter esse, defectus vero est a libero arbitrio. Si adducatur illud quod D. August. dicit Deum in cordibus hominum operari ad inclinandas eorum voluntates quocunque voluerit, siue ad bona pro sua misericordia, siue ad mala pro meritis eorum. Dicendũ quod cuncta bona suapte natura in Deũ referuntur, inclinatio Dei ad bonum, intentionem eius ac numen designat. Quo ad malum vero culpæ, Deus inclinare dicitur permissiue. eo quod hominem suæ propriæ inclinationi relinquit, subtrahẽdo gratiã. Vnde in Epistola ad Sixtũ 2. dicit: nõ, inquit, Deus indurat impartiendo malitiam, sed non impartiendo gratiam. Et ad Simplicianum, non est intelligendum, inquit, quod Deus ita induret, quasi quenquam peccare cogat. Sed tamen quibusdam peccatoribus misericordiam suæ iustificationis non largitur, & ob hoc eos indurare dicitur, quia non eorum miseretur, non quia vi impellat. Et alibi, Deus quorundam malorum corda indurare dicitur, nõ quod oĩpotens Deus per potentiam suam corda eorum induret, quod est impium ita credere, sed exigentibus eorum culpis. Cum duritiam cordis, quam ipsi mala perpetrando nutriunt, non aufert, quasi eos induret, quia iusto iudicio eos indurari sinit. Vnde infra 2. Secundum duritiam tuam & impœnitens cor tuum thesaurizas, &c. Ex præmissis clare patet Deum non aliter quam sinendo aut permittendo esse causam peccati. Sed de his amplius in 7. & 9. capitibus. Si dicatur quidquid est causa causæ, est causa causati. Sed deus est causa liberi arbitrii, quod est causa peccati. Igitur Deus est causa peccati. Dicendum quod est effectus causæ media dependens ab ea secundum quod subiicitur ordini causæ primæ: reducitur in cãm primã. Sed si procedat a cã media, prout exit in ordinẽ causæ primæ, sicut si minister facit aliquid contra mandatũ domini, non reducitur in dominum, tanquam in causam. Sic nec peccatum, quod liberum arbitrium committit contra præceptum Dei, reducitur in Deum, tanquã in causam. Et licet malum pœnę attribuatur Deo, iuxta illud: Deus est creans malum: & illud, Non est malum in ciuitate quod deus non fecerit. Non tamen sequitur quod malum culpæ reducatur in deum: quia culpa opponitur bono ordinis qui est in deum, & non pœna, quæ est deordinatio culpæ. vnde nõ est similis ratio.

Philipp. 2. *Rom. 9.* *Ioan. 15.* *2. Cor. 3.* *in lib. de gra & lib. arb. cap. 2.* *In libr. de Essen. D.* A *Psal. 45.* *Amos. 3.*

Quia commutauerunt ueritatem Dei in mendacium & coluerunt, & seruierunt, creaturæ potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Amen.

HIC amplius explicat culpam impietatis, in quam Philosophi agnita veritate lapsi sunt, mutauerunt enim gloriam incorruptibilis Dei, &c. Ad duo peccata omissionis quę præmisit addit duo peccata commissionis, dixerat enim, Non glorificauerunt aut gratias egerunt. nunc addit mutauerunt gloriam quo ad primum, & quo ad secundum dicit, & coluerunt creaturam potius quam creatorem, commutauerunt gloriam Dei in mendacium. Quod supra dixit gloriam, hic dicit veritatem quæ est Deus ipse per essentiam, iuxta illud, Ego sum via, veritas, & vita. Ad cuius intelligentiam sciendum est, quod veritas secundum Diuus Augustinus est vera & perfecta similitudo rei quam efficit absque vlla dissimilitudine. Et cũ Deus sit primũ principium, & idea, siue similitudo rerũ cunctas res efficiẽs & absq; quacunq; dissimilitudine repręsentãs, hinc est quod Deus dicitur veritas prima increata, quæ nõ solum est cã quod res sunt, verum etiam est cã cognoscendi, cũ ois cognitio fiat per similitudinem, siue assimilationem, & sic præcedit res ipsas, quas

B *Ioan. 14.* *in. libr. uera reli.*

quas etiam antequam sint & postquam desunt esse, repræsentat: iuxta illud, Qui vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt, & quia res creatę naturaliter producunt suā similitudinē naturalem, vel intentionalem in sensu exteriori, & eo mediante in interiori, ac etiam mediante naturali lumine intellectus agentis in intellectu possibili, ideo res creatæ possunt dici veritas creata transcendentalis. & sic non prima, quia pendet a Deo, qui solus est veritas prima, siue idea, & similitudo efficiēs omnium rerum, sed sunt veritas secundaria, quę procedit similitudinem quam causat in sensu & intellectu. Ideo sensus vel intellectus informatus similitudine rerum potest dici verus veritate formali & subiectiua, inquantum similitudo in eis existens est conformis rei repræsentatæ. Quia si res repræsentata aliter se habeat, & sit difformis similitudini sensus aut intellectus, tunc intellectus aut sensus non dicitur verus, sed falsus & illusus. Quemadmodum res creatæ in tantum veræ sunt, in quantum sunt conformes ideæ Dei. Quia si in aliquo sunt dissimiles aut difformes, in illo in quo sunt dissimiles aut difformes, sortiuntur nomen falsitatis mendacii & vanitatis. Vnde infra. 8. dicit. Vanitati enim omnis creatura subiecta est. Et Sapiens dicit. Qui apprehendit vmbram & sequitur ventum, sic qui attendit ad visa mendacia. Ex præmissis apparet quod duplex est veritas, scilicet increata, quæ est deus, quæ est veritas prima prima, alia est creata, quæ est secundaria, hęc est duplex, quædam est transcendentalis quæ immediate pendet a prima, alia est formalis & subiectiua, quæ pendet a secunda, & sic potest dici tertia. Cum ergo deus sit principium essendi & cognoscendi, natura diuina dupliciter considerari potest, scilicet vt principium essendi, & vt principium cognoscendi. Et secundum vtranque considerationem verba Apostoli possunt exponi. Nam si consideretur vt principium cognoscendi, sic debet exponi. Commutauerunt veritatem Dei in mendacium, id est, cultum veri Dei in idololatriam, veritas quippe est deus, mendacium idolum. Vel commutauerunt veram cognitionem dei quam a deo acceperunt, & peruersa ratione ad falsa dogmata cōuerterunt, Cum dixerunt idola esse Deos, vel deum non habere in notitia, aut non esse omnipotentē. Vnde Hiere. Docuerunt linguas suas loqui mendaciū. Vel quia diuinitatis naturam quæ est ipsa veritas, & nomen dei incommunicabile attribuerunt idolo, quod mendaciter vocauerunt deum, cum non sit deus: Vnde Hier. Vere mendacium possiderunt patres nostri. Vanitatem quæ eis non profuit. Nunquid faciet homo sibi Deos, cum ipsi non sint Dii? Si uero consideretur natura diuina, prout est principium essendi omnibus per creationem, sic debetur ei ab homine interior cultus, secundum pium affectum, iuxta illud. Si quis cultor Dei est, &c. Debetur etiam ei exterior seruitus latrię, iuxta illud, Dominum deum tuum adorabis, & illi soli serui. Vnde Apostolus subdit contra eos. Et coluerunt, scilicet interius, secundum affectum, & seruierunt exterius creaturæ, scilicet idolo Ipsum ornando & venerando, templa magnificentissima illis construendo supplices in eis adorantes, & non modo thura & holocausta altaribus imposuerunt, verum etiam proprios filios immolauerunt, & filias potius quam creatori. Colebāt enim corpora cœlestia, & aerem & aquam, & alia huiusmodi secundum illud, Aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem. &c. Deos putauerunt. Et cultum latrię, quod debetur soli deo, exhibuerunt sacrificando illis tanquam supremo Domino, ideo concludendo subdit (Qui est benedictus) id est, cuius bonitas est manifesta. Sicut enim dicimur benedicere deum inquantum eius bonitatem corde recognoscimus, & ore confitemur, iuxta illud Benedicentes deum. Exaltate eum quantum potestis. Addit autem in secula, ad ostendendum quod eius bonitas est sempiterna, ab alio non dependens, seculum enim accipi solet pro duratione vitæ hominis quæ est centum annorum, & sic pro centenario, & cum dicat hic in secula, absque determinatione intelligit per omnes durationes imaginabiles & interminabiles. Et sic per eorum impietatem, & falsorum deorum cultū nullo mō poterat diminui. Addit Amen, ad omnimodam certitudinem affirmandam. Vnde Esa 65. Qui benedictus est super terram, benedicetur in deo. Amen, quod idem est quod verum vel vtinam fiat.

Marginal references: Rom. 4. — Eccle. 34. — Hiere. 9. — Hiere. 16. — Ioan. 9. — Deu. 6. — Sap. 13. — Eccle. 43.

COMMEN-

COMMENTVM V. PARTIS I. C.

Propterea tradidit eos Deus in passiones ignominiæ.

IN hac 5. huius 1. cap. parte Apostol. explicatius declarat pœnam correspondentem culpæ illorum: quia, scilicet ad hoc deuenerunt, vt qui contra naturam diuinam peccauerant, contra propriam naturam peccarent. Ideo tradidit, id est labi permisit eos Deus in passiones ignominiæ, quæ non sunt nomine dignæ, per quas intelligit peccata carnalia contra naturam turpissima, quæ hominem non modo comparant, sed exprobabiliorem reddunt, iumentis, quæ hanc nephandissimam turpitudinem incognitam & intentatam habent.

Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem usum, in eum usum qui est contra naturam.

HIC declarat passiones ignominiæ, in quas lapsi sunt. Ad cuius intelligentiam notandum est quod aliquid potest dici contra naturam hominis dupliciter. Vno modo contra naturam differentiæ constitutiuæ speciei hominis, quæ est rationale. Et sic omne peccatum est contra naturam hominis, quia est contra rationem. Vnde & Damascenus dicit quod angelus peccans versus est ex eo quod est secundũ naturam, in id quod est contra naturam. Alio modo dicitur contra naturam hominis ratione generis quod est aliter. Manifestum est enim quod commixtio sexuum ordinatur in animalibus ad actum generationis, ex quo sequitur quod omnis actus carnalis, ex quo non potest sequi generatio, est contra naturam hominis, inquantum est animal, et actus extra matrimonium est contra naturam hominis inquantum homo, quia habet particularem naturam, secundum quam regi debet in generatione. Et sic per hæc verba Apostolus non laudat libidinem, neque dicit vsum fœminæ promiscuæ, & extra matrimonium esse naturalem, aut licitum (vt voluit Iulianus apostata) Cũ olim Deus in lege, & Christus adulteriũ reprobauerit, licet, vt dictum est, sit naturalis, inquantum animal, cum potest sequi generatio. Si autem sequi non possit, vt si mulier mulierem (vt D Ambro. dicit) aut brutum turpi desiderio ad vsum appeteret, vel se viro modo indebito exhiberet, vsum autem illum innaturalem adeo abhorret natura, vt clamare contra committentes dicatur, iuxta illud, Clamor Sodomorum ascendit ad me de terra ad celerrimam vltionem. *Gen. 18.* Vnde D Bernardus, Flamma gehennalis scilicet super illas ciuitates effusa, moram
E non sustinens, execrabilem ista præuenit tollere nationem, alios enim peccatores expectat. Eam ob rem Sodomorum & Gomorreorum ciuitates subito in cineres redactæ fuerunt. Vnde D. Iudas in sua canonica de eis loquens dicit, Facti sunt exemplum ignis ęterni pœnam sustinentes. *Iudæ unico cap.*

Similiter autem, & masculi, relicto naturali usu fœminæ, exarserunt in desideriis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes.

HIC continuat explicare passiones ignominiæ masculorum, qui extra naturam homin is inquantum est animal, terminos transferunt in turpissimis & abominabilibus desideriis, vt illas passiones ignominiæ inter se inuicem exercerent, [& mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes] Hic ostendit pœnam desertionis & contemptus Dei & lasciuiæ esse conuenientem culpæ, ac errori illorum, qui veritatem Dei commutauerunt in mendacium, vt quemadmodum idololatria & periurium grauissima sunt peccata, sic eius compensatio horrenda & persordida passio esset. Et quamuis merces proprie videatur in bonum sonare, tamen hic sumitur communiter pro quacunque retributione, etiam in malis, prout infra. 6. dicit, Stipendia peccati mors. Et Micheas, Merces eorum igni comburetur. *Infra. 6. Mich. 1.*

Et sicut

Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobrum sensum, ut faciant ea quę non conueniunt.

POSTQVAM Apostolus ostendit Gentiles ex superbia ignorantiam & excæcatione in impietatem in Deum & in iniustitiam in se & proximum incidisse, declarauitque quomodo in Deum peccauerunt, omissiue, non glorificando & gratias agendo, & commissiue, murando gloriam & commutando veritatem, & quo modo in se peccauerunt contumeliis, afficiendo corpora sua in semetipsis. Hic declarat quomodo inciderunt in peccarum iniustitiæ erga proximum, ex priori culpa. Vnde dicit, [Et sicut, &c.] Hoc aduerbium similitudinis [(sicut)] secundum aliquos ponitur pro quia, vt sit sensus, & quia [non probauerunt] id est, non laudauerunt factis & verbis Deum illis notum, habendo eius beneficia [in notitia] id est, in memoria, ea recognoscendo, quod est eos non egisse gratias vel neglexisse tantum beneficium. Vnde illi dicuntur habere Deum in notica, quia pia deuotione student in animo semper habere, & tanquam præsentem eum timent ac reuerentur, & propter amorem & honorem eius a peccato abstinere student, qui probam & laudabilem esse iudicant cognitionem, quam dedit eis Deus de creaturis, & sic applicandam esse censent, vt per eam in Dei cognitionem deueniatur. & qui probant & iudicant Deum habere in notitia omnia facta creaturarum. Econtrario illi dicuntur non habere Deum in notitia, qui vt liberius peccent, considerare renuunt præsentiam eius vbique esse, nec diligentiam adhibent in animo semper habere, & cognitionem quam dedit illis de creaturis non applicant, vt per eam in cognitionem Dei veniant, & qui altissimum non deprecantur, vt sui cognitionem eis conferre dignetur, sed dicere videntur, recede a nobis, viā scientiarū tuarum nolumus. Vel qui putant Deum non habere in notitia facta hominum, & dicunt.
Iob. 21. Circa cardines cœli perābulat, nec nostra considerat. Et illud. Non videbit Do- 4
Iob 22. minus, nec intelliget Deus Iacob. & Esa. Quis videt nos, & quis nouit nos? per-
Psal. 93. uersa est hæc cogitatio. Ideo [tradidit eos Deus,] id est, tradi aut labi permisit
Esa. 29. [in reprobum sensum.] Sensus hic non accipitur pro sensu hominis, quo sensibilia cognoscuntur, sed pro iudicio intellectus, quo iudicat de agendis & de sapientia, iuxta illud Cogitare de illa sensus est consummatus. Vnde alii exponunt in reprobum sensum, id est, in reprobem mentem, quæ dicitur reproba, quando de agen
2. Tim. 3. dis malis habet iudicium firmum omni reprobatione dignum, secundum illud. Ho
Hier. 6. mines mente corrupti, reprobi circa fidē. Et illud, argētū reprobū vocate eos. Vel reprobus sensus est, sensus a probitate remotus, lumine gratiæ ac verę sapientię priuatus, peruersus, iniquus, excæcatus, & ita abiectus, ut hominis talem sensum habentis nulla videatur spes salutis, ita ut non videatur vltra homo talis ad salutem resu
Dan. 4. mendus Hoc quippe nō omnibus peccatoribus Deus facit Sed illis maxime qui idololatriæ uel hæretici exciterunt, aut aliquo alio grauissimo crimine Deum offenderunt. Sicuti de Nabuchodonosor in Daniele factum fuisse legimus, cui Deus ob magnitudinem sceleris sui sensum abstulit, ita vt cum belluis fœnum & herbam mā ducaret. Sequitur, vt faciant ea quę non conueniunt, hoc est ea quæ diuinæ & humanę leges prohibent, uel ut nihil intelligant aut faciant, nisi quod a probitate remotum est uel ea quæ a ratione discordant, iuxta illud, inutilia sunt opera eorum.
Sap 3. [Repletos omni iniquitate.] Hic incipit enumerare inconueniētia opera iniustitiæ & differentias illorum, & primo ponit id quod est generale. Iniquitas contrariatur æquitati, quæ dicitur iustitia, quæ consistit in æqualitate, & sic iniquitas idem est quod iniustitia. Sicut autem omnis virtus, inquantum exequitur præceptum legis, habet rationem iustitiæ, & sic iustitia est generalis virtus, includens omnes alias. Ita omne peccatum, inquantum a regula legis diuinæ discordat, habet rationem iniquitatis. Et sic iniquitas est vitium generale includens in se omnia peccata, iuxta illud. Omne peccatum est iniquitas. Exaggerant autem hic culpam eorum dupliciter:

Primo intensiuæ per hoc quod dicit, [repletos .] Ille enim vr̃ repleri iniquitate,cu ius affectus est totaliter ad peccandum dispositus,secundum illud. Quorum os male dictione & amaritudine plenũ est Secundo extensiue quia non tantum in vno pecca uerunt,sed in omnibus,iuxta illud Infandorum idolorum cultura omnis mali causa est [Malitia .] Hic enumerare incipit peccata in speciali,et primo peccata trãsgref sionis,quæ opponũtur præceptis negatiuis,et incipit a peccatis quibus aliquis deterio ratur in semetipso.deinde prosequitur peccata quibus fit nociuus proximo.Et præpo nit malitiã,quæ dupliciter accipi potest.Vno modo pro habitu uitioso,vnde ex ma litia peccare dicuntur qui ex habitu vitioso siue ex mala consuetudine peccãt,& sic est nomẽ generale ad omnia vitia , et opponitur bonitati quæ idem significat quod virtus,vsurpatur tamẽ pro illa peruersitate, qua quis data opera sciens & eligens ma le operatur , vel secundum alios qua machinatur lædere alium, uel malum inferre quocunq; modo . [Fornicatione .] Hic ponit peccatum quo quis deordinatur cir ca appetitum delectationum venereorum . Et non accipitur hic fornicatio proprie, prout est cum meretricibus,quæ in fornicibus,id est , locis atris & subobscuris habi tare solebant siue pro actu libidinoso inter solutum & solutam,sed pro omni illicito concubitu,quo quis peccat in corpus suum. Vnde Tobias;Attende tibi fili mi ab om ni fornicatione [Auaritia] Hic ponit peccatum, quo quis deordinatus circa appeti tum rerum exteriorum cõtra proximum. Auaritia enim est quidam inordinatus ap petitus habendi temporalia dolo,fraude,furto,rapina,vsura, aut alio quocunque mo do illicito & prohibito Vnde Apostolus.Sint mores sine auaritia,contenti præsen tibus , & ideo sub hoc nomine quæuis iniustitia potest subnotari , sicut sub nomine A fornicationis omnis illicitus concubitus . [Nequitia :] Nequitia est temeritas vel præsumptio, qua quis tentat circa nocumenta proximorum , quod implere nequit, siue non potest pro voto nocere . [Plenos inuidia .] Hic ponit peccatorum in pro ximum radicem inuidiam,qua quis tristatur de alieno bono,& gaudet de alieno ma lo.ex quibus aliquis incitatur ad nocendum alteri,& est peccatum diabolicum,secun dum illud Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum . [Homicidiis .] Hic incipit ponere nocumenta manifesta quantum ad facta , quorum maximum est ho micidium . Vnde Oseas . Maledictum mendacium & homicidium & furtum in- undauerunt,dicit autem pluraliter repletos homicidiis,quia homicidium non solum consistit in opere,verum etiam in voluntate, iuxta illud . Quia odit fratrem suum homicida est,Et quia scilicet odit ad occidendum,uel desiderat mortem eius . [Con tentione .] Hic ponit nocumenta oris:Est autem contentio impugnatio veritatis, cum confidentia clamoris quam vitare debemus Vnde Salomon.Honor est homini qui se separat a cõtẽtionibus . [Dolo .] Hic ponit nocumẽta occulta:Dolus est quã do aliud agitur,& aliud simulatur.vnde Hiere. Sagitta vulnerans lingua eorum do- lum locuta est & alibi.Ore pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insi- dias . [Malignitate .] Malignitas est radix interior horum nocumentorum , & im portat malum ignem.i.malum affectum in corde,secundum illud, Loquuntur pacẽ cum proximo suo,mala autem in cordibus eorũ, ab his cauẽdum est iuxta illud;Nõ habitabit iuxta te malignus [Susurrones .] Hic ponit nocumẽta occulta,quæ fiũt uerbis.Susurrones autem qui occulte susurrant in auribus hominum ad seminãdum inter eos discordias,& tales sunt maledicti,iuxta illud.Susurro & bilinguis maledi- ctus in populo,multos enim turbauit pacem habentes. [Detractores,Deo odibi- les.] Detractores dicũtur qui denigrãt,famã alicuius occulte.i eo signo ãte mala de eo dicẽtes,secũdũ illud. Si mordeat serpens in silẽtio,nihil eo minus habet qui occul te detrahit.Et ne putentur ista peccata quæ solo ore committuntur , esse lenia, sub- dit,Deo odibiles,eo quod impugnant quod Deus in omnibus amat scilicet mutuum amorem , secundum illud : Hoc est præceptum meum ut diligatis inuicem . Vnde Salomon:Sex sunt quæ odit Deus , & septimum quod detestatur anima eius , scili- cet eum qui seminat inter fratres discordias [Contumeliosos] Hic ponit nocumẽta manifesta quæ fiunt lingua . Contumeliosi dicuntur qui mala in faciem suæ in præ

1.Ioan.3. Psal.13. Sap.14. 1.Cor.6. Tob.4. Heb.13. Sap.2. Osee.4. 1.Ioan.3. Prouer.20. Hier.9. Psal.27. Psal.5. Eccl.28. Eccl.10. Ioan.15. Prou.6.

ſentia dicunt, iuxta illud, Qui prius fui blaſphemus perſecutor & contumelioſus. Sic ergo hæc tria vitia in materia conueniunt, quia mala de proximo dicunt; differunt tamen in fine. Quia ſuſurro intendit diſcordiam, detractor infamiam, contumelioſus iniuriam, vnde cōtumelioſi dicuntur qui ſunt veloces in uerborum vel factorum iniuriis, verbis conniciendo, & aliquid improperando, & quandoque factis flagellando, ſecundum illud Act. 5. Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu conſilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. [ſuperbos.] Hic incipit numerare peccata quæ pertinent ad omiſſionem, quæ opponuntur præceptis affirmatiuis. Superbi dicuntur quaſi ſuper ſe euntes per inordinatum appetitum excellentiæ uolunt enim præeſſe & non ſubeſſe alienæ regulæ. Ideo præcepta omittunt. Vnde Sapiens, initium omnis peccati ſuperbia, quod verum eſt, quantum ad auerſionem a Deo. Non tamen quantum ad conuerſionem ad commutabile bonum. Nam quoad hoc cupiditas dicitur radix omnium malorum [Elatos] Hic ponit proceſſum ſuperbiæ, ex qua primo in corde ſequitur elatio, vt ſcilicet homo ſe ſuper alios efferat, qui nec parem nec ſuperiorem pati vult iuxta illud, non ſum ſicut cæteri hominum. [Inuentores malorum.] Ex ſuperbia deinceps procedit nouitatum præſumptio, quam vocat inuentionem nouorum ſcelerum & prauarum opinionum. Cum enim bona ſint, iam a Deo & hominibus inſtituta, conſequens eſt ut ipſi de nouo adinueniant noua mala & peruerſa dogmata. [Parentibus non obedientes] Conſequenter ponit ipſas omiſſiones, & primo reſpectu ſuperiorum, quo ad parentes, quibus contra naturæ iura & legis inſtituta non obediebant quod faciendum iubet Apoſtolus dicens, filii obedite parentibus veſtris in Domino.

1.Tim.1. *Eccle.10.* *1.Tim. ul.* *Luc. 18.* *Ephe. 6.* D

Et cum ſpirituales patres ſint ſuperiores, illi qui eis reſiſtunt vel non obtemperant, dicuntur parentibus non obedientes. [inſipientes] Id eſt, amentes atque inſanos qui ob nimiam inſaniam Deum negant. de quibus Propheta. Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Vel inſipientes dicuntur qui ab ipſo ſapientię fonte, qui Deus eſt, receſſerunt, zelo iuſtitiæ & charitatis feruore carentes, qui inter bonum & malum diſcernere neſciunt. Et exinde contra diuinam reuerentiam exercent opera.

Pſal. 13.

[Incompoſitos.] Hic ponit omiſſionem quantum ad ſemetipſum. Incompoſitio enim attenditur in habitu & inceſſu ſecundum illud, Amictus corporis, & riſus dentium, ingreſſus hominis denunciant de illo, & ſic incompoſiti dicuntur inordinati, laſciui, intractabiles, minusq; ſociales. Quidam tamen inculpantur de hoc quod curioſe & ſuperbe compoſito gradu incedebant, quia illa compoſitio excedebat communem modum compoſitionis hominum inter quos conuerſabantur.

Eccle. 19 *Eſa. 3.*

[Sine affectione.] Ad alios, id eſt, effrænatos ſine amore & charitate atque amicitia, qui durum & inflexibile cor habent erga proximum. qui ſeipſos duntaxat amant & omnia ad ſe ordinant. erga alios autem crudeles, iuxta illud: Viſcera impiorum crudelia. [Abſque fœdere] Hic ponit omiſſionem ſocialis conuerſationis, quam debet homo aliis exhibere, illi enim dicuntur ſine fœdere qui ſunt infideles, violatores pactionum, quos ſignificantius fide fragos nuncupamus, uel qui omnium ſocietatem fugiunt, uel ſocialiter viuere renuunt, vel amicitiæ iura minime obſeruant, contra illud. Melius eſt duos eſſe ſimul quam vnum, habent enim emolumentum ſocietatis. [Sine miſericordia] Hic ponit omiſſionem erga inferiores, maxime pauperes, quibus debemus miſereri & miſerias eorum ſubleuare, alias (vt D. Iacobus ait,) Iudicium fiet ſine miſericordia ei qui non facit miſericordiam, omnia autem hæc mala quæ omnium fere ſcelerum genera continent, conueniunt hæreticis, quibus ſequentia conuenienter adaptari poſſunt. [Quia cum iuſtitiam Dei cognouiſſent, non intellexerunt, quoniam, qui talia agunt.]

2.Tim.3. *Prou. 12.* *Eccle. 4.* E *Iaco. 2.*

Hic oſtendit eos obnoxios D. vindictę, qui cum cognoſcerent deum iuſtum, & omnes alias perfectiones habentem, non intellexerunt, id eſt, intelligere & credere noluerunt quod pro peccatis pœnam inferret, iuxta illud. Dicunt in cordibus ſuis: non faciet Dominus bene, & non faciet Dominus male. [Digni ſunt morte] Hic ponitur pœna eis debita, quæ eſt mors corporali ſpiritualis & æterna, iuxta illud. Stipendia

Soph. 1. *Infra. 9.*

pendia peccati mors Dignum est enim quod anima quæ deserit Deum, deseratur a corpore per mortem corporalem, ac etiam ab amicitia per mortem spiritualem, nec non a fruitione finaliter per mortem æternam, quæ dicitur secunda & pessima, de triplici morte infra. 5. c. super verbo, & per peccatum mors, amplius locuturi sumus. [Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.] Hic declarat qui bus talis pœna debetur. Primo enim debetur his qui prædicta peccata committunt, secundum illud, Odisti omnes qui operantur iniquitatem, &c. Et nō solum debetur illis qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus Hoc dicit Apostolus propter quosdam Gentilium, qui & si idola non colerent, tamen colentibus non resistebāt. Ex quo consentire videbantur. Ex his verbis Apostoli tradunt doctores Theologi duas regulas generales, videlicet quod agentes & consentientes pari pœna puniendi sunt. Quod non licet cooperari peccato alterius, cum cooperari sit quoddam consen tire. Et de tali consensu cooperationis dicit Glos. in c. 1. extra de officio delegati, de F bere intelligi omnia iura quibus cauetur agentes & consentientes pari pœna esse ple ctendos: Hæc regula admirabiles inuoluit dubitationes. Pro quarum resolutionem aduertendum est quod quis potest peccato sine actu peccati alterius cooperari, siue esse causa illius tripliciter: Primo directe, cum præcipit, consulit, fauorem præbet, vel laudat peccatum, iuxta illud, Laudatur peccator in desideriis animæ suæ & iniquus benedicitur Et hoc nunquam licet. Quia de huiusmodi cooperatione reprehen sus fuit Iosaphat a Iehu, qui imperauit, dicens. Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris, & id circo iram quidem Domini merebaris, &c Si adducatur factum Heliæ qui inducebat sacerdotes Baal ad sacrificium idolorum, dicens Inuocate nomina Deorum vestrorum. Dicendum quod verba illa irrisorie protulit, quod patet ex his quæ subiunxit. Clamate, inquit, voce maiore, forsan loquitur, aut in itinere est, aut in diuersorio, aut certe dormit vt excitetur. Hanc autē irrisionem Helias faciebat, vt retraheret eos ab eius cultura & idololatria. Nec propterea inducebat eos ad malum, quia primo monuerat dicens Vsquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus est deus, sequimini illum Sin autem Baal, sequimini illum Deinde proposuit virtutem & potentiam Domini & impotentiam Baal. Secundo modo aliquis dicitur cooperari peccato alterius, & esse causa eius, quando non impedit peccatum alterius, reprehendendo uel occasiones auferendo, aut obstaculū ponendo cum potest & tenetur, maxime cum hoc ei ex officio incumbit, prout Nauta dicitur causa submersionis nauis, si non gubernat nauem cum potest & tenetur, Et sic cooperabatur Heli peccatis filiorum, quia eos non sufficienter reprehendit, vt tenebatur. Et cum Deus vnicuique mandauerit de proximo suo, & eruere eos qui ducuntur ad mortem ac diligere animam proximi plusquam vitam corporalem, sequitur quod quilibet tenetur medio licito, & seruatis debitis circunstantiis, impedire peccatum proximi, cum potest, ex debito charitatis si probabilitatem habeat de emenda. Ad hoc enim ordinatur fraterna correctio, quo ad animam, sicut eleemosy-A na quantum ad corpus. Et ideo quemadmodum negligens dare eleemosynam extreme indigenti, peccat mortaliter, iuxta illud, Qui habuerit substantiam huius mundi. & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera ab eo, quo modo charitas dei manet in illo? Sic enim negligendo extreme indigentem corporaliter, est causa mortis eius, & occidit illum (prout Diuus Ambrosius ait) Pasce fame morientem, si non pauisti, occidisti. Si qui non impedit aliquem mori spiritualiter, quod fit per peccatum, est causa mortis & peccati illius. Tertio modo aliquis potest cooperari peccato alterius, & esse illius causa proponendo alicui materiam siue obiectum, qua proposita siue obiecta probabiliter indicat eum ruiturum & peccaturum, & qua non obiecta non rueret neque peccaret. Si quidem materia est de se illicita, peccat. Sed si non est de se illicita, & hoc facit intendendo ruinam illius, est semper peccatum, vt si mulier pulchra se exhibeat in via ut in concupiscentia habeatur a transeuntibus, peccat. Si uero non intendat ruinam, & materia secundum se non est illicita, ut in casu proposito, & habet probabilitatem quod transeuntes occasione accepta

Apoc. 3. Psal. 33. Psal. 9. 2. Par. 19. 3. Reg. 18. 1. Reg. 2. Eccl. 17. Prou. 24. Mat. 18. 1. Ioan. 3.

d includent

1. Cor. 8. incident in concupiscentiam illius. peccat, si absq; causa rationabili se exhibeat, hoc enim esset offendiculum ponere infirm is quod non licet. Sed adueniente causa rationabili, puta præceptum mariti aut ecclesiæ, de audienda missa, aut alia necessitas aut euidens vtilitas, non peccat, nec est causa peccati illorum, sed ipsorum malitia, propter quam non tenetur cessare a debitis seu necessariis aut vtilibus operationibus, dummodo ruinam non intendat, vt dictum est. Et cum iuramentum & mutuum secundum se non sint illicita materia, sequitur quod si aliquis propter necessitatem aut vtilitatem, ut fit in treuga & pace, proponat aut petat iuramentũ ab idololatra, quem probabiliter scit per idolum suum iuraturum, & sic peccaturum, dummodo non intendat ruinam, non peccat. Similiter nec petens mutuum ab eo quem scit sub vsura mutuaturum. Quia quantum est de se, nihil petit, quod alius licite præstare non possit. Et sic non est ex intentione petentis quod iuret per idolum, aut det mutuum sub vsura, sed ex malitia illius, propter quam nõ tenetur prætermittere ius suum aut vtilitatem suam. & eodem modo dicendum est de eo qui scit iu aturum per Deum uerum, sed peieraturum, siue sit pars, siue iudex, quia non petit nisi quod licite præstare potest. Peccaret tamen si peteret quod iuraret per idolum, uel quod peieraret aut daret mutuum sub vsura, quia vtrunq; est secundum se illicitum. Sed non peccat, nec cooperatur peccato illius: si simpliciter petat mutuum vel iuramentum, licet ille absque tali petitione non peccaret offerendo mutuum sub usura, tunc enim potest licite vti malitia alterius, & hoc modo redimere vexationem suam quia etiam Deus vtitur peccatis ad aliquod bonum, ex quo B

In Enchi. libet enim malo elicit aliquod bonũ, ut D. Aug ait, & habetur in c. admonet. 22. q. 2. Et idẽ Publicolæ respõdenti dicit, qui vtitur fide illius qui per falsos deos iurat, nõ ad malum sed ad bonum, peccato illius non se sociat. Et eodem modo licet ei qui incidit in latrones manifestare bona quę habet, quæ latrones rapiendo peccant, ad hoc quod non occidatur, exemplo decem virorum, qui dixerunt ad Ismael. Noli occide

Hier. 41. re nos, quia thesauros habemus in agro. Nec per hoc inducebant eũ ad minus malũ, vt vitaret maius, sed offerebant materiã minoris mali, materialiter tantum, hoc est, non præsentabant ea intensione, vt ille expleret malam voluntatem suam circa illam, sed ad seruandum vitam & redimendam vexationem suam vel proximi tali oblatione aut traditione, vtitur peccato alterius in bonum suum, et non inducit ad malum: Vnde apparet quod aliud est inducere ad peccatum vel minus peccatũ, et aliud offerre materiam peccati materialiter tantũ, quæ de se non est illicita, sed ex malitia peccãtis. Ex præmissis sequitur quod nõlicet alicui consulere adulterium, vt euitet

Rom. 3. in eo vxoricidium. Quia si non sunt agenda nec consulenda mala, ut inde veniant

Gen. 19. bona, multo minus agenda aut consulenda sunt minora mala, vt euitentur maiora. Si adducatur in oppositum factum Loth, qui Sodomitis clamantibus, educ viros istos qui introierunt ad te, vt cognoscamus eos, ait. Nolite quæso fratres mei, nolite hoc malum facere. Habeo duas filias, quæ nec dum cognouerũt viros, educam eas ad vos, Abutimini eis sicut vobis placuerit, dummodo viris istis nihil mali faciatis. Dicendum secundum D. August. quod perturbatus animo hoc dixit, nec in hoc

1. Tim. 5. eum fore imitandum, vt patet ex c. quod ait. 14. dist. Quia, ut Apostolus ait, si quis

2. Pet. 2. suorum, & maxime domesticorum curam non habet, infidelis est, et infideli deterior. Et si obiiciatur illud D. Petri, vbi dicit quod Loth, & aspectu & auditu iustus erat, propter quod dictum D. Ambrosius dicit eum excusandum, videturq; eum summæ charitatis efferre, quia minus erat secundum naturam coire, quam contra naturã delinquere, vt in c. offerebat. 32. quæst. 7. Quia ratio adiũcta ex D. Paulo, quod nõ sunt facienda nec consulenda mala, ut inde veniant bona, apparentior mihi videtur, sequor opinionem D. August. Et ad authoritatem D. Petri, respondet Glos. Genes. 19. quod Loth, erat iustus comparatiue ad Sodomitas, sed non erat iustus in hoc facto. Et si allegetur dictum D. August. in lib. de Adulterinis coniugiis, et habetur in c. Si quod verius. 33. quæst. 2. Secundum legem Christi illicitum est siue adulteram occidere, siue alteram ducere ea viuente, ab vtroque est ab- C

stinendum,

ftinendum, non illicitum pro licito faciendum. Si enim facturus est quod non licet, iam faciat adulterium, & non faciat homicidium. Quia per illa verba D. Aug. non consulit, sed solum dicit adulterium esse minus malum homicidio. Quia in principio capitis dixit. Quis enim est tam demens qui dicat ei fac quod non licet, vt liceat quod non licet. Si vlterius adducatur factum Helisæi, qui Naaman Siro petenti, hoc solum est de quo depreceris Dominum pro seruo tuo. Quando ingredietur dominus meus templum Remon, vt adoret. Et illo inuitante super manum meam adorauero. In templo Remon adorante eo in eodem loco, vt ignoscat Dominus seruo tuo, pro hac re. Cui Helisæus respondit, vade in pace. Per quæ verba declarasse videtur quod licite poterat sustētare manus regis in actu idololatriæ. Quemadmodum ibidem Lyra dicit licitum esse puellæ Christianæ portare caudam dominæ suę euntis ad Phanum. Dicendum quod cum illa sustentatio manuum & delatio caudę non sint actus de se mali, sed solum per accidens ex malitia agentiis, cooperando illi, non intendendo ruinam vt dictum est, non est cooperi peccato illius, sed solum vti ad bonum suum, vt dictum est. Et sic quamuis illi actus essent mali, vt procedebant ab imperio interiori regis, vel dominæ, non tamen sequitur quod ille qui cooperabatur ad illum actum exteriorem, vellet illam deformitatem consequentem ipsum, vt expresse apparet ex petitionem Naaman. Et si instetur, quod qui vult antecedens, necessario vult & consequens quod scit vel credit sequi ad ipsum. Sed ex illo actu exteriori coram idolo Remō facto, sequebatur deformitas idololatrię in Domino Naaman, ergo si Naaman, volebat illum actum exteriorem, & illi cooperabatur, volebat deformitatem, & ei cooperabatur, dicendum quod illa maxima intelligitur, quando consequens est medium necessario præcausandum ab eo qui sua volitione causaturus erat antecedens, alias non. Sed ad illam manuum eleuationem non sequebatur necessario illa deformitas in domino Naaman, quia poterat alia intentione super eum sustentari. Ideo non sequitur quod vellet illud, quemadmodum is qui iuuat ad actum adulteri vel fornicationis aut furti. Quia ad illos ab agente necessariò sequitur quod velit deformitatem ei necessario annexam, licet non cogitet & formaliter non intendat, imò ei conditionaliter displiceat, absolute tamen ei placet, & eodem modo dicendum est de illo qui Pithonissam consulit. Si allegetur decretum concilii Toletani, quod habetur in capitul. duo mala. 13. distin. vbi dicitur: Duo mala cautissime sunt præcauenda, tamen si periculi necessitas vnum ex his perpetrare compulerit, id debemus resoluere, quo minori nexu noscitur obligari. Vbi glos. exponit resoluere, id est facere. Nec illud consilium consulit minus malum, cum resoluere debeat exponi pro facere aut permittere, vnde administratores reipublicæ licitæ permittunt prostibula, vt vitentur adulteria. Et Apostolus est sic intelligendus cum dicit. Propter fornicationem vnusquisque suam habeat vxorem, vnde addidit secundum indulgentiam dico, & non secundum imperium vel consilium. Sic debent exponi verba sanctorum doctorum, si qui videantur dicere opposita, maxime D. Gregor. in moralibus, & habetur in capit. Nerui testiculorum Leuiathan. 13. distinct. circa finem, vbi dicit minora semper eligantur id est, eligi permittantur, licitum tamen est totis viribus dissuadere maiora. Nec talis cooperatur peccato minori, si ille cui dissuasit maius, incidat in minus, quia hoc est de per accidens. Si adducatur D. Thom. qui dicit quod licet sciamus fratrem ex correctione nostra concitandum ad odium, dum speramus quod odium paulatim tepescet, & sequetur correctio, possumus corrigere, ex quo videtur sequi quod licet cooperari fratri ad actum peccati, dummodo hoc operari vel cooperari non sit sibi allaturum detrimentum salutis. Dicendum quod illa correctio non est cooperatio peccati, quia ad illam non sequitur de per se odium, imo apud sapientes sequitur communiter dilectio, sed si sequatur odium, hoc est de per accidens ex malitia, correcti, propter quam quis non deobligatur a præcepto diuino. Nec Christus induxit Iudam, ad malum, cum dixit, quod facis fac citius, quia hæc verba, increpatiuè dixit ad, redemptionem vexationis, ne differret passionem quam ex

4. Reg. 5.

1. Cor. 7.

P. 6. li. 31 c. 55. et. 56

in. 4. dist. 19.

Iosu. 13. malitia sua iam actu procurauerat, & eo modo dicendum quo dicitur his qui corrigi
Act. 23. non possunt & sunt desperati. Valde despera Nec Apost. cum dixit, ego de resurre-
ctione iudicor, quia intendebat seruare Vitam medio licito, proponendo rectam & fidelem assertionem:

Epitome II. C.

APOSTOLVS ex uita gentilium conclusit ipsos non suis meritis fuisse receptos in gratiam Dei, nihilque eis profuisse cognitionem legis naturæ; sed eos accusasse. Nunc in hoc capite continuando necessitatem gratiæ, aduersus Iudæos progreditur, ostendens quod nec iudæi iustificati sunt ex his ex quibus gloriabantur scilicet lege & circuncisione. Et primo ponit iudicium Iudæorum & Gentilium ad fidem conuersorum de priori vita, & vtrosque arguit de inordinato iudicio, confutatque humanum iudicium excludendo causas excusationis scilicet ignorantiam & innocentiam. Postmodum astruit & commendat diuinum iudicium, ponendo diuini iudicii veritatem, excludendo contrariam opinionem. Assignat causam & reprobat eam, ostendit periculum & retributionem contemptus ex futuro diuino iudicio ineuitabili Secundo ibi [(qui reddet,] &c.) manifestat, astruit, & commendat diuini iudicii veritatem quantum ad bona & mala opera, & quo ad personas & mercedem siue stipendia eorum. Et assignando rationem iustæ distributionis Dei circa bona & mala, exclusit acceptionem personarum ab eo. Tertio ibi [(Non enim auditores)] declarat legem Moysi per cuius auditum Iudæi arbitrãtur iustificari, non sufficere ad salutem. Deinde manifestat dignitatem eorum qui legem sine auditu seruãt cõmedant insuper in gentilibus legis obseruantiã & probat quod dixerat. Quarto ibi [(Si autem, &c.)] ostendit quod auditores legis non iustificantur, nisi sint factores, quod pertinet ad Iudæos, quorum prærogatiuam explicat, quantum ad gentem quia lex eis data est, & quantum ad fructum legis, & quantum ad Deum. Et per respectum ad alios tripliciter se habent ad notitiam legis. Deinde ostendit defectũ Iudæorum, quantum ad seipsos, & quantum ad proximos, & per comparationem etiã ad Deum Postremo in calce capitis ibi [(Circuncisio, &c.)] ostendit quod neque etiam circuncisio, de qua gloriabantur Iudæi, sufficit ad salutem, & deducit rationem comparando circuncisionem præputio, & assignando discrimen. C

Expositio literalis II. C.

1. Cor. 4. [Propter quod,] id est propreream quod malefacientes digni sunt morte, non so-
Hier. 17. lum qui faciunt, sed etiã qui consentiunt facientibus, ea de causa [inexcusabiles es,]
Esa. 51. scilicet a peccato [o homo omnis,] siue sis Iudæus, siue Gentilis, [qui iudicas.] id
Mat. 7. est temerarie damnas & reprobas alium [in quo,] scilicet iudicio, [enim alterum iudicas,] scilicet de occultis de quibus solus Deus habet iudicare, vt de cogitationibus cordium & futuris contingentibus, aut contra regulas iustitiæ, quæ requirunt discretionem & examinationem, [teipsum condemnas,] id est teipsum condemnabilem ostendis. [eadem enim agis quæ iudicas,] id est, consimilia in genere vel specie agis quæ in aliis condemnas [Scimus enim,] id est pro certo tenemus per naturalem rationem vel per supernaturalem illuminationem id quod vos vel nescitis, vel non creditis, scilicet [quod iudicium dei est secundum veritatem,] id est infallibiliter imminet [in eos,] id est contra eos [qui talia agunt,] & in aliis condemnant ea quæ ipsi agunt, seu eos qui se inuicem temerario iudicio iudicant [Existimas autem o homo, qui iudicas,] id est tuo iudicio damnas [eos qui talia agũt & facis ea] quod tibi sit data talis iudicandi potestas, vt non iudiceris de ea in hoc mũdo. [quod effugies iudicium dei,] qui scilicet modo non punit, quia bonus est, & tamen finaliter nihil mali impunitum relinquit, quasi dicat. Si hoc existimas falsa est existimatio tua [An diuitias bonitatis eius,] id est, copiosam bonitatẽ eius, qua bona peccatoribus largitur, solem suum oriri faciens super bonos & malos, & pluens super iu-

stos & iniustos, [& patientiæ,] qua grauiter & cōtumaciter ex malitia peccātes sustinet, [& longanimitatis eius,] qua peccatores ex infirmitate vel malitia lōgo tempore perseuerantes expectat, vt ad eū redeant & pœniteant. [contēnis] eas impugnādo clamore, & dei misericordia abutēdo. [Ignoras] tu peccator non ignorātia inuincibili, sed vincibili, crassa, supina, & affecta, [quoniā benignitas dei,] id est, pia misericordia dei differētis pœnā, [ad pœnitentiā,] id est, reconciliationē [(te)] scilicet peccatorē [adducit,] id est, prouocat, ducit & trahit, pœnas differendo & bona exhibēdo quātū est de se. Ideo enim expectat vos vt misereatur vestri. [Secundū Esa. 30. aūt duritiā tuā,] id est pertinaciam, qua malo adhæres, & qua durus es corde, vt verbū dei respuas, [& impœnitens cor,] quod de pristinis malis nō doler, nec futura vitare cōtendit, sed in eis perseuerat. [thesaurizas tibi irā,] id est multiplicas, accumulas, colligis, & reponis vindictā & reatū pœnæ deterius peccādū, [in die irę & reuelationis iusti iudicii dei,] id est in die extremi iudicii in qua iratus apparebit, & vltionem manifeste reuelabit & exercebit super iniquos & sceleratos absque tamē vlla animi perturbatione & sui mutabilitate. Soph. 1.

Secunda pars II. Capitis.

[Qui reddet vnicuique secundū opera eius,] siue interna siue externa, non quidē secundum æqualitatem operum, quia præmiū excedit meritū, sed secundū proportionem, quia bonis retribuet bona & meliora melioribus. [His quidē qui secundum patientiā boni operis,] scilicet erunt bene dispositi, qui patiētia dei bene vtūtur, vel æquanimiter sustinēt aduersa nec propterea cessāt a bono opere, sed perseuerāt [Gloriā] id est claritatē intrinsecā in anima, quæ prouenit ex clara visione & fruitione diuinæ essentiæ, & extrinsecā in corpore, quæ fluit a gloria animæ, [& honorē,] id Esa. 58. est reuerentiam quæ eis exhibebitur ab omni creatura [& incorruptionem,] id est Matt. 13. Ioan. 17.
B indefectibilem gloriæ & honoris permansionem, quia illa gloria & honor non erunt 1. Cor. 15 transitoria, prout in hoc mundo, ideo accipient coronā incorruptā & immarcessibilem: [quærentibus vitā æternam,] id est qui hac intentione bona operantur, vt habeant vitam æternā & non vt videantur ab hominibus, vt hypocritæ. [His aūt qui sunt ex contētione,] id est, qui veritatem impugnant cū confidēria clamoris, & contentiosi sunt contra proximū, vel contra fidē ex pertinacia ac duritia cordis, pœnitere contēnunt. [& qui non acquiescunt veritati,] scilicet doctrinæ fidei & iustitiæ diuinæ, & peruerse viuēdo non credūt veritatem iusti iudicii dei. [credūt aūt iniquitati,] id est, suggerētibus & persuadētibus iniquitatē, vel credunt peruersæ ac infideli doctrinæ, vel ēt peccatorum impunitatē, talibus reddentur sequentia, ira, id est, pœna & vindicta in anima & corpore & qualibet eius parte, ideo dies iudicii dicitur dies, iræ, [& indignatio,] quia ipsis indignabuntur, & contra seipsos commouebuntur Soph. 1. propter peccata quæ commiserunt, [tribulatio,] id est punctura dolorum & tormētorum quæ substinebunt. [& angustia,] quę in eis consurget, eo quod animus eorū non valebit inuenire remediū contra mala quæ timebūt & patiētur, vndiquaq; enim sequetur oppressio & perplexitas, vt nullo mō euadere possint [in oēm animā Luc. 12. hominis operantis malū, Iudęi primū & Greci,] id est Gētilis, præponit Iudæos, quia Iudęis maior pœna debebatur, tanquā scientibus voluntatē dei per legē, & eadē ratione nūc maior pœna debetur Christianis, circa idem peccatū. [Gloria aūt honor & pax,] id est perfecta animi trāquillitas, quæ ponitur loco incorruptionis, quā supra nominauerat contra angustiā malorū [Omni operanti bonū, Iudæo primū et Græco.] pręponit Iudæos, quia eis primo promissa sunt & in eorum promissiones Græci, hoc est Gentiles, introierūt [Nō enim est personarū acceptio apud deū,] id est
C distributio præter dignitatem & debitū personarū, non enim duobus æqualiter se habētibus, inæqualiter dat velle tribuit. [Quicunque enim sine lege, scilicet Moysi a deo accepta peccauerūt, sine lege peribūt,] id est condemnabuntur, non propter trāsgressionē legis Moysi, quā non acceperunt, sed propter transgressionē legis naturæ: [& quicunque in lege,] id est post legē scriptā & susceptam, [peccauerūt, per legē iudicabuntur,] id est condemnabuntur propter transgressionem legis.

Tertia pars I I. *Capitis*.

[N O N enim auditores legis] ex hoc ipso quod legem audiunt, quamuis iusti apud homines reputentur, non tamen [iusti sunt apud Deum.] qui non solum nouit quæ foris patent, sed etiam cor intuetur, qui videt quod in lege contenta & ab eis per promulgationem audita & cognita spiritualiter non capiunt, aut si capiant non ea qua decet intentione, adimplent. [Sed factores legis iustificabũtur] nõ quod quasi per opera cæremonialia, iudicialia, aut etiam moralia, iustitiam Dei siue gratiã iustificantem acquirãnt, cum talis per solam Dei misericordiã merito passionis Christi infundãtur, sed quia per huiusmodi scriptæ legis opera speciali auxilio Dei adimpleta ad iustificationẽ disponentur, & a Deo misericorditer iustificabuntur. [Cum enim Gentes quæ legem] scilicet diuinam scriptam, quæ solis Iudæis data est, [non habent naturaliter,] i. instinctu & directione naturali per synderesim in intellectu practico impressam, qua discernere possunt ea quæ lex facere aut vitare
Psal. 4. quo ad moralia præcepit, & per naturam gratia reformatam, [ea quæ legis sunt, faciunt,] id est, quæ lex scripta, quo ad moralia mandat. [eiusmodi legem,] scilicet scriptam per Moysen datam. [ipsi sibi sunt lex,] inquantum funguntur officio legis semetipsos instruendo & se ad bonum inducendo: [Qui ostendunt opus legis scriptum,] id est, firmiter fixum [in cordibus suis,] id est, in intellectu & ratione eorum non atramento, sed spiritu Dei viui. [Testimonium reddente illis cõscientia,] id est, applicatione scientiæ siue cognitionis per synderesim habita, qua de aliquo iudicatur an bene vel male factum sit, [ipsorum,] scilicet qui talia agunt, quæ conscientia non solum est operum, sed etiam, [inter se inuicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium] in conscientiis reproborum quæ erunt apertæ &
1. Cor. 3. manifestæ, [in die,] scilicet extremi iudicii. [Cum iudicabit Deus] ea quæ nunc
Act. 10. sunt [occulta hominum,] de quibus nunc homines iudicare non possunt, hoc iu-
Ioan. 5. dicium Dei certum est [Secundum Euangelium meum,] id est, a me prædicatum, D
[Per Iesum Christum] qui constitutus est iudex viuorum & mortuorum.

Quinta pars. I I. *Capitis*.

[S I autem Iudæus cognominaris,] quod est nomen honorabile tanquam a nobilibus & iustis parentibus deriuatum à Iuda patriarcha filio Iacob, [& requiescis.] persistis & delectaris [in lege,] quasi per eam de credendis & agendis certificatus, [& gloriaris in Deo,] id est, in notitia & cultu vnius Dei, vel in redemptione quam tibi per prophetas nunciauit, [& nosti voluntatem eius.] ex doctrina legis & prophetarum sciens quid ipse ab hominibus velit fieri, aut nolit fieri. [& probas.] id est, approbas & commendas, [vtiliora] .i. meliora, & perfectiora eligere nosti, [instructus per legem,] in qua diuersi perfectionum gradus docentur: [Confidis] .i. præsumis, existimas [te ipsum esse ducem] .i. directorem, cæcorum, id est incapacium ad intelligendum, [lumen eorum qui in tenebris.] ignorantiæ [sunt,] scilicet constituti. [eruditorem insipientium,] id est, eorum qui absq; cognitione diuinorum sunt, [magistrum infantium.] id est paruulorum, qui ob defectum gratis imperfecti sunt, vel eorum qui rudimentis egent, [habentem formam] perfectionis, vt aliis suis exemplar [scientiæ] in agendis, [& veritatis,] in credendis & speculanis [in lege,] scilicet contentis. [Qui ergo alium doces, cur teipsum non doces?] dicis te esse ducem cæcorum, cur per rectam viam à te cognitam non ambulas? cõfidis te lumen eorum qui in tenebris sunt, cur opera tenebrarum non abiicis? Si eruditor insipientiũ, cur timorẽ Domini, quæ est initiũ sapientiæ reliquisti? Si magister infantium, cur puer es sensu, & more puerorũ insanias falsis prosequeris? [Qui prædicas nõ furandũ,] i. non esse accipiendõ alienũ inscio vel inuito Dño prout lex dicit. [Furaris] id est accipis & es socius furũ [Qui dicis.] tum occulte, tum publice, tũ verbis, tum scriptis. [nõ mœchãdũ] .i. nõ adulterãdũ. [mœcharis] .i. adulteraris. fidẽ matrimonii frãgẽs [Qui abominaris] doctus ex præcepto legis sciẽs nõ ẽe colẽda

[Sacri-

[Sacrilegiū facit].i.sacra quæ scis esse veneranda,cōtaminas abutendo his quæ ad diuinum cultu pertinent,Christum negando,vel sacrum de sacro auferendo,& in prophanos vsus exponendo. [Qui in lege,] siue de lege, [gloriaris,] cum iactantia Psal.77.
B dicendo. Quantū audiuimus & cognouimus,ea patres nostri narrauerunt nobis,&c. Psal.147.
&,Non fecit taliter omni nationi, &c. [Per præuaricationem legis Deum inhonoras.]non exhibendo ei debitam reuerentiam,non obediendo mandatis ipsius,qui legem suscepisti, legem relinquis, nomē enim dei per vos blasphematur.i.gloria & fama nominis dei per vestram malam conuersationem vituperatur, inter Gentes sicut scriptum est.quæ propter vestram malam conuersionem arbitrantur legem à deo datam non esse bonam.

Quinta pars II. Capitis.

[Circūcisio quidem,] scilicet corporalis, [prodest tibi Iudæo.] quantum ad remissionem peccati originalis,quia data est Abrahæ,& ab eo secundum carnē descendentibus. [Si legem] Mosaicam [obserues] .i.custodias & impleas,non in sensu literę,sed spirituali post passionem Christi exhibitam,si Christo ad quem te lex dirigit,credas,& euangelium suscipias,quemadmodum professio religiosis prodest, si regulam seruent. [Si autem præuaricator legis sis],i.si legem transgrediaris, & debito modo non impleas.[Circuncisio tua]carnalis.[præputiū facta est,] .i. non amplius prodest tibi,quam si non esses circuncisus,& sic præputiatis similis effectus es, quibus gentilitas non prodest,sed obest [Si igitur præputiū] .i.si aliquis gentilis incircuncisus, [iustitias legis,] id est, moralia præcepta & mandata legis quę sunt de dictamine rationis naturali [Custodiat] .i seruet, vt per ea quæ facta sunt in cognitionem dei perueniat,& in fide & cultu vnius dei permaneat. [Nonne præputium illius in circuncisionem], scilicet spiritualem. [reputabitur] .i.nonne fructū circuncisionis habebit cum imitetur fidem Abrahæ quæ reputata est ei & filiis suis per imitationem ad iustitiam,in cuius fidei signum & protestationem data fuit circuncisio. [& iudicabit id quod ex natura est præputium] .i.gentilis nō sententiā proferendo sed cōparatione facti melioris iudicandū & condemnādum ostendet [legē cōsumās] eo ꝙ legē omnibus viribus suis implet,te.s. Iudæū circuncisum,[qui per literā] i.legis scripturā, [& circuncisionem.] in litera legis scriptā & manifestatā, [præuaricatori] i.transgressor [es legis.] acceptę quā gentilis non hēt. [Non enim.] ille est veræ Iudæus, [qui in manifesto Iudæus est.].i.qui a Iacob originē traxit,[neq; quæ in manifesto in carne est circuncisio.] quæ,s.videri potest, est vera circuncisio Gen.17.
F quia est solum signum interioris circuncisionis, verum autem signum non est nisi respondeat illi signatum [Sed qui in abscondito Iudæus est,] scilicet veræ Iudæus, Infra. 8.
quia mandata legis,quam Iudæi profitentur ex affectu cordis, quod est abscōditum & ab hominibus videri non potest [Et circuncisio cordis,] scilicet vera est, quia propter Deum abiectis vitiis, & adeptis virtutibus ea quæ legis Christi sunt obseruat homo, [in spiritu.] In virtute spiritus sancti & secundum spirituale intellectū legis Moysi, [& non in litera] i. non secundum sensum literæ grammaticalem. 1.Reg.16.
[Cuius.]scilicet circuncisionis interioris [laus] .i manifestatio cum approbatione, [non ex hominibus,] qui solum vident quæ foris parent & non interiora, [sed ex deo est.] qui cor intuetur & scrutatur ac probat renes & corda.

Gen. 17. (margin beside "remissionem peccati… descendentibus")

Commentum II. Capitis:

Propter quod inexcusabilis es,ò homo omnis qui iudicas.

APOSTOLVS hic supponit iudiciū temerariū Gentilium & Iudęorum ad fidem conuersorum,quo iudicabant inuicem de præterita vita. Iudæi arguebant Gētiles de idololatria & aliis nefandis criminibus. Gentiles vero Iudæos de præuaricatione legis acceptæ, licet tam Iudæi quam Gentiles peccatis quæ sibi inuicem obiiciebant,inuoluti essent Gentiles quidem veritatē dei in impietate & iniustitia

detinentes, fuerant preuaricatores legis naturæ & in nephandissimis criminibus inci derant. Ideo eos inexcusabiles esse priore capite dixit. Iudæi etiam accepta lege veri tatem Dei in impietate & in iustitia detinuerant idololatrantes & legem præuaricantes, vtrique enim populo reuelata fuit iustitia Dei. Iudæis per fidem, Gentibus autem per visibilia quæ facta sunt. Ideo hic ex præmissis vtrosque arguit de inordinato iudicio, & omnes tam Gentiles quam Iudæos in tali iudicio temerario inexcusabiles esse concludit, dicens. Propter quod. &c. [In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas.] Hic confutat humanum iudicium. excludendo vnam excusationis causam, scilicet ignorantiam, quæ excluditur per ipsummet iudicium. Quicunque enim iudicat aliquem de aliquo, quasi male agentem, ostendit se agnoscere illud esse malum, & ex hoc concludit ipsum esse condemnabilem. ideo dicit, inexcusabilis es, quia ostendis teipsum condemnabilem cum iudicas alterum male agē tem, quod tamen iudicium de occultis & factis aliorum propter incertitudinem pro

1. Cor. 4. hibitum est iuxta illud, Nolite iudicare, & non iudicabimini. Ad cuius euidentiam
Luc. 7. sciendum est quod ad iudicium humanum licitum, tria requiruntur. Primo, quod procedat ex inclinatione & actu iustitię, quæ versatur circa debitum æquale, vt nō vltra vel minus quam debetur iudicet siue ascribat, secundum illud, diligite iustitiam qui iudicatis terram. Secundo, quod procedat ex authoritate & potestate præsidentis, iuxta illud, Tu quis es qui iudicas alienum seruum, domino enim suo stat
Sap. 1. aut cadit. Tertio, quod proferatur secundum rectam prudentiæ rationem siue delibe
Rom. 14. rationem, hoc est quod fit de certis & non dubiis, secundum illud, Ne temere quid loquaris. Quodcunque autem horum trium deficiat iudicium erit vitiosum: Si desit æqualitas, erit iudicium peruersum & iniustum Si authoritas, erit iudicium vsurpatiuum & abusiuum, quia non est maior abusus quam potestatis defectus. Si certitudo aut prudentia, erit iudicium temerarium & præsumptiuum, vt cum homo iudi-
1. Cor. 4. cat de cognitionibus & intentionibus cordium, aut etiam de futuris contingentibus quę sibi Deus reseruauit. Vnde Apost. Nolite ante tempus iudicare, quoad vsque veniat dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum & manifestauit consilia cordium Et Hier. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? sequitur. Ego Dominus scrutans corda & probans renes. Et Esa. 51. Annunciate quæ ventura sunt nobis in futurum, & dicemus quia Dii estis vos. Cum ergo iam Gentiles quàm Iudæi de se inuicem iudicarent absque prædictis requisitis, sequitur quod iudicium illorum erat illicitum, nec poterant se excusare per ignorantiam. Quia ipso facto quo iudicabant, protestantur se non ignorare. Nemo enim sanæ mentis iudicat de his quæ ignorat. [Eadē enim agit quæ iudicas.] Hic excludit aliā excusationis causā, videlicet innocētiā, quasi dicat Ideo tu qui alios iudicas, teipsū condē nas. Quia cum ea agas quæ condemnas manifeste ostendis te condemnandum esse & cōtra conscientiā iudicas Vnde Christus, Ex ore tuo te iudico serue nequā, et alibi. In quo iudicio iudicaueritis, condemnabimini. & Salomō Illaqueatus es verbis
Mat. 7. oris tui, & captus propriis sermonibus. Et Christus, Quid uides festucā in oculo
Prou. 6. fratris tui, &c. Et Dauid proposita ei a Nathā de alio parabola et intellecta, seipsum
Mat. 7. condemnauit. Quocirca redduntur inexcusabiles morum institutores. Ideo Seneca
2. Reg 12. Philosophos qui recta docentes, perditis erant moribus, in suum ipsorum conuitium fuisse desertos asseuerat.

Ex his Apostoli verbis nonnulli trahunt quod tam priuati quam iudices publici qui ex officio alios iudicant & condemnant pro peccatis, in quibus ipsi sunt inuoluti, peccant. Quod tamen non est vsquequaque verum. Ad cuius euidentiam sciendum est quod si de priuatis loquamur & interiori iudicio, hæc verba. [Teipsum condemnas, &c.] exponi possunt, id est, te condemnabilem absq; excusatione ostendis, cum in pari aut simili culpa existas. Si vero priuatus exteriori iuditio, puta correctionis fraternæ iudicat & corrigit alium de peccato, in quo ipse est inuolutus, non peccat, mō absque superbia & scandalo hoc faciat, corrigere n. pōt cū humilitate & non per modū obiurgātis, si sit in simili crimine notorio, sed rogātis & se emendare proponentis.

proponētis. Quia vt D.Thomas ait, peccatū nō tollit id vnde cōuenit homini corrigere delinquētē. Quia cū nō tollat iudiciū rationis, sequitur quod per se nō cōtrariatur officio correctionis fraternæ. Nec peccatum reddit hominē indignū correctione contrarie, sed negatiue, & sic exponit D. Thomas. Si autem loquamur de iudicibus publicis & publice iudicantibus & corrigentibus ex officio, distinguendum est de ecclesiasticis aut temporalibus. Ecclesiastici enim iudicantes & corrigentes, vt ministri Ecclesiæ, prædicando vel puniendo de peccato mortali in quo ipsi sunt occulte inuoluti, absq; contritione vel attritione peccant. iuxta illud, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. quia sic indigne vtitur officio prælationis aut prædicationis, vt D.Thomas ait. Et secundū alios, quia est suspensus quo ad se, vt habetur in cap. vlt extra de tempo. ordi Dñs Caiet. super q. 60. arg. 2. 2. 2. D. Tho. dicit quod prælatus spiritualis vtens officio suo in his quæ non sunt ordinis, sed iurisdictionis quamuis sit in peccato mortali occulto, non peccat saltem mortaliter per se loquendo, licet bene ratione scandali. Et ad obiectionem de indigno vsu officii, respondet quod non indigne vtitur contrarie aut priuatiue, sed solum negatiue. Et ad decratalem illam dicit quod intelligitur de vtente officio ordinis ad quod requiritur consecratio, quæ non requiritur ad vsum & actum iurisdictionis, & allegat D. Tho. 3. p. q 64 arg 6 ad. 1. Si autē sit in peccato mortali notorio, & non pœniteat, quidam dicunt illum duplici peccato peccare. Primo quia officium suum indebite id est, nō eo mō quo debet, exequitur. Secundo, quia scandalizat. Et secundum hoc dicunt debere intelligi illud. Peccatori autem dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas & assumis testamentum meum per os tuum. Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo, &c. & illud, Qui sine peccato est, vestrum primus lapidem in illam mittat ac etiam dictum D. Ambrosii, quod habetur 3. q. 8. in c. iudicet vbi dicitur iudicet de alterius crimine, qui non habet in se quod condemnet. Iudicet, inquit, qui non habet quod putauerit in alio punienda, & dicta D. Greg. in moral. quæ habentur in c. qui sine pctō, &c. In grauibus eadem q. Quo ad iudices verò temporales licet sint Dei ministri, non tamen ad eorum officium acceptandum vel exercendum egent consecratione. ideo etiam si sint in peccato mortali tali de quo iudicant, si peccatum sit occultum, non peccant. Si vero sit notorium, peccant rōne scandali. Ideo Zenocrates semel risisse dicitur, quando vidit magnos latrones, i. iudices & præsides condemnare ad suspendium minores. Resolutio ergo D. Thom. est quod illi qui sunt in grauibus criminibus, non debent iudicare eos qui sunt in eisdem vel minoribus, vt D. Chrysost. dicit super illud, Nolite iudicare, &c. Et maxime quando illa peccata sunt publica quia ex hoc generatur scandalum. Si autem non sunt publica, sed occulta, & necessitas iudicandi immineat, potest cum humilitate arguere & iudicare. Vnde D. August. dicit. Primum cogitemus cum aliquem reprehendere necessitas nos cogit, vtrum tale sit vicium quod nunquam habuimus, & tunc cogitemus nos etiam habere potuisse, vel tale, quod habuimus & iam non habemus, & tunc tangat memoriam fragilitas communis, ut illam correctionem non odium, sed misericordia præcedat Si autem inuenimus nos in eodem vitio esse, non obiurgemus, sed congemiscamus & ad pariter conandum inuitemus. [Scimus enim quoniam iudicium Dei est secundum veritatem, in eos qui talia agūt.] Hic ostendit & commendat iudiciū Dei de infallibili veritate. q. d. Ideo dico quod teipsum condemnas, siue te condēnandum ostendis à Deo, qui iudicaturus est viuos et mortuos. Quia nos qui reuelationem à Deo habemus, certo scimus quod iudicium condemnationis Dei est, & erit secundū veritatem in eos. id est, contra eos qui talia agunt, secundum illud Iob. Vltor iniquitatis est gladius, & scitote esse iudicium. Et Salomon, Cuncta quæ fiunt, in iudicium adducet Deus Scimus præterea quod iudicium Dei erit secundum veritatem, cum ipse idem sit veritas per essentiam, nec mentiri potest nec fallere aut falli, prout hominis iudicium quod amore, odio, timore corrumpi potest. Ideo non est semper verum. Iudiciū aūt humanum, quod [illegible] dictis & depositionibus testium, nō est semper

2.2. q. 33. ar. 5.

In 3. di. 19 q. 2. ar. 2.

Psal. 49.

Ioan. 8.

Mat. 7. in li. de ser do. in mōn

Iob 19. Eccl. vlt. Ioan. 6. Ad Tit. Heb 6. Hier. 29. Iob. 41. Psal. 95.

semper verum, prout Dei qui propter immutabilitatem a veritate deduci non pōtt iō est iudex & testis. Vnde & Iob, Non parcā ei quasi verbis potentibus & ad deprecandū compositis Et Psal. Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in iustitia.

Existimas autem hoc, ô homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quod tu effugies iudicium Dei?

HIC commendat iudicium diuinum ex ineuitabili necessitate increpando īronice opinionem contrariam, ac si diceret. Nunquid o homo, &c. superioris iudicium
Iob.11. non timens, existimas quod tu effugies iudicium Dei? Si hoc existimas, ualde erras.
Psal.138. Nam Iob dicit. Effugiū peribit ab eis & Dauid, Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Irascitur hic eis Apost. eo quod impunitatem sibi promittebāt alios iudicantes. Aduertant circa hoc iudices, præsertim præsides & principes atque monarchæ, qui se exemptos a iudicis arbitrantur, quos legum suarum, custodes relinquit omnipotens, & suarum ouium pastores. Si iura, quibus subditos cogunt, non solum transgrediuntur, uerum in rem suam summa licentia peruertunt, æstimantes quod nullum eos apprehendat iudicium, siue quod superet eis declinandi potestas, E
2.Cor.5. notent quod Dei iudicium nemo nō subditur. Omnes enim nos, nullo penitus exēpto, manifestari oportet ante tribunal domini nostri Iesu Christi, ut referat vnusquisq; prout gessit in corpore, siue bonū, siue malū. Quo fugient a spiritu Dei præsertim ecclesię principes, cum D. Petrus eos admonitos fecerit, quod a domo Dei in
Heb. 10. cipiet iudiciū? Et reges perterrefaciat, Sapiens. 5. & 6 c. maxime cum dicit. Horrende & cito apparebit, quoniam iudicium durissimum his qui præsunt, fiet, Exiguo enim conceditur misericordia. Potentes autē potenter tormenta patietur. Et Apost. Horrendū est incidere in manus Dei viuentis. Si plura de vniuersali videre cupis, ui de. 21. caput nostrarum institutionum theologicarum.

An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis?

Eccl.5. HIC ostendit causam falsæ æstimationis. Eo enim quod homo in hoc mundo
Eccl.8. non punitur pro peccato, existimat se non esse puniendum, contra illud, Ne dixeris
Prou.18. in corde tuo peccaui, et quid mihi accidit triste? altissimus enim est patiēs redditor. Et Salomon. Et enim quia non profertur cito contra malos sententia, absq; timore vllo, filii hominū perpetrāt mala. Attamen peccator ex eo quod centies facit malū, & per patientiam sustentatur, non liberatur. Ego cognoui quod bonum erit timentibus. Ideo Apost. hic, an contemnis? iuxta illud, Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit. Sed quid contemnit? tria quæ hic Apost. numerat scilicet diuitias bonitatis, patientiæ, & longanimitatis scilicet copiosam & abundantem Dei
Mat.5. bonitatem, qua multa vel multis peccantibus bona ministrat, iuxta illud, Qui solē suum facit oriri super bonos & malos, &c. & illud. Aperis tu manum tuā, & omnia F imples bonitate, contemnit pariter diuitias patientię eius. i. abundantem patientiam qua sustinet grauiter & ex malitia peccantes, nec subito, prout potest & merentur, exterminat, iuxta illud, Dominus iudex iustus & patiens, nunquid irascetur per sin
Psal.9. gulos dies? Contemnit insuper diuitias lōganimitatis. i. copiosam lōganimitatē dei, qua non ad horā aut mensem, sed per lōga expectat tempora. Has diuitias contemnit peccator, non se orrigendo sed potius indurādo & impunitatem sibi promittēdo.
2.Pet.3. [Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit.] Hic cōmendat diuinum iudiciū ex benignitate, & declarat causam contemptus bonitatis, patientiæ & longanimitatis, & dicit eam esse ignorantiam, ac si diceret, Mirum est quod cōtēnis. Nunquid ignoras quoniā. i. quod benignitas Dei differentis pœnam, ad pœnitentiā te adducit. i. trahit: & prouocat. Vnde D. Petrus. Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidā existimant, sed patienter agit propter vos, nolens aliquem perire, sed omnes ad pœnitentiā reuerti. Et Esa. Expectat vos Deus ut misereatur
Esa. 30. vestri Dominus Caietanus non vult hic legi, [ignoras.] sed ignorās, quasi dicat, An diuitias &c. contemnis ignorans te contemnere, ueruntamen hæc lectio non uidetur quadrare interrogationi. Glo. vero ordinaria dicit quod Apost. hic videtur tres gradus peccatorum tetigisse, Primo [illegible] sibi promittentium. Secundo,

con-

contemnentium. Tertio, ignorantium. ait enim. Peccas ô homo, dum impunitatem tibi promittis, grauius peccas quia contemnis, amplius et grauissime quia ignoras. Si dicatur quod ignorantia excusat, dicendum quod verum est de ignorantia antecedente, sed non de cõsequente & affectata, vt dictu n est supra. 1.c. super verbo ita vt sint inexcusabiles, uel exponendum grauissime. i. periculose, quia qui ignorat peccatum, non quærit remedium, uel grauissime propter ignorantiæ speciem pertinentem ad infidelitatem, quæ est grauissimum peccatum. Vnde dicitur, Si quis ignorat, ignorabitur. Vel grauissime in genere ingratitudinis. Magis enim ingratus est qui beneficium non recognoscit, quam qui diminuit, quod est contemnere. 1. Cor. 4.

Secundum duritiam autem tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram, in die iræ, & reuelationis iusti iudicii Dei.

HIC ostendit retributionem contemptus bonitatis, patientię & longanimitatis Dei, quæ retributio nihil aliud est quam thesaurus siue cumulus & aceruus iræ. i. vindictæ Dei, cumulus inquam pœnarum, tormentorum, & maledictionem, quæ executioni mandabuntur in die iræ i. vindictæ & reuelationis. i. executionis iusti iudicii Dei. Dicit autem secundum duritiam tuam propriam, qui ad beneficia bonitatis, Dei non emolliris, & non Dei, quia Deus non est causa effectiua indurationis, sed peccator. Vnde Origines dicit quod quemadmodum ex eadem pluuia bona terra bonas herbas profert, mala vero malas, atque eodem sole quo liquefit cera, induresc it lutum. Ita eadem patientia Dei alicuius cor emollescit: alterius vero indu ratur: Durum dicitur quod non cedit tangẽti, vt sunt solida & firma, prout lapides, ferrum, & metalla, translatum est tamen hoc nomen ad cor, siue animũ, vt dicatur animus durus & induratus, qui prouocatus tanta benignitate, patiẽtia & longanimitate non credit prouocationi Dei. & per hoc Apost. intendit declarare quod dilatio vindictæ ex parte quidem Dei fit propter bonum peccatorum, vt prouocentur ad pœnitentiam. Sed ex parte impœnitẽtium hominum est ad cumulum pœnæ, secundum illud, cor durum male habebit in nouissimo. Cor autem impœnitens dicitur quod ad pœnitentiã non inflectitur ex Dei patientia & longanimitate. Vnde Hier. 8. Nullus est qui agat pœnitentiã super peccato suo. Per cordis ergo duritiam, quæ procedit ex impunitate, & impœnitentiam quæ videtur procedere ex desperatione, thesaurat, id est, congregat, multiplicat peccator sibi iram, id est, reatum pœnæ, secundum illud, Thesaurizastis vobis iram in nouissimis. Origines triplicem in sacris literis adnotauit thesauri significationem. Est enim thesaurus in terra, in qua prohibet dominus thesaurizari. Est thesaurus in cœlo, in quo iubentur fideles suas recondere opes. Est tertius hic iræ ab Apostolo comminatus. Thesaurizator primus est animalis & stultus, de quo in Euangelio, Stulte hac nocte repetent abs te animam tuam, &c. Secundus vero spiritualis & sapiens. Tertius autem carnalis & sapiens, de quo hic dicitur quod thesaurizat iram in die iræ, de qua Sophonias, dies iræ dies illa, quia deus nunc vindictam non infert, quam inferet in illo die pro tempore accepto. Quia per quot dies iudicium protendatur, incertum est secundum D. Aug. Vnde Psal. Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo. Et reuelationis iusti iudicii dei, quod nunc non creditur esse, aut non uidetur esse iustum. Vnde Esa. 56. Iusta est salus mea vt veniat, & iustitia mea ut reueletur.

A — Lib. 4. de princ. — Eccle. 3. — Iac. ult. — Mat. 6. — Luc. 12. — Soph. 1. — 21 De Ci. Dei.

B

Commentum II. partis. II. Capitis.

Qui reddet unicuique secundum opera eius.

IN hac secunda huius. 2. c. parte Apost. commendat diuinum vniuersale iudiciũ de summa æquitate. Aequitatis enim ratio est, vnicuiq; retribuatur, non secundum personarum

personarum acceptionem, quod paulo post concludet, sed secundum opera. In praesenti enim seculo non semper redditur secundum opera. Quia quandoque male operantibus gratiam largitur, prout Diuo Paulo, qui prius blasphemus persecutor misericordiam consecutus est. Sed in die iudicii quando erit tempus iudicandi secundum
1.Tim.1. iustitiam, implebitur illud: Secundum opera manuum eorum retribue illis. Si dicatur
Psal. quod retributio futura non videatur aequa, eo quod peccato mortali momentaneo retribuetur poena aeterna: quia videtur esse contra illud, Secundum mensuram delicti erit & plagarum modus. Et contra illud, quantum se glorificauit & in deliciis fuit
Deu. 25. tantum date illi tormentum & luctum. Dicendum quod prout D. Aug. dicit, In re-
Apoc. 18. tributione iustitiae non consideratur aequalitas temporis inter culpam & poenam. Quia etiam secundum iudicium humanum pro culpa adulterii, quod breui hora cõmittitur, infligitur poena mortis. in qua non intendit legislator moram occisionis, sed potius quod per mortem perpetuo excluditur a societate viuentium. Et ideo nõ est mirum si peccata commissa contra charitatem, per quam est societas inter deum & homines, aeternaliter diuino iudicio puniuntur. Et hoc quidem apparet esse iustũ ex tribus. Primò, ex infinita dignitate dei in quem peccatur. Tanto enim quis grauius peccat, quanto maior est dignitas illius in quem peccatur: sicut plus peccat qui percutit principem, quam qui percutit priuatam personam. Et sic cum per culpam mortalem peccetur in Deum, qui est infinitus, oportet quod infinita poena ei respondeat. Et cum non possit esse infinita secundum intentionem, relinquitur quod debet esse infinita secundum durationem. Secundò, hoc idem apparet ex voluntate qua pec- C
catur. Quicunque enim mortaliter peccat, auertens se ab incommutabili bono, constituit finem vltimum in bono commutabili, propter quod relinquit bonum incommutabile, prout fornicator in delectatione carnis, & auarus in pecunia. Et quia finis appetitur per se, maxime vltimus quicunque appetit finem, fertur in illud, volens illum semper obtinere, si aliud non obsistat. Vnde ...peccat mortaliter voluntatem habet perpetuo in peccato manendi, nisi forte per accidens, sicut quando timet poenam, uel habet aliquod aliud impedimentum. Vnde conueniens est vt ex suo homo secundum voluntatem peccatum perpetuo obtinendum appetit, quod aeternaliter pro illo puniatur. Deus enim, qui est inspector cordis, maxime ad voluntatem peccantis attendit. Tertio, idem apparet ex parte effectus peccati, qui est subtractio gratiae, ex qua sequitur quod homo quantum est de se, perpetuo maneat in peccato, a
Psal. quo exire non potest nisi per auxilium gratiae. Iuxta illud. Homo spiritus vadens, et non rediens. Non est autem conueniens vt durante culpa cesset poena, quae reordinat culpam. Ideo in perpetuum durat poena. Pro resolutione igitur dicendum est, quod sicut in peccato duo sunt, scilicet auersio & conuersio. Sic duplex ei poena respondet. Auersioni respondet poena damni, conuersioni vero poena sensus, & vtraque est infinita secundum durationem & non secundum intentionem rationibus iam dictis. Cũ
Infra. 8. autem dicit. Reddet vnicuique secundum opera sua, non est intelligendum secũdum aequalitatem operum, quia praemium excedit meritum. Deus enim remunerat vltra condignum substantiae operum prout ex libero arbitrio procedunt, unde infra, non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis, sed non citra condignum gratiae datae, punit citra condignum cum miserationes sint super omnia opera eius, quia de merito eorum potuisset acerbiora tormenta statuere. Ideo haec verba debent intelligi secundum aequalitatem proportionum, quia bonis bona & melioribus meliora, & prauis mala, & peioribus deteriora reddet. Ad uertendum etiam quod ex hac redditione mercedis, quam reddet Deus vnicuique secundum opera eius, confutatur error Lutheranorum dicentium liberum arbitrium se habere mere passiue & velut inanime quoddam, quia si verum esset, non diceret Apostolus. Reddet vnicuique secundum opera eius. Et quia hunc errorem abunde reprobauimus supra. 1. ca. super verbo. Propter quod tradidit eos Deus secundum desideria cordis eorum, ideo nunc supersedeo.

His qui secundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt Vitam æternam.

HIC specialiter ostendit quod in generali prædixerat de retributione operum. Et primo explicat magnitudinem præmiorum. Origenes. Chryso. Theophylactus, & Caietanus sic legunt & ordinant literam. Reddet vnicuique iuxta opera eius, his quidem qui secundum patientiam boni operis quærunt gloriam, honorem, & incorruptionem, reddet vitam æternam, & sic vertunt participium quærentibus in verbũ vt respondeat relatiuo (qui) & coniungunt accusatiuum vitam æternam verbo reddet. Alii uero licet vertant participium in verbum (quęrunt) coniungunt tamen ei accusatiuum vitã æternã, & uerbo reddet coniungunt accusatiuũ gloriã & honorẽ & incorruptionem sic ordinantes literam. Reddet vnicuique secundum opera eius, his quidem qui secundum patientiam boni operis quærunt vitam æternam, reddet gloriam, honorem, & incorruptionem, & hæc expositio videtur conformior veritati & intentioni Apostoli. Quia operum ille intentio dirigi debet in Deum, qui est obiectum vitæ æternæ. Iuxta illud, hæc est vita æterna vt (scilicet absque intermissione) cognoscant te Deum, &c. In hac cognitione & fruitione consistit essentia beatitudinis. Gloria autem & honor & incorruptio sunt qualitates consequentes. Gloria enim significat sanctorum claritatem intrinsecam, qua replebitur mens eorum, secundum illud, implebit splendoribus animam tuam, & extrinsecam qua splendebunt in corpore, iuxta illud Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorũ, & illud. Exultabunt sancti in gloria. Honor vero significat sanctorum dignitatẽ & reuerentiam, quę eis exhibebitur ab omni creatura. Erunt enim reges & sacerdotes, iuxta illud, Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & vlterius computabuntur inter filios Dei, secundum illud Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & illud: Nimis honorati sunt amici tui Deus. Incorruptio autem significat quod illa gloria & honor non erunt transitoria, prout ea quæ sunt in hoc seculo, secundum illud, illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam, vel etiam incorruptionem corporis, Oportet enim incorruptionem. Non est enim verisimile quod Apost. admoneret homines vt prius mentis oculum in gloriam defigerent & honorem, quam in vitam æternam, præsertim Romanos, qui nihil aliud quam illustres honoris titulos gloriosumque immortalis nomen ambire soliti erant, occasionem inde caperent, vt in hæc potius bona intenderent, quam in vitam æternam, quam primo quærere præcepit Christus dicens. Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & cæter. Iustitiam in qua quæritur regnum Dei, siue vita æterna, est obseruatio mandatorum Dei. Iuxta illud, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, quibus præcipiuntur bona opera. Propterea dicit, his qui per patientiã boni operis, &c. Patientia autem non dicitur boni operis obiectiue, cum obiectum patientiæ nõ sit bonũ, sed malũ, sed dicitur boni operis causaliter, hoc est ratione operis ad differentiam patientiæ ratione mali operis, puta furti adulterii & homicidii. Vnde D. Petrus Nemo autem vestrum patiatur vt homicida, aut fur aut maledicus Si aũt vt Christianus, nõ erubescat. & Christianus, Beati qui persecutionẽ patiũt propter iustitiã, & sic hic describit Ap. patiẽtes mala ratione boni operis. Ita ꝙ in his verbis claudit duo ex quibus integratur perfectio vitę Christianæ, s. facere bona opera, & pati mala, propter bonũ opus, Vnde D. Iacob. Patientia opus perfectum habet. Et Christus, in patiẽtia vestra possidebitis animas vestras. Vel potest hic accipi patientia pro longaminitate, siue pro perseuerãtia, vt scilicet aliquis a bono opere propter tædium non recedat. Iuxta illud, patientes estote fratres vsque ad aduentum domini, & illud, Patientia, id est, perseuerantia vobis necessaria est vnde Christus. Qui perseuerauerit vsque in finem saluus erit. Per hæc Apostoli verba, Qui reddet, &c. his qui, &c. a[illegible]o conuincuntur Lutherani negantes opera facta in gratia esse meritoria, vt nullo [illegible] possint, nisi per meras nugas. Non enim

Marginal references: Ioan. 17. — Esa. 28. — Mat. 13. — Apoc. 5. — Sap. 5. — Psal. — 1. Cor. 9. — 1. Cor. 15 — Mat. 6. — Mat. 19. — 1. Petr. 4. — Iacob. 1. — Luc. 21. — Iacob. vlt. — Heb. 10. — Mat. 10. — E

enim potuit Apost. explicatius declarare opera esse meritoria apud Deum, quam di cendo quod Deus his qui secundum patientiam boni operis quærunt ipsum, reddet vitam æternam. Merces enim & præmium quæ idem sunt, & ad idem referuntur, scilicet ad id quod alicui debitum est, ratione operis vel laboris, respondent merito, id est, operi vel labori, propter quæ redduntur. Cum ergo Deus his qui secundum patientiam boni operis quærunt ipsum, reddat vitam æternam, id est claram sui (absque intermissione) visionem, cómunicat seipsum, qui est summa merces pro ut Abrahæ reuelauit. Et Esa. 40. Deus in fortitudine veniet, & merces eius cum eo. & D. Ioan. Ecce venio cito, & merces mea mecum, sequitur euidenter ex terminis quod illi merentur, & quod eorum bona opera, pro quibus talis merces redditur, sunt merita, vel meritoria. Hanc retributionem mercedis ad meritum præcedens alibi declarauit Apost. dicens, Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidē seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. **B**

G n. 15. Apo. 22. 2. Tim. 4. 1. 1. q. 114 art. 1.

Pro ampliori tamen intellectu & resolutione materiæ ac solutione argumentorum, Notandum est primo, quod quemadmodum reddere alicui iustum precium pro re accepta, est actus iustitiæ, ita reddere mercedem laboris aut operis est actus iustitiæ, Et cum iustitia sit æqualitas quædam & importet debitum, sequitur quod inter eos solos potest proprie esse iustitia & meritum, inter quos est simpliciter æqualitas, & potest esse debitum At qui inter Deum & homines non potest esse æqualitas, eo quod finiti ad infinitum nulla sit proportio. Nec Deus potest aliquid debere homini, Cum omne bonum quod habet homo, habeat a Deo, & sit ipsius Dei in esse fieri & conseruari, quare si homo totum quod habet, debet Deo, nec ei satisface re potest, diis enim parentibus & magistris non redditur æquiualens. sequitur quod hō nihil proprie & similiter potest mereri a Deo, cum Deus nihil possit homini debere. Veruntamen est quædam proportionabilitas inter deum & hominem, inquātū vterque operatur secundum modum suum. Modus autem & mensura humanæ vie tutis, est homini a Deo. Ideo meritum hominis ad Deū nō potest esse. nisi secundū suppositionem diuinæ ordinationis, scilicet vt homo consequatur a Deo per suam operationem quasi mercedem, ad quod Deus ei virtutem operandi deputauit, sicut etiam res naturales consequitur a Deo per suam operationem quasi mercedem id ad quod à Deo sunt ordinatæ. Differenter tamen, Quia homo mouet seipsum ad agen dum per liberum arbitrium, quod aliæ res naturales non faciunt, ideo actio hominis habet rationem meriti, & non actiones creaturarum quæ libero arbitrio carent. Quo ad meritum ex suppositione datur similitudo de rege temporali. Si rex ordinaret quod ille qui faceret certum quid paruę estimationis, haberet tale castrū quod plurimum in valore excedit opus a rege iniunctum. Si rusticus impleret ordinationem regis haberet ius ad castrum, non simpliciter & absolute, sed ex ordinatione. **A** Et rex qui ante ordinationem suam nihil debebat rustico, post ordinationem eius & impletionem illius efficitur debitor, præcipue sibi ipsi, quia debitum est vt rex promissionē suam teneat. Sic Deus qui scit omnia nostra esse sua, & nos ei ad maio ra teneri, tamen quia ex sua clemētia & liberalitate ordinauit, quod si quis libere & bono animo seruiret ei, & mādata eius seruaret, mercedē illi daret. Vnde per Hiere. 31. Erit merces operi tuo, & Christus, Si vis ad vitā ingredi serua mādata. Consequēs ergo est quod Deus præcipuè sibi ipsi primo debitor sit, & ex cōsequēti implētibus ordinationem suam, vt homini implenti suam ordinationem tribuat quod pollicitus est, cum mentiri non possit, neque seipsum negare, nec irrita facere quæ procedunt ex labiis suis, vnde dixit Abrahæ, Per memetipsum iuraui, quia fecisti rem hanc, & non pepercisti vnigenito filio tuo, benedicam tibi, &c. Et Dauid, Inclinaui cor meum ad faciendas instificationes tuas in æternum propter retributionem. Et Christus, Si quis dederit calicem aquæ frigidę in nomine discipuli, non perdet mercedem suam, & alibi, Qui reliquerit domum: &c. centuplū accipiet, & vitam æternam possidebit [illegible] rem Apost. dicit. Omnes nos mani

Mat. 19: Ad Tit. 1. 1. Tim. 2. Gen. 21: Psal. 118. Marc. 9. 2 Cor. 5. Mat. 25.

festari

festari oportet ante tribunal Christi, ad hoc vt referat vnusquisque prout gessit in
B corpore, siue bonum, siue malum. Et Christus, Venite benedicti patris mei per cipite paratum vobis regnum &c. Assignat rationem Esuriui,&c. Et si malis propter mala opera infliguntur tormenta, cur bonis propter bo na opera non dabuntur prȩmia? Vnde D. Augustinus in Epistola ad Sixtum, Ecclesia in concilio Tridentino, Sessione sexta, canone, 29. Si quis dixerit iustos non debere pro bonis operibus quæ in Deo sunt facta expectare & sperare æternam retributionem a Deo per eius misericordiam & Iesu Christi meritum, si bene agendo & mandata diuina custodiendo vsque in finem perseuerauerint, Anathema sit.

Secundo notandum est quod homo a Deo dupliciter mereri potest. Ideo apud doctores catholicos duplex dicitur esse meritũ. Quoddã est cõgrui siue de cõgruo. Quod dã vero cõdigni siue de cõdigno. Quemadmodũ duplex est debitũ super quod fundatur ratio meriti, scilicet debitum iustitiæ, & debitum liberalitatis siue honestatis. Meritum condigni est quando est æqualitas inter opus & mercedem. Et tale est meritum mercenarii & denarii diuini, tale meritum regulatur æqualitate iustitiæ: Meritum vero congrui dicitur quando non est æqualitatis inter opus & mercedem, siue quando redditur merces quæ non est debita operi ex natura sua, sed ex liberalitate donantis. Aliqui enim congruit liberalem & magnificum dare, quod operatius non meretur ex condigno. Quemadmodum factum est illis qui circa vndecimam horam venerant. Mat. 20.

Tertio notandum est quod meritum hominis potest dupliciter considerari. Vno modo secundum quod procedit ex libero arbitrio: Alio modo secundum quod procedit ex gratia spiritu sancti, Si opus hominis consideretur primo modo, secundum quem dicitur considerari secundum substantiam operis, tunc cum sit finitum, non est condignitas inter opus et vitam æternam, quæ est infinita, unde sic considerando dicitur infra. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, sed est congruitas quædam secundum ȩqualitatem proportionis siue proportionabilitatis. Videtur enim con-
C gruum vt homini operanti & seruanti ordinationem sibi a Deo datam, deus recompenset secundum excellentiam liberalitatis suȩ. Si autem consideretur opus hominis, prout procedit a gratia et motione spiritus sancti, qui est infinitæ virtutis, tunc est condignitas inter opus meritorium & vitam ȩternam, unde Christus, Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo, ei fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Ioan. 4.

Quarto notãdũ est quod nõ potest homo mereri totũ ambitũ siue omnes gradus gloriæ quam habiturus est in patria, et per consequens neque gratiæ quæ illi respondet, secũdum illud, Gratia dei vita æterna, id est, vita æterna correspondet gratiæ, sic quod ille qui erit in maiori gratia, in instanti mortis habebit maiorem gloriam, ideo gradus gloriæ respondent gradibus gratiæ. Sed prima gratia non cadit sub merito, neque mereri potest propter duo. Primo, quia prima gratia est principium omnis meriti, saltem mediate et formaliter, quia meritum Christi est causa efficiens, & charitas est causa formalis immediata. Secundo, quia ratio primæ gratiæ pugnat ex diametro cum mercede vel merito, ut optime probat Apostolus dicens. Ei qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum, sed illud meretur homo quod sibi imputatur secundum debitum, quasi merces operis eius. Ergo primam gratiam homo mereri non potest. Quia si ex operibus, iam non ex gratia, alioquin gratia non est gratia: Sed cum gratia possit augeri sicut & fides, iuxta illud, Adauge nobis fidem. Sic etiam & iustificatio, vnde D. Ioannes, Qui iustus est, iustificetur adhuc. Illud augmentum quod prouenit ex bono vsu gratiæ, potest homo mereri per actus informatos gratia, & elicitos vel imperatos a charitate ex motione & instinctu spiritus sancti: Nec Apost. In prædicto loco negat meritũ aut opera meritoria, nisi respectu primæ gratiæ siue primæ iustificationis. Et si dicatur quod Abrahã, de cuius iustificatione ibi loquitur, iustificatus antequam crederet promissioni Infra. 4. Infra. 6. Rom. 11. Luc. 17. Apoc. 12.

missioni seminis,& per consequens illud augmentum gratia tuæ secundam iustifica tionem non meruit. Dicendum quod verum est ex operibus suis,prout procedebant ex libero arbitrio,sed bene prout procedebant ex gratia & motione Spiritus sancti, quia intentio Apostoli ibi erat ostendere differentiam inter opera quæ sunt hominis pura,siue vt procedunt ex libero arbitrio & gratia . Et sic prima gratia siue prima iustificatio,datur nobis merè gratis ex merito Christi,quod nobis applicatur per sacramenta per quę coniungimur Christo,vt probat de batismo infra.6.Sed augmẽtum illius gratiæ principaliter procedit a gratia, & minus principaliter a libero arbitrio,quod cooperatur,& ideo meritum attribuitur gratiæ tanquam principaliori Et sic intelligendæ sunt aliæ authoritates quæ videntur aduersari . Ex præmissis soluuntur omnia argumenti Lutheranorum , propter quæ nituntur euertere omne meritum . Prout illud . Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis , dicite quia serui inutiles sumus. &c. Quia intelligitur de merito simpliciter & ad rigorem , & non de merito ex suppositione diuinæ ordinationis . Quia licet homo operando faciat quod debet,tamen libere & ex animo facit & implet Dei ordinationem , qua pollicitus est mercedem . Et quamuis ex operibus nostris nihil accrescat Deo, nihilominus tamen meremur ab eo , non quasi ex operibus nostris aliquid accrescat Deo, sed pro quanto ad gloriam & manifestationẽ eius, id quod ipse ordinauit,operamur Nec obstat quod communiter ex Esaia 64.obiiciunt, Facti sumus immundi omnes, & quasi pannus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ . Quia ibi propheta loquebatur de iustitiis legalibus,quæ inficiebantur ab illo populo malis circunstantiis, puta auaritia,cupiditate,ira,inuidia,vnde idem propheta prius redarguerat eos, dicens; Ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Inficiebant etiam vana gloria maxime Scribe & Pharisæi . de quibus Christus , Omnia opera faciunt vt videantur ab hominibus,&c. Ideo illæ iustitiæ sic infectæ erant tanquam pannus menstruatæ,id est,abominabiles,iuxta illud, Non offeratis ultra sacrificium frustra incẽsum,abominatio est mihi. Sabbatum & alias solennitate non feram,non quod sint secundum se abominabiles, quia non præcepisset Deus eas fieri, prout fecit. Nec dixisset sic luceat lux vestra coram hominibus,vt videant opera vestra bona . Nec dictum fuisset de Iosaphat , quod bona opera inuenta sunt in eo . Cum ergo Iudæi viciarent illa opera malis circunstantiis, in illis erant abominabiles. Vnde propheta subiungit,iniqui sunt cætus vestri,& manus vestra (id est operationes vestræ) plenæ sunt sanguine , scilicet peccatorum . Ideo subiungit lauamini , & mundi estote auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis,&c. Vel potest dici quod Esaias loquebatur comparatiue,quasi dicat. Si nostræ iustitiæ quę sunt finitæ & imperfectæ,comparantur ad iustitiam diuinam,quæ est infinita & perfectissima , inueniũtur quodammodo difformes & despectibiles , quemadmodum terra cœlo comparata deformis , & quodammodo despecta & abominabilis apparet , licet sit secundum se bona . Et lumen candelæ licet secundum se sit lucidum, tamen per comparationem ad solem causat vmbram. sic iustitię nostræ per comparationem ad iustitiam Dei,videntur imperfectę & deformes. Vnde per Esaiam.55. Dominus Sicut exaltantur cœli , a terra , ita exaltatę sunt viæ meæ a uiis vestris , & cogitationes meæ a cogitationibus vestris. Si Lutherani instent & dicant, quod radix omnium operum nostrorum , quæ est cupiditas vel concupiscentia , est infecta , & peccatum nominatur ab Apostolo, & per consequens rami & fructus siue opera Dicendum quod si radix accipiatur pro concupiscentia , quæ est potentia naturalis hominis, quæ dicitur appetitus sensitiuus destitutus iustitia originali,nõ est culpa, licet dicatur peccatũ, eo quod aliquando inclinat ad peccandum , tamen non dicitur , peccatum imputabile cum sit potentia naturalis a Deo producta,& per consequens bona, secundum illud, Vidit Deus cuncta quæ fecerat,& erant valde bona . Illa etiam destitutio non est culpa, sed pœna. & Apostolus infra pœnam peccati nominat peccatum. Si autem concupiscentia pro actu appetitus sensi[illegible],& ille sit regulatus ratione , est bonus. Si uero non sit regulatus,est [illegible] omnes actus humani procedunt à con-

Luc. 17.
Esa. 58.
In Exod. et Leuit.
Mat. 5.
2. Par. 19.
Infra. 7.
Gen. 1.

à concupiscentia siue ab appetitu sensitiuo, & ideo appetitus sensitiuus non est radix omnium nostrorum operum, sed voluntas, quæ secundum se non est mala, cum sit potentia naturalis, sed efficitur mala & producit fructus malos, quando discordat à ratione, quando vero concordat cum mala habet fructus bonos, id est opera moraliter bona, & sit in gratia meritoria, quia ēt arbor mala habet fructus naturales, qui licet sint boni bonitate transcendentali, non tamen sunt boni, id est, delectabiles, vel accepti ab hominibus ad comedendum. Sic licet homo peccator sit arbor mala, nec quandiu est in peccato, possit facere fructus delectabiles & acceptos Deo, siue
F opera meritoria, potest tamen facere aliquos fructus conuenientes suæ naturę, vt dare eleemosynam & honorare parentes, quæ opera non sunt peccata nec meritoria, sed sunt opera moraliter bona, & apud homines laudabilia.

His autem qui sunt ex contentione, & non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio, tribulatio, & angustia.

HIC explicat terribilia malorum supplicia, contraponendo retributione iustorum recompensationem malorum, quorum tangit culpam duritiam & malitiam, deinde pœnam. Culpam eorum dicit contentionem, quæ potest intelligi de contentione hominis ad Deum, contra quem homo contendere videtur, resistendo mandatis eius, iuxta illud, Adhuc viuente me & ingrediente vobiscum, semper contentiose egistis contra Dominum. Vel de contentione hominis contra fidem & euangelii doctrinam, iuxta illud, Noli cōtendere verbis. Vel de contentione hominum adinuicem, quæ contrariatur charitati, quę est mater virtutum, secundum illud, Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Duritiam vero eorum describit per hoc quod dicit. [Et non acquiescunt veritati,] quod potest intelligi de veritate fidei, secundum illud, Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Vel de veritate diuinæ iustitiæ cui non acquiescunt, veritatem diuini iudicii non credentes. Vnde Ezech 18. Dixistis non est æqua via domini, uel potest intelligi de veritate vitæ, cui non acquiescunt qui peruerse viuunt Iuxta illud, Qui facit veritatem, venit ad lucem. Malitiam autem tangit cum dicit. Credunt autem iniquitati, consentiendo diabolo, & persuadentibus iniquitatem. Vnde Salomon Malus obedit linguæ iniquæ Vel quia credunt impunitatem malorum, quæ in diuinam redundat et iniuriam. Vnde Sapiens. Ne dixeris peccaui, & quid accidit mihi triste? Vel credunt iniquitati, idest infidelitati, siue doctrinæ, quæ est contra fidē. Vnde Apost.
A Iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati Et quēadmodum Apostolus per patientiam boni operis comprehendit omnia bona, siue merita, Ita hic per hęc tria concludit omnia peccata & demerita, quæ ad hæc tria faciliter secundum prædictas expositiones reduci possunt. Præposuit autem cōtentionem, eo quod tam Gentiles quàm Iudæi de nouo conuersi erant subiecti disputantes de primatu, ut dictum est. Quo ad pœnam Apostolus subiungit quatuor dicens, [His autem, &c.] Ira & indignatio, tribulatio, & angustia, scilicet paratæ sunt ex illo Thesauro, quem congregauerunt vt ostendat differentiam inter bonos quibus, Deus reddet, & malos qui sibi accumulauerunt, vt Origenes ait. Quorum duo vltima quidam attribuunt animabus separatis ante iudicium generale, scilicet tribulationem & angustiam, secundum illud. Quando venerit super vos tribulatio & angustia. Tribulatio dicitur à tribulo, qui pungit & affligit. Ideo ad tribulationem pertinet omne quod dolorem & tribulationē infert. Vnde Sopho: Vox diei domini amara, tribulabitur in ea omnis fortis Angustia autem dicitur ex hoc quod animus hominis adeo præmitur, non valens inuenire remedium contra mala quæ timet, vel iam patitur secundum illud Susannæ, Angustiæ sunt mihi vndique, & quid eligam ignoro. & illud, Nunquid clamorē illius audiet Deus cū venerit super illū angustia? Duo vero prima attribuunt corpori post resurrectionem & iudicium, vt per iram intelligatur pœna, & vindicta corporis ... iudicio. Vnde Sopho. 1. Vocat diem iudicii diem iræ, & per indignation... afflictio, quando impii sibi ipsis

Deut. 31.
2. Tim. 2.
Iacob. 3.
Ioan. 8.
Ioan. 3.
Prouer. 17
Eccle. 5.
2. Thes. 2.
Prou. 1.
Dan. 13.
Iob. 27.

indignabuntur pro peccatis præteritis quæ commiserunt, iuxta illud, Errauimus a
Sap. 5. via veritatis, &c. D. tamen Thom. magis placet, vt duo prima, scilicet ira & indignatio, accipiantur ex parte dei, cuius ira est dispositio ad puniẽdum, quæ erit malis hor ribilis Vnde dicent, montibus & petris cadite super nos, &c. Indignatio vero refertur ad hoc quod deus peccatores reputabit indignos vita ęterna. Vnde dicet, discedi-
Psal. 94. te a me maledicti, &c. Ideo dauid, Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiẽ meam duo vero vltima accipiuntur ex parte hominis, scilicet tribulatio & angustia per quę Apost. comprehendit omnia malorum supplicia, prout per gloriam, honorem & incorruptionem omnia bonorum præmia.

In omnem animam hominis operantis malum, iudæi primum & Græci.

HIC ostendit veritatem diuini iudicii quantum ad personas, & primo quo ad malos, cum dicit [in omnem animam,] id est contra omnem animam quæ principaliter peccat, & ideo primo ante iudicium generale torquebitur, Quemadmodum enim gloria sanctorum ab anima ad corpus deriuatur, ita reproborum pœna, primo & principaliter est in anima, secundo in corpore, quod cum anima peccauit, quia resurget passibile, & sic primo peccato & pœna attribuitur animę. Vnde Ezech. 18. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Dolor enim & afflictio quam habet ex pœna B
Luc. 12. damni, quæ est maior pœna damnatorum, secundum D. Chryso. redundabit in corpus, ac etiam pœna damni, seu remorsus conscientiæ. Dicit autem [iudæi primum & Græci] Quia iudæis maior pœna debebatur, eo quod ampliorem de deo & voluntate eius habebant cognitionem per legem scriptam. Vnde Christus. Seruus sciẽs voluntatem domini, & non faciens plagis vapulabit multis Christiani pariter in eodem genere peccati, puta furti aut adulterii, propter maiorem & clariorem cognitionem dei, & propter maiora beneficia grauius peccant ex punientur quam infideles. ideo quemadmodum olla magis impinguata magis inflammatur sic Christiani qui
Heb. 10. sunt beneficiis & sacramentis magis vncti. Vnde Apo. Quanto maiora putatis mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit, &c. Sed quantum ad totam pœnam grauior est pœna infidelium propter peccatum infidelitatis, quod est grauissimum. Vn
1. Pet. 3. de D. Petrus dicit, quod super incredulos ira dei manet.

Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, iudæo primum & Græco.

HIC manifestat veritatem diuini iudicii quantum ad personas, bonorum repetendo duo quæ prædixerat, scilicet gloriam & honorem, & loco incorruptionis ponit pacem quæ incorruptionem includit & multa alia comprehendit. incorruptio enim solum excludit contrarietatem repugnantiũ. Pax vero vltra illa includit summam tranquillitatem & requiem animi, hæc est enim illa pax quę exuperat omnẽ sensum Non autem potest pax hominis esse perfecta, quando quis timet se amissurum bona quæ habet, Sed tunc aliquis habet veram pacem cordis, quando habet omnia quæ concupiscit, & ea perdere non timet. Vnde Esa. 32. Sedebit populus in pulchritudine pacis, in tabernacullis fiduciæ & requie opulenta. Et in hac retributione C iudęis primatum tribuit. Quia eis prædicta fuerunt primo promissa, & in eorum
Ioan. 4. promissiones Gentes introierunt. vnde Christus. Scimus quia salus ex iudæis est, & infra. 11. Nolo enim vos ignorare mysterium ut non sitis vobis ipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis israel saluus fieret. Vnde et in Actibus Apostolorum. 13. legitur. Vobis oportebat primo loqui verbum dei. Sed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicastis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad Gentes.

Non

Non enim est acceptio personarum apud Deum.

B

HIC assignat rationem prædictæ retributionis generalis faciendæ propter opera bona vel mala, in qua non est acceptio personarum apud Deum, qui solum respicit ea quæ habent rationem meriti uel demeriti, uirtutis aut vitii, boni aut mali, et non dignitatem aut prælaturam, aut officium, aut diuitias, aut consanguinitatem. Vnde D. Petrus. In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus. Sed in omni gente qui timet Deum & operatur iustitiam, acceptus est illi. Et Iosaphat dicebat. Quoniam non est apud Deum iniquitas, neque personarum acceptio. Et Apostolus Galat. 1. Deus personam hominis non accipit. Ad cuius ampliorem euidentiam sciendum est quod personarum acceptio est peccatum iustitiæ distributiuæ oppositum. Iustitia autem distributiua æqualiter merētibus, uel demerentibus æqualia prēmia vel supplicia tetribuit, solum respiciens ad meritum vel demeritum, & non ad causam, quæ ad rem non facit. Vnde si duobus æqualiter merētibus uni plus daretur, quia cōsanguineus aut ob aliud huiusmodi quam alteri, esset personarum acceptio, uel si duobus æquali ter peccantibus, unus minus puniretur altero, quia consanguineus, vel quia aliquādo indebite placuit iudici, esse personarum acceptio. uel etiam cum prælatus graue peccatum subditi dissimulat, fingens se nescire quod tamen scit, & exasperat denunciantes propter inordinatum affectum. In remuneratiua vero iustitia, acceptio personarum est promotio indigni per comparationem ad bonum commune, secundum quam absque acceptione personarum illi qui sunt simpliciter minus boni, dum tamen quo ad administrationem sint idoneiores præferuntur. Quemadmodum deus minus idoneis simpliciter dat gratias, gratis datas, quas nō dat melioribus simpliciter, quia cognoscit eos quo ad hoc magis idoneos. Vnde licet Christus amplius diligeret Ioannem quam Petrum, & sic Ioannes esset simpliciter melior & perfectior in charitate Petro, non tamen præfecit Ecclesiæ Ioannem, sed Petrum, quem quo ad hoc sciebat idoneiorem. Si vero aliquis præponat aliquem propter aliquam causam, quæ non facit ad rem, puta quia notus vel consanguineus, duntaxat est personarum acceptio, quamuis vbi consanguinei sunt idoneiores, vel æque idonei essent præferendi, quia saltem in hac re præeminent, quod magis in eis considerare potest. Vnde Christus quinque consanguineos elegit Apostolos, Ioannem & Iacobum fratres, filios Zebedei, Et Iacobum minorem. Simonem & Iudam Tadæum. Et quia iustitia distributiua versatur circa debitum, sequitur quod vbi non est debitum, non est acceptio personarum, prout si essent duo qui non egerēt

F recreationem vel veste, Et prælatus vocat vnum secum ad recreationem, vel dat ei vestem, alioquin non egent dimisso non esset acceptio personarum, sed libertas, aut liberalitas prælati. Secus si alter egeret. Ex præmissis patet solutio multarū quæstionum, Cur deus alios prædestinat, & alios non, sed reprobat. Cur ex pluribus peccatoribus aliquos vocat, alios indurat. Cur alium alio maiorem aut pulchriorem fortiorem aut ditiorem fecit, videtur quod sit acceptor personarum. Dictum est quod vbi non est debitum, non est personarum acceptio. Et cum Deus nihil debeat creaturę, ex libertate potest dare, quæ & quibus vult, & respondere. An non licet mihi facere quod volo Licet enim Deus vt iudex iustus reddat vnicuique secundum opera eius, non tamen sequitur quod propter opera præuisa prædestinet, sed merè gratis quamuis vltimum prædestinationis effectum secundum opera compleat, quemadmodum & vltimum effectum reprobationis. Differēter tamen, quia omnium effectum prædestinationis, Deus est causa effectiua, & non omnium reprobationis, quia peccatorum non est causa effectiua, sed tantum permissiua.

Marginal references: *Act.* 10. — 2.*Par.* 19. — 2.2.q. 63. *ar.* 1.

Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt, & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.

HIC exponit & corroborat prædictam rationem. Quia quod non sit personarum acceptio apud Deum patet. Quia omnes qui peccauerint punientur. Et primo loquitur de Gentilibus, qui non susceperunt legem scriptam, & a Moyse promulgatam, quia tales qui sine lege scripta peccauerunt, peribunt, id est condemnabuntur. sine lege, id est non propter transgressionem legis scriptæ, quam non habuerunt, sed propter transgressione legis naturæ quam habuerunt in cordibus impressam, quia omne peccatum est contra aliquam legem. Nam vt infra 4 dicit, vbi non est lex, nec præuaricatio. Deinde loquitur de Iudæis qui legem scriptam susceperunt, dicens Et quicunque in lege peccauerunt, iudicabuntur per hoc quod transgressi sunt præceptum legis secundum illud, Sermo quem loquutus sum vobis, ille iudicabit eum
Ioan. 12. in nouissimo die.

TERTIA PARS II. CAPITIS.

Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur.

POSTEA quam Apostolus confutauit humanum iudicium, quo Iudæi & Gẽtiles mutuò se iudicabant. In hac tertia huius capitis parte, ostendit quod ea, de quibus Iudæi gloriabantur, non sufficiunt ad salutem. Gloriabantur enim inter cætera Iudei de lege, cuius receptionem siue auditum putabant sibi sufficere ad salutẽ, quod excludit, dicens [Non enim, &c.] q.d. Si peccantes in lege, iudicẽtur per legẽ sequitur quod non sufficit recipere & audire legem, sed oportet legis opera exhibere quod est implere & facere legem. Vnde Christus, Omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illã & cecidit, & fuit ruina illius magna. Et D. Iacobus 1. Si quis auditor est verbi & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo, cõ
Mat. 7. siderauit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Sed factores legis iustificabunt. Vnde Christus. Si quis audit verba mea & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundamenta enim erant supra firmam petram. & D. Iacob 1. Estote factores verbi, & non auditores tantum & post pauca subiungit. Si quis non obliuiosus auditor legis, sed fa-
Mat 7. ctor fuerit, hic beatus in facto suo erit & Dauid. intellectus bonus omnibus facientibus eum. Sed posset quispiam intiare ex his quę infra. 3. capite dicit, ex operibus legis non iustificabitur, omnis caro coram illo. & hic dicit quod factores legis per opera legis iustificabuntur, quæ ex diametro pugnare videntur. Dicendum quod Apost. in 3 capite loquitur de prima iustificatione, quæ fit mere gratis. vnde dicit, iustificati gratis per gratiam ipsius. Prima enim gratia non potest acquiri per opera pręcedẽtia, sed solum per infusionem eius a deo. in hoc vero loco loquitur de secunda iustificatione, siue de cumulo & augmento gratiæ, qua per bona opera ex habitu charitatis infuso procedentia, meretur augeri. Vnde D. Iacobus. 2. Videtis quoniam ex ope-
Lib de spi. & lit. ribus iustificatur homo, & non ex fide tantum. & Diuus Augustinus dicit huius loci interpretatio est quod factores legis, non per opera antecedentia gratiam, efficientur iusti sed per opera subsequentia habentur iusti augentes iustitiam per vsum gratiæ. Caue hic, optime lector, ne eo sensu intelligas hic iustificabuntur, quod Lutherani accipiunt & exponunt, hoc est iusti reputabuntur, licet vere iusti non sint, sed quod tales reputantur eo quod Deus peccatum quod habent non eis imputat. Aiunt enim quod iustificari quempiam est [illegible] pronunciari, ita tamen quod sicut nonnun-

C D

nonnunquam iudex in foro secundum allegata, & probata absoluit eum qui re vera reus est, perinde vsu veniat apud Deum, quod est in eum blasphemare, & illius veritati detrahere Cum nihil possit illum latere, nec ipse peccatum quod re vera inest, non imputare. Notandum etiam quod hic est optimus locus contra Lutheranos, qui dicunt solam fidem sufficere ad salutem. Cum audire legem nil aliud sit
A quam legem & fidem suscipere. Et cum nemo, vt Apost. dicit, iustificetur, nisi moribus legem obseruet. Nec enim solum necesse est iustificato fidem habere, seruare legem, vt augmentum iustitiæ habeat, sed etiam vt iustitiam seruet. Sed neque ad primam iustificationem sufficit fides, sed requiritur quod is qui cupit iustificari, facienda curet quæ fides præcipit, scilicet pœnitere, sperare, & diligere Hæc enim opera, licet non sint iustificationis meritoria, sunt tamen præparamenta necessaria, qua nimirum ratione ad vtrunque iustificationis genus protenditur in adulto.

Cum enim Gentes qui legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex.

HIC ostendit quo modo factores legis, etiam si non sint auditores, iustificabuntur. Et commendat dignitatem eorum qui legem absque auditu obseruant, dicens, [Cum Gentes,] id est, Gentiles, [qui legem,] scilicet diuinam exterius scriptam & implicitam [non habent.] id est non acceperunt. Non enim Gentibus data est lex, sed Iudæis, secundum illud. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua nõ manifestabit eis: Et illud Legem præcepit Moyses hæreditatem multitudinis Iacob. Et Sapiens, Moyses in præceptis iustitiarum & hæreditatem domui Iacob & Israel pro missione posuit. Nihilominus Gentiles [naturaliter ea quæ legis sunt,] id est quæ lex mandat. Non quantum ad iudicialia aut cæremonialia, quæ supra naturam deus illi populo peculiariter reuelauerat, sed quantum ad moralia præcepta, quæ sunt de dictamine rationis naturalis. [faciunt, prout Iob, de quo dicitur, quod erat iustus & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. vnde dicebat, Vestigia eius secutus est pes meus. Vnde Gentiles eiusmodi legem scriptam & explicitam non habentes, & eam obseruantes [ipsi sibi sunt, lex.] inquantum, scilicet officio legis funguntur, quo ad seipsos faciendo, & quo ad alios instruendo & ducendo suo exemplo ad bonum. Quia vt dicit Philos Lex est sermo coactionem habens, ab aliqua prudentia & intellectu procedens. Et ideo dicitur quod iusto non est lex posita, quia scilicet exteriori lege non cogitur, sed iniustis qui egent exterius cogi, est tamen lex posita iustis directiuè
B & obligatiue, vt amplius dicemus infra. 13. & 1. Tit. 1. Seruare autem liberè & voluntarie legem, est supremus gradus dignitatis in hominibus, vt scilicet non ab aliis, sed a seipsis inducantur ad bonum. Alius gradus ille inferior est eorum qui ab alio inducuntur ad bonum, absque coactione. Alius & sequens gradus est eorum qui coactione egent Infirmus est eorum qui nec coactione ad bonum induci possunt. Vnde Hier. 2 Frustra percussi filios vestros, disciplinam non recipiunt. Notandum tamen quod Apostolus propter præmissa verba, [Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt] nullo modo fauet Pelagianis, qui dicunt mandata legis posse naturaliter ab homine impleri, quia intelligit naturaliter, id est per naturam gratia reparatam. Loquitur enim de Gentilibus ad fidem conuersis, qui cum auxilio gratiæ Christi cœperant moralia obseruare. Et hoc modo hunc locum exponit D. August. Vel exponi potest quantum ad substantiam operis per solam legem naturalem absque scripta, ostendentem eis quid sit agendum, non tamen secundum modum, nec ad intentionem præcipientis, vt Pelagiani arbitrabantur. vnde dicebant principium boni & meriti esse a nobis, & facilitatem a gratia, quod merito, vt hæreticum, est condemnatum Licet enim lumen naturale, quod signatum est super nos sufficeret ad ostendendum quid bonum et malum, quid agendum fugiendumve, non tamen præbebat remedium contra concupiscentiam, nec sufficienter mouebat affectum. ideo necessario requirebatur [illegible] cus non negat facientibus quod in

Psal.
Deut. 33.
Eccl. 24.
Iob. 1.
Iob. 23.
10. Ethic.
in libr. de na. et gra.
Psal. 4.

ce est, scilicet pro posse, sequendo naturale lumen rationis, cessando a peccatis, & conando ad bonum ostensum per lumen naturale, tunc enim Deus sua ineffabili clementia mētis altiori lumine illustrat, scilicet fidei, quo possunt in amicitiam seu gratiam recipi. [Qui ostendūt opus legis scriptum in cordibus suis] Hic exponit quo modo gentes obseruātes legem quam non receperant, ipsi sibi essent lex. Quoniam ostendunt opus legis, id est morale praeceptum scriptum in cordibus suis. Quod quidem accipere possumus per similitudinem legis, quae ob exteriori homini proponitur & propter infirmitatem memoriç hominum scripto tradi cōsueuit: Similiter illi qui legem obseruant absque exteriori auditu legis, ostendunt opus legis scriptum non atramento, sed primo & principaliter spiritu Dei viui. Secundario verò studio humano, iuxta illud Describe ea in tabulis cordis tui, vt & hic dicit. [in cordibus suis,] non in pargameno, aut in tabulis lapideis aut aereis, secūdum illud. Dabo legem meā in visceribus eorum, in corde eorum scribam eam. Non dicit in mente, sed in corde, quod in sacris literis translatum est ad significandum voluntatem, eo quod cor est membrum in cuius cellulis spiritus vitales & motores ingenerantur. Sic voluntas est oīum potētiarū motrix. Quare & tota mēte, & toto corde iubemur deū diligere. Vnde quia notitia naturalis iuris nō est mere speculatiua, sed practica quae coniunctā habet animi ordinationem ad opus, idcirco ait in cordibus suis, prout dicit voluntatem cum intellectu practico dirigente. Sic accepit cor Dauid cum ait. Inclina cor meum deus in testimonia tua Et Christus cum dixit, De corde exeunt cogitationes malae, Nam quae sunt voluntatis affectus, tales conflant cogitatus.

Prou. 3.
Hier. 31.
Psal.

B

Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die, cum iudicauit Deus occulta hominum secundum euangelium meum, per Iesum Christum.

HIC duplici testimonio probat quod opus legis sit scriptum in cordibus eorum qui legem absque auditu obseruant. Vnum testimoniū est conscientia, quod nil aliud est quam applicatio scientiç ad iudicandum de aliquo particulari opere practico agēdo, an sit bonum vel malum. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod dominus deus in creatione animae infundit intellectui duos habitus indelebiles, qui dicuntur connaturales, eo quod sunt ab initio naturae creati. Per vnum, qui dicitur intellectus principiorum, dirigitur homo circa principia speculabilia, hoc est circa veritatem & falsitatem omnium propositionum ad operationem non ordinatorum, cuius habitus directionem sequendo errare non potest, neque assentire falso, aut dissentire vero, omnia enim speculabilia continentur in principiis, circa quae versatur hic habitus, in illaq; resoluuntur & reducuntur. Principium autem dicitur propositio ex terminis nota apud omnes, ita vt quicunque terminos intelligit, statim assentit, nec dissentire potest, ut haec propositio, Omne totum est maius sua parte. Et licet quaelibet scientia habeat sua principia, quae ab aliquibus leges, ab aliis canones, seu regulae dicuntur, ab aliis uero praecepta, ab aliis maximç, omnia tamen in primum principium resoluuntur, id est, per primum principium probantur. Primum autem principium, a quo omnia alia pendent, in specularibus dicitur haec propositio. Quodlibet est vel non est, vel vt dialectici dicunt, lex contradictoriarum, siue de quolibet est affirmatio aut negatio, & de nullo ambo simul. Quo ad agibilia autem siue quae ordinantur ad operationem immanentem vel transeuntem, concreauit Deus alium habitum inclinantem intellectum practicum, ad assentiendum principiis agibilium, quae habent dirigere omnes operationes humanas. Et non solum inclinat ad assentiēdum primis principiis quae sunt haec, Omne bonum est faciendum & prosequendum. Et, Omne malum est fugiendum & vitandum. Sed etiam inclinat ad assentiendum his quç sequuntur ex illis. De quibus Christus, Quaecunq; vultis vt faciant vobis homines, & facite illis Et quaecunque vultis ne faciant vobis homines, nec vos faciatis illis. Ex his omnis lex pendet, id est, praecepta decalogi & prophetae. Si enim esses dominus & benefactor, ve[illegible] tibi [illegible] honorari, ex hoc sequitur quod:

Mat. 7.

F

credere.

credere debemus Deo & ipsum honorare,& sic de aliis præceptis & dictis prophetarum quibus ipse reuelauit, credere debemus. id quod inclinat ad sequendum hanc directionem, Theologi vocant synderesim, & Dauid vocat lumē domini signatum super nos. Huic synderesi Theologi attribuunt tria officia. Primum est assentire primis principiis agibilium & dependentibus ex illis. Secundum est dissentire oppositis primorum principiorum. Tertium est defendere & consolari illum,qui sequendo ipsum primum principium, & ea quæ sequuntur agit, & murmurare, accusare, & increpare, si oppositum faciat. Et quantum ad illud officium, dicitur vermis, de quo Esa vlt. Vermis eorum non morietur in sempiternum. Hæc synderesis est mater conscientiæ, quæ quidem conscientia non est potentia nec habitus, sed actus. Significat enim scientiam in vniuersali cum collatione, & applicatione ad particulare agibile. Est enim conscientia applicatio scientiæ, id est cognitionis vtilis per principia agibilia ex synderesi habitæ ad aliquod particulare agibile. Et clarius loquendo, conscientia est iudicium de aliquo particulari agibili, an scilicet faciendum sit, an non, Et an bene vel male egerimus. Et secundum hoc conscientia testimonium perhibere dicitur, id est, affirmare aliquid bene vel male factum, cum iudicat & affirmat de bono, consolatur,iuxta illud, Gloria nostra, hęc est testimonium conscientiæ nostræ. Cum affirmat de malo contristat, secundum illud, Scit conscientia tua quod crebro maledixisti aliis. Vel etiam negare si non sit factū. Vnde fratres Ioseph de pecunia in saccis reperta,dixerunt. Non est in nostra conscientia quis posuerit pecunias in marsupiis nostris. Et si opus sit legitime factum, & arguatur ab aliis,conscientia defendit. Si procedendo, dare eleemosynam cum debitis circunstantiis, non est malum sed bonum. Ego dedi eleemosynam cum debitis circunstantiis,ergo non male egi,sed bene. Similiter furari est malū. Ego furatus sum,ergo male egi. Sed non potest aliquis testimonium perhibere, de aliquo opere quod sit bonum uel malū,nisi per hoc quod habet legis notitiam. Vnde ex hoc ipso quod conscientia testimonium reddit alicui de bono vel malo, signum est quod in corde illius opus legis sit descriptum. Aliud autem testimonium est accusatio & defensio. Et quantū ad hoc dicit, [cogitationū,] id est cogitationibus, [accusantiū vel defendentiū,] id est,accusantibus & defendētibus,more Græcorū, qui genitiuis loco ablatiuorū vtūtur,et hoc inter se inuicē. Insurgit aliquādo homini circa aliquod factū aliqua cogitatio accusans,dū propter aliquā rationē cogitat se male fecisse. Vnde Psal. Arguam te,& statuam te contra faciem tuam. Et Esa 3. Agnitio vultus eorum respondebit eis. Aliquando etiam insurgit aliqua cogitatio defendens, dum per aliquam aliam rationem cogitat se bene fecisse.iuxta illud Non reprehēdit me cor in omni vita mea. Et inter hanc accusationem et defensionem statur testimonio cōscientiæ. Sed quia testimonium,accusatio,& defensio locum habent in iudicio ideo Aposto. Secundo agit de iudicio,ostendens tempus,cum ait, [In die,] hoc autem dicit non ad designandum temporis qualitatem,sed absconditorum manifestationem, iuxta illud, Illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestauit consilia cordium. Quandoq; tamen dies iudicii dicitur nox propter incertitudinem horę illius,secundum illud, Media nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit,&c. Dicuntur autem cogitationes accusantes aut defendentes in die iudicii, non illæ quæ tunc erunt,quia tunc vnicuique manifesta erit salus vel damnatio, sed accusatio & defensio cogitationum quæ nunc sunt, & testimonium conscientiæ, quod nunc est, repræsentabitur homini in illa die,virtute diuina hoc faciente,et librante merita cō scientiarū, & ratione cogitationū accusantiū seu defendentiū. D. August. dicit quod notitia illarū cogitationū quæ remanent,nihil aliud esse videtur. ut dicit Glos. quā reatus pœnæ vel meritum consequens. Ostendit insuper Apostolus authorem iudicii,dicens [Cum iudicabit Deus,] & Dauid explicat dicens. Iudicabit dominus orbem terrarū in æquitate, & populos in veritate sua. Determinat etiam Apostolus de quibus erit iudicium, cum dicit. [Occulta hominum.] de quibus homines nūc iudicare nō possunt. ideo ubi dicit, Illuminabit abscondita tenebrarū,&c.

Marginal notes: Psal. 4. — Gen. 43. — D — Ioh. 7. — 1. Cor. 4. — Mat. 25. — 2. de ciuit. Dei. — Psal.

1. Cor. 4. Ostendit pariter doctrinam ex qua habetur fides de hoc iudicio, cũ dicit. [secundũ Euangelium meum ,] id est, a me prædicatum. Vnde Mat 12. Quoniam omne ver
Eph. 3. bum ociosum, &c. Dicit autem euangelium suum, quanuis non possit dicere baptis ma suum, licet sit vtriusq; minister . Quia in baptismo nihil operatur industria hominis, prout in euangelio prædicando. Vnde alibi dicebat . Prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in ministerio. Postmodum ponit cui datum est iudi-
Act. 10. cium, cum subdit . [Per Iesum Christum ,] qui scilicet constitutus est a Deo iu
Ioan. 5. dex viuorum & mortuorum. Vnde ipse dicebat . Pater omne iudicium dedit filio, qui scilicet in iudicio apparebit bonis & malis, differenter tamen, quia bonis secun-
Esa. 33. dum gloriam diuinitatis ad consolationem, iuxta illud. Regem in decore suo vide-
Apoc. 1. bunt. Malis autem secundum natu am humanitatis & ad desolationem, iuxta illud. Tunc videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.

QVARTA PARS II. CAPITIS.

Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo, & nosti voluntatem eius, & probas vtiliora instructus per legem.

IN hac quarta huius capitis parte , Apostolus ostendit quod auditores legis non iustificantur, nisi sint factores, quod pertinet ad Iudæos, quorum fastum mira eloquentia retundit Primo quippe honestat eos quinq; prærogatiuis, quibus præcellere se cunctis mortalibus arbitrabantur. Exorditur a generis & nominis claritate dicens [Si autem tu Iudæus cognominaris ,] Triplex erat olim Iudæis nomen honorificum de quo gloriabantur, vt D. Ambr. dicit Primo, iactabant se filios Abrahæ A
Ioan. 8. ob fidei eius meritum, dicentes: Patrẽ habemus Abraham . Nuncupabantur etiam
2. Cor. 11 honoris gratia Israelitæ a Iacob, propter auctam in ipso eandem fidem. Vnde inter alia eorum honestamenta, alio in loco dicit Apostolus. Israelitæ sunt, & ego. Tertio dicti sunt Iudæi, non a Iuda Machabæo, sed a Iuda Patriarcha filio Iacob, qui dans
Gen. 49. illi benedictionem dixit, Iuda te laudabunt fratres tu· , & non auferetur sceptrum
Ioan. 4. de Iuda, &c Ob eam causam Christus hoc nomine eos vocauit dicens. Scimus quia
Ester. 8. salus ex Iudæis est . Eorum nomen ante Iudam Machabæum legitur in libro Ester, vbi dicitur Iudæis noua lux oriri uisa est. Facta enim diuisione regni Israel tem
Psal. pore Roboan in decem tribubus, & in tribum Iudã & Beniamin, quarũ caput erat Iuda Eo enim quod in tribu Iuda durauit regnum, lex & dei cultus, teste Psalmographo. facta est Iudæa sanctificatio eius, & ab eo tempore cœperunt Iudęi nuncupari, Dicit autem eos Iudæos cognominari, caute innuens eos non esse vere Iudęos qui in manifesto circuncisionem gestant in carne , sed eos qui spiritu circuncisi sunt corde. A genere autẽ Apostolus ascendit ad legem , dicẽs , [Et requiescis in lege ,] Origenes interpretan lo dicit, id est, omnem requiem in legis litera collocas , quasi
Sap. 8. dicat, de hoc tibi places, in hoc quiescis quod legem receperis, quæ agi debeant, aut vitari certe cognoscis. Et ideo nihil mente vacillas , sed firmũ habes intellectũ. Qui .n. vacillat nunquã quiescit in vno, sed huic inde fluctuat . Qui aũt Sapientiæ certi-
Deut. 7. tudinẽ accipit, conquiescit, iuxta illud, intrans in domũ meã conquiescã cũ illa Vel requiescis, id est , nihil tibi amplius ad salutem deesse arbitraris præter legem quam audis A lege autem Apostolus assurgit ad Deum legislatorem, dicens [Et gloria
Psa . ris in Deo ,] id est , hoc tibi ad gloriam satis est quod sis peculiaris populus Dei, quia de eis scripserat Moyses, Te elegit dominus Deus tuus, vt sis eis populus peculiaris de cũctis populis qui sunt super terram, & ob quorum salutem fecit magnalia B in Aegypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro. Non tamen commẽ
1. Cor. 1. dat eos a vera gloria, de qua alibi dicit. Qui gloriatur, in domino glorietur, nõ enim
Lib. de spi qui seipsum commendat, ille probatus est , sed quem Deus commendat. Sed subno-
ri. & lit. tat potius de vana gloria, videlicet quod inde insolescerent, quod essent a deo Gentibus prælati, imo præpostere de [illegible] gloriabãtur, ut D. Aug. ait. Quia nõ eo modo

quo

quo postulat gratia, quæ non operum meritis, sed gratuito donatur. Sed ita gloriabantur in deo velut qui soli meruissent legem accipere, qua sua iustitia arbitrabantur implere, quod minime faciebant, imo nec poterant. Commendat deinde eos a fructu legis respectu sui dicens. [Et nosti voluntatem eius,] quid, scilicet deus velit te facere. Vnde Dauid, Manifestauit verbum suum Iacob, & iudicia sua Israel. Et infra. 12. dicit, vt probetis quæ sit voluntas Dei. Deinde ponit fructum qui respondet quiescenti in lege, cum dicit. [Et probas vtiliora instructus per legem,] id est, scis discernere & approbare non solum bona a malis, sed etiam meliora a minus bonis unde quærebat quidam, quod est mandatum magnum in lege, & hoc instructus per legem. Vnde Dauid, Beatus homo quem tu erudieris domini, & de lege tua docueris eum.

Confidis te esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege.

C HIC ponit fructus legis per respectum ad alios; qui diuersimode se habēt ad legem. Isti fructus sunt quinque officia superioribus prærogatiuis respondentia, quæ pertinent ad ignorantium eruditionem. Primus iustitiæ gradus, est defectus potentiæ cognoscitiuæ. Sicut enim his qui sunt corporaliter cæci, propter defectum potentiæ visiuæ, non potest præberi lumen, vt ipsi per viam videant, sed ducuntur & sequuntur palpando, iuxta illud, Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus, impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. Sic homini, qui patitur defectum naturalis luminis, non potest præberi lumen scientiæ, ut ipsi per se videre possint quid agendum sit, sed præbet eis homo ducatum, vt cæcis mandando eis quid facere debeant, quanuis illi quibus mandatur rationem mandatorum non cognoscant. vnde Iob dicebat, Oculus fui cæco. Sic Iudæi de hoc gloriabantur, quod essent duces cæcorum, quanuis ipsi essent cæci. iuxta illud, Cæci sunt & duces cæcorum. Et hoc respondet primæ dignitatis, qua dicebantur Iudæi iā quam videntes. Quia notus in Iudæa Deus. Secundus gradus iustitiæ est similis eorum, qui licet habeant potentiam, egent tamen lumine, quia sunt in tenebris Sic homines propter defectum disciplinæ sunt in tenebris interioribus, non illuminati per doctrinam, quibus sapiens potest præbere lumen disciplinæ vt intelligant, quę mandātur, Et de hoc gloriabantur Iudæi. Vnde subdit. [Confidis,] scilicet te esse lumen eorum qui in tenebris sunt. Vnde Zacharias, illuminare his qui in tenebris, &c. Et hoc respondet ei quod superius dixit, requiescis in lege, quæ profecto lumen est, iuxta illud, Lex domini immaculata conuertens animas. præceptum domini lucidum illuminans oculos. Tertius gradus iustitiæ est defectus instructionis, illi enim qui visum habent & intellectus lumen, sunt in via perueniendi ad scientiam, quam nondum attigerunt, qui dicuntur erudiri, quasi exui a ruditate quæ a principio inest omnibus, cum primo instruuntur Vnde [illegible] Filii tibi sunt, erudi illos. Et refertur ad tertiam supra positam prærogatiuam [Gloriaris in Deo.] quia nulla est alia perfectior sapientia, quam nosce Deum Quartus gradus est defectus ętatis, & quantum ad hunc dicit. [Magistrum infantium.] Vnde Esa Vbi doctor paruulorum qui ignorant prima rudimenta, scilicet voluntatem Dei. Et hoc refertur ad id quod prædixerat, & nosti voluntatem eius. Quintus gradus est eorum qui sunt iam in scientia prouecti, & isti egent a sapientioribus informari, ut habeant sapientium dicta in authoritate, quasi quandam regulam seu formam. Et quantum ad hoc dicit [habentem formam scientiæ.] Vnde Apost. Formam habe bonorum verborum,
D quæ a me audisti. Et alibi. Obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Oportet autem eos qui sic formantur, authoritate maiorū instrui, ut sciant quid sit traditum in lege & ideo dicit, [Scientiæ [illegible] iuxta illud, Dedit illi scientiā sanctorum, & etiam vt sciant quis sit verus intellectus eorum quæ traduntur in lege, et quo ad hoc subdit. [verita[illegible]] Vnde [illegible]uid, Emitte lucem tuam & veritatem

Marginal references: Mat. 22. Psal. — Esa. 59. — Prou. 29. Mat. 15. — Psal. — Luc. 1. — Psal. — Eccle. 7. — 2. Tim. 1. ad Phil. 3. — Psal.

rem tuam & hoc refertur ad id quod pradixerat:probas vtiliora instructus per legē [Qui ergo aliū doces,te ipsū nō doces. Hic incipit arguere Iudæos de trāsgressione legis ab eis receptæ, & de qua gloriabantur, & allegat quinque defectus illorum, propter quos videntur pares, uel potius deteriores Gentilibus D Chryso.legit,[eos] interrogatiue, & secundum hunc modum verba Apostoli habent maiorem vim obiurgandi : Possunt etiam remissius & assertiue legi. Redarguit autem primo eos de transgressione legis in ordine ad seipsos, dicens. [Quid ergo, &c.] hoc opprobrio illos respergit per comparationem ad laudem supra, memoratam gentium, qui legem non habentes ipsi sibi erant lex, quasi dicat, illi absque lege instituunt se. Vos autem per eam qua vos alios instruere profitemini, nequaquam erudimini, vosq; doctores legis non facitis quæ gētes sine auditione legis faciebant, [Qui prædicas non furandum, furaris.] Hic tangit defectum prævaricationis legis in ordine ad proximum, quantum ad res quæ furto subtrahuntur, dicens. [Qui prædicas, &c:] Vnde Esa: 1. Principes tui infideles socii furum. Origenes & D. Amb. mystice interpretātur furtū. nempe quod aduētum Christi manifestū furabātur, id est celabant, imo & negabant. [Qui dicit non mœchandum, mœcharis.] Hic tangit defectum prævaricationis legis in personam proximo coniunctam, quæ per adulterium polluitur. Vnde dicit, [Qui prædicas, &c.] Vnde ad huius confirmationē

Osee. 7. Oseas. Omnes adulterantes quasi clibanus. Et Hie: 5. etiam dicit vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Origenes & D. Ambr. Mœchiam etiam mystice interpretantur, nempe quia Iudæi relicta lege euangelica, adulterium faciebant cum synagoga, sed omisso sensu mystico quantum ad literalem, dicebat, Apostolus quod Iudæi oculatius per legem nouerant grauitatem furti & adulterii, quam gentes, atque ideo prædicabant non esse facienda, nihilo secius tamen ipsi ea, faciebant & observabant quæ lex decalogi, tanquam lætalia crimina, explicatissima prohibitione, defendebat, non modo operis per illa uerba. Non mœchaberis, non furtum facies, sed etiam cordis per hæc uerba. Non concupisces domum proximi tui Non desiderabis vxorem eius, aut seruum, aut ancillam, &c. Et pro vno boue quinque repetebātur, & pro vna ouicula oues quatuor Sed & mœcho & adulteræ decretum erat capitale supplicium. Gentibus autem nec erat tam lucida notitia, neque tam districta animaduersio, ob idque Iudæi erant maiori opprobrio digni. [Qui abominaris idola, sacrilegium facis.] Hic tangit defectum prævaricationis legis, quantum ad Deum, dicens. [Qui abominaris, &c.] quasi dicat, cognoscis ex præcepto legis idola non esse colenda, sed solum Deum & sacra ac sancta eius esse veneranda, & tu sacrilegium committis, abutendo his quę pertinent ad diuinum cultum, quod quidem fecerunt primo in statu legis. Vnde Malachias, Deicitis mensa domini contaminata est. Postmodum blasphemando Christum, dicentes eum in Belzebuch principe dæmoniorum eiicere dæmonia. Vel accipitur hic sacrilegium pro idololatria, quæ cunctis aliis criminibus erat in lege abominabilior, Nihil enim ita erat frequenter verbisq; tam vrgentibus cautum, quam non facietis vobis idolum, vel sculptile, uel titulos erigetis, neque insignem lapidem vt adoretis eum. Ego enim dominus Deus uester, & alibi præcipiebatur eis aras idolorum subuertere, confringere statuas, lucosq; succidere, et sculptilia combu. ere. Et tandem ne inferias quidpiam ex idolo in domū tuam, ne fias anathema. Quasi spurcitiam detestaueris, ac velut inquinamentum et sordes abominationi habebis. Adeo execrabilis erat idololatria, vt nec tangere eis liceret idolotica, siue idolis oblata, et hoc est quod ait, [Abominaris idola,] scilicet per professionem legis. Et tamen sæpissime atque fœdissime illa polluti fuerunt, imo plenissima abominatione, ut ab initio statim acceptæ legis constat, quando aurum cōflarunt in execrādū vitulum, & historiis tam Salomonis quā sacris aliis pluribus.

Malach 1 Mat. 12. Deut. 7.

Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras. Nomen enim Dei per vos blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est.

HIC tangit defectum Iudæorum, quantū ad gloriam, cum dicit. [Qui in lege, &c Cū enim lex diuinitus posita [illegible] humanæ volūtatis, neque nisi diuino munere F

B

nere

nere obseruetur. Sicut eius obseruantia in omnibus bonis operibus ex natura sua Mat. 5.
cedit in gloriam, qui Dei est occasio videntibus, vt honorent deum, iuxta illud, Sic 1. Pet. 2.
luceat lux vestra coram hominibus, vt vidét opera vestra bona, & glorificent patrem,
A vestrum qui in cœlis est. Et illud, Ex bonis operibus vos considerantes glorificent,
Deum. Sic vice versa nulla re tantum periclitatur diuinus honor apud cæteras nationes, quã cũ populus, qui imaginem gerit, peculiaris familiæ Dei, cuiuscunq; curã ipse propriæ fert legem quam profitetur contemnit, præuaricando. Nam propter 1. Tim. 4.
corruptos blasphematur doctrina fidei, iuxta illud, Quicunque sunt sub iugo serui Psal.
tutis. Dominos suos omni honore dignos arbitrentur, Ne nomen Domini & doctrina fidei blasphemetur. Vnde Dauid, Vidi præuaricantes & tabescebam. Et in confirmationem huius blasphemiæ propter præuaricationem, inducit authoritatem Esa. 52. dicentis, Dominatores eorum iniquę agunt. & iugiter tota die nomen dei blasphematur. Ezech. 36. Populus iste est domini, & de terra eius egressi sunt, & pe perci nomini sancto meo, non propter vos, sed propter nomen sanctum meũ, quod polluistis, scilicet male viuendo, in gentibus ad quas intrastis.

QVINTA PARS II. CAPITIS.

Circuncisio quidem prodest, si legem obserues. Si autem præuaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est.

IN hac quinta huius capitis parte Apostolus ostendit quod circuncisio, de qua glo- Gen. 17.
riabantur Iudæi, non sufficit ad salutem, ea ratione qua nec lex. Quia quemadmodum receperant legem, ita & circuncisionem, sed lex absque obseruantia non proderat. Ergo nec ipsa circuncisio absque obseruantia significationis, ideo comparãdo circuncisionem ad iudæos, dicit, Circuncisio quidem prodest, quantum ad remis
B sionem peccati originalis, paruulis. Vnde scribitur, masculus cuius præputii caro cir Hier. 9.
cũcisa nõ fuerit. &c. Sed in adultis tũc finaliter prodest, si legẽ obseruẽt, prout religiosis prodest professio, si regulã obseruẽt. Si uero nõ seruẽt, nocet eis. Sic si præuaricator legis sis, circũcisio præputiũ facta est, ideo non prodest, iuxta illud, Oẽs gẽtes Eccl. 5.
pręputium habent, Domus autem Israel circuncisi sunt corde. Quinimo ex hoc sunt magis rei, quia non obseruant quod promiserunt, iuxta illud, Displicet enim ei stulta & infidelis promissio, Et ideo Apostolus, præferebat Gentiles qui seruabant præcepta iuris naturæ iudeis circuncisis, qui per circuncisionem protestabantur se obseruaturos legis præcepta, quæ tamen non obseruabant. Vnde Apostolus, Testificor rursus omni circuncidenti se, quod debitor est vniuersæ legis faciendæ. Prout nunc baptismus est protestatio legis euangelicæ seruandæ, ideo non prodest Christianis absque obseruatione legis euangelicæ. Et cum Apostolus loquitur de vtilitate circũcisionis, quod prodest, si legem obserues, intelligit pro tempore, quo lex & circunci Gal. 5.
sio erant obseruanda ante Christi passionem, quia tunc circuncisio habebat efficaciam, non autem postea. Vnde dicebat. Si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit. Licet ad plenam Euangelii publicationem circuncisio seruari posset, non ponendo in ea spem, vt sepeliretur synagoga honore.

Sequitur præputium iustitias legis custodiat nonne præputium illius in circuncisionem reputabitur? & iudicabit id quod ex natura est præputium, legem consumens, te, qui per literam & circuncisionem pręuaricator legis es?

HIC comparat circuncisionem ad Gẽtiles dupliciter. Primo, quo ad hoc quod eius fructũ habent Gentiles obseruãdo legẽ. Vnde dicit. Si circũcisio prodest obseruãdo legẽ, & nõ absque legis obseruatione, sequitur quod si pręputiũ. id est, Gẽtilis incircũcisus custodiat iustitias legis [...] legis, quę iustus sunt, iuxta illud

Omnia

Psal. Omnia mandata tua veritas. Nonne præputium illius, quod non erat in eis voluntaria culpa, eo quod non tenerentur illud rescindere, essetque res naturalis ad differentiam præputii Iudæi, quia si Iudæus haberet præputium voluntarium, crimen esset illi, [in circuncisionem reputabitur,] id est, perinde erit ei apud Deum, ac si fuisset circuncisus, quasi dicat, fructum circuncisionis habebit. Ad hoc enim homo exterius circunciditur carne, vt scilicet se circuncidat in corde. Vnde Hier. 4. Circuncidimini domino, & auferte præputia cordiũ vestrorum. Secundò comparat circuncisionem ad Gentiles, ostendens Gentilem propter obseruantiam legis esse præferendum Iudæo, dicens, [Et iudicabit, &c.] scilicet Gentilis incircuncisus [consumens legem.] id est, implens mandata legis [ex natura] i per naturalem rationem, quia, vt prædictum est, ea quæ legis sunt naturaliter facit [Iudicabit] id est. per comparationem te Iudæum circuncisum iudicandum & condemnandũ ostendet, quia
Mat. 13. es præuaricator legis, transgrediendo præcepta eius per circõcisionem, & literam legis quam habes internus in corde scriptam. Vnde de huiusmodi comparationis iudicio dicebat Christus, Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista & condemnabunt eam, &c: B

Non enim qui manifesto, Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est circuncisio, sed qui in abscondito. Iudæus est, & circuncisio cordis, in spiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est.

HIC assignat rationem prædictorum, & probat primo, cur circuncisio, vel Iudaismus absque legis obseruationes non prosit. Et quare præputium custodientis le-
Gen. 17. gem reputetur in circuncisionem, dicens, [Non enim, &c] quasi dicat, ideo circuncisio præuaricantis legem fit præputium, & iudicatur & præputio custodiente legẽ. Quia non est verus Iudæus ille, qui solum in manifesto Iudæus est per exteriorem habitum siue conuersationem aut per carnalem generationem. Nam, vt infra 9 dicit, Non enim qui ex circuncisione sunt Israel, hi sunt Israelitæ, sed qui filii sunt promissionis. Et similiter, non est vera circuncisio illa quæ manifesta est in carne. Illa enim signum dicitur, secundum illud. Circuncidetis carnem præputii vestri vt sit in signum fœderis Sed non est signum verum, nisi ei respondeat signatum, ideo si quis Iudæus sit transgressor fœderis, non est eius vera circuncisio, & propter eam causam reputatur præputium, quod, in Iudæo est crimen voluntarium, vt dictũ est. C
Ratio autem quare præputium custodientis legem reputatur in circuncisionem est, quia ille vere Iudæus est, qui in abscondito Iudæus est, id est qui habet in affectu cordis mandata legis, quam Iudæi profitentur. Vnde Christus. Pater tuus qui vi-
Mat. 6. det in abscondito reddet tibi. Similiter, & circuncisio vera est, quæ est cordis in spiritu, id est, per spiritum facta, per quem superfluæ cogitationes a corde præscinduntur vel in spiritu, id est per spiritualem intellectum legis & non literæ. Vnde Apost. Nos sumus circuncisio qui spiritu Dei seruimus. Demum probat promissam rationem, manifestum est enim quod iudicium diuinum in omnibus præferendum est humano Ea vero quæ exterius apparent, siue sit Iudaismus, siue circuncisio, laudantur secundum iudicium diuinum, iuxta illud, Homines vident quæ foris patent.
1. Reg. 16. Deus autem cor intuetur. Vnde relinquitur quod interior Iudaismus & circuncisio præualet exteriori, & hoc est quod dicit, cuius scilicet interioris circuncisionis,
2. Cor. 10. laus est non ex hominibus, [sed ex Deo,] qui est inspector cordis, & spiritualem circuncisionem qua vitia præscinduntur, commendat, Ideo vere probata est, iuxta illud, Non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat.

EPITOME III. CAPITIS.

APOSTOLVS continuã . . . necessitate gratiæ, postquam ostendit quod neque Iudaismus, ad quem per . . . . . . uo, nec circuncisio, aut prærogatiua

gatiua aliqua, siue aliquod priuilegium personale, sufficit ad salutem absque legis ob seruantia, per quam Gentiles sine exteriori iudaismo & circuncisione fructū vtriusque consecuti. In hoc capite obiiciendo præmissis, mouet duas dubitationes. Prima est, an Iudæus plus habeat Gentili. Secunda vero est, quæ sit vtilitas circuncisionis,
D huius secundæ dubitationes solutionem reseruat ad quartum caput. in hoc vero capite primam soluit. Et primo quidem quantum ad prærogatiuam excludit obiectionem, ducendo ad inconueniens. & probat Psalmistæ authoritate cuius excludit falsum intellectum. Secundo ibi, [Quid ergo præcellimus eos, &c.] Excludit inanē Iudæorum gloriam, qua se Gentibus præferebant, resumendo eos peccato esse subiectos, quemadmodum & Gentiles, quod probat authoritate Psal. applicando eam Iudæis Deinde concludit quod prædixerat, neminem iustificari ex operibus legis naturæ, uel scriptæ, cuius effectum dicit cognitionem peccati. Tertio ibi, nunc autem ostendit iudæos & Gentiles esse æquales quantum ad statum gratiæ subsequentia, proponendo habitudinem quæ comparationem iustitiæ ad legem & prophetas, assignat etiam causam iustitiæ & eius communicatem, Quarto ibi, [Vbi gloriatio tua, &c] excludit gloriationem Iudæorum, qua Gentibus se præferebant, & assignat causam exclusionis & subiungit modum, ostendens quod iustitia fidei æqualiter se habet ad omnes eo quod vnus sit deus omnium. Concludit tandem quod fides legem non destruit, sed statuit, implet atque perficit.

Expositio literalis tertii capitis.

[QVID ergo amplius Iudæo est, aut quæ vtilitas circuncisionis?] id est, si prædicta in præcedenti capite vera sunt, scilicet si præputium legem implendo in circuncisionem, reputatur, &c. Quid amplius seu maius, dignus & excellentius per legem datum est Iudæis, qui sunt populus peculiaris Dei, & quæ vtilitas fuit tanti & quasi importabilis oneris carnalis circuncisionis, quæ fuit signum fœderis. [Multum per omnem modum.] id est, multa ex lege data priuilegia fuerunt Iudæo communicata & annunciata, & per omnem modum, scilicet corporalem & spiritualem, per corporalem, quia Deus pluit Iudæis manna in deserto, & introduxit eos in terram promissionis melle & lacte manentem, eos opibus ditando, & per modum spiritualem etiam multum. [Primum quidem] quantum ad contemplationem diuinorum etiam multum [Quia credita.] id est annunciata & cōmunicata [sunt illis eloquia Dei.] id est, sermones, locutiones, pollicitationes quas audiuit populus per legē Dei & per Prophetas, quæ non fuerunt communicata aliis nationibus, sed illis tanquā amicis & peculiari populo Dei [Quid enim,] scilicet obfuit siue nocuit Iudæis cre-
E dentibus, aut prærogatiuæ eorum. aut promissioni eis factæ de vero Messia [Si qui dam illorū] scilicet Iudæorum. [non crediderunt,] verbis Dei aut Prophetarum eius, quæ multifariē multisq; modis locutus est eis. [Nunquid incredulitas illorū] scilicet qui credere noluerunt. [fidem Dei,] id est, quam credentes habebant de Deo, vel fidelitatem & promissionem Dei quam fecit Abrahæ [euacuauit.] id est, abstulit, reuocauit, siue vacuam & inanem reddidit, aut irritam fecit [Absit] hoc scilicet ab humanis cordibus, vt credant quod propter incredulitatem aliquorum Deus ea quæ pnocesserunt ex labiis suis fecerit irrita. [Est autem.] id est, est enim, [Deus verax] secundum se & per suam essentiam, & fidelis in promissis inuariabilis & immutabilis, qui & mentiri non potest [Omnis autem homo.] scilicet purus, aut non specialiter præseruatus a Deo, ex natura sua [mendax.] id est, mutabilis, variabilis & defectibilis, & sic mentiri potest & reuocare quæ semel promisit, sed non Deus maxime incarnationem filii sui quæ pertinet ad prophetiam prædestinationis [Sicut scriptum est] quo ad primum, quia quo ad secundum est omnibus manifestum, & scribitur Psal. 50 [vt iustificeris.] [illegible] Deus qui semper iustus es, rectus, fidelis, & verax agnoscaris [illegible] appareas [in sermonibus tuis] id in promissione filii tui, quam fecisti Dauidi, [illegible] [illegible]ebant Deum reuocaturum pro-

Deut. 7.

Psal.

Heb. 1.

Gen. 15.
Heb. 10.
Ioan. 6.
Mala. 3.
Iacob. 1.

pter peccata eius, ac etiam in promissione veniæ credentibus & vere pœnitentibus, [& vincas,] implendo, scilicet promissionem tuam præualeas, [Cum,] male et perperam, [iudicaris] ab hominibus mendaciter dicentibus, quod propter peccata hominum promissiones tuas credentibus factas, non sis impleturus, sed reuocaturus [Si autem,] ut vobis iniquis videtur, [iniquitas nostra iustitiam,] id est, veritatem & sanctitatem [Dei commendat,] id est, si iniquitas hominis directe & per se ordinetur ad commendandam & manifestandum iustitiam & veritatem diuinæ promissionis, sic quod hoc aduerbium, ut in prædicta authoritate, teneatur causaliter & non consecutiue, sequeretur magnum inconueniens, cui respondere non possetis. ideo dicit, [Quid dicemus.] i. quomodo sustinere poterimus inconuenientia quæ sequuntur, quorum primum est quod Deus esset iniquus. [Nunquid iniquus est Deus,] quasi dicat hoc videtur sequi, si dicamus quod peccata nostra directe ordinantur ad commendandam iustitiam dei. [qui infert iram,] id est, vindictam F
& pœnam pro peccato, quia tunc peccatum non esset dignum pœna, sed præmio, cũ per se deus directe ordinauerit ad commendandam iustitiam eius, & sic deus puniens hominem pro peccato, esset iniquus & iniustus [Secundum hominem dico.] id est, secundum illorum hominum argutiam loquor, quia non sic debemus loqui de deo, sed potius omni cum reuerentia & honore. [Absit,] scilicet a nobis, ut dicamus Deũ iniquum aut iniustũ. [Alioquin quõ iudicabit deus hunc mũdũ,] id est si deus sit iniquus & iniustus, quomodo conuenit ei quod sit iudex vniuersalis et supremus totius mundi, cum oporteat supremum in quolibet genere esse infallibile, sicut primum mouens immobile, & supremum iudicem non iniquum, sed maxime iustum esse [Si enim veritas dei,] quæ est ipsemet deus, [in meo mendacio abũdauit in gloriam ipsius,] id est, si, prout aliqui dicunt, propter meum mendacium, quod est peccatum, veritas dei manifestetur, reluceat, abunde, & crescat in gloriam
Ioh. 13. ipsius, & ipsum laudabilem facit. Hoc est, Si mendacium meum directe ordinetur in gloriam dei, [Quid adhuc & ego tãquam peccator iudicor.] i. si ego dico quod Deus est verax, & omnis autem homo mendax. &, Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia, & quod lex subintrauit, ut abundaret delictum cur iudicor ab hominibus tanquam peccator pro mendacio, ex quo in gloriam dei directe ordinatur, non enim deberem iudicari tanquam peccator, sed tanquam promotor gloriç dei, [Et non sicut,] ego & cæteri Apostoli prædicta prædicantes, [blasphemamur, & sicut aiunt quidam,] iniqui & peruersi imponunt, blasphemando & depravando dicta nostra, maxime illud, Vbi abundauit delictum, superabundauit & gra-
Infra 5. tia. Et dicunt [nos dicere faciamus mala vt veniant bona] i. quod homines debent facere mala, vt cõsequãtur maiora bona, & vt crescat & abũdet gloria dei & ꝙ nos mẽtimur prædicãdo superabundantiã gratiæ propter gloriã Dei. [Quorum] i. eorũ qui faciũt mala vt veniant bona & qui hæc falso nobis imponũt, [dãnatio, iusta est.]

SECVNDA PARS III. CAPITIS.

QVID ergo] nos Iudæi ad fidẽ conuersi de nobis ipsis iudicare valemus, quod A
ideo quia credita sunt nobis eloquia Dei, [præcellimus eos,] scilicet Gentiles etiam ad fidem conuersos & eis præferendi sumus tãquam digniores, de qua prælationes erat quæstio inter eos [Nequaquam,] id est, non nunc secundum statum gratiæ & conuersionis, licet bene quantum ad statum, quem habebant Iudæi tempore legis ante Christum, quia dictum est quod amplius erat Iudæo per omnẽ modum. [Causati enim sumus,] id est, accusando & ratiocinãdo causas & rationes adduximus & probauimus, quare Iudæi Gentiles non præcellant, & maxime ostendimus, [Iudæos et græcos omnes.] tam Iudæos quam Gentiles sub peccato esse, id est, peccatores fuisse & magnis criminibus subiectos extitisse, sicut scriptũ est,] de Iudæis maxime, qui se magis iustos arbitrabantur: [Quia non est iustus quisquã,
Psal. 13. ex seipso, tanquam ex seipso, [illegible] gratia Dei. Vel quisquam malorum, [non est intelligens,] ex seipso habens di[illegible]tionis ratio[illegible], nec ad intelligendum Deum, & ea, quæ Dei sunt cogitare, siue in [illegible] Mosaicæ, siue gratiæ. [aut requi

rens

rens Deum,] id est, qui requirat quo modo uoluntatem dei implere debeat, aut se ipsum ad eum dirigere debeat. [omnes declinauerunt,] scilicet a deo & ab eius regula retracti per originale & actuale peccatum D. Virgine excepta, [simul,] id est omnes congregati aut considerati, [inutiles facti sunt,] id est, non valentes finem vel vtilitatem ex seipsis consequi. [Non est qui] ex se, [faciat bonum,] scilicet opus Deo gratum sine Dei speciali auxilio, scientes facere mala benefacere nescierunt. [Non est usque ad vnum,] id est, præter quam vnus scilicet Christus, qui solus absque merito alterius fecit humanæ redemptionis bonum, nullus enim purus homo est qui ex se faciat bonum perfectum. [Sepulchrum] spirituale in quo reponuntur & exeunt peccata, [Patens,] id est, apertum & non clausum, vnde exit fœtor & abominatio peccatorum, [est guttur eorum,] ad exalandum turpiloquia & alia colloquia praua, quæ bonos mores corrumpunt audientium [Linguis suis,] sua uia & blandia verba depromentes, [dolose agebant,] alia proferendo ore, & alia meditando corde, ut adulatione proximum decipiant. [Venenum aspidum sub labiis eorum] quia scilicet talia verba ex eorum labiis procedunt, quæ insanabiliter proximos intoxicant corporaliter uel spiritualiter. [Quorum os maledictione,] id est maledicis uerbis quibus aliis maledicunt [& amaritudine,] id est, ad amaritudinem proximos ducentibus improperiis, conuitiis, detractionibus, & contumeliis [plenum est,] id est, abundat vt quasi semper ab eo fluant maledicta & blasphemię [Veloces.] id est, prompti & cito ac subito currentes. [pedes,] spirituales, qui sunt affectus [eorum,] scilicet iniquorum hominum [ad effundendum sanguinē] Christi & sanctorum, ad faciendum quæcunque grauia peccata in deum & proximum festinis. [Contritio & infelicitas,] id est, pœnam, acerbitas & miseranda felicitatis priuatio. [in viis eorum,] id est, prouenit aliis ex operibus & actionibus ipsorum quibus progrediuntur in hoc mundo. Et hoc, scilicet quia, [& viam pacis] quæ est mandatorum obseruantia, quæ ducit ad pacem & vitam æternam, [non cognouerunt] id est cognoscere, acceptare & sequi noluerunt. [Non est timor dei] scilicet filialis, qui est initium sapientię [ante oculos] mentis [eorum] vt retrahet eos a malo, in quo obstinati sunt [Scimus autē] nos Apostoli, & alii quibus Deus dedit suæ legis cognitionem, [quoniam quæcunque lex] siue naturalis, siue diuina, Mosaica & Euangelica, [loquitur,] declarando vel præcipiendo [his qui in lege sunt,] id est, ad quos lex datur & qui in legem profitentur [loquitur,] & sic præ dicta verba Psal non intelliguntur de Gentilibus, sed de Iudæis, quibus lex data est ac ēt Prophætæ, declarātes legē & docētes ac informētes & reprehēdētes mores dati sunt, [vt oē os obstruatur,] id est, obmutescat et claudatur a sua gloria, vt amplius gloriari nō possit se suis meritis, sine dei gratia salutē cōsequi posse. [& subditus fiat oīs mūdus] nō solū Gētilis, sed ēt Iudæus culpā suam agnoscendo. Et totum bonū ꝙ hēt attribuēdo, & in omnibus obediēdo [Deo. Quia ex operibus legis,] siue naturę, siue Moysi scriptæ, fidē præcedētibus aut in sēsu carnali obseruatis. [Nō iustificabitur oīs caro corā illo.] i. nullus hō peccator, qui dicitur caro, tāquā carni subiectus, iustificabit corā deo pp opera legis naturæ uel Moysi. Quia si ex iustitia esset, Christus gratis mortuus fuisset [Per legē enim,] siue naturalē siue diuinā, [cognitio peccati,] sed non eius cōsumptio aut ablatio. Quia quāuis lex sufficiat ad cognitionem peccati, non tamen sufficit ad reprimendam concupiscentiam, aut ad delendum, peccatū siue ad iustificandum homine. Ideo necessarium est aliud remedium, scilicet gratiæ, qua concupiscentia reprimatur, & facultas legis implendæ detur.

2. Cor. 3. Luc. 17. Mat. 19 Gal. 2. B C

TERTIA PARS III. CAPITIS.

NVnc autē, [id est, tēpore gratiæ & legis euāgelicæ Christo adueniēte [siue lege,] id est, absque legis naturæ et Moysi imperio aut auxilio. [iustitia Dei :] qua ipse iustus & fidelis est adimplēs promissa de iustificatione hominū. Vel iustitia id est, Christus, qui satisfecit diuinæ iustitiæ patie[ns] pro nobis, & iustificationē nobis meruit. [Vel iustitia Dei,] id est, gratia [...] qua quis formaliter iustificatur deo, [Manifestata est,] id est [...] ibus ad fidē conuersis per Christi doctrinam

Gen. 3. doctrinam ac eius miracula ac facti euidentiam, ut firmius credant cæteris, et [Te-
Gen. 22. stificata a lege & Prophetis.] id est, testimonio legis & Prophetarum approbata
Abac. 12. & pronunciata, [iustitia autem Dei,] id est, gratia Dei qua iustificamur a Deo, [per fidem Iesu Christi,] scilicet est manifestata. Quia in ipso iustificatio ne primus motus mētis tēdēs in Deum, est per fidem, & ideo iustitia Dei dr inchoari per fidem, & perfici per spem & charitatem, quæ licet simul tempore infundantur & tēdant in Deum, fides tamen prioritate & ordine naturæ dicitur prior. [in omnes & super omnes qui credunt in eum,] scilicet Christum, siue sint Iudæi, siue Gentiles [non enim est distinctio,] scilicet inter Iudæum & Gentilem apud deum quo ad modum & necessitatem iustificationis, vterque enim iustificatione egebat. [Omnes enim peccauerunt] in Adam primo parente, peccato originali, & post rationis vsum peccato actuali. Si ergo peccauerunt, & per sed iustificari, vt prędictum est, nequeunt, sequitur, [& egent gloria Dei,] id est, gratia quæ est gloria a Dei quia per eum gloriosus apparet Deus. [Iustificati gratis,] id est, sine meritis præcedentium operum, [per gratiam ipsius.] scilicet Dei & gratuita eius, dona ac etiam [per redēptionem.] id est, pœnæ satisfactionem. [quæ est in Christo Iesu] id est quæ facta est per Iesum Christum, per quem solum & non alium fieri poterat. [quem,] scilicet Christum, [proposuit] id est, pro omnibus qui non habebant vnde satisfacerent, posuit, & dedit [propiciatorem] misericordiæ, & satisfactorem reatus pœnæ, [per fidem,] id est dirigente fide, [in sanguine ipsius,] sci-
Esa. 53. licet pro nobis effuso, quia vt satisfaceret pro nobis, congruebat vt sanguinem suum effunderet & pœnam mortis subiret, quam homo per peccatum incurrerat, [ad ostentionem iustitiæ suæ,] id est, ad hoc quod Deus iustitiā, i. id est, misericordiam & gratiam suam promissam ostenderet necessariam, & hoc [propter remissionem pręcedentium delictorum.] In hoc enim quod pręcedentia delicta remisit, quæ lex remittere non poterat, neque homines ab eis propria virtute liberari, ostēdit quod necessaria erat hominibus iustitia & gratia sua, vt iustificarentur a deo per sanguinē, per quē remmitterentur præcedentia delicta, ac etiam præsentia, quæ ante Christi passionem [erant in sustentatione dei.] quia patienter eo sustinebat, nec pro eis damnabit credentes & pœnitentes, ac etiam ab eis reddebat totaliter absolutos, cum adhuc detinerentur in sinu [Abrahæ] non quidem sustinentes pœnam sensibilem, sed expectantes introire in gloriam per Christi passionem. Et hoc [ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore], scilicet gratiæ, id est, ut in hoc tempore gratiæ iustitiam & misericordiam promissam perfectæ ostenderet, plenam peccatorum remissionem tribuendo, & aditum gloriæ exhibendo, quod non faciebat patribus antiquis ante Christi passionem [vt sit,] id est, ut manifeste appareat, [ipse iustus] a seipso in promissis peccata remittendo [& iustificans eum qui ex fide est Iesu Christi.] id est, qui per fidem Iesu Christi credēdo Iesum Christum propitiatorem, & satisfactorem, accedit ad deum.

QVARTA PARS III. CAPITIS.

VBI est ergo gloriatio tua,] ô Iudæe qui in lege Moysi, ex qua non est iustitia gloriaris, vel o Gentilis, qui gloriaris in obseruatione legis naturæ, ex qua etiam non est iustitia qua iustificetur homo. [exclusa est,] id est, sublata & procul abie-
cta. Quia ex quo sine legē Moysi & naturæ est iustitia, & ex quo communiter es sub peccato, & ex quo ambo iustificamini per fidem Iesu Christi, non habetis occasionē gloriandi siue glorificandi & extollendi vos vnus super alium, sed [per quam legē?]
Infra. 8. est scilicet exclusa glorificandi occasio? [Factorum?] id est, an per legem veterem quæ facta & opera præcipiebat hominibus? [non,] quasi dicat, certū est quod non. Cum, vt dictū est, ex operibus non iustificetur omnis caro coram deo, [sed] exclusa est [per legem fidei,] id est, euangelicam siue gratię, quæ, vt dictum est, iustificat & facultatem operandi & o[illegible]andi legem tribuit dirigente fide [Arbitramur enim iustificari hominem.] [illegible] [illegible]dæum, siue Gentilem, [per fidem,] scilicet Iesu Christi, vel de Iesu Christo pro[illegible] sanguinem ipsius. Non quidem effec-
ctiue,

ctiue, quia hoc modo est Deus qui iustificat, neq; formaliter et de nominatiue, quia hoc pertinet ad ipsam gratiā, quia paulo ante dixit, iustificati gratis per gratiam ipsius. Sed directiue, fides enim est quæ primo nos dirigit ad Deum gratis nos iustificantem [Sine operibus legis,] scilicet Moysi, quæ data est Iudæis, & non Gentilibus [An Iudæorum Deus tantum,] vt scilicet solus Iudæos iustificet? [Nonne et Gentium,] scilicet est idem deus? [imo & Gentium,] quia non solum Iudæos, sed etiam Gentiles creauit eiusdem naturæ specificæ capaces iustificationis & gloriæ sicut Iudæos & ideo eis prouidet, eosq; gubernat & dirigit quemadmodum Iudæos. [Quoniam quidem vnus est deus,] id est, creator, gubernator, & prouisor [omnium, qui iustificat,] scilicet de quolibet genere hominum, & per eandem causam & sic iustificat [circuncisionem,] id est, Iudæos circuncisos, [ex fide,] scilicet Christi, quia fides est prima causa ex qua processit circuncisio & cętera sacramentalia, & sic Iudæos iustificat fides, sicut quædam causa prima per quasdam causas medias. [& præputium,] id est, Gentiles incircuncisos & præputium habentes etiam iustificat, [per fidem] scilicet eiusdem Christi quem proposuit pro piciatorem, Et sic Gentiles immediate per eandem fidem iustificantur absque anti quis cæremoniis [Legem ergo destruimus per fidem?] id est, an hoc quod diximus iustificari per fidem sine operibus legis, volumus destruere & eneruare legem Mosaicam, [Absit,] hoc scilicet a nobis. Quia non præteribit iota vnum, aut vnus apex a lege, donec omnia fiant. [Sed legē statuimus.] i. per fidē legē perficimus & statuimus. Non enim venit Christus soluere legem aut Prophetas, sed adimplere, quo ad iudicialia & cæremonialia, quæ statuuntur & implentur, per hoc quod veritas significata per ea in fide Christi exhibetur. ac etiam quo ad moralia, quia fides Christi declarat ea & auxilium confert ad implendum ea. Matt. 15. Mat. 5.

COMMENTVM TERTII CAPITIS.

Quid ergo amplius Iudæo est? aut quæ vtilitas circuncisionis?

IN exordio huic capitis Apost. obiiciendo his quæ dicta sunt in præcedenti capite, proponit duas dubitationis. quarum vnā duntaxat resoluit, alterā dissoluendā in sequēti capitulo relinquēs Dubitatio ergo prima est. Quia si verum esset quod dictum est precedenti capite, videlicet quod præputium legem implendo in circuncisionem reputabitur & iudicabit, &c. Sequitur quod deus Iudæis dando legem aut circuncisionem nil frugi aut vtilitatis, sed oneris dederit. Quamobrem videtur quod Iudaicus populus non fuerit deo peculiaris, & ipse deus dederit eis inutilia, quorum oppositum in sacris literis reperitur. Nam per Moysen dixit, Te elegit dominus, ut sis ei populus peculiaris. Et per Esaiam. Ego Dominus docens vtilia. Deut. 7. Esa. 48. Psal. 75. [Multum per omnem modum,] His paucis verbis generaliter soluit ambas dubitationes, dicens, quod amplius est Iudæo, & quod magna fuit vtilitas circuncisionis & quantum ad quantitatem, quæ significatur, cum dicit, Multum & quantum ad numerum, qui significatur, cum dicit per omnem modum. [Primū quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei.] Hic remissa circuncisionis vtilitate ad proximum caput, prosequitur solutionem primæ dubitationis siue obiectionis dicens, quod amplius fuit Iudæo, quo ad contemplationem & cognitionem diuinorum, quæ cognitio excedit omne commodum & vtilitatem temporalium, respondet primo, quia sunt eis credita eloquia, id est, locutiones, pollicitationes, & Prophetarum oracula, ex quibus venerunt in dei cognitionem & notitiam maiorem & clariorem. Vnde Dauid, Notus, scilicet specialiter in Iudæa deus, non solum vt primum principium

A naturæ prout Philosophi, verum etiam vt principium [illegible] retributor fœlicitatis. Et hoc est multum, imo & maximum bonum, quia [illegible] illam cognitionem sequitur, amor, vnio, & adhæsio, de qua Dauid [illegible] Mihi [illegible] herere deo bonū est, Præterea per eloquia dei instruimur & erudimur [illegible] credendis & agendis, quæ instructio est Psal. 72.

via & directio ad fœlicitatem, vnde idem propheta, Beatus homo quem tu erudieris
Psal. 147. Domine, & de lege tua docueris eum, Cũ ergo deus crediderit eis eloquia sua, quod
Ioan 15. non fecit cęteris nationibus, eo ipso declarauit eos esse amicos suos. Vnde Christus,
Psal. 118. Iam non dicam vos seruos, sed amicos, quia omnia quæ audiui a patre meo, nota fe
ci vobis. Eloquia domini sunt honesta, quia vt Dauid ait, sunt vera & iustificata in semetipsis, delectationem afferunt, iuxta illud, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. Sunt pariter vtilia, quia retrahunt nos a peccatis, secundum illud, In corde meo abscondi eloquia tua vt nõ peccem tibi. Hanc fidem & communicationem eloquio
Deut. 4. rum dei, magnum & admirandum bonum arbitratus est Moyses, dum ait. Interroga de diebus antiquis qui fuerunt ante ex die qua creauit Dominus hominem super faciem terræ, si facta est aliquando huiuscemodi res, vt audiret populus vocem Dñi loquentis de medio ignis, sicut tu audisti & vidisti. Non enim tanta celsitudine my sterii euulganda ex tempore erant per totum orbem, ne margaritæ a porcis conculcarentur, sed selectę familię erant committenda, quoadusque mundus adolesceret in virum idoneum & perfectum, cui promissus mitteretur. Quare non modo sanctis patribus, sed toti Iudæorum genti credita sunt eloquia & oracula. Habent amplius & Iudæi, ut infra. 9. dicit adoptionem filiorum dei, & gloriam, & testamentum, quorum non est modica excellentia. Habuerunt amplius protectionem & defensionem, adeo vt Aegyptus propter iniuriam percussus fuerit.

Quid enim, si quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? Absit, est autem Deus verax, omnis autem homo mendax.

HIC obiiciendo adiungit interrogationem, quam aduersus præmissa Gentiles obiicere poterant, dicentes, quod licet deus eis crediderit eloquia sua, suumq; promi serit filium: illi vero ingrati non credentes deo, euacuauerunt & irritam fecerunt fidem & promissionem Dei, fueruntq; sufficiens & legitima causa quare Deus promissionem suam nõ seruaret. Et idcirco non amplius est Iudæo, eo ꝙ ei credita & cõ municata fuerunt eloquia Dei, cum eis non crediderint neq; Prophetis, iuxta illud, B
Psal. 105. Non crediderunt verbis eius. Et Ezech. 2. Increduli & subuersores sunt tecum. Vn
Ioan. 8. de & Christus, Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Hanc obiectionem & interrogationem excludit dicens, quod non omnes fuerunt increduli, sed quidam illorum, & ideo credentes non debebant dispendium pati prout Iuristæ dicunt. Rẽ quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit, fuerunt enim semper aliqui patres qui crediderunt. Excludit præterea obiectionem deducendo ad inconueniens. Quia posito & non concesso, quod nulli illorum credidissent, incõueniens esset dicere quod perfidia siue incredulitas illorum firmitatem & stabilitatem promissionis dei euacuaret & irritam facere. Quia ex hoc sequeretur Deum non esse veracem, & per consequens Deum non esse Deum, quod lumine naturali constat esse falsissimum.
Psal. 115. Vnde dicit, [est autem Deus verax, omnis autem homo mendax] Hęc dictio, verax, non solum significat actum vel morem siue assuetudinem dicendi veritatem, verum etiam negationem potentiæ mentiendi, prout mendax importat non solum
ad Tit. 1. actum & assuetudinem mentiendi, verum etiam potentiam mentiendi. Et sic intelli
Heb. 6. gitur illud Omnis homo mendax, id est, omnis purus homo est mendax, id est, quia
Ioan. 6. ex se est mutabilis & mentiri potest, nõ tamen dicit quod semper omnis homo actu mentiatur, vel fuerit mentitus Quia D. Virgo, quæ omni peccato caruit, nunquam mentita fuit. Deus autem non solum non mentitur, sed nec mentiri potest, quia est veritas per essentiam, hæc est causa discriminis, quare homo mentiri potest, & non Deus, quia causa [illegible] atis vel mendacii cuiuspiam, est altera duarum, vel quia habet mentem falsam vel [illegible] anam, Primum accidit homini, eo quod veritatem a rebus sumit, & [illegible], taliter iudicat, in quo sępe decipitur

tur vel ex indispositione potentiæ sensitiuæ, aut medii, aut propter distantiã obiecti vel propter affectum. Volũtatem etiam potest homo habere deprauatam, vt studio sæ mentiatur. Cum enim homo non sit ipsa bonitas, nec veritatis regula, potest ab
C illa discedere & discordare. deus autem non accipit veritatem a rebus, sed causat eam vt dictum est primo capite. Tales enim sunt res quales iudicat deus eas fore, & ideo nequit inde falli. Et cum voluntas dei sit regula veritatis, non potest distortam a veritatem habere voluntatem, vt aliud nobis annunciet quam mente habeat. Præterea cum homo sit ex nihilo, ex sua natura vertibilis est in nihilum, ideo ex se veritatem non habet. Natura autem diuina quæ ex se æterna est, & nullo modo vertibilis aut mutabilis, habet ex se vt verax sit, & per consequens promissa adimpleat. Et hic est sensus Apostoli hoc loco, & cum dicit, fidelis Deus seipsum negare non potest. Et si a veritate declinaret, cum sit ipsissima veritas, seipsum negaret.

Si autem obiiciatur quod multa enunciare fecit deus, quæ non euenerunt, vtpote quod per Ionam prædici fecit Adhuc quadraginta dies & Niniuæ subuertetur. Et Iona.3.
per Esaiam, Dispone domui tuæ, quia morieris, & non viues. Dicendum quod 2.Reg.20.
duo sunt genera prophetiarum. Alterum comminationis, quo non prædicuntur ali qua quasi omnino & absolutè futura, sed secundum præsentia hominum merita aut demerita, si non mutentur, iuxta illud, Repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum, vt eradicem, & destruam, & perdam, & dissipem illud. Si pœ- Hier.18.
nitentiam egerit gens illa, &c. Agam & ego pœnitentiam super malo, &c. Et illud. Orabunt pro impietatibus suis, & recordabor fœderis mei, &c & illud, Si ductus pœnitudine cordis reuersus fueris ad deum, reducet te ac miserebitur tui. Et Ezech. Leui.26.
18. Si impius egerit pœnitentiam, &c. Alterum genus prophetiæ dicitur prædestina Deut.3.
tionis, qua proferuntur ea quæ simpliciter & absolute, hoc est infallibiliter sunt ventura. Et huiusmodi fuit promissio Saluatoris Christi, videlicet venturi, qui non promisit saluare nisi credentem, & ideo si incredulum non saluat, non euacuatur eius fides siue promissio, quia promissio facta de Christo saluatore, non fuit facta sub conditione aliqua pendente ex hominum fide, vel voluntate, aut ex operibus. Et ideo sicut Christus fuit gratis promissus, ita non venit ob aliquod debitum, sed vt suam deus liberaret fidem, promissionem implens, quod in hac Epistola ostendere nititur Apostolus contra gloriationem Iudæorum, qui arbitrabantur se promeruisse aduentum Christi ex operibus legis. [Sicut scriptum est, Vt iu- Psal.50.
stificeris in sermonibus tuis, & vincas iudicaris.] Hic probat quod incredulitas aliquorum fidem Dei non euacuauit, testimonio Psalmistæ in quo sic legitur, Vt vincas cum iudicaris. Ad quod dictum intelligendum, & qualiter proposito deseruiat, notandum est, quod Dauid in eodem psalmo in angustia & mœrore animi veniam
D humillime precabatur, dicens, Miserere mei, &c nulla merita ante oculos dei proponens, sed solum fidem sine fidelitatem ipsius, veniam promittentis his qui crimina sua confiterentur. Vnde adiunxit, Tibi soli peccaui, &c. Et cum peccatum non esset nisi contra legem tuam subiunxit, Vt iustificeris in sermonibus tuis, &c. Iustificari in sermonibus, nihil aliud est, quam iustum fieri & apparere in dictis siue promissis, quod fit cum quis ea quæ promisit, implet. Promiserat enim deus per Nathan prophetam quod stabiliret regnum eius in æternum in semine suo. Postea vero cum in 1. Reg 7.
graue peccatum incidisset adulterii & homicidii, dicebatur a quibusdam quod propter huiuscemodi peccata Deus non esset ei promissionem seruaturus, nec missurus filium suum vt nasceretur de tam spurcissimo peccatore. Mens ergo Dauidis erat dicere duo Primo quod propter peccatum eius non mutabatur iustitia dei, ad quam pertinet vt suos sermones impleat. & quantum ad hoc dicit, [Vt iustificeris in sermonibus tuis,] id est, ex hac venia & misericordia quam precor, appareat veritas sermonis tui de stabilitate regni, & de Christo ex me nascituro, & sic appareas iu Prou.8.
stus in sermonibus, id est, in promissis tuis, vt propter peccata mea ea implere non desinas Vnde in Prouerbiis. Sapientia clamitat Iusti sunt omnes sermones mei, nõ est enim in eis prauum quid, neque [illegible] sunt intelligentibus, & æqui inue

nientibus scientiam & Psal Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, id est, in pollici tationibus suis. Secundo intendebat dicere quod diuina promissio non imitatur hu
Infra 12. manum iudicium, cum dicit, [Vt vincas cum iudicaris.] id est, vt vincas implendo promissionē tuam, cum iudicaris ab hominibus, quod eam propter peccata mea non sis impleturus Vnde Apostolus, Noli vinci a malo, sed vince in bono malum, quod
Psal. 131. multo magis competit deo. Promissio autem quam deus fecerat Dauid, dicens.
4 Reg 7. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam, & ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, pertinebat ad prophetiam prædestinationis quæ est immutabilis, vt dictum est. Et quamuis dicatur. Si custodierint filii tui in testamentum meum, &c. **E** Tamē concluditur, Misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Ponuntur au tem plures sensus huius authoritatis, sed hic magis quadrat proposito Apostoli, qui ex hoc sic arguere v detur, Si peccatum Dauid non euacuauit fidem siue promissio. nem dei, sic nec incredulitas aliquorum euacuauit fidem siue promissionem dei factam credentibus.

Si autem iniquitas nostra iustitiam dei cōmendat, quid dicemus? Nunquid iniquus est deus qui infert iram? secundum hominem dico, Absit, alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum?

HIC excludit falsum intellectum prædictæ authoritatis inductæ, vt iustificeris, &c. Quia posset aliquis intelligere prędicta verba, quæ coniungnntur cum illis, Tibi soli peccaui. Accipiendo aduerbium, vt, causaliter. & sic sequeretur quod peccatum hominis directè ordinaretur ad commendandam iustitiam dei quasi dicat. Dauid tibi soli peccaui, vt, id est, ob eam causam, vt tu iustificeris, &c. Ideo Apostolus hoc ostendit esse falsum. Ad cuius euidētiam notandū est quod Apostolus duas cōparationes prius fecerat. Vnam quidem veritatis diuinæ ad humanum iudicium, cum dixerat. Est autem deus verax omnis homo mendax. Aliam iustitiæ dei ad peccatum humanum, secundum verba quibus dicit, Tibi soli peccaui, vt iustificeris in sermonibus tuis. Et quantum ad secundam comparationem dicit. Si hæc verba essent intelligenda causaliter, vt iniquitas nostra, directè ordinarentur ad commendandam iu-
Eccle. 15. stitiam dei, [Quid dicemus,] id est, quomodo poterimus sustinere inconuenienria quæ sequuntur. Non enim peccatum est necessarium ad commendandam iustitiam dei Vnde nō concupiscit multitudinem infidelium filiorum & inutilium. Exprimit autem inconueniens quod sequitur, dicens. [Nunquid iniquus est deus qui infert iram?] id est, vindictam & pœnam pro peccato, quasi dicat, hoc videtur sequi, Si dicamus quod iniquitas nostra commendat, id est, directè ordinarur ad commendandā iustitiam dei. Quia si peccatum ad hoc directè & per se ordinetur, non est dignum **F**
Deu. 32. pœna, sed præmio. Et sic deus puniens hominem pro peccato, esset iniquus, id est, iniustus, contra illud, deus autem fidelis absque vlla iniquitate. Excludit consequenter hoc inconueniens, dicens. [Absit.] scilicet quod dicamus deum iniquum, dum infert pœnam pro peccato. Deinde impietatem seu absurditatem verbi correctione mitigat, subiungens, [secundum hominem dico.] ac si dixisset, sic de deo more humano absque reuerentia loqui fas non est. Vel potest exponit, id est secundum hominū illorum argutiam loquor, qui sic irreuerenter deum nominant, non enim ex meo, sensu, sed ex hominis errantis iudicio protuli, deinde per aliud inconueniens improbat dictū illud, dicens. [Alioquin,] scilicet si Deus est iniquus siue iniustus [Quomodo iudicabit hunc mundū?] id est, quomodo conueniet ei quod sit vniuersalis & supremus iudex totius mundi? Oportet enim, quod est primū & supremum in quo libet genere, esse infallibile, sicut primum mouens immobile. Simile argumētum po
Iob 34. nit Iob dicens. Verè deus non condemnat frustra, nec omnipotens subuertit iudiciū Quem constituit alium super terram? &c. quasi dicat, Si deus non iuste iudicaret, oporteret dicere alium esse iudicem mundi.

Si enim

Si enim ueritas Dei in meo mendacio abundauit, in gloriam ipsius quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor? & non sicut blasphemamur, et sicut quidam aiunt nos dicere, faciamus mala, ut ueniant bona, quorum damnatio iusta est.

F HIC Apostolus excludit falsum intellectum primę comparationis adductæ, sci licet ueritatis Dei ad iudicium humanum deducendo ad aliud inconueniens, dicens. [Si enim. &c.] quasi dicat, Si propter meum mendacium ueritas Dei manifestatur & relucet, siue abundauit in gloriam ipsius, ita quod mendacium directe pertineat & ordinatur ad augmentum gloriæ Dei, contra illud, Nunquid Deus indiget vestro mendacio? Sequuntur duo inconuenientia. Vnum quod homo non deberet reputari, peccator propter mendacium, ex quo in gloriam Dei cedit & ordinatur, & hoc est quod dicit [Quid adhuc, &c.] id est, cur etiam nunc ego ab hominibus peccator iudicor propter mendacium, quod dicunt me dixisse, licet non dixerim, sed arbitrantur me dixisse, eo quod dixi, lex subintrauit vt abundaret delictum Et vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Aliud inconueniens est quod habebat verbum falsum, quod ei & aliis Apo. superabundantiæ gratiam prædicantibus a pseudo Apostolis blasphemando imponebatur, scilicet eos dicere, faciamus mala peccando, & mendacium dicendo, vt veniant bona, vt veritas & iustitia dei commendetur. Vnde alibi dicit Blasphemamur & obsecramus, & sicut quidam aiunt nos dicere verba nostra deprauando, de quibus D. Petrus indocti & instabiles deprauant, &c Hoc autem excludit, dicens. Quorum damnatio iusta est, scilicet eorum qui faciunt mala, vt veniant bona, & eorum qui blasphemando a unt nos id dicere. Sicut enim non est verum ex falsis syllogisandum, ita nec perueniēdum est ad bonum finem per media mala Vnde Hier ex persona impiorum. Bene est omnibus qui præuaricantur & inique agunt. Iuste enim damnantur peruersores sacræ scripturę, iuxta illud, Si quis apposuerit ad hoc. apponet deus plagas scriptas in libro isto &c. An autem minora mala consulenda sint, vt euitentur maiora, dictum est supra. 1. cap super verbo, non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.

Iob. 13.
Infra. 5.
1. Cor. 4.
1. Pet. ult.
Hier. 12.
Apoc. ult.

SECVNDA PARS TERTII CAPITIS.

Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquam.

A IN hac secunda huius tertii capitis parte, Apostolus excludit inanem Iudæorum gloriam, qui propter prædictas prærogatiuas se Gentilibus praferebant. Potuissēt enim Iudæi audita prærogatiua eorum, quia erāt eis credita eloquia dei, inaniter gloriari & concludere ex dictis Apostoli, ergo præcellimus eos & præstantiores sumus illis? Sed respondet negatiuè, dicens. Nequaquam Si obiiciatur quod Apost hic videtur aduersari ei quod supra dixerat. Multum per omnem modum, aliqui dicūt quod id quod prædixerat, intelligebat secundum statum quem habebant Iudæi tempore legis, nunc autem loquitur secundum statum gratię, secundum quem Colossensibus, scribens, dicit, in Christo Iesu non est Gentilis circuncisio & præputium quia scilicet illa non faciunt differentiam secundum statum Christi, veruntamen hoc omnino non conuenit intentioni Apo. quia infra ostendit, quod etiam quando Iudæi sub lege erant, subiacebant peccatis, quemadmodum & Gentiles, imò amplius, iuxta illud, Ista est Hierusalem, in medio Gentium posui eam, & in circuitu eius terras & contempsit iudicia mea vt esset magis impia quam Gentes. Dicendū quod superius ostendit prærogatiuam diuinorum beneficiorum, nec tamē dixit quod Iudæus esset excellentior, sed quod eis est amplius donatum, sine [illegible] amplius recepissent. Hic autem excludit excellentiam personarum, eo quod [illegible] qui Dei beneficia receperunt non fuerunt bene vsi.

Col. 3.
Ezec. 5.

Causati enim sumus Iudaeos & Graecos, omnes sub peccato esse.

HIC affirmat suam negationem dicens se prius probasse Iudaeos & Gentiles sub peccato fuisse. Ideo dicit [Causati.] id est, causas & rationes adduximus, quare Iudaei non praecellerent Graecos siue Gentiles sed illos fuisse aequaliter obnoxios pec
Esa. 1. catis. Quo ad Gentiles in. 1. c. ibi (Qui cum cognouissent deū, &c) Quo ad Iudaeos vero in. 2. c cū dixit. Qui aliū doces, teipsum non doces, &c. Nec Gentiles sua philosophia, nec Iudaeos legis cognitio in aliquo excusabat, sed potius reddebat abominabiliores. Omnes enim sub peccato esse ostendit, adeo vt in ambobus verificaretur illud Esa. A planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas.

Sicut scriptum est, quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum non est usque ad unum.

HIC probat dicta sua authoritate scripturae ad elucidandā vtriusq; legis consonantiā. Aliqui dicunt oīa cōtineri in Psal. 13. Veruntamen Apost. hoc non dixit, sed simpliciter ait, Scriptum est tum in psal. tum in Esa. tum alibi. Nam hoc quod dicit, Non est iustus quisquā, non est expressum in praedicto psal. nisi eliciatur ex eo quod
Psal. 3. subditur, Non est qui faciat bonum Cum autem illud in propria forma citet, verisimilius est quod sit desumptū ex illo Eccle. 7. Non est homo iustus in terra qui faciat bonum, & non peccet. Et primo ponit peccata omissionis, remouendo principia bonorum operum, & deinde remouendo ipsa bona opera. Principia autem bonorum operū sunt tria, quorū vnum pertinet ad ipsam operis rectitudinem, & hoc est iustitia quam excludit, dicens [Non est iustus quisquam.] Vnde Mich 7. Periit sanctus
Exod. 34. de terra, & rectus in hominibus non est Quod tripliciter potest intelligi. Vno modo vt intelligatur q nullus sit iustus in se ex seipso, quia ex se quilibet est peccator, a solo aūt deo habet iustitiam, ſm illud, Dominator Domine Deus misericors, qui aufers iniquitatem atque peccata, nullus apud te per se innocens est. Alio modo quod
Prou. 20. nullus quantum ad omnia est iustus, secundum illud, Quis potest dicere mundum est cor meum. Tertio potest intelligi vt referatur ad populum malorum, inter quos nullus est iustus, est enim phrasis scripturae, vt quandoque loquatur de toto populo,
Hie. 36. ratione malorū, & quādoque ratione bonorum, vt perspici facile pōt in Hie. Duo tñ primi sensus magis congruunt intentioni Apostoli, qui in secundo sensu non intēdit comprehendere D. Virginem, quae ab omni peccato fuit praeseruata. Vnde Salomon Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Secundum autem principium boni operis est discretio rationis. & hoc excludit subdens, Non est intelligens Vnde Psal. Nescierunt neque intellexerunt, & alibi, Noluit intelligere vt bene ageret. Tertium principium est rectitudo intentionis, quam excludit, dicens [Non est requirēs
Psal. 13. deū.] suam scilicet intentionem ad ipsum dirigendo vnde Osee. 10. Tempus inquirendi Dominum, qui cum venerit docebit vos iustitiā. Deinde excludit a Iudaeis bona opera. Primo quantū ad omissionem, diuinae legis, cū dicit. [Oēs declinauerunt] scilicet a regula diuinae legis, omittendo. Secundo quantum ad omissionem finis, cū dicit. [Simul inutiles facti sunt] Hoc enim inutile dicimus q nō consequitur finem suum, & ideo cū homines a deo declinant, redduntur inutiles. vnde Sap. 4. impiorū multitudo nō est vtilis. Tertio quantū ad omissionē ipsorū. vnde dicit [Non est qui
1. Ioan. 1. faciat bonū,] scilicet sine peccato. Vnde D. Ioan. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Et Hier 4. Sapientes sunt, vt faciant mala bona autem [illegible] nescierunt. Subdit autem, [vsque ad vnum,] quod potest exponi exclusiuē, quasi [illegible]t, praeter vnum qui, scilicet solus, fecit bonū, redimendo genus humanum. Vnde [illegible] Virum de mille reperi vnum, mulierem non in
Eccl. 7. ueni. Vel potest intelligi inclusiu[illegible] etiā vnus purus homo, qui faciat bonum

bonum scilicet perfectum, iuxta illud, Quærite in plateis eius, adinueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenum est:

HIC incipit exprimere peccata commissionis, sed primo circa peccata oris ponit promptitudinem & turpitudinem, cum dicit: [Sepulchrum patens, & cęt.] Tale enim sepulchrum patens duo habet. Primo est paratum ad recipiendum mortuum, & secundum hoc guttur hominis dicitur sepulchrum patens, quando est paratum ad dicendum mortifera, per quem modum dicit Hiere. Phareta eius quasi sepulchrum patens, Secundum sepulchrum patens exhalat factorem. vnde Christus dicit hypocritas esse similes sepulchris dealbatis, quæ a foris apparent hominibus speciosa intus vero sunt plena ossibus mortuorum & omnis spurcitia. Et secundum hoc guttur hominis dicitur sepulchrum patens, quando ex ore procedit turpiloquii fœtor. Deinde ponit fraudem, dicens [Linguis suis dolose agebant.] aliud habendo in corde, aliud in ore. iuxta illud, Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est. Tertio ponit peccatum oris, cum dicit, Venenum aspidum sub labiis eorum, quia scilicet talia verba euomunt, quæ insanabiliter proximos occidunt, uel spiritualiter vel corporaliter, vnde dicitur, Fel draconum vinum eorum, & venenum insanabile. Quarto designat abundantia omnium peccatorum, cum dicit. [Quorum os maledictione & amaritudine plenum est,] quia scilicet maledicunt aliis detrahendo, contra illud, Benedicite, & nolite maledicere. Et amaritudine in quantum non B verentur in faciem proximi dicere conuitia verba, iniuriosa atque contumeliosa, quibus ad amaritudinem prouocatur, contra illud, Omnis amaritudo tollatur a vobis.

Hier. 5.

Mat. 23.

Hiere. 9.

Deut. 32.

infra. 12.

Ephe. 4.

Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt, non est timor Dei ante oculos eorum.

HIC exprimit peccata operis circa quæ tria tangit. Primo promptitudinem ad male agendum, cum dicit, [Veloces,] id est prompti, [pedes meos,] id est affectus ipsorum, [ad effundendum sanguinem,] id est, ad faciendum quæcunque grauia peccata, inter quæ grauius quod committitur in proximum, est homicidium, quod designat hic per sanguinis effusionem, de quo Salomon, Pedes eorum in malum currunt & festinant, ut effundant sanguinem. Secundo tangit multitudinem nocumentorum, quæ aliis inferuntur, cum dicit, [In viis eorum,] id est, in operibus eorum est contritio, quia alios comprimũt & consternũt opprimendo eos, iuxta illud, Ad conterendum erit cor eius, & infelicitas in quantum scilicet priuant homines bonis suis ad miseriam eos deducendo, secundum illud, Nudos dimittunt homines vestimenta tollentes. Possunt tamen intelligi duo hic posita ad designandum pœnam potius quam culpam. vt si sensus. In viis eorum est contritio & infelicitas, id est, operationes eorum quæ per vias designantur, ducunt ad contritionem & infelicitatem, ita quod contritio referatur ad oppressionem pœnæ, qua pro peccatis punientur, iuxta illud. Comminuentur sicut conteritur lagena figuli. Infelicitas autem referenda est ad pœnam damni, quia felicitate ęterna priuabuntur, secundum illud, Infelices autem sunt & inter mortuos spes eorum. Tertio tangit obstinationem culpæ eorum ad malum, a qua quis dupliciter reuocatur. Primo per hoc quod vult cum hominibus pacem habere, sed contra hoc dicitur hic, Et viam pacis non cognouerunt, unde Psal. Cum his qui oderunt pacem, &c. Secundo intuitu diuini timoris. Sed isti nec Deum tim[...] nec homines reuerentur. Ideo non est timor dei ante oculus eorum, id est, a[...] ipsorum cõsiderationem Ideo Sapiens, Timor domini expellit peccatum. N[...] qui sine timore est, non poterit iustificari. Potest autem hoc [...] Iudæos Christo non credentes,

Prou. 1.

Iob. 24.

Esa. 30.

Sap. 13.

Psal. 119.

Luc. 18.

Eccle. 1.

F

Ephe. 2. quod non cognouerunt viam pacis, idest Christum, de quo dicitur, Ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum.

Scimus autem quoniam quæcunque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur.

HIC excludit exceptionem quam potuissent Iudæi obiicere, Poterant enim peruertere sensum authoritatis inductæ, dicendo quod prædicta authoritas intelligebatur de Gentilibus, & non de Iudæis. Ideo hoc excludit, dicens, Scimus quoniā quæcūque lex loquitur, his qui in lege sunt, id est, his qui subiecti legi loquitur. Sed Gentiles non erant subiecti legi Moysi, sed solum Iudæi. iuxta illud, Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum & hæreditatem domui Iacob, igitur non poterant huiusmodi exceptionem proponere. Verum si obiiciatur authoritatem illam non esse ex lege Moysi, qui solum scripsit Pentateuchum. Dicendum quod nomen legis quandoque sumitur pro toto veteri testamento, & non pro quinque libris Moysi tantum, iuxta illud, Vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis, quod non est scriptum in Pentateucho, qui proprie dicitur lex, sed in veteri testamento, videlicet in psal. 24. Et hoc modo accipitur hic lex Quandoque autem totum vetus testamentum diuiditur in tria, scilicet in legem, psalmos, & Prophetas, secūdum illud, Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Psalmis. & Prophetis de me. Aliquando autem totū vetus testamentum diuiditur in duo, scilicet legem & Prophetas, iuxta illud, In his duobus mandatis omnis lex pendet & Prophetæ. Et secundum hunc modum Psalterium sub. Prophetis continetur. Si iterum obiiciatur quod in lege, hoc est veteri testamento, continentur multa pertinentia ad Gentes, prout patet in pluribus locis, Esa. & Hiere. vbi dicuntur multa contra Babylones & alias nationes. ergo non quæcunque lex loquitur his qui in legē sunt, loquitur. Dicendum quod quandocunque lex indeterminate loquitur, ad eos pertinere dicitur, quibus lex data tur. Quando vero lex vel scriptura de aliis loquitur speciali titulo, prout cum dicitur Onus Balbylonis & onus Tyri, &c. de illis intelligitur. Verūtamē ea quę in veteri testamento contra alias gentes scribuntur, aliquo modo ad Iudæos pertinebāt, in quantum eorum infortunia ad eorum consolationem vel terrorem prænuntiabātur, prout etiam prædicator ea debet dicere quę pertinēt ad eos, quibus prædicatio fit, qui sunt præsentes, & aliquando ea quæ pertinent ad absentes. Nec non punitiones factas exteris propter peccata eorum, vt ipsi caueant [Vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo.] Hic assignat intentionem prædictæ authoritatis ad quid scilicet scripta, & ad quid adducta fuit. Quia scriptura propter duo tam Gentiles quam Iudæos arguit de iniustitia. Primo quidem ad reprimendum eorum iactantiam, qui se iustos arbitrabantur, vt ille, de quo Diuus Lucas. 18 Qui arbitrabatur se iustum, & aspernabatur cæteros, dicens. Non sum sicut cæteri hominum, ieiuno bis in sabbato &c. Et quantum ad hoc quod dicit, [ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo] Hic assignat intentionem prædictæ authoritatis ad quid scilicet scripta, & ad quid adducta fuit. Quia scriptura propter duo tam Gentiles quam Iudæos arguit de iniustitia. Primo quidem ad reprimendum eorum iactantiam, qui se iustos arbitrabantur, ut ille, de quo Diuus Lucas. 18. Qui arbitrabatur se iustum, & aspernabatur cæteros, dicens. Non sum sicut cęteri hominum, ieiuno bis in sabbato, &c. Et quantum ad hoc quod dicit, [vt omne os obstruatur,] scilicet eorum qui sibi præsumptuose iustitiam adscribunt, vnde Psal 62. Obstructum est os loquentium iniqua. Et Anna mater Samuelis, Noli te multiplicare loqui sublimia gloriantes, Secundo vt suam culpam recognoscētes, se deo subiiciant: ideo dicit. Et subditus fiat omnis mundus deo, id est, non solum Gentiles, sed etiam Iudæi. Vnde Psal. Nonne deo subiecta erit anima mea? [Quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo?] Hic assignat rationem

Margin notes: Ephe. 2. — Eccle. 24. — Ioan 15. — Psal. 24 — Luc. 24. — Mat. 22. — 1. Reg. 2. — Psal. 61.

tionem prædictæ authoritatis quasi dicat, ideo non est iustus quisquam, &c. Quoniam omnis caro, id est, omnis homo non iustificabitur coram illo, id est, secundum eius iudicium ex operibus legis. Quia si ex lege esset iustitia (vt Apostolus ait) Christus gratis mortuus fuisset Et alibi. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Notandum tamen quod duplex est opus legis, quoddam est proprium opus legis Mosaicæ, prout obseruatio cæremonialium præceptorum. Quoddam vero est opus legis præceptorum moralium quę pertinent ad legem naturæ. Dictum Apost. non solum intelligitur de operibus præceptorum cæremonialium, quæ erant legis Mosaicę peculiariter, sed etiam de operibus legis naturæ quæ continebantur in lege Mosi, & dicuntur moralia. Quia, vt infra 11. dicetur, Si ex operibus, iam non est gratia, alioquin gratia non est gratia Et nota quod Apost hic loquitur de prima iustificatione, non de secunda, siue de augmento gratiæ, quia talis fit per opera legis. vnde supra. 2. capite dicit factores legis iustificabuntur. vbi hanc materiam diffuse tractauimus Si dicatur quod operi

Gal. 2.
ad Tim. 3.

B bus legis naturæ promissa est vita ęterna, iuxta illud, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, &c Dicendum quod verum est supposita gratia, quia si illa mandata seruentur secundum substantiam operis tantum, quod fieri potest, non iustificant apud Deum, sed duntaxat quantum ad homines, vt dicit infra 4. cap. [Per legem enim cognitio peccati.] Hic probat quod opera legis non iustificant. Quia lex data fuit vt homo cognoscat quid agere aut quid vitare debeat, cum sit regula directiua actuum humanorum, iuxta illud, Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ. Sed ex hoc quod homo cognoscit peccatum, quod vitare debet tanquam prohibitum, non tamen sequitur quod statim vitet illud, quod tamen pertinet ad rationem iustitiæ dei, sine qua concupiscentia subuertit iudicium rationis in particulari agibili, & ideo lex non sufficit ad iustificandum, sed necessarium est aliud remedium per quod cōcupiscentia reprimatur, quod lex nec opera præstare possunt, sed solum gratia quam Apostolus vocat iustitiam dei.

Prou. 6.

TERTIA PARS III. CAPITIS.

Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata a lege & Prophetis.

IN hac tertia huius capitis parte, Apost ostendit iudæos & Gētiles æquales fuisse, quantum ad statum gratiæ subsequentis, declarando primo quemadmodum se habeat ve a iustitia ad legem, duabus comparationibus. Prior est quia iustitia dei non est ex lege causata vnde dicit. [Nunc autem sine lege,] id est, absque vi & ope legis, siue lege nullo modo cooperante, iustitia dei manifestata est, & non est de nouo facta, sed it de nouo manifestata, erat enim iustitia dei in patribus et in aliquibus Gentilibus vt in Iob, sed erat tanquam occulta, tum quo ad rem creditam, scilicet Christum, tum quo ad promulgationem. ideo in his verbis explicatiue exprimit quod prædixerat, scilicet quod per opera legis non poterat iustificari omnis caro coram deo, sed solum gratia quæ iustitia dei dicitur, nunc tempore gratiæ manifestata per doctrinam Christi & eius miracula, ac etiam per facti euidētiam. Quoniam euidens est multos esse diuinitus iustificatos, & hoc sine lege scilicet causante iustitiam;

C iuxta Esa. vaticinium Prope est salus mea, vt veniat, & iustitia mea, vt reueletur absque opere legis. vnde Apostol. Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini, a gratia excidistis Et ne quis credat hanc iustitiam esse legi contrariam, alteram ponit comparationem iustitię ad legem, cum dicit, [testificata a lege & Prophetis.] Lex quidem testificata est Christi iustitiam prænunciando & præfigurando, vnde Christus dicebat, Ioan. 5. Si crederetis Mosi, crederetis forsitan & mihi: Ille enim scripsit de me, et etiam per effectum. Quia cum ipse Moyses iustificare non posset, testimonium perhibebat aliunde quærendam esse hanc iustitiam. Prophetæ autem testificati

Esa. 56.
Gal. 5.

Act. 10: cati sum eam praenuntiando, iuxta illud, Huic omnes Prophetae testimonium per hibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius.

Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum.

HIC assignat causam iustitiae Dei quae est fides Iesu Christi, id est, quam ipse
Heb. 12. Christus tradidit, iuxta illud, Aspicientes in authorem fidei. vel etiam quae de ipso habetur. Dixerat Apostolus, Ex fide in fidem, sed non explicauerat materiam fidei, neq; modum quo iustitia Dei nobis iungeretur Nunc vtrunque explicat dicendo: [Iustitia autem Dei per fidem.] Ecce modus. Cum dicit Iesu Christi, ecce materia, vnde infra 10. Quod si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris quod Deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Dicitur autem iustitia Dei esse per fidem Iesu Christi, nō quod fides sit causa effectiua aut meritoria iustitię dei, quasi p fidē mereamur primam gratiā siue primam iustificationem, quemadmodum Pelagiani dixerunt: Sed quia in ipsa iustificatione, qua actu effectiuè iustificamur a Deo, primus motus mentis in Deum. est motus fidei, qui licet sit simul tempore cum motu poenitentiae, spei, & charitatis, tamen ordine naturae praecedit: vnde & ipsa fides dicitur primus effectus iustitiae siue gratiae Dei, eo quod fides dirigat spem, charitatem, & omnes alias virtutes quae fluunt ab ipsa gratia. Er in his F
Eph. 2. qui semel habuerunt gratiam, & lapsi sunt in peccatis praeter infidelitatem, fides in
Gal. 5. formis (quae donum Dei est) est particulariter causa dispositiua & prima, licet nō sit
Eph. 3. effectiua Fides autem, quae est primus effectus iustitiae, non est informis, quia habet secum charitatem operantem. Haec etiam est fides, de qua & dicitur quod per eam in nobis habitat Christus, qui non habitat absq; charitate secundū illud, Deus charitas est, & qui manet in charitate, manet in eo. Haec est etiam de qua dicitur fide
1. Ioan. 4. purificans corda hominum, quae purificatio non fit absque charitate, secundum illud. Vniuersa delicta operit charitas & illud, Charitas operit multitudinem peccatorū.
Deut. 10. Et ne quis diceret per hanc fidem solos Iudaeos iustificari, ostendit communitatem
1. Pet. 4. huius iustitiae, cum subdit, [In omnes,] scilicet iustitia hęc est in corde, non in car
Heb. 9. nalibus obseruantiis, de quibus dicitur quod carnales obseruantiae erat ad iustificationem carnis vsque ad tempus correctionis impositae [Et super omnes.] quia videlicet facultatem humanam excludit, nemo enim ex operibus humanis hanc primā promereri potest. Addit autem [qui credunt in eum,] id est, non solum qui credūt ei. i qui assentiunt firmiter reuelatis a Deo, sed qui credunt in eum, id est, qui tota voluntatis affectu tendunt in eum & adhaerent ei, quod fit per charitatem.

Non enim est distinctio, Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei.

HIC manifestat & probat quod dixerat, quantum ad communitatem gratiae & aequalitatem Iudęorum & Gentilium. Dixerat enim quod iustitia Dei est in om
Col. 3. nes, &c. Quia quo ad hoc non est distinctio inter Iudaeum & gentilem vnde alibi dicit, In Christo Iesu non est Gentilis & Iudaeus, scilicet distinctionem aliquam habes, quasi Iudaeus non egeat iustificari a Deo, sicut Gentilis. Omnes enim peccauerunt, ut supra ostensum est Et Esa. dicit, Omnes nos quasi oues errauimus, &
Esa. 53. per hoc omnes egent gloria Dei, id est iustificatione siue remissione peccatorum, quę cadit in gloriam Dei. Nec homo debet sibi hanc gloriam ascribere, secundum
Psal. 113. illud, non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam, & illud, Date gloriam deo. Si igitur [illegible] quod omnes peccauerunt, & ex se iustificari non possunt, restat vt per aliam causam [illegible]ficentur. A

Iustificati

Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quae est in Christo Iesu, quem propofuit Deus propitiatorum, per fidem in sanguine ipsius.

HIC declarat causam iustitiæ esse dei gratuitam voluntatem, & non opera legis præcedentia Vnde Esa.52.Gratis venundati estis, & sine argento redimemini Et hoc per gratiam ipsius,scilicet Dei,iuxta illud,Gratia Dei sum id quod sum.
E Ostendit dein le quæ sit causa meritoria iustificationis,scilicet redemptio & satisfactio Christi Qui enim facit peccatum, seruus est peccati. ex qua quidem seruitute redimitur,si pro peccato satisfaciat, quemadmodum si quis per culpam commissam obnoxius fuit regi ad soluendum pecuniam,ille eum redimere diceretur a noxa,qui pro eo soluere pecuniam. Hæc autem noxa pertinebat ad totum genus humanum, quod per primi parentis peccatum infectum fuerat, pro quo nullus alius satisfacere poterat, nisi solus Christus,qui a peccato immunis erat, & infinitæ virtutis ac satisfactionis, propter vnionem, capax ideo subdit.[quæ est in Christo Iesu,] id est, factam per Christum Iesum, cuius meritum manet in eo. q. d in nullo alio poterat nobis esse redemptio,iuxta illud,Scientes quod non corruptibilibus auro & argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine scilicet Christi,quasi agni immaculati & incontaminati. Ostendit insuper vnde ista redemptio habuit efficaciam,cum dicit, [quē propofuit Deus propitiatorem,] id est, placatorem & satisfactorem. Ex hoc enim Christi satisfactio efficaciam ad redimendum & iustificandum habuit, & deus per eam placatus est quia ad hoc eum ordinauerat secundum propositum voluntatis suæ. secundum illud,Qui operatur omnia secūdum consilium voluntatis suæ. Vel propofuit. id est pro omnibus posuit. Quia humanum genus quod non habebat, vnde satisfacere posset,ideo Deus dedit illi redemptorem qui satisfacere posset. vnde Psal. Redemptionem misit Dominus populo suo. Et sic dum satisfaciendo redemit nos a noxa peccati, Deum peccatis nostris propitium fecit & ideo nominat eum propitiatorē, & D. Ioan propiciationē. in cuius figura mandatum fuit,ut fieret propitiatoriū(.i. Christus) quod ponebatur super arcam, id est Ecclesiam. Ostendit postmodum per quid effectus redemptionis ad nos peruenit, cum dicit. [per fidem in sanguine ipsius,] pro nobis effuso. vt enim pro nobis satisfaceret, congruebat ut pœnā mortis pro nobis subiret,quam homo per peccatum incurrerat, iuxta illud, Quacunque die comederis,morte morieris Vnde D. Petrus. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Hęc autem mors Christi applicatur nobis per fidem, qua credimus eum per suam mortem mundum redemisse. Vnde Apostolus: in fide viuo filii dei,qui me dilexit,&c. Nam & apud homines satisfactio vnius alteri non prodesset, nisi is cui facienda est,ratam haberet. Et sic patet quomodo sit iustitia Dei per fidē
F Iesu Christi, & quo modo iustificatio est formaliter per gratiam, a qua procedit fides, per quam nobis meritum passionis & sanguinis Christi applicatur.

1.Pet.1. Eph. 1. Psal. 110. 1.Ioan.2. Exo. 25. Gen. 2. 1. Pet. 3.

Ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentationem dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore, ut sit ipse iustus, & iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi.

HIC declarat manifestationem iustitiæ Dei quantum ad modum, & quantum ad tempus. Dixerat enim iustitia dei in eo, scilicet euangelio reuelatur,cui consonāt quæ in hoc capite scribit Nūc autē sine lege iustitia dei manifestata est,quasi dicat, Quia redemptio facta est per Christū Iesum, &c. siue per eum factum est ut iustificaremur per redemptionem Christi ad hoc, quod deus iustitiam suam ostenderet, & hoc propter remissionem præcedentium delictorum. In hoc enim quod Deus remittit præcedentia delicta, quæ lex remittere non poterat, nec homines ab eis propria virtute purgari, ostenditur quod necessaria erat hominibus iustitia Dei, qua iustificarentur ab ipso, quod solum fieri poterat [illegible] sanguinem Christi, cuius virtus (quæ non solum erat circa peccata præsentia [illegible] sed etiam præterita & futura) operatur per fidem, quam habuerunt illi qui præ[illegible]erunt Christi passionem, prout et nos habemus, iuxta illud, Habentes [illegible] spiritum fidei, credimus. Et sic decla

Sup. 1. 2. Cor. 2.

rauit

Mich. ult. rauit modum quo iustificamur, quia scilicet per fide applicatur meritũ sanguinis, id est, passionis Christi, quæ est causa meritoria nostræ iustificationis. Potest etiã exponi, vt dicatur propter remissionem delictorum, quæ fuerunt hominum præcedentium Christi passionem, secundum illud, Deponet omnes iniquitates nostras proiiciet omnia peccata nostra, &c. Ostendit insuper Apostolus tempus manifestationis, cum subdit. [In sustentatione Dei &c] quasi dicat p ræcedentia delicta erant ante Christi passionem in sustentatione, id est, tollerantia Dei, quasi in quadam diuina sustinentia, quia credentes in eum non condemnabat pro ipsis, nec ab eis etiã totaliter liberabat. Cum adhuc teneret eos in limbo inclusos, in quo licet non paterentur sensibilem pœnam, erant tamen spe dilationis & expectationis afflicti, iuxta illud, Spes quæ differtur, affligit animam. Ante enim Christi passionem in gloriam Dei introire non poterant. vnde de quo ibet illorum verificabatur illud Sustine sustentationes Dei. Ad hoc enim p ræcedetia delicta, vel præcedentes patres erãt in sustentatione Dei, ad ostentionem, scilicet iustitiæ eius. In ho: tempore, id est vt in hoc tempore gratiæ iustitiam suam perfecte ostenderet, plenum peccatorum remissionem tribuendo. Per hoc enim declarauit se iustum, quod peccatum Adæ totã naturam humanam inficiens, non reliquit impunitum. Vnde Apost. h ce nunc tempus acceptabile, &c. & hoc est quod supra dixit. Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est. Oportuit autem præcedentia delicta vsque ad hoc tempus fuisse in sustentatione Dei. Primo, ut cõuinceretur homo de defectu sciẽtiæ, quia tempore legis naturæ in errores & turpia peccata incidit. Secundo, est defectu potentiæ, quia post legem scriptam, quæ fecit cognitionem peccati, adhuc homo per infirmitatem peccauit. Deinde declarat quod iustitia Dei per remissionem peccatorum manifestatur, siue accipiatur iustitia, qua ipse Deus iustus est, siue qua alios iustificat, cum dicit [vt sit ipse iustus, &c.] id est vt per remissionem peccatorum Deus appareat iustus in seipso promissionem implendo, quia peccata sicut promiserat, remittit. Et cũ ad iustitiam Dei pertineat, vt peccata destruat homines ad iustitiam reducendo, iuxta illud, Iustus Dominus, & iustitias dilexit. ideo apparuit iustificans eum qui ex fide est Iesu Christi, id est qui per fidem Iesu Christi accedit ad eum, iuxta illud, Accedentem ad Deum oportet credere.

Prou. 13.
Eccle. 2.
2. Cor. 6.
Psal. 10.
Heb. 11.

QVARTA PARS III. CAPITIS.

Vbi est ergo glorificatio tua? Exclusa est. per quam legem, Factorum? Non, sed per legem fidei.

A

B

IN hac quarta huius 3 cap. parte, Apost. ex promissis infert vnum corolarium. Et concludit id quod ab initio epistolæ propesuerat, deprimere scilicet Iudæorum & Gentilium superbiam, & obfirma e eorum ora Quia ex quo tu Iudæus, in peccato sicut Gentilis. Et ex quo Gentilis iustificatur per fidem, & ex Dei mera gratia, sicut & Iudæus, non remanet in aliquo vestium quidpiam, vnde possit se super aliũ extollere & gloriari. Et quamuis hoc co ola. ium per modum quæstionis aduersus vtrosq; illatum, possit intelligi, dirigitur tamen specialius ad Iudæũ, de quo in principio huius capitis mouerat quæstionem, an præcelleret vel amplius haberet vnde dicit [Vbi &c] ô Iudæe qui, scilicet, vt dictum est, in lege gloriaris, & per hoc Gẽtili te vis præferre. Contra illud, Non est bona gloriatio vestra. & illud Non efficiamini inanis gloriæ cupidi [vbi est gloriatio tua] id est, quid est in te de quo possis gloriari, & te extollere super Gentiles? Nihil profecto inuenies. [& exclusa est] & procul abiecta gloriatio tua, id est occasio gloriandi iuxta illud. Ablata est gloria de Israel: & illud, Glo[illegible] tum in ignominiam commutabo. Et quia Iudæorum gloria erat in lege, vt dict[illegible] , videbatur quod per aliqui l eiusdem generis eorum gloriatio excluderetur [illegible] dignam causam, quærit. [Per quam legem] Et quia posset aliquis credere quod [illegible] ei et gloriationem illam exclusam per aliqua

1. Cor. 5.
Gal. 6.
1. Reg. 4.
Ose. 4.

aliqua præcepta legalia, quibus quædam maiora opera mandarentur, & ideo interrogando subdit. [Factorum?] quasi dicat, nunquid per aliquam legem scriptam, quæ facta præcipiat, dico eorum gloriam exclusam? Respondet quod non, sed per legem fidei, quæ iustificat & facultatem operandi & implendi legem præbet. Et sic apparet Apost. duplicem induxisse legem, scilicet factorum, per quam videtur intelligere legem veterem Moysi, & legem fidei, per quam videtur intelligere legem nouam & euangelicam Christi, per quam Gentiles æquiparantur Iudæo. Si obiiciatur quod in lege veteri exigebatur & necessaria erat fides, prout in noua, iuxta illud, Qui timetis Dominum, credite illi, & illud. Credidi propter quod locutus sum. Imo etiam in lege noua facta quorundam sacramentorum requiruntur, secundum illud. Hoc facite in meam commemorationem & etiam facta moralium obseruationum, secundum illud. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Et illud. Estote factores verbi & non auditores tantum. Dicendum quod per legem factorum intelligit legem exterius propositam & descriptam, per quam exteriora facta hominum ordinantur, dum præcipitur quid fieri debeat, & prohibetur quod fieri non debet, & a quibus abstinendum est. Legem autem fidei vocat legem interius descriptam, per quam non solum exteriora facta, verum etiam ipsi motus cordium disponuntur, inter quos motus fidei est primus, secundum illud, Corde creditur ad iustitiam. Et de hac lege loquitur cum dicit. Lex spiritus vitæ, &c. Hanc legem quantum ad principale, D. Tho. dicit esse gratiam spiritus sancti, quæ reconciliat & amicitiam cum Deo componit, reprimit concupiscentiam, & dat facultatem operandi atque implendi legem, & opera legis, corā oculis dei grata & accepta facit, quod lex antiqua non poterat, nec etiam naturalis, quæ etiam aliquo modo potest dici factorum, eo quod eis neque operibus data erat virtus remittendi peccata. Ex discrimine duplicis legis, scilicet factorum & fidei, nascitur discrimen inter iustitiam operum, & iustitiam fidei. Iustitia operum est rectitudo operum per naturalem facultatem rationis, in moribus secūdum legis normā. Iustitia vero fidei, est peccatorum remissio, sanctitatis acquisitio, ac operum gratificatio & acceptatio. Vnde & antiqui patres qui habuerunt gratiam spiritus sancti, & quorum opera placuerunt & fuerunt grata & accepta deo, et per consequens habuerunt legem fidei, pertinebant ad nouum testamentum, siue ad nouam legem, iuxta illud, Habentes eundem spiritum fidei. Sic nunc Christiani, qui solo timore pœnæ seruant mandata, pertinere dicuntur ad vetus testamentum siue legem veterem, quæ idcirco factorum dicitur, quia facta præcipiebat, & vim faciendi non præbebat, prout lex noua, quæ etiam facta & opera præcipit, & virtutem operandi tribuit, ideo dicitur factorum.

Eccle. 2. Psal. 115. Luc. 22. 1. Cor. 11. Matt. 19. Iaco. 1. Infra. 10. Infra. 8. 1.2.q.106

Arbitramur enim hominem iustificari per fidem sine operibus legis.

A HIC ostendit modum quo per legem fidei Iudæorum gloriatio excluditur, dicens [Arbitramur,] nos scilicet, Apostoli veritatem a Christo edocti, [hominem] quemcunque, scilicet Iudæum, siue Gentilem, iustificari per fidem iuxta illud Fide purificans corda eorum, & hoc [sine operibus legis] cæremonialibus, quæ gratiam non conferebant, sed solum significabant, ac etiam sine operibus moralium præceptorum. Iuxta illud. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, &c. Et est intelligendum de operibus præcedentibus iustitiam siue gratiam, & non concomitantibus, quia in ipsa iustificatione est opus fidei, spei, charitatis, ac pœnitentiæ. Requiruntur etiam opera consequentia, quia vt D. Iacobus ait, fides sine operibus mortua est. & ideo iustificari non potest.

Act. 15. ad Tit. 3.

An Iudæorum Deus tantum? Nonne & Gentium? imo & Gentium. Quoniam quidem vnus est Deus qui iustificat circuncisionem ex fide, & præputium per fidem.

HIC probat quod iustitia fidei communiter se habet ad omnes, hoc prius manifestauerat ratione sumpta ex parte causæ materialis, cum dixit. Omnes peccauerunt,

Psal. 67.

Hier. 10. uerunt, & egent gloria Dei. hic probat ratione accepta ex parte causæ agentis & *Exo.* 5. iustificantis, quæ est deus Vnde infra 8 Deus est qui iustificat. Manifestum est enim *Psal.* 75. quod Deus iustificando saluat illos, quorum est Deus: secundum illud, Deus noster Deus saluos faciendi. Non est autem Deus creator & prouisor Iudæorum tantum sed etiam Gentium, quas, scilicet gubernabat & regit, secundum illud. Quis non timebit te ô rex Gentium, quamuis quandoque specialiter dicatur Deus Hebræorum. vnde scribitur in Exo Deus Hebræorum. Sed hoc est vel propter specialem cultum ab eis Deo exhibitum, vel per eius cognitionem, iuxta illud, Notus in Iudæa Deus. Est tamen Deus per creationem, directionem, prouisionem & gubernationem omnium, siue Iudæorum, siue Gentilium. Ergo vtrosque iustificare potest & iustificat, cum, vt dictum est, apud Deum non sit illorum distinctio. Quod manifestat per signum, dicens, [Quoniam quidem vnus est Deus qui iustificat circuncisionem,] id est Iudæos circuncisos ex fide, & præputium per fidem, quod videtur esse idem, licet possit dari aliqua differentia. Nam hæc præpositio ex designat aliquando causam remotam. Hæc autem propositio [per] designat causam propinquam. Iudæi ergo dicuntur iustificari ex fide fuit prima causa, ex quo processit circuncisio & cætera sacramenta legalia. Et ita Iudæos iustificat fides, sicut quædam causa primaria per quadã causas immediate iustificantur. B

Legem ergo destruimus per fidem? Absit. Sed legem statuimus.

HIC conferendo fidem cum lege excludit quandam obiectionem, & linit animos Iudæorum, qui poterant esse conturbari, eo quod in præmissis visus est a deo fidem, in sublime attollere, legemq; deprimere, ac si fides aduersa esset legi, eamque vti prauam & exitiosam cum idololatria Gentium reprobare, & sic poterant suspicari quod legem destruere vellet. Ideo quærendo dicit, [Legem ergo, &c.] An ex hoc quod dicimus hominem iustificari sine operibus legis, derogamus legi, & *Mat.* 5. destruamus eam? Respondit dicens, [Absit] Nam, vt dicit Christus, Non præteribit iota vnum, aut vnus apex a lege, &c. Subdit autem. [sed legem statuimus,] *Mat.* 5. id est per fidem legem implemus & perficimus, secundum illud, Non veni soluere *2.Cor.* 3. legem aut Prophetas, &c. Si obiiciatur Apostolum dixisse oppositum, cum dicit, *Heb.* 8. Gloriam vultus Moysi promulgantis legem, eiusque subministrationem euacuari *&* 9. per lumen & gloriam Christi. Et alibi confirm. t dicẽs legem esse antiquatam imo *ad.Gal.* 5. translatam. Et alibi, Si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit. Dicendum quod in lege antiqua erat tria, scilicet cæremonialia, iudicialia, & moralia. Duo prima erant figuralia siue figuratiua, & vmbræ futurorum. Et illa per Christum fuerunt impleta & approbata opere, & doctrina. Voluit enim circuncidi, in tem *Gal.* 4. plo præsentari. Vnde dicit Aposto quod fuit factus sub lege. Fuerunt etiam illa per fidem & legem nouam impleta, firmata, illustrata: Quia per fidem & legem nouam ostensum fuit quod lex antiqua in suis figuris & vaticiniis atque oraculis veritatem continebat quia eorum impletio apparet in euangelio, & ideo fides seu noua lex non abrogat neque destruit antiquam, sed potius confirmat. Quia quando aliquid est via siue dispositio ad aliud ad quod ordinatur, sicut ad fidem, si cesset, habito fine, non propter hoc censetur destrui, sed magis confirmari. Quia virtualiter manet in alio meliori. quemadmodum dicimus de motu ad formam, quia cessat forma introducta, & virtualiter manet in ipsa. Lex autem vetus fuit quædam dispositio ad nouam, & ordinata ad ipsam sicut ad perfectiorẽ. Et ideo non censetur destrui, cum maneat virtualiter in ea. Exemplum communiter datur de campana, Cuius formulare, ipsa perfecta, destruitur, & de imagine imperfecta, Cuius imperfectio pingendo & co[illegible]superaddendo, tollitur siue corrumpitur. Sic lex antiqua, quæ ordinabatur ad nouã [illegible]quam perfectionem, virtualiter in ea manet, quãtum ad rem significatam per ea[illegible]ignificabat enim iustificationem & remissionẽ p[e]ctorũ, quæ fit in lege noua per fide[illegible]ramenta, Et ideo figuralia quantũ ad rem F

figu-

figurati maner. Sed nō quātū ad vim obligādi vel obseruādi, quia quātū ad hoc erāt vmbræ, quæ adueniēte lumine euacuātur, sic figura adueniēte veritate alioquin signi ficaret falsum .s. futurū, quod est præsens vel præteritū. Si dicatur quod adhuc multę cæremoniæ antiquæ legis seruātur in Ecclesia, puta mulierū purificatio, & thurificatio Dicendū quod non necessario, nec eodem modo sed solum inquantum participant de moralibus, in casibus propositis a l gratiarum actiones, quę pertinent moralia. Et ideo quantum ad hoc Apost. in pręallegatis locis, dicit eam antiquatam translatam & euacuatam. Eo modo loquendi quo Corinthiis dicebat. Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. quemadmodum quādo puer fit vir, euacuat, id est dimittit ea quæ sunt paruuli, scilicet imperfectiones. Lex aūt antiqua erat paruulorum, id est imperfecta. Quia, vt dicit Apost. Nihil ad perfectū adducit lex. Ideo quantum ad hoc fuit euacuata. Quantum ad moralia vero, fuit a Christo in noua lege tripliciter impleta. Primo, quia verum intellectum legis expressit, prout patet de adulterio & homicidio, ac aliis. In quorum prohibitione Pharisæi non intelligebant nisi exteriorem actum prohibitum, Christus vero expressit interiores actus cadere sub prohibitione. Secundo adimpleuit præcepta legis ordinando quomodo tutius seruaretur, quod lex vetus statuerat; ut ne homo peieraret, si omnino à iuramento abstineret, nisi in casu necessitatis. Tertio adimpleuit legem pręceptis legis, consilia perfectionis superaddendo, vnde dixit illi qui dicebat se seruasse omnia præcepta, vnum tibi deest. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia. &c.

1. Cor. 13
Mat. 5. & 6.
A

EPITOME IIII. CAPITIS.

IN hoc capite Apostolus cōtinuando gratiæ dei necessitatem & exclusionem gloriæ Iudæorum, in hoc quod se præferebant Gentilibus propter legem & circūcisionem Primo sub aliis verbis resumit & soluit secundam dubitationem, quam in exordio 3 ca. proposuit, cum dixit, Quæ vtilitas circuncisionis Hic autem aliter proponit, dicens. Quid ergo dicemus inuenisse Abraham, &c Respondendo ostendit quod Abraham non inuenit iustificationem per circuncisionem solam, nec per legis opera, sed magis per fidem, quod probat ratione acceptationis, siue reputationis diuinę. Acceptationem declarat authoritate Dauidis, per quam ostendit beatitudinem remissionis peccatorū non solum esse in circuncisione, sed etiam in præputio. Secundo ibi, [et signum, &c.] Respondet cuidam obiectioni quæ fieri posset de inutilitate circuncisionis, ostendēdo quod circuncisio non est causa iustitiæ, sed signū siue signaculū iustitiæ fidei, per qua Abrahā dicitur pater circūcisorum ex fide, quam habuit in præputio: Dicitur autem pater non circuncisorum per imitationem. Deinde probat quod nec circuncisio, nec quodcunque opus legis iustificat, sed fides diuinæ promissionis quam constat fuisse ante circuncisionem & legem, cuius effectus est operari iram, tantum abest vt gratiā conferat. Tertio ibi, [Ideo ex fide, &c] ostendit quod promissio implenda sit per fidem, & subiungit in quibus, & a quo sit adimplenda. Quarto ibi, [Qui contra spem, &c.] Commendat fidem Abrahę ex magnitudine, quantum ad multiplicationē. Et ex firmitate & constantia, & ex iterata promissione. Et assignat rationem firmitatis fidei, quæ fuit consideratio omnipotentiæ dei. Finaliter commendat fidem Abrahæ, quantum ad eius effectum erga Abraham. Postmodum declarat effectum quem fides eius facit in aliis imitantibus eum.

Mat. 29.

EXPOSITIO LITERALIS IIII. CAPITIS.

B

QVID ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrū secundum carnem,] id est, si ita sit quod deus iustificarat præputiū [illegible] circūcisionē, quid vtilitatis & commodi dicemus nos Iudæi inuenisse, vel [illegible]episse a deo per circuncisionem Abraham patrem nostrum secundum carnem [illegible] est secundum corpus, vel carnalem circuncisionem, qui secūdum animam v[illegible] est pater noster cœlestis, qui in cœlis

Mat. 23.

lis est, ex prædictis sequitur quod frustra dedit illi deus circuncisionem, ex quo nihil vtilitatis accepit, quod est contra illud, Ego dominus docens te vtilia. [Si enim
Esa. 48.
Abraham ex operibus,] id est, ex circuncisione, vel per circuncisionem, uel ex aliis operibus legis naturæ, [iustificatus est, habet gloriam,] id est, dignus est laude, vel habet laudem apud homines, qui vident quę foris patent, & opera externa moraliter, cum intentione honesti absque aliqua mala intentione, & cum debitis circunstantiis facta laudant, manifestant, & approbant eos honorando. [Sed non aud Deum,] scilicet habet gloriam, quia Deus principaliter cor intuetur. Et sic
1. Reg. 16
oportet quod aliunde, quam per circuncisionem aut alia opera externa, habuerit gloriam, apud deum, scilicet per fidem. [Quid enim,] scilicet de Abraham, [dicit scriptura, credidit Abraham Deo] promittenti sibi per angelum propagationem
Gen. 17.
innumerabilium filiorum, ad instar stellarum. [& reputatum est illi] scilicet Abrahæ a Deo illa fides, [ad iustitiam] id est ad iustificationem, siue per illam fidem Abraham gratus & acceptus factus est Deo, & ab eo iustus reputatus, & non per circuncisionem, quæ postea data fuit illi, nec etiam per opera alia præcedentia: & ratio est, [Ei aūt qui operatur.] scilicet bonum vel malum opus ex libero arbitrio, [merces,] id est, retributio præmii respectu boni, aut pœnæ respectu mali. [non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.] quo ad malum notum est, quia gratia Dei non est causa mali, & ideo pœna datur illi secundum debitum peccati, quoad bonum etiam præmium, ascribitur debito operis, & non gratiæ, cum ex inclinatione illius (quam non habet) non processerit. [Ei vero qui non operatur,] scilicet opera externa, vtpote qu a non adest ei materia aut temporis opportunitas. [Credenti autem,] scilicet perfecte, [in eum,] id est, Christum, [qui iustificat impium, reputatur,] id est sufficit. [Fides eius ad iustitiam,] id est, ad iustificationem, acceptionem, & adoptionem vitæ æternæ, non secundum substantiam operis, sed ut actus ille fidei procedit ex gratia & impulsu spiritus sancti. [secundum propositum,] id est, secundum ordinem gratiæ Dei, qui ita fieri decreuit, & non secundum ordinem debiti, cum nullum sit ibi debitum, neque proportio quantum ad substantiam operis [Sicut & Dauid dicit beatitudinē hominis,] i. esse. [cui Deus accepto fert,] i. gratis dat, [iustitiā,] i. gratiā suā sine operibus, s. præcedentibus, dicit enim Dauid, [Beati quorum remissæ sunt,] scilicet a Deo, [iniquitates, et quorum tecta sunt peccata,] quæ dicuntur tecta diuino conspectui, inquantum non inspicit ad puniendum ea [Beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum] ad pœnam, tales sunt beati inchoatiue in hac via, & si perseuerent erunt perfecte beati in patria, [Beatitudo hæc,] quæ scilicet conuenit homini in hac via, quæ dicitur esse per remissionem peccatorum [in circuncisione tantum manet,] id est, an tantum locum habeat in Iudæis circuncisis, siue an tantum Iudæis remittat Deus peccata, [An etiam in præputio,] id est, An Deus remittat peccata gentilibus sed et Gentium, quod etiam alia via probari potest. [Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam quomodo ergo,] id est, pro quo statu vel quo tēpore, [reputata est,] scilicet ei ad iustitiam, [in circuncisione, an in præputio,] id est in tempore quo erat circuncisus, an antequam circuncisionem acciperet, cū erat præputiatus? [Non in circuncisione, sed in præputio,] quod manifestum est ex serie narrationis scripturæ. Nam Gen. 15. cap legitur quod reputata est fides Abrahæ ad iustitiam, & in 17. cap. legitur accepisse circuncisionem. Nō tamen superflue ac inutiliter accepit, vt sequenti parte probat, ex quo manifeste apparet quod deus præputiatos iustificat, & quod beatitudo remissionis peccatorū, non tantum manet in circuncisione, sed etiam in præputio.

SECVNDA PARS. IIII. CAPITIS.

D
ET Signum accepit circuncisionis,] scilicet, Abraham non inutiliter, quia accepit in [signaculum,] id est, expressum signū [iustitia fidei, quę est præputio] id est,

id est, quæ data fuit Abrahæ, nondum circunciso dum esset adhuc præputiatus, & hæc est prima vtilitas circuncisionis, quia in illo expresso signo poterat contemplari mysterium incarnationis, quę in illo signaculo, sicut in quodam sigillo, claudebatur. ad hanc vtilitatem addit aliam, scilicet, paternitatis, [vt sit pater omnium credentium per præputium,] id est, vt per circuncisionem spiritualem & fidem, quam accepit in præputio per exteriorem carnis circuncisionem significatam, esset pater spiritualis, & per imitationem omnium credentium. Primo Gentilium, qui habentes præputium, credunt in eum qui iustificat impium. Vt reputetur illis fides siue ipsum credere, [ad iustitiam,] id est, in remissionem peccatorum & acceptionem ad vitam æternam [Et sic pater circuncisionis,] id est, Iudæorum circuncisorum credentium Et sic sit pater, [non his tantum qui sunt ex circuncisionis.] i. Iudæorum qui imitantur eum in circuncisione exteriori, [sed &,] id est, etiam his qui sectantur [vestigia fidei, quæ est in pręputio,] id est, quæ fuit tempore præputii, [Patris nostri Abrahæ. Non enim per legem promissio,] scilicet facta est [Abrahæ aut semini eius,] vt, scilicet semen eius, scilicet Christus, cui data est omnis potestas, qui secundum corpulentam substantiam processit ex semine Abrahæ [esset hæres mundi] quia tempore Abrahæ nondum data erat lux, sed longo post tempore per Moysen. [Sed per iustitiam fidei,] id est per gratiam & meram ac eximiam liberalitatem dei, absque quibuscunque meritis præcedentibus, Imo demeritis reclamantibus & retrahentibus, huiusmodi promissio facta est, [Si enim qui ex lege,] scilicet [Moysi hęredes sunt,] id est, si ad hoc quod aliqui hęreditatem cœlestem promissam percipiant, requiratur quod ex legis Moysi obseruantia consequantur, sequitur quod [exinanita,] id est, frustra [est fides,] qua Abraham credidit deo ante legem datam Moysi, & quod etiam est [abolita,] id est, vacua, inexpleta, irrita & cassata [promissio,] ex quo sequeretur quod deus qui est fidelis in promissis, fidem non seruauerit & seipsum negauerit, quod non modo falsum, verum etiam blasphemum est, & implicans contraditione, [lex enim iram.] i. vindictã, siue pœnam aut punitionem [operatur,] quia per legis transgressionem facti sunt homines digni ira, eo ꝙ lex non dat facultatem operandi ea quæ præcipit, vnde sequitur quod promissio non impletur per legem cum ipsa lex magis impediat impletionem eius, quod sic ostendi potest. [Vbi enim non est lex, nec præuaricatio,] ex qua procedit ira & impedimentum hæreditatis, quia per legem conibentem & non adiuuantem occasione ex lege accepta, peccatum operatur omnem cõcupiscentiam & transgressionem siue præuaricationem. Mat. vlt.

B

TERTIA PARS IIII. CAPITIS.

DEO ex fide hæreditas data est, vel promissam consequimur hæreditatem, & simus hæredes, [vt secundum gratiam,] id est, propter virtutem diuinæ gratiæ iustificantis hominem, & non per opera, [firma,] id est, stabilis & indefectibilis sit promissio hæreditatis æternæ. [Omni semini,] Iudæo vel Gentili, quicũq; fuerit semẽ Abrahæ per imitationẽ. [Non ei qui ex lege est solum,] id est, non solum semini carnali legem Mosi seruanti. [sed &,] id est, etiam, [ei qui ex fide est Abrahæ,] id est, qui sequitur et imitatur fidem Abrahæ, quanuis non sit ab eo secundũ carnis originem. [Qui pater est omnium nostrum,] scilicet credentium, siue Iudæorum, siue Gentilium. [Sicut scriptum est, quia patrem,] id est, authorem secundum fidem, [multarum Gentium posui,] id est, constitui te scilicet Abraham, qui es [ante deum] i. qui per fidem places deo [Cui,] futura prænuncianti, [credidisti,] ac si videres præsentia, & cui merito credendum est. [Qui.] i. quia ipse per fidem & gratiam, [viuificat mortuos.] i. peccatores qui spiritualiter mortui sunt, [& vocat ea quæ non sunt,] id est, Gentiles qui nihil ducuntur esse quoad gratiam, [tanquam ea quæ sunt,] id est sicut Iudæos, qui aliquid secundum reputationem eorum esse videbantur. Gen. 17.

QVARTA PARS IIII. CAPITIS.

Gen. 15. QVI, scilicet Abraham, [contra spem] causæ naturalis vel humanæ, [in spem] diuinæ promissionis, [credidit,] tam ample & secure expectans, [vt,] id est, quod, [fieret pater,] secundum carnem & secundum fidem, [multarum gentium, secundum quod dictum est ei,] a Deo. [Sic erit semen tuum, sicut stellæ cœli & arena maris, & non est infirmatus in fide,] id est nullo modo dubitauit de impletione promissorum Dei, quamuis causam dubitandi haberet, scilicet suam infirmitatem & sterilitatem Sarræ. [Nec considerauit corpus suum emortuum,] scilicet ad generandum. [Cum tam fere centum esset annorum, & emortuam vuluam Sarræ.] quæ sterilis erat. Conclusa enim erat vulua eius, ne pareret. [In repromissione etiam Dei,] quando iterum per angelum promisit dicens, secundum hoc tempus veniam, erit Sarræ filius [non hæsitauit diffidentia,] sic quod diffideret de veritate diuinæ promissionis, etiam si differentur promissa. [sed confortatus est fide,] id est per fidem, vel firmiter fidei adhæsit: [Dans gloriam Deo, considerando eius omnipotentiam [Plenissime sciens,] id est, certificatus, [Quia quæcunque promisit Deus, potest, est, & facere] æque faciliter sicut promittere, cum eius potentia omnem impossibilitatem excludat. ideo & illud credere. [reputatum est illi ad iustitiam, sed Nõ autẽ est scriptũ tãtũ propter ipsum,] id est ad laudẽ ipsius, [quia reputatũ est illi ad iustitiã, & propter nos.] s. instruendos, vt sit nobis in exemplum, & in spem iustificationis. Quibus similiter [reputabitur,] scilicet ad iustitiam [credentibus,] id est, si crediderimus [in eum,] scilicet Deum patrem [Qui suscitauit Iesum Christum Dominum nostrum a mortuis, qui.] scilicet Christus [traditus,] est a Deo patre, iuda, iudæis, Pilato & a seipso in mortem [Propter delicta nostra] id est, vt satisfaceret pro delictis nostris. [Et resurrexit propter iustificationem nostram] id est, vt non nos resurgendo iustificaret & ad nouitatem vitæ reduceret, prout ipse per resurrectionem venit ad nouam vitam gloriæ, ad quam aliter de potentia ordinata peruenire non poteramus.

Gen. 16.
Gen. 18.

B

COMMENTVM QVARTI CAPITIS

Quid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem?

IN hoc capite sub aliis verbis Apostolus resumit secundã interrogationem, quam fecerat in fronte præcedentis capitis, videlicet. *Quæ vtilitas circuncisionis*, quæ interrogatio poterat esse obiecto Iudæorum ad ea quæ dixerat in calce secundi capitis, scilicet quod iudaismus, ad quem pertinet legis & circuncisionis susceptio, non sufficiebat ad salutem, ex quo videbatur circuncisionem fuisse inutiliter datam. Et quia totum certum caput expendit ad dissoluendum primam interrogationem, & ad excludendum gloriationem, concludendo quod iustitia non est ex circuncisione, nec ex operibus, sed ex fide Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum. Poterant Iudæi obiiciendo resumere secundam interrogationem, & dicere. Si ita est quod Deus iustificat præputium, sicut & circuncisionem, videtur quod circuncisio data Abrahæ in carne fuerit inutilis. Ideo hic sub aliis verbis quærit, dicens, [Quid ergo, &c] Si hæc verba secũdum carnem referantur ad patrem nostrũ, sicut aliquibus placet, Apost per illam manifestat se esse ex progenie Abrahæ, quod in multis aliis locis profitetur, vt infra. 9. Optabam ego Anathema esse pro fratribus meis secundum carnem qui sunt Israelitæ. Et alibi dicit, Hebræi sunt, & ego, Israelitæ sunt, & ego. Et cum dixit se esse de tribu Beniamin. D. tamen Ambr. refert illa ad verbum inuenisse, vt sit sensus, Quid dicemus Abraham patrem nostrũ inuenisse s̃m carnẽ, id est, s̃m carnalem circuncisionẽ. Quid per illud dolorosum opus commeruit, v̄ s̃ quod inutiliter iniunctum fuerit. Contra quod per Esa. dicit. Ego dñs docens te vtilia. Ex præmissis apparet quod Abraham dr̃ pater dupliciter, s. carnalis eorum qui [illegible] origine, & spiritualis eorum, qui fidem eius imitantur.

2. Cor. 11
Phil. 3.
Esa. 48.

A

Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.

HIC respondet primo [illegible] ad iustificationem, de qua in calce præcedentis capitis, deinde interrogationi, & declarando vtilitates circuncisionis, dictum fuit

quod

quod Abraham non invenit iustificationem ex circuncisione carnali, quæ inter ope ra legis comprehendebatur, licet esset ante legem data & hanc responsionem & cõ clusionem ex syllogismo quodam conditionali infert, dicens. [Si enim Abraham, &c.] intendit ergo Apostolus sic syllogisare. Si Abraham ex operibus externis fcri ptæ legis vel naturalis præcedentibus iustificatus est, habet gloriam, id est, dignus est
B gloria, laude & approbatione, vel consequutus est gloriam, &c. quod homines, qui externa solum opera considerant, & non apud deum, qui interiora & cor intuetur. Atqui Abraham habuit gloriam apud deum, id est, acceptus & approbatus ac lau datus fuit a deo in antiquo Testamento, & a Christo in nouo. Ioan. 8. Ergo aliunde quam ex operibus legis naturalis vel scriptæ acceptus, approbatus, seu iustificatus fuit, & per consequens non ex circuncisione, quæ inter opera externa numeratur. ex priori propositione seu in maiori præmissa Apost præsupponit & simpliciter often dit duas esse iustitias. Vnam quæ dicitur iusticia fidei, quæ est acceptio & gratifi catio dei, qua homo illi acceptus est, & ad gloriam seu vitam æternam ordinatus, & hæc sola reputatur iustitia apud deum. Hanc iustitiam fidei vocant Theologi gra tiam gratum facientem, de qua Apost. Gratia dei vita æterna. Et de hac intelligit Apost. quando simpliciter loquitur de iustitia, aut cum dicit iustitiam Dei. Altera est iustitia operum, siue iustitia humana, quæ dicitur ciuilis & moralis, quæ per opera secundum directionem rationis humanæ exhibita causatur, quando homo legem seruat cum intentione honesti, nec aliqua praua circunstantia opus suum inficit, sed opus a lege præceptum bona intentione facit, cum oportet, quando, & vbi oportet, quantum oportet, secundum quod oportet, & propter quid oportet. Ex assuetudine enim operum exteriorum, generatur interior habitus, secundũ quẽ etiã cor hominis disponitur ad bene & prompte operandum. Ita (vt quemadmo dum Philosophus dicit) in bonis operibus delectetur. Hæc iustitia, quamuis non 6. Ethic. sit iustitia apud deum, hoc est quamuis propter eam Deus peccata homini non re mittat, nec homo per eam reconcilietur Deo, aut aliquid premii spiritualis merea tur ab eo Est tamen virtus moralis, apud homines recta ratione vtentes, laudata ac præmio & honore digna. vnde qui legem naturalem & humanam seruant, boni, ho nesti et virtuosi apud homines reputantur, et quodam modo disponũtur ad hoc, ut deus eos gratis tamẽ altiori lumine illustret, et iustitiã suam illis infundat, ad quam homines scelerati, & in peccatis perseuerantes, sunt indispositi, et merẽtur suo sensu relinqui, ac in desideria carnis eorum tradi, vt supra. 1. cap. dixit. Sed iustitia, quæ ha
C bet gloriam apud deus, ordinatur ad bonum diuinitatis, scilicet, futuræ gloriæ, quæ Esa. 64. facultatem humanam excedit, secundum illud. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ pra parauit deus timẽtibus se. Et ideo opera homi nis, non sunt proportionata ad huiusmodi habitum gratiæ causandũ. Sed oportet in terius iustificari cor hominis a deo, vt faciat opera proportionata vitæ æternæ, quæ proportio fit per iustitiam dei, siue gratiam gratum facientem, quæ opera Theologi Gen. 12. vocant meritoria. Non tamen negat Apostolus, quin Abraham (qui antequam de Gen. 15. us promitteret semẽ, iustus erat, & domine præcipienti egressum de terra & cogna tione sua, obedierat) credendo promissioni postea factæ de semine, non fuerit iustifi catus, secunda iustificatione, & quin per illum actum fidei procedentem a gra tia siue iustitia, quã iã habebat, mereretur augmentũ iustificationis siue gratiæ, non quidẽ secũdũ substãtiã operis. i. pro quãto ille actus procedebat ex libero arbitrio, sed bene prout procedebat ab ipso gratia iã habita, & impulsu Spiritu sãcti, vt dictũ est supra 2. cap. super verbo, his qui secũdũ patiẽtiã boni operis, &c. Sed cum hic ar guit. Si Abrahã ex operibus iustificatus est, &c. Intelligit de prima iustificatione, ad quã opera sua præcedẽtia nõ poterãt esse proportionata neq; accepta ad vitã æter nã Vel etiã de secũda iustificatione, prout opera facta in [illegible] cõsiderãtur solum, secundum substantiam operis, siue vt procedunt ex libero arbitrio, quod ex se non potest producere opus proportionatum vitæ æternæ, cum liberum arbitrium sit finitum, & vita æterna infinita, finitiq; ad infinitum nulla sit proportio.

Quid enim dicit scriptura? Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam.

HIC Aposto. probat posteriorem premissam, siue minorem propositionem prędicti syllogismi, scilicet quod Abraham habuerit gloriam apud Deum, & probat testimonio scripturæ dicentis, [Credidit, &c.] & alibi habetur. Abraham in tenta-

Gen.15. 1.Mach.2

tione inuentus est fidelis, & reputatum est illi [ad iustitiam,] scilicet supernaturalem. Ergo Abraham habuit gloriam apud Deum, ex quo fides illius reputata est ad iustitiam, id est, accepta & grata fuit deo, & ab eo approbata. Notandum quod imputare communiter refertur ad ea quæ vitiosa sunt, & ad ea quæ turpitudinē, aut dedecus, aut ignominiā habent, vt cū alicui vitium ascribitur, reputare vero ad honorē et gloriā, ad bonum nomen et bonū opus præcipue in gratia dei factum Ita vt cum quis bene operatur, ea eius bona opera ei reputantur seu ascribuntur ad honorem, laudem, gloriā & bonum nomen. Illud autem dicitur alicui secundum gratiā tribui, quod ab aliquo mere, libere & gratis tribuitur. Ita vt opera eius siue interna, siue externa, nō sint digna illius rei quæ attribuitur. Et hoc modo actus fidei consideratus secundum substantiam operis, siue vt ex libero arbitrio procedit, non est dignus vita æterna. Sed prout procedit ex gratia & impulsu Spiritus sācti, reputatur, id est, ascribitur et attribuitur a deo ad iustitiam, vnde dicit. [Credidit Abraham, &c.] D

Lutheranorum confutatio. Gen.12.

Lutherani adducūt hunc locum Apostoli ad probādū quod sola fide iustificetur homo dicunt enim quod Apostolus hic intendit demonstrare Abraham ante legē datā, ipsum fuisse iustificatum per fidem, atque nemini aduenire iustitiam dei, quasi debitā mercedem operāti, sed solum credenti in eum qui iustificat impium, fidem reputari ad iustitiam, vbi dicunt ipsum facere exclusionem, vt nos instruat sola fide nos gratiam dei habere, alioquin non valeret argumentum eius pro fide contra opera. Sed valde mirū est eos esse adeo cæcutientes, vt ex hoc loco astruere non vereātur Abraham tunc primo fuisse iustificatum, id est, ex iniusto effectum iustum, quando credidit promissioni seminis, cum ante illam iampridem fuisset iustus. Nam extra omnē dubitationē est, quod iustus erat, quando iussu dei exiuit de terra sua, & de domo patris sui, & quando peregrinatus fuit in terra Chanaan, & in Aegypto, & ad australem plagam Et quando in virtute dei quatuor debellauet reges, imo & ante vsum rationis per protestationem fidei a parentibus factam Et sic apparet quod Apostolus hic non agebat de prima iustificatione Abrahæ, sed de augmento suo iustificationis, quod accepit per fidem iam habitā credendo diuinæ promissioni. Et ad hoc quod inferunt, quod alias argumentum Apostoli nō esset validum pro fide contra opera dicendū quod est validissimum ad id quod Apost. in hoc cap volebat. Intēdebat enim ex illo testimonio Geneseos, stabilire duo. Primum, quod homines ante circuncisio-

Gen.15.

nē & ante legem essent iusti, contra Iudæos qui soli sacramento circuncisionis & legi attribuebant causam iustificationis. Secundum & præcipuum quod intendebat stabilire, est quod nullum vnquam fuit opus iustum apud deum, nisi quod procederet ex fide, atque ideo fidem esse fundamentum & exordium salutis. Vnde illud verbum, reputatum est ei ad iustitiam, significat quod adscensus fidei est actus iustitiæ meritorius & deo acceptus, sicut primum opus iusti; & sic nullum opus præcedēs fidē, reputatur iustum siue ad iustitiam apud deum. His verbis significans quod actus ille fidei fuit iustitiæ & obedientiæ, atque a Deo acceptus. Sicut si quis modo iustus, susciperet aliquem articulum fidei, quem ante à se ignoratum Ecclesia nunc exponeret in Euangelio commonstrare etiam voluit peccatorum remissionem, non nisi per eandem fidem promissionis redemptoris, vnquam fuisse factam, quia itidem subnixi operati sunt quicunque vel in lege naturæ, vel in lege scripta, opera iusta fecerunt quæ deo essent accepta, magnificè describit ad Hebr. 11. vbi ait, quod fide plurimam hostiam Abel quam Cain obtulit deo. Non enim suggerit quod sola fide iustificatus est, sed quod fide semper fuit in operibus iustitiæ. Et fide, inquit, qui vocatur. Abraham obediuit in locum exire quem accepturus erat in hæreditatem. E

Cætera

Cætera vero Lutheranorum argumenta diluimus,& catholicam veritatem astruximus,supra. 1.capite,interpretando illam sententiam iustus ex fide viuit.

Ei qui operatur,merces non imputatur secundum gratiam,sed secundum debitum. Ei vero qui non operatur,credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiæ Dei.

HIC exponit & declarat prædictam authoritatem Geneseos, quo modo scilicet fides Abrahæ reputata sit ei ad iustitiam, & quo modo nunc reputetur in prima iustificatione cum aliquis ex impio & iniusto fit pius & iustus. Et contra ponit operantem non operanti, & gratiam mercedi debitæ, sumens exemplum ex humana policia & consuetudine, quæ duo obseruat. Primum, quod quando alicui operanti & laboranti damus mercedē debitam,vel exconuentione,vel secundum morē patriæ & proportionem operum,dicimur dare secundum debitum,quia illi debemus,& talis nullam nobis gratiam agit aut agere tenetur. Si vero alicui non laboranti damus libere & merè gratis aliquod beneficium, id quod ei datur nō dicetur merces neque meritum, sed gratia, Idemque regratiatur ille & regratiari tenetur. Sic si Abraham propter opera,vt a se procedunt, posset iustificari absque gratia dei præueniente vel impellente, illa iustificatio & reconciliatio diceretur esse merces debita,& non imputaretur,id est,non redderetur aut attribueretur gratis siue secundum gratiam, & per consequens iustificationis præmium non esset ei gratis datum sed secundum debitum. Et similiter dicendum de aliis Iudæis vel Gentilibus,si ex operibus suis absq; alicuius maxime retribuentis adminiculo iustificarentur,non tenerentur referre gratias deo. Vnde sequeretur quod superflua fuisset Christi passio,& quod Christus gratis mortuus fuisset,quod improbat Galatis scribēs. Quo ad secūdum obseruatum in humana consuetudine,subiungit. [Ei autem qui operatur,] scilicet,ex se solo, sed eum ipsius retribuentis adminiculo. [Credenti autem in eum,] id est,in deum,qui iustificat impium, & qui merè gratis impellit illum ad credendum, & exercendum actum fidei & charitatis,per quę opera ex impio & peccatore fit pius & iustus,fides eius reputatur secundum gratiam Dei,mere libere & gratis remittentis peccata, & impellētis ad credēdū & diligēdū. Et sic illa peccatorū remissio iustificatio, & recōciliatio,erit gratis data & gratis facta,ac etiā præmium illi correspondens. Secundum propositum gratiæ Dei, id est, decretum iustitiæ & misericordiæ Dei,qui ab æterno decreuit & proposuit peccata gratis remittere, & saluare genus humanum per Christum, nullis præcedentibus meritis secundum illud, Non ex operibus iustitiæ quę fecimus nos,sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Quo modo autem cum his stet opera in gratia facta esse meritoria, patet ex his quæ diximus superius in secundo capite interpretando illam sententiam, His qui secundum patientiam boni operis, & cæt. Et quia primis dictum est, credidit Abraham Deo, & hic dicit,credenti in eum qui iustificat impium. Ad horum intelligentiam sciendum est quod fides secundum Diuum Augustinum habet tres actus interiores, scilicet, credere Deum,credere,deo,& credere in Deum. Primus actus dicitur credere Deum, scilicet,esse,& licet assensus ille apud eos qui habent Philosophorum demonstrationem,qua euidenter id concluditur,dicatur assensus scientificus & euidens, & non fidei,de cuius ratione est ænigma & ineuidentia,iuxta illud, Videmus nunc per speculum & in ænigmate. Tamen in non habentibus demonstrationem,est actus fidei omnibus necessarius,Iuxta illud, Accedentē ad deum oportet credere quia est,& quod inquirentibus se remunerator sit. Hunc actum peccatores in peccato mortali existentes habere possunt. Secundus actus fidei,est credere deo reuelanti,id est,omnia a deo reuelata esse vera, vt deum esse trinum & vnum, filium incarnatum, & alia in sacris literis contenta & per vniuersalia concilia Ecclesiæ catholicæ declarata. Et hic actus etiam cum primo non iustificat. Multi enim sunt Christiani peccatores, quē

Marginalia: F (beside "lis nullam nobis gratiam"); M at. 20. (beside "& laboranti damus"); Gal. 2. (beside "tias deo"); Eph. 1. (beside "propositum gratiæ Dei"); Ad Tit. 3. (beside "quę fecimus nos"); A (beside "perius in secundo capite"); Sup. 1. de. (beside "dere Deum,credere"); 1. Cor. 13. (beside "nibus necessarius"); Heb. 11. (beside "inquirentibus")

cum fide informi hoc credunt & tamen propter hoc non sunt iustificati. Nec ex hoc quod subsequitur in Gene. & hic, scilicet, reputatum est ad iustitiam, quod credere Deo sufficiat ad iustificationem. Qua Apostolus statim se declarat, dicens. Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, fides eius reputatur ad iustitiam quasi dicat ad hoc quod fides sit primus iustitiæ actus siue ad hoc quod actus fidei sit meritorius, non sufficit credere Deum esse, aut deo reuelanti. Sed adhuc requiritur quod credat in Deum, id est, quod credendo toto affectu siue voluntate feratur in ipsum, & diligat eum super omnia. Hanc enim, fidem siue hunc fidei actum exigit a nobis deus tamen non inuenit quod exigat, nisi donauerit quod inueniat. Hoc tertio actu iustificatur impius, id est, ex impio fit pius & iustus. Hac etiam fide iustus, iustificatur adhuc, quia fide dirigente charitas operatur. Ea dirigente charitas opera chara & Deo accepta facit. Non tamen sequitur quod sola fides sufficiat ad salutem, quia licet non requirantur opera interna meritoria præcedentia fidem aut iustificationem, vel etiam opera externa, requiruntur tamen opera concomitantia, quæ sunt actus pœnitentiæ virtutis, actus fidei, spei, & charitatis, & in adulto præcedunt aliqua opera tanquam præparamenta, vt cognitio peccati & misericordiæ diuinæ ex auxilio speciali Dei prouenien te. Quid autem & quotuplex sit fides diximus interpretando illam sententiam primi capitis, iustus ex fide viuit. De actu vero exteriori fidei, dicemus infra. 10. interpretando illud. Corde creditur, &c. B

Sicut Dauid dicit, Beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus.

HIC probat priorem propositionem siue maiorem præmissam prædicti syllogismi, videlicet quod si Abraham, &c. authoritate Psalmistæ, cuius primo ponit sensum, deinde verba, postmodum excludit falsum intellectum illius. Ait ergo. Sicut dicit, id est, asserit Dauid. [Beatitudinem hominis esse illis,] id est, beatum esse hominē, [cui deus accepto fert] id est, gratis dat iustitiā, id est, gratiā [sine operibus] pręcedentibus, iuxta illud, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secūdū misericordiam suam saluos nos fecit. Quia cum nos non simus soluendo, & ex nobis nihil habeamus, iuxta illud Omne datum optimum, &c. deo satisfacere non possumus sed deus acceptum fert nobis debitum, id est, pro accepto habet siue condonat, si fidē pollicentes adhibeamus. At qui beatitudo hominis est ei a deo secundum illud, Beatus vir cuius dominus deus est spes eius. Vnde manifeste sequitur Abraham habere gloriam, & non ex operibus legis. Et per consequens ille qui ex operibus legis iustificatur, non habet gloriam apud Deum. & sic conditionalis illa vera. Et quia hic de beatitudine agitur, sciendum quod beatitudo apud omnes summum bonum & vltimus finis dicitur. Summum autem bonum vocamus id quod habet omnes rationes boni, & nullam habet rationem mali, siue cui nihil deest, nec potest fieri additio. Et hoc constat apud sapientes non esse nisi vnum, scilicet deum, qui est infinitæ bonitatis, a quo omnia alia bona pendent, in esse, fieri, & conseruari, & per cuius adeptionem & vnionem homines & angeli beatitudinem ipsius participantes beatificantur. Hinc est quod duplex a Theologis assignatur beatitudo siue fœlicitas, quædam dicitur obiectiua, quæ est id in quo est vera ratio omnis boni, id est, ipsemet deus. Quędam autem dicitur formalis, quæ consistit in attinctione & coniunctione summi boni. Et cum hæc attinctio fiat per operationem immanentem hoc est, quæ subiectiuatur in operante, dicitur beatitudo formalis, subiectiua, & denominatiua, & est summa perfectio creaturæ, quæ, vt ipse Christus docuit, consistit in clara visione dei. Ait enim. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Hæc beatitudo inchoatur in hac via per fidem, per quam cognoscimus deum, quippe perfectè & in ænigmate, & consumatur in patria per claram visionem, quæ dicitur vita æterna, id est, operatio indefectibilis, ad quam habemus ius in hoc mundo per gratiam, iuxta illud. Gratia dei vita æterna. Et C

Ad Tit. 3. *Iacob. 1.* *Psal. 39.* *Ioh. 17.*

quia

quia per gratiam Dei est remissio peccatorum, ideo David & Apostolus hic vocat remissionem peccatorum, Beatitudinem, quam aliqui vocant in spe quia illi quibus remittuntur peccata, possunt sperare se consecuturos perfectam beatitudinem si perseuerauerint in gratia, & non apposuerint impedimenta. Duplex vlterius solet poni beatitudo, scilicet, essentialis, & ista est cognitio clara verbi siue essentiæ diuinæ & rerum in ipsa, & gaudium consequens ex ea, quod dicitur fruitio. Alia est accidentalis, & est gaudium de omnibus bonis operibus in gratia factis, & hoc gaudium erit commune omnibus, iuxta illud, particeps ego sum omnium timentium te. Infra. 6. Psal 31. Psal. 118.

Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum.

HIC exprimit verba Dauidis prædictam sententiam continentia, & dicit eos esse beatos, quorum remittuntur peccata. Et sic patet quod non habuerint prius bona opera, ex quibus iustitiam & beatitudinem consequerentur. Est autem triplex peccatum, scilicet, originale, veniale, & mortale. Quantum ad originale dicit, Beati quorum remissæ sunt iniquitates. Quia peccatum originale dicitur iniquitas, eo quod sit carentia iustitiæ originalis, per quam secundum æquitatem ratio hominis subdebatur deo, & vires inferiores subdebantur rationi, sic quod non poterant moueri
D in oppositū, & corpus etiam subdebatur animæ. Sed quia per peccatum originale huiusmodi æquitates tolluntur, quia postquam ratio desiit esse subiecta deo, vires inferiores delectabilia persequentes desierunt subesse rationi, & cœperunt rebellare. Et corpus pariter subductum fuit ab obedientia animæ per corruptionem & mortem, cum igitur in præmissis ex peccato originali sint plures inordinationes contra ęquitatem iustitiæ originalis, peccatum originale dicitur continere plures iniquitates. Vnde David. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Ideo ad declarandum iustificationem a peccato originali, dicit. [Beati quorum remissæ sunt iniquitates,] per sacramentum baptismi, in re vel in voto. Psal. 50.
Peccatum autem veniale remitti dicitur, quia per eius commissionem & culpam reatus siue obligatio ad pœnam incurritur manente gratia, & elongatur homo a deo, ac ad separationem dei inclinatur, iuxta illud, Qui minima negligit, paulatim defluit, superueniente tamen charitatis feruore, culpa illa tegitur & aboletur, & cum sæpè incidat homo in peccatis venialibus, ideo ad ostendendam iustificationem illorum, dicit, [quorum tecta sunt peccata.] Peccatum vero mortale quod principaliter dicitur peccatum, eo quod importet actualem auersionem a deo, remittitur per sacramentum pœnitentię, iuxta illud, Oportebat sic Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die, & prędicare in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes. Et ideo propter pœnitentiam nō imputatur: vnde subdit. [Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum.] Possunt etiam hæc tria aliter exponi, secundum tria quę inueniuntur in peccato, scilicet offensa dei, actus inordinatus qui transit, & reatus siue obligatio ad pœnam, quę remanet, quantū ad primum dicit. [Beati quorum remissę sunt iniquitates,] .i. offensæ vel offensiones Dei. Vnde Esa. 40. Dimissa est iniquitas, id est, offensa illius quantum ad actum inordinatum culpæ, qui nō pôt non fuisse. si semel perpetratus sit, cum ad præteritū non sit potentia, dicit, [Beati quorum tecta sunt peccata,] manu misericordiæ diuinę, vt non memorentur ac si prorsus non essent facta. Vnde per Ezech. 18. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor. Dicitur enim deus recordari iustitiæ nostræ, quando pręmia largitur, iniquitates vero, quando infert supplicia. Et obliuisci seu nō recordari, quando non punit, vel tecta aliis in iudicio vniuersali, quia [illegible] iustos si scelerarissima quæ patrarunt facinora, patefierent, deus tamē quorum illius obliuiscitur, ea nō improperabit, sicut facinora impœnitentium, & ideo peccata pœnitentium dicuntur, Esa. 40.
B

recta. Quantum ad reatum siue obligationem sustinendi pœnam, dicit. [Beatus vir cui non imputauit dominus peccatū.] scilicet ad pœnam. Vel dici potest quod hæc tria remitti, tegi non imputari, significant idem quod acceptū ferre debitum, siue cō demnari. Vnde Esa. 52. sine argento redimemini. Dicuntur autem Beati, qui absque labore & dispendio in aliquem subuehuntur honoris gradum. Idem dicimus de his quibus sceleratissima facinora indulgentur, & illæsi euadunt.

Cauendum est tamen summè ne huiusmodi verba tegi, non imputari, secundum contortam Lutheranorum interpretationes, accipiamus. Non enim erubuerunt dicere. Nullam fieri vnquam veram peccati remissionē, neque originalis, neque actualis, ita vt ratio ipsa culpæ omnino tollatur, sed sic prorsus, vt quæ perpetuo permanet, non imputetur, vt quemadmodum in humano tribunali sæpe accidere solet, reum secundum testes absolui, qui tamen verè est in crimine. Sic & de sanctissimo dei iudicio cogitare audent. Quod q̄ sit impium, blasphemū, ac a sacris literis alie
Psal. 50. num, nemo qui sacras literas quātumuis, negligenter legerit, nescit. Dauid enim pete
Esa. 43. bat. Dele iniquitatem meam. Et per Esaiam dominus, Ego sum ipse qui deleo ini-
Act. 4. quitates tuas propter me. Et D. Petrus pœnitemini igitur & conuertimini, vt de-
Sap. 14. leantur peccata vestra. Manifestum est autem quod id quod deletur, non manet. Præterea Sapiens dicit, Similes odio sunt Deo impius & impietas eius. Quandiu ergo impietas manet in homine, non potest non odio haberi. Sed quo modo esse potest quod ex quæ deus odio habet, non imputentur in malum, & per consequens non remittat? Ergo vel nulla ratio iniquitatis est in homine iusto, uel ei non remit
Ioh. 20. titur. Atqui certum est quod remittuntur iniquitates ex Psal. præallegato, & ex illo
Luc. 7. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis & quorum retinueritis, retenta sunt.
Ioh. 1. Vnde & Christus, Remittuntur tibi peccata tua. Vnde sequitur quod non rema-
1. Ioan. 3. nent, sed vere tolluntur. Iuxta illud, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi, & illud, Scitis quod apparuit, vt peccata tolleret. Vnde & Apostolus infra. 8. Nihil ergo damnationis est his qui sunt in Christo Iesu. Insuper peccatum & offensa in deum idem sunt, ergo si iniquo parcit Deus offensam, quæ ratio potest esse quod culpa maneat? Quia si culpa maneret, remissa & condonata offensa, illa remissio &
Ioan. 17. condonatio non esset nisi fictio & non veritas contra illud. Pater sanctifica eos in ve-
Ioan. 8. ritate. & illud, Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Vnde Diuus Augustinus,
cōtra epist. Dicimus baptisma omnium dare indulgentiam peccatorum, & auferre crimina, nō
pela. li. 1. radere, nec peccatorum radices in mala carne teneri, quasi rasorum in capite capillo-
c. 13. in li. rum, vnde crescant iterum resecanda peccata. Et alibi. Certe iustus est deus, seipsum
de perfe- negare non potest, imputat autem Deus homini omne peccatum. quia neque pecca-
ctione iust. tum est quicquid non imputabitur homini in peccatum. Eadem ratione cum Apostolus ait reputatur fides ad iustitiam, nihil detrahit veræ iustitiæ. Quinimo quemcūque Deus iustum reputat, idem verissime est iustus per Spiritum sanctum, quem effundit in nos abunde, prout determinatum fuit in concilio Tridentino, Sessione. 6. Decreto. 7. circa medium, vbi dicitur, demum vnica formalis causa iustificationis est iustitia, id est, gratia dei, non quia ipse iustus est, sed quæ iustos nos fecit, qua videlicet ab eo donati, renouamur spiritu mentis nostræ, & non modo reputamur, sed vere iusti nominamur & sumus. Et in eodem concilio & sessione, titulo de iustificatione, canone. 7. dicitur. Si quis dixerit omnia opera nostra quæ ante iustificationem sunt quacunque ratione facta, vere esse peccata, Anathema sit. Ergo multo magis si quis diceret omnia opera post iustificationem facta, esse peccata, Anathema esset reputandus. Nec obstat illud Esa. 64. Facti sumus immundi omnes, & quasi pannus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ, quia vt dictum est supra secūdo cap. super verbo his qui secundum patientiam boni operis, Propheta loquitur de iustitiis, quas Iudæis inficiebant malis circunstantiis, vel cōparatiue in ordine ad iustitias dei. Non obstat pariter illud quod ... Apo. infra. 7 cap. Iam non ego operor, sed quod inhabitat in me peccatum. Quia ... baptisatis manet quidem appetitus sensitiuus, destitutus iustitia originali, qui est potentia naturalis animæ, & hic non est

ex se

ex se peccatum. Quia tamen propter destitutionem iustitiæ originalis, inclinat ad suauia & sibi delectabilia contra dictamen rectæ rationis alliciens & inclinans ipsam ad consentiendum peccato, Apo vocat illum appetitum peccatum, & aliquando concupiscentiam, & alii vocant fomitem peccati, vt ibi amplius dicetur. Si dicatur quod a natura inest, semper inest, sed peccatum originale inest a natura, & traducitur a natura, igitur. Dicendum quod peccatum originale pro formali non est aliquid positiuum, nec est de ratione siue essentia naturæ humanæ. Quia si adeo de nouo crearetur vnus homo de limo terræ eiusdem speciei nobiscum absque iustitia originali & gratia, licet haberet appetitum sensitiuum similem nostro, qui similiter inclinaret, ille appetitus non diceretur peccatum, neque pœna peccati, neque formes sed solum conditio naturæ. Nec est necesse quod priuationes, quæ cum natura trahūtur, semper insint, imo nec multa alia quę non sunt de essentia naturæ, vel propria illi quarto modo.

Beatitudo ergo hæc in circuncisione tantum manet, an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est? in circuncisione an in præputio? non in circuncisione, sed in præputio.

HIC excludit, falsum intellectum prædictæ authoritatis. Posset enim Iudæus sic intelligere quod prædicta gratia remissionis peccatorum, non fieret nisi circuncisis. Ad hoc excludendum mouet quæstionem, dicens, [Beatitudo,] quia scilicet deus dat iustitiam & remissionem peccatorum, habet ne solum locum in circuncisis Iudęis, an etiam in Gentibus præputiatis, quasi dicat Manifestum est quod in vtrisque, quia idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum. Quod etiam maneat in præputio, probat ex eo quod data fuit Abrahæ nondum circunciso & pręputiato Quod manifeste appaiet ex serie narrationis scripturæ. Nam Gen. 15. legitur quod fides reputata est Abrahæ ad iustitiam. Et Gen. 17. legimus Abrahæ datā fuisse circuncisionem. Si igitur Abraham existens incircuncisus, iustificatus est per fidem, sequitur quod iustitia fidei, per quam remittuntur peccata, non est solum in circuncisione, id est, in Iudæis, sed etiam in præputio, id est, in gentilitate. Infra. 10. B

SECVNDA PARS IIII. CAPITIS.

Et signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei quæ est in præputio.

POSTEAQVAM Apostolus ostendit quod Abraham non fuit primo iustificatus per circuncisionem, sed per fidem. In hac secunda huius capitis parte, respondet secundæ interrogationi factæ in fronte tertii capitis, seu cuidam obiectioni quæ ad dicta immediate præcedentia posset fieri declarando dignitatem & vtilitatē circuncisionis. Posset quispiam dicere, ex quo Abraham iustificatus erat, in præputio per fidem, quare dedit ei deus circuncisionem, aut quæ vtilitas tanti oneris? Dicendum quod ratio literaris, quare Deus dedit Abrahæ circuncisionem, secundum D. Thomam fuit ad protestationem fidei vnius Dei. Et quia Abraham fuit primus, qui se ab infidelibus separauit, exiens de domo sua & de cognatione sua, ideo ipse primus circuncisionem accepit. Et hanc rationem assignat hic Apost dicens. [Et signum accepit circuncision s signaculum iustitiæ fidei, quæ fuit in præputio.] Quia in hoc signo legitur Abrahæ fides reputata ad iustitiam, quod contra spem naturæ credidit in spem gratiæ. Et vt hæc protestatio & imitatio fidei firmaretur in cordibus Iudæorum, cuius obliuisci non possent, acceperunt huiusmodi signum in carne sua. Vnde legimus, dixit deus iterum ad Abraham: Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis [illegible] est pactum meum quod seruabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circuncidetis carnem præputii vestri, ut sit signum fœderis inter me & vos, infans octo dierum circuncidetur in vobis. 1. 2. q 102 art. ad. 2. Gen. 17.

bis. Oē masculinū in generationibus vestris, tā vernaculus quam empticius circūcidetur, & quicūq; fuerit de stirpe vestra. Eritque pactum meum in carne vestra, &
3. de Doct. Christ. post pauca. Dabo tibi filium cui benedicturus sum. Signum autem secundum D. Augustinum est id quod prєter speciem, quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire, vt ramus pendens ante domum manifestat ibi esse vinum venale. Sic circūcisio Abrahæ & seminis eius, significabat fidem quam habuerat Abraham in præputio, qua iustificatus fuit. Et sic illa circuncisio fuit signum & non causa iustitiæ, id est, gratię dei, quæ dicitur iustitia fidei, ex hoc quod ex fide originem traxit, & non ex circuncisione, cum illam iustitiam ante circuncisionem habuisset. Et non solum circuncisio dicitur signum, verum etiam signaculum quia signum dicitur C
Ezech. 28. communiter illud quod facit quocunque modo in alterius cognitionem venire Sed signaculum dupliciter accipitur. Vno modo pro expresso signo, siue pro eo quod habet expressam similitudinem rei signatæ, secundum illud, Tu signaculum similitudinis, &c. quia Lucifer de quo ibi Propheta loquitur, expressiorem similitudinem habebat dei quam alii angeli. Secūdo modo accipitur signaculum vt significat aliquod signum vel characterem alicui rei ad hoc expressum, vt aliquid occultet siue vt aliquid lateat sub eo, quousque ab illo qui dedit, referetur & manifestetur. Et hoc modo accepit Diuus Ioannes cum dicit. Dignus est agnus qui occisus est, accipere li-
Apoc. 5. brum, & aperire signacula eius. Et vtroque modo, Circuncisio Abrahæ data fuit signaculum. Primo quidem fuit expressum signum fœderis. Secundo quia in illo signo occultabatur multiplicatio seminis & promissio terræ peregrinationis suæ in hæreditatem & possessionem æternam, quæ terra significat cœlestem patriam, quam sub
Gen. 5. velamine illius terræ Chanaan ostendere promiserat, dicens. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi. Et quia illam cœlestem patriam obtinere non poterat, nisi per fidem mediatoris, ideo pollicitus est illi proprium legitimumque hæredem ex sua carne procreandum, qui esset Dei naturalis filius, per cuius iustitiam omnes gentes hæreditatem illam consequerentur. Et quia multiplicationem seminis credidit, ideo congruenter signum illud in membro, quod est signum generationis, accepit. Et quia in illo membro libido solet dominari. Ideo vt induceret ad rescindendam impudicitiā & debilitandam concupiscentiam, et seruandam mentis et corporis castitatem in illo membro, deus illud signum imprimi voluit, vt signo corporali exprimeretur quod spiritualiter erat faciēdum, vt scilicet sicut a membro generationis quod principaliter concupiscentiæ deseruit, abscindebatur superflua pellicula, ita etiam a corde hominis omnis superflua cōcupiscentia tolleretur, secūdum illud, Circuncidimini et auferte præputia cordiū vestrorū, ac etiā qui omnis corruptio culpæ & pœnæ peruenit in nos per carnalē originē ex peccato primi parētis, ideo talis circūcisio hebat D
Ad col. 2. in mēbro generationis. Et cū originalis culpa sit a generāte actiue, id est, a viro, ideo nō fuit data fœminis, quibus pro deletione originalis erāt alia sacramēta, scilicet pię seruatio et. 8 die. & si periculū ante immineret sacramēta legis naturæ. Secūdo fuit expressum signū effectus fidei Abrahæ, qui est remotio culpæ et ablatio corruptionis fiedæ per Christū, quæ perfectè cōplebitur in octaua ætatę quæ erit ætas resurgētiū. Et ideo ordinata fuit fieri 8. die vnde dicit Apost. Circūcisi estis, in Christo circūcisione nō manu facta, in expoliatione corporis et carnis, sed in circūcisione domini nostri Iesu Christi. Tertio fuit data vt esset signum expressiuum distinctionis populi fidelis ab infidelibus, ut cognosceretur eorū genus, ne confunderetur ex permixtione, dum inter gentes habitarent, vel dum ducerentur captiui, ne ignoraretur quod de genere Abrahæ descenderet Christus, prout ei promissum erat. Et secundum Haymonem deseruiebat signum illud Iudæis, quando in prælns cum aliis sternebantur et nudi relinquebantur mortui ex circūcisionis signo notati sepulturę mādarentur cum autem Christus, qui sub circūcisionis signo latebat, apparuit, congruum fuit figuram aduenientē veritate cessare. Quemadmodum & vmbra, ad ueniente lumine, effectus circuncisionis erat deletio peccati originalis, non ex vir
tute

tute inhærente operi operato, sed ex pacto diuino mediante fide vel circuncisorum (si adulti erant) vel offerentium, cum paruuli ante vsum rationis circuncidebantur, qui si ante octauum diem in periculo mortis erant, fide parentum protestata signo siue sacrificio exteriori voluntario, prout in lege naturæ a peccato originali purgabantur. Ex præmissis apparet causa & effectus siue vtilitas circūcisionis, quia videlicet erat eis memoriale signum beneficiorum Dei promissionis, redemptionis & eorum quæ spiritualiter agere debebant, quantum ad cultum diuinum & mores componendos, ac deletio peccati originalis mediante fide vt dictum est. Et quo modo duplex est circuncisio, scilicet carnalis & manu facta exterius. Alia interior & spiritualis.

E

Vt sit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur & illis ad iustitiam, & sit pater circuncisionis, non his tantum qui sunt ex circuncisione, sed & his qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahæ.

HIC declarat aliam dignitatem & vtilitatem circuncisionis, quæ dicitur paternitas. Ex hoc enim quod Abraham in præputio iustificatur est per fidem, & postea circuncisionem accepit, factus est pater omnium credentium. Primo gentilium credentium per fidem, quam habuit in præputio, siue in statu præputii & gentilitatis existens. Et per circuncisionem omnium Iudæorum, qui circuncisionem Abrahæ suscepturi erant, & eius fidem imitaturi, vt quemadmodum fides Abrahæ reputata est ei ad iustitiam, ita fides omnium credentium in quocunque statu sint imitantium vestigia fidei Abrahæ etiam reputetur eis ad iustitiam. Et sic Abraham est pater spiritualis gentilium credentium per imitationem, & pater carnalis & spiritualis Iudæorum credentium & eum in fide imitantium. Iudæorum vero ipsum in fide non imitantium est pater carnalis tantum. Et sic in his verbis Apost. duplicem ascribit Abrahę paternitatem & modum paternitatis, scilicet spiritualem & carnalem. Modus quo aliqui dicuntur eius filii spirituales, est imitatio vestigiorum fidei ipsius. Modus vero, quo est pater carnalis aliorum est generatio, quæ est quædam causa corporis, sed non spiritus. Ideo hæc paternitas corporalis duntaxat, non est vera, neque perfecta paternitas. Cum filiatio suppositorum ei correspondens comprehendat carnem & spiritum, qui est potior carne. Et ideo illi qui sunt filii spirituales ipsius Abrahæ per imitationem fidei & obedientiæ, sunt veri & perfecti filii & non illi qui sunt filii per propagationem seu generationem carnalem duntaxat. Harum duarum paternitatum & filiationum discrimen declarauit nobis Christus, iactationi Iudæorum, qui se arroganter filios Abrahæ profitebantur; respondens & dicens. Scio quod filii Abrahæ estis scilicet secundum carnem, quasi dicat hæc non est vera ac perfecta filiatio. Postmodum ad illam inducens, ait. Si filii Abrahæ estis opera Abrahę facite, quasi dicat Si uultis esse veri filii Abrahæ, imitemini eius fidē obedientiam, & charitatem, ac alia virtutum illius opera. Et ad ostendendum quod ipsi non imitabantur. subiunxit. Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem locutus sum vobis &c. Hoc Abraham non fecit, ergo non estis veri filii eius & D. Ioan. Baptista Et ne velitis dicere intra vos patrem habemus Abraham, Dico enim vobis quod potens est deus de lapidibus istis, idest de gentilibus, suscitare filios Abrahæ, Ideo Christus his qui non imitabantur fidem & virtutes Abrahæ, dixit vos ex patre diabolo estis quem imitamini & cuius opera vultis perficere.

F

Ioan. 8

Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini eius ut hęres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Gen. 15. & 12.

HIC ostendit quod nec circuncisio, nec quodcunq; opus legis iustificat, sed diuina promissio est causa iustitiæ. Et supponit ex Gen. promissionem factam Abrahæ & semini eius ante legem & circuncisionem, vt esset hæres mundi, & quod in semine eius benediceret omnes cognationes terræ. Circūcisio vero data fuit postea, Gen. 17. Exod. 20.

Gal. 3: vt in eodem libro habetur & longo post tempore lex per Moysen, vt habetur in
Psal 2. Exod. Per hoc autem semen Abrahæ intelligitur Christus, secundum illud, Non di
Mat. ult. cit in seminibus quasi in multis, sed in vno, &c. Quia in vno scilicet Christo, fuit pro
Heb. 1. missio completa & hæreditas mundi data, iuxta illud, Postula a me, & dabo tibi gé
tes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. vnde & ipsemet Chri
stus ait. data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: Et Apost. Et cum introdu- A
xit primogenitum in orbem terrarum, dixit Et adorent eum omnes angeli eius. Se-
cundario autem completur in illis, qui per gratiam Christi sunt spiritualiter semen
Abrahæ, vnde infra. 9. Qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine, qui etiam
per Christum sunt hæredes mundi, inquantum omnia in gloriam illorum cedunt,
iuxta illud, Omnia vestra sunt. Et infra. 8. Qui pro nobis omnibus tradidit illum,
1.Cor.3. quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Circa hanc promissionem
Aposto. vnum negat, & vnum asserit. Negat hominu promissionem factam per le-
gem, cum vt dictum est, longo tempore legem præcesserit huiusmodi etiam promis
sionis impletio & executio, non est etiam facta per legem, quia, vt alibi dicit, Nihil
ad perfectum adducit lex. Vnde dicit, Non enim per legem promissio, scilicet facta
Heb. 7. vel impleta est. Ex hoc loco possumus coniectari quod conuersi ad fidem ex Iudais
mo, arbitrabantur huiusmodi promissiones factas fuisse Abrahæ & semini eius ad
modum stipulationum, scilicet si circuncisionem Abrahæ & legem datam per Moy
sen (quam profitebantur,) custodirent. Et inde inferebant per circuncisionem &
opera legis se esse iustificatos, & commeritos fuisse ingressum hæreditatis æternæ.
Et per meritum seruatæ legis. Christum aduenisse, quæ omnia Apost. tanquam blas
phema confutat. Aliud autem quod astruit & affirmat, est quod huiusmodi promis
sio erat implenda per iustitiam fidei, quod ad Hebræos. 11. scribens, ita factum esse
protestatur, dicens, Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti
sunt repromissiones.

Si enim qui ex lege, hæredes sunt exinanita est fides, abolita est promissio.

HIC probat quod promissio paternitatis multarum gentium, & hæreditatis
mundi Abrahæ & semini eius facta, non sit impleta per legem ex illatione absurdi
& incōueniētis, procedit a destructione cōsequētis ad destructionē antecedētis, dicēs.
[Si enim, &c.] quasi dicat. Dixi quod promissio facta Abrahæ & semini eius nō fuit
impleta per legem, si tu qui es Iudæus, hoc negat sic probo & argumentor. Sit ita, vt
tu dicis, promissio illa impleta est per legem, siue per opera legis, hoc antecedēs sub
aliis verbis exprimit, dicens [Si enim qui,] id est, aliqui, [ex lege,] id est per B
legem, [hæredes sunt,] id est, Si ad hoc quod aliqui hæreditatem promissam con-
sequantur, requirātur opera legis, [exinanita est fides abolita est promissio,] qua
si dicat. Si vos Iudęi circuncisi & obseruantes legem, estis solum hæredes, & nō etiā
gentiles, sequuntur duo maxima inconuenientia. Primum est quod exinanita, id est
euacuata & anihilata est fides, qua Abraham in præputio existens credidit promis-
sioni dei, vt esset pater multarum gentium. Et secundum est quod abolita, id est de
leta, cassata siue reuocata esset promissio dei. Et per consequens, quod Abraham fru
stra credidisset deo. Et quod deus mutabilis ac infidelis in promissis esset. Patet con
sequentia quo ad primum, quia ante legem fide erat iustificatus, & hæres factus in
spe, quia, ut dictum est, quod fides eius reputata est ad iustitiam. Et ideo si non pos
set hæreditatem consequi absque operibus legis, iam eius fides non esset reputata ad
iustitiam, & sic exinanita & euacuata ac sine virtute, siue frustra fuisset & in vanum
credidisset. Quo ad secundum etiam patet, Quia tunc in Deo fuisset, est, & non quia
ut suppositum est ex Gen. 12. Primo enim promisit absolute & simpliciter, & si po
stea conditionem obseruantiæ legis siue opera legis adiunxit, promissionem absolu-
tam abolust, cassauit, irritauit, & reuocauit, et sic mutatus est, iuxta illud, Ego domi
nus & non mutor & illud, apud quem non est transmutatio, & illud, fidelem esse

enim

enim qui repromiserat. Et infra eodem capite, Quæcunque promisit Deus, potens est facere. Et cum sit ipsa veritas, non mentitur, iuxta illud, In spem vitæ æternæ quã promisit qui non mentitur Deus, & illud, impossibile est Deum mentiri & negare seipsum. Et per consequens impossibile est quod promissio eius sit cassata, deleta, aut reuocata, siue quod non impleuerit eam. Et cum fuerit absoluta reiicit prædictam interpretationem Iudæorum de stipulatione quam possent obiicere. Post quam ergo consequens hoc, scilicet quod exinanita est fides, & abolita promissio destructum est & ex sacris literis probatum falsum, sequitur destructum & probatum falsum antecedens, ex quo sequebatur, scilicet, quod ex lege sit promissio, siue qui ex lege sunt, hæredes sint. Cum Abraham fuerit ante legem datam, nec seruauerit eam. Probatur etiam consequentia, quia si ex operibus legis oriretur iustitia, & haberetur hæreditas, hoc fieret ex natura operum. Quare nihil restaret quod deberetur promissioni, & per consequens abolita & explosa esset promissio. Mala. 3. Iacob. 1. Act. 11. Ad Tit. 1. Heb. 6.

C

Lex enim iram operatur.

HIC probat conditionalem præmissam per effectum legis, Si enim aliqua promissio sit implenda, non impletur per id quod impletionem legis impedit, imò tale impedimentum abolet promissionem & exinaniuit fidem credentis illi promissioni. Sed lex impedit consecutionem hæreditatis, quia lex iram, Vindictam, pœnam, & separationem operatur. Per legem enim indirectè, id est, per transgressionem legis, homines facti sunt digni vindicta Dei, iuxta illud, Magna ira domini accensa est contra nos, quia non audierunt patres nostri verba libri huius scilicet legis, Quia cum officium legis sit, vt per ipsam fiat cognitio peccati inde est vt per eam omnis excusationis occasio eripiatur à trangressoribus, & ideo ipsa est causa occasionalis, quod transgressores merito sunt plectendi. Vnde infra. 7 dicitur, quod occasione accepta, peccatum per mandatum operatum est in nobis omnem concupiscentiam, Legislatoris enim directa intentio est, vt per legem faciat bonos ciues, verum praua subditorum voluntas in oppositum nititur. Eam ob rem lex & legislator iram & Vindictam indirectè intendit, operatur, siue infligit. Vnde alibi dicit. Quicunque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt Scriptum est enim, Maledictus qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. Et ideo lex indirectè impedit à consecutione hæreditatis promissæ, & per consequens per legem non impletur promissio, sed potius aboletur [Vbi enim non est lex. nec præuaricatio.] Hic ostendit causam cum lex iram operetur, dicens, [vbi, &c.] id est. Quicquid fiat contra legem, imputatur ad pœnam. Quia officium legis est imputare ad pœnam, & punire, vindicare & exhæredare transgressores Et per consequens ad legis actionem, siue ad opus legis non pertinet adimpletio promissionis rebellibus, Priuati enim hæreditate, non est adimplenda promissio, & sic per legem indirectè exinanita est fides & abolita promissio. Potest etiam ratio sic formari, ira, vindicta, siue pœna debetur solis præuaricatoribus & transgressoribus, sed præuaricatio nequit esse vbi nulla est lex. Ergo vindicta & pœna dimanant siue procedunt ex lege, siue naturali, siue diuina scripta, siue humana Nam quamuis nulla fuisset lex scripta, nihilo secius violatio legis naturalis delictum & præuaricatio esset, vtpote legis trãsgressio. Vnde Psal. 118: Vidi præuaricantes & tabescebam, & alibi. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ Grauius est tamen simul transgredi legem naturæ & scriptam, quàm solam legem naturæ. Et sic vbi non est lex scripta, non est præuaricatio, scilicet, tanta, vel non imputatur ei, qui non habet, siue recepit ipsam legem, prout Gentilibus, qui & si non obseruarent legem Moysi, circa cæremonialia & iudicialia, non erant præuaricatores legis, quæ illis imposita non erat. Sed Iudæi, qui erant subiecti legi, contraueniendo erant præuaricatores & digni exhæredari, ideo lex indirecte impletionem promissionis impediebat. 4. Reg. 22 2. Ethic. Gal. 3

D

Ideo ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abraha, qui est pater omnium nostrum.

Rom. 4. HIC ostendit per quid, & in quibus prædicta promissio sit adimplenda, & supponit sufficientem diuisionem. Quia cum Deus sit verax & fidelis in promissis, necesse est dicere, quod eius promissio sit implenda. Vel ergo implenda est per legem, aut per fidem à sufficienti diuisione, quia non videtur aliud medium impletionis. At qui promissio non est implera per legem, quia vt dictum est, exinanita esset fides, & abolita esset promissio, cuius impletio impeditur per legem, vt deductum est, Ideo sequitur quod sit implenda ex fide, & sic per fidem consequimur promissionem, vt hæredes simus mundi. Vnde D. Ioan. Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Et hoc confirmat per contrarium medium quod sumpserat, dixerat enim quod si promissio per legem seu legis obseruantiam impleretur, non esset firma & constans, sed abolita, cum operationes hominum non habeant firmitatem, sed sint subiectæ Varietati, iuxta illud, Cogitationes mortalium timidę & incertæ prouidentię nostræ. Nec etiam fuisset promissio firma omni semini Abrahæ, sed solum illi qui esset subiectus legi, nec etiam ex gratia, sed ex debito, vt deductum est. Nunc verò oppositum affirmat fieri per fidem, quasi dicat. Si dicamus promissionem implendam per fidem, firma manet promissio, propter firmitatem & virtutem diuinæ gratiæ iustificantis hominem per fidem, secundum gratiam Dei quæ est infallibilis, iuxta illud, Sufficit tibi gratia mea. Et illud, Quotquot sunt promissiones in illo scilicet Christo, est id est veritatem habent. Et cum fides si donum Dei secundum gratiam, & nō ex operibus, ne quis glorietur, iam non ex debito, quia alias vt dictum est, non haberemus gloriam apud Deum, Qui reputauit fidem Abrahæ, & omni semini eius (vt in calce huius capitis dicetur) ad iustitiam Ideo hic dicit vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini Abrahæ, id est omni homini, qui fuerit qualitercunque semen Abrahæ, iuxta illud, Cum semine eorum permanet bona hæreditas sancta nepotes eorum. Quia ergo promissio impletur per fidem quæ est omnibus communis, planum & manifestum est quod impletur in omni semine Abrahæ qui est pater omnium nostrum scilicet credentium, siue simus ex Iudaismo, siue ex gentilitate, propter quod omnium iustorum locus sinus Abrahę nuncupatur. Vnde etiam Christus ait, Multi venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac. & Iacob, in regno cœlorum, filii autem regni id est qui ob circuncisionem & legem tales se iactant, eiicientur in tenebras exteriores. Lutherani ex præmissis verbis Apostoli. ideo ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini. Confirmare nituntur errorem suum de certitudine gratię, prǽsupponunt enim quod ex sola fide iustificemur, ex quo inferunt quemlibet iustorū certum esse suæ gratiæ, quia certi sunt se fidem habere Hoc inquiunt est argumentum Pauli, Quoniam ex fide, & non ex operibus, iustificamur, firma, certaq; sit promissio, inferunt ipsi, Ergo cuicunq; prǽstanti talem fidem adnascitur eis ab eadem fide quod obtinuerit promissionem Dei. Sed dicendum quod Apostolus hic non dicit certa, sed firma i infallibilis, nec dicit nos esse certos gratiæ, imò alibi dicit nos ignorare. Nihil enim, inquit, mihi conscius sum, sed in hoc iustificatus non sum. Et licet aliquis possit scire se habere fidem historicam, quam vocant aut informem, quę quandoq; est absq; gratia & charitate, ex quibus iustificamur ac chari & accepti ac grati Deo reddimur, nemo tamen communi lege absq; speciali Dei reuelatione scire potest se esse in gratia & charitate. Ideo non possumus esse certi nos esse iustos, nec obtinuisse promissionem Dei. illorum suppositionem de iustificatione sola fide sufficienter confutauimus supra. 1. ca exponēdo illud, Iustus ex fide viuit. Et hunc errorem cum suis fucis & coloribus reiiciemus cùm interpretabimur illud, Spiritus reddit testimoniū spiritui nostro. &c. infra. 8. cap.

Marginal notes: 1. Ioan. 5. — Sap. 9. — 2. Cor. 12 — 2. Cor. 1. — Ephe. 2. — Eccle. 44. — Luc. 16. — Mat. 8.

Sicut

Sicut scriptum est. Quia patrem multarum gentium posui te ante Deum cui credidisti, qui viuificat mortuos, & uocat ea qua non sunt, tanquam ea qua sunt.

HIC probat quod semen Abrahæ sit non solum quod ex lege, sed etiam quod est ex fide authoritate scripturæ. Legimus enim in Gen. 15. Nec vltra vocaueris Abram, sed appellaueris Abraham. quia patrem multarum gentium constitui te in præputio quasi iam esset impletum, quod longe postea erat implendum more prophetarum, qui propter certitudinem prophetiæ ponunt præteritum pro futuro. Vnde Dauid, Foderunt manus meas & pedes meos, &c. Et Esa. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & nos reputauimus eum quasi leprosum, &c. tamen longe post Esaiam fuit impletum. Ea enim quæ sunt futura in seipsis, in diuina prouidentia sunt præsentia, secundum illud, domino Deo nostro antequam crearentur omnia sunt agnita, sicut & post perfectum respicit omnia. Et ideo Apost. dicit, quod hoc quod dictum est in Gen. Posui vel constituite, quod idem significat, intelligendum est ante Deum, id est, in præsentia Dei cui crediderat Abraham. Crediderat enim Abrahã Deo prænuncianti, ac si videret in præsenti, Et sic illa verba cui credidisti, non sunt desumpta ex Gen sed sunt adiecta ab A Apost. ad exponendũ quali paternitate deus posuit Abraham patrem multarum gentium, quia non carnali, sed spirituali, quę est coram Deo, cui Abraham credidit. Et in hoc quod dicit, [Qui viuificat mortuos, &c.] ostẽdit a quo sit implẽda huiusmodi promissio, scilicet a Deo. Dixerat enim prius, [ante Deum,] subiunxerat cui credidisti scilicet Deo tandem hic dicit, [qui] scilicet Deus, [viuificat mortuos.] id est iudęos, qui contra legem agentes erant mortui in peccatis, viuificat ergo per fidem & gratiam, vt promissionem Abrahæ consequantur. [Et ea quę non sunt,] id est, gentiles qui propter nephandissima peccata videntur nihili fieri, & quia erat à Deo omnino alienati, vnde dicebat. Si charitatem non habuero, nihil sum, vocat ad gratiam, tanquam ea quæ sunt id est sicut iudæos, vnde infra. 9. Vocabo non plebem meam, &c Et sic per huiusmodi vocationem implebitur promissio Abrahæ etiam in gentibus Vel quod dicit, Vocat ea quæ non sunt, non intelligitur de vocatione temporali, sed de vocatione prædestinationis æternæ, qua vocantur & eligun tur etiam ea quæ non sunt ac si essent, secundum illud, Elegit nos ante mundi constitutionem. De hac vocatione dicit infra. 9. Non ex operibus, sed ex vocante dictũ est, &c. Vel vocationem hic dicit simplicem dei notitiam vel cognitionem, qua cognoscit futura, quæ non sunt actu sicut præsentia. Et hoc modo accipitur vocatio, cum dicitur. Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat.

Psal. 21. Eccle. 23. 1. Cor. 13. Ephe. 1.

QVARTA PARS. IIII. CAPITIS.

Qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium secundum quod dictum est ei, Sic erit semen tuum sicut stellæ cæli, & arena maris.

HIC commendat fidem Abrahæ ex magnitudine, dicens, [Qui,] scilicet Abraham, credidit in hanc spem, ut fieret pater multarum gentium contra aliã B spem. Ad cuius intelligentiam considerandum est quod spes importat certam expectationem boni futuri, quæ quidem certitudo quandoq; est ex causa humana siue naturali, secundum illud, Debet in spe qui arat arare. Quandoq; vero certitudo expectantis est ex causa diuina, secũdũ illud, in te domine speraui. Hoc ergo bonũ, ꝙ Abrahã esset pater multarũ gentiũ, certitudinem habebat ex parte dei promittẽtis, sed cõtrariũ apparebat ex causa naturali siue humana [illegible] dicit, [Qui cõtra spẽ,] causæ naturali vel humanæ, [credit in spem,] promissionis Dei, secundum quod dictum est ex Gen. Sicut stellæ cœli & arena maris. Vtrunque horum inducitur propter similitudinem innumerabilis multitudinis. Nam quantum ad stellas

1. Cor. 9. Psal. 30. Gen. 15. Deut. 1.

3 Reg. 4. las cœli, dicitur dominus Deus vester multiplicabit vos, & estis hodie sicut stellæ cœli. Quantum vero ad arenam maris dicitur. Iuda & Israel innumerabiles sicut arena maris. Potest tamen aliqualis differentia inter vtrumque attendi, vt stellis
Dan. 12. comparentur iusti, qui fuerunt ex semine Abrahæ. Vnde Daniel, Qui ad iustitiam multos, quasi stellę in perpetuas æternitates. Arenæ autem comparantur peccatores, quia fluctibus mundi quasi cuiusdam maris opprimuntur. Vnde Hier. 4. Posui arenam terminum maris.

Et non infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum emortuum, cum iam fere centum esset annorum & emortuam vuluam Sarræ.

HIC commendat fidem Abrahæ ex firmitate dicens, [& non est infirmatus, &c.] Quemadmodum enim temperantia ostenditur non esse infirma, quæ magnis concupiscibilibus non vincitur, ita & fides ostenditur non esse infirma, sed fortis, quæ a magnis difficultatibus non superatur. Vnde D. Petrus. Cui resistite fortes in fide. Sed Abraham habuit duas difficultates credendi, quas superauit. igitur non infirmatus est, &c. Primam difficultatem tangit, cum dicit, [Nec considerauit,
Gen. 21. &c.] Quia iam mortificata erat in eo vis generatiua, idem non considerauit ad
Gen. 18. discredendum promissioni corpus suum emortuum, quantum ad virtutem generatiuam propter senectutem, vnde dicit. [Cùm ferè certum esset annorum] Abrahæ enim centenario existenti natus est Isaac, per annum autem ante fuerat filius
Gen. 23. promissus, secundum illud, Reuertens veniam ad te, tempore isto, vita comite, & habebit filium Sarra vxor tua. Sed dicet quispiam. Quomodo erat corpus Abrahæ emortuum, quantum ad vim generatiuam? Cum post mortem Sarræ duxerit Cethuram in vxorem, ex qua habuit sex filios. Dicendum quod virtus generandi
Gen. 18. miraculose restituta fuit Abrahæ. Secunda difficultas credendi erat ex parte vxoris,
Esa. 51. ideo dicit, Nec considerauit emortuuam vuluam Sarræ, quantum ad actum gene- C
Gen. 17. randi, tum propter sterelitatem, tum propter senectutem, desierant enim ei fieri muliebria. Et ideo ad ostendendum vtriusque frigiditatem, dicebat Esa. Attendite ad Abraham patrē verum & ad Sarram, quæ peperit uos, præmiserat enim dicens. Attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua præcisi estis. Si autem obiiciatur ex Gen. quod Abraham audita promissione filii ex Sarra, cecidit super faciem suam, & risit, & dixit in corde suo Nunquid centenario nascetur filius, & Sarra nonagenaria pariet? Ex quibus verbis videtur Abraham hoc considerando minus credidisse. Dicendum secundum dominum Caietanum, quod a principio non perceperat reuelationi affirmatiuam, & propterea contulit secum impedimenta naturæ, tam in se quam in Sarra. Sed collatio illa non processit ex dubita-
Luc. 1. tione vel infidelitate, sed ex hilaritate & gaudio, cogitando sensum diuinorum verborum, & percunctando an ad significandum ea quæ sonabant, dicta essent, quod apparet ex gratiarum actione, quia vt dictum est, cecidit super faciem suam, prout D. Virgo non dubitando, sed percunctando dixit. quomodo fiet istud? Cuius signum est quod subiungit scriptura, Deum iterato dixisse, verē Sarra vxor tua pariet tibi filium. Tunc Abraham non considerauit, &c. Ita quod verba Apostoli referenda sunt ad tempus completæ reuelationis, Sarra autem ex dubitatione risit ideo reprehensa fuit, & non abraham.

In repromissione etiam Dei non hæsitauit diffidentia: sed confortatus est fide, dans gloriam Deo plenissime sciens quia quæcunque promisit Deus, potens est & facere.

Gen. 12. HIC commendat fidem Abrahę quantum ad iteratam promissionem, & assignat cām. Deus enim non semel duntaxat bis promisit, sed iterū, atq; iterū i. quater. Primo enim dixit. Egredere de terra tua, & de cognatione tua ac de domo patris tui, faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, &c. subiungit, at-

que

que in te, id est, in semine tuo benedicentur omnes cognationes terrę. Secundo cum Gen. 15.
D Abraham peruenit in terram Chanaan, apparuit ei dominus, & dixit Semini tuo dabo terram, & cum eduxisset eum foras dixit. Suspice in cœlum, & numera stellas si potes, & dixit ei. Sic erit & semen tuum. Tertio cum postea dixit ei. Ambula corá me, & esto perfectus. Ponamq; fœdus meum inter me, & te, & multiplicabo te vehementer nimis. Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semē tuum post te, &c, Quarto cum dixit. Reuertens veniam ad te tempore isto, & habebit filium Sarra vxor tua. Quinto postquam tentauit eum de immolatione filii, & dixit. Per memetipsum iuraui, dicit dominus, quia fecisti, hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam, quæ est in littore maris, possidebitq; semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, omnibus istis promissionibus credidit Abraham, & non hæsitauit. Ideo dicit, in repromissione, id est, itera a promissione de seminis exaltatione non hæsitauit, id est, dubitauit diffidentia, scilicet quod offenderet de veritate siue impletione promissionis. Vnde D. Iacobus. 1. Qui hæsitat similis est fluctui maris, &c [Sed confortatus est fide,] id est, fidei fortiter adhæsit. Vnde D. Petrus Cui resistite fortes in fide. Si dicatur quod Abraham dixit. Vnde scire possum quod possessurus sum eam, & per consequens videtur dubitasse petendo signum, præterea risit, quemadmodum Sarra, quæ hæsitauit. Dicendum quod petiit signum non ex dubitatione, sed cum morem Dei nouisset, qui fœdera sua & pacta data aliquo signo stabilire consueuit, vt apparet in arcæ exhibito Noe in monumentum pacis. Vnde reprehensus est Achaz, qui iussus signum petere, renuit. Nec risit ex infidelitate, prout Sarra, sed ex gaudio & firmitate adhæsionis Et ideo cum Apostolus paulo ante negatiue, dixisset, quod non fuit infirmatus in fide, maiori hic commendatione affirmat quod fuerit confortatus fide. Et consequenter assignat causam firmitatis & confortationis, scilicet scientiam diuinæ omnipotentiæ, cum dicit. [Dans gloriam deo] Inquantum scilicet confiderauit omnipotentiam eius, [plenissime sciens, quia quæcunque promisit] deus, potens est & facere. Vnde Sapiens. 12. Subest enim tibi cum volueris posse, & D. Lu-
E cas. 1. Non est impossibile apud Deum omne verbum. Ex his patet quod quicunq; non est firmus in fide dei, quātum est in se, derogat diuinæ gloriæ, vel quantū ad eius veritatem, vel quantum ad eius potentiam.

1. Pet. 5.
Gen. 15.
Gen. 9.
Esa 7.

Ideo & reputatum est illi ad iustitiam, non est autem scriptum tātum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam, sed et propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrum a mortuis.

HIC commendat fidem Abrahę ex eius effectu, quem fides in Abraham fecit & quē faciet in aliis similiter credentibus, resumendo quod prius ex Gen. desumpserat; Vnde dicit, ideo scilicet quia Abraham tam perfecte hoc ipsum credidit, [reputatū est illi ad iustitiā.] Quo ad effectum, quem fides habet in aliis dicit. [Nō autē scriptū est tantū propter ipsum, quia reputatū est illi ad iustitiā,] vt scilicet nos æstimemus ꝙ soli Abrahæ fides reputata sit ad iustitiā, licet etiā sit scriptū propter eius commendationē et dei gloriam, qui talem fidem in eū infudit Sed scriptum est propter nos, id est, vt nostris sit obiectus oculus in typum fidei nostræ, unde spem et fiduciam stabiliamus. Si enim fidem habuerimus, pariter reputabitur fides nostra ad iustitiam. Hac si quidem ratione ille positus est pater omnium credentium. vnde infra. 15. dicit. Quæcunque scripta sunt, in nostram doctrinam scripta sunt. Vnde subiungit. [credentibus in eū,] id est, in patrē qui suscitauit Iesum Christū dominū nostrum a mortuis, quasi dicat. Quemadmodum fides Abrahę, qui non considerauit suum vxorisque eius emortuum corpus, credens in eum qui viuificat mortuos, reputata est ad iustitiā, Ita cuiuslibet fides credentis in eū qui suscitauit dominū nostrū Iesum Christum, ad eandem reputabitur iustitiam. Et cū præmisisset qui viuificat Gen. 15.

h mortuos,

mortuos, illius iam viuificati meminit, cibus morte fuit omnium mors spiritualis extincta, & cuius resurrectio fuit cunctis causa resurgendi. Suscitauit autem est a
Psal. 3. parte, cui ipse dixit. Tu autem domine miserere mei, & resuscita me. Et quia est eadem virtus patris & filii, ipse etiam propria virtute surrexit. Quod autem hæc fides iustificet, apparet ex illo. Si confitearis ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris, [quod suscitauit eum,] Deus a mortuis, saluus eris. [Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.] Hic assignat causam siue rationem, quare fides Christi iustificet, dicens, [Qui traditus est, &c.] scilicet Christus in mortem, a proditore propter auaritiam, a Iudæis propter
Ephe. 5. inuidiam, a Pilato, propter timoré, a Patre permissiuè. Vnde Infra. 8. Qui propria
Esa. 53. filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Traditus est etiam a
Ioan. 10. seipso voluntarie mortem sustinendo, iuxta illud. Tradidit semetipsum oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis, & illud, Oblatus est, quia ipse voluit, & illud, Nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam a meipso, propter delicta nostra, vt peccata nostra auferret. Sua enim passione & mortem omnium viatorum meruit ablationem peccatorum. Et quia, vt Damascenus dicit, humanitas Christi fuit quodammodo instrumentum diuinitatis, vnde per contactũ humanitatis Christi fuit mundatus leprosus, ideo mors Christi fuit causa deletionis peccatorum, nõ
Marc. 1. solum per modum meriti, sed etiam per modum cuiusdam efficientiæ, & sic omnes actiones & passiones humanitatis Christi fuerunt nobis salutiferę, vtpote ex virtute diuinitatis prouenientes. Resurrectio vero non est causa per modum meriti, cum terminus viæ Christi fuerit mors, postquam non fuit viator, sed solum comprehensor, et per consequens non fuit in statu merendi, sed fuit causa exemplaris. Ideo dicit [Et resurrexit,] scilicet Christus propter iustificationem nostram, vt suæ resurrectionis virtute gratiã iustificanté conferret, & vt nos prius a vitiorũ sordibus surgere faceret, & ut nos in virtuté honestate iusti resurgeremus et ut suæ corporalis resurrectionis exemplo, nos ad spiritualem resurrectionem induceret, vt in nouitate vitæ ambularemus, & tandem finaliter corporaliter resuscitaremur ab ipso,
Phil. 3. quando reformabit corpus humilitatis nostrę, configuratum corpore claritatis suæ.

EPITOME V. CAPITIS.

OSTENSA per Apostol in præmissis quatuor capitibus necessitate gratiæ, in hoc capite incipit commendare virtutem & facultaté ipsius gratiæ, et ostẽdere bona quæ per gratiam cõsequimur, & mala a quibus liberamur. Et primo præponit modũ seu viã perueniendi ad gratiã, cuius effectus, qui sunt pax, stabilitas, gloriatio, in spe adoptionis filiorum Dei, et patientia tribulationibus, declarat ea euenire per Spiritum sanctum. Secundo ibi. [Vbi quid enim Christus, &c] ostendit firmitatem spei per mortem Christi, commendando charitatem eius ex difficultate obiecti, ex qua a maiori ad minus concludit propositum reconciliationis per mortem Christi, de qua gloriari & exultare debemus. Tertio ibi [Propterea, &c.] ostendit quod per gratiam Christi liberamur a peccato originali præterito, eius originé, progressũ et effectũ ipsius, qui est mors, ex vno in omnes declarando. Quarto ibi, [vsque ad legé, &c.] idem manifestat exprimendo peccatum fuisse sub lege, et quid circa peccatum lex fecerit. Quinto ibi, [Sed non sicut delictum, &c.] manifestat progressum superabundantis gratiæ dei ob vnius obedientiam, ac effectum et regnũ ipsius destruentis et abluentis peccatum originale, quod ab vnius inobedientia in omnes prodierat. Postremo ibi, [Lex subintrauit: &c.] ostendit quod per gratiam tollitur peccatum actuale, quod lege superueniente abundauerat, concludendo regnum gratię in vitam æternam succedere regno peccati in mortem.

EXPOSITIO LITERALIS V. CAPITIS.

IVSTIFICATI ergo, non ex lege nec ex operibus, sumus iusti a deo effecti, [ex fide] scilicet infusa quæ est donum dei, inquātum per fidem mortis & resurrectionis effectum eius participamus. [Pacem habeamus ad deum.] non ei subiiciendo & acquiescendo voluntati eius. & hoc [Per Dominum nostrum Iesum Christum,] qui est pax nostra, & qui nos tanquam mediator ad illam pacem perduxit [Per quem habemus accessum,] id est, aditum & ingressum, [per fidem in gratiam istam,] id est, in statum gratiæ & bonam vitæ obseruantiam [in qua] id est, per quam non solum resurreximus a peccatis, sed etiam in ea nos qui cecidimus in Adam, [stamus,] scilicet fixi & erecti per affectum ad cœlestia, non quod fides præcedat gratiam, sed potius gratia fidem. Gratia enim saluati sumus per fidem, quia primus effectus gratiæ in nobis est fides, per quam non solum stamus, sed [& gloriamur;] id est, gaudemus & exultamus [in spe gloriæ] filiorum Dei, id est, ex hoc quod speramus nos adepturos gloriam angelorum & sanctorum, qui sunt filii & hæredes Dei, cohæredes autem Christi [Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus] id est, non solum gaudemus de spe gloriæ filiorum Dei, quæ hic inchoatur per spem & amorem, & consummabitur in gloria per claram visionem & fruitionem, sed etiam gaudemus interius, & gaudium intrinsecum signis exterioribus ostendimus, in tribulationibus, id est, passionibus & sustinentia præsentium malorum & afflictionum, per quas ad gloriam peruenimus. [Scientes quod tribulatio patientiam operatur.] non quod tribulatio sit causa effectiua patientiæ, sed occasio exercendi actum patientiæ, per cuius assuetudinem anima in tribulationibus inconcussa & immobilis redditur, ita vt dulce sit ei pro Dei amore, & propriorum peccatorum purgatione afflictiones sustinere, [Patientiam autē,] scilicet operatur, [probationem,] id est, purificationem, per hoc enim quod homo patienter tribulationes sustinet, redditus probatus & strennuus æque purgatus, sicut aurum in fornace. [Probatio vero] scilicet operatur [spem,] id est certam expectationem fœlicitatis, ex quo enim quis probatus & purgatus est, insurgit in eo & in aliis spes quod ad hæreditatem Dei admittetur. [Spes autem non confundit.] id est, non deficit, nisi homo ei deficiat, nec facit aut sinit erubescere Christianos ad irrisionem filiorum huius seculi, qui irrident patienter sustinentes mala, arbitrantes spem illorum, & ea quæ in futuro seculo speramus, vana esse. [Quia Charitas Dei,] qua scilicet diligimus Deum, [diffusa est in cordibus nostris,] id est, ad omnes & mores & actu perficiendos se extendit, quia benigna est, &c. sic diffusa & extensa non a nobis, sed [per spiritum sanctum qui datus est nobis,] & habitat in nobis per effectum nouum ipsius, qui est charitas. Quia cum ipse sit vnio, nexus, & amor patris & filii, communicat nobis huius amoris participationem, infundendo charitatem, qua efficiamur Dei & proximi amatores.

Ephe. 2. 1. Tim. 2. B Sap. 5. Infra: 8. Act. 14. Iacob. 1. Sap. 3. 1. Cor. 13. C

SECVNDA PARS V. CAPITIS.

VT quid enim,] id est, cur enim nisi spes esset adimplenda, [Christus, cum adhuc infirmi essemus,] infirmitate peccati, egentes medico, [secundum tempus] scilicet determinatum, quia non ab initio infirmitatis siue peccati, [pro impiis mortuus est?] id est, cur Christus, qui tantus & tam magnus est, scilicet Deus & homo mortuus est, quasi dicat, nunquid gratis aut sine fructu, tam crudelem mortem & tot & tanta tormenta pro tā miseris pctōribus sustinuit? quæ vtilitas in sanguine eius, si ue in sāguinis eius effusione fuisset, nisi pp aliquē magnū & certum fructū, q. d. Nō sic mortuus fuisset, nisi pp firmā & certā salutē generis humani, quam nobis spes suggerit, & ideo non confundit, [Vix enim,] id est, rarò & difficulter, [pro iusto,] scilicet homine liberando. [quis,] id est, aliquis, [moritur.] id est, morti se exponit. [Nā pro bono forsitā quis audiat mori,] q. dicat dixit vix, quia forte aliquis (rarus tamē) zelo virtutis pro homine bono & iusto, simplici & innocente, liberādo audeat se exhibere periculo mortis, sed nullus p impiis, cū maiorem charitatem nemo

Psal. 6. 1. Pet. 3.

habeat, quam vt ponat animam suam pro amicis suis. [Commendat autem charitatem suam Deus in nobis.] id est per hoc se ostendit Deus se nos maxime diligere. [Quoniam si adhuc cum peccatores essemus secundum tempus,] scilicet determinatum. [Christus pro nobis mortuus est,] vt nos a cruciatu mortis æternę liberaret [Multo igitur magis,] id est, a fortiori multo amplius, & perfectius. [nunc iustificati.] id est, in isto tempore gratiæ iustificationem adepti. [in sanguine ipsius,] id est, in merito sanguinis Christi effusi, [salui erimus ab ira.] id est, vindicta damnationis æternæ, quam propter peccata incurrimus, [per ipsum,] scilicet Iesum Christum [Si enim cū inimici essemus,] propter peccata. [reconciliati sumus Deo] id est, in amicitiam pristinam Dei restituti, [per mortem filii eius. Multò magis reconciliati salui erimus in vita ipsius,] id est, multo amplius certum est quod ipse viuens poterit amicos iam factos saluare [Non solum autem] scilicet gloriamur siue gaudemus in spe gloriæ, quam in futuro expectam [Sed & gloriamur in Deo,] id est, in hoc quod simus nunc coniuncti Deo per fidem & charitatem, & hoc, [Per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem,] etiam [nunc reconciliationem accepimus] vt de inimicis facti simus amici.

Ioan. 18.

1. Cor. 1.

2. Cor. 10.

TERTIA PARS. V. CAPITIS.

PROPTEREA sicut per vnum hominem] scilicet Adam, [Peccatum,] scilicet originale, & ex consequenti alia peccata actualia, quę ex corrupta appetitus sensitiui inclinatione, tanquam ex quodam fonte, prodeunt & scaturiunt [in hunc mundum intrauit,] in omnes homines per vitiatam seminis originem, ab eo & filiis suis descendentes, deductum & deriuatum est. [Et per peccatum mors,] id est, separatio corporis & animæ, & animæ a Deo, ac etiam gehenna siue pæna æterna, quæ dicitur mors secunda, cum ipso peccato deducta & deriuata est. [Et ita in omnes homines mors pertransiit,] id est, necessitas moriendi in pœnam peccati originalis ab Adam deducti, cum natura deriuata est [In quo,] scilicet Adam, [Omnes peccauerunt,] id est, pro lapsi sunt, quia Adam peccante, omnes inquantum in eo erant, sicut in prima origine, peccauerunt. Ab hac tamen lege eximitur D. Virgo, quę vt ecclesia in concilio Basil. declarauit, fuit ab huiusmodi labe præseruata. Christus vero, quia non processit ab Adam per virtutem seminalem, sed solum secundum corpulentam substantiam, ideo nullo modo fuit peccato originali obnoxius, nec eius pœnis subiectus, licet eas quæ imperfectionem non important, (prout sunt fomes & ignorantia) sed solum conditionem naturæ ad redimendum genus humanum suscipere & sustinere voluerit. D

Apo. 20.

QVARTA PARS V. CAPITIS.

VSQVE ad legem enim peccatum erat in mundo,] id est, etiam sub lege Moysi peccatum originale & actuale erat in mundo, vt hoc aduerbium, [vsque,] teneatur inclusiue. Non enim exclusiue teneri potest, cum certum sit peccatum originale & actuale fuisse tempore & duratione legis Moysi, imo & tempore legis gratiæ & vsque ad iudicium generale [Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset,] id est, ante legem scriptam, propter obfuscationem rationis, (quæ ex multiplicatione peccatorum processit) peccatum originale non reputabatur, imo nec actuale, communiter apud homines, ut offensa dei, & vt dignum pœna æterna, licet peccatum originale aliquibus patribus fuerit reuelatum, ab Adam per filios, uel a Deo, & ex ratione naturali possent cognoscere homicidium & adulterium esse peccata & inhonesta, nō tamen cognoscebant nec reputabant esse punibilia a Deo, cum lex non esset. Sed adueniente lege Mosi, qui scripsit librum Geneseos, in quo fecit mentionem de præcepto facto Adæ sub pœna mortis, & de præuaricatione & transgressione illius, & de peccato Cain, & pœnis aliorum peccatorum, tunc cognouerunt peccatum originale & actuale esse offensam Dei, & ab eo puniendū [Sed regnauit mors ab Adā vsque ad Moysen] quasi dicat licet vsq; ad legē peccatum non cognosceretur, neq; cōmuniter reputatus, poterat E

Infra 7.

tamen

tamen deprehendit ex effectu, quia mors corporalis & spiritualis regnauit, id est, potestatem suam exercuit ab Adam, per quam peccatum intrauit in mundum, vsque ad Moysen, sub quo lex data est, non solum in eos qui peccauerunt peccato actuali sed [etiam in eos qui non peccauerunt,] id est, in paruulos ante vsum rationis decedentes, qui non peccauerunt peccato actuali, sed originali tantum. [in similitudinem praeuaricationis Adae,] id est, inquantum similitudinem peccati Adae traxerunt simul cum similitudine naturae, ac si diceret, paruuli illi moriebantur absque peccato actuali proprio, & per hoc Apostol. ostendit quod diffusa erat in paruulis per originem similitudo peccati, [Adae qui,] scilicet Adam, [est forma,] id est, figura per contrarietatem tamen, [futuri,] id est, secundi Adae, id est Christi, qui datus est nobis propitiator. Nam sicut per primum Adam peccatum & mors intrauit in mundum, ita per Christum iustia & vita, & sicut omnes in Adam moriuntur, ita & in Christo viuificantur.

QVINTA PARS V. CAPITIS.

B SED non sicut delictum, ita & donum.] quasi dicat non est aestimandum quod tantae efficaciae fuerit delictum Adae, quantae est domum gratiae Christi. Cum delictum procedat ex infirmitate voluntatis humanae. Gratia autem ex immensita te voluntatis diuinae. [Si enim vnius delicto multi mortui sunt,] hoc est, si ex peccato Adae peccatum pertransiit in multos alios qui in eo peccauerunt [Multo magis gratia Dei & donum,] id est, gratuitum Dei donum vt coniunctio, (&) tenetur expositiue quantum est in se, [in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit,] Cum gratiam secundum se multo fortior sit, quam peccatum, Delet enim omnia peccata etiam actualia, quae Adam transfundere non potuit. Ideo in plures si essent, & ei acquiescere vellent, abundaret. verum quia non omnes acquiescunt, ideo dicitur quod multos filios in gloriam adduxit, [Et non sicut per vnum peccatum ita & donum.] quasi dicat, Non solum gratia abundat in plures, sed etiam maiorem effectum facit. Non enim tantus effectus sequitur per vnum peccatum Adae in multis, quantus effectus sequitur in multis per domum gratiae Christi. [Nam iudicium ex vno in condemnationem, Gratia autem ex multis delictis in iustificationē,] id est, diuina condemnatio processit ex vno peccato Adae in omnes, qui in illo peccauerunt vnico originali peccato. Sed gratia Dei, quę per Christum datur, procedit & efficax est, non solum ad delendum vnum peccatum originale, verum etiam multa peccata actualia, siue ad perfectam omnium peccatorū emendationem; ablutionem, & sanctificationem, & non mirum si haec possit, cum sufficiat, introducere ad vitam aeternam, iuxta illud, Gratia Dei vita aeterna. [Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum, Multo magis abundantiam gratiae, donationis, & iustitiae, accipientes in vita,] scilicet aeterna, [regnabunt per vnum Iesum Christum,] ac si diceret. Quemadmodum condemnatio mortis processit ex A peccato primi parentis, ita regnum vitae aeternae procedit ex gratia Christi, ergo si per vnius hominis peccatum omnes moriuntur, ita omnes acquiescentes Christo, & accipientes abundantiam gratię eius regnabunt in vita aeterna per vnum Iesum Christum, cum gratia, vt dictum est, fortior sit peccato, [Igitur sicut per vnius delictum,] procedit diuinum iudicium, [In omnes in condemnationem,] scilicet mortis. [Sic per unius] s. Christi, [iustitiam,] procedit diuina gratia, [in omnes homines in iustificationem, vitae:] id est, quae ducit ad vitam aeternam. quod intelligi debet quo ad sufficientiam, quantum vero ad efficaciam, in omnes homines qui vniuntur Christo per fidem, spem, & charitatem, [Sicut enim per inobedientiam vnius peccatores constituti sunt multi, ita & per vnius obeditionem iusti constituuntur multi.]

Heb. 2.

1. Cor. 6.

Infra. 6.

SEXTA PARS V. CAPITIS.

LEx autem subintrauit, vt abundaret delictum,] id est, lex scripta, quasi media, intrauit inter peccatum hominis & donum gratiae Christi, vt abūdaret delictum ꝗ

Infra. 7. non quod finis legis fuerit abundantia delicti, quia sequeretur quod lex esset mala,
quæ tamen est sancta, quia cuius finis malus, &c. Et sic hæc vox (vt) non tenetur cau-
saliter, quia lex quantum in se est, prohibet peccatum, sed consecutiue, quia propter
infirmitatem legis, quæ facultatem implendi se non dabat, & fragilitatem naturæ ob-
1. Tim. 1. ceptæ a lege acceptæ, abundantia delicti sequuta est. [Vbi autem abundauit deli-
ctum,] scilicet in humano genere, & specialiter in Iudæis, [superabundauit &
gratia,] scilicet Christi condonantis [peccata, vt sicut regnauit,] id est, plenum
dominium habuit, peccatum introductum per primum hominem abundans per le-
gem, [in mortem, ita & gratia regnet,] id est, plene dominetur in nobis, [per iu-
stitiam,] quam scilicet in nobis facit, & hoc quousque nos perducat [in vitam æter-
nam,] & hoc totum [per Iesum Christum Dominum nostrum,] per quem gra-
tia & veritas facta est.

COMMENTVM QVINTI CAPITIS.

Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad deum, per dominum nostrum Iesum Christum, 3
per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus.

IN hoc 5. cap. & tribus sequentibus, Apost. pertractat fidei facultatem & effectus B
eius. Et primo bona quæ per fidem & gratiam nobis adueniunt, quorum primum
est pax ad deum. vnde ait, [Iustificati, &c.] quasi dicat. Dictū est quod fides repu-
tatur ad iustitiā omnibus credentibus resurrectionem Christi, quæ est causa nostræ
[illegible] iustificationis. ideo iustificati ex fide, inquā, cum. s. per fidem resurrectionis eius effe-
ctū participamus, habeamus pacem & concordiam ad deum, nos ei subiiciendo &
obediendo. Vnde Iob, Acquiesce illi, & habeto pacem. & alibi. Quis resistit ei, &
pacem habuit. & dauid, Pax multa diligentibus legem tuam, & hoc per Christum
dominum nostrum, qui nos ad istam pacem perduxit. est enim pax nostra qui fecit
[illegible] 2. vtraq; vnū [Per quem,] scilicet Christum, tanquam mediatorem, habemus acces-
1 ohe. 9. sum in vno spiritu ad patrem. Vnde D. Ioan. Gratia & veritas per Iesum Christū
Psal. 118. facta est. Sequitur, [in qua,] id est per quam gratiam non solum resurreximus a
Ephe. 2. peccatis, sed etiam stamus fixi & erecti ad cœlestia contemplanda & prosequenda
1. Tim. 2. iuxta illud, Stantes erant pedes nostri, & alibi, Nos autem surreximus & erecti su-
Ephe. 2. mus, & hoc per fidem, per quam scilicet gratiam consequamur. Non quod fides sci-
[illegible] licet formata, præcedat gratiam, cum fides sit primus actus, siue effectus gratiæ in
Psal. 121. nobis; iuxta illud, Gratia salui facti estis per fidem ab ea procedentem. Lutherani,
iniqui omnes scripturas ad eorum anhelitum contorquent, & interpretationem anti-
quam damnant, dicunt non debere legi, per quem, scilicet Christum pacem habea-
mus, sed habemus, vt errorem suum de certitudine gratiæ ex hoc loco corroborare
possint. Et sic paralogisant. Ex fide iustificati pacem habemus ad deum. ergo certi
sumus nos esse iustificatos, cum nullus pacem habeat apud deum, nisi iustificatus,
& certi sumus nos habere fidem. igitur de his aliqua supra. 4. interpretando illud,
Ideo fide, vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini, & amplius infra
8. interpretando illud, Spiritus reddit testimonium spiritui nostro, &c. Ideo ad illū
locum lectorem remitto. Pro dissolutione tamē paralogismi eorum ex hoc, loco no-
tandū quod Orige. & D. Chrys. Hiero. ac Theophyl. et antiqua translatio per Eccle-
siam approbata, legunt habeamus. Et quāuis hunc locū de iā iustificatis ex fide intel-
ligāt, exponūt tamē habeamus. i. seruemus et custodiamus, præmissaq; illorū illatio
nullam habet apparentiā bonæ dependentiæ. Quāuis enim fide catholica teneamus, C
q. Christus suo pretiosissimo sanguine tanquā pretio sufficientissimo, operatus fue-
rit salutē humani generis, & homo cui hoc pretiū communicatū fuerit, fit iustus, ve-
runtamē an mihi vel aliis vere cōmunicatū sit, absq; speciali reuelatione, certo scire
non possumus, nec etiam nos habere fidem viuam licet aliquas morales coniecturas
habeamus.

Et gloriamur in spe glorię filiorum Dei.

H I C ponit secundum bonum quod habemus per gratiã, quod est spes. Cuius magnitudinẽ describit. Magnitudo spei cõsideratur ex magnitudine rei speratæ, quã ponit dicens. [Et gloriamur in spe gloriæ filiorũ dei.] Per gratiã enim Christi adepti sumus spiritũ adoptionis filiorũ dei, vt dicit infra. 8. Et Sap. 5 Ecce quomodo cõputati sunt inter filios Dei. Filiis autem debetur hæreditas, quia si filii, & hæredes. Hæc autẽ hæreditas est gloria siue vita æterna, quã per gratiã cõsequimur, secundũ illud, Gratia dei vita æterna. Huiusmodi spes vitę æternæ, siue gloriæ filiorũ dei, nobis indita est a Christo, secũdũ illud, Regenerauit nos in spẽ viuã per resurrectionẽ Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatẽ incorruptibilẽ. &c Hæc autẽ gloria, quæ in futuro cõplebitur in nobis, nũc inchoatur per spem. Vnde infra 8. Spe salui facti sumus s. inchoatiue. Nõ solũ autem gloriamur i. gaudemus in spe, sed et gloriationẽ i. gaudium et delectationẽ habemus, interius, & signis exterioribus ostendimus, propter quod dicit, gloriamur. i. gaudemus et exultamus. & ad hunc sensum dicit Psal. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum.

Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, Scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientiam autem probationem, probatio uero spem.

H I C ostendit vehementiam spei, quia per eam non solum gloriabimur in futuro seculo, verum etiam in præsenti gaudemus et oblectamur. Non solum in spe futurorum bonorum, verum etiam in passione præsentium malorum, hoc est in afflictionibus & tribulationibus. Qui enim vehementer aliquid sperat, libenter sustinet propter illud difficilia & amara, prout infirmus qui vehementer sperat sanitatem, libenter bibit potitionem amaram, vt sanetur.
D Signum ergo vehementiæ spei, quam habemus propter Christum, est quod non solum gloriemur de spe gloriæ futuræ, sed etiam de malis quæ pro ipsa patimur. Nam per ea ad gloriam peruenimus, Act. 14.
iuxta illud, Per multas tribulationes oportet nos intrare regnum dei. & illud Omne Iac. 1.
gaudium existimate fratres mei cum in tentationes varias incideritis. Vnde & Act. 5.
Apostoli ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati Cõsequenter ostendit causam dicens. [Scientes quod tribulatio patientiam operatur.] Non tamen ita vt tribulatio sit causa patientiæ effectiua, cũ omnes tribulati nõ sint patientes, sed quia tribulatio est materia & occasio exercendi actum patientiæ. vnde infra. In tribulatione patientes. Deinde ponit effectum patiẽtiæ, cum dicit. [Patientia probationem,] id est, purgationem peccaro Infra. 12.
rum, scilicet operatur, Iuxta illud, In igne probatur argẽtũ, homines vero receptibiles Eccl. 2.
in camino humiliationis. Manifestum est enim quod detrimentum alicuius rei de facili sustinemus, propter rem quam magis amamus, vnde si aliquis patiatur propter æterna bona cõsequẽda, sufficiẽter ex hoc probatur quod talis amplius diligit bona ęterna quã tẽporalia. Si cõtra huiusmodi sententiã obiiciatur illud. Probatio Iac. 1.
fidei vestræ patientiã operatur, et per consequens patientia non operatur probationẽ. cũ idem nõ possit esse causa suiipsius. Dicẽdũ quod probatio dupliciter accipi potest, vno modo, vt est in probato, & sic probatio est ipsa tribulatio, per quam homo probatur, & sic idem est dicere. Tribulatio patientiã operatur, & tribulatio probat patientiã Alio modo accipitur probatio, prout idem est quod probatum est, & ita accipitur hic cum dicitur. Patiẽtia probationẽ operatur, quia ex hoc quod homo patienter tribulationes sustinet, redditur probatus. Postmodum ponit effectũ probationis dicens [Probatio vero operatur,] scilicet spem. Quia per hoc quod aliquis iam probatus est, potest de eo haberi spes, & ab ipso, & ab aliis, quod ad hæreditatẽ dei admittetur. Vnde Sap. 3. Deus probauit illos, & inuenit eos dignos se. Sic igitur de primo ad vltimum apparet quod tribulatio viam parat ad spem, vnde si aliquis

vehementer gloriatur id est gaudeat de spe æternæ hereditatis, consequens est quod
Act. 14. glorietur & gaudeat de ipsis tribulationibus, per quas oportet in illam intrare.

Spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

HIC ostendit spei firmitatem dicens. Hæc autem spes qua speramus gloriam filiorum dei, [non confundit,] id est, non facit erubescere Christianos filius huius seculi irridentibus; quod spe vana rerum futuri seculi tanta sustinerent præsentia discrimina & incommoda, cum vitæ etiam iactura. Quia Christiani illa sustinent, nō propter vanam spem, prout est spes mundanorum, sed propter certam fidei spem, quæ non confundit, id est, non deficit. Spes enim tunc pudoris & verecundiæ est causa, quando homo frustratur. Quemadmodum cum promittens non seruat promissū, sic cum is qui sperabat, deceptum sic inuenit, confunditur, & erubescit, prout qui sperant ab hominibus mendacibus. Vnde Hier. 17. Maledictus homo qui cōfidit in homine. At illa spes, quæ est de promissionibus eius, qui nec fallere, nec falli potest, cui quod nec potestas deest, neq; benefaciendi voluntas, confundere nequit. Vnde Dauid
In te domine speraui, non confundar in æternum, & Sap. Qui audit me, non confun
Psal. 30. detur. Et Esa. 49. Ego dominus super quo non confundentur oēs qui expectant eū:
Eccl. 24. Et Sap. Nullus sperauit in Domino, et confusus est. Consequenter ponit certitudinis, siue firmitatis fidei causam, dicens, quod ex hoc possumus scire, quod spes non confundit. [Quia charitas dei, &c.] Ad quorum verborum intelligentiam sciendum
Hier. 31. dum est quod charitas dei dupliciter accipi potest. Vno modo pro charitate qua de
1. Ioan. 4. us diligit nos, de qua Hiere. In charitate perpetua dilexi te, & D. Ioan. Deus charitas est, & hæc charitas non est accidens, sed est ipsemet deus. Alio modo potest accipi charitas dei, pro charitate qua nos diligimus deum, de quia infra. 8. Certus sum enim quod neq; mors, neq; vita, separabit nos a charitate. i. dilectione dei. Hæc charitas est accidens quod nobis in iustificatione infunditur, vtroq; autem modo intelligi potest charitas diffundit in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Spiritus enim sanctus, qui est amor patris & filii, dicitur dari nobis cum nos
adducimur ad participationem amoris, qui est spiritus sanctus, a qua quidem partici E
patione efficimur dei amatores, Et in hoc quod ipsum amamus, signum est quod ip
Prou. 8. se nos amet, iuxta illud, Ego diligentes me diligo. & illud. Non quasi nos primo dile
1. Ioan. 4. xerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Dicitur autem charitas, qua nos diligit deus, esse diffusa in cordibus nostris. Non quod spiritus sanctus per se illabatur, uel illapsus sit in nobis, pront opinatus est Magister sententiarum, qui in hoc non tenetur, cum implicet contradictionem Deum esse causam materialem vel formalem, sed quod gratia Dei est patenter ostensa in cordibus nostris, per donum spiritus sancti nobis impressum, secundū illud. In hoc scimus quod manet in nobis deus,
1. Ioan. 3. &c. Eo modo loquēdi dicitur parēter ostensa, quo causa diffunditur per effectus, quemadmodum dicimus liberalitatū, licet in ipso liberali persistat, per beneficia diffundi in ciues. Sic charitas dei diffunditur per dona dei, quę licet sint totius trinitatis, nihilominus attribuuntur spiritui sancto, eo quod sola voluntate, diuina donentur, per cuius voluntatis modum spiritus sanctus a patre & filio spiratur. Charitas autem, qua nos diligimus, deū, dicitur in cordibus nostris diffusa siue effusa, quia ad oēs mores & actus se extendit, imperat enim opera omnium virtutū, vt bene ostendit Apost. dicēs. Charitas patiēs est, benigna est, &c Ex vtroq; autē intellectu horū verborum
Deut. 33. cōcluditur quod spes nō cōfundit. Si enim accipiatur charitas, qua nos diligit deus, notū est quod his quos diligit, seipsum nō negabit, secū dū illud, dilexit populos, oēs sancti in manu eius sunt. Si vero charitas accipiatur pro ea qua nos deum diligimus,
Ioan. 14. manifestum est etiam quod se diligentibus bona æterna præparauit, iuxta illud, Si quis diligit me, diligetur a patre meo &c.

SECVNDA PARS V. CAPITIS.

Vt quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est.

A In hac secunda huius quinti capitis parte ostendit firmitatem spei per mortem Christi præponendo interrogationem: deinde ostendit difficultatem, postmodum determinat veritatem. Dictum est enim quod spes non confundit, & probatum est ex dono Spiritus sancti. Hoc idem apparet consideranti mortem Christi. vnde d. Vt quid enim. &c. Infirmi sumus per peccatũ, iuxta illud, Miserère mei Domine, quoniam infirmus sum. Nam quemadmodum per corporalem infirmitatẽ dissoluitur humorum debita armonia, ita etiam per peccatum debitus ordo affectionũ, quãuis culpa proprius dicatur mors, iuxta illud, Cùm essemus mortui peccatis. quia in morte corporali separatur anima, quæ viuificat corpus ab ipso, ita in culpa separatur gratia ab anima, quantum uiuificat, Cùm ergo adhuc infirmi essemus Christus mortuus est pro impiis. Vnde D. Petrus. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, & hoc secundum tempus, vt certo tempore moreretur, uel secundum tempus determinatum. Quia non statim quod fuimus infirmi, mortuus est, ne quis diuinam bonitatem culparet, quod perdito genere humano ante nõ succurrisset, ac præoccupatione occurrit illud non fuisse condecens, imò fuisse necessarium infirmum per aliquot secula relinqui, ut homines suam miserabilem tenuitatem & inopiam experti, dilatum auxilium Dei tandem oblatum pluris facerent, iuxta illud, Qui præteritis ætatibus permisit omnes gentes ambulare in uiis suis. Hoc ergo magnum est si consideremus pro quibus mortuus est. Non potest autem esse, ut tam magnum quid fiat, nisi propter aliquem certum fructum, secũdũ illud, Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem, quasi dicat, nulla, si non sequatur humani generis salus, ex hoc ergo erigitur & firmatur Christianorum spes.

Psal. 6. — Ephe. 2. — 1. Pet. 3. — Act. 14. — Psal. 29.

Vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitam quis audeat mori.

Hic ostendit prædictæ interrogationis difficultatem ex parte eorum, pro quibus Christus mortuus est, l pro impiis dicens. Vix enim quis, id est, aliquis pro homine iusto liberando moritur. Quinimo dicit Esa. Iustus periit, & non est qui recogitet in corde suo, &c. Nam forsitan quis, id est, aliquis, rarus tamen ex zelo virtutis, audeat mori pro bono homine. Rarum enim est inuenire tales, propter quod Christus ait, Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animã suam ponat quis amicis suis, Nunquam autem inuentum est, quod quis voluntariè moreretur pro inimicis suis saluandis & liberandis à morte, quod tamen Christus fecit. Ideo merito admirandum est quare Christus hoc fecerit, Potest autem & aliter legi, vt pro iusto intelligamus aliquem in virtute exercitum, Per bonum autem, hominem innocentem, & secundum hoc iustus est præstantior bono. tamen pro iusto vix aliquis moritur. Cuius ratio est, quia innocens, qui per bonum intelligitur, magis miserandus videtur propter defectum ætatis, vel aliquid huiusmodi. Iustus autẽ, quia perfectus est & absq; defectu, non habet in se materiam misericordiæ. Quòd ergo aliquis patiatur pro innocente, potest ex compassione misericordiæ prouenire, sed quod aliquis moriatur pro iusto, ex zelo virtutis, in paucioribus inuenitur, quàm compassio misericordiæ.

Esa 57. — Ioan. 15.

Commedat autem charitatem suam Deus in nobis. quia cum adhuc peccatores essemus secundum tempus, Christus pro nobis mortus est.

HIC respondet, præmissæ interrogationi, interrogauerat enim quare Christus pro impiis mortuus est. Vt, scilicet Deus cõmendaret, id est commendabilem,

& laudabilem redderet charitatem suam in nobis, vt spem nostram erigeret, & ad eum diligendum prouocaret. Quoniam si adhuc cum peccatores essemus, secundum tēpus determinatum mortuus est. Ipsa enim mors Christi pro nobis maximam charitatem ostendit, de qua Christus, Sic Deus dilexit mundum, vnigenitum filium suum daret &c. Et ita sicut charitas Dei patris ad nos ostenditur per hoc, quod spiritum suum dedit nobis, vt supra dictum est, ita & per hoc quod dedit filium suum, vt hic dicitur. Sed in hoc quod dicit commendat, immensitatem quandam diuinæ charitatis assignat, quæ quidem ostenditur, tum ex ipso facto, quia scilicet dedit filium suum vt moreretur pro nobis, tum ex parte nostræ conditionis, quia hoc non fecit prouocatus nostris præmeritis, cum adhuc peccatores essemus. Vnde alibi dicit, Deus qui diues est in misericordia, propter nimiā charitatem qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo &c.

(Ioan. 3; Ephe. 2.)

Multo igitur magis, nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum.

HIC concludit propositum ex præmissis, dicens, Si Christus pro nobis mortuus est, cum adhuc peccatores essemus, multo amplius nunc iustificati, id est viuificati & accepti in sanguine ipsius, vt supra. 3. cap. dictum est ibi, quem proposuit propitiatorem per sanguinem ipsius, salui erimus ab ira, i. à vindicta damnationis æternę, quam homines propter peccata demerentur. Vnde D. Ioan. Bapt. Progenies viperarum quis demonstrabit vobis fugere à ventura ira? C

(Mat. 3.)

Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo, per mortem filii eius, multo magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius.

HIC probat prædictam consequentiam quæ procedit à minori ad maius, affirmando, & est ibi obseruanda duplex comparatio minoris ad maius, vna est ex parte nostra, comparat enim inimicos, reconciliatis, Alia est ex parte Christi, qua comparat mortem, vitæ. Potentior est enim eius vita quam mors. Quia, vt alibi dicit, Mortuus est, scilicet ex infirmitate carnis nostræ, Sed viuit ex virtute Dei. Ideo sic syllogizat, Conclusum est quod multo magis viuificati salui erimus per ipsum. Si enim, cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo, & hoc per mortem filii eius, multo magis nos qui iam sumus reconciliati, salui erimus, & hoc in vita ipsius. Notandum circa hoc quod homo dicitur inimicus Deo dupliciter, Vno modo quia contra Deum inimicitiam exercet, dum eius mandatis renititur, iuxta illud, Currit aduersus Deū extento coll. Alio modo per hoc quod Deus homines odio habet, non quidem secundum naturam eorum quam fecit, iuxta illud, Dilexisti omnia, & nihil odisti eorum quę fecisti, sed odit quantum ad hoc quod inimicus homo, id est, diabolus fecit in homine, id est, quantum ad peccatum. Vnde Sap. Similiter odio sunt Deo impius & impietas eius. & alibi Altissimus odio habet peccatores. Sed subtracta inimicitiæ causa, id est culpa & impietate per Christum, sequitur recōciliatio per ipsum. Est etiam aduertendum quod mors Christi potest hic tripliciter considerari: Vno modo secundum ipsam rationem mortis, & sic dicitur quod Deus mortem non fecit, sed per peccatum inducta est, vt infra dicetur. Et ideo mors Christi, ex communi ratione mortis, non fuit sic Deo accepta, vt per ipsam reconciliaretur. Quia Deus non delectatur in perditione, id est, mortem viuorum. Alio modo potest mors Christi considerari, secundum quod est in actione occidentium. Et sic considerata non potuit esse reconciliationis causa, sed magis indignationis, quia illa actio maximè Deo displicebat vnde contra eos D. Petrus, Vos sanctum & iustum negastis, & petistis hominem homicidam, &c. Tertiò potest considerari mors Christi secundum quod processit ex voluntate Christi patientis, quæ quidem voluntas fuit ordinata ad mortem sustinendam, tum ex obedientia ad patrem, iuxta illud, factus est obediens vsq; ad mortem, tum etiā ex charitate ad homines, iuxta illud, Dilexit nos, D

(Cor. vl.; Iob. 15; Sap. 14.; Eccle. 12.; Sap. 1.; Sap. 1.; Act. 13.; Phil. 2.)

& tradidit se pro nobis et ex hoc mors Christi fuit meritoria, & satisfactoria pro peccatis nostris Et in tantum Deo accepta, quod sufficit ad reconciliationem omnium hominū, etiam occidentium Christum, ex quibus aliqui sunt saluati, Christo orante. Pater ignosce eis, quia nesciunt quid faciunt. Et eodem modo dicendū est de cruce, contra eos qui eam spernendam & abiiciendam contendunt, quia nos
A qui authoritate ecclesiæ veneramur et adoramus eam, non consideramus est ex certa materia, neque secundum intentionem crucifigentium, sed secundum acceptationem voluntariam Christi, qui eam acceptauit, vt in ea satisfaceret pro nobis.

Non solum autem, sed & gloriamur in Deo per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.

HIC ostendit bona quæ iam in re consequimur per gratiam, dicens, [Non solum autem gloriamur,] id est, gaudemus & exultamus in spe gloriæ, quam in futuro expectamus. Sed & gloriamur & gaudemus in Deo, id est in eo quod sumus
B etiam nunc Deo coniuncti per fidem, & charitatem. Vnde alibi dicit. Qui gloriatur, in Domino glorietur. Et hoc quidem per Dominū Iesum Christum, per quem etiam nunc in præsenti reconciliationem accepimus, vt de inimicis facti simus amici. Vnde Colos. scribens dicit. Per eum placuit reconciliari omnia, &c. Posset etiam continuari cum eo quod dictum est, Salui erimus in vita ipsius, non solum a peccato & pœna ac malis, sed etiam gloriamur in Deo, eo quod erimus vnum cum ipso, iuxta Christi postulationem, Non pro eis autem rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint sicut tu pater in me, & ego in te, vt et ipsi in nobis vnum sint sicut & nos vnum sumus.

1. Cor. 1.
Col. 1.
Ioan. 17.

TERTIA PARS V. CAPITIS.

Propterea sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit.

IN hac 3. huius capitis parte, Aposto incipit ostendere; a quibus malis per gratiam Dei liberamur, quæ ab Apostolo reducuntur ad duo, scilicet ad peccatum & mortem, id est, culpam & pœnam. Nomine peccati intelligit culpam, & nomine mortis intelligit omnes pœnas & miserias, prout omnia bona reducet inferius ad duo, scilicet gratiam & vitam æternam. Et primo quod per gratiam Christi sumus liberati a seruitute peccati originalis, cuius progressum præponit ostendendo originem, vniuersalitatem, & effectum, dicit ergo primo quod reconciliationem accepimus per Christum, a quo ita procedit reconciliatio in mundum, sicut peccatum, quod per vnum hominem scilicet Adam, in hunc mundum intrauit. & alibi dicit. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificantur. Est 1. Cor. 15.
B autem hic considerandum quod Pelagiani hæretici peccatum originale in paruulis negantes, hæc uerba Apostoli dicebant intelligenda de peccato actuali, quod quidē secundum eos, in hunc mundum intrauit per adam, inquantum omnes peccantes peccatum Adę imitantur, iuxta illud, Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt peccatum Verum, prout D. Aug dicit contra eos, Si de introitu peccati actualis, qui est per imitationem hic Apost. loqueretur, non diceret peccatnm per hominem in hunc mundum intrasse, sed magis per diabolum, quem peccantes magis imitantur, secundum illud, inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Est ergo intelligendum quod per Adam peccatum in hunc mundum intrauit, non solum per imitationem, sed etiam per propagationem, id est, per viciatam carnis originem, secundum illud, Eramus natura filii irę. & illud. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, &c. & Iob. Quis pōt facere mū de immundo cōceptū semine? & D. Ioā. Eu Ecce agnus Dei, ecce qui tollit pctā mūdi, Vbi Græci habēt pctū. & hic Apost. & Heb 7. Leui antequā natus eēt, decimatus fuit ī lūbis Abrahæ ergo pari modo

Osee 6.
Sap. 1.
Ephe. 2.
Psal. 50.
Iob. 14.
Ioan. 1.

do

In l. de gr. & corr. alii. do nos peccauimus in lumbis Adæ. Si dicatur quod hoc videtur impossibile, quod per carnis originem peccatum ab vno in alium traducatur. Cum peccatum sit in anima rationali, quæ non traducitur per originem carnis, tum quia intellectus non est alicuius corporis actus, & ita non potest per virtutem corporalis seminis causari, vt Philosophus dicit, Cum etiam, quod cum anima sit quædam res subsistens, vtpote per se operationem habens, & corpore corrupto non corrumpatur, consequens est quod corpore generato non generetur, prout aliæ formę, quæ nõ possunt per se subsistere, sed potius causatur à Deo, qui non potest esse causa peccati. Vnde videtur quod nec peccatum, quod est accidens animæ, possit per carnis originẽ traduci, Ad hoc autem posset sat s rationabiliter responderi, quod licet in semine non sit anima, tamen in semine est virtus dispositiua corporis ad animæ receptionem, quæ cum corpori infunditur, etiam suo modo conformatur eo quòd omne receptum est in recipiente per modum recipientis, et inde videmus quod filii assimilantur parentibus, non solũ in defectibus corporalibus, sicut cum leprosus gñat, leprosũ & podagricus podagricũ, sed ẽt in defectibus animæ, prout cum iracundus generat iracundum, & amentes ex amentibus nascuntur. Sed adhuc remanet dubitatio, Quia defectus, qui ex viciata origine trahuntur, non habent rationem culpæ, non enim merentur pœnam, sed magis misericordiam prout Philoso. dicit de eo qui nascitur cæcus, vel alio quomodolibet orbatus. Et hoc ideo, quia de ratione culpę est, quod sit voluntaria, & in potestate hominis, cui aliquid imputatur, quod non est ante vsum rationis. igitur: &c. Et ideo dicẽdum est, quod sicut peccatum actuale, est peccatum personæ, quia per voluntatem personæ peccantis committitur. Ita peccatum originale est peccatum naturæ, quod per voluntatem principii naturæ commissum est, Sicut regnum peccat & punitur peccante principe, et augetur ex bono regimine principis. Et huc alludit comparatio

1. Cor. 13 Apost. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificãtur. Est enim considerandum quod sicut diuersa corporis membra, sunt partes vnius hominis, ita omnes homines sunt partes & quodãmodo membra humanæ naturæ. Vnde & Porphirius dicit, quod participatione speciei plures homines sunt vnus homo. Sed videmus quod actus peccati actualis exercitus per aliquod membrum, puta per manum, vel pedem, non habet rationem culpæ ex voluntate manus, aut pedis. Sed ex voluntate totius hominis à qua sicut à quodam principio, deriuatur motus peccati ad singula membra, quibus peccatum imputatur, & quæ puniuntur, Manus enim homicidæ abscinditur. Sic à voluntate Adæ, qui fuit principium naturæ humanæ, tota deordinatio humanæ naturæ habet rationem culpæ in omnibus, ad quos peruenit, inquantum sunt susceptiui culpæ. Et sicut peccatum actuale, quod est peccatum personæ, deriuatur ad singula membra per aliquem actum personale, ita peccatum originale trahitur ad singulos homines per actum naturæ, qui est generatio. Et ideo sicut per generationem natura humana trahitur, ita etiam per generationem trahitur defectus humanæ naturæ, qui accidit ei, ex peccato primi parentis. Est autem hic defectus, priuatio seu carentia iustitiæ originalis, quę erat primo homini diuinitus collata, non solum vt erat persona quædam singularis, sed etiam vt erat principium humanæ naturæ, vt scilicet eam pœna rationem cum natura traduceret in posteros. Et ideo simili modo per generationem transmisit ad posteros naturam, & originalis iustitiæ priuationem habentem in eis rationem culpæ ratione iam dicta. Eam ob rem dicitur quod in progresso originalis peccati persona infecit naturam, scilicet Adam peccans viciauit naturam homanam, sed postmodum in aliis, natura viciata infecit personam, dum scilicet genito imputatur ad culpam naturę vitium, propter voluntatem primi parentis. Et quia hic de peccato originali agitur, ad ampliorem ipsius intelligẽtiam, sciendum est quod secundum omnes in peccato originali duo sunt, formale, scilicet & materiale Formale est carentia siue priuatio iustitiæ originalis. Iustitia autem originalis, secundum D. Thomam, erat quoddam donum gratuitum à Deo, ipsi Adæ in-

1.2.q.83. ar.2.ad.2. fusum, gratia gratum facienti connexum, quo primo ordine ratio & voluntas ipsius Adæ omnino subdebatur Deo; Secundo verò ordine vires siue potentiæ inferiores,

maximè

maximè appetitus concupiscibilis & irascibilis, subdebantur ipsi rationi, sic quod nullo modo poterāt rebellare, aut præuenire eam. hoc est motus primo primos siue præuenientes rationis iudicium producere. Tertio ordine corpus omnino subdebatur animæ ad promptè & delectabiliter implendum imperium, siue præceptum eius. Per hāc iustitiam originalem dicitur Deus fecisse hominem rectum. Hanc rectitudinem sic subiectionem & armoniam prædictorum trium ordinum (qui erant subordinati, tertius pendebat ex secundo, & secundus ex primo) tenebat iustitia originalis, non tamen omnes inuariabiliter, scilicet primum. Quia Adam non erat confirmatus in gratia, vt rei probauit euentus, sed dimissus fuit in manu consilii sui. Alii verò ordines, seruato primo, erant omnino inuariabiles. Hanc iustitiam originalem dedit Deus Adæ, non solum pro se, sed etiam pro omnibus, ex se mediate, vel immediate descendentibus, & fuisset per generationem cum natura transfusa, vt dictum est. Huius iustitiæ originalis carentiam siue priuatio, dicitur formale peccati originali. Materiale verò dicuntur potentiæ destitutæ, & maxime intellectus & voluntas ac appetitus concupiscibilis, & irascibilis, quorum natura & inclinatio est sequi suauia & delectabilia, etiam contra dictamen rectæ rationis, iuxta illud, Inuenio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. & illud, Caro concupiscit aduersus spiritum, &c. ab illa naturali inclinatione frenabantur per iustitiam originalem, & quia illa per peccatum amissa fuit, appetitus concupiscibilis & irascibilis redierunt ad suam inclinationem, quæ illis imputatur, eo quod ex culpa primi parentis illa iustitia originalis, quæ impediebat, fuit amissa Et quia illa destitutio est ex culpa, & illa inclinatio inducit ad peccatum. ideo dicitur ab Apost. peccatum, lex membrorum, lex mortis & lex peccati. Et à Theologis potentiæ illæ destitutæ dicuntur materiale peccati originalis & fomes Sed difficultas non modica est, quid horum dicatur in paruulis habere rationem culpæ, de cuius essentia est quod sit voluntaria, alias si non sit voluntaria, in paruulo non erit culpa, quia vt D. Aug. dicit, quod omne peccatum adeò est volūtarium, quod si non fuerit voluntarium, non est peccatum cuius opposi tū authoritatibus sacræ scripturæ supra probatū. est Sed neq; priuatio iustitiæ originalis, neque potentiæ destitutæ sunt voluntariæ, quia tam priuatio quàm destitutio illa, sunt pœna directè inflicta à Deo, qui non potest esse causa mali culpæ, sed bene pœnæ, de cuius ratione est quod sit contra voluntatem, prout priuatio gratiæ propter peccatum mortale Sed nec debitum, neque præceptum habendi aut conseruandi prædictam originalem iustitiam, habet rationem culpæ, vt quidam volunt, quia illud præceptū nullibi reperitur. Quemadmodū vltra præcepta cōia, non est aliquod præceptū speciale de conseruanda gratia, sic nec de habenda aut cōseruāda originali iustitia. Et vbi daretur tale præceptum paruulis, esset irrationabile, quia obseruatu impossibile Contra illud, iugum meum suaue est, & onus meum leue. Et illud, Mandata eius grauia non sunt. Vnde diuus Hieronymus dicit, Qui dixerit Deum obligare ad impossibile, anathema sit. Nec etiam inclinatio illa prosequendi suauia & delectabilia, habet rationem culpę quum sit naturalis. Vnde si nouiter crearetur aliquis homo de terra absque quocunque dono gratuito, haberet similes inclinationes & rebelliones. & tamen in eo non haberent rationem culpæ, imò nec etiam pœnæ, eo quòd non habuisset donum refrenans illas. Dicendum quod peccatum originale in paruulo, non habet rationem culpæ vniuoce, cum peccato actuali, sed analogice. Culpa enim (quæ idem dicit quod deordinatio) propriè, primo, & per se conuenit peccato mortali, quod deordinat & auertit a fine vltimo, in qua deordinatione & auersione consistit propria ratio culpæ. Peccato verò veniali non conuenit culpa æquè primo, nec proprie, quia non est deordinatio a fine vltimo, sed solum a medijs, & ideo peccato veniali secundario & impropriè conuenit ratio culpæ. Peccato verò originali adhuc magis impropriè, cum de ratione culpæ est, quod sit voluntaria, & in aliis ab Adam nihil sit voluntarium & personale, ita quod solum denominatione extrinseca priuatio originalis iustitiæ dici potest culpa in paruulo. Sic quod si priuatio iustitiæ originalis, vel destitutio potentiarum consideretur secundum, se non habet ratio-

Eccl. 15
Infra. 7.
Gal. 5.
Mat. 11.
1. Ioan. 5.
C
D

rationem culpæ, sed pœnæ. Si verò considerentur ea quæ sunt in paruulo, maximè appetitus sensitiuus destitutus iustitia originali, & relatus ad ipsum Adam, qui per peccatum mortale remouit prohibens huiusmodi deordinationes, non solum pro se, sed etiam pro posteris, habet rationem culpę, non propriè & denominatione intrinseca, sed impropriè & denominatione extrinseca. Sicut homicidii culpa imputatur manui quæ punitur pro ipsa, non denominatione intrinseca, cum manus non habeat propriam voluntatem, sed denominatione extrinseca a culpabilitate voluntatis, a qua manus fuit mota. Ita in paruulo a culpabilitate ipsius Adæ a quo paruulus processit
1. 2. q. 82. ar. 4. per motũ gñonis, vt dictum est. Et hæc est mens D. Tho. qui expresse dicit in peccato originali esse duo. Vnũ est defectus iustitiæ originalis, aliud est relatio huius defectus ad peccatũ primi parentis, a quo per viciatã originem deducitur. Et paulo post dicit quod peccatum originale a relatione ad principiũ viciatę originis, recipit rõnem culpæ, inquantũ deriuatur a primo parẽte. Ideo peccatũ originale in paruulo, nõ est propriè peccatũ Adæ, sed similitudo eius pp illam relationem. Vnde infra dicit. in similitudinem præuaricationis Adæ. Et quia in omnibus & singulis descendentibus ab Adam per propagationem naturalem, est ille defectus & relatio, hinc est quod omnes & singuli nascuntur cum culpa originali. Ex pręmissis patet quod licet primum peccatum primi parentis per originem traducatur ad posteros, alia tamen eius peccata, vel etiam aliorum hominum proximorum parentum, non traducuntur in filios. Quia per solum primum peccatum primi parentis, sublatum est bonum toti naturæ humanæ datum, scilicet iustitia originalis, quæ erat per originem & generationem traducenda: Per alia autem peccata subtrahitur bonum gratiæ personalis, quod non transit ad posteros, nec ad alios præsentes. Vnde si pluribus natis filiis Adæ, ipsis peccantibus, Adam originalem iustitiam non amisisset. Nec Adam solo peccante, si Eua & alii filii iam nati aut cõcepti non peccassent, iustitiam originalem quam tunc
Sap. 10. realiter pro se & posteris suis habebant, non amisissent. Et sic solum primum peccatum traducendo naturam traducitur, & ideo ad ostendendum quod non est nisi unum peccatum originale, vbicunque de illo scribitur, loquitur in singulari vt infra, Si vnius delicto, &c. Et inde est quod quamuis peccatum Adę deletum fuerit per pœnitentiam, secundum illud, Eduxit illum a delicto suo. Eius tamen pœnitentia non potuit delere peccatum posterorum, quia eius pœnitentia fuit per actum personalem, qui vltra eius personam non se extendebat. His suppositis, verba Apost. clara sunt, dicit enim per vnum, &c. quasi dicat, licet tempore præuaricationis duo essent homines, scilicet. Adam & Eua, Per vnum tantum, scilicet per virum siue per Adam pec- B
Eccl. 25. catum, intrauit in mundum, hoc est traductum est ad posteros. Si obiiciatur illud, A muliere factum est initium omnis peccati, & per illam omnes morimur. Potest dici quod licet mulier dicatur initium peccati, eo quòd primo ipsa peccauit, & Adam ad peccatum induxit, & quod per eam omnes occasionaliter siue indirectè & inductiuè morimur, non tamen transfusiue, cum originale peccatum traducatur simul cum natura, vt dictum est. Quemadmodum per virtutem actiuam viri muliere materiam ministrante, natura traducitur, ita & peccatum originale. Vnde si Adam non peccasset, Eua peccante, non fuisset peccatum Euæ traductum in Adam, nec ad posteros eius. Illa enim est causa quare Christus peccatum originale non contraxit, quia ex sola fœmina sine virili semine carnem accepit. Per hoc verbum Apost respondet D. Augustinus Iuliano hæretico in hunc modum quærenti: Non peccat iste qui nascitur, non pecat iste qui genuit, non peccat ille qui condidit, per quas igitur ruinas inter tot præsidia innocentiæ peccatum, quod fingis ingressum est? Respondet D. Augustinus, Quid quæris latentem rimam, cum habeat apertissimam ianuam. Nam secundum Apostol. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit.

Et

Et per peccatum mors, & ita omnes homines mors pertransiit?

F HIC consequenter ostendit Apost. mortis ingressum in hunc mundum, cum dicit, [& per peccatum mors.] scilicet in hunc mundum intrauit. Vnde Sapiens, Iniustitia mortis est acquisitio. Mors autem dicitur priuatio vitæ. Et ideo cum triplex sit vita, triplex erit mors. Vita autem accipitur dupliciter, Vno modo pro vnione principii operationis, vnde homo dormiens dicitur viuens, licet non operetur. Alio modo pro ipsa operatione. Vnde ea quæ possunt operari, viuentia dicimus. Et quia tripliciter potest esse operatio in homine, scilicet corporalis, spiritualis, & beatifica, siue æterna, sequitur quod triplex possit esse principium vitæ, siue operationis, scilicet anima, gratia, & lumen gloriæ. Anima est principium vitæ, siue operationis corporalis, cum sit forma, & det esse corpori Gratia est principium vitæ siue operationis spiritualis. Et lumen gloriæ est principium vitæ æternæ. Sic triplex est mors, quædam est mors corporalis, quæ est separatio animę a corpore. Alia est spiritualis, quæ est separatio gratiæ ab anima, quæ fit per peccatum mortale, de qua Ezechiel, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Alia est mors æterna siue gehennæ, quæ est priuatio luminis gloriæ, & habet adiunctam pœnam atque tormenta, quæ a D. Ioan. dicitur mors secunda. In hoc loco accipitur mors pro morte corporali, siue separatione animæ a corpore, licet etiam possit intelligi de aliis, quia qui sunt in peccato originali, sunt priuati gratia, & nisi deleatur, nunquam habebunt lumen gloriæ. Dicunt etiam aliqui, quod Aposto. hic per mortem intelligit per omnes pœnas, dolores & afflictiones, quæ per peccatum originale traductę sunt. Si obiiciatur & dicatur quod mors, non ex peccato, sed ex natura siue conditione materiæ procedit, cum corpus humanum sic compositum ex contrariis, & ideo naturaliter corruptibile. Dicendum quo natura humana dupliciter potest considerari. Vno modo secundum principia intrinseca, & sic mors est ei naturalis Vnde Seneca dicit, quod mors natura est hominis non pœna Alio modo potest considerari natura hominis, secundum quod per diuinam prouidentiam fuit ei, ut dictum est, prouisum per iustitiam originalē, quę quandā rectitudinē & armoniam in tres ordines distinctam faciebat. Et inter alia per ipsam corpus subdebatur animæ, vitam recipiens & conseruans, ac omnia nociua corpori per diuinam prouidenciā impediebantur, ne nocerent. Hoc autē di-
A uina prouidentia disposuit propter dignitatem animæ rationalis. quæ cū sit naturaliter incorruptibilis, conueniebat ei incorruptibile corpus. Verum quia corpus quod est ex contrariis compositum, oportebat esse organum sensus, & tale corpus secūdū naturā suam incorruptibile esse nō potest suppleuit diuina potentia quod deerat naturæ humanæ, dans ei virtutē cōtinēdi corpus incorruptibiliter, sicut faber si posset, daret ferro, ex quo cultellum fabricat, virtutem, ut nullam vnquam rubiginem contraheret. Sed postquam anima hominis fuit a Deo subiectione auersa, amisit virtutem continendi inferiores vires, & etiam corpus & exteriora, & sic per peccatum incurrit mortem naturalem a causis intrinsecis, & violentiam ab exterioribus nocumentis, quæ non incurrisset, si non peccasset. Et ideo propter peccatum mors pertrāsiit in omnes, iuxta illud, Omnes morimur, &c. Et illud Statutum est hominibus semel mori. Nec obstat quod in resurrectione generali, aliqui inuenientur viui, iuxta illud, Sicut fuit in diebus Noe, sic in aduentu filii hominis, &c. Et illud Deinde nos qui viuimus, qui residui sumus, &c. Quia, vt D. Aug. dicit. Morientur in itinere, et statim resurgent. Vnde Apost. Omnes quidem resurgemus, ergo moriemur, cum resurrectio præsupponat mortem. Et si adducantur aliqui doctores dicentes quod aliqui sunt priuilegiati, respondendum quod ostendant priuilegium, & credemus eis. Si enim Christus, & D. Virgo (qui non erant subiecti morti) mortui sunt propter conditionem naturæ, multo magis illi qui fuerunt concepti in peccato originali, ad quod sequitur mors. Ideo Apost. hic dicit quod mors in omnes pertransit.

Sap. 1. Ezec. 18. Apo. 20. 2. Reg. 14. Heb. 9. Mat. 14. Thes. 4. 1. Cor. 15.

In quo omnes peccauerunt.

HIC tangit Aposto. vniuersalitatem progressus peccati ꝙ directo ordine procedendo, dixerat primo, Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per vnum in omnes pertransiit. verumtamen quia affectus illius peccati.sci licet mors, notior erat causa, ideo ad faciliorem intelligentiam procedit ordine retrogrado, dicens mortem pertransisse in omnes. Deinde peccatum in quo omnes peccauerunt.quod potest dupliciter intelligi, Vno modo in quo, scilicet primo homine, omnes peccauerunt. Alio modo in quo, scilicet peccato id est,propter quod peccatum omnes peccauerunt, quia,scilicet eo peccante omnes quodammodo peccauerunt, inquantum in eo virtualiter erant, sicut in prima sua origine, quemadmodum dictum est,quod Leui decimatus est in lumbis Abrahæ. Si dicatur quod Christus ab Adam originē traxit, vt patet ex D Luca, ergo Christus peccauit in eo, Ad hoc D. Aug. respondens dicit, Quod Christus non fuit in Adam omni modo quo nos fuimus. Nam nos fuimus in Adam dupliciter, scilicet secundum corpulentam substantiam, & secundum rationem seminalem. Quia cum in nostra generatione fit & materia corporalis, quam fœmina administrat, & vis actiua, quæ est a semine maris, ut vtrunque deducitur sicut a principio, de cuius substantia, Eua quæ primo ministrauit materiam, so mata est. Ideo dicimur fuisse in Adam, & secundum rationem seminalem, quia vtrunq; ab eo processit. Christus autem fuit in Adam tantummodo secundum corpulentam substantiam,quam traxit ex D. Virgine, loco autem rationi seminalis fuit virtus actiua spiritus sancti. Vnde Gabriel respondens D. Virgini quærenti, Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? dixit.Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, &c. Et idem consolando Ioseph ait, Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniungem tuam, quod enim in ea natum est.de spiritu sancto est, Si obiciatur, Mors quæ est pœna peccati, transiit in Christum, ergo & peccatum. Negatur consequentia, quia mors in Christo non fuit pœna, sed conditio naturæ prout etiam in D. Virgine,quæ ab hac regula fuit exempta. Nam ipsa teste D. Augu. in ser. de Assumptione, Et ecclesia in concilio Basiliensi Sess. 34.nullo modo inter peccatores venit numeranda Et in concilio Tridentino, sessione 5. in fine dicitur,Declarat sancta Synodus, quod non est sui intentionis comprehendere in hoc decreto vbi de peccato originali agitur, Virginem Mariam Dei genitricem. Hactenus ibi. In nobis autem mors est effectus & pœna peccati, eo quod (prout dictum est) immortalitas fuerat concessa per donum iustitiæ originalis, quam per peccatum amisimus. Si vlterius obiiciatur quod baptizati liberantur a culpa peccati originalis, & per consequens non possunt transmittere peccatum quod non habet. Dicendum quòd homo per baptismum liberatur a peccato originali, quantum ad mentē, siue quantum ad animam, remanet tamen infectio quantum ad carnem. Vnde infra 7. dicit. Ego mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati. Homo autem non generat mente carnales filios, sed carne. Ideo non transmittit nouitatē Christi, quæ data est ei per baptismum, sed vetustatem Adæ, quam habet per virtutum seminalem, quam habuit ab Adam, quæ virtus fuit purgata in baptismo ab illa labe originali, quo ad personam suam, sed non quo ad posteros. ideo propter illam relationem & dependentiam ab Adam transmittendo naturam, transmittit peccatum.

Luc.3.

Super Ge. ad litera.

Luc.1.

Mat.1.

B

C

QVARTA PARS V. CAPITIS.

Vsq; ad legem enim peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset.

IN hac 4.capitis huius 5.cap. parte explicatius manifestat quod dixerat de progressu peccati & mortis in mundum comparando ad legem, & declarando quid

lex circa peccatum fecerit, & respondet cuidam tacitæ obiectioni. Circa hunc textum variæ sunt etiam sanctorum doctorum expositiones, aliquibus exponentibus de lege naturæ, aliis de lege Euangelica, aliis de peccato originali, aliis de peccato actuali, quæ non parum laboris & vertiginis præstant legentibus. Ego vero nemini illorum detrahens, vt breuitati studeam, illis omissis, sequar vnam quam D. Thomas ex aliis elicuit, quæ mihi magis videtur ad mentem Aposto. pertinere. Ad cuius euidentiam reducendum est ad memoriam quæ prædiximus, intentionem, scilicet Aposto esse in his quatuor capitibus ostendere facultatem & virtutem gratiæ, & bona quæ nobis adfert, & mala a quibus nos liberat, & per quem modum ad hoc agendu præmisit duo mala, scilicet peccatum & mortem, quæ est effectus peccati atque pœna eius, & originalis peccati progressum siue diffusionem, per vnum, scilicet Adam, qui figurabat Christum, per quem ab illis malis sumus liberati. Et quia posset aliquis aduersari, & dicere peccatum non intrasse in hunc mundum per Adam, sed per legem, quia, vt dictum est præcedenti capite, vbi non est lex, nec præuaricatio: Sed peccatum est præuaricatio & transgressio legis datæ, ergo ante legem non erat peccatum, ex quo sequitur quod mors non esset pœna peccati, & per consequens

D quod per peccatum mors non pertransisset in omnes. Ad hoc excludendum dicit, quod ab Adam vsque ad legem scriptam fuit peccatum, maxime originale in omnes traductum, quod erat causa actualium, & sic tempore legis naturæ erat peccatum tam originale quam actuale, tamen ante legem scriptam, non cognoscebatur communiter apud omnes, licet aliquibus patribus fuerit reuelatum, vel per Adam et filios, aut per Deum, peccatum originale esse in omnibus descendentibus ab Adam per rationem seminalẽ, et quod mors esset omnibus inflicta propter peccatum ipsius Adæ hoc enim cognosci non poterat per rationem naturalem, quę adeo offuscata erat quod ignorabat peccatum esse offensiuum dei, & puniendum ab illo. Licet homines tempore legis naturæ homicidium, furtum, adulterium, & alia huiusmodi esse peccata, et imputabilia atque punibilia, vtpote contra rationem honesti lumine naturali cognoscerent. Legimus enim quod Ioseph in carcerem missus fuit propter adulterium quod falso fuerat sibi impositum. Et quod Ioseph accusauit fratres suos apud patrem de crimine pessimo, sed non cognoscebant esse peccata, vt offensa dei, & vt punienda & vindicanda ab ipso. Nam & aliqui Philo. (vt Aristoteles refert) crediderunt quod nihil est iustum naturaliter, & per consequens neque iniustum. Punitiones enim quæ factæ fuerant in diluuio et confusione linguarum, et in Sodoma, & aliis ciuitatibus circunadiacentibus arbitrabantur casu accidisse, demptis his quibus reuelatum fuit. Vnde putabant et dicebant de deo illud. Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat. Et secundum hunc sensum debet intelligi id quod Apost. dicit infra. Peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam esse peccatum (s. à deo punibile) nisi lex diceret. Non concupisces. Per legem vero cognouerunt peccatum esse puniendum a deo, cum lex dei propter aliqua peccata iuberet mortem infligi, Dicitur autem peccatum esse vsque ad legem terminatiuæ i. vsque ad terminum legis, qui fuit in morte Christi, quia lex non poterat delere peccatum sicut fecit Christus. Et ideo hoc aduerbium, vsq; non tenetur exclusiue, sed inclusiue. Ad excludendum ergo illum errorem dicit, [peccatum,] siue originale, siue actuale, [non imputabatur,] id est non æstimabatur aut non cognoscebatur communiter apud homines, siue ab hominibus imputari, id est, puniri a deo, nec mortem esse pœnam peccati originalis. [Cum lex,] scilicet

E Moysi [non esset.] Sed aduenieṫe lege Moysi, qui scripsit librum Geneseos, in quo fecit mentionem de præcepto facto Adæ sub pœna mortis, de præuaricatione siue transgressione ac punitione illius, tunc cognouerunt et reputauerunt peccatum originale et actuale esse offensiuum dei, & ab eo puniendum, et mortem esse in pœnam præuaricationis Adæ, & non ante, licet ante esset pœna.

Gen. 39.
Gen. 37.
1. Ethi.
Iob. 22.
Infra. 7.
Gen. 13.

Sed regnauit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt, in similitudinem praeuaricationis Adę, qui est forma futuri.

HIC ostendit falsam esse æstimationem eorum, qui non reputabant siue arbitrabantur peccatum originale non esse punibile à Deo, nec mortem esse pœnam peccati originalis dicens [Sed regnauit, &c.] quasi dicat, euidens est quod non solum regnauit mors in eos qui peccauerunt peccato actuali, sed etiam in paruulos qui non peccauerunt peccato actuali, [propter similitudinem præuaricationis Adæ.] id est propter peccatum originale, quod in eis non est proprie peccatum, vt dictum est, sed est similitudo præuaricationis Adæ, propter relationem ad ipsum in quo virtualiter cum peccauit, erant, & a quo per rationem seminalem descenderunt. Sicut enim similitudinem naturæ ab eo traxerunt, ita & similitudinem peccati, quo viciata fuit tota natura. Non enim traxerunt idem peccatum in specie, cum peccatum Adæ esset actuale, sed similitudinem, quæ est tanquam vmbra respectu illius, non adeo graue, & hoc est quod Apostolus. manifestare intendit scilicet quod per
1. Cor. 15. peccatum Adæ, peccatum originale intrauit in mundum, vt tandem veniat ad Christum, per quem liberati sumus. Ideo subiungit. [Qui est forma futuri,] .s. secundi Adã. Ad cuius intelligentiã notandũ est quod Apost. duplicẽ Adã posuit, dicens. Factus est primus hõ Adã in animã viuentẽ. Nouissimus Adã in spiritũ viuificãtem, Adã primus de terra terrenus, fuit forma, i. figura futuri. i. nouissimi, qui fuit de cœlo cœlestis, Christus Dñs qui de cœlo descendit, qui figuratus est per contrarios effectus. Nã sicut per Adã pctũ & mors intrauit in mũdum, ita per Christum intrauit iustitia & vita, sicut enim omnes in Adam moriuntur, ita & in Christo viuificantur. Sunt & alię similitudines inter Christum & Adam. Quia scilicet sicut corpus Adæ formatum est absque virtute seminis, sic corpus Christi ex D. Virgine. Et sicut de latere Adæ dormientis sumpta est mulier, ita ex latere Christi dormientis in cruce fluxit sanguis & aqua, quæ significant sacramẽta, quib. formata est ecclesia. F

QVINTA PARS V. CAPITIS.

Sed non sicut delictum, ita & donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum, in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit.

DEclarato ingressu peccati & mortis in hunc mundum, & progressu eius in omnes, hic declarat progressum gratiæ delentis peccatum. Et primo ostendit quo modo per gratiam Christi remouetur peccatum per Adam introductum in mundum, comparando causas, scilicet gratiam Christi, peccato Adæ, deinde declarat de fectus earum. Vnde inquit, dictũ est quod Adam est forma siue figura futuri [Sed non sicut delictũ, &c.] quasi dicat, non est æstimandũ quod delictũ Adæ sit tantæ efficaciæ, quantæ est donũ gratiæ Christi, cuius ratio est, Quia pctũ procedit ex infirmitate voluntatis humanæ, Gra vero procedit ex immensitate bonitatis diuinæ quã manifestũ est uolũtatis humanæ præsertim infirmæ, præferri. & ideo virtus gratiæ Dei, excedit omne pctũ, & ob eam cãm dicebat Dauid. Miserere mei Deus sm magnam misericordiam. & propter hoc iuste reprobatur verbum Cain. Maior est
Psal. 50. iniquitas mea, &c. Quod autem donum gratiæ Christi excedat delictum Adę, de-
Gen. 4. clarat, dicens. [Si enim vnius] scilicet Adæ, [delicto multi mortui sunt,] id est, Si ex delicto Adæ peccatum & mors transierunt in multos alios, quia in omnes qui in eo peccauerunt [Multo magis gratia & donum Dei,] id est, gratuitum Dei donum, vt hæc coniunctio (&) teneatur expositiuè, abundauit in plures Quanto enim aliquid est potentius, tanto magis se ad plura extendere potest. Peccatum autem A
Adæ ad multos se extendit, quod probatur ex eius effectu, qui est mors, vnde signan

ter

ter dixit quod vnius delicto multi mortui sunt. Mors enim argumentum est peccatum originalis. Vnde dictum est Adæ. Quacunque die comederis, &c. Sed gratia Dei est fortior, ergo multo magis ad plures se extendit, iuxta illud. Qui multos filios in gloriam adduxi. Dicit autem abundauit, quia non solum gratia Dei processit in multos ad deletionem peccati per Adam inducti, verum etiam ad peccata actualia delenda, & multa alia bona consequenda, iuxta illud Potens est autē Deus omnem gratiam abundare facere in vobis. Sicut enim peccatum ex vno homine abundauit ex prima suggestione diaboli, ita & gratia Dei per vnum hominem processit in multos Vnde signanter addit in gratia vnius hominis Iesu Christi. Sic enim gratia a deo in multos effunditur, vt per eū Christum accipiant, in quo omnis plenitudo gratiarum inuenitur, secundum illud, Omnes de plenitudine eius accepimus. Sic autem legenda est in litera secundum expositionem D Augustini, vt hoc quod dicitur plures, non accipiatur cumparatiue, sed absolute, & ita vult quod attendatur comparatio, quantum ad hoc quod si delictum Adæ processit in multos, multo magis gratia vnius Christi abundare poterit secundum sufficientiam, non solum quantum ad numerum personarum, verum etiam delictorum & aliorum effectum. Quia secundum efficaciam non abundauit in plures cum multi sint vocati, pauci vero electi. Ideo non dicit in omnes, prout nec in forma cōsecrationis sāguinis dixit pro omnibus, sed pro multis Ita hic nō dicit in omnes, sed in plures si essent dispositi, & cum inferius concludit in omnes, intelligit quantum ad sufficientiam vel in omnes dispositos, iuxta illud. Qui est saluator omnium maxime fidelium.

Gen. 2. Heb. 2. 2. cor. 9. Ioan. 1. Mat. 20. 1. Tim. 4.

Et non sicut per unum peccatum, ita & donum.

HIC comparat gratiam Christi peccato Adæ, quantum ad efficatiam. Quia licet vtrumque in multos abundet, tamen gratia Christi habet maiorem effectum quam peccatum Adæ, ait ergo, Non solum hoc dictum est scilicet, quod gratia Christi magis abūdat in multos quam peccatum Adæ, sed etiam in eis maiorem effectum facit, & hoc est quod dicit. [Et non sicut &c.] quasi dicat, Non tantus
B effectus sequitur per vnum peccatum Adæ in multis, quantus effectus consequitur in multis per donum gratiæ Christi. Potentioris enim causæ potentior est effectus Vnde cum dictum sit gratiam potentiorem esse peccato, consequens est quod maiorem producat effectum.

Nam iudicium quidem ex uno, in condemnationem. Gratia autem ex multis delictis, in iustificationem.

HIC clarius explicat effectum gratiæ Christi esse præstantiorem effectu peccati dicens. Nam iudicium, id est diuina punitio in Gen. scripta, Puluis es, & in puluerem reuerteris &c procedit, quidem ex vno, scilicet peccato primi parentis, in condemnationem, scilicet omnium hominum qui illo peccante peccauerunt, secundum illud, quod supra dictum est, quod mors in omnes pertransiit: in quo omnes peccauerunt, gratia autem Dei, quæ datur per Christum, procedit, ex multis delictis, id est, non solum ex illo originali, sed etiam ex multis actualibus. In iustificationem, q. d. non qualis fuit per peccatum vnius condemnatio, talis præcise fuit iustificatio, quia Adam transmittendo vnicum peccatum, fuit causa condemnationis mortis omnium ab eo descendentium Gratia autem Christi per quam iustificamur nō solum condonat & remittit vnum peccatum originale, sed etiā multa actualia, quotquot, inuenit, quia facit perfectā emūdationē. iuxta illud, Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, ergo gratia Christi est maioris efficaciæ quām pctū Adæ. 1. cor. 2.

Si enim unius delicto, mors regnauit per unum, multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ, accipientes, in uita regnabunt per unum Iesum Christum.

HIC probat quod dixerat argumēto a minori ad maius, accipiēdo cōditionalē,

dissimilitudinis,& a posteriori per effectum. Ad quam melius intelligendam notare opo tet quod optimo ordine, quasi quadam scala tres comparationes Apostolus disposuit. Primo nanque gratiæ prærogatiuam generaliter in hoc consistit, quod non sicut mors per delictum vnius inducta est, ita per gratiam vita facta est. Deinde quod non sicut ex vno delicto processum est ad condemnationem, quæ est inflictio mortis ex vno, ita processum sit per gratiam facta ex remissio omnium delictorum ad vitam. Nunc autem, quia non solum mortis, sed etiam regni mortis fecerat mentionem, ideo ad illud respiciens assumit duas propositiones, prior est. Si vnius delicto mors regnauit per vnum id est si iure acquisito per peccatum vnius, mors ingressum habuit, vt dictum est. (per vnum hominem,&c.) multo magis homines regnabunt in vitam per vnum Iesum Christum. iuxta illud. Ego veni vt vitam habeant, et abundantius habeant, participando æternitatem vitæ, quæ quidem abundantia hic per regnum significatur, quod regnū Christus dicit esse regnū cœlorum. Vnde D. Ioan. dicit quod regnabunt cum Christo annis mille, id est, æterno tempore. Posteriorem vero propositionem designat per hæc verba quæ interponit, scilicet abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientis, quasi dicat sed ad regnum vitæ homines peruenire non possunt ex seipsis, n si accipiendo abundantiam gratiæ Christi & donationis & iustitiæ. Ita quod gratia Christi referatur ad diuisionem peccati, quam nulla merita præcedere possunt, & ideo remissio peccatorum omnino gratiæ deputatur, & non meritis, iuxta illud Si ex operibus, iam non est gratia, &c. Quod autem dicitur donationis, referendum est ad dona S. sancti, quæ procedunt siue fluunt a gratia gratum faciente. Quod autem dicitur iustitiæ, referendum est ad rectitudinem operum, iuxta illud. Qui factus est nobis a Deo iustitia.

Iac. 10. Mat. 4. Apoc. 10. 1. Cor. 1.

Igitur sicut per unius delictum, in omnes homines in condemnationem, sic & per unius iustitiam, in omnes homines in iustificationem vitæ.

EX duabus præmissis propositionibus hic infert conclusionem intentam, quam prædixerat, scilicet quod sicut per vnius delictum, scilicet Adæ, iudicium diuinum processit in omnes homines, qui carnaliter nascuntur ab eo in condemnationem mortis. Sic & per vnius iustitiam, scilicet Christi, gratia diuina processit in omnes homines in iustificationem vitæ, id est, quæ ducit ad vitam & ad regnum cœlorum. Et notandum quod Apostolus non dicit hic vitam, sed iustificationem vitæ, quoniam in hoc tempore per meritum Christi non consequimur vitam corporis, sed iustificationem vitæ & iustificationem vitalem in futuro seculo. Si obiiciatur quod non omnes homines iustificantur per Christum, sicut moriuntur per Adam, Dicendum quod sicut omnes homines qui nascuntur carnaliter ex Adam, incurrūt condemnationem per eius peccatum, ita omnes qui nascuntur spiritualiter per Christum, si in illa natiuitate perseuerent, adipiscuntur iustificationem vitæ, alias non. Vnde Christus Oportet vos nasci denuo. Et nisi qui renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest, &c. Vel, vt supra dictum est, non omnes quantum ad efficatiam, sed bene quantum ad sufficientiam Ex hoc autem quod hic dicitur, accipere debemus quod sicut nullus moritur per peccatum Adæ, sic nullus iustificatur nisi per iustitiam Christi, quæ est per fidem ipsius, secundum illud iustitia Dei per fidem Iesu Christi in omnes qui credunt in eum, siue ante, siue post incarnationem, cum sit eadem fides, ut supra dictum est Ex præmissis apparent tres comparationes inter sex, quorum tria fuerunt a primo Adam, scilicet delictum, mors, & regnum mortis Et alia tria secundo Adam, id est Christo, scilicet gratia, vita, & regnum vitæ, in istis tribus comparationibus Apost. dicit, quod tria quę a Christo proueniunt, sunt præstantiora, fortiora, & vtiliora, in bono, quàm tria quæ ex parte Adæ prodeunt sint nociua hominibus in malo, prout satis deductum est.

Ioan. 3.

Sicut

Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi, ita per unius obeditionem iusti constituuntur multi.

APOSTOLVS hic idem probat quod supra, sed alio modo, quia per causas & a priori. Causæ enim sunt similes suis effectibus. Sed inobedientia primi parẽtis, quæ habet rationẽ iniustitiæ, est causa constituens peccatores & iniustos. Et obedientia Christi, quę habet rationem iustitiæ, est causa constituens iustos. Ergo sicut per inobedientiam &c. dependentia manifesta per illam maximam Sicut se habet propositum in proposito, ita oppositum in opposito. In hac probatione declarat & nominat speciem peccati Adæ, quod fuit inobedientia, quæ est prima filia superbiæ, quæ in hoc consistit, quod homo non vult subiici pręceptis diuinis. Hæc au F tem inobedientia, qua primo peccauit, attenditur non solum secundum actum exteriorem, sed etiam secundum interiorem motum, quo voluit præcepto diuino contrauenire. Vnde D. Aug dicit, ꝙ pręcessit in eo interior quædam elatio mentis. Eam ob rem eius inobedientiam Dominus arguit, dicens, Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno de quo præceperam tibi, ne comederes, &c. Non solum autem explicat speciem peccati, sed etiam modum quo delictum illud imputatur posteris, dicendo quòd propter illud peccatum, peccatores constituti sunt multi, vt absq; dubitatione intelligamus non solum pœnam, sed etiam peccatum ipsum, hoc est culpam incurrisse per inobedientiam vnius absque operibus proprijs, & peccato Phili. 2. res constitutos esse, quod idem est quod peccatum originale habere. Obedientia Ephe. 5. autem Christi hic dicitur, secundum quam obediens præcepto patris pro salute nostra mortem sustinuit ignominiosam, secundũ illud. Factus obediens vsque ad mortem, mortem autẽ crucis. Nec obstat quod alibi ex charitate mortuus dicitur, quia obedientia processit ex dilectione quã habuit, & ad patrem & ad nos. Et sic Apost. per obedientiam & inobedientiam, tanquam per causas, probat nos peccatores effici per vnum, & per unum iustificari, quia iustitia legis, quæ est omnis virtus, pro quanto, omnes virtutes potest ordinare in finem & obiectum suum attenditur in obseruatione præceptorum legis, quod pertinet ad rationem obedientiæ. Iniustitia autem legalis, quæ est omnis malitia, vt Philo. dicit, attenditur in transgressione mãdatorum legis, quæ pertinet ad inobedientiam, & per consequens conuenienter dicitur quod per obedientiam constituuntur iusti, & per inobedientiam peccatores.

SEXTA PARS V. CAPITIS.

Lex autem subintrauit, vt abundaret delictum.

IN hac sexta huius 5. cap. parte, Apostolus declarat quid circa peccatum lex fecerit, concludendo quod per gratiam tollitur peccatum actuale, quod superueniente lege abundauerat. Et primo ponit abundantiam peccati, dicens Lex, &c. quasi G dicat, Dictum est quod per obedientiam vnius hominis iusti constituuntur multi, quod lex facere non potuit, sed potius lex subintrauit, id est, latenter intrauit. Non in abscondito loquutus sum. Sed quia mysteria legis erant occulta, præcipue quo ad intentionem Dei circa legem ferendam, quæ peccatum ostenderet, & non sanaret, secundum illud infra 11. quis cognouit sensum Domini, &c. Potest etiam dici quod lex subintrauit, id est, quasi media intrauit inter peccatum hominis & donum gratiæ Christi, quorum vtrunque supra dixit per vnum in plures transisse. Subintrauit ergo lex, vt abundaret delictum, non quod abundantia delicti esset finis 1 Tim. 1. legis, quia ex hoc sequeretur legem esse malam, vt dicebat Manichæus. Quia cuius finis malus est, ipsum quoque malum est. Lex autem non est mala, iuxta illud, Scimus quia enim quod lex bona est. & illud, Itaque lex sancta, & mãdatum sanctũ, &c. Et sic hæc dictio, vt, non tenetur causaliter. Non enim ad hoc fuit data lex, vt pec-

Psal. 18. catum abundaret. Quinimo lex quantum in se fuit, peccatum prohibuit, secundum illud, In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Sed tenetur consecutiue, propter eum dicitur. Ductus est Iesus a spiritu in desertum, vt tentaretur a diabolo. Lege enim data delictorum abundantia consecuta est, dupliciter. Vno modo quantum ad grauitatem reatus pœnæ. Grauius enim est peccatum, vbi est præuaricatio, non tantum legis naturæ, sed etiam legis scriptæ. Vnde supra 4. vbi non est lex, non est præuaricatio. Ergo secundum multiplicitatem legum, est abundantia præuaricationis. Igitur, &c. Alio modo quantum ad peccatorum multitudinem. **A**
Lex enim quamuis peccatum demonstraret, peccati tamen concupiscentiam non auferebat. Cum autem alicui prohibetur id quod concupiscit, vehementius in concupiscentiam illius exardescit, sicut fluuius posito obice fortius fluit, & obicem frangit. Sic concupiscentia, cuius obex est lex, ipsa adueniente vehementius insurgit, & legē transgreditur. Vnde D. Aug. lex, inquit, prohibendo auget desiderium, sicut aquæ impetus si in eã partem non cessat influere, vehementior fit obice posito. Cū ratio triplex esse potest. Prima, quia aliquis non reputat pro magno, quod subiacet potestati eius. Sed illud quod est extra hominis potestatem, apprehēditur ab homine quasi magnum, Prohibitio autem eius quod concupiscitur, ponit illud quod prohibetur, quasi extra potestatem hominis, & ideo concupiscentia magis exardescit in rem concupitam, dum prohibetur. Secunda ratio est, quia interiores affectiones quando interius retinentur, ita quod exterius nullo modo deriuentur, ex hoc ipso magis interius incenduntur, sicut patet in dolore & ira, quæ dum interius clausa tenentur, magis augetur. Si autem exterius quoquomodo prodeant, eorum virtus diminuitur. Prohibitio autem propter timorem pœnæ, cogit hominem vt cōcupiscentiam suam ad exteriora non producat, ideo ipsa concupiscentia interius retenta, magis inflammatur. Tertia ratio est, quia nos apprehendimus quasi impossibile illud quod nobis prohibitū est, quantumcunq; placuerit, & ideo illud vitamus: Sed quando aliquid prohibitum apprehenditur a nobis, nō vt impossibile, absolutè, sed vt nō semper a nobis haberi possit. Et ideo quando opportunitas datur illud consequendi sine timore pœnæ, promptiores ad hoc sumus. Et inde est quod data lege, quæ vsum cōcupiscentiæ prohibebat, & tñ ipsam concupiscentiā non mitigabat, ipsa concupiscētia feruētius ad pctā ferebatur. vnde Ezec. 5. Ista est Hierusalem, in medio Gentiū posui eā, & in circuitu eius terras, & cōtēsit iudicia mea, vt plus esset impia quā Gentes, quæ legē, s. Dei. nō habebāt. Si ex hoc inferatur quod lex humana, **B**
quæ gratiā diminuentē concupiscentiā nō cōfert, facit abundare pctā, quod est cōtra intentionē legislatoris, qui ad hoc (vt Philos. ait.) tendit, vt ciues faciat bonos. Dicēdū quod alia est intentio legis humanæ & legis diuinæ. Lex enim humana refertur
1. Reg. 16. ad iudicium humanū, quod est de exterioribus actibus. Sed lex diuina refertur ad iudiciū diuinū, quod est de interioribus motibus cordis, ſm illud Homines vidēt quæ foris patent, Deus aūt cor intuetur. Sic igitur lex humana suam intentionem cōsequitur, dū per prohibitionem & comminationē pœnæ impedit ne multiplicētur exteriores actus pcti, licet concupiscentia interior augeatur. Sed quātū ad legē diuinā, ēt interiores cōcupiscentiæ malæ imputātur ad pctū, quæ abundāt adueniente lege & non auferente cōcupiscentiā. Sed cum principale legis Euangelicæ, sit gratia spūs sancti, quæ sanat, & virtutē implendi legem tribuit, non facit abundare pctū, sed remouet. Notandū tamen quod lege adueniente, peccatū abūdauit, non in oībus sed in pluribus, multi .n. in antiqua lege habebant gratiā, qui lege prohibente & gratia adiuuāte, ad perfectionem virtutum peruenerunt, iuxta illud, Laudemus viros gloriosos parentes nostros; & paulo post, Homines magnos virtute. Per gratiam
Eccl. 44. enim Dei adiuuantē fuerunt dispositi ad hoc, vt seruarent legē, & vitarent peccatū. In his verò qui erant male dispositi, & qui magis timore quā virtutis amore ducebātur, qui multo plures erant, adueniente lege, abundauit delictum consecutiue, & quantum ad grauitatem & numerum rationibus iam dictis. Potest ēt exponi capiēdo, vt, causaliter. Non vt abūdantia delicti sit finis legis, sed cognitio peccati & humiliatio.

In lib. de spi. & lit. c. 4.

militatio, ut sit sensus, ut abundaret delictum, id est, vt abundantius delictum cognosceretur, secundum illum modum loquendi, quod dicitur aliquid fieri dum innotescit. Vnde dictum est quod per legem cognitio peccati. Vel, vt sit sensus, vt abundaret delictum, id est vt humilitas cognita abundãtia delicti abundaret. Ex abundantia enim delicti, quæ secuta est adueniente lege, consecutũ est quod homo iniquitatem suam recognoscẽs, ampliorem haberet humilitatis occasionem dicebat enim homo superbus de viribus suis præsumens. Non deest, quia impleat, sed deest qui iubeat. iuxta illud, Omnia quæcũq; locutus est dominus, faciemus. Sed quando lege data consecuta est multitudo peccatorum, homo suam infirmitatem cognouit, secũdum illud, Infirmus homo & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicii & legis. Intentio ergo dei dantis legem non terminabatur ad abundantiam peccatorum, sed ad humilitatem hominis, propter quam permisit abundare delicta. Et quia hoc erat occultum, ideo quo ad hoc dixit quod lex subintrauit. Et quia hic agitur de lege & fine legis, duo occurrunt cõsiderãda, vnum est circa legẽ, de eius definitione, diuisione, officiis, actibus, et de eius in sacris literis acceptione. Lex est regula humanorum actuũ, et essentialiter est dictamen rationis, practicũ in principe, siue in eo qui curã aliorum habet, quo aliqua ordinantur facienda, vel relinquenda tanquam ad bonũ commune vtilia vel necessaria, cum publicatione et manifestatione inferioribus debite facta, et dicitur a regulando et ligãdo, quia dirigit et ligat ad agendũ vel ad desistendum ab actione. Quatuor dicuntur de essentia legis. Primum quod sit dictamẽ prudentiale, siue rationale Secundum quod fiat ab habente potestatem & authoritatem super eos, quibus legem statuit. Tertium quod sit ordinatum ad bonum cõmune, & non ad priuatum commodum. Quartum quod sit debite promulgatum inferioribus. Lex secundum Isidorum habet quatuor officia, scilicet imperare, vetare, permittere et punire. Lex prima sui partitione diuidirur in diuinam, quæ a deo datur, et humanam, quæ ad homine. Diuina autem in naturalem, quæ ab initio menti impressa est, et scriptam, quæ subdiuitur in legem veterem & nouam, siue in antiquum & nouum testamentum, siue in legem Moysi & legem Christi. Lex Moysi tria genera præceptorum continet, scilicet Moralia, quæ sunt de actibus virtutum, in quibus homo se exercere debet, & in eis immorari, quæ etiam sunt de lege naturæ, sed explicatius in lege Moysi propter obfuscationem rationis fuerunt descripta, quæ dicuntur decem præcepta decalogi: Alia sunt præcepta cęremonialia, quę sunt de his quæ pertinent ad cultum dei. Alia vero sunt præcepta iudicialia, quę sunt de his quæ pertinent ad pacificum conuictum humanum. Prima præcepta quæ data sunt cum natura ipsa manente, sunt immutabilia, & secundum D. Bernardum indispensabilia, manente materia. Et illis tanquam principiis generabilibus pendent leges humanæ. Pręcepta vero cęremonialia & iudicialia, quia erant figurariua eorum quæ debebant fieri in lege noua per Christum, ideo ipsis per Christum impletis cessauerunt. Sicut enim adueniente luce cedit & cessat vmbra, sic adueniente veritate figura, ut amplius deducemus in epistola ad Galatas lex Moysi habebat quatuor effectus. Primus est cognitio peccati, iuxta illud, Per legẽ enim cognitio peccati. Secundus abundantia delictorum, non ex lege, sed ex malitia hominum. De isto agit hic Apostolus. Tertius est operari iram siue vindictam, iuxta illud, Lex enim iram operatur. Quartus est agere Pedagogũ, siue dirigere populum in viã Christi, & custodire ab illicitis, secundum illud, Itaque lex noster Pedagogus fuit in Christo, vt fide iustificemur. Lex in sacris literis multipliciter accipitur. Aliquãdo enim proscriptura totius veteris Testamenti secundum illud, vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est. Quia odio habuerunt me gratis. & sic Psalmi & Prophetæ dicũtur lex, tamen aliquando distinguuntur. Vnde antiquum Testamentum diuiditur in Legem, Psalmos & Prophetas, iuxta illud, Necesse est impleri omnia quæ scripta in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. Quandoque accipitur pro scriptura quinque librorum Moysi, iuxta illud, Legem præcepit Moyses. Quandoque pro decalogo præceptorum moralium, secundum illud. Dabo

Marginalia: Supra. 3. — Exo. 24. — Sap. 9. — Legis diffinitio. — Legis officia. — C — Legis diuisio. — Supra. 3. — D — Sap. 4. — Ioan. 15. — Luc. 24.

Deut. 33. tibi duas tabulas lapideas, legem & mandata, Quandoque pro tota continentia ce
Exo. 24. remonialium & iudicialium præceptorum secundum illud Vmbram habens lex fu
Heb. 10. turorum bonorum Quandoque pro speciali præcepto cæremoniali, secundum illud
Leui. 7. Hæc est lex hostiæ pacificorum. Sumitur autem lex ab Apost. communi er pro om
Deut 33. ni doctrina legis Mosi, per quã nõ dabatur gratia vt homo inniteretur ad implẽda præ
Mat. 19. cepta. Lex euãgelica cõtinet etiã præcepta moralia. vnde Christus. Si vis ad vitã in
Ioan. 3. gredi, serua mandata, Continet etiã cæremonialia de tribus sacramentis necessariis,
Luc. 13. scilicet de baptismo, secundum illud Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu san-
Mat. 18. cto, &c. Et de pœnitentia, iuxta illud Nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribi
tis Et de Eucharistia, iuxta illud Ioan. 6 Nisi manducaueritis meam carnem, &c.
Continet pariter præceptum de correctione fraterna, & de obedientia Ecclesiæ. Et
sic vltra præcepta moralis sunt tãtũ quinq; explicita in lege Euãgelica. Iudicialia ve
ro Christus nõ instituit, sed reliquit authoritatẽ instituendi ea ipsi Ecclesiæ sponsæ
suæ. Lex humana diuiditur in canonicã & ciuilem, siue politicã, Lex canonica est di
ctamẽ prudẽtiale, in principe ordinatũ ad pacificum conuictũ spiritualem & Eccle-
siasticum, in his quæ pertinẽt ad religionẽ Christianã, & ad dei cultum & honorẽ.
Lex ciuilis, siue politica, est dictamen prudẽtiale in principe directiuum actuum hu
manorũ, in his quæ pertinẽt ad pacificum cõuictũ tẽporalem. Si fusius præcedentia
videre cupis lege. 17. caput nostrarũ institutionũ Theologicarũ. Circa finẽ vero le-
Leui. 1. gis Mosaicæ, sciẽdũ quod in populo Iudæorũ tria fuerũt genera hominũ, sicut et in
Ezec. 10. quolibet alio populo. Quidã erãt duri peccatores & rebelles. Quidã autẽ profi-
ciẽtes. Quidã vero perfecti. Quãtũ ad duros & rebelles lex data fuit in irã siue vin
dictã, Quo ad præcepta moralia et quo ad eorũ obseruantiam, cogebantur per pœ
narum cõminationem, ut patet in Leuitico Et quo ad cæremonialia, quæ ideo sunt
multiplicata, ne liceret eis, diis alienis alium cultum superaddere, iuxta illud. In ma
nu valida & brachio extento, et in furore effuso, regnabo super vos, Sed proficienti
bus qui dicũtur mediocres, lex fuit data in pædagogũ, iuxta illud, Lex pædagogus
noster fuit in Christo. Et hoc quo ad cæremonialia, quibus continebantur & dirige
Ezec. 20. bantur in cultu diuino, Et quo ad moralia, quibus ad iustitiam promouebantur. Per
Infra. 7. fectis autem quantum ad cæremonialia fuit in signum, secũdum illud, Sabbata mea
dedi eis, vt essent signum, &c Quo ad moralia vero in solatium, secundum illud, cõ
delector legi dei, secundum interiorem hominem.

Vbi autem abundauit delictum, superabundauit et gratia.

OSTENDIT hic quo modo per gratiam tollitur abundantia delictorum.
Et primo ponit abundantiam gratiæ dicens. Vbi, &c. ac si diceret. Dictum est quod
lege subintrante abundauit delictum, nec tamen propter hoc fuit impeditum diui-
2. Cor. 6. num propositum de salute Iudæorum & totius humani generis Quia vbi [abun
dauit delictum,] scilicet in humano genere, & specialiter in Iudæis, superabunda-
uit & gratia, scilicet Christi condonantis peccata, iuxta illud, Potens est deus om-
nem gratiam abundare facere in vobis. Huiusmodi autem abundantiæ, duplex po-
test assignari ratio Vna quidem est ex effectu gratiæ. Sicut enim magnitudinem
Luc. 7. morbi non sanat, nisi fortis & efficax medicina. Sic fortis & efficax ac superabundãs
gratia, requirebatur ad sanandum abundantiam delictorum. Vnde dicunt Physici,
Prou. 18. quod a proportione minoris inæqualitatis nõ fit actio, imò nec a proportione æqua
litatis. Quia in omni actione necesse est agens vincere passum. Vnde Christus, di-
missa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Alia ratio potest sumi ex dis
positione peccantis, qui dum magnitudinem peccatorum suorum recognoscit, quan
Psal. 15. doque quidem desperat & contemnit, secundum illud, Impius cum in profundum
peccatorum venerit, contemnit Quandoq; vero per auxilium diuinum, ex conside
ratione peccatorum suorum magis humiliatur, & maiorẽ consequitur gratiã secũdũ
illud Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt.

Vt

Vt sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in uitam æternam per Iesum Christum Dominum nostrum.

GRATIAE superabundantis ostendit hic effectum, qui est appositus effectui peccati, vt quemadmodum per peccatū introductum per primū hominē, id est, per peccatū originale, & abundans per legem regnauit, id est, plenum dominium in homines obtinuit, quia non solum ad peccandum ex infirmitate seu passione, aut ignorantia induxit, sed etiam ad peccandum scienter & ex malitia, & hoc quousque duceret eos ad mortem temporalem, & æternam, iuxta illud, Stipendia peccati mors. Circa hoc aduertendum est quod ratio quare Apostolus tractauit diuersos status peccati, scilicet ante legē & sub lege, est quia tractat de peccato prout ab eo per Christum liberati sumus. Conueniens ergo fuit, vt ostenderet quod liberati sumus a peccato, & ab augmento siue abundantia peccati, ideo oportuit quod statum peccati ante legem, & statum abundantiæ peccati sub lege patefaceret, vt sicut ex statu peccati ante legem, manifestauit gratiam, ita ex statu abundantiæ peccati sub lege manifestet superabundantiam gratiæ, &c. Tractando statum peccati ante legem dixerat. Regnauit mors, &c. Nunc in statu sub lege dicit. Regnauit peccatum, quod abundauit, in mortem. Nam ante legem peccatum non cognoscebatur, sed mors corporalis quasi regnans reputabatur. Sub lege autem cognito peccato pœna mortis, non regnauit mors, sed æstimata est pœna. Regnauit tamen
A peccatum in mortem, quia regnauit ad multiplicādū mortem animæ morti corporis. [Ita & gratia, &c.] E regione ad regnum peccati abundantis sub lege, locat gratiam contra legem, & iustitiam contra peccatum, vt etiam intelligas quod gratia dei regnet, id est, plene dominetur & effectum habeat in nobis, [per iustitiam,] scilicet Christi, quam scilicet dedit nobis absq; meritis secundum diuersos gradus, aliquibus sufficienter, aliquibus abundanter, & maiorem, aliis abundantius, prout Apost. quos in via confirmauit, secundum illud Ego confirmaui columnas eius. Et Apost. Nos primitias spiritus habentes, &c. Et hoc quousque nos ducat in vitam æternam, secundum illud, Gratias Dei vita æterna. Et hoc totum est per dominum nostrum Iesum Christum, qui est dator gratiæ, secundum illud, Gratia & veritas per Iesum Christum facta est, ac etiam iustitia, secundum illud Qui factus est nobis iustitia à Deo, & dator vitæ æternæ. Vnde & ipse dicebat. Ego vitam æternam do eis, & sic patet quod cum dixit, Peccatum regnauit in mortem, intelligebat de morte æterna, cum subiunxit, regnum gratiæ in vitam æternam. Psal. 7. Rom. 8. Infra. 6. Ioan. 1. 1. Cor. 1. Ioan. 10.

EPITOME VI. CAPITIS.

IN hoc capite Apostolus continuando virtutem & potestatem gratiæ, ostendit ipsam eripere hominem a seruitute peccati, non solum liberando ipsum a peccato originali, et actualibus præteritis, sed etiam dādo facultatem resistendi peccatis futuris. Primo præmittit blasphemā interrogationē, quæ ex disputatione superabundantis gratiæ oriri posset, quam subito execratur, asseuerans nunquam manendū esse in peccato, id valida ratione confirmans ex peccatorum remissione facta in baptismo, per quem cōformamur morti & sepulturæ Christi, ac resurrectionis eius. Secundo ibi [Hoc sciētes, &c] ostendit nobis adesse facultatem obseruandi nouitatem vitæ, ex merito crucis et mortis Christi, cuius cōformitate iustificamur et resurgemus. Tertio ibi, [Non ergo, &c] Hortatur ad resistēdū peccato mente et corpore, præscindēdo causas et occasiones peccatorū. Deinde deprauatorum interrogationē adducit, et refellit ducendo ad inconueniens, quod ostendit ex beneficio obedientiæ. Quarto ibi, [Humanum dico, &c] Probat quod non est manendum in peccato, ratione accepta ex prioris vitæ consuetudine, ponendo documētum humanum, quo
B monemur membra nostra exhibere iustitiæ, sicut ante gratiā exhibebamus peccato.

Probat

Probat ex fructu & fine iustitiæ, qui est sanctificatio & merces vitæ æternæ, & ex fructu siue mercede peccati, qui sunt erubescentia & mos æterna.

EXPOSITIO LITERALIS VI. CAPITIS.

Sap. 3: QVID ergo dicemus? Manebimus in peccato,] id est, continuabimus et multiplicabimus peccata, [vt gratia abundet!,] id est, vt abundantiorem gratiam obtineamus, prout Pseudo apostoli asserunt hoc nos dicere. [Absit,] scilicet a nobis vt hoc dicamus, et quod permaneamus in peccato tali, siue quia damnatio illorũ, qui hoc dicunt, iusta est. [Qui enim mortui sumus peccato? Quo modo adhuc viuemus in illo?] Si nos Apostoli, qui mortui sumus peccato, siue qui dominium peccati & diaboli a nobis excussimus, quomodo iterum vitam illius seruitio dicabimus, et voluntatem ac desideria actoris peccati sequemur, & eius tyrannidi subiiciemur? quasi dicat. Si ille qui vere mortuus est, non redit per seipsum ad pristinam vitam, ita qui mortuus est peccato, non debet viuere in illo, alioquin non est vere mortuus aut non vere exequitur officium mortui: [An ignoratis fratres,] vos, scilicet Romani, vel Christi fideles mysterium mortis sepulturæ & resurrectionis Christi repræsentari in baptizatis, sic. [Quia quicunque baptizati sumus,] id est, a viciis in sacro baptismatis fonte loti, [In Christo Iesu,] id est, ex institutione Christi Iesu, [in morte ipsius,] id est, ad repræsentandum mortem, sepulturam, & resurrectionem Christi, & ad nos conformãdum illi, [baptizati sumus,] vt sicut ille mortuus est corporaliter, ita per baptismum moriamur viciis spiritualiter. [Cum sepulti enim sumus cũ illo per baptismum in mortem.] i. in destructionem peccati, quasi dicat, ad destruendum peccatum conformauimus nos sepulturæ Christi, quia sicut Christus mortuus fuit sub terra, ita nos qui baptizati sumus, fuimus sub aqua. [Vt quo modo Christus,] qui scilicet mortuus & sepultus est, [surrexit a mortuis] id ẽ, a loco mortuorum siue sepulchro, [per gloriam patris,] id est, propter maiestatem, & potentiam, ac efficaciam, ex qua pater apparet gloriosus & dignus laude [Ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.] id est, sic nos qui per baptismum conformabimus nos morti & sepulturę Christi, seu spiritualiter mortui peccato sumus, pristinis viciis extirpatis, & omnino relictis, surgentes spiritualiter reformemur & ambulemus, siue per bona opera procedamus in nouitate vitæ virtuosæ, penitus relicta vetustate peccati. [Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius,] id est, si in nobis sumamus mortis eius similitudinem, vt spiritualiter moriendo ei incorporemur, sicut ramus qui inseritur trunco, sic nos in ipsa Christi passione inseramur. [Simul & resurrectionis erimus.] id est, sic etiam similitudinem resurrectionis Christi in nobis assumere debemus, vt scilicet in præsenti innocenter, & in nouitate vitæ spiritualiter ambulemus, in futuro perueniemus, & erimus similes illi in resurrectione, id est, glorificati sicut ipse, resurgemus, & sic per similitudinem resurrectionis, probat quod nõ debemus viuere in peccato, nec ad peccata pristina reuerti. C,

SECVNDA PARS VI. CAPITIS.

HOC scientes,] scilicet nos Apostoli & Christi discipuli, quibus ipse sua mysteria reuelauit, & fidelibus reuelari iussit, [Quia uetus homo noster] .i. uetustas peccati per Adam in nobis introducta, quæ est fomes peccati, siue lex membrorum, ex qua prodeunt omnia peccata & reliquiæ peccatorum, quæ sunt macula, reatus pœnæ. inclinatio & promptitudo ad peccandũ, quibus cum homo subiicitur, dicitur uetus & antiquus homo, quia quod antiquatur & ueterascit prope interitum est. Sic homo uetus peccati, scilicet subiectus, damnationi propinquus est. [Simul crucifixus est.] id est, per mortem Christi, cui per baptismum inserimur, mortificatus est, & uetustas peccati uirtute Christi sublata est, & cum chyrographo decreti, quod aduersus nos erat, cruci affixa [vt destruatur corpus peccati,] id est, ut anihiletur & in nihilum deducatur cõgeries malorũ operũ, quæ facit corpus similitudinariũ, sicut cõgeries

Col. 2:

ries

ries membrorum facit corpus naturale. [Vt vltra non seruiamus peccato,] id est, non obediamus concupiscentiæ, aut diabolo, seu ministris eius, ad peccatum inducentibus per consensum vel operis executionem. [Qui enim,] Christianus per baptis-
D mum similitudini morti Christi complantatus, [mortuus est,] scilicet spiritualiter abiiciendo peccata, commortuus est Christo, qui pro peccatis tollendis mortuus est, talis [iustificatus est a peccato,] id est, remissis peccatis translatus est in statum gratiæ & iustitiæ. [Si autem,] nos qui baptizati sumus per baptismum, [mortui sumus Cum Christo,] id est, virtute mortis Christi, cui per baptismum nos conformamus, ita mortui sumus peccato, sicut Christus semel mortuus est pœnæ. [Credimus, quia simul etiam viuemus cum illo,] id est, ad similitudinem vitæ eius, vita indefectibili, amplius non subiecta morti peccati, in seculo per gratiam, nec morti corporali in futuro per gloriam. [Scientes quod Christus resurgens a mortuis,] id est, a mortuis [valde remotus iā,] s. amplius, vel post hac, [non moritur,] i. dissoluitur diuisione animæ & corporis, sed viuit vita perpetua, & quod plus est, [mors,] quę in homine dominatur, non solum quando homo moritur per separationem animæ a corpore, sed etiam ante mortem, dum patitur ægritudinem, famem, sitim, & alia huiusmodi per quæ ad mortem disponitur. [illi,] scilicet Christo, [vltra nō dominabitur,] aliqua dispositione corruptiua, vel ad corruptionem tendente, sic quod est non solum immortalis, sed etiam impassibilis. [Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel,] id est, pro peccato tollendo mortem semel sustinuit, quæ mors sufficit ad omnia peccata delenda. Vna enim oblatione consummauit sanctificatos in sempiternum. vel mortuus est semel vitæ passibili & mortali, quemadmodum statutum est hominibus semel mori. [quod autem viuit, viuit Deo,] id est, ad cōformitatem Dei, qui solus habet immortalitatem, vnde vita, quam Christus acquisiuit, est dei formis, quia sicut vita patris nullam inquietudinem recipit, ita & vita Christi [Ita & vos existimate vos quidem mortuos esse peccato,] id est. quod sicut Christus semel mortuus est, & vos semel debetis mori peccato, & non iterare peccata, vt sicut Christus semel vitę mortali mortuus est, nunquam ad eam rediturus, sic vos debetis existimare vos per baptismum peccato mortuos esse, tanquam ad peccatum nunquam sitis rediruri [Viuentes autem Deo.] id est, debetis viuere vita spirituali, bona opera faciendo ad honorem Dei, vel ad similitudinem Dei, vt scilicet per peccatum nunquam amplius moriamini, [in Christo Iesu,] id est, per Iesum Christum dominum nostrum, per quem & peccatis morimur, & Deo viuimus, vel tanquā incorporati Christo iesu, vt sicut ille resurgens iam non moritur, ita & nos iustificati non amplius moriamur spiritualiter per peccatum.

Apoc. 1.
1. Pet. 3.
2. Cor. 5.
Heb. 10.
Heb. 9.
Mat. 6.
Eccle. 21

TERTIA PARS VI. CAPITIS:

Iacob. 4.

E NON ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore,] idest, diligenter caue te ne peccatū, cuius iugum in baptismo excussistis, regnum siue dominiū sumat amplius in vestro mortali corpore, cū sitis vestri iuris ab eius dominio & tyrannide liberati. [vt obediatis concupiscentiis eius,] id est, cauete ne vos illi iterū subiiciatis, & serui eius afficiamini, obediendo concupiscentiis eius, & sequēdo per interiorē consensum malas inclinationes fomitis, vel suggestiones diaboli, per quas peccatū dicitur regnare & dominari in homine. [Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, id est, cauete, ne præparetis aut tribuatis mēbra vestra, quæ facta sunt ad militandū & seruiendum Deo, faciatis arma ad exequēdū iniquitatē, ad quam peccatum id est, fomes vel diabolus inducit. [Sed exhibete vos Deo,] vt scilicet mens subdatur Deo, & seruiat ei. & hoc facere debetis [tanquā ex mortuis, viuētes], i. tāquam ex morte culpæ reducti ad vitā gratiæ, [Et mēbra vestra arma iustitię Dei], id est, ad implendū & exequendum iustitiam & voluntatē Dei [Peccatū enim,] id est, fomes vel diabolus, [vobis non dominabitur, sicut faciebat olim, vel nō poterit vobis dominari, aut, vos ad peccandū cogere, si uos Deo, exhibueritis, & ei appropinquaueritis pctū, mala inclinatio, vel diabolus fugiet a vobis, restiteritis. [Non enim sub lege] s.

membrorum

membrorum, quæ vehementer inclinat & absque Dei speciali auxilio vrget [essis, sed sub gratia,] quæ refrigerat, & facultatem implendi legem præbet. Non intendit tamen inuere quod gratia liberet ab omni lege iustificatos, quin teneantur obedire, sed solum a lege Moysi, quantum ad ceremonialia & iudicialia [Quid ergo? peccauimus.] contra præcepta moralia legis, aut contra leges humanas agendo [quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absi] scilicet vt peccemus, et contra præcepta legis moralia vel contra leges humanas agamus [An nescitis quoniam cui] propria & libera voluntate, [exhibetis vos,] offertis & præsentatis, [seruos ad obediendũ,] spontanee eius dominio vos subiiciendo, [serui estis,] id est, profitemini seruos esse [eius cui obeditis, siue peccati,] quæ seruitus ducit [ad mortem,] id est, ad æternam damnationem [siue obeditionis.] i. obedientiæ diuinorum præceptorum serui estis, quæ seruitus ducit. [ad iustitiam,] scilicet implendam [Gratias autem,] scilicet ago Deo, & vos similiter agere debetis, [quod,] & si aliquando, [Fuistis serui peccati.] illi vos exhibendo & consentiendo, modò non estis, sed obeditionis [Obedistis autem ex corde] i. voluntariè & ex amore. [in eam formam doctrinæ in quam traditi estis,] id est, secundum eam formam doctrinæ Euangelicæ, quæ docet homines ex Dei gratia iustificatos a peccato non debere iterum peccare. [liberati autem a peccato,] id est, a fomite, vel diabolo, ne regnet in vobis, [Serui facti estis iustitia] consentiendo & exequendo ea quæ suggerit iustitia & gratia Dei, & ideo non debetis iterum redire in seruitutem peccati, cum non liceat seruo se subiicere seruitutem domini contrarii domino suo. F

QVARTA PARS VI. CAPITIS.

Heb. 5. 1. Cor 2. Mat 26. Sap. 9. HVmanum, & ideo leue quoddam & congruens humanæ imbecillitati, [Dico propter infirmitatem.] quia perfectis sunt perfectiora præcepta tradenda, & imperfectis leuiora. [carnis vestra,] quia hec infirmitas non ex spiritu, qui semper promptus est, sed ex carne, quæ infirma est, procedit, & quia vnitur animę aggrauat eam. [Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire,] per executionem malis operis [immunditiæ,] corporali & peccatis carnalibus, [& iniquitati,] scilicet corde conceptæ sine peccatis spiritualibus. [iniquitatem,] scilicet exterius exequendam [Ita, nunc,] cum debeatis plus iustitiæ quàm peccato, Et sic plus boni deberetis facere quam mali, saltem æqualiter nunc [exhibete membra vestra.] per executionem operum [seruire iustitiæ,] in lege euangelica vobis propositæ. [in sanctificationem,] id est, in executionem, augmentum, & consummationem sanctitatis [Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ,] id est, exempti a iustitia, quia absque freno vos in peccata præcipitabatis. Nemo enim duobus dominis contrariis, (vt sunt iustitia & peccatum) seruire potest. [Quem ergo fructum habuistis tunc.] cum peccabatis [in illis,] scilicet peccatis [in quibus.] id est, de quibus vel in quorum memoria, nunc, scilicet in statu gratiæ. [erubescitis] propter eorum turpitudinem [Nam finis illorum] scilicet peccatorum, [mors,] id est, æterna damnatio. [est Nunc verò,] scilicet in præsenti statu iustitiæ, liberati a peccato cuius tunc serui eratis, serui autem facti Deo habetis fructum vestrum, vobis congruum, qui vobis delectabilis est, [in sanctificationem] id est, in virtutum consummationem, [finem verò] habetis [vitam æternam,] propter quam iusti omnia operantur [Stipendiam enim peccati,] id est, merces & retributio debita pro opere peccati, finis, scilicet [mors] corporalis & æterna. [Gratia autem Dei,] id est, opera iustorum per gratiam Dei facta, secundum quod procedunt a gratia Dei, & impulsu Spiritus sancti sunt digna [vita æterna in Christo Iesu domino nostro,] id est, per meritum domini nostri Iesu Christi, & non per obseruantiam legis, quæ iam finem habet & occasionaliter augebat peccatum. A

Mat. 6.

COMMENTVM VI. CAPITIS.

Quid enim dicemus? manebimus in peccato, vt gratia abundet?

POst quàm Apostolus in precedenti capite, docuit quod per gratiam Christi liberamur a peccatis preteritis, in hoc capite docet quod per eandem datur nobis facultas, resistendi peccatis futuris. Et primò ponit dubitationem. quæ ex præmissis oriri posset, & contra prædicta obiici, prædixit enim quod vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia, quæ verba aliquis male intelligere posset, videlicet quod abundantia delicti esset causa directa superabundantiæ gratiæ, ex quo aliquis posset accipere occasionem peccandi, inferre & dicere aliquem debere abundare facere peccatum, id est, multiplicare & continuare peccata, vt maiorem haberet superabundantiam gratiæ. Ideo inducit dubitationem, dicens, Quid ergo manebimus in peccato, id est, multiplicabimus & continuabimus peccata, vt gratia abundet hoc videtur sequi, si abundantia delicti sit causa superabundantis gratiæ, vnde supra dixit, quod ex hac superabundantia gratiæ aliqui dicebant, eum dicere, faciamus mala, vt inde veniant bona, quorum damnatio iusta est, Et Hier. 22. Bene est omnibus qui præuaricantur, & iniquè agunt. Supra. 3

B *Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quo modo adhuc viuemus in illo?*

HIC soluit prædictam dubitationem, & assignat rationem. Respondet autem negatiuè exprobando & execrando, dicens, [Absit,] quasi dicat, custodiat nos Deus, ne in talem blasphemiam incidamus, vt dicamus quod propter superabundantiam gratiæ, permanendum sit in peccato. Quia nemini mandauit Deus impie agere, imò præcepit quasi a facie colubri fugere peccatum, & assignat rationem assumendo unam propositionem conditionalem, scilicet, Si enim mortui sumus peccato, per hoc quod peccatum mortificatum est in nobis, non debemus viuere in illo. Naturalis enim ordo habet, vt a morte non redeatur ad vitam, et ideo qui semel mortuus est, redire ad vitam nequit. Cum a priuatione ad habitum, secundum Philosophum, impossibilis sit regressus. Vnde Esa. Morientes non viuant, Gygantes non resurgant. Et Salomon Expoliaui me tunica mea, scilicet abominabili, quo modo induar illa? Laui pedes meos, quo modo inquinabo illos? Et Sap. Eccle. 34. Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio? Sed nos fideles sumus mortui peccato, ergo non debemus viuere in peccato. Sicut enim vere mortuus non redit ad vitam pristinam, ita mortuus peccato non debet amplius viuere peccato, siue reuerti ad peccatum, aut consentire peccato, aut non vere officium mortui exequitur. Ex præmissis patet quod mori vel mortuus esse peccato, ille dicitur in quo peccatum deletum est per baptismum aut pœnitentiam, qua conteritur & occiditur peccatum, per detestationem cum proposito amplius non peccandi, ille autem dicitur viuere peccato, qui consentit illi, seu sequitur voluntatem & desideria actoris peccati, id est, diaboli. vel etiam dici potest quod peccatum dicitur nobis mortuum, quando nullam aliam gerimus peccati curam quam cadaueris, quod explodamus & abominamur: Aliud tamen est dicere peccatum mori nobis, quia vbi Apost. exagitabatur stimulo carnis, peccatum illi mortuum erat, quia non consentiebat, nec conuersabatur cum

Eccle. 21.

Esa. 26.

Can. 5.

C peccato. Sed tamen peccatum non erat illi mortuum, quoniam caro tentans aggrediebatur ipsum. Vt ergo maiori emphasi extolleret vim, virtutemque gratiæ, ait per ipsam nos mortuos esse peccato, quatenus ad ipsius spectat facultatem.

An ignoratis fratres, quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus?

HIC probat minorem prædicti syllogismi, scilicet quod fideles mortui sunt peccato per baptismum dicens, [An ignoratis, &c] quasi dicat illud quod vobis pro ponendum est ad probationem huius minoris, adeò manifestum est, quod non licet vobis illud ignorare, pudor enim turpissimus est, ei qui rem tam apertam & necessariam ignorat. Quia vt alibi dicit, Si quis ignorat, ignorabitur. Hoc ergo quod proponimus, scilicet, Quicunque, &c. sciendum & firmiter tenendum est, nec vnquam a memoria excedere debet, quod, scilicet baptismus est spiritualis regeneratio, per quam fide initiamur & adoptamur in filios Dei, & absque illo non possumus introire in regnum Dei, iuxta illud, Nisi quis renatus fuerit denuò, &c. Quicunque ergo baptizati sumus in Christo Iesu, i. per institutionem Christi Iesu, iuxta illud, Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Vel per inuocationem Iesu Christi, secundum illud, In nomine Iesu Christi baptizabantur viri & mulieres. Vel in Christo Iesu, id est, in quadam conformitate ad Christum Iesum, iuxta illud, Quicunque baptizati estis, Christum induistis. sequitur in textu, [In morte ipsius baptizati sumus,] id est, in similitudinem mortis eius, quasi mortem Christi in nobis repræsentantes, iuxta illud, Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, & illud, Stigmata Iesu in corpore meo porto. Vel in morte ipsius, id est, per virtutem mortis eius. Vnde Diuus Ioannes, Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Vnde de latere Christi pendentis in cruce, exiuit sanguis & aqua, quæ sunt materia duorum principalium sacramentorum, scilicet baptismi & eucharistiæ, quæ sunt instrumenta deletionis peccatorum siue iustificationis nostræ per virtutem mortis Christi, cui per baptismum conformamur. Et potest sic formari ratio. Per baptismum fideles morti Christi configurantur, & conformantur inquantum peccato moriuntur. Sed Christus mortuus est vitę mortali, in qua erat similitudo peccati, licet in eo non esset pecatum. Ergo omnes fideles qui baptizantur in Christo, sunt mortui peccato, vnde alibi dicit, Cum essetis mortui delictis. D

(Margin: 1. Cor. 14. — Ioan. 3. — Mat. ult. — Act. 8. — Gal. 3. — 2 Cor. 4. — Gal. ulti. — Apoc. 1. — Ephe. 2.)

Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem.

HIC probat maiorem prædicti syllogismi, scilicet quod per baptismum simus conformes morti Christi, dicens, [Consepulti, &c] q. d. sepultura non debetur nisi mortuis, secundum illud, Sinite mortuos sepelire mortuos suos. Sed per baptismum homines consepeliuntur Christo. i. conformantur & assimilantur Christo sepulto. Quia sicut Christus cum sepultus fuit, positus fuit sub terra, ita ille qui baptizatur, immergitur & ponitur sub aqua. Vnde Damascenus dicit quod ritus baptismi antiquitus fuit institutus per trinam immersionem totius corporis, ad explicatius repræsentandum sepulturam Christi, quæ fuit per triduum. Ideo ter ac etiam ad repræsentandum sanctissimam trinitatem. Et sicut triduum sepulturæ Christi non facit, nisi vnam sepulturam, ita trina immersio non facit nisi vnum baptisma. Et inde est quod in vigilia resurrectionis solemnis baptismus in Ecclesia celebratur, quando commemoratur sepultura Christi, prout & in vigilia Pentecostes, quando solennisatur de Spiritu sancto, ex cuius virtute aqua baptismi accepit vim purgandi peccata. vnde dixit Christus, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. Est tamen aduertendum quod differentia est inter mortem ac sepulturam corporalem, & mortem ac sepulturam spiritualem. Quia in corporalibus homo prius moritur, postea sepelitur. Sed spiritualis sepultura baptismi causat mortem & deletionem peccati. Cum sacramenta nouę legis efficiant quod figurant. Vnde cum sepultura spiritualis, quę fit per baptismum, sit signum mortis Christi, sequitur quod efficit mortem peccati in baptizato. Et hoc innuit cum dicit quod sumus consepulti in mortem, præponendo sepulturam morti, ad denotandum quod per hoc quod accipimus signum sepulturæ Christi, consequimur mortem peccati. E

(Margin: Mat. 8. — lib. 4. c. 10 — Ioan. 3.)

Vt quo modo Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus.

DECLARATO modo quo per baptismum mortui sumus peccato, infert
E consequens, quod non debemus viuere, manere, seu iacere in peccato, prosequendo assimilationem ad Christum ex resurrectione, dicens [Vt quo modo, &c.] quasi dicat Christus moriens in cruce, confixit delicta nostra cruci, secūdum illud Et vos cum mortui essetis delictis & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cū illo, donās vobis omnia delicta, delēs quod aduersus nos erat chirographō decreti, quod erat cōtrarium nobis, et ipsum attulit de medio, affixit illud cruci. Postquam vero sepultus fuit, resurrexit per gloriam patris, id est, per virtutem patris Ex qua pater glorificatur, unde in persona patris Dauid dicebat. Exurge gloria mea. Vel per gloriam patris, id est, per gloriosam & ad gloriosam vitam, quam accepit per virtutem patris, cū dotibus corporis Prior enim vita Christi fuit per infirmitatē carnis, per ignominias et vilitates multas, de sepulchro id est, ad vitam gloriosam venit, relictis omnibus quæ pertinent ad infirmitatem carnis, vt sunt dolores, liuores, & deformitates corporales, ac si diceret, ut sicut Christus per gloriosam virtutem patris surrexit a mortuis, nō rursus relapsurus in mortem, ita & nos relictis omnibus peccatis, per virtutem mortis eius, in baptismo sepulti et mortificati in nouitate vitæ, id est, in nouis actionibus & officiis vitæ ambulemus, nunquam in peccata relapsuri. Notandū quod nō dicit in gloriosa vita Christi ambulemus, sed in nouitate vitæ quia ante mortem et resurrectionem corporalem, id nō possumus, sed dicit in nouitate vitæ, scilicet spiritualis ambulemus, id est, per bona opera vitæ procedamus, & tandē pro ea ad gloriosam illam vitam in alio seculo perueniamus. Vita enim peccati vetustatem habet, quia ducit nos ad corruptionem. Vnde dicit. Quod antiquatur & veterascit, prope interitum est Dicit etiam Baruch 3. Quid est quod in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena, &c. Vnde nouitas vitæ dicitur, per quam aliquis redit ad integritatem, vt, scilicet sit absq; peccato de hac nouitate Dauid ait. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Ad hanc hortatur Apost. dicens. Renouamini spiritu mentis vestræ.

Col. 2. Psal. 3. Heb. 8. Ephe. 4.

Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius simul & resurrectionis erimus.

HIC probat necessitatem consequentiæ, Christus enim postquam mortuus
F & sepultus fuit, resurrexit, cōueniens ergo et consequens est, quod illi qui conformātur morti & sepulturæ Christi in baptismo, conformentur etiam resurrectioni eius per nouitatem siue innocentiam vitæ. Ad hanc probationem enucleandam assumpsit metaphoram complantatarum arborum, accipiendo complantationem pro insertione, qua facta, ramus accipit vigorē & fructū ab arbore cui inseritur. Quod nō facit arbor alteri complantata. Et quia Apost. intendit hic ostendere vnde gratia habeat virtutem, scilicet a Christo, & quo modo teneamur eam seruare, non absq; ratione exponi potest complantati, id est, consiti, maxime cum Christus hanc deriuationem virtutis per insertionem nobis declarauerit, dicēs, Ego sum vitis vera postea dicit. Ego sum vitis, & uos palmites, qui manet in me, & ego in eo. hic fert fructum multū, quia sine me nihil potestis facere, &c. Et hoc est quod dicit. [Si cōplāti, &c.] quasi dicat, Si nos facti sumus complantati, id est, consiti similitudini mortis eius, sicut ramus qui inseritur plantę, aut viti, vt quasi nos in ipsa Christi passione per baptismū inseramur. [simul et resurrectionis erimus.] i. similitudini resurrectionis eius complantabimur siue inseremur, vt, scilicet in præsenti innocenter, siue in nouitate vitę ambulemus, et in futuro ad similem gloriam perueniamus, iuxta illud, Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Si commortui sumus et conuiuemus. Si igitur, sicut Apost. per similitudinē mortis Christi probauit,

Ioan. 15. Phil. 3.

probauit quod sumus mortui peccato, quod præmiserat, quasi antecedens. Sic per si militudinem resurrectionis eius probat, quod non debemus viuere siue manere in peccato, quod quasi consequens superius intulit.

SECVNDA PARS VI. CAPITIS.

Hoc scientes quod uetus homo noster simul Crucifixus est.

IN hac secunda huius. 6. cap. parte, Apostolus ostendit non esse permanendum in peccato, ut gratia abundet, ratione sumpta ex effectu abundantiæ gratiæ in baptismo collatæ, eo quod mortui sumus peccato, quia ratio abundantiæ gratiæ repugnat mansioni in peccato, declarat nobis adesse facultatem ad non permanendum in peccato, sed potius ad resistendum peccatis futuris, dicit ergo, Assertum est quod non A debemus permanere in peccato, sed debemus ambulare in nouitate vitæ. Verum ne quis forte hoc impossibile putaret, dicit. [Hoc scientes,] scilicet sumus certi siue absque quacunq; dubitatione credimus. [quod vetus homo noster,] id est, vetustas hominis per peccatum inducta, [simul cum Christi crucifixus est,] id est, per crucem & passionem Christi nobis per baptismum applicatam mortificata est. Vetustas hominis per peccatum inducta, dicitur pronitas & inclinatio ad malum, per peccatum originale inducta, quæ in homine dominatur, quandiu homo peccato sub iacet. Et quia id quod est principale siue quod dominatur in homine, dicitur esse homo. Inde est quod ille qui subiicitur peccato, siue in quo peccatum dominatur, ipsa vetustas peccati dicitur esse vetus homo, Vel vetus homo dicitur, qualis per Adæ genituram propogatur, vt pote qui non modo in peccato, sed etiam cum peccati fomite cumq; aliis mortis legibus natus est. Et ille in quo est nouitas vitæ, quę est per gratiam, principatur & dominatur, dicitur nouus homo. Vetustas enim peccati est vel reatus, aut macula peccati originalis, & pronitas siue inclinatio ad peccata actualia, uel etiam consuetudo peccandi, quæ quodam modo necessitatem ingerit, & generaliter quidquid ex antiquo siue primo peccato primi hominis nobis prouenit. Sic igitur vetus homo noster, dicitur esse simul crucifixus, inquantum ipsa vetustas peccati virtute mortis Christi, vel totaliter ablata est vt in baptismo, in quo reatus pœnæ peccatorum actualium, & omnis macula totaliter amota est, licet maneat fomes, & illa consuetudo peccandi, tamen plurimum diminuitur & debilitatur, ideo non dicit Apost vetus homo noster mortuus est, sed crucifixus est, vt intelligamus quod licet ille qui est in gratia, mortuus sit peccato, vt supra dictum est, peccatum tamen non est in eo omnino mortuum, sed cruci affixum, vt ad Collos. 2. scribit. Aggreditur enim et tentat hominem, unde infra exclamat, dicens, Infœlix homo quis me liberabit a corpore mortis huius? In resurrectione tamé generali erit peccatum totaliter mortuum, quia tunc omnis mala inclinatio & omnis reatus erunt prorsus deleta. [Vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato.] Hic ponit duplicem effectum beneficiis crucifixionis veteris hominis siue peccati, quorum primum est remotio seu deletio præcedentium delictorum, & hoc innuit cum dicit, [vt destruatur corpus] i. congeries & consistentia ac robur peccatorum, quæ dicitur corpus similitudinarium. Quemadmodum enim ipsa congeries membrorum facit vnum corpus naturale. Vnde Iob. 41. Corpus eius quasi scuta fusilia. Sic congeries peccatorū facit corpus similitudinarium. Secundus effectus est cautio a peccatis B in futurum, & hoc innuit cum subdit [Vt vltra non seruiamus peccato] Tunc enim homo seruit peccato, quando obedit concupiscentiæ peccati mortali. Notandum quod Apost. non dixit vt vltra non peccemus, quia impossibile est secundum præsentem & communem statum vitare omnia venialia, collectiue, licet quodlibet peccatum veniale distributiue vitare possumus, alias non essemus liberi arbitrii, & essemus obligati ad impossibile, quod qui asseruerit, anathema secundum D. Hier. debet reputari. Sed collectiue vitare non possumus omnia, quæ dum intendimus vi-

tare

tare vnum, inconsiderate ex negligentia (non præuidendo sicut tenemur) in aliud in cidimus, et aliquibus motibus secundo primis non resistimus. Datur communiter exemplum de naui, in qua sunt multa foramina, quorum quodlibet obstruere possu mus, sed cum ad obstruendum vnum intendimus, aqua per alia subintrat Ideo Salomon dicit Septies in die cadit iustus. & alibi. Non est homo iustus qui faciat bonum, & non peccet Et D. Ioan. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est. & D. Iacobus. In multis offendimus omnes. Nec præcipitur nobis vt vitemus omnia collectiue, sed quolibet distributiue, Ideo Apostolus dicit, [vt vltra non seruiamus peccato,] scilicet mortali tanquam domino, dando nos in eius tyrannidem. Hoc enim multis viris sanctis concessum est, maxime D. Virgini, quæ ab originali præseruata nullos motus primo primos, neque secundo primos, habuit, nec vnquam actualiter peccauit. Prou. 24. Eccle. 7. 1. Ioan. 1. Iacob. 3.

Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato.

HOC loco prosequitur & declarat primum effectum crucifixionis, qui est destructio corporis peccati. Congeries enim peccatorum (qui dicitur corpus peccati) destruitur, quando peccata homini remittuntur. Sic igitur declarat destructionem corporis peccati, dicens. [Qui mortuus est peccato,] scilicet per baptismum, quo
C Christo commorimur, [iustificatus est a peccato,] id est, remissis peccatis translatus est in statum iustitiæ, iuxta illud. Et hæc fuistis aliquando, sed abluti estis, sancti ficati estis, iustificati estis. Quia igitur per crucem Christi homo peccato moritur, consequens est vt a peccato iustificetur, & ita quod corpus peccati destruatur. 1. Cor. 6.

Si enim mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam viuemus cum illo.

HIC declarat secundum effectum crucifixionis (qui est cautio vltra non seruiendi peccato) per conformitatem ad vitam Christi, tali ratione. Ille qui Christo morienti commoritur, simul conuiuit resurgenti Christus autem sic surrexit a mortuis tanquam nunquam de cætero moriturus. Ergo ille qui mortificatus est peccato, sic Christo resurgenti conuiuit, quod habet facultatem nunquam de cætero redire ad peccatum, vnde dicit, Si enim mortui sumus, scilicet peccato (cum Christo) id est, virtute mortis Christi. [Credimus quia simul etiam viuemus cum illo,] id est, ad similitudinem vitæ eius in hac vita, vita gratiæ, & in futuro vita gloriæ. Vnde Ephesiis. 2. scribens, dicit, Cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo.

Scientes quod Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. Mors illi vltra non dominabatur.

HIC declarat conditionem vitę Christi, & dicit hoc inquam quod dictum est credimus [Scientes quod Christus resurgens ex mortuus iam non moritur,] sed viuit vita perpetua, iuxta illud. Fui mortuus, & sum viuens in secula seculorum Et quod plus, est [mors illi vltra non dominabitur,] quæ mors in homine dominatur non solum dum moritur per separationem corporis et animæ, sed etiam ante mortē, dum patitur ægritudinem, famem, sitim, dolorem, & alia huiusmodi, per quæ peruenitur ad mortem. Sed ab his libera est vita Christi resurgētis. & ideo nullo modo subiicitur dominio mortis, sed potius ipse habet dominium super mortem, iuxta illud, Habet clauem mortis & inferni. Si ex verbis istis, [vltra non dominabitur.] inferat quis, ergo aliquando dominata fuit Christo, ex quo videtur sequi quod mors fuit illi pœna, et per consequens contraxit peccatum originale, vnde processit mors, quod est hæreticum. Dicendum quod mors nullum vnquam habuit dominium in Christo, et nullo modo fuit illi pœna, sed pœnalitas ex conditione naturæ passibilis & corruptibilis, quam sponte suscepit, vt nos morte satisfaciendo a morte liberaret. Apoc. 1. Apoc. 1.
D

Quia,vt Apost.dicit. Debuit per omnia fratribus assimilari,id est,quod intelligendum est de conditionibus naturæ,siue naturalibus. Ex quo Theologi inferunt quod conueniens fuit Christum assumere omnes defectus, naturales, qui non importanc deformitatem, prout ignorantia & peccatum quæ sunt contra naturam bene institutam.

Quod enim mortuus est,peccato mortuus est semel. quod autem viuit, viuit Deo.

HIC dupliciter probat quod Christus resurgens ex mortui vltra non moriatur Primo ratione accepta ex parte mortis,quam sustinuit, dicens. [Quod enim
1. Petr. 2. mortuus est,peccato mortuus est semel.] quæ verba non debent intelligi sic, vt dicamus quod mortuus sit peccato,sicut nos morimur,quia in illo nullo modo peccatum locum habuit,iuxta illud. Qui peccatum non fecit. Sed dicitur mortuus esse peccato dupliciter. Vno modo quia mortuus est pro peccato tollendo,secundum illud. Eum qui non nouit peccatum Deus,pro nobis fecit peccatum, id est, hostiam
Rom. 8. pro peccato & ideo litera debet sic legi siue ordinari. Qui mortuus est peccato,id est propter peccatum tollendum,mortuus est semel. Alio modo qui mortuus est simili tudini carnis peccati,id est,vitæ passibili & mortali, iuxta illud. Deus misit filium in similitudinem carnis peccati,quæ similitudo attenditur in hoc quod fuit passibilis & mortalis sicut illi qui habent veram carnem peccati,id est,subiectam peccato cui caro Christi subiecta non fuit. Vtroque autem modo cōcludi potest quod Christus mortuus sit semel,ex hoc quod mortuus est peccato Quātum enim ad primū
Heb. 10. manifestum est quod per vnam mortem omnia peccata deleuit, non solum præterita,sed etiam futura,secundum illud, Vna oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos, et in hoc sacrificium Christi, excedit omnia sacrificia veteris legis. Ideo non requiritur,vt adhuc pro peccato moriatur, sicut in antiqua lege require-
1. Pet. 3. batur aliud sacrificium pro peccato futuro. Vnde D. Petrus Christus semel pro pec
Heb. 9. catis nostris mortuus est. Quantum ad secundum etiam idem potest concludi. Si enim Christus mortem sustinuit,vt deficeret in eo similitudo carnis peccati,id est, B
passibilitas & corruptibilitas,debuit mors eius conformari illis, qui veram peccati carnem habent,qui semel duntaxat secundum communem naturæ ordinem mo iūtur,iuxta illud,Statutum est hominibus semel mori, & sic Christus semel oblatus & mortuus est. Secundo Apost. probat quod Christus resurgens, vlterius nō moria
2. Cor. vlt. tur ex conditione vitæ quam resurgendo adeptus est dicens. [Quod autem viuit,
1. Tim. vlt. viuit Deo,] id est,ad conformitatem Dei. Dicitur enim quod si crucifixus est in infirmitatem,viuit in virtute Dei. Effectus autem conformatur causæ. Vnde & vita quam Christus resurgēs acquisiuit,est deiformis Sicut ergo vita Dei est sempiterna et absq; corruptione,secundum illud. Qui solus habet immortalitatem,ita & vita Christi est immortalis.

Ita et nos existimate,uos mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem deo in Christo Iesu:

HIC infert conclusionem intentam, quod nos cōformare debemus vitæ Christi resurgentis,& non debemus vltra seruire peccato. Quia & quantum ad hoc quod Christus semel mortuus est peccato, id est, vitę mortali, quæ habet similitudinem peccati propter possibilitatem,& quantum ad hoc quod viuit ad cōformitatem dei.
Esa. 26. Quantum ad primum dicit ita et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, scilicet tanquam ad peccatum nunquam sitis redituri,iuxta illud, Morientes non viuant. Quātū ad secūdū dicit, [viuētes deo.] i. ad honorē vel similitudinē dei,vt.s. nunquā amplius per peccatū moriamini, vnde Galatis. 2 scribēs ait. Quod nūc viuo in carne in fide viuo filii dei. Et ideo subdit [In Christo Iesu domino nostro ,] id est,per Iesum Christū,per quē et peccatis moriamur,et deo viuimus. Vel in Christo Iesu,id est,tāquā incorporati Christo Iesu,vt p eius mortē moriamur peccato, et per eius resurrectionem viuamus deo,nunquam amplius per peccatum morituri.

Non

TERTIA PARS VI. CAPITIS:

Non ergo regnet peccatum in nostro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis eius. Sed neque exibeatis membra nostra, arma iniquitatis peccato.

IN hac tertia huius 6. cap. parte Apost. ex præmissis concludit mortalem exortationem. Dicit ergo primo. Dictum est quod vetus homo noster simul crucifixus F est, vt destruatur corpus peccati, &c. per quod datur intelligi quod virtus peccati est adeo diminuta ex abundantia gratiæ Christi, vt nobis dominari non possit. Ideo inferendo concludit. [Non ergo, &c.] quasi dicat. Ergo debemus strenuè dimicare contra peccatum, ne regnet in nostro mortali corpore. Non autem dicit non sit peccatum in vestro mortali corpore quia quandiu corpus nostrum est mortale, non potest esse quin in corpore nostro sit peccatum, id est, fomes peccati, siue appetitus sensitiuus destitutus iustitia originali, quem Apost. sequenti capite, nominat peccatum, eo quod inclinat ad peccatum. Verum quia illa denominatio est in propria, & tam in præcedenti quam in isto capite loquitur de peccato secundum rationem culpę, quam aliquando vocat delictum, aliquando peccatum. Fomes vero cùm sit natura, non est culpa, propterea nunquam Apost. vocat fomitem delictum, sed duntaxat peccatum. ideo præcedens expositio aliquibus non placet, quapropter exponunt de peccato mortali, vt paulo ante dictum est, interpretando illud (vt ultra non seruiamus peccato) Ex quo enim liberati sumus a peccati regno, debemus conari ne peccatum dominium amissum recuperet in nostro mortali corpore, id est, in nobis. Et hoc quidem necessarium est cauere, quam diu corpus mortale gerimus, quia vt Sap. 9 ait Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam Et quia peccatum dupliciter regnat in homine, scilicet per interiorem mentis consensum, & per operis executionem. ideo ad exclusionem primi dicit, [vt obediatis concupiscentiis eius,] id est, inclinationibus illius Obedire enim per interiorem mentis consensum concupiscentiis peccati, est peccatū regnare in nobis Ideo Sapiens dicit. Post concupiscentias tuas non eas, Et ad exclusionē secūdi subdit, [Sed neq; exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato,] id est, fomiti peccati, arma iniquitatis, id est, instrumenta ad iniquitatem exequendam. Homo enim cum per membra exequitur peccatum, ad iniquitatem exequitur, & ex hoc ipso pugnare videtur ad restituendum dominium & regnum peccato, quod per assuetudinem peccandi conualescit in nobis, secundum illud, Cum armis suis, id est, membris suis, ad inferos descenderunt. A Et sic obedire est actus interior voluntatis, exhibere autem membra, est actus exterioris executionis.

Eccle. 18 · *Ezech. 31.*

Sed exhibete uos Deo, tanquam ex mortuis uiuentes, & membra uestra, arma iustitię Deo.

HIC exhortatur vt exhibeamus nos Deo. Et primo quantum ad exteriorem affectum, scilicet vt mens nostra subdatur Deo. Iuxta illud, Et nunc Israel quid dominus Deus tuus requirit a te, nisi vt timeas dominum Deum tuum, & ambules in uiis eius. & hoc facere debemus tanquam ex mortuis viuentes, id est, tanquam reducti ad vitam gratiæ de morte culpæ. Nam & ideo iustum est, vt qui viuit, iam non sibi viuat, sed ei qui pro omnibus mortuus est. Secundo quantum ad exteriorem actum dicit, [Sed exibete membra vestra arma iustitiæ,] id est, instrumenta ad exequendum iustitiam, quibus pugnetis contra aduersarios iustitiæ [Deo,] id est, ad honorem & obsequium Dei. vnde alibi dicit. Induite vos armaturam Dei, scilicet interiorem, id est, gratiam, virtutes ac dona Spiritus sancti, vt possitis stare & pugnare exterius per membra contra insidias diaboli.

2. Cor. 5

Peccatum enim vobis non dominabitur. Non enim sub lege estis, sed sub gratia.

HIC assignat rationem exhorationis prædictæ, præueniens eorum qui se excusare vellent, ignauiam & malignitatem assignantes acerrimam carnis pugnam. Posset enim aliquis se excusare allegando dominium peccati, quod assereret se ab obseruatione exhorationis prędictæ impediri Ideo Apost. hoc primo excludit dicens. Peccatum vobis non dominabitur, scilicet si cæperitis peccato resistere, & vos exhibere Deo, iuxta illud, Appropinquate deo, & appropinquabit vobis Resistite diabolo, & fugiet a vobis, ac si diceret, Ideo potestis prædicta obseruare, quia non inuenientis peccatum dominari, per quod retrahi possitis ab exhibitione Dei. Sumus enim liberati a Christo, secundum illud, Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. deinde manifestat quod dixerat dicens, [Non enim estis sub lege, sed sub gratia.] Verum quia dubitari posset de qua lege intelligeret, cum prius mentionem fecerit de lege naturali, quę sola præcepta moralia continebat, quibus Gentiles erāt subiecti, vel de lege Moysi, quæ continet cæremonialia & iudicialia præcepta, quibus Gentiles non erant subiecti, Dicendum est quod non solum loquitur hic de lege, Moysi, quantum ad cæremonialia & iudicialia præcepta, sed etiam quantum ad moralia, quæ pertinent ad legem naturę, Sub qua quidē lege aliquis dicitur esse dupliciter, vno modo quasi legis obseruantiæ voluntarię subiectus, & hoc modo etiam Christus fuit sub lege, iuxta illud, Factus sub lege. quia, scilicet, legem obseruauit, non solum quantum ad moralia, sed etiam quantum ad cæremonialia aut iudicialia quæ euacuata sunt in morte Christi quibus etiam Gentiles non erant subiecti. Alio modo aliquis dicitur esse sub lege, quasi a lege coactus, & sic ille dicitur esse sub lege, qui non voluntarie nec ex amore seruat legem, sed ex timore pœnarum cogitur legem seruare. Talis autem caret gratia, quę si adesset, inclinaret voluntatem ad obseruantiam legis vt ex amore moralia eius præcepta impleret. An autem iustificatus sit obligatus ad seruandas leges humanas, dicitur infra. 13. cap. interpretando illud, Ideoque necessitate subditi estote, &c. Sic igitur quando quis est sic sub lege, quod non adimplet voluntariè legem, peccatum in eo dominatur, ex quo voluntas hominis inclinatur, vt velit id quod est contrarium legi. Sed per gratiam tale dominium tollitur, quia gratia facit quod homo voluntarie seruet legem, non quasi sub lege existens, sed sicut liber Vnde Apo. Non sumus ancillæ filii, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit. Hanc autem gratiam facientem homines libere & voluntarie implere legem, non conferebant legalia sacramenta, sicut conferunt sacramenta Christi, signanter baptismus, qui est primum sacramentum & ianua aliorum. Et ideo illi qui se cæremoniis legis subiiciebant, quantum pertinet ad virtutem sacramentorum legalium, non erant sub gratia, sed sub lege, nisi forte per Christi fidem gratiam adipiscerentur, prout multi patres antiqui Testamenti, per quam pertinebant ad nouum Testamentum Illi verò qui se sacramentis Christi subiiciunt, ex eorum virtute gratiam consequuntur, vt non sint sub lege, sed gratia, nisi forte per suam culpam se subiiciāt seruituti peccati, per quam seruitutem pertinēt ad antiquum Testamentum. Vult ergo commonefacere Apost: conuersos ad fidem, vt in gratia sint solidius firmati per Christi sacramenta, & persistant aduersus regnum peccati, quam illi qui sub lege naturali aut scripta degebant. Et qui relapsi fuerint expeditius, feruentius, robustiusque resipiscant attenta copia abundantiæ gratiæ, & dignationis diuinæ sacramentorumque & remediorum maioris efficaciæ. Vnde D Chrys. dicit quod ante aduentum Christi, quando lex erat tantummodo præcipiens, facillimum erat corpus nostrum in seruitutem peccati incidere. Nunc autem per gratiam, quæ non solum peccata priora remittit, sed etiam ad futura cauenda nos munit, facilius regno peccati resistere possimus. Et in hunc locum D August. dicit quod peccatum dominatur sub lege, non quia lex mala est, sed quia sub illa sunt, quos reos facit iubendo & non adiuuando.

Margin notes: Iac. 4. — Ioan. 8. — Gal. 4. — Gal. 4. — In l. de gr. & lib. ar.

Quid

Quid ergo? peccabimus, quia non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis quoniam cui exhibetis uos seruos ad obediendum, serui eius estis cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam.

HIC Apostolus praeueniendo Pseudochristianos & Haereticos, qui ex verbis crude & male intellectis, absurda et deprauata mente legi euangelicae opposita inferre nituntur, sciscitatur dicens, [Quid ergo?] Sciebat enim quod id quod praedixit, Non estis sub lege, sed sub gratia poterat ab aliquibus male intelligi, scilicet, ad hunc sensum quod fideles Christi non sunt sub lege, quantum ad debitum obseruãdi praecepta moralia, ex quo sequeretur quod fidelibus Christi licitum esset peccare contra praecepta moralia faciendo, quoniam dictum est quod non sumus sub lege, sed sub gratia. Et hunc sensum Apost. Galatis scribens improbat dicens. Vos in libertatem vocati estis fratres mei, tantum ne detis in occasionem carnis libertatem. Et ideo hic etiam respondens subdit Absit, scilicet vt peccemus & contra moralia praecepta faciamus, quia sumus a lege liberati. Quia si contra praecepta moralia ageremus & peccaremus, sequeretur hoc inconueniens quod iterum redigeremus in seruitutem peccati, & hoc innuit cum dicit. [An nescitis, &c.] Quod serui obediant dominis suis, debitum est, iuxta illud, Serui subditi estote dominis carnalibus. Vnde cum aliquis obedit alicui, se seruum eius profitetur obediendo, diuerso tamen stipendio diuersis dominis obeditur. Qui enim obedit pecccato tanquam domino, per seruitutem peccati ducitur ad mortem, & hoc exprimit cum dicit, [siue peccati,] id est, serui estis in obediendo ei et hoc in mortem, id est, in aeternam damnationem praecipitandi, de qua D. Ioan In his mors secunda, &c. Qui uero obedit deo, efficitur obeditionis, id est, obedientiae seruus, obeditio enim est obseruantia diuinorum praeceptorum quia per assuetudinem obediendi mens eius magis ac magis ad obediendum deo inclinatur, et ex hoc iustitiam perficit. Et hoc innuit cum ait, [siue obeditionis,] scilicet diuinorum praeceptorum [ad iustitiam,] scilicet implendam secundum illud. Factores legis iustificabuntur. Et satis conuenienter obeditionem contraponit peccato, eo quod sicut D. Ambr. dicit, Peccatum est diuinae legis transgressio, est coelestium inobedientia mãdatorum. Per haec verba Apost. probat Christianos non esse omni lege solutos, maxime lege naturali, & potest, probatio eius in hunc syllogismum reduci Quicunque se exhibet obediendum iustitiae, seruus est iustitiae. Atqui Christiani in baptismo se exhibent seruire iustitiae euangelicae, ergo et serui eius sunt. Maiorem probat per interrogationem, per quam vehementior fit oratio, quasi dicat, Si ille qui se exhibet ad obediendum tyranno, qui nullum ius habet praecipiendi, seruus eius est A fortiori qui se exhibet ad obediendum deo, qui habet ius praecipiendi seruus eius est. Sed peccatum per tyrannidem dominatur homini, qui ratione viget, secundum quam natus est uiuere. Iustitia uero legitimo iure dominatur, ideo qui se ei exhibet ad obediendum, multo magis est seruus iustitiae, minor patet ex illo Consepulti enim sumus &c. An autem Christiani sint liberi a lege humana ita vt liceat ei absque peccato contrauenire, dicetur infra. 13. cap. interpretando illud, Itaque necessitate, &c.

Margin: E (beside "re nituntur"); Gal. 5. (beside "tra praecepta"); D (beside "ideo hic"); Eph. 6. (beside "tutem peccati"); Apoc. 20. (beside "praecipitandi"); Sap. 2. (beside "obeditionis"); E (beside "pretando illud").

Gratias autem deo quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinae in qua traditi estis, liberati autem a peccato, serui facti estis iustitiae.

HIC ostendit esse inconueniens quod obediẽdo iustitiae iterum reducamur In seruitutem peccati, duplici ratione. Primo ratione accepta ex beneficio, quod cõsecuti sumus. Si enim aliquis per gratiam alterius liberatus esset a seruitute Tyrãni, qui pessime illud tractauit, inconueniens magnumque incommodum esset illi, si iterum seruituti talis Tyranni se subiiceret. Sed nos per gratiam dei sumus liberati a dominio & Tyrãnide peccati, quod tãta mala nobis attulit. Igitur &c. Secũdo idẽ probat ex conditione, in quam ducti sumus post libertatem a peccato, quia facti sumus

seruī iustitiæ. Non enim licet seruo se subiicere seruituti alterius dominī contrariī
domino suo. Sed per baptismū & iustificationē facti sumus serui dei, qui est verus
dominus, ergo nō debemus iterū redire in seruitutem peccati. Vtranq; rōnē Apost.
simul tāgit dicēs. [Gratias autē,] scilicet, ago et vos agere debetis, quod licet fueritis
aliquādo serui peccati, tamē trāslati estis a mala seruitute peccati in seruitutē iusti-
Tim. ii tiæ, et obedistis, scilicet, credēdo et hoc nō coacti, sed corde, id est, volūtarie [In eā
formā doctrinæ] i. in doctrinā catholicæ fidei. Vnde ad Tim. scribēs ait formā habēs B
Cor. 8. sanorū verborū, quæ a me audistis. [In quā traditi estis] i. cui spōtanee et totaliter
vos subdidistis Iuxta illud, Semetipsō dederūt primū deo, deinde nobis per volūtatē
Cor 7. dei. Et per hoc liberati estis a peccato, ideo incōuenit vt iterum in seruitutē peccati
Duplex ser re leatis Et cum serui facti sitis iustitiæ inconuenit quod iustitiā deseratis. Idcirco
uus & li Corinthiis scribēs dicebat. Precio empti estis, & non estis vestri? Ex præmissis appa
bertas, ret duplicē secūdū Apo esse seruitutē, scilicet, peccati et iustitiæ, et duplicē liberta-
contra Lu tem, libertas a iustitia, quæ dicitur libertas carnis, et seruitus peccati, & libertas a C
theranos. peccato, quæ dicitur seruitus iustitiæ. Et quia ex hac seruitute peccati, quæ hic habe
Ioan. 8. tur, et ex dicto Christi, qui facit peccatum seruus est peccati. Lutherani nituntur ab-
rogare liberum arbitrium in peccatore Ideo circa huiusmodi seruitutem & liberta
tem insistendum est. Et notādum primo quod aliquis potest tripliciter fieri seruus
siue captiuus. Primo naturaliter et contra propriā voluntatē, et hoc modo qui nas-
citur ex captiua dicitur seruus, quia in generatione seruorū secūdū legistas, partus
Ep. 5. sequitur ventrem Et hoc modo omnes nos nascimur serui per peccatum originale,
Eph. 2. cui per propriam voluntatem non consentimus, sed per propagationem cum natura
a primo parente in nos traducitur. Vnde Apostolus Eramus omnes natura filii iræ,
sed ab hac seruitute fuimus per Christum liberati, ut hic & in præcedenti capite. Se
cundo modo efficitur aliquis seruus siue captiuus, quando capitur violenter in bel-
lo contra voluntatem suam propriam. Et hoc modo peccatores non sunt serui pec-
cati. Quia vt D. Augustinus dicit, Peccatum est adeo voluntariū, quod si non fuerit
voluntarium, id est, liberum non est pctū. Tertio mō quis efficitur seruus per pro
priam & spontaneam volūtatē ad benedictionem Et hoc modo aliquis efficitur ser
Esa. 50. uus peccati, voluntarie se exhibendo ad obediendum peccato, vt Apostolus paulo
ante clare ostendit dicens. An nescitis, quod cui vos exhibetis seruos ad obedien-
dum, etcæt. Vnde & Propheta Gratis venundati estis, &c Et hæc seruitus peccati A
non tollit libertatem, nec includit necessitatem coactionis, sicut nec etiam seruitus
iustitiæ. Ita quod quilibet potest ex vna seruitute in aliam transire, a seruitute qui-
dem iustitiæ se solo in seruitutem peccati, vt patuit in Adam, & in aliis iustis qui se
Ose. 13. in seruitutem peccati præcipitarunt. Et a seruitute peccati in seruitutem iustitiæ,
non quidem se solo, sed per auxilium & gratiam dei, iuxta illud. Perditio tua ex te
Israel, in me tantummodo auxilium tuum. Hæc autem seruitus peccati consistit in
tribus. Primo in inclinatione ad peccandum, quia peccatum procedens ex habitu
vel dispositione relicta ex actu peccati, quod fecit ex suggestione diaboli, cui se sub
iecit, faciliter inducit ad alia peccata. Vnde D. Grego. ait, Peccatum quod per pœ
nitentiam non deletur, mox suo pondere ad aliud trahit. Secundo in macula, quæ E
est testimonium illius seruitutis diaboli, quam homo per suam virtutem delere
non potest. Licet enim per liberum arbitrium possit peccare, non tamen potest
a peccato per solum liberum arbitrium resurgere, prout ille qui cadit in foueam pro
fundam non potest seipsum exire. Tertio consistit in difficultate ad bonum facien-
dum, et malum cauendum, libertas autem a iustitia in duobus consistit. Primo
quia est liber a coactione siue necessitate peccandi, vt dictum est. Quia licet pec-
catores non possint resurgere a peccato, possunt tamen cessare a continuatione pec-
cati, quod est sic voluntarium, quod si non sit voluntarium non est peccatum. Secū
do consistit in quodam conatulo per quem peccator potest habere propositum
imperfectum cessandi a peccato continuato, & resurgendi ab illo, eo quod ra-
tione naturali cognoscit actum peccati esse contra bonum honestum, et per fidem

licet

licet informem cognoscit peccatum esse contra bonum diuinum, potest etiam ratio ne naturam agnoscere Deum esse clementem, & misericordem, cum lumine naturali agnoscere possit omnes perfectiones creaturarum eminenter esse in Deo, & misericordiā esse virtutem et perfectionem laudabilem, & si habeat fidem informē, illa agnitio misericordiæ per fidem etiam informem fulcietur, sicq; speciali Deo auxilio assistente, pctōr, conari potest ad resurgendum, prout infirmus aliqualiter, sed non perfectè ad surgendū, iuxta illud, velle mihi adiacet, perficere aūt non inuenio. Seruitus aūt iustitiæ in homine iusto consistit in inclinatione ad exercenda opera iustitiæ. Nam per gratiam virtutes & dona spiritu sancti & gratiam cooperantem & sequentem, inclinatur ad opera meritoria & ad perseuerandum in illis. Et sic seruitus iustitiæ non est tanta, nec est tanta, nec tam grauis, sicut seruitus peccati, imo est dulcissima. Seruire enim deo regnare est. Vnde Christus, Iugum meum suaue est, & onus meum leue, Per hanc seruitutem iustitiæ perficitur liberum arbitriū, & liberatur a seruitute peccati. Et per seruitutem peccati debilitatur & priuatur iustitiæ bono. Libertas autem iustitiæ, quæ dicitur libertas Christiana, quæ manet in homine iusto, non consistit in Deo obligatione legis seruandæ, vt bene paulo ante probauit Apost. dicens, Peccabimus, quia nō sumus sub lege, sed sub gratia Absit, &c. Sed de his amplius infra 13. cap. super verbo, itaq; necessitate subditi estote, &c. Sed consistit primo in liberatione a peccato originali, quantum ad culpam & diminutionem fomitis. Secundo in liberatione a pecato mortali, & ab inclinatione ad alia peccata similia, necnon a vehementibus suggestionibus diaboli. Tertio a liberatione legis Moysi, quātum ad ceremonialia & iudicialia, vt bene probauit Apo. qui cum loquitur de lege simpliciter, intelligit de lege Moysi. Quarto in liberatione a seruitute corruptionis, quæ erit in resurrectione generali, vnde dicit. Oportet corruptibile hoc induere corruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem & in 6a 8. ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorū Dei: Reliqua vero quæ pertinent ad liberum arbitrium prosequemur infra cap. 7. in terpretando illud. Non enim quod volo bonum hoc ago. vltra ea quæ tractauimus superius. 1. cap. interpretando illud, propter quod tradidit eos Deus in desideria cor dis sui, &c. hęc autem pro Lutheranorum nodis dissoluendis sufficiant.

Infra. 7.

B

Mat. 11.

1. Cor. 13.

QVARTA PARS VI. CAPITIS.

Humanum dico, propter infirmitatem carnis uestræ.

IN hac 4. huius capitis parte, Apostolus probat prædictam conclusionem ratione accepta ex prioris vitæ consuetudine & fructu ac fine iustitiæ, dicit ergo, [Humanum, &c.] quasi dicat de duobus monui vos primo, quod exhibeatis vos Deo mente interius. Secundo, quod exhiberetis etiam membra vestra exterius, quantum ad operis executionem, hoc prosequi volo, & dico vobis quoddam humanum, id est, cōgruens imbecillitati humanæ. Sic enim quandoque homo accipitur in scriptura, pro ut scilicet significat conditionem infirmitatis humanæ, vt cum dicitur. Homo infirmus et exigui temporis, & minor ad intellectum iudicii & legum. Et Apost. sic accipit cum dicit. Cum sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Causam autem assignat, subiungens, [propter infirmitatem carnis vestræ] Quia perfectis sunt perfectiora præcepta tradenda, iuxta illud. Sapientiam loquimur inter perfectos & illud. Perfectorum est solidus cibus, infirmioribus sunt danda leuiora præcepta. Vnde Corinthiis dicebat. Tanquam paruulis lac dedi vobis potum, & non escam, nondum enim poteratis. & Hebræis dicebat. Facti estis vt lacte vobis opus sit. Hæc autem infirmitas carnis, vt Sap. 9. dicit, aggrauat animam. & Christus, & Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, & Apost. Caro concupiscit aduersus spiritum, &c.

Sap. 9.
1. Cor. 3.

C

1. Cor. 2.
Heb. 5.
1. Cor. 3.

Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem. Ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ, in sanctificationem.

HIC ponit documentum humanum, quo docet corpus pariter esse exhibendum ad seruiendum iustitiæ, sicut exhibuimus ad seruiendum peccato, dicens. [Sicut exhibuistis mēbra vestra seruire.] scilicet per executionem mali operis. [immunditiæ et iniquitati] corde conceptæ, vt immundicia referatur ad peccata carnalia, secundum illud. Omnis fornicatio et immundicia, &c. Et iniquitas referatur ad pecca
Ephe. 5. ta spiritualia, præcipue ea quibus læditur proximus, iuxta illud, iniquitatem medita
Psal. 35. tus est in cubili suo. Quibus peccatis in corde conceptis membra seruiunt ad iniquitatem opere exercendam. Et ponit hic secundo loco iniquitatem, pro immundicia et iniquitatem simul siue prout se extendit ad peccata carnalia & spiritualia. Quia vt D. Ioan dicit. Omne peccatum est iniquitas, et hoc inquantum discordat ab æquitate legis diuinæ. Ita nunc, scilicet liberati a peccato, exhibete membra vestra per executionem bonorum operum seruire iustitiæ in lege diuina nobis propositæ. [In sanctificationem,] id est, in executionem & augmentum sanctitatis. Vnde D. Ioan. Qui sanctus est, sanctificetur adhuc. Dicitur autem hoc esse humanum, quia secun
Apoc. ult. dum rectum iudicium multo plus debet homo seruire iustitiæ, quam seruierit iniquitati. Vnde Baruch 4. Sicut fuit sensus vester vt erraretis a deo, decies tantum iterum conuertentes requiretis eum.

Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ.

HIC assignat rationem prædicti documenti humani, præferendo statum gratiæ statui culpæ ab effectu, præmittendo statum & effectum peccati, qui est priuare hominem vera libertate & potest sic formari ratio. Si enim plura bona nobis proueniūt ex iustitia, quam ex culpa, quam multa mala affert, ergo multo magis debemus insistere ad seruiendum iustitiæ quam studuerimus ad seruiendum peccato. Primo ergo ponit cōditionē status peccati. Ad cuius intelligentiā supponendū est quod homo naturaliter est liberi arbitrii propter rationem & voluntatem, quæ cogi non potest, licet inclinari possit ab aliquibus. Semper ergo homo quantum ad arbitrium rationis, manet liber a coactione, non tamen semper est liber ab inclinatione. Quandoq; enim liberum arbitrium inclinatur per habitum gratiæ vel iustitiæ, et tūc est liber a peccato, ab inclinatione peccati, vt scilicet ab eo non superetur vsque ad consensum. Quandoq; autem liberum arbitrium inclinatur ad malum per habitum peccati, & tunc habet seruitutem peccati, quia inclinatur & trahitur ad consentiendum peccato contra iudicium rationis, et est tunc liber a iustitia, id est, ab inclinatione iu D
Luc. 16 stitiæ, quæ (cum non sit stante peccato) ad bonum inclinare non potest. Supponendum est secundo quod sicut nemo potest duobus dominis oppositis seruire, ita neq; potest esse sine domino. Neq; seruitus est respectu vnius absq; libertate, respectu alterius et hoc innuit Apost. cum dicit [Cū serui essetis peccati, liberi fuistis iustitię] i. exempti a iustitia, et hoc dicit ad eorum confusionem, eo quod absq; freno iustitiæ existentes seipsos in peccata præcipitabant. Quod præcipue contingit in his qui ex certo proposito peccant. Nam illi qui ex infirmitate vel ignorātia peccāt, aliquo modo freno iustitiæ retinentur, vt non videantur a iustitia omnino liberi. Vnde Hiere.
Hier. 2. A seculo fregisti iugum, rupisti vincula, dixisti non seruiam. Et Iob. Vir vanus in su
Iob. 11. perbiam erigitur, et tanquam pullum onagri liberum se putat. Sciendum tamē quod licet status peccati verā habeat seruitutem, non tamen habet veram libertatem. Nō est enim vera libertas posse facere quicquid libet, nisi sit rationi consentaneum, cum homo sit natus viuere secundum rationem ideoque cum voluntas nata sit rationē sequi, tūc maximè captiua tenetur cū a rationis lege seducitur, et sic homo dicitur vere seruus, licet appareat ei quod sit liber secundum carnem, libertas autem

carnis

carnis pessima seruitus est. ideo quod aliquis freno rationis non cohibeatur a seque la concupiscentiæ, est libertas quantum ad opinionem illius, qui summum bonum putat concupiscentiam sequi. vera autem libertas est sequi rationem, & cum illi qui sunt liberi a peccato, sequantur rationem, sunt vere liberi Vnde Christus. Si manse titis in sermone meo, vere liberi eritis. Ioan. 8.

Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis.

E CONTINVAT hic probationem prædictæ propositionis, probauerat n. ex effectu peccati, qui est hominem priuare vera libertate, hic probat a fructu, qui est confusio & pudor. Verum hæc non dicuntur fructus, nisi per antiphrasim & a cõ trario sensu, nullus est enim peccati fructus. ideo utitur interrogatione sibi familia ri, nominans fructum, quod infructuosum est & incommodum affert, Et licet hæc interrogatio. [Quem fructum, &c] præ se ferat responsum negatiuum, quasi diceret nullum, tamē in verbo, [erubescitis,] designat fructum & incommodum, quod conse cuti sunt primi peccatores Adam & Eua qui statim post peccatum cum cognouis sent se nudos, præ pudore consuerunt sibi folia fici, & fecerunt sibi perizomata, & cũ audisset Adam vocem domini deambulantis in paradiso, abscondit se. ideo Dauid, Erubescant impii & deducantur in infernum. Quærit ergo. [Quem fructum habui stis tunc] scilicet, quando peccabitis, q d. illa voluptas quam peccando permodi cum tempus habuistis, quid commodi & emolumenti attulit vobis? Nihil profectò: quia inutilis. Vnde Esa. de impiis ait. Opera eorum inutilia Et Micheas. Væ qui co gitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris. Et non solum fuit inutilis, verum etiam nociua, afferens confusionem. ideo dicit. [in quibus] id est, de quibus, scilicet, peccatis, [nunc,] in statu pœnitentiæ, [erubescitis,] propter eorum turpitu dinem & deordinationem. Vnde Hier. Postquam ostendisti mihi, percussi femur meum confusione, & erubui Et Esa Erubescitis super hortis voluptatis quos elege ratis. Hæc erubescentia non fuit tunc, id est, eo tempore quo peccabatis; pecca tum enim dum ad est actu, erubescentiam abstergit a fronte, vt se se homo liberius oblectet, quia tunc deformitas turpitudinis minus noscitur. ideo non est adeo ef ficax ad pariendum pudorem. Calore autem deferuente, quia peccatũ dilucidius deprehenditur, incipit peccator erubescere erubescentia. Gen. 3. Psal. 30. Esa. 59. Mich. 2. Hier. 31. Esa. 1.

Nam finis illorum mors est.

HIC ponit finem peccati dicens [Nam finis illorum,] scilicet peccatorum, nõ tamen a peccantibus intentus, quia peccantes non intendunt incurrere malum. Ne mo enim, vt D. Dion. ait intendens ad malum operatur, sed finis ad quem peccata F suapte natura ducunt, ordinatus a Deo, [Mors est] scilicet, corporalis, spiritualis & æterna de quibus supra. 5. super illo Et per peccatum mors, ex quo enim qui se se parat a deo per peccatum, dignus est vt priuetur gratia dei & donis Spiritus sancti, in quo consistit mors spiritualis, & quod anima separetur a corpore, in quo consistit mors corporalis. & quod denegetur lumen gloriæ & infligantur ei perpetua tormen ta, in quo consistit mor æterna. 4. ca. de di. no.

Nunc uero liberati a peccato, serui autem facti deo, habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem uero uitam æternam.

HIC ostendit qualitatem status iustitiæ, qui apparet contrarius statui peccati, per tres oppositas conditiones, quas hic describit. Nam primo de statu peccati dixe rat. Cum serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Nunc directe opponit [li berati a peccato, serui autem facti Deo.] Secundo dixerat quem fructum, &c. hic opponẽdo dicit [habetis fructũ vestrũ in sanctificationẽ.] Tertio dixerat finis illorũ

mors

mors est, hic contra ponit [finem verò vitam æternam.] Circa primum considerandum quod sicut cum quis a peccato inclinatur ad malum, est libera iustitia. ita cum aliquis ex habitu iustitiæ inclinatur ad bonum, est liber à peccato. Vt scilicet, ab eo non superetur vsque ad consensum. Vnde dicit, Nunc verò in statu iustitiæ liberati a peccato, secundum illud, Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Similiter e diuerso, Sicut in statu peccati aliquis est seruus peccati, cui obedit. Ita in statu iusti ix est seruus Dei, voluntarie obediens ei, secundum illud, voluntarie sacrificabo tibi, & hoc

al. 115. innuit cum dicit, [Serui autem facti Deo] Vnde Dauid, O Domine quia ego seruus tuus sum, &c. Hæc autem est optima seruitus & vera libertas, iuxta cõmune adagium, seruire Deo regnare est. Circa secundum ponit effectum iustitiæ, dicens, Habetis fructum in sanctificationem, id est, ipsa sanctificatio & executio sanctitatis per bona opera est fructus vester, inquantũ, scilicet, hoc spiritualiter, & sanctè vos delectat. A

cle. 24. Vnde Sap. Flores mei fructus honoris, & honestatis. & Aposto. Fructus autẽ spiritus

al. 5. gaudiũ, pax, &c. Circa tertiũ ponit finẽ oppositum, dixerat, Finis illorum mors est, hic autem dicit finem verò vitam æternam, quæ dicitur finis & ipsorum iustorũ qui quærunt eam, & propter eam consequendam omnia alia operantur. Vnde Christus,

at. 6: Primum quærite regnum Dei & iustitiã eius. Vita æterna etiam est finis ipsorum operum, quæ cum ex obedientia Dei fiant, & ad Dei imitationem vitam æternam merentur. Iuxta illud, Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis. Ex hoc quod hoc dicitur vitam æternam esse fructum iustitiæ, trahunt aliqui quod vita æterna consistit in fruitione, quæ est actus voluntatis, secundum D. Aug. vbi dicit, quod frui est amore inhærere alicui rei propter seipsam. Quia

m. 10. cum fruitio à fructu deriuetur, fruitio & fructus ad idem pertinere videntur, fructus

de Tri. autem spiritualis per fructum sensibilem cognoscitur, fructus verò sensibilis est id

.1. de do quod vltimum ab arbore expectatur, & cum quadã suauitate percipitur, ergo etiam

. Christ. fructus spiritualis, sed ad voluntatem pertinet illud vltimum, & suauitas. Igitur vita æterna consistit in fruitione voluntatis tanquã in principaliori actu quod videtur aduersari ei quod dixit Christus, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum, &c.

n. 17. Ad huiusmodi dubii dissolutionẽ, reducendũ est ad memoriã id quod de beatitudine diximus, supra 4. ca interpretando illud, Sicut Dauid dicit beatitudinem hominis esse, &c. quo supposito, Dicendum quod cum beatitudo si status omnium bonorum aggregatione perfectus, necesse est ipsam cõsistere in visione & fruitione simul, quę sunt naturaliter connexæ, sic quod nemo potest clare videre Deum, quin summe secundum proportionem luminis & gratiæ fruatur Deo. Si autẽ per imaginationem quæratur de principalitate. Dicendum quod beatitudo formalis & subiectiua principalius consistit in visione, quàm in fruitione, cum visio ordine naturæ præcedat fruitionem, & primo ordine naturæ attingat Deum, eo quod voluntas de se est cæca & absque intellectu, non potest frui nec exire in aliquem actum Tum etiam quia beatitu

Ethic. do consistit in nobilissimo actu, secundum Philoso. Nobilissimus autem actus est nobilissimæ potentiæ. Sed intellectus est simpliciter nobilissima potentia, quia quo ad res materiales nobiliori modo fertur quam voluntas, cum feratur per similitudinem earum in se, voluntas verò in ipsas secundum se absque similitudine illarum in se receptæ. Similitudo autem siue species rerum materialium in intellectu recepta, est spiritualis & incorruptibilis, cum omne quod recipitur ad modum recipientis recipiatur. Et sic cum esse spirituale sit perfectius materiali, sequitur quod intellectus nobiliori modo fertur in eas, quam voluntas quæ fertur in res materiales absolute, secundum quod in se sunt absque specie, siue similitudine. Et quamuis voluntas erga res spirituales nobiliori modo feratur quam intellectus, quia res spirituales, quæ sunt substantię, nobilius esse habeant in se, quam similitudines siue species intelligibiles earum quæ sunt in intellectu. Tamen quantum ad Deum, in patria intellectus etiam in actu beatifico terminatur in ipsum Deum absque specie intelligibili: Quia nulla talis creata possit sufficienter clare repræsentare diuinam essentiam, quæ est infinita. Cum igitur intellectus primo feratur in diuinam essentiam secun- B

dum

dum se, & absq; similitudine, quemadmodum & voluntas, & non egeat adminiculo voluntatis, prout voluntas eget adminiculo intellectus, eo quod sit cæca, vt dictũ est, sequitur quod est nobilior & perfectior voluntate. Et quanuis inesse meriti & acceptationis voluntas sit nobilior, & nobilioribus habitibus & virtutibus ornetur in via puta charitate, quam cæteris præfert Apostolus. Non tamen est nobilior inesse præmii & entis in patria. Miles enim manibus pugnando meretur, tamen caput et facies primo præmiantur, et licet charitas sit perfectior fide, & aliis virtutibus quas intellectus habet in via non est tamen nobilior, neque ita perfecta sicut lumen gloriæ, quod erit in intellectu in patria, quia lumen gloriæ primo & perfectius nos coniungit deo. & ideo essentia beatitudinis quæ est visio, est in intellectu, & fruitio siue delectatio quę est consequens, pertinet ad voluntatem. Ideo beatitudo principalius pertinet ad intellectum quam ad volũtatem, & sic visio est essentialiter vita æterna. 1. Cor. 13 D. Tho. 1. 2 q. 3. ar. 4.

C

Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem Dei, uita æterna in Christo Iesu domino nostro.

D

HIC explicatius manifestat finem malorum & bonorum. Et primo quo ad mala, quod finis peccatorũ mors est. Hic vero dicit quod stipẽdia peccati sunt mors. Stipendia dicebantur olim mercedes militum a stipe pendenda, id est, ponderanda, quia pecunia militibus pro eorum laboribus danda ponderabatur. Cum ergo peccatores membra sua peccato exhibentes illis tanquam armis militent peccato, retribuit eis mortem tãquam stipendiũ et mercedẽ siue retributionem eidem a deo ordinatam, et hoc manifestum est quod mors est finis peccatorum, sed non peccantium, qui illã non intendunt, vt dictum est. Vnde Dauid. Ignis, sulphur spiritus procellarum, pars calicis eorum. Quantum vero ad bona dixerat, habetis fructum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Et quia certum est quod vita æterna haberi nõ potest, nisi per gratiam Ideo hic dicit Gratia dei vita æterna, id est, hoc ipsum quod bona operamur et quod opus nostrũ est dignũ vita æterna, est a gratia Dei. Vnde dauid. Gratiam & gloriam dabit dominus. Et quia Lutherani hunc locũ obiiciunt catholicis qui iuxta euangelicam veritatem docent iustos mereri vitam æternam. Hic nobis parum insistendum est, non quod intẽdamus hic materiam meriti resoluere, cum hoc iam præstiterimus supra 2. cap. interpretando locum illum, his qui secundum patientiam boni operis, &c. sed vt vera loci huius interpretatione data, per spicue appareat hunc locum errori illorum potius aduersari quam fauere. Obiiciunt illi Paulus ait, gratia dei vita æterna, ergo non ex merito, quia dicit infra. Si autem gratia, iam non operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Quid clarius dicere poterat Apost ad deludenda merita? Respondet tamen illis apertissime D. Augu. in epistola ad Sixtũ, quæ est. 105. & in lib. de gratia et libero arbitrio cap. 7. quibus locis legitime interpretatur hoc D. Pauli. verbũ. Sciscitatur enim quasi ex hac sẽtẽtia subinferẽs. Nulla ne igitur sunt merita iustorũ? et respõdet, sunt plane, quia iusti sunt, sed vt iusti fierent, merita non fuerunt. Id quod Theologi dicunt primam gratiam, qua primo iustificamur, non mereri. & infra idem August. dicit Vnde & ipsa vita æterna quę in fine sine fine habetur, & ideo meritis præcedentibus redditur, tamen eadẽ merita quibus redditur. non à nobis parata sunt per nostrã sufficientiam, sed in nobis facta per gratiã. Ipsa scilicet vita æterna gratia nuncupatur, quæ neq; ideo, quia meritis nõ datur, sed quia data sunt merita, quibus nõ datur sed redditur. Et inferius cũ dixisset (. s. D. Paul. hoc loco.) Stipendiũ pcti mors, ait. Quis ex cõgruentissimẽ & cõuenienter addere iudicaretur stipẽdiũ iustitiæ vita æterna. Et verũ est, inquit, quia si merito pcti tanquã stipendiũ redditur mors, ita merito iustitię vita æternę. vnde et & merces appellatur plurimis sãctarũ scripturarũ locis. Hæc D Au & alia plura, quib. edisserit vitã æternã ẽe militatiũ stipẽdiũ. Sed nec merita ipsa, quib. reddit, nostris virib. adscribemus, quæ tñ gratiæ Dei cõmittuntur. Ad amputandũ hãc impiã gloriationẽ Apost. dicit, Gratia Dei vita æterna D. Tho. hic dicis

Psal. 10.

Psal. 83.

Infra. 11

cit quod si opera considerentur in sua natura, & secundum quod procedunt ex libero
Ioan. 4. arbitrio, siue secundum substantiam operis, non merentur de condigno vitam æter-
nam, sed solum secundum quod procedunt ex gratia Spiritus sancti. Vnde Christus
dicebat, Si quis biberit ex aqua (id est gratia) quam ego dabo illi, fiet in eos fons sa-
liens in vitam æternam. & hoc fit in Christo Iesu domino nostro, id est, per fidem
Ioan. 6. & meritum domini nostri Iesu Christi, vel inquantũ sumus in ipso per fidem, spem,
& charitatem incorporati, & membra eius effecti. Vnde D. Ioan. Omnis qui videt
filium & credit in eum, habet vitam æternam. Vel veluti palmites fructificantes
in vite.

EPITOME VII. CAPITIS.

IN hoc septimo cap. Apost. prosequendo facultatem & virtutem gratiæ Christi, ostendit primo quod per eam soluti sumus a seruitute legis Mosaycæ, consuntando errorem Iudeorum, qui arbitrabantur legem Moysi per Euangelium non esse antiquandam. Et quod sic digna esset, vt cum Euangelio custodiretur, quem errorem confutat ex lege matrimonii, a qua vir et mulier per mortem soluitur. Cum ergo per baptismum moriatur quis legi Iudaicæ, consequens est ipsum liberari ab eius obligatione, & subiungit vtilitatem liberationis prædictæ. Secundo ibi, [Quid ergo, &c] respondet cuidam obiectioni, quæ fieri posset de bonitate legis antiquæ. Declarat deinde vtilitatem, effectum, bonitatem, & sanctitatem legis ac causam præuaricationis ipsius, scilicet, concupiscentiam ex peccato originis prodeuntem, & reuiuiscente ex defectu virtutis legis, quam excludit. Tertio ibi, [Scimus enim, &c] probat bonitatem legis ex ipsa repugnantia siue concupiscentia carnis, quæ inuenitur in homine ad bonum, quam concupiscentiam vocat peccatum, eo quod ex peccato originali prodiit & ad actuale inclinat, quam inclinationem lex tollere non potest. Quarto ibi, [Inuenio igitur, &c] infert duas conclusiones ex his quæ proposuerat, quas experientia sua & aliorum probat. Prima est de lege membrorum inclinante in legem peccati. Secunda est de lege Dei secundum interiorem hominem, exponendo signum, consensum rationis concludit per quid fiat liberatio a lege membrorum.

EXPOSITIO LITERALIS VII. CAPITIS.

AN ingnoratis fratres saltem vos Iudæi, qui estis instructi in lege Moysi [Scientibus enim legem loquor,] quia lex Moysi non erat omnibus Romanis fidelibus explicite nota, sed solis conuersis ex Iudaismo, qui in illum errorem inciderant, quod lex Moysi esset cum euangelio seruanda, quasi dicat, vos qui estis eruditi in lege, non debetis ignorare quod dicturus sum, scilicet, [Quia lex in homine dominatur] id
Ibid.3. est, obligat hominem [Quanto tempore viuit,] scilicet, homo vel quanto tempore lex durat, & permanet in suo statu siue ante reuocationem legis. [Nam quæ sub viro est mulier], id est, sub viri potestate ex lege diuina, quæ dicit, sub viri potestate eris [viuente viro alligata est legi.] quia, scilicet, tenetur conuiuere viro & obedire illi, & non potest licite discedere ab illo [Si autem mortuus fuerit vir eius] per mortem viri, [Soluta est a lege viri,] id est, a lege matrimonii siue ab obligatione qua erat obligata viro [Igitur viuente viro vocabitur] & vere erit [adultera, si fuerit cum alio viro,] et carnaliter commixta viuente suo viro. [Si autem mortuus fuerit F
Cor. 7. vir eius, libera est a lege viri.] id est, a lege qua obligabatur viro [Vt non sit adultera, si fuerit cum alio viro,] et carnaliter commixta, præsertim si ei matrimonialiter copuletur [Itaque fratres mei] qui iuncti estis Euangelio, non estis adulteri, quia non debetis aliquid legi Moysi, cum mortua sit, ideo [& vos mortificati estis lege] id est, cessat in vobis obligatio legis Moysi, quantum ad ceremonialia & iudicialia, quæ sunt figuralia ad tempus data. [Per corpus Christi.] id est, per hoc quod facti estis membra Christi, simul cum eo mortui & sepulti per baptismum. [Vt sitis alterius,] scilicet, Christi & eius legi subiecti, [Qui ex mortuis resurrexit,] in quo

&

& vos nouam vitam assumptibilis, & ita non legi prioris vitæ, sed legi nouæ vitæ teneminí obligati.[Vt fructificetis Deo,] id est, vt fructum boni operis faciatis ad honorem Dei. [Cum enim essemus in carne,] id est, subiecti concupiscentiis carnis, [Passiones,] id est, affectiones et inclinationes, [Peccatorum,] quæ per legem erant notificatæ, vel occasionaliter augmentatæ, [operabantur in membris nostris,] id est, mouebant membra nostra, [Vt fructificarent morti,] id est, vt facerent fructum mortis, vel fructum dignum morte, hoc est ut peccarent. quia peccatum est dignum morte [Nunc autem soluti,] id est, liberati, [Sumus,] per gratiam Christi. [a lege mortis in qua detinebamur,] id est, a seruitute legis Moysi quæ dicitur lex mortis, quia absque misericordia occidebat corporaliter, vel per occasionem spiritualiter, ita, scilicet, soluti sumus, [Vt seruiamus in nouitate spiritus,] id est, in spiritu renouati per gratiam Christi, vel secundum legem spiritus, quæ est lex Christi [Et non in vetustate literæ,] id est, non secundum legem veterem, vel non in vetustate peccati, quam lex auferre non poterat, sicut lex Christi. Ezech. 18 Heb. 10.

SECVNDA PARS VII. CAPITIS.

Quid ergo dicemus,] scilicet, sequi ex his quæ dicta sunt, quod passiones peccatorū erant per legem, & quod erat lex mortis Nunquid inferemus, quod, [Lex peccatum est.] id est, quod lex peccatum doceat, vel quod ille qui talem legem dedit, peccauerit ferendo eam quod videtur sequi [Absit,] scilicet, quod hoc dicamus [Sed peccatum non cognoui] vt offensiuum Dei, & punibile ab illo. [Nisi per legem,] scilicet, Moysi, licet per legem naturalem possit cognosci peccatum, secundum quod habet rationem in honesti, & quia est contra dictamen rectæ rationis: [Nam concupiscentiam,] scilicet interiorem, [nesciebam,] scilicet esse peccatum, vel ita graue aut offensiuum Dei, [nisi lex diceret: Non concupisces] quia cum homines illam non videant, non reputant eam esse peccatum, sed solus Deus qui cor intuetur [Occasione autem accepta] & non data per legem, [Peccatum,] id est, fomes siue appetitus sensitiuus, auxilio gratiæ destitutus, ad peccandum pronus & inclinatus, vel diabolus, qui primus peccauit, & ad peccatum alios angelos & hominem induxit. [Per mandatum.] scilicet legis, [operatum est in me omnem concupiscentiam,] scilicet actualem, quia aduenientе mandato crescit desiderium eius quod prohibetur [Sine lege enim peccatum mortuum erat,] non quidem sic quod peccatum non esse, quia dictum est quod per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & erat vsque ad legem, sed erat mortuum quantum ad cognitionem hominis, vt dictum est, [Sed cum venisset mandatum,] id est, lex Moysi quæ continet mandata, [Peccatum reuixit.] quantum ad cognitionem hominis, quia tunc homo incepit cognoscere peccatum in se esse, quod prius non cognoscebat, Vel reuixit, quantum ad virtutem, quia data lege occasionaliter aucta est virtus peccati. Ideo lex dicitur virtus peccati. [Ego autem mortuus sum.] id est, cognoui me mortuum vel magis morti obligatus sum quam ante, [& inuentum est mihi], scilicet, non obseruanti sed transgredienti [mandatum quod erat] scilicet, datum ex intentione dantis, [ad vitam] scilicet æternam consequendam, [hoc esse ad mortem] .i. occasio mortis. [Nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me, & per illud occidit.] id est, per concupiscentiam actualem, quam in me operatum est, quemadmodum concupiscentia subuertit cor iudicium. [Itaque & lex quidem sancta] id est. bona & immaculata. [& mandatum sanctum,] scilicet. quantum ad cæremonialia, [& iustum,] quantum ad præcepta iudicialia [& bonum,] id est, honestum siue conueniens rationi, quantum ad moralia præcepta [Quod ergo bonum est] scilicet in se, mihi: [Factum est mors,] id est, causa mortis, quod quidem aliquis poterat falso intelligere per se, ex eo quod dictum est inuentum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Ideo respōdens dicit, [Absit.] scilicet, vt dicamus quod mandatum sit per se causa mortis, quia quod est secundum se bonum, non potest esse per se causa mortis.

Marginalia: A (beside "mus [Sed peccatum"); Rom. 3.; Infra. 16.; Gen 8.; Apoc. 12; Gen. 3.; Supra. 5.; 1. Cor. 15.; Dan. 13.; Psal. 18.; B (beside "per se causa mortis")

mortis, quia quod est secundum se bonum, non potest esse per se causa mortis. Non B
Mat. 7. enim potest arbor bona malos fructus facere. Sed peccatum, id est, fomes, [Vt appareat peccatum,] id est, per hoc apparet esse peccatum, quia [Per bonum.] id est, legis mandatum quod ex hoc ipso bonum est, quod facit cognitionem peccati, [operatum est mihi mortem,] id est, damnationis augmentum, quia mors, vt dictum est, regnauit ab Adam vsque ad Moysen, vel operatum est mihi peccatum actuale, quod est causa mortis. [Vt fiat supra modum,] id est, magis ardenter, [peccans,] id est, peccare faciens, [Peccatum,] præuaricationem ac concupiscentiam augendo, [Per mandatum,] occasionaliter occasione accepta sed non data.

TERTIA PARS VII. CAPITIS.

[Simus enim.] id est, euidẽter cognoscimus nos qui in diuinis versati sumus, [Quod lex spiritualis est,] id est, a spiritu sancto data, scripta enim fuit digito Dei. [Ego
Exod. 23. autem,] scilicet qui iudicio legem esse peccatum, [Carnalis sum,] id est, carni, quæ concupiscit aduersus spiritum, consentiens. [Venundatus sub peccato] id est, originali primi parentis, vel proprio vt seruus. quia carnalitas quæ subiectionem importat, non solum prouenit ex peccato originali, sed etiam actuali, per quod homo concupiscentiis obediendo, quis se seruum carnis constituit & profitetur, & sic dicitur venundatus sub peccato, quia seipsum vendidit in seruum peccati pretio propriæ voluntatis implendę [Quod enim operor non intelligo.] secundũ exteriorem hominem,
Esa. 50. victus suggestione dæmonis, vel passione aut inclinatione peruersi habitus, non approbo, quia sciens oppositum in generali contra conscientiam, siue iudicium rectę rationis ago, vel quod operor, non quidem mente consentiente, sed concupiscendo, carne motu primo, prǽueniente iudicium rationis, non intelligo, id est, nõ approbo, quia voluntas sine iudicio rationis non potest libere approbare. [Non enim quod volo bonum hoc ago,] id est, quod volo bonum in vniuersali volũtate incompleta & inefficaci, hoc ago, id est, non exequor exterius opere. Vel bonum secundum completam C
& efficacem voluntatem perdurantem in electione particularis operationis, qua eligo mentem meam a prauis concupiscentiis seruare non ago, id est, non seruo propter motus inordinatos sensualitatis insurgentis contra rationem. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, vt non quæcunque volumus, illa faciamus. [Sed quod odi malum illud facio] id est, malum quod odio, id est, nolo in vniuersali. illud facio in particula-
Gal. 5. ri. Vel odio siue nolo malum insurgentis concupiscentiæ, siue motus primo primos, aut secundo primos, illud facio, id est, illos patior & habeo [Si autem quod nolo,] scilicet malum sola nolitione generali & incompleta, vel nolitione completa non concupiscendi. [illud facio.] id est, exequor in particulari, vel patior inordinatos concupiscentiæ motus. [Consentio legi, quoniam bona est] in hoc quod prohibet malũ, quod ego nolo. vel in generali, vel in particulari inclinatus, vel per naturam, vel per gratiam, ad volendum bonum, & fugiendum malum [Nunc autem iam non ego operor illud,] scilicet quod facio contra legem. [Sed quod inhabitat in me peccatũ,] id est fomes, me tenens quodam modo seruum, qui non per seipsum agit, sed agitur ab alio, quasi dominium habens. [operatur.] illud enim dicitur homo operari, quod secundum rõnem operatur, quia principale in homine est rõ. [Scio. n. quod nõ habitat in carne mea.] id est, in portione inferiori, siue in membris & potentiis, sensitiuis quæ cõcupiscunt contra spiritum, & ei repugnant. [Bonum,] scilicet gratiæ quę
Ibidem. habitat in mẽte siue spiritu, vnde in sequẽti cap. dicit, Si Christus in nobis est, corpus quidẽ mortuũ est propter peccatũ, spiritus autẽ viuit propter iustificationẽ. [Nã velle adiacet mihi,] id est, mihi propinquũ est, sub mea potestate existẽs. Nihil enim est tam in hominis potestate constitutum, quã eius voluntas, vt D. Aug. ait [Perficere autem bonum nõ inuenio,] scilicet in mea potestate existẽs. Quia Deus est qui operatur in nobis, velle & perficere perfectũ pro sua bona voluntate [Nõ enim quod volo bonum.] in generali voluntate incompleta, vel ẽt in particulari voluntate cõpleta, puta nõ concupiscere, & quiete ac cũ trãquillitate animi Deo famulari. [Hoc facio] passionibus sensualitatis insurgentibus & seducẽtibus [Sed quod nolo malũ,] in vniuersali

uersali vel motus primo primos insurgentes, inclinantes ad malũ, & impedientes animi tranquillitatem. [Hoc ago,] scilicet in particulari, vel habeo. [Si autem quod nolo illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum,] id est, fomes vt dictum est.

QVARTA PARS VII. CAPITIS.

INVENIO igitur.] scilicet, per experientiam, [Legem,] scilicet, Moysi consonam esse, [Volenti mihi facere bonum] i. rationi meę per quam bonũ approbo, et malũ detestor, quod & ipsa lex facit, et hoc necessariũ fuit. [Qm̃ mihi malũ,] id est fomes [adiacet]. i iuxta carnẽ meã iacet [Cõdelector n. legi dei ẽm interiorẽ hominem,] id est, secundũ rationẽ et mentẽ, quę dicitur interior homo [Video autẽ aliã legem in mẽbris meis,] scilicet, fomitem, qui dicitur lex per similitudinẽ effectus oppositi, quia sicut lex inducit ad bonum faciendum, ita fomes ad peccandum, vel quia lege diuina in pœnam peccati datus est hic fomes originaliter est appetitus sensitiuus sed diffusiue inuenitur in omnibus membris, quæ seruiunt ei ad peccandũ [Repugnantẽ legi mẽtis meæ] id est legi Mosi, quæ dicitur lex mẽtis, inquãtu cõsonat mẽti vel legi naturali, quæ dicitur lex mentis, quia menti naturaliter indita est. [Et captiuãtẽ me] i. tãquã seruũ captiuũ me ducentẽ [In lege peccati,] id est, fomitis. [Quæ.] s lex peccati. [est in mẽbris meis.] diffusiue, vt dictũ est [Infelix.] i. miser [Ego homo.] propter peccatũ, quod in me inhabitat, quãtũ ad mẽtẽ, quãdo sum peccator, vel quãtum ad carnẽ, quãdo sum in gratia. [Quis me liberabit de corpore mortis huius] i. de dominio carnis, in qua est mors. [Gratia dei.] s. me liberabit quia ex propriis viribus nõ possum liberari a corporis corruptione, nec ab infectione animæ quæ est per peccatum, sed solum per gratiã dei quæ nobis datur. [Per Iesum Christum dominum nostrum igitur ego ipse mente] i secundum rationem, [Seruio legi dei,] ei consentiens. [Carnem autem legi peccati,] inquantum caro mea secundum legem et inclinationem fomitis mouetur ad concupiscendum. *Supra. 2.*

COMMENTVM VII. CAPITIS.

An ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor, quia lex in hominum dominatur, quanto tempore uiuit?

POSTEAQVAM Apostolus præcedenti capite ostendit quod per gratiam Christi liberamur a peccato, in hoc capite, ostendit quod per gratiã Christi etiã
E liberabimur a seruitute legis, & probat conclusionem in præcedenti capite positam, scilicet, Non estis sub lege, sed sub gratia, cuius sermonem interpolauit, vt responderet ad illam interrogationem. Quid ergo peccabimus, quia non sumus sub lege? Ad propositam, ergo conclusionem reuersus, proponit tanquam hypothesim documentum dicens. [An ignoratis], id est non cur ignoretis, adeo enim manifestum est, q. d. hoc cum sit necessarium scire, ignorare non debetis? Quia si quis ignorat, quæ sunt necessaria, ignorabitur. Vnde subdit, causam quare non ignorare debebant, dicens. [Scientibus enim legem loquor.] Quilibet enim tenetur scire legem, quæ illum tangit & obligat Vnde supra dixerat. Scimus quod quæcunq; lex loquitur, his qui in lege sunt, loquitur Et Theologi dicunt quod ignorantia eorum quæ quis scire tenetur, est crassa & culpabilis nec excusat facientem oppositum. Hæc parenthesis (scientibus legem loquor) dubium ingerit de qua lege loquebatur Apostolus. Quidam dicunt quod de lege naturali, eo quod Apost. scribebat Romanis promiscue conuersis ex gentilitate & iudaismo, qui omnes legẽ naturalem sciebant, & maxime matrimonii de qua exemplificat, a qua inductionẽ sumere proponebat. Aliis videtur quod congruentior intellectus sit de lege Mosi, quã volebat demõstrare antiquatã fuisse. id quod parẽthesis persuadet. Et quia lex Mosi nõ erat nota omnibus Romanis, sed solum ex iudaismo conuersis, cũ quibus Apost. rem peculiarius agebat, vtpote qui zelo legis in illum errorem inciderant. Quod lex Mosi obseruanda esset cum Euangelio, quia a Deo etiam data erat, & sic non loquebatur cõuersis ex gẽtilitate, qui cõtradicebant. Subiũgit documẽtum et sententiam, *1. Cor. 14.* *Supra. 3.*

sententia, quam ignorare non debebant, dicens, [Quia lex in homine dominatur,] id est, obligat hominem quanto tempore viuit scilicet homo. Quia lex data est ad dirigendum homines in via huius vitæ, secundum illud, Legem statuit ei in via quam eligit. Ideo legis obligatio morte soluitur, in morte naturali hominis, sic exponit D. Chrys. Expositio tamen Origenis magis videtur congruere intentioni Apostoli refert enim ad legem id quod Apost. dicit. Quanto tempore lex viuit, scilicet in homine, habet vim obligatiuam. Dicitur autem lex viuere et mori in homine, secundũ statum hominis. Quandiu homo manet in statu, cui data est lex, tandiu lex viuit in illo, id est, obligat illum. Quanto enim tempore viuit homo in statu militari, viuit in eo lex militari, & stipendia proportionata secundum illam legem recipit. Si vero homo legitime mutet statum militarem, homo quidem viuit, sed lex militaris in ipso mortua est, id est, non enim amplius obligat. Sic & lex matrimonii quandiu homo est in statu matrimonii, lex matrimonii in eo viuit, & obligat illum. Si vero vxor moriatur, iam mutat statum, ideo lex matrimonii in eo mortua est, id est, non obligat eum vt bene consequenter explicat.

Ps. 24. F

Nam quæ sub uiro est mulier, uiuente uiro alligat est legi. Si autem mortuus fuerit uir eius, soluta est a lege uiri. Igitur uiuente uiro, uocabitur adultera, si fuerit cum alio uiro. Si autem mortuus fuerit uir eius, liberata est a lege uiri, ut non sit adultera si fuerit cum alio uiro.

HIC per exemplum explicatius declarat prædictam hypothesin siue documẽtum fundamentale, et manifestat per signum dicens Nam, &c quasi dicat. dixi vobis quod obligatio legis durat viuente homine, in statu cui data est. Nam mulier quæ sub uiro est, id est, sub potestate viri, lege diuina alligata est legi, qua tenetur conuiuere viro & obedire ei. Vnde Christus, Quos deus coniunxit, homo non separet. Si autem vir mulieris mortuus fuerit, mulier soluta est a lege viri, id est, a lege, matrimonii, qua obligabatur viro. Cum enim, vt Augustinus ait, nuptiæ sint bona mortalium, non se extendit obligatio nuptiarum post vitam mortalem. Et propter hoc in resurrectione quando erit vita immortalis, neque nubent neque nubentur. Ex quo patet quod si aliquis vxoratus moriatur, & resurgat, non erit vir mulieris, quę prius fuerat eius vxor, nisi de nouo contrahat. Si autem obiiciatur illud. Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos Dicendum quod ibi non dicitur, Acceperunt mulieres de resurrectione maritos suos, sed mortuos suos, id est, filios, prout mulier quædam per Heliam, & alia per Helisæum. aliter tamen est in sacramentis quæ imprimunt characterem, qui est quædam consecratio animæ indelebilis. Omnis autem consecratio manet, quamdiu manet res consecrata, sicut patet de consecratione Ecclesiæ, vel altaris, Et ideo si baptizatus confirmatus, aut ordinatus moriatur, & postmodum resurgat, non debet iterum eadem sacramenta accipere. Deinde Apostolus manifestat quod dixerat per signum, & primo quantum ad legem matrimonii, quæ durat in muliere viuente viro Cuius signum est quod vocatur adultera, si fuerit cum alio viro carnaliter commixta. Vnde Hierem. Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo duxerit virum alterum, nunquid non polluta & contaminata est mulier illa? Consequenter inducit signum ostensiuum solutionis legis matrimonii per mortem alterius coniugum, dicens. [Quod si uir eius,] scilicet mulieris, [mortuus fuerit, liberata est mulier a lege viri,] id est, qua obligabatur viro conuiuere, [vt non sit adultera,] si fuerit cum alio viro carnaliter commixta, maxime si ei matrimonialiter coniungatur. Vnde Corinthiis scribens, ait. Si dormieris vir eius, liberata est, cui vult nubat tantum in Domino. Ex quo patet quod secundæ nuptiæ, tertiæ, & quartæ, ac consequenter, sunt secundum se licitæ, & non solum per dispensationem, vt videtur dicere D Chrys qui super Matth. dicit. Quod sicut Moyses permisit libellum repudii, ita & Apostolus secundas nuptias. Nulla est enim ratio. Si lex matrimonialis soluitur per mortem, quare non liceat coniugi remanenti

Gen. 3. Mat. 19. In libro de nupt. & concu. Mat. 22. A Heb. 11. 3. Reg. 17. 4. Reg. 4. 1. Cor. 7.

ti transire ad secunda vota? Quod autem 1. post. Oportet episcopũ esse vnius vxoris virum, non ideo dicitur quod secundę nuptiæ sint illicitæ Sed propter defectum significationis, quia non esset vnus vnius, sicut Christus est vnus sponsus vnius ecclesiæ. Ex præmissis apparet quod licet per adulteriũ soluatur matrimonium, quan tũ ad thorum, si pars cui facta est iniuria, velit. Nõ tamẽ quantũ ad vinculum, quia hic dicit quãdiu vir eius viuit. i. super est, si fuerit cũ alio viro. i. marito iuncta, adultera esset Et idem dicendũ esset, si vir qui iniuriã passus est, aliam duceret vxorem, B adulter esset. Cum vnio siue vinculum matrimonii sit respectus, quia esse non potest, nisi inter duo extrema, quæ sibi inuicem sunt correlatiua.

Ita & vos fratres mei mortificati estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis Deo.

HIC concludit propositum dicens. [Itaque, &c.] quasi dicat, per hoc quod mortui & cõsepulti estis cũ Christo per baptismum, et facti membra corporis eius, vt præcedẽti capite dictũ est [mortificati estis legi,] id est, lex in vobis mortua est siue non habens vim obligandi, quantum ad figuralia. [Vt iam sitis alterius]. s. Christi: legi subiecti, [qui ex mortuis resurrexit.] In quo et vos resurgentes nouã vitam & nouũ statum assumpsistis. Ideo non lege prioris vitæ siue status tenemini obligati Ex præmissis Apostolus intendit construere talem syllogismum. Quicunque viuit in aliquo statu & ordine, quandiu viuit in illo, est subiectus legi illius status & quamuis primum statum mutauerit, solutus est a lege illa. Sed Iudæus ante Christum passum viuebat in iudaismo, & obligabatur legi Moysi, quæ figura erat euangelii, & per baptismum moritur iudaismo, ergo tũc soluitur ab illa lege Moysi. Maior probatur ex. 3. cap. vbi dicitur. Scimus quod quæcunque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur. & per similitudinem de lege militari & de lege matrimonii. Minor etiam manifesta est ex. 6. cap. vbi dixit. Quicunque baptizati sumus, &c. Remanet ergo conclusio vera. Consequenter ponit vtilitatem prædictæ liberationis, dicens, [vt fructificemus deo.] Per hoc enim quod facti sumus membra Christi in Christo manentes, possumus facere fructum boni operis ad honorem dei, sicut palmes quando est in vite, potest fructum ferre. Ioan. 15.

Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti.

HIC ostendit quod fructus prouenient ex liberatione facta per Christum, im C pediebatur, quando eramus sub seruitute legis, hactenus narrauit, modo probat ex differentia inter vtrumq; statũ, et quẽ prius appellauit statum sub lege, modo nuncupat statum carnalem dicens [Cum enim essemus in carne.] i subditi concupiscẽtiis carnis hic vocat carnem, quod superius nominauerat veterẽ hominẽ, unde infra. 8. Vos autẽ non estis in carne, sed in spiritu [Passiones.] i. affectiones peccatorũ, tum quia prius causæ sunt peccatorũ, tum etiã postmodum eorũ effectus, [quæ per legem erant] s. notificatæ, vel etiã occasionaliter augmentatæ, [operabantur in membris nostris.] i. efficaces erãt ad mouendum potẽtias et membra nostra, vnde D. Iacobus. Vnde bella & lites nonne ex concupiscentiis, & hoc [vt fructificarẽt Iac. 4. morti.] i. vt facerent fructum mortis, qui est ira, indignatio, tribulatio, & angustia Supra. 2. æterna, vt dictum est. Et D. Iacobus, Peccatũ cum consummatũ fuerit, generat mor Iac. 1. tem, et supra. 5. Per vnum hominem. &. 6. Stipendia peccati mors.

Nunc autem soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ.

HIC ostendit quod prædicta fructificatio deo siue fructus apud Deum, ac-

quiritur ab his qui sunt liberati a seruitute legis, dicens,[Nunc autē soluti sumus,]
Heb. 10. scilicet per gratiam Christi,[a lege mortis.] id est, a seruitute legis Moysi, quæ dici tur lex mortis, vel quia condemnabat ad mortem corporalem. Vnde Apostolus, Irritam quis faciēs legem Moysi, absque vlla miseratione, duobus vel tribus testibus mo ritur. vel potius dicitur lex mortis, quia per occasionem spiritualiter occidebat, eo quod præcepta daret & virtutem implendi non tribueret. [In qua detinebamur,]
Gal 3. scilicet, quasi serui sub lege. Vnde Galatis scribens, ait, Prius autem quam adueniret fides, sub lege custodiebamur. [Sed nunc,] ita, scilicet [Soluti sumus vt seruiamus in nouitate spiritus,] id est, in spiritu renouati per gratiam Christi, per quam, vt di-
Ezec. 36. cit Ezechiel, promissum est nobis cor nouum, & spiritus nouus, Dabo, inquit, cor nouum & spiritum nouum in medio vestri.[Non in vetustate literæ,] id est, non se D cundum veterem legem, vel non in vetustate peccati, quam litera legis auferre non potuit. Vnde Psal. 6. Inueteraui inter omnes inimicos meos.

SECVNDA PARS VII. CAPITIS.

Quid ergo dicemus? Lex peccatum est.

IN hac secunda huius septimi capitis parte Apostolus ostendit quod per gratiam Christi liberamur a seruitute legis, & præueniendo obiectionem & inconueniens, præmittit quandam interrogationem. Plerido enim Apostoli poterant illum crimi nari ex hoc quod dixerat, legem iram operari, & legem subintrasse, vt abundaret delictum, & legem constituisse seruos peccati, & legem concitasse passiones peccatorū, &c. Quinimo & Manichæi ex hac Diui Pauli (vt eis videbatur) vituperatione & proscriptione legis, suam fulciebant blasphemiam, quod lex vetus mala fuisset. Cum tamen a Deo fuisset edita, & a sanctis patribus suscepta & diligenter culta, ideo ipsemet Apost. secum expostulat dicens.[Quid ergo dicemus,] id est, Quid ex prædictis colligemus & inferemus, nunquid intendimus dicere, aut aliquis potest ex dictis
Hier. 10 meis inferre, quod lex peccatum sit. i. peccatum doceat? Sicut leges populorum dicit Hieremias esse vanas, qui docent vanitatem, vel dicatur lex peccatum eo quod ille, qui talem legem dedit, peccauit talem legem ferendo. Hæc enim duo se inuicem consequuntur. Quia si lex peccatum docet, legislator ferendo peccat, & dignus est maledi
Esa. 10. ctione. Vnde Esaias, Væ qui condunt leges iniquas. Videtur autem quod lex peccatum doceat, si passiones peccatorum sunt per legem, & si lex ducit ad mortem.

Absit. sed peccatum non cognoui, nisi per legem.

HIC respondet interrogationi & obiectioni quæ posset fieri excludendo omnes rationes. quibus aliqua potest impingi macula culpæ legi, vel legislatori Deo, vel eius cultoribus dicens, Absit. Est responsio ad quæstionem, cuius affirmatio vsque adeo ab surda est, vt potius abominatione digna sit, & detestatione quam responso, ad cuius intelligentiam sciendum est, quod si lex per se & directe causaret passiones peccatorum & mortem, sequeretur quod lex esset peccatum, altero duorum modorum prædictorum. Non autem si lex duntaxat sit occasio peccati & mortis. Verum lex de se & directe non erat causa huiusmodi passionum & mortis, neque peccatum docet, aut
Psal. 18. ad mortem ducit, Lex enim Domini, vt Dauid ait, immaculata est conuertens ani- B
Prou 8. mas. Si enim, vt Salomon in persona Dei ait, Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: multo magis Deus iustas leges condidit. Non ergo dicimus quod lex peccatum sit. Sed quod lex per se & directe habet notifi-
Supra 3. care peccatum, & non auferre. Vnde dicit, peccatum non cognoui nisi per legem
Eccle. 17. & supra dixit, Per legem enim cognitio peccati. Et sic de lege naturali hoc intelligatur, manifestum est, quia per legem naturalem homo iudicat bonum & malum, secundum illud, Sensu impleuit corda illorum, & bona & mala ostendit eis.

Verum

Verũ Apoſtolus hic loquitur de lege veteri,quam ſignificauit per vetuſtatem literæ Ideo dicendum quod abſq; lege veteri,poterat quidem peccatum agnoſci, ſecũdum quod habet rationem inhoneſti.i. contra rationem exiſtens. Non autem ſecundum quod importat offenſam diuinam a Deo puniendam , quia per legem diuinitus d atam manifeſtatur homini quod deo diſplicent peccata hominum , ex hoc quod ea prohibet & mandat ea puniri,vt fuſius dictum eſt ſupra.3.cap.

Nam concupiſcentiam neſciebam,niſi lex diceret. Non concupiſces:

HIC probat quod peccatũ non cognoſcitur niſi per legem,d. Nam concupiſcẽtiam neſciebam eſſe peccatum offenſiuum Dei & ab eo punibile,niſi lex diceret, Nõ concupiſces. In lege enim duplicem concupiſcentiam inuenimus ſpecialiter prohibitam,videlicet concupiſcentiã illecebræ, qua vxor proximi violatur , & auaritiæ, qua res proximi furto aut rapina aufertur, eo quod cõcupiſcentia in his duobus peccatis habet quandam ſpecialẽ commotionẽ ex maiori delectatione prodeuntẽ,quan uis etiam omnes inordinatę concupiſcentiæ,ſiue deſideria illicita ſint prohibita. Vnde Sapiens. Poſt concupiſcentias tuas non eas. Et Apoſt. præcedenti capite. Nõ ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore,vt obediatis concupiſcentiis eius. Et inter huiuſmodi concupiſcentias,talis videtur eſſe ordo, quod concupiſcentia ſiue appetitus & deſiderium propriæ excellẽtiæ primatum tenet ex parte auerſionis, ab incommutabili bono. Vnde Sapiens. Initium omnis peccati ſuperbia. Sed ex parte cõuerſionis ad commutabile bonum concupiſcentia boni vtilis maxime pecuniarum, quibus obediunt omnia,præſtantq; omnibus vitiis fomentum,quæ dicitur concupiſcientia oculorũ,primatum tenet. Vnde & Apoſt.dicit, radix omnium malorum cupiditas,concupiſcentia vero cibi & potus,vindictæ & aliorum peccatorum,non habent tantã emphaſin,neq; commotionem,& abſq; concupiſcentia proprie excellentię & boni vtilis , ſiue pecuniarum , frigent. Eam ob rem D. Aug.concupiſcentiam dicit eſſe generale peccatum,ait enim bona lex quæ dum cõcupiſcentiam prohibet, omnia mala prohibet. Exẽplificat autem potius de concupiſcentia, quã de homicidio,aut aliis peccatis. Quia forſan Gentes credebant in ſola cogitatione, quę niſi in opus prodeat,nullum dat damnum alteri,nullam ſubeſſe rationem peccati,quamuis enim aliquando ratio peccati in cogitatione fuiſſet lumine naturali cognita , vt eſt contra rationem honeſti,in illo tamen ſeculo,quo lex Moyſi data fuit,obfuſcata et pene obliterata erat lex naturæ . Et quia homo etiam qui ſolum videt quę foris patent,concupiſcentiam interiorem non prohibet,ideo ne putarent in ſolis cogitationibus non eſſe peccatum, Apoſtol.de concupiſcentia exẽplũ ponit,ad mentem reducens quę Chriſtus dixit:Si quis viderit mulierẽ,ad concupiſcendum,eam,iam mœchatus eſt in corde ſuo. Et de corde exeunt cogitationes malæ,&c.

Exo. 20.
Eccl. 18.
Supra 6.
F
Eccle. 10.
1. Tim. 6.
Aug. 9.
Mat. 5.
Mat. 15.

Occaſione autem accepta,peccatum per mandatum operatum eſt in me. omnem concupiſcentiam .

HIC oſtendit quid ex lege Moyſi occaſionaliter ſequutum fuerit,ſcilicet omnis,concupiſcentia. Ad cuius intelligẽtiã videndum eſt, pro quo accipit hic Apoſtolus peccatũ , quod dicit per mandatum fuiſſe operatum omnem concupiſcentiam. Aliqui dicunt quod pro diabolo,qui eſt initium & cauſa omniũ peccatorũ, qui traxit ſecum tertiam partem ſtellarum,qui ſeduxit Euam, & per eam , Adam qui & mouet appetitum ſenſitiuum ad concupiſcendum , ob quam cauſam Diuus Ioannes dicit. Qui facit peccatum,ex diabolo eſt, quia vt Chriſtus ait . Homicida erat ab initio Verum quia Apoſtolus nullam antea de diabolo fecerat mentionem, aliis videtur quod quodcunque peccatum apprehenſum , prout eſt in cogitatione, operatur concupiſcentiam ſuiipſius . Secundum illud, Vnuſquiſque tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus & illectus . Deinde concupiſcentia cum conce-

Apoc. 12.
A
Ioan. 3.
Ioan. 8.
Iac. 1.

perit, parit peccatum. & cæt. Sed melius dicendum quod accipit peccatum pro fomite peccati originalis, de quo supra. 5. dixerat peccatum per vnum hominem in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, &c. Fomes enim, vt ibi dictum est, nihil aliud est quam appetitus sensitiuus destitutus iustitia originali, qui suapte natura inclinat ad prosequendum suauia & delectabilia sibi, etiam si sint contra dictamen rectæ rationis, quem Apostolus hic vocat peccatum, vel quia processit a peccato originali, vel quia inclinat ad peccādum. Hæc potentia appetitiua sic, vt dictum est, destituta operatur omnem concupiscentiam. i. omnes prauas & inordinatas affectiones furti, adulterii, homicidii, & omnes concupiscentię gradus, prout inchoatur, in cogitatione, protrahitur ad delectationē, deinde ad consensum & opus. Sed ad hæc operandū sumit occasionē ex lege siue ex legis mandato, nō quod lex vel mandatū sit instrumētum aut medium directum ad concupiscendū. sed videtur appetitui sensitiuo destituto, vt quoddā contrarium impediens eum a delectabilibus, ideo nititur depellere. Vnde dicit, Occasione accepta, quia adueniente mandato additur ratio

Supra. 4. præuaricationis, vbi enim non est lex, nec prçuaricatio, vel quia crescit desiderium peccati prohibiti, vt dictū est supra in interpretatione illius sētētiæ, lex subintrauit, vt abūdaret delictū. Et est notādū quod nō dicit occasione data, sed accepta. Quia si lex daret occasionem operandi omnem concupiscentiam, esset mala. Ille enim qui dat occasionem peccandi, scandalizat, & per consequens peccat, secundum illud. Digni sunt morte nō solum qui faciunt, sed etiā qui consentiunt facientibus. Ille autem dicitur dare occasionem peccati siue scandalizare, quando facit uel proponit aliquod opus minus rectum, vnde proximus ruit in peccatum, ut puta si quis loca inhonesta frequētaret. Vnde infra 14. dicit; Hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum. At si quis rectum opus faciat, puta det eleemosinam, accedat ad templum, ut oret, & alius scandalizatur, ille non dat occasionem scandali, nec peccat, sed alius accipit occasionem, & scandalizatur & peccat. Cum ergo lex aliquid rectum proponat, & peccatum prohibeat, occasionem peccandi non dat; sed homo occasionem peccandi ex lege contra legis intentionem accepit. Et ideo propter hoc non sequitur quod lex peccatum sit, uel quod ex lege peccatum proueniat, sed magis quod peccatum sit ex parte hominis, qui contra legis intentionem agit. Sic etiam intelligendum est de passionibus peccatorum, quæ pertinent ad concupiscentiam peccati, quod non sunt per legem, quasi lex illas operetur vel ad eas inducat. Sed appetitus sensitiuus, qui hic peccatum dicitur, eas operatur occasione accepta ex lege. Et eadem occasione dicitur lex mortis, non quod lex mortem operetur, sed quia peccatum facit opera quæ ducunt ad mortem occasione accepta ex lege. B

Sine lege enim peccatum mortuum erat, Ego autem uiuebam sine lege aliquando.

HIC manifestat quo modo peccatum per mandatum operatur omnem concupiscentiam. Et primo describit statū ante legē dicens, Sine lege enim &c. q. d. pecca-

Supra. 5. tū ante legem mortuum erat non quidem sic quod peccatum non esset, quia, vt dictum est, Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit ante legem, sed fuit mortuum, quantum ad cognitionem hominis, qui quædam in lege prohibita nesciebat esse peccata, vt offensiua Dei, puta interiorem concupiscentiam, vel etiam erat mortuum quantum ad efficaciam operandi, per comparationem ad id quod postea fuit, non enim habebat tantam virtutem operandi ante legem, quia vbi non est lex, nec præuaricatio, tunc enim non poterat accipere occasionem operandi omnem concupiscentiam, quam data lege accepit. Talis ergo erat status ante legem quantum ad peccatum. Sed qualis esset quantum ad hominem, subiungit dicens. Ego autem viuebam sine lege aliquando. D
Non loquitur in persona propria, cum ipse non fuerit ante legem, sed in persona hominis destituti, vel eorum qui fuerūt ante legē, & post legem, quod dupliciter intelligi potest. Vno modo quantum ad hoc quod homini videbatur ex seipso.

Ex

Ex eo enim quod ignorabat peccatum esse arbitrabatur se viuere, & mortuus erat. Vnde D Ioan. dicit peccatori. Nomen habes quod viuas, & mortuus es. vel hoc dicitur per comparationem ad mortem, quæ consecuta est occasione legis. Dicuntur enim minus peccantes viuere. In comparatione ad eos amplius & abundantius peccant. Vel secundum Orige. intelligitur de lege naturali, quantum ad vsum, & refert ad singulos mortalium, qui ante vsum rationis sunt sine lege quæ obliget. *Apoc. 3.*

Sed cum venisset mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum.

HIC describit statum sub lege dicens. Sed cum, &c. quasi dicat, Cum data fuisset lex per Moysen, peccatum reuixit, quantum ad cognitionem hominis, qui incœpit cognoscere peccatum esse, quod prius non cognoscebat esse peccatũ. Vnde Hier. 31. Postquam ostendisti mihi, percussi femur meum, confusus sum, & erubui. Et signanter dicit, reuixit, quia in paradiso homo habuerat plenam notitiam speculatiuam de peccato, quæ notitia per peccatum mortua fuit, & per legem reuixit. Vel reuixit quantum ad virtutem siue efficaciam, quæ data lege augmẽtata est virtus peccati, siue appetitus sensibilis, qui ex lege sumpsit occasionem peccãdi, vt dictum est. Eam ob rem Apost. dicit legem esse virtutem peccati. Deinde describit statum hominis sub lege, cum dicit, Ego autem mortuus sum: quod intelligi potest dupliciter, primo quantum ad cognitionem, vt sit sensus, sum, id est, cognoui me mortuum siue peccatorem, & morte dignum. Alio modo vt sit comparatio ad priorem statum, vt sit sensus, mortuus sum, id est, magis morti obligatus sum quam ante, propter peccata occasione ex lege accepta commissa. vnde aliqualiter secundum hunc sensum veritatem continet, quod dictum est Moysi & Aaron. Vos interfecistis populum Domini. *1. Cor. 15.*

D [Et inuentum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem,] Ex comparatione vtriusque status, concludit hic euentum legis dicens [Et inuentũ est] secundum prædicta, [Mandatum quod erat ad vitam] ex intentione mandantis & deuotione obedientis. Vnde per Ezechielem dominus, Dedi eis præcepta bona & iudicia, quæ faciens homo viuet in eis. Hoc inquit mandatum vitale, per peccatum id est, per malam inclinationem fomitis, quæ in me erat, factum est ad mortem, id est, mortis æternæ condemnationem, alludit ad id quod dicit Iob. 20. Panis eius in vtero eius vertetur in fel aspidum intrinsecus. [Nam peccatum occasione accepta per mãdatum, seduxit me, et per illud occidi] Resumit hic causam quasi manifestã per euentum præmissum, dicens. [Nam peccatum, &c.] quasi dicat, Hoc ideo contingit quod mãdatum, quod erat ad vitam, fuerit mihi ad mortem. Quia peccatum, .i. fomes peccati siue appetitus sensitiuus occasione accepta per mandatum, seduxit me per concupiscentiam, quam in me operatus est, eo modo loquendi quo Daniel dixit illi inueterato Species decepit te, et concupiscentia subuertit cor tuum. Et per illud scilicet mandatum occasionaliter occidi me, & alios qui illius inclinationi contra legem consentiunt. [Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, et bonum.] Concludit hic propositum intentum, videlicet quod lex non solum non sit peccatũ, sed vlterius quod sit bona, tãquã faciẽs cognoscere peccatũ, & prohibens ipsum. Et primo concludit quantum ad totã legem, dicens, [Itaque, &c.] quasi dicat. Ex præmissis patet ꝙ lex quidẽ est sancta .i. munda et immaculata. Vnde dauid ait Lex Domini immaculata cõuertẽs animas. et Apost. Scimus quia bona est lex Secũdo quantum ad particularia legis præcepta, quæ, vt dictum est, continet tria, scilicet cæremonialia, iudicialia, et moralia Quãtũ ad cæremonialia dicit, [Et mãdatũ] s. legis cæremoniale [sanctũ est.] homines ad sãctitatẽ, & cultũ dei ordinans. vnde dominus ait, Sancti estote, quoniam ego sanctum sum. Quantum ad iudicialia dicit [iustum,] id est, verum & rectum. Vnde dauid, Iudicia Domini vera instificata, &c. Quantum ad moralia vero dicit, et [bonum,] id est, honestum. Vnde Psal. Bonum mihi lex oris super milia auri & argenti, quia tamen omnia præcepta ordinant eos ad deum, ideo totam legem sanctam nominauit. *Num. 14.* *Ezech. 20.* *Dan. 13.* *Psal. 18.* *1. Tim. 1.* *Leuit. 20.* *Psal. 18.* *Psal. 118*

l 3 Quod

Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem. vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.

PRoponit hic accidentalem legis effectum, per modum interrogationis dicens, B
[Quod ergo &c] quasi dicat, Nunquid lex quæ per se bona erat, facta est mihi mors, id est, per se causa mortis, quod aliquis poterat male inferre, ex eo quod dictũ est inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam hoc esse ad mortem. Soluit
Mat.7. per interemptionem & abominationem dicens. [Absit.] Quia id quod est secundum se bonum & viuificum, non potest esse causa mali, & mortis. Vnde Christus, Non potest arbor bona malos fructus facere, Concordat insuper id quod nunc dicitur cum eo quod supra dictum est, Non enim mandatum sic inuenitur esse ad mortem operetur. Sed quia occasione accepta ab ipso appetitu sensitiuo, quod hic peccatum nominatur, per mandatum mortem opperatur occasionaliter. Et hoc innuit, cũ dicit, [Sed peccatum, vt appareat peccatum,] id est, fomes siue appetitus sensitiuus ad suauia, & delectabilia contra rationem inclinans, ex hoc apparet & cognoscitur peccatum, id est, inordinatus, quia [per bonum operatum est mihi mortem,] id est, per legem, quæ est bona, vel per legis effectũ, qui est cognitio peccati, quod est quoddam bonum occasione accepta [Operatum est mihi mandatum] id est, actum fecit quo dignus sum morte siue damnatione. [Vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum,] id est, vt fomes siue appetitus sensitiuus, per mandatum siue adueniente mandato, occasione accepta feruentius, & supra modum cõsuetum, siue abundantius peccet, quam peccaret antequam mandatum siue lex esset. per hæc verba Apost. declarat effectum, qui per accidens sequutus est legem præter, imò contra intentionem legis, videlicet maior procliuitas siue promptitudo ipsius fomitis siue appetitus sensitiui ad malum, quia propter peccatum originale Adæ, sic destitutus, et corruptus est ille, appetitus vt nitatur in vetitum, cupiatque negata. Ita quod quanto plura lex negat & prohibet, tanto ardentius in illa feratur nisi frenetur ratione Dei, speciali auxilio adiuta. B

TERTIA PARS VII. CAPITIS.

Scimus enim quod lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato.

Xclusis illi ex quibus lex videbatur esse mala, & mali effectus, in hac tertia huius capitis parte Apostolus probat legem esse bonam, ex repugnãtia inter legem & carnem, siue concupiscentiam. Et primo ponit bonitatem legis, deinde conditionem hominis, dicit ergo [Scimus enim] nos qui sumus in diuinis versati. [quod lex,] scilicet vetus siue Moysi [spiritualis est,] id est, spiritui & rationi hominis concors. F
Luc 11. Vel data a spiritu sancto, qui in sacris literis dicitur digitus Dei, vt apud Lucam cum
Exo 31. dicitur, Si in digito Dei eiicio dæmonia, &c Et in Exod. cũ dicitur, Dedit Dominus
infra 8. Moysi duas tabulas lapideas scriptas digito Dei. Legem tamen nouam siue Euange
2. Cor. 3. licam infra vocat legem spiritus vitæ, eo quod non solum a spiritu sancto est, sed etiam spiritus sanctus imprimit cordi quod inhabitat, non autem inhabitat tabulas lapideas. Deinde describit conditionem hominis, dicens: [Ego autẽ carnalis sum] quod dupliciter exponi potest. Vno modo vt Apostolus intelligatur loqui in persona sua, siue in persona hominis in gratia constituti, alio modo vt intelligatur loqui in persona hominis destituti, siue nondum per gratiam reparati. vtroque modo accipiendo hoc pronomen homo, pro ratione hominis, quæ est principale in homine. Et sic vnusquisque homo dicitur esse sua ratio eo modo loquendi, quo rector ciuitatis dicitur ipsa ciuitas, & rex regnum, quia ea quæ rex facit, regnum facere videtur. Si ergo ratio hominis sit carnalis, homo dicetur carnalis. Dicitur autem ratio hominis carnalis dupliciter. Vno modo ex hoc

quod

quod subditur carni, eius desideriis consentiendo, prout cum dicitur, Cum sit inter vos zelus & contentio, non ne carnales estis? Et hoc modo intelligitur de homine destituto, & nondum per gratiam reparato, qui potest de se dicere. Ergo carnalis sum venundatus sub peccato, pretio propriæ volūtatis implendæ. Vnde Esaias: Ecce in iniquitatibus venditi estis Alio modo dicitur ratio carnalis, non subiectiuè, sed impugnatiuè. Quia impugnatur a carne siue ab inferiori portione, etiam non volens. vt cum motus primo primi præueniunt iudicium rationis, & nituntur inclinare rationem ad illicita. Vnde Apostolus. Caro concupiscit aduersus spiritum, & cæt. & hoc modo potest exponi de homine in gratia constituto, sensualitate siue portione inferiori qui potest dicere. Ego carnalis sum, id est, a carne impugnor, venundatus sub peccato, scilicet originali, quia propter primum peccatum Adæ, quod dicitur originale, natura humana hc destituta, est quod inferior portio siue sensualitas contra spiritū cæpit aduersari. Ex præmissis apparet quod duplex est portio in homine. s. superior et inferior. Cū enim homo sit cōpositus ex anima et corpore, Et anima illius sit rationalis, & spiritualis, sequitur quod habet duplices potentias, quasdā quæ se tenēt ex parte corporis, et quæ habent organū corporeum in quo subiectiuantur, vt sunt quinque sensus exteriores, quatuor interiores, appetitus concupiscibilis, & irascibilis, & potentia secundum locum motiua. Aggregatum ex illis potentiis dicitur portio inferior, & sensualitas, quæ fuit in Christo passibilis, et ideo secundnm eā Christus fuit viator, licet nullo prædictorum modorum diceretur carnalis, quia utraque carnalitas ex peccato (quod nullo modo fuit in Christo) processit. Portio vero superior dicitur aggregatum ex potentiis animæ non allegatis organo corporeo, quæ sunt spiritualies, prout sunt intellectus & voluntas, & secundum hoc Christus erat impassibilis, & comprehensor, quia clarissime videbat diuinam essentiam, cui in persona filii hypostatice cōiūctus erat. Nos autē hic secūdū vtrāq; sumus viatores Portio tamē superior. s. intellectus et voluntas, habet imperare inferiori, quę dicitur sensualitas. Et cū hoc fit et resistitur sensualitati, homo dicitur spiritualis. Cū vero sensualitas, quæ est inferior portio, dominatur superiori, & trahit eam ad desideria sua, homo dicitur carnalis. Non est tamen idem dicere portio superiori, & inferior, ꝙ ratio superior & inferno. Quia ratio siue superior, siue inferior est pars portionis superioris, & nihil aliud est quam intellectus. Qui cum syllogisat ex causis superioribus, & æternis, dicitur ratio superior, prout vero syllogisat ex causis inferioribus vel effectibus, dicitur ratio inferior.

Ibidem. Esa. 50. Gal. 5.

A

B *Quod enim operor, non intelligo.*

PROBAT hic quod homo carnalis sit venūdatus sub peccato, et decentius a peccato. i. fomite, vel etiā a peccato actuali, vel diabolo, et sumit probationē ex infirmitate hominis, quæ est manifesta ex hoc quod operatur illud quod nō intelligit. Illi enim qui operātur ꝙ nō intelligūt, et ducū tur in malū, quod ignorāt, quātū ad hoc apparent decepti et captiui. Sic est de homine carnali. Igitur. Et potest exponi tā de homine destituto et peccatore, quā de homine iusto, et in gratia existēte. Peccator enim suggestione dæmonis vel passione, aut inclinatione peruersi habitus seductus, peccādo operatur quod nō intelligit, quia operatur in particulari, quod scit nō esse operādū in vniuersali, et sic operatur cōtra scientiā suā, qua scit voluntatem dñi sui, quā non impler, & ideo, vt Christus ait, Seruus sciens voluntatē domini, & nō faciēs, plagi vapulabit multis Et secundū hoc exponitur quod operor, nō intelligo. i. peccata quę facio non cognosco, nec considero finem et malum ad quod me ducunt. Quia, vt D. Dion ait, Nemo intendens malum operatur. Iustus etiam in gratia constitutus in motibus primo primis, iudicium rationis præuenientibus operatur quod non intelligit, cū motus illi præueniant intellectū, et cū sint corporales nō possunt in instanti reprimi. Non tamen operatur mente consentiendo. Et secundū hoc exponitur, Quod operor non intelligo, id est, non approbo. Luc. 12.

HIC probat præcedentem propositionem, scilicet quod non intelligat quod operatur dupliciter per diuisionem & per effectum, primo per diuisioné, eius, quod dixit, Quod operor, sub quo duo continentur, scilicet agere bonum, & agere malum. ad quod peccatum omissionis reducitur. Per effectum autem ex hoc quod dixit, non intelligo. Quia cum intellectus moueat voluntatem per modum obiecti, eo quod voluntas est de se cæca, & nihil potest uelle, nisi ab intellectu dirigatur, vel le est quodammodo effectus eius, quod est intelligere. vnde si non intelligo, videor ab extrinseco agi & duci, prout seruus venundatus. dicit ergo primo quantum ad omissioné. [Non enim quod volo bonű hoc ago.] & sic omitto. Hęc verba prout & præcedentia possunt intelligi & exponi tam de peccatore, quam in gratia constituto. Verum tamen ad clariorem intelligentiam sciẽdum est primo quod duplex est actio, videlicet completa & incompleta. Incompleta dicitur quæ solum est interior & exterior, opere non exercetur. Completa verò quando actio interior in actű prosilit exterioré. Secundo aduertendum est quod voluntas etiam est duplex, s. cópleta, quã Neoterici vocant efficacem & incompleta siue inefficax. Voluntas completa, & efficax est, quæ secluso impedimento exit in actum, & sic aliqua actio dicitur incompleta ex parte actionis, quæ est completa ex parte voluntatis, vt cũ quis vult dare eleemosynã, putans se habere pecunias in marsupio, occurret pauper mittit manũ ad marsupiũ, & inuenit pecunias deprædatas, est tñ taliter dispositus quod daret si haberet. Illa voluntas est efficax, licet nõ det eleemosinã propter impedimẽtum, & sic actio est completa ex parte voluntaris, & non ex parte operationis, quia pauper non recipit. His suppositis exponendo hæc verba de homine peccatore, põt dicere, Non enim quod volo bonum, voluntate incompleta & inefficaci, siue in vniuersali, Non ago exterius actione completa, & in particulari, insurgentibus passionibus. Scio in vniuersali dandam esse eleemosinam extreme indigenti, & elicio voluntatem dandi. Occurit extremè indigens, insurgit passio auaritiæ, & ab illa seductus non do eleemosynam, & sic non ago bonum quod volebam prius in vniuersali. Intelligi & etiam exponi potest de homine iusto, qui potest dicere, ego per Dei gratiam iustificatus non quod volo bonum, hoc ago, quia vellem con quiete & tranquilitate animi semper Deo deseruire, & non facio, destractionibus & passionibus insurgentibus ex fomite siue concupiscentia peccati originalis impedientibus. Quo ad commissionem vero & malũ dicit, [Sed quod odi malum, hoc facio.] Quod si intelligatur de homine peccatore, debet exponi de odio incompleto in vniuersali, & de actione completa in particulari, vt sit sensus. Ego odi malum adulterii, & nollem esse adulter in vniuersali, id est, tamen passionibus insurgentibus in particulari hoc ago & perficio. Si autem intelligatur de homine iusto, debet intelligi de actione imperfecta, quæ consistit in sola concupiscentia præueniente iudicium rationis, & de perfecto odio, de quo Psalmista, perfecto odio oderam illos, & secundum hoc sensus Apostoli talis est. Ego iustus malum quod odi facio, id est, illos motus concupiscentiæ primo primos, quos deliberate & perfectè habere nolem, habeo. Et quia Lutherani & Neoterici hæretici ex peruerso huius copulatiuæ intellectu negant liberum hominis arbitrium, maxime in homine peccatore, dicentes ipsum esse claudum & non posse nisi claudicare & male agere, & sic in omni opere quantumcunque bono etiam dando eleemosinam & honorando parentes peccare, quod est hæreticum & absurdissimum. Ideo hoc loco materiam liberi arbitrii duxi inquirendam. Ad cuius euidentiam sciendum est quod naturale & liberum in hoc, differunt, quod naturale est determinatum ad vnum, sic quod non potest tendere nisi in vnũ, & non ad plura opposita, prout lapis qui est naturaliter determinatus ad locum deorsum, & ignis ad locũ sursum, & sic nec lapis ascendere, neque ignis descendere potest, neque lapis non descendere, neque ignis non ascendere.

Margin: B; C; .2.q.13. / r.4. ad. 1; Psal.138.

Ideo

Ideo lapis non libere sed naturaliter siue necessario descendit, & ignis etiam non libere, sed naturaliter et necessario ascẽdit. Liberũ autẽ dicitur quod non est determinatum ad vnum, sed est indeterminatum & indifferẽs, potens se habere ad plura etiã opposita, & sic potest agere et non agere, agere hoc vel eius oppositũ. Et omnia quę huiusmodi sunt et possunt se determinare seipsa, sunt intellectualia & libera. Et sic Deus est maxime liber, quamuis peccare non possit, quia habet liberum arbitrium perfectissimum, immutabile & indefectibile. Quia, vt dicit Anselmus, Posse peccare nõ est liberum arbitrium, nec pars liberi arbitrii, sed potius defectus perfectionis liberi arbitrii, et signum eius. Et quia Angeli sunt intellectuales creaturæ, habẽt ex natura sua liberum arbitrium vertibile ante electionẽ, post electionem vero adhuc habent liberum arbitrium, sed non vertibile ad bonũ & ad malum. Angeli enim boni, qui completa electione elegerunt bonum, habent liberum arbitrium firmatum in bonum, sic quod ad plura & diuersa bona sunt indifferentes, & ad malum determinari non possunt, nec peccare, & opposito modo mali. Cum autem homo sit intellectualis, necesse est dicere quod ex natura sua, & in puris naturalibus est liberi arbitrii, eius tamen arbitrium est medium inter liberum arbitrium. Dei et Angelorum. Quia liberum arbitrium dei est inuertibile & indefectibile, arbitrium vero Angelorum est vertibile ad bonũ et malum ante completã electionem, et nõ post, arbitrium autem hominis est vertibile ante electionem & post ad bonũ & ad malum quandiu est in via, siue vsq; ad mortem, in qua firmatur in bono vel in malo secundum merita vel demerita, prout in Angelis in completa electione. Vnde Damascenus dicit quod fecit in Angelis casus, facit in hominibus mors. & Iuristæ dicunt quod voluntas hominis vsq; ad mortẽ est deambulatoria, id est, mutabilis, & mutare potest testamentũ, quod morte confirmatur, vt habetur in c. Cum Marte extra de celebratione miss. Et Sapiens, Vbi ceciderit lignum siue ad austrum, siue ad aquilonem, ibi erit, comparat enim hominẽ arbori, quæ quandiu plantata est, potest inclinari ad opposita per ventos contrarios. Sed si semel ceciderit, ibi manet. Sic homo quãdiu viuit vita mortali, inclinari & mutari potest ad bonũ & ad malum, sed postquã ceciderit per mortẽ, ibi manet. Si ceciderit ad austrum, id est, in amore & charitate dei, quæ per austrum significatur, ibi semper erit, scilicet firmatus in bono. Si vero ad aquilonẽ, i. in statu peccati mortalis etiã ibi sẽper erit, s. firmatus in malum.

Anselmus. *Damasc.* *Eccle. 11.*

Hominem autem etiam in peccato mortali existentem in hac mortali vita habere liberum arbitrium triplici via probari potest, scilicet experientia, ratione, & sacræ scripturæ authoritatibus ac ecclesiæ catholicæ determinationibus, prout deductum est supra 1 cap interpretando illud propter quod tradidit eos deus in desideria cordis sui. Reliquum ergo nunc est dissoluere & enuclare maxime hunc locum, quem Lutherani habent pro basi & fundamento inexpugnabili, licet nihil penitus ad eorum intentionem faciat. Quia, vt diximus, si Apost. intelligatur loqui de homine peccatore, manifestum est ipsum non loqui de volitione & odio perfectis & in particulari, sed de volitione et odio incompletis & in vniuersali, vt sit sensus, quod volo bonum in vniuersali, non ago perfecte in particulari, passionibus insurgentibus, non cogentibus sed allicientibus. Nam, vt dixit dominus Cain, subter te erit appetitus tuus, et tu dominaberis illius, et eodem modo de odio. Quod odi malum in vniuersali incompleto & inefficaci nolitione, hoc facio in particulari, insurgentibus passionibus concupiscentiæ allicientibus, & non necessitantibus, vt dictum est. Ad hoc autem quod obiiciunt ex 8 huius epistolæ cap. Quicunq; spiritu dei aguntur, hi filii dei sunt. Dicendum quod cum Deus disponat omnia suauiter, id est, naturalia mouet naturaliter, et libera libere. Ideo nõ sic aguntur filii dei quin libere cõcurrant. Ad illud Christi omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati. dictũ est supra. 6. cap. exponendo illud. Gratias autem deo quod serui fuistis peccati, quod seruitus peccati non tollit omnino libertatem, quia non necessitat, licet inclinet et difficultatem præstet. Omnibus autem aliis authoritatibus quæ adducit possunt, satisfacit similitudo data supra cap. 1. de infirmo cum distinctionibus sequentibus eam, scili-

Iac. 1. *Gen 4.* *Sap. 8.* *Ioan. 8.*

cet

cet complete, perfecte, & incomplete, atque imperfecte, & in his quæ facilia sunt, & non habent resistentiam. Item quod bona nostra sunt principaliter a Deo, non tota liter. vide amplius infra hoc eodem capite super verbo, Nunc autem.

Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi quoniam bona est.

Concludit hic ex præmissa dispositione quod lex sit bona, dicens, Si autem, &c qua si dicat, Si facio quod nolo, ex hoc ipso quod nolo in vniuersali malum quod lex prohibet, consentio legi, id est, voluntas mea est concors legi, quę hoc prohibet quod ego nolo. & ideo consentio legi quod bona est. Manifestum enim quod inclinatio hominis secundum rationem est ad volendum bonum, & nolendum siue fugiẽdum malum, secundum naturam vel gratiam, & vtraque inclinatio est bona. Vnde sequitur quod lex quæ huic inclinationi consentit & fauet, præcipiendo bonum, & prohibendo malum, eadem ratione sit bona. Ideo Salomon. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. A

Prou 4.

Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

Robat hic quod dixerat de conditione hominis, scilicet quod sit carnalis venundatus sub peccato, & quasi aliqualiter seruus, apparet ex hoc quod ipse non agit, sed agitur a peccato Ille enim liber dicitur, qui est dominus, & per seipsum agit & non agitur, neque ducitur ab alio. Ideo dicit. [Nunc autem,] quasi dicat. Dictum est quod per intellectum & voluntatem, id est, secundum portionem superiorem, consentio legi quod bona est. Nunc autem dum contra legem facio, iam secundum eandem portionem & rationem non operor illud quod facio contra legem, sed quod inhabitat in me peccatum. Et hoc quidem manifestum est in homine in gratia constituto, quo ad motus concupiscentiæ primo primos, qui pręueniunt iudicium rationis, quod portio superior, cum præueniatur ab illis, non operatur illos, sed fomes, id est, appetitus sensitiuus, qui inhabitat, elicit, & operatur illos. Illud enim dicitur homo operari, quod per rationem (per quam dicitur homo) operatur. Ideo motus concupiscentię qui non sunt imperati a ratione, sed a fomite, non operatur homo sed fomes peccati, quod hic ab Apostolo vocatur peccatum quod inhabitat.

Ex hoc loco perperam intellecto, multi hæretici sumpserunt occasionem erroris, Aliqui quod semper simus in peccato & in ira Dei, etiam si simus iustissimi, sed Deus non imputat, vt supra. 4. cap. recitauimus & improbauimus, exponendo illud Dauidis ab Apostolo allegatum Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum. Alii verò Manichæorum errorem renouantes, dixerunt quod nos nihil operamur, sed merè passiue nos habemus, Attribuentes Deo tanquam primo principio bono, omnes operationes bonas. Et diabolo tanquam primo principio malo, omnes operationes malas. Isti non egẽt improbatione, cum euidens sit in lumine naturali, et naturali ratione demonstrari possit: vnum tantum esse primum principium omnium rerum. Neoterici verò hęretici præmissis peiores, non verentur dicere non solum mere passiue nos habere in operationibus nostris, sed etiã omnes operationes tã bonas quàm malas a Deo esse, ita vt non magis sit opus Deo conuersio D. Pauli, quàm perditio Iudæ. Horum blasphemus error & hæresis, non solum ratione naturali, sed etiam plurimis sacræ scripturæ testimoniis reprobatur. Manifestum est enim potentias a Deo esse datas animalibus ad operandum operationes proprias, propter quas dicuntur & ipsa animalia operari, vegetare, generare, videre, audire, comedere, moueri; & sic de aliis. Nec dicimus Deum portare bladum ad molendinum, nec ipsum moueri, cum asinus bladum portat, & mouetur, licet effectiue concurrat ad motum B

rist. 8. hys.

tum & delationem. Et si asinus in illa delatione nihil operaretur frustra esset ei data illa vis motiua, quod est absurdum, cum Deus & natura nihil faciant frustra: Est etiam hic error oppositus ei quod scribitur apud Marcum vlt. illi autem profecti prędicauerunt vbique Domino cooperante, &c. Si Deus cooperabatur, sequitur quod etiam Apostoli operabantur. est etiam contra illud D. Ioan in tertia epistola. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi, sicut cooperatores veritatis. Et contra illud Apost. Gratia Dei in me vacua non fuit, sed abundantius omnibus illis laboraui, non ego (scilicet solus) sed gratia Dei mecum. Aduersatur etiam illi quod dicit Apostolus. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum laborem suum. Præterea si nos nihil operaremur, quomodo dixisset Christus Pilato: A temetipso hoc dicis an alii, tibi dixerunt de me? Et D. Ioan. de Caipha loquens scribit, Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit, &c. Ergo poterat aliquid a semetipso dicere. Insuper Apostolus supra 2 dixit, Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt. Non abs re ergo hic error condemnatus fuit in Concilio Tridentino, Sessione 6 canone 4 vbi dicitur, Si quis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum nihil cooperari, assentiendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam iustificationis gratiam, se disponat ac præparet, neque posse dissentire si velit, sed velut inanime quoddam nihil omnino agere mereque passiue se habere, Anathema sit. Et canone sexto dicitur. Si quis dixerit non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita vt bona Deũ operari non permissiue solum, sed et proprie, & per se, vt sit eius proprium opus nõ minus perditio Iudæ quàm vocatio Pauli, Anathema sit. Nec obstat id quod dicit Esai. 26. cap. Omnia opera nostra operatus in nobis Domine. Nec illud Apostoli Philippen: secundo, Deus est qui operatur in vobis velle & perficere, quia vterque intelligit de operibus bonis. Nam vt dicit Oseas 13. cap. Perditio tua ex te, Israel, tantum in me auxilium tuum vel si intelligatur de malis, debet intelligi secundum substantiam operis, & non quantum ad deformitatem, & de bonis principaliter. Et id quod Apostolus hic dicit, Iam nõ ego operor, sed quod inhabitat in me, nullo modo fauet, quia proprie intelligitur de homine iusto, vt supra expositum est, cum actiones sunt suppositorum & non potentiis. vnde manifestum est hominem iustum illos motus primo primos per appetitum sensitiuum operari, sed non libere, & inquantum rationalis, cum præueniant deliberationem rationis, a qua dicitur homo. sed operatur illos inquantum animal. Et hoc bene innuit Apostolus cum ait, Si quod nolo, vt ratione vtens, facio vt animal. Iam non facio vt homo, sed quod inhabitat in me peccatum, id est, ex inclinatione fomitis siue appetitus sẽsitiui. Si verò loquamur de homine peccatore nõ potest proprie intelligi, quia id quod homo peccator nõ vult in vniuersali malum, consideratis omnibus circunstantiis, volendo illud malum in particulari, ratio eius peccato consentit, & ideo ipsemet operatur. Vnde diuus August. ait, Multũ fallitur homo qui consentiens est concupiscentiæ carnis suę, & quod illa desiderat decernens facere. & statuens puta sibi adhuc esse dicendum. Nõ ego operor illud, cum Oseas dicat, Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum. Potest tamen impropriè exponi de homine peccatore. Actio enim attribuitur principali agenti, quod secundum proprietatem suam mouet. non autem mouenti quod agit. vel mouet secundum proprietatem alterius, a quo mouetur. Manifestum est autem quod ratio hominis secundum illud quod est sibi proprium, non inclinatur ad malum, sed solum ſm quod mouetur a concupiscentia. & ideo operatio mali, quam ratio facit, prout est a concupiscentia victa, attribuitur principaliter rõni, quæ hic per hominẽ intelligitur, eo quod cõcupiscentia non possit vincere rationẽ, nisi rõ sic subiiciat illi. quia vt dictũ est, subter te erit appetitus tuus. Dicitur tamẽ operari impropriè, eo quod allicit & inclinat rationẽ ad se, & est causa sine qua non. Dicitur aũt peccatum inhabitare in homine, non quod peccatum pro formali sit res aliqua, cum sit priuatio boni, sed per effectum, quia effectus eius manet in homine s. appetitus sensitiuus destitutus ex illa destitutione, inclinatus ad prosequendum delectabilia sibi contra dicta-

men

1. Cor. 15

1. Cor. 3

Ioan. 18.

Ioan. 11.

C

Osee. 13.

D

men rectæ rationis Et hoc modo per effectum spiritus sanctus etiam habitat in nobis, quia gratia, & charitas quæ est effectus spiritus sancti, manet in nobis.

Scio enim quod non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum.

HIC probat quod peccatum inhabitans in homine operetur malum, quod homo facit. Et hæc probatio est satis manifesta, si verba referantur ad hominem in gratia constitutum, qui per gratiam Christi liberatus est a peccato, vt dictum est supra: 6. Quia gratia Dei non habitat in carne, sed in mente. Vnde infra. 8. dicitur. Quod si Christus in nobis est, Corpus quidem mortuum est propter peccatum. Spiritus autem viuit propter iustificationem. Igitur in carne adhuc dominatur peccatum, quod operatur concupiscentias carnis. Carnem hic accipit pro portione inferiori simul cum membris. Sic enim caro distinguitur contra spiritum & repugnat illi, dicit ergo, Assertum est quod in me etiam per gratiam reparato, peccatum, id est fomes, siue appetitus sensitiuus in me inhabitans operatur illos motus primo primos. Quia scio per rationem & experimentum habeo, quod bonum, scilicet gratiæ, quo reformatus sum, no habitat in me. Et ne intelligatur secundum rationem & in mente exponit, hoc est in carne mea. Nam in me, id est, in co de meo & mente, siue in portione superiori, hoc bonum inhabitat. vnde Ephe. 3. scribens dicit, Habitare Christum, per fidem in cordibus vestris. Vnde patet quod hoc verbum nõ patrocinatur Manichæis, qui dicunt carnem non esse bonam secundum naturam, & ita non esse creaturam Dei bonam. Non enim Apost. hic agit de bono naturę, sed de bono gratię quo a peccato liberamur. Si verò hæc verba intelligantur de homine peccatore nondum per gratiam reparato, hæc probatio est manifestior, sed tunc superfluit illa expositio (hoc est in carne mea) cum certum si quod bonum gratiæ non habitat, nec in carne, nec in mente hominis peccatoris Cum autem Apost. non fuerit superflue locutus, apparet quod in pręcedẽtibus intendebat loqui de homine iustificato. Si verò obiiciatur quod homo iustificatus habet in appetitu sensitiuo duas virtutes infusas, & duo dona spiritus sancti, quæ secundum D. Tho. fluunt a gratia, sicut potentiæ ab anima, habet enim in appetitu concupiscibili virtutem temperantiæ, & donum timoris. & in appetitu irascibili virtutem fortitudinis & donum spiritus sancti, qui dicitur fortitudo. Et per cõsequens in carne, siue in portione inferiori hominis iustificati habitat aliquod bonum gratiæ. & tamen Apost. hic vniuersaliter negat. Dicendum quod Apost. hic solum intẽdit excludere bonum, quod totaliter impedit dominium peccati, siue quod totaliter subiicit apetitum sensitiuum rationi, vt nullo modo possit aliquid concupiscere contra spiritum, nec aliquo modo inclinare ad malum, prout in Adam, & erit in beatis.

Nam velle adiacet mihi. perficere autem bonum, non inuenio.

EXplicatius hic declarat quod non inhabitet in carne bonum ex facultate et difficultate hominis. Facultas ostenditur ex actione, & difficultas ex impedimentis vel defectu virtutis. Primo igitur ponit facultatem quantum ad voluntatem, quæ videtur in hominis potestate. vnde dicit. Velle mihi adiacet, id est, propinquum est mihi, quasi sub mea potestate existens. Nihil enim est tam in potestate hominis, quam eius voluntas, vt D. Aug. dicit. Deinde ponit difficultatem seu defectum virtutis, dicens, perficere autem bonum non inuenio, passionibus carnis contra spiritum & voluntatem insurgentibus. Ex quo apparet quod bonum gratiæ nõ inhabitet in carne, cum caro insurgat & resistere nitatur, quantum potest, bonæ voluntati gratiæ informatæ. Si intelligatur de homine iustificato, & multo minus habitat bonum in homine peccatore gratia priuato, quia passiones in eo amplius insurgunt, & resistunt bonæ voluntati tendenti in bonum morale, connaturale & facile prout supra dictum est. Ex hoc loco possumus probare liberum arbitrium esse in homine, quod, scilicet potest

poteſt bonum imperfectum ſiue morale cum concurſu generali, quo ad bona conna turalia facilia, vt comedere, bibere, plantare vineas, ædificare domos, dare eleemoſy nam ex pietate naturali, honorare parentes, nutrire filios vt dictum eſt. Ad bonum autem arduum & difficile, vt reſiſtere paſſionibus inclinantibus ad malum, poteſt ſine gratia gratum faciente, non tamen abſque ſpeciali Dei auxilio & concurſu, qui concurſus ſpecialis eſt gratia gratis data. Et ideo vocatur a diuo Thoma & Augu: auxilium gratię. Sed bonum perfectum, id eſt, meritorium non poteſt abſque gratia gratum faciente. ideo dicit hic perficere autem bonum non inuenio, ſcilicet in mea poteſtate. & ideo Hier. 10. dicit. Non eſt hominis via eius, neque viri vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. Et Salomon, Poſtquam dixit cor hominis diſponit viam ſuam, ſed Domini eſt dirigere greſſus eius, Et ſic debet intelligi illud Apoſtoli. Prou. 16.
Deus operatur velle & perficere pro ſua bona voluntate. & illud Eſa. 26. Omnia Phil. 2.
F opera noſtra, ſcilicet perfecta operatus es in nobis Domine principaliter. Et illud Hiere 3. Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. & illud infra 9 Non eſt cur rentis neque volentis, ſcilicet velle & currere perfectum, ſed miſerentis Dei. Et ideo hæc verba, Velle mihi adiacet, perficere autem non inuenio, non poſſunt aliquo modo patrocinari Pelagianis, qui dicebant quod initium boni operis etiam merito-rii eſt a nobis, inquantum uolumus bonum, perfectio autem eſt per gratiam, quia quo ad bonum opus meritorium, debet intelligi velle adiacet mihi, ſcilicet per gratiam reparato ex operatione diuinæ gratiæ, per quam non ſolum volo bonum, ſed etiam aliquid boni facio. vel poteſt intelligi de perfecto & continuato bono vſ-que ad finem abſque macula peccati venialis, in quo nemo in peccato originali con ceptus continuare & perſeuerare poteſt. Vnde D. Ioan. Si dixerimus quia peccatum non habemus, &c. & Salomon Non eſt homo qui faciat bonum, & non peccet, ſci- 1. Ioan. 1.
licet aliquando, ad perſeuerandum enim uſque ad finem requiritur ſpeciale auxi- Eccl. 7.
lium, poſſunt etiam hæc verba exponi de proficientibus in gratia, qui vellent am-plius proficere quam proficiant. Si vero referantur ad hominem peccatorem gratia deſtitutum, ſic exponi poſſunt, vt velle accipiatur pro voluntate incompleta & vni uerſali, quæ ex inſtinctu naturę ſiue ſynderesi in quibuſcunque etiam peccantibus inclinatur ad bonum. Vnde Philoſ. bonum eſt quod omnia appetunt Sed illud velle adiacet homini quaſi infirmum, niſi gratia Dei voluntati tribuat efficaciam perſi- 1. Ethi.
piendi. Et ideo de operibus meritoriis vel diſponentibus ad gratiam intelligitur id quod dicit Non ſumus ſufficientes ex nobis quaſi ex nobis aliquid cogitare ſcilicet perfectè & meritoriè, ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt, vt ex contextu appa 2. Cor. 3
ret. Poſſumus tamen aliquid ex nobis, cum concurſu generali Dei, cogitare de his quæ ſunt connaturalia, vt dictum eſt.

Non enim quod uolo bonum, hoc facio, ſed quod uolo malum, hoc ago.

A

HIC explicatius declarat quod perficere bonum non venit ex actione hominis, quæ eſt ſignum & effectus facultatis eius. Ex hoc enim apparet quod homo nõ inuenit perficere bonum, quia non agit bonum quod vult. & quia facit malum quod non vult, quod fuit ſuperius expoſitum.

Si autem quod nolo, illud facio, non iam ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum.

B RESVMIT concluſionem quam præmiſerat, & quam iam expoſuimus. Sed aduertendum quod ex vno & eodem medio Apoſt. concludit duo, quæ ſupra poſue rat, ſcilicet bonitatem legis, & dominium peccati Primo dixit. Si autem quod nolo illud facio, conſentio legi quod bona eſt. Secundo, cum dicit hic, [Si autem quod no lo illud facio, non iam ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum.] Quarũ duarum concluſionum prima pertinet ad id quod dixerat, lex ſpiritualis eſt. Secun-
da

da ad id quod dixerat, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato Sed primam conclusionem de bonitate legis elicit ex illo medio quod dicit, nolo, scilicet ẜm rõnem quæ lex prohibet, ex quo patet legẽ esse bonam. Sed ex parte eius quod dicit, facio, concludit in homine dominari peccatum, quod voluntatem rationis operatur.

4 QVARTA PARS VII. CAPITIS.

Inuenio igitur, legem, volenti mihi facere bonum quoniam mihi malum adiacet.

OSTENSO prius quod lex sit bona, eo quod concordat rationi, in hac. 4. huius cap. parte Apost. infert duas conclusiones secundum duo quæ proposuerat. Primum fuit quod lex spiritualis est, & probato quod sit bona, intendit probare ex illa bonitate quod sit spiritualis. ratiocinatur igitur sic, inuenio, scilicet per experimẽtum, legem, scilicet Mosi consonam mihi volenti facere bonum, id est, rationi meæ quæ spiritualis est, per quam bonum approbo, & malum detestor, dum & ipsa lex mandat bonum, & prohibet malum. Et hoc scilicet fuit necessarium, [quomiam,] id est, quia, [malum,] id est peccatum vel fomes peccati, [mihi adiacet,] id est, iuxta rationem meam iacet, quasi carnem meam inhabitãs. Vnde Mich. 7. Ab ea quæ dormit in sinu tuo (id est carne) custodi claustra oris tui. Necessitas ergo legis est ex parte mali adiacentis. Si enim bonum gratiæ esset ex vtraq; parte superiori & inferiori portione iustificati hominis, inueniret homo spiritualis legem vtilem, sed ex parte contrarietatis in homine existentis, ex hoc quod malum adiacet homini etiã iustificato, lex inuenitur tanquam frenum ad cohibendum pronitatem peccati, quę se tenet ex parte carnis, siue exterioris hominis Ideo subdit [Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem,] Hic declarat spiritualitatem legis per signum dicens, Condelector &c. Nullus enim delectatur nisi in eo quod est sibi conueniens homo autem delectatur in lege secundum interiorem hominem, id est, portionem superiorem siue rationem & mentem quæ interior homo dicitur. Non quod anima sit effigiata secũdum formam hominis, vt Tertullianus posuit vel quod ipsa sola sit homo, vt Plato voluit, dicens, quod homo est anima vtens corpore. Sed quia id quod est principalius in homine dicitur homo. Hoc est autem mens siue portio superior, quæ solum comprehendit duas potentias spirituales non vtentes organo corporeo, scilicet rationem & voluntatem, quæ nonnunquam sub ratione cõprehenditur, licet principalius in homine secundum exteriorem apparentiam sit corpus, sic exterius effigiatum cum potentiis sensitiuis, quod dicitur homo exterior. Sed secundum rei veritatem illud dicitur principalius, quod est intrinsecum, prout mẽs siue ratio & voluntas rationi conformis, quæ hic dicitur homo interior. Cui, vt Psal. dicit, Suauia sunt eloquia Dei. Secundum illud, Habentes solatio libros sanctos, qui in manibus nostris sunt:

[margin: B, C; Psal. 118. / ...ar. 10.]

Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meę, & captiuitatem me in lege peccati, quæ est in membris meis.

ALIAM conclusionem hic subiungit correspondentem ei quod supra dixerat. Ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. Ad cuius intelligentiã, sciendũ est quod in præcedenti discursu, & hic Apostolus ponit quatuor leges, duas alteris duabus oppositas, scilicet legem Dei, & legem mentis, ex vna parte, & legem peccati, & legem membrorum, ex alia, lex Dei, & lex mentis differunt, sicut effectus & causa, & quia lex mentis est effectus legis Dei, lex enim mentis siue naturalis nihil aliud est quam participatio legis æternæ dei. conueniunt autem quia lex mentis siue naturalis concordat cum lege æterna dei, & subdit hominem legi ęternæ dei, & sic consequuntur. Lex autem peccati & lex membrorum, etiam se consequuntur, & habent oppositos effectus. Quia sicut lex mentis subdit hominem legi æternæ dei, sic etiam lex membrorum siue carnis, subdit hominem legi peccati. Et quamuis tã

lex

lex peccati quam lex carnis sunt in membris siue in portione inferiori, differunt tamen in hoc quod lex carnis est naturalis inclinatio inferiorum virium ad propria bona, scilicet eis suauia & delectabilia, secundum sensum vel appetitum. Lex vero peccati, est pœna peccati originalis, & est deordinatio earundem virium derelicta ex

D perditione iustitiæ originalis, & sic non distinguuntur materialiter siue subiecto, sed formaliter penes principia. Quia lex peccati dicitur fomes siue appetitus sensitiuus, destitutus iustitia originali ex peccato primi parentis, lex autem membrorum siue carnis, dicitur idem fomes siue appetitus sensitiuus, inquantum est inclinatus ad prosequendum delectabilia sibi, contra dictamen rectæ rationis. Verum nec lex carnis siue membrorum, nec lex peccati dicuntur proprie leges, sed duntaxat metaphoricè & similitudinariè propter duplicem similitudinem. Prima, quia quemadmodum lex inducit ad bonum faciendum, sic fomes ad peccandum. Secunda similitudo est, quia quemadmodum lex ligat, sic fomes videtur quodammodo ligare propter attractionem, licet efficaciter non liget. Potest etiam esse similitudo per comparationem ad causam, quia cum fomes sit quędam pœna peccati duplicē habet causam. Primam quidem peccatum primi parentis quod in peccatore dominium accepit. & ei legem, quæ est fomes, imposuit, prout dominus seruo victo legem imponit. Alia causa fomitis est Deus, qui hanc pœnam Adæ peccanti, & omnibus ab eo per propagationem carnalem & seminalem rationem descendentibus imposuit, vt rationi eorum inferiores vires non obedirent despotice. Et secundum hoc ipsa inobedientia inferiorum virium lex quodammodo dicitur, inquantum est pœna per legē diuinę iustitiæ introducta, prout iusti iudicis sententia quasi lex reputatur. secundum illud, Et factum est hoc ex die illa & deinceps constitutum & præfinitū, & quasi lex Israel vsq; ad hanc diem Et hæc quædam lex peccati siue fomitis est materialiter diffusa in omnibus potentiis sensitiuis, & membris, quæ omnia per iustitiam originalem omnino subdebantur rationi, & ex eiusdē iustitiæ originalis amissione sunt deordinata, & resistunt rationis imperio. principalius tamen appetitus sensitiuus, tam concupiscibilis quam irascibilis, qui dominantur aliis mēbris quæ deseruiunt concupiscentiæ ad peccandum prout dictum est supra 6 cap. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immūditiæ, &c. Hæc lex carnis fomitis membrorū siue peccati, habet duos effectus, scilicet resistere rōni, & eam captiuare, id ē, vehementer inclinare ad peccādum. His suppositis facilis erit intellectus Apostoli, Video &c. q. d. Assertū est quod lex spiritualis est, Et ego carnalis venundatus sub peccato, hoc enim experimento dicere & inferre impellor. Quia video aliam legem

1. Reg. 33

E in membris meis. s. legem carnis fomitis & membrorum repugnantem legi mentis meæ, id est, legi naturali quę conformatur legi Dei Mosaicæ vel euangelicæ secundum exigentiam temporis, & captiuitatem, id est, vehementer, non tamen necessario, me inducentem in legem peccati, id est, ad committendum peccata, & perseuerandum in illis. Magna enim vi fertur in sensibilia, vt uoluntatē extra lineas rōnis trahat, vt fiat mācipium peccati & mortis. [Infelix ego hō, quis me liberabit a corpore mortis huius?] Hic agit dē liberatione peccati, & mouet dubitationem in qua primo fatetur suam miseriam, cum dicit, Infelix homo, quod quidem est per peccatum quod habitat in homine, siue quantum ad carnem tantum, prout in homine iusto, siue quantū ad mentem & carnem simul, vt in peccatore. Vnde Salomon, Miseros facit populos pctū & Dauid Miser factus sum, & curuatus sum vsq; in finē, s. vitæ. Deinde quærit dicens. Quis me liberabit a corpore mortis huius? Quæ interrogatio vr̄ esse hominis iustificati, se miserum profitētis, rōne carnalium motuū insurgentiū pro sua liberatione suspirantis, prout alibi dicebat. Cupio dissolui & esse cū Christo. Et Dauid qui dicebat. Educ de carcere animam meam. Sciendum tamē quod in corpore hominis potest considerari natura ipsius corporis, quæ est conuenniens animæ, & quo ad hoc non vult anima separari seu expoliari, sed potius super uestiri, & sic nō suspirat vt liberetur a corpore absolute, sed a corpore mortis huius, hoc est a corpore, quatenus ministrat mortē, est. n. quædā mors pati sēsualitatis motus

Prou. 14. Psal. 37. Phil. 1. Psal. 141. 2. Cor. 5 Sap. 9.

tus ac etiam corruptio corporis, quod aggrauat, & ideo secundum hoc signāter dicit de corpore mortis huius [Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.] Respondet hic præmissæ interrogationi, dicens quod homó non potest liberari a corporis, nec ab infectione animę propriis viribus, sed solum per gratiam Christi, qui
Ioan. 8. est filius naturalis, & potest nos liberare. Vnde dicebat, Si filius vos liberauerit, ve
Ioan. 1. re liberi eritis. Ideo dicit, Gratia Dei, scilicet liberabit, per Iesum Christum, per quem gratia & veritas facta est. Hęc autem gratia liberat a corpore mortis huius dupliciter, Vno modo quia facit quod corruptio corporis menti nō dominetur, trahens eam ad peccandum. Alio modo vt corruptio corporis totaliter tollatur in resurrectione. Quantum ad primum conuenit dicere peccatori, Gratia liberabit me de corpore mortis huius, id est, liberabit me a peccato originali, in quod est anima inducta ex corruptione corporis, sed a culpa illa iam iustus liberatus est. Vnde competit ei dicere, Gratia Dei liberabit me de corpore mortis huius. vt, scilicet in corpore meo non sit infectio nec corruptio peccati per consensum in hac via & passionum & mortis in resurrectione [Igitur ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati.] E
Hic infert conclusionem exortam ex illo quod supra dixerat, per vnum hominē peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Hæc conclusio secundum duas præmissas expositiones diuersimode ex præmissis infertur. Secundum enim quod præmissa verba exponantur in persona peccatoris, sic inferenda est conclusio Dictū est quod gratia liberabit me a corpore mortis huius, vt si ab eo, non deducar in peccatum, ergo quando ero liberatus mente, id est, intellectu & voluntate, seruio, id est, seruiam legi Dei, secundum carnem autem legi peccati, quæ quidem in carne remanet propter fomitem. Si autem exponantur in persona iusti, sic inferenda est gratia Dei, per Iesum Christum liberauit me a corpore mortis huius, scilicet, vt in me non sit corruptio peccati & mortis. Igitur ego ipse vnus & idem antequam plene liberer, mente seruio legi Dei, ei consentiens, carne autem seruio legi peccati, inquantum caro mea secundum legem peccati & fomitis mentem præueniēs mouet me ad concupiscendum, cui tamen non consentio mente.

EPITOME VIII. CAPITIS.

Caput hoc. 8. est quædam expositio & consummatio eorum quæ a. 5 cap. hucusque deduxit Apostolus de facultate & vtilitate gratiæ Dei. Nā in illo cap. post enarrationem bonorum, quæ nobis contulit, inchoauit memorare illa a quibus nos liberat, puta a macula culpæ originalis Et in sexto ca. De protectione ab actualibus, A
& in 7 capite. De absolutione a lege veteri. In hoc autem cap primo concludit nos per gratiam seruatos fuisse ab omni damnatione, tam culpæ quam pœnæ, quod probat, ex lege spiritus per gratiam data, quæ est causa vitæ, & sic liberat hominem a peccato & morte, quæ est effectus peccati, a quibus lex liberare non poterat. Deinde assignat causam legis spiritus, scilicet Christi incarnationem, declarans eos quibus non prodest, scilicet ambulantibus secundum carnem, subiungens rationem, effectum ac pœnam ambulantium secundum carnem. Secundò ibi, [Quoniam sapientia, &c.] probat quod prudentia carnis est mors propter inimicitiam quam habet cum Deo, a qua fideles sunt liberati per inhabitantem spiritum. Tertiò ibi. [quicunque, &c.] ostendit mercedem & effectus spiritus, qui sunt directio, adoptio, testimonium filiationis, & consecutio futuræ hæreditatis, quæ est vita æterna. Quartò ibi, [Existimo enim, &c.] Assignat causam dilationis imortalitatis vitæ ęterna, & hæreditatis filiorum Dei, ostendendo excellentiam gloriæ, comparando eam ad passiones huius temporis. Quinto ibi. [Non solum, &c.] ostendit quod omnes etiam iusti ac primitas spiritus habentes, passionibus corporalibus subditi sunt, in illis tamen spe, & Spiritu sancto iuuantur. Sextò ibi, [Sumus, &c.] ostendit modum quo Spiritus sanctus iuuat exteriores euentus in bonum nostrum dirigendo, quod probat ratione qua concludit quod sancti quos Deus promouet, nullum in commodum pati possunt a ma-

lo

lo pœnę attento fauore Dei qui proprio filio non pepercit. Postremo ibi, [Quis accusauit,&c.] ostendit quod nullum incommodum pati possunt a malo culpæ, attento Christi pro nobis interpellantis auxilio,declarando certitudinem liberationis ab illo per virtutem gratiæ & charitatis,quæ est in Christo Iesu domino nostro.

EXPOSITIO LITERALIS VIII. CAPITIS:

B NIHIL ergo nūc damnationis,] id est,obligationis culpæ aut pœnæ.[est his qui sunt,] perfecte incorporati per baptismū,fidē,et dilectionē,[in Christo Iesu,qui non secūdū carnē ambulāt.] i.qui nullo modo desideria & concupiscentias carnis sequūtur. [Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu.] i. gratia quā Spiritus sanctus infundit animæ vt det ei vitā spiritualē,[liberauit me a lege peccati] i a fomite, qui inducit ad pc̄tū ne dominetur mihi, vel a cōsensu et operatione peccati. [Nā quod erat impossibile legi] s. naturali et scriptæ, [in quo.] i.in quare.s.iustificatione vel liberatione dānationis, [infirmabatur per carnē.] i.debilis erat et non poterat iustificare per carnales obseruātias, fomite impediēte ad adiuuādū et perficiēdū benedictionē promissā [Deus.] s.pater [Filiū suū mittēs in similitudine carnis peccati,] i.habēs verā carnē humanā,nō quidem peccato obnoxiam, prout habent cęteri homines,qui subiecti sunt peccato originali,sed similem carni peccati in figura,sensibilitate,passibilitate,et mortaliter,sicut est caro peccatorum, [et de peccato.] i.pro peccato in carne Christi cōmisso,virtute suę passionis quæ dicitur peccatum propter similitudinem peccati, vel per hoc quod factus est [hostia] pro peccato, [damnauit peccatū in carne.] i debilitauit fomitem peccati in carne nostra, et ita satisfaciēdo abstulit peccata mūdi. [vt iustificatio legis.] i. iustitia quam lex promittebat,et quā aliqui ex lege sperabant, [impleretur.] i.perficeretur [in nobis.] s.existētibus in Christo incorporatis, [qui nō secūdū carnē ambulamus.] i. qui nō sequimur desideria et cōcupiscētias carnis, [sed secūdū spiritū.] i. ambulamus secundū instinctū siue inspirationem Spiritus sancti, prout pręceptū est nobis. [Qui enim secundum carnē sunt,] id est,qui intēti & subditi sunt carnalibus desideriis, [quæ carnis sunt,sapiunt,] id est, approbant & iudicant ea esse simpliciter bona,quæ carni sunt placita,& hoc est habere sapientiam carnis ad faciendum mala. [Qui vero secundum spiritum sunt,] id est, qui Spiritus sancti inspirationem sequuntur,[quę sunt spiritus,sentiunt,] id est,iudicant,& rectum sensum,ac iudicium in spiritualibus habent, & non illi qui approbant iudicia & inclinationes carnis, qui, scilicet dicuntur habere prudentiam carnis, quæ est eis plurimum nociua. [Nam prudentia carnis mors est,] id est,causa mortis æternæ, [prudentia autem spiritus,] id est,approbatio eorum quæ inspirantur a Spiritu sancto, [vita et pax] id est,causa vitę gratiæ,& gloriæ,in qua erit pax perfectissima.

Hier.31. *Gen.22.* *Ioan.1.* *Deut.4.* *Gal.5.* *Hier.4.*

SECVNDA PARS VIII. CAPITIS.

C QVONIAM sapiētia carnis,inimica est deo,] eo quod contra legem dei hominem inclinat. [Legi enim dei non est subiecta.] i subiici non vult. [nec enim potest.] quia peccatum cum sit auersio a deo siue a lege dei,nō potest fieri subiectio,quamuis ille qui subiectus est vicio,possit per gratiam dei liberari a vicio, & subiici deo,nunquam tamen vicium potest subiici Deo. Quemadmodum licet ille qui est albus,possit fieri niger, nunquam tamen albedo fiet nigredo [Qui autem in carne sunt,Deo placere non possunt.] cum sint inimici eius, quandiu concupiscentias carnis sequuntur. [Vos autem in carne non estis,] id est, in vitiis carnis non ambulatis. [Sed in spiritu,] id est,spiritum & rationem sequimini, [Si tamē spiritus Dei habitat in vobis,] scilicet per charitatem per quam efficimur templū Dei,& per quam Spiritus sanctus habitat in nobis. [Si quis autem spiritum Christi,] id est, Spiritum sanctum qui dicitur spiritus Christi, eo quod a Christo na-

m turali

turali dei filio procedit, qui etiam dicitur spiritus dei patris, cum ab ipso pariter procedat. [non habet,] per effectum amoris et charitatis. [Hic non est eius.] i. non est membrum Christi viuum, sed mortuũ, prout membrũ corporis quod per animã nõ viuificatur. [Si autẽ Christus in nobis est], per spiritũ suum, id est, per, charitatem et amorẽ, quæ attribuitur Spiritui sancto, per quas oportet vos esse conformes Christo. [Corpus quidẽ.] s. vestrũ, [mortuũ est] i. necessitati mortis et passionibus rationẽ præuenientibus subiectũ et adiudicatũ est, [propter peccatũ.] s. primi parentis per propagationẽ carnis in vos transfusum, ex quo subiectio mortis & rebellio, siue cõcupiscentia præueniens liberũ rationis iudicium secuta est. [Spiritus vero] i. mens vestra, quæ iam renouata est a peccato, [uiuit] vita gratiæ, [propter iustificationẽ,] qua a Spiritu sancto per gratiã iustificati estis. [Quod si spiritus eius] s. dei patris tãquã ab ipso procedens, [qui suscitauit Iesũ a mortuis habitat in vobis,] vna cũ patre & seipso Christo, secũdũ diuinitatẽ, cũ virtus sanctæ trinitatis sit tãtũ in tribus psonis [viuificauit et mortalia corpora vestra.] s. in resurrectione generali, in qua corpora vestra sic erunt viuificata, ꝙ erunt nõ solũ immortalia, sed etiã impassibilia passione corruptiua, et hoc faciet, [propter inhabitãtem spiritũ eius in uobis:] i. virtute Spiritus sãcti inhabitãtis in vobis. [Ergo fratres debitores sumus] Spiritui sancto, propter multa beneficia quæ nobis ab eo proueniũt. [nõ carni vt secũdũ carnẽ viuamus.] i. carnis desideria perficiamus [Si enim secundũ carnẽ vixeritis,] sequendo eius concupiscientias, [moriemini,] scilicet morte culpæ in præsenti seculo, & morte gehennæ in futuro. [Si autem spiritu,] id est, per spiritum, [facta carnis,] id est, opera siue passiones quæ ex concupiscentia carnis pullulant. [mortificaueritis] ieiuniis, vigiliis, orationibus, ac aliis bonis operibus, [viuetis] vita gratiæ in præsenti, & vita gloriæ in futuro. D

TERTIA PARS VIII. CAPITIS.

QVICVNQVE enim spiritu dei aguntur,] id est, diriguntur & ducũtur ex amore et dilectione seruientes deo. [Hi filii dei sunt,] scilicet spirituales, tanquam per semen spirituale, quod est verbum dei, vel per instinctum, siue spirationem Spiritus sancti generati [Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore,] sicut olim in lege Moysi, quæ data fuit in terrore tonitruorum, & fulgurum
Exod. 19. coruscantiũ super terrã, quem terrorẽ non incussit deus mittendo Spiritum sanctũ in die Pentecostes, nec incutit mittẽdo illũ in particulari iustificatione. [Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei,] qui est spiritus amoris patris, & filii, per quem nos adoptat, id est, acceptat & reputat filios, vt intrepide postposito quodcunq; timore, possimus ad eum recurrere, sicut filii naturales ad patrẽ naturalem [in
Marc. 14. quo,] scilicet spiritu sancto, ex affectu amoris filialis quem causat in nobis, [clama
Hier 3. mus,] magna intentione ex affectu cordis. [Abba pater ipse enim spiritus,] scilicet sãctus, [testimoniũ] cõiecturale, [reddet spiritui nostro quod sumus filii dei] scilicet adoptiui dum bene agimus [Si autem filii,] scilicet sumus per Spiritum
Ioan. 3. sanctũ, sequitur quod sumus [et hæredes,] cum non solum filio naturali, sed etiam adoptiuo debeatur hæreditas. [hæredes quidẽ dei,] quia videbimus eũ sicuti est, et fruemur eius beatitudine, in quibus cõsistit hæreditas [cohęredes autẽ Christi,] qui est principalis filius, cuius filiationem nos participamus, et participabimus hęreditatẽ [Si tamẽ compatimur,] id est, similiter patimur & patiẽter sustinemus tribulationes huius mũdi, prout ipse patiẽter sustinuit, [vt et cõglorificemur.] i. similiter
Phil. 3. cõglorificabimur in anima et corpore, quod cõfiguratum erit corpori claritatis suæ.

QVARTA PARS VIII. CAPITIS. B

Esa. 54 EXISTIMO enim ego expertus gloriã et labores,] quod nõ sunt cõdignæ.] i. æquales siue secũdũ æqualitatẽ dignæ, [passiones.] i. tribulationes & miseriæ

[huius

[huius temporis] i. quas patimur in hoc seculo, quia sunt paucæ & breuissimę du rationis, [ad futurā gloriā,] quæ erit æterna & indeficiens. [quæ reuelabitur.] i. manifestabitur, [in nobis,] expectātibus, scilicet illā. [Nā expectatio creaturę.] i. hominis iustificati, qui dicitur principalis creatura huius mundi, sub cuius pedibus subiecit deus omnia. Vel homo iustificatus [reuelationē.] i. manifestationem & *Psal. 8.*
adeptionē gloriæ, [filiorū dei,] quæ fiet in resurrectione & iudicio generali, [ex pectat.] i. assidue summo desiderio & affectu optat, quā necesse habet expectare, cū *Eccle. 2.*
nōdū eā habeat [Vanitati enim creatura subiecta est nō volens.] i homo iustus re bus corporalibus, quæ sunt vana, vtpote mutabilia, caduca, eleuationem animi impe dientia, et afflictionē spiritus causantia, et iā si nolit, subiectus est propter vitæ præ sentis necessitatē. Verū prædictā vanitatem, mutationē, & afflictionē patienter su stinet. [Sed propter eū.] s. deū, [qui subiecit eā in spe.] s. liberationis siue sperā do liberari a vanitate illa. [quia et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptio- *Apoc. 7.*
nis.] i. a subiectione quærēdi victū et vestitū, ac etiā ab omni tribulatione & angu- stia, morte et passibilitate, quibus in hac mortali vita subiecta est, quæ seruitus muta bitur, [in libertatē gloriæ filiorū dei,] quia immortalitas & impassibilitas cōgruit filiis dei, vt sint Christo conformes in nouitate vitæ, sicut fuerūt in tribulationibus. [Scimus enim quod omnis creatura.] i. homo maxime iustus, [ingemiscit,] ex *Marc. 16.*
dolore quem patitur propter mala quæ sustinet, [et parturiit vsque adhuc.] i. cum *Ioan. 16.*
quadam animi afflictione sufferst dilationem gloriæ expectatæ. Spes enim quæ dif- *Prou. 9.*
fertur, affligit animam.

QVINTA PARS VIII. CAPITIS.

NON solū autē illa,] scilicet creatura ingemiscit et parturiit expectādo gloriā filiorū dei. [Sed et nos ipsi] s. Apostoli [primitias Spiritus sācti habētes et ip si intra nos gemimus.] i. afflictionē nō solū exterius, sed etiam interius sustinemus *Phil. 3.*
B propter dilationē. [adoptionē filiorū dei] i. cōpletionē adoptionis filiorū inchoatā per spiritum iustificantem. [expectantes redemptionē.] i. reformationē et glorifi- cationem, [corporis nostri,] vt quemadmodū spiritus noster redēptus et reforma tus ac liberatus est a peccato, ita & corpus nostrum redimatur & reformetur ac li beretur a corruptione & morte, in qua reformatione & liberatione consistit com pleta adoptio filiorum Dei. [Spem enim salui facti sumus] i. per spē cōplemētū salu tis in futurū expectamus, nec diffidimus dilatione, nec aduersitate occurrētiū malo rū deterremur [Spes autē quæ videtur nō est spes.] i. res sperata quæ præsentiali ter videtur non est res sperata. sed iam habita cum spes sit de futuro et non de præ senti [Nam quod videt quis quid sperat,] id est, cur uel quo modo habens ali- quam rem sperat habere illam, cum spes importet motum animæ tendentem in aliquid non habitum & futurum. [Si autem quod non videmus, speramus] sequi tur quod [per patientiā], quæ est malorum tollerātia cū quadā æquanimitate. [Ex pectamus] cū enim dilatio rei magno desiderio speratæ affligat, et sic habeat rationē mali, eius expectatio attribuitur patientię. [Similiter autē et spiritus.] s. sanctus in statu huius viæ, in quo infirmamur & subiicimur. [adiuuat,] non tollit, sed fortificat [infirmitatem nostram,] propter quam in multis deficimus & offendimus omnes. [Nam quid oremus, sicut oportet,] id est, quid in orando petamus in particulari & modum congruum petendi. [nescimus. Sed ipse spiritus,] scilicet sanctus [postulat pro nobis,] id est, postulare nos facit interius suggerendo & dirigendo cor nostrum & desideria, prout sunt nobis vtilia: [gemitibus inenarrabilibus.] quos spiritus san ctus in corde nostro causat, inquantum, scilicet facit ardenter cœlestia quæ differū-
A tur, desiderare [Qui autem scrutatur corda,] scilicet Deus, cui proprium est corda scrutari, non vt inquirendo cognoscat, sed quia manifestè occultissima videt. [scit quid desideret spiritus,] id est approbat illud quod spiritus sanctus desiderare nos fa cit. [Quia secundum Deum,] id est, secundum voluntatem vel beneplacitum Dei, [postulat pro sanctis,] id est, sanctos postulare facit quæ à Deo sunt probata & accepta.

SEXTA PARS VIII. CAPITIS.

SCIMVS autem quod diligentibus Deum,] & ſeruantibus mandata eius, ex
Ioan. 14. qua arguitur dilectio. [omnia cooperantur,] id eſt, cedunt [in bonum,] ex di-
D. Aug. uina bonitate, quæ tanta eſt quod nullum malum permitteret, niſi ex eo aliquod bo
in Enchi: nũ eliceret. [His qui ſecũdũ propoſitũ vocati ſunt ſãcti]. i. his qui ab æterno ele
cti ſunt et prædeſtinati [Nã quos præſciuit hos et prædeſtinauit,] ab æterno, [cõ
formes] i. ſimiles [fieri] in puritate vitæ in hoc ſeculo & in beatitudinis & hære
ditatis cõſecutione in futuro. [Imagini filii ſui.] i. filio ſuo naturali, qui eſt vera &
pfecta imago dei patris. [vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.] quia ſicut de
us ſuã naturalẽ bonitatẽ voluit aliis cõicare, participãdo eis ſimilitudinem ſuæ bo-
nitatis, vt nõ ſolũ ipſe eſſet bonus, ſed etiã author omniũ bonorũ. Sic filius dei vo-
luit cõformitatẽ ſuæ filiationis aliis cõmunicare, vt nõ ſolũ ipſe eſſet filius, ſed etiam
alii. Ipſe tamẽ qui eſt filius p æternã generationẽ, dicitꝰ vnigenitus et primogenitus
aliorũ ſecũdũ collationẽ gratiæ. Et quia primo ſurrexit a morte ad vitã glorioſã di
Ioan. 1. citur primogenitus mortuorũ [Quos autẽ prędeſtinauit] ab æterno ſecũdũ propo
Apoc. 1. ſitũ volũtatis ſuæ. [hos et vocauit] in tẽpore interiori vel exteriori vocatione effica
ci, vt aſſẽtirẽt [et quos vocauit, hos et iuſtificauit.] infundẽdo gratiã, in qua perſe
uerarẽt vſq; ad finẽ [Quos autẽ iuſtificauit, illos et magnificauit] p profectũ vir
tutis et gratiæ, in hoc ſeculo, & per collationẽ gloriæ magnificabit in futuro [Quid
Pſal. 115. ergo dicemus ad hæc?] id eſt, quid poterimus deo retribuere pro tot et tãtis benefi
ciis? et quid timere debemus? [Si deus] qui eſt omnipotẽs, et cuius voluntati nemo
reſiſtere poteſt [eſt pro nobis.] nos voluntarie prædeſtinando, efficaciter vocando,
Infra. 9. iuſtificãdo, et magnificãdo [Quis cõtra nos.] ſcilicet eſſe poterit ut noceat. [qui etiã
proprio filio,] naturali et vnigenito, [nõ pepercit.] i. cũ a pœnis et tormẽtis non
exemit. [ſed pro nobis omnibus tradidit illũ] i. expoſuit paſſioni et morti pro ſa-
tisfactione & expiatione peccatorum noſtrorum. [Quo modo non etiam cum il-
lo,] ſcilicet [dato, omnia nobis donauit,] vt ſcilicet omnia cedant in bonum no B
ſtrum, ſuperiora, ſcilicet perſonas diuinas ad fruendum, rationales ſpiritus ad couiuẽ
dum, inferiora ad vtendum, non ſolum proſpera, ſed etiam aduerſa.

SEPTIMA PARS VIII. CAPITIS.

QVIS accuſabit aduerſus electos dei?] i. quis accuſationẽ proponet et efficaci-
ter proſequetur aduerſus eos, quos deus elegit, vt noceat eis? nũquid [deus]. ſ.
nõ accuſabit nec nocebit? nã ipſe eſt [qui iuſtificat,] id eſt, approbat et acceptat eos
prædeſtinando, vocando, iuſtificando, magnificando. [Quis eſt qui condemnet.] id
eſt, reprobet et dignos pœna dicat eſſe iuſtificatos a deo, nũquid [Chriſtus Ieſus,]
accuſabit aduerſus electos dei, quaſi dicat, non quia ipſe eſt, [qui mortuus eſt,] pro
liberatione noſtra [imo qui et reſurrexit,] ꝙ maius eſt, vt per ſuã reſurrectione nos
viuificaret vita ſpirituali, et tãdẽ corporali & æterna. [qui eſt ad dexteram dei,] pa
tris in æqualitate ſecũdũ naturã diuinã, et in potioribus bonis ſecũdũ naturã huma
nã, paratus ad adiuuãdum nos. [Qui etiam interpellat pro nobis,] quaſi aduoca
tus noſter, ad cuius officiũ nõ pertinet accuſare vel cõdemnare, ſed magis accuſatio
nẽ repellere et cõdẽnationẽ impedire: [Quis ergo ſeparabit nos a charitate Chri-
ſti] qui tot beneficia nobis cõtulit, vt in ſua dilectione fundare et radicaret. [Tri-
bulatio.] i. corporũ afflictio [An anguſtia.] i mẽtis anxietas, quæ anguſtiatur cũ
nõ videt medium euadendi. [An fames] id eſt, penuria cibi et potus. [an nudi-
Pſal. 43. tas] id eſt veſtitus penuria. [an periculũ.] id eſt apparatus mortis. [an perſecu-
tio,] de loco ad locum. [an gladius.] id eſt ipſa mors. [Sicut ſcriptum eſt, quia
propter te mortificamur tota die æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sed
in his omnibus ſuperamus.] Dum occurrentibus omnibus præmiſſis illibatam
charitatem

charitatem seruamus, non propter nos, [Sed propter eum qui dilexit nos] i. propter affectum quem habemus ad eum, vel propter auxilium quod habemus ab eo. [Certus sum enim,] ex promissione eius qui fidelis est in promissis, [quia neque
C mors,] id est, timor mortis, quæ primatum tenet inter terribilia, [neque vita,] quæ est præcipuum inter appetibilia, [neque angeli,] scilicet mali qui sunt minores, [neque principatus,] qui sunt superiores, [neque virtutes,] qui sunt angeli in ordine ministrantium primi. [neque instantia.] i. præsentia, siue dolorem siue delectationem inferentia. [neque futura, neque fortitudo.] i. creatura fortis vel violentia alicuius humanæ potestatis, vel eleuatio Sarane. [neque altitudo,] ex qua aliquis minatur præcipitium, [neque profundum,] in quo aliquis præcipitium minaretur, [neque creatura alia,] i prędictis [poterit nos separare a charitate Dei?] qua scilicet Deum diligimus, tanquam meliorem omnibus, quæ nunquam excidit, [quæ est,] scilicet ostensa, [in Christo Iesu domino nostro,] id est, in datione domini nostri Iesu Christi.

1. Cor. 1.

1. Cor. 13.

COMMENTVM VIII. CAPITIS.

Nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, & non secundum carnem ambulant.

POSTQVAM Apostolus ostendit quod per gratiam liberamur a peccato & lege, in hoc octauo capite ostendit quod per eandem gratiam liberamur a damnatione culpæ & pœnæ. Primo ponit conclusionem generalem, dicens. [Nihil ergo. &c.] Hanc vniuersalem negatiuam infert Apost. ex præmissis, quibus probauit nos esse liberatos per gratiam redemptoris nostri, quasi dicat, Dictum est supra quod gratia dei per Iesum Christum liberauit me de corpore mortis huius. Ergo ex quo sumus per gratiam liberati, nihil damnationis manet, quia tollitur damnatio quantum ad culpam & quantum ad pœnam. Vnde Iob Ipso concedente pacem, quis est qui condemnet. Ex hoc loco perperam intellecto tanquam ex basi, & fundamento, vt dicunt inexpugnabili, Lutherani & Neoterici hæretici abrogare nituntur purgatorium, dicentes, quod omnes qui moriuntur vel decedunt in peccato mortali, vel originali, vel in gratia. Si in mortali, descendunt in infernum, in quo nulla est redēptio. Vnde D. Ioan. Est peccatum ad mortem, pro hoc dico ne roget quis. Si in originali, in limbum puerorum. Si in gratia, euolant ad paradisum, cum nihil damnationis in ipsis maneat, alias si ad purgatorium aliquid dānationis maneret, quod audacter & vniuersaliter negat hic Apostolus. Damnatio enim diuiditur in culpam et pœnam, si nihil illorum manet, necesse est dicere quod euolent ad cœlum, & sic frustra ponitur purgatorium, aut Christus non perfecte redemit nos, vel iudicat bis in idipsum, quæ sunt absurdissima. Ecce argumentum quod dicunt insolubile. Quare hic parum nobis immorandum est. Et primo ostendendum ex sacris literis quod de
D leta culpa per gratiam, remaneat reatus pœnæ, tandem hunc nodum faciliter dissoluemus, & intentionem Apost. dilucide explicabimus. Quo ad primum manifestissimum est, & ipsi negare non possunt, quod mors & afflictiones corporales & motus primo primi concupiscentiæ preuenientes vsum rationis siue rebelliones sensualitatis, sunt pœna peccati Adę, cui dictum fuit. Quacunque die comederis, morte morieris, Fuit ei etiam dictum. Quia audisti vocem vxoris tuæ, et comedisti de ligno de quo prohibueram tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, &c. Et Apost supra. 5. per vnum hominem peccatū in hunc mundū intrauit, et per peccatū mors, &c. Manifestū est patiter ꝙ deus indulsit Adæ peccatum suum. Sapiens enim dicit. Hæc (scilicet sapientia) illum qui primum formatus est a Deo pater orbis terrarum, cū solus creatus esset, custodiuit & eduxit illum a delicto suo. Notum etiam est ex. 6. cap. huius epistolæ, quod per baptismum liberamur a peccato originali. Et tamen experimur nos subiectos morti, laboribus & afflictionibus, ac rebellionibus sensualitatis, ut etiam Aposto. in 7. cap deduxit nos, Ergo necessario dicendum est quod non semper deleta culpa per

Iob. 34.

1. Ioan. 5.

Gen. 2.

Sap. 10.

gratiam deleatur omnis reatus pœnæ Et fi dicatur quod verum eft de pœnis pecca-
Exo. 32. ti originalis, quæ datæ funt nobis ad exercitium. Probatur etiam quod deleta cul-
pa peccati actualis remaneat reatus pœnæ. Quia poftquā dominus ad preces Moy
fi pepercit populo Ifrael peccatum idololatriæ, dixit, Ego autē in die vltionis vifita
bo et hoc peccatū eorū. Sequitur. Percuffit populum pro reatu vituli. Infuper poft
Num. 14. quā dominus pepercit populo peccatū murmurationis, quo aliū ducē eligere vole-
Num. 12. bant, & reuerti in Aegyptū, dixifletq; Moyfi dominus, dimifi iuxta verbū tuū. At-
tamē omnes homines qui viderunt maieftatem meam, non videbunt terram pro
Num. 20. qua iuraui patribus eorum. Præterea. Poftquam dominus ad preces Moyfi remifif
2. Reg. 12. fet peccatum murmurationis. Maria fororis eius, & fanaffet eam, iuffit eam fepa-
rari à caftris feptem diebus. Vlterius quamuis dominus pepercifiet Moyfi & Aarō
peccatū commiffum in aquis contradictionis, dixit. Nō introducetis populos hos in
terram quam dabo eis. Præterea cum Dauid adulterio fimulq; homicidio fe cōma
culaffet, mifit dominus Natham qui increpauit dauid, & dixit eum dignum morte.
Et refpondente dauid, peccaui dominus Dixit Natham, Tranftulit dominus pecca-
tum tuum, nō morieris, verumtamen non obftante peccati translatione, pœna fatis
factionis fubinfertur. Veruntamen quia blafphemare fecifti inimicos domini, pro-
pter hoc filius qui natus eft tibi, morietur, & nō recedet gladius de domo tua ufq;
Pfal. 50. in fempiternū Et tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo. Et quia da
uid fciebat reatum pœnę manere deleta culpa, poftquā dixit. Miferere mei domine
fecūdū magnā mifericordiā tuam, quā referente Nathan fciebat fe obtinuiffe. Ni-
hilominus tamen dicebat Amplius laua me domine ab iniquitate mea, & a pecca-
to meo munda me. Si fciebat fe lotum, cur ampliorem lotionem petebat ab iniqui
tate, non poteft dari ratio, nifi propter reatum pœnę perditionis filii, pro quo tantū
fe afflixit, & fic remanebat pœna illa. Rurfus cum idem Dauid aduerteret fe offen
2. Reg. 23. diffe dominum in numerando populum, dixit. Peccaui valde domine in hoc facto.
Precor domine vt auferas iniquitatem ferui tui, quia ftulte egi nimis. Venit Gad
Dan. 4. Propheta ad ipfum, dicens. Hæc dicit dominus, trium tibi datur optio, &c. Daniel
Mat. 3. etiam confulebat reatum expiari eleemofynis, et mifericordiis pauperū: Et D. Ioā.
Baptifta dicebat, Facite fructus dignos pœnitētiæ et hoc nō nifi ad delēdū peccata,
fiue reatus peccatorū, quia remiffio culpæ non fit ex operibus, vt fupra. 4. c. probatū
eft Deletionē reatus videtur fignificare lotio Chrifti, qui dixit. Qui lotus eft, non
Ioan. 13. indiget nifi vt pedes lauet. Fuit infuper ordinatum, quod fecundum menfurā delicti
Deut. 25. erit et plagarū modus. Et quātū quis fe glorificauit, & in deliciis fuit tātum date illi
Apoc. 18. tormentū & luctum. Et Chriftus. Qui non accepit crucem fuam (non dicit meā)
Mat. 10. & fequitur me, non eft me dignus. Si deleta culpa peccati actualis remaneat reatus
pœnæ Vbi ergo illa pœna non exfoluitur in hac via, neceffe eft dicere quod exfolue
tur in alio feculo, ergo eft locus in quo exfoluitur reatus pœnæ, & illū locum voca-
mus Purgatorium. Sed de his amplius cum interpretabimur illud ad Corinth. Si
1. Cor. 3. quis fuper ędificauerit lignum, fenum, ftipulam, &c Pro nunc ne prolixior fiam, hęc
fufficiant, & ad diffolutionem huius nodi properemus. Prius tamen dubitationi feu
interrogationi, quæ circa præmiffa fieri poffet, refpōdeamus, oportet. Cur videlicet
velit deus in peccatore reatū remanere, & ipfum pro illo fatisfacere, in hoc vel alio
1 Ioan. 2. feculo, et maxime cum Chriftus abundantiffime fatisfecerit. Ipfe enim (vt D. Ioā.
ait) eft propiciatio pro peccatis, non folum noftris, fed etiam totius mundi. Dicen-
dum quod triplici ratione hoc voluit. Prima eft in pœnam tepidę conuerfionis, vt
amplius dicemus. Secunda ne homines mifericordiam confecuti remiffiores fierent.
Tertia vt homines Chrifto conformarentur. Vnde Apoft. infra in hoc capite di-
cit. Nam quos præfciuit, hos & prædeftinauit conformes fieri imagini filii fui. Di-
1. Pet. 2. cit pariter fi filii & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chrifti. Si ta-
men compatimur, vt & conglorificemur Et D Petrus ait, Chriftus paffus eft pro
nobis, vobis relinquens exemplum vt fequamini veftigia eius, vt quemadmodum
ipfe qui peccatū non fecit, paffus eft vt fatisfaceret pro peccatis noftris Nos qui pec

cauimus

duimus in satisfactione ei côformemur, vt patiendo & pœnas sustinendo, satisfacia mus pro peccatis nostris. Ideo Apost. sup 6. c dixit, Humanû dico vobis, Sicut exhi buistis, &c. & alibi. Mortificate membra vestra. & alio in loco. Mortificationem Ie su Christi in corpore vestro circunferentes. Et Galatis scribens, ait. Ego stigmata domini mei Iesu Christi in corpore meo porto. & alibi propter eâdê conformitatê et satisfactionê hortatur ad opera pœnalia, dicês. In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros, in multa patiêtia, in ieiuniis, &c. His suppositis ad solutionê argumê ti veniendo dicimus, quod si Lutherani verba Pauli sequentia perscrutari velint, vi debunt Achilem suum in fauillam decidisse, & Apostolum propositionem vniuer- Col. 3. 2. Cor. 4. Gal. 6. 2. Cor. 6.

A salem negatiuam limitasse, cum dixit, copulando. [His qui sunt in Christo Iesu, & non secûdû carnê ambulant.] In quibus verbis declarat quibus hoc beneficium culpæ & pœnæ simul concedatur, et ponit duas côditiones requisitas, prima dicitur perfecta incorporatio, quâ tâgit cum dicit, His qui sunt in Christo Iesu, scilicet per fecte incorporati. quę incorporatio fit per sacramêtum fidei, hoc est, per baptismû. Vnde ad Galatas scribens, ait. Omnes quotquot baptizati estis, Christum induistis & sup. 6. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Secunda cô ditio est vehemens & perfecta conuersio hanc tangit cum subdit, & non secundum carnem, id est, negligentiam carnis, ambulant, & ad ipsum perfecte & non tepide conuertuntur ex toto corde, & ex tota anima, ex tota mente & ex omnibus viribus suis. Non negamus enim quin vehemens & perfecta contritio sit crux, plaga & tormentum, quo quis conformatur perfecte Christo, & satisfacit pro omni rea tu pœnæ, vt Magdalena, & Cananea, & alii multi. Communiter tamen, & vt in plu ribus in aliis sacramêtis multi valde tepide côuertuntur. Ideo dicûtur quodâ modo secûdû carnem ambulare, & ideo in illis dicimus deleri culpam & remanere reatû in punitionem tepidæ conuersionis, vt dictum est. Nec obstat pariter quod addu cunt ex Aposto. Cum mortui essetis delictis vestris, & præputio carnis vestrę, con uiuificauit cû illo donans vobis delicta, delens quod aduersum vos erat chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis, & tulit de medio affigens illud cruci: Chyrographû decreti nihil aliud est quâ obligatio ad pœnas. Si ergo Christus tulit de medio, vt quid igitur necesse est sustinere pœnas, videtur fieri iniuria passioni Christi, quasi insufficiens fuerit, & quod deus bis iudicat in idipsum, cuius oppositû asserit Naum propheta, dicens, Non consurget duplex tribulatio. Dicendum quod reatus pœnæ temporalis non remanet propter insufficientiam passionis siue satisfactionis Christi, quæ fuit infinite satisfactoria, sed propter tepiditatem & negligen tiâ conuersionis, & propter conformitatê ad Christum, & sic Christus sufficienter tulit Chyrographum decreti ex parte sui, sed non efficaciter ex parte omniû peccâ tium. Qui vel non applicant sibi passionem Christi, neque ei se conformant, vel nô secundum debitum modum. quia non ex toto corde, &c. se disponunt ad participan dâ Christi passionem. Nec per hoc iudicat deus bis in idipsum, quia non iudicauit Gal. 3. Col. 2. Naum. 1.

B in Christo nisi pro sufficienter dispositis. Ex verbis Apo. quibus dicit quod nihil dâ nationis est his qui sunt in Christo Iesu, aliqui voluerût dicere quod in infidelibus, qui non sunt in Christo Iesu, primi motus concupiscentiæ sunt peccata mortalia, quamuis eis non consentiant. Quia si his qui sunt in Christo Iesu, & non secundum carnem ambulant, non imputantur ad damnationem, ergo a contrario sensu his qui non sunt in Christo Iesu imputantur. Confirmant, quia necesse est actum esse dânabilê qui procedit ex habitu damnabili. Cum igitur peccatû originale sit damnabi le. Igitur et quilibet motus ab eo procedens. Veruntamê hoc nô est rationi côsenta neum, quia illi motus non attingunt rationem liberam aut voluntatê in qua consi stit ratio peccati, sed præueniunt & sunt inuoluntarii, ergo non sunt peccata. Prætere rea in eodem genere peccati, grauius peccat fidelis infideli. iuxta illud Heb. 10. Quanto magis deteriora putatis mereri supplicia, &c. Ergo si illi motus in infidelibus essent peccata mortalia, multo magis in ipsis fidelibus. Nec ex verbis Apostoli hoc haberi potest, sed solum quod nihil damnationis est his qui sunt in Christo,

Nec est verum quod omnis actus procedens ex habitu damnabili, sit damnabilis, nisi sit complete voluntarius. Ex his confutatur error Lutheranorum dicentium illos motus concupiscentiæ adeo intime esse peccata, vt neq; per baptismum aut aliud sacramentum remittantur, sed solum non imputantur. Hunc errorem reprobauimus
Rom. 4. supra. 4 ca. cum interpretaremur illud dictum. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. dicit etiam contra illum Apost. hic. Nihil ergo damnationis est, &c. Præterea alibi ait, Renouamini in iustitia & sanctitate veritatis, at vbi peccatum vere relinqueretur, non esset vera renouatio & sanctitas, igitur.

Lex enim spiritus uitæ in Christo Iesu, liberauit me a lege peccati & mortis.

PREDICTAM conclusionem hic probat quantum ad primam conditionē, quā dixerat. Nihil damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, et ex eius verbis potest sic ratiocinari, lex spiritus vitæ liberat hominē a peccato, & morte, quæ est pœna eius. Sed lex spiritus vitæ est in Christo Iesu, Ergo per hoc quod aliquis est in Christo Iesu liberatur a peccato et morte, et per cōsequēs nihil damnationis in eis est. Quod autē lex spiritus vitæ liberet a peccato et morte probat, quia lex spiritus est causa vitæ spiritualis, sed per vitā spiritualē excluditur peccatū et mors, quæ est effectus peccati. Nā & ipsum peccatū est spiritualis mors, damnatio autem non est nisi propter peccatū & mortem, ergo his qui sunt in Christo Iesu nihil damnationis existit, ex hoc innuit cū dicit lex spiritus vitæ, &c. Quæ quidem lex potest dici vno modo Spiritus sāctus, vt sit sensus lex vitæ i. lex quæ est spiritus. Lex enim
2. Ethic. ad hoc datur, vt per eam homines inducantur ad bonum. Vnde Philos. dicit quod intentio legislatoris est homines facere bonos, quod quidem lex humana facit solū exterius notificando quid fieri debeat. Sed Spiritus sanctus mentem inhabitans, non
Ioan. 14. solum docet quid fieri debeat intellectum interius illuminando de agendis, sed etiā voluntatem inclinat ad recte agendum, iuxta illud. Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, quantum ad primum. Et suggeret vobis omnia quantum ad secundum, quæcunq; dixero vobis. Alio modo lex spiritus potest dici effectus Spiritus sancti, scilicet fides per dilectionem operans, quæ quidem docet interius de agendis, vt D. Ioan. ait. Vnctio docebit vos de omnibus, & inclinat effectum ad agendū, quia (vt Apostolus ait) Charitas Chri-
1. Ioan. 2. sti vrget nos. Et hæc lex spiritus dicitur lex noua, quæ est vel ipse Spiritus sanctus,
2. Cor. 5. vel gratia quā Spiritus sanctus diffundit nobis, de qua lege Hier. Dabo legem meā,
Hier. 31. in visceribus eorum scribam eam. Et Aposto. Epistola estis Christi, ministrata a nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei viui. Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. vbi & subdit. Litera occidit, spiritus autem viuificat. Lex Moysi, quia data in tabulis lapideis non viuificabat, sed lex noua a viua voce filii dei
2. Cor. 3. Spiritus sancti officio concepti, in audientium mentes transmissa simul cum Spiritu sancto, fortius sonat & viuificat. De lege autem veteri præcedenti capite solum dicit quod erat spiritualis, id est, a Spiritu sancto data, non erat tamen tantæ efficaciæ, eo quod solum erat exterior & non interior, neque interius iuuabat. Et sic prędicta considerantibus inuenimus quatuor leges ab Apostolo esse inductas. Primo legem Moysi, de qua præcedenti capite dixit. Condelector legi secūdum interiorem hominem. Secundo legem fomitis, peccati, siue membrorum, & mortis, de qua eodem cap dixit. Video aliam legem in membris meis. Tertio legem naturalem, de qua supra. 2. ca. Cum gentes quę legem non habent, &c. & præcedente cap. secundum vnum sensum repugnantem legi mentis meæ. Quarto legem spiritus siue nouam et euangelicam, quam nuncupat legem spiritus vitæ. Quia sicut spiritus naturalis præ-
Ioan. 6. bet vitam siue operationem naturæ, sic spiritus diuinus præbet vitam siue operationem gratiæ æternę, scilicet vitæ meritoriam. Vnde Christus, spiritus est qui viuificat. Addit autem in Christo Iesu, quia spiritus non datur nisi in Christo Iesu: Quemadmodum enim spiritus naturalis non peruenit ad membrū, quod nō habet

con-

connexionē ad caput, ita Spūs sanctus non peruenit ad hominē qui non est Christo capiti iunctus. Ideo D. Ioan. In hoc scimus quod ipse manet in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis. Et in Act Apostolorum habetur, Et nos sumus testes horum verborum & spiritus sanctus quem dedit Deus omnibus obedientibus sibi, Hæc lex eo quod est in Christo Iesu filio Dei liberauit me. Nam filius liberandi potestatem habet, prout ipso dixit, Si filius liberauerit vos, verè liberi eritis. & hoc a lege peccati siue fomitis, quæ ad peccatum inclinat. Vel a lege peccati, id est, a consensu & operatione peccati, quod hominem tenet ligatum per modum legis. Per spiritum enim sanctum remittuntur peccata, secundum illud. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis Liberatque non solum a morte spirituali in hoc seculo, verum etiam corporali in resurrectione generali, & hoc ideo quia est spiritus vitæ. Vnde Ezech. 37. A quatuor ventis veni spiritus & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant.

1. Ioan. 3.
Act. 5.
Ioan. 8.
Ioan. 20.

Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carne. Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis.

B HIC explicatius declarat quomodo lex vitæ quæ est in Christo Iesu, id est, per Iesum Christum liberat a peccato, probat autem per causam, scilicet per Christi incarnationem, cuius necessitatem & fructum manifestat. Et vt planior fiat expositio declarabimus primo modum, deinde fructum, postremo necessitatem, quasi dicat. Rectè ergo dico quod lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberat a peccato. Nā [Deus] pater, [filium suum,] id est, proprium consubstantialem sibi & coæternum hodie æternitatis genitum, [mittens,] non de nouo creans vel faciens sed omnibus creaturis præexistentem misit in hunc mundum non quidem vt esset, vbi non erat, quia, vt D. Ioannes ait. In mundo erat, sed vt esset nouo modo quo non erat in mūdo, s. visibiliter per carnem assumptam. Vnde ibidem sequitur, Et verbum caro factum est. Et uidimus gloriam eius prout prædixerat Baruc. Post hęc in terris visus est & ideo hic subditur, [in similitudinem carnis peccati.] Quod non est sic intelligendum, quasi veram carnem non habuerit, sed solum carnis similitudinem, qua si fantasticam, prout Manichæi dixerunt. Cum ipse dñs dicat Luc. vlt Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Vnde non dicit in similitudinē carnis absolutè, sed addit in similitudinem carnis peccati. Nō enim habuit carnem peccati, id est, cum pctō conceptam Quia caro eius fuit cōcepta obūbratione Spiritus sancti, qui tollit peccatum. Vnde Angelus dixit D. Ioseph. Quod enim in ea natū est, de spiritu sancto est. Ideo in persona eius Dauit dicebat, Ego in innocentia mea ingressus sum, scilicet in mundum, sed habuit similitudinem carnis peccati, id est, carnem similem carni peccati, in hoc quod erat passibilis. Nam caro hominis ante peccatum passioni corruptiuæ subiecta non erat. Et hoc fuit conueniens quod talē carnem acciperet, quia debuit per omnia fratribus assimiliari. Subdit autem duplicem fructum siue effectum incarnationis, quorum primus est remotio peccati quē tangit cū dicit [De peccato damnauit peccatū in carne.] quod potest intelligi de peccato cōmisso in carne Christi instigante diabolo, ab his qui occiderūt eū. [damnauit] i. destruxit peccatū Quia cū diabolus innocentem, in quo nihil iuris habebat, attētauit morti tradere, iustū fuit vt potestatem amitteret ideo deus propter passionem & mortē Christi dicitur destruxisse peccatū, id est, diabolū primū authorē peccati, & abstulisse potestatem quam habebat regnandi in mundo per idolotariā, vnde & Christus dixit. Princeps huius mundi eiicietur foras. Et D. Ioan dicit angelum habentem clauem abyssi, apprehendisse & ligasse diabolum per mille annos, id est, vsque ad tempus Antichristi, secundum D. Augustinum, ad hunc sensum dicit *f* post. Expolians, scilicet Christus in cruce principatus & potestates. Verūtamē melius est ut dicatur. [Damnauit peccatū in carne] id est, debilitauit fomitem

F

Psal. 2.
Ioan. 1.
Baruch. 3.
Mat. 1.
Psal. 25.
Heb. 2.
Ioan. 12.
Apoc. 20.

Col. 2. mitem peccati in carne nostra, de peccato, id est, virtute meriti passionis & mortis
Osee .4. Christi, quæ dicitur peccatum, quia per mortem factus est hostia pro peccato, quam Oseas qui ex persona domini de sacerdotibus loquens, nominauit peccatum, ait e-
2. Cor. 5. nim peccata populi mei comedēt. Et Apostolus, Eum qui nō nouerat peccatum, pro nobis Deus fecit peccatum, id est, hostiam pro peccato. Et ita satisfaciendo primo peccato originali ex Adam prodeunte, & nostris actualibus, dicitur a Diuo Ioanne abstulisse peccata mundi. Secundus effectus incarnationis, passionis, & mortis Chri-
Ioan. 1. sti, est impletio promissionis legis, quæ iustificationem promittebat. Vnde subdit, Vt iustificatio legis, id est, iustitia quam lex promittebat, & quam aliqui ex lege spe rabant, [impleretur,] id est, perficeretur in nobis, scilicet existentibus in Christo Iesu incorporatis. Vnde infra 9. ait: Gentes quæ non sectabantur iustitiam appre
Heb. 7. henderunt iustitiam, quæ est ex fide. Necessitatem aut incarnationis declarat dicēs, (quod) .s. iustificare impossibile erat legi Moysi, quæ ad nihil perfectum adducit, & sic propter defectum legis, quia cum iustificatio sit supra naturam, vires cuiuscunque
Supra. 5. creaturæ exuperat. Hunc autem defectum infirmitatem siue debilitatem vocat di- A
Mat. 26. cens, in quo infirmabatur secundum carnem, id est, propter infirmitatem carnis pro
Gal. 2. uenientem ex corruptione fomitis, a qua prouenicbat, quod etiam lege data homo a concupiscentiis vincebatur, & abundabat delictum. De hac infirmitate Christus loquens dicebat: Spiritus quidem promptus est, caro aūt infirma. Et Apostolus supra. 6. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Ex præmissis igitur appa ret necesse fuisse Christum incarnari. Quia si per legem iustitia, Christus gratis mortuus fuisset, id est, sine causa. Necessitas ergo incarnationis ostenditur, ex hoc quod lex iustificare non poterat.

Qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.

CONCLVSIONEM in principio huius cap. positam hic probat, quantum ad secundam conditionem, ostendens quod ad hoc quod aliqui damnationem euadant, requiritur quod non secundum carnem ambulent, quasi dicat: Assertum est quod per Christi incarnationem, passionem, & mortem, iustificatio legis impletur in nobis: [qui] non solum sumus in Christo Iesu, sed etiam, [non ambulamus secundum carnem] id est, non sequimur concupiscentias carnis, [sed secundum spiritum]
Gal. 5. id est, sequimur instinctum Spiritus sancti. Vnde ad Galatas scribens dicit, Spiritu ambulate, id est, secundum instinctum Spiritus sancti. Ex quo sequitur quod ad hoc quod nihil damnationis in nobis sit, oportet quod non secundum carnem ambulemus, sed vt ambulemus secundum spiritum. Notandum tamen quod non est idem ambulare in carne, & secundum carnem, quia ambulare secundum carnem, est secundum carnem militare, & pro illius desideriis pugnare contra spiritum, ambulare verò in carne, est carnem mortificare, secundum illud, Mortificate membra vestra, &
Col. 3. sequimini spiritum. Vnde alibi dicit. In carne ambulantes, non secundum carnem
2. Cor. 10. militamus.

Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt, Qui verò secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis mors est, prudentia verò spiritus vita & pax.

Eandem conclusionem hic probat inducens duo syllogismos, vnum quidem ex parte carnis, qui sic deduci potest. Quicunque sequuntur prudentiam carnis du cuntur ad mortem, Sed quicunque sequuntur prudētiam carnis, ambulant & viuunt secundum carnem, cum viuere secundum carnē, & secundum carnem ambulare, siue B sequi desideria & concupiscentias carnis, idem sint. Ergo quicunque viuunt secundum carnem ducuntur ad mortem. Alium syllogismum ponit ex parte spiritus, qui sic ordinari potest. Quicunq; sequuntur prudentiam spiritus, consequuntur vitam, & pacem. Sed quicunque sunt secundum spiritum sequuntur prudentiam spiritus.

Ergo

Ergo quicunque sunt secundum spiritum consequuntur vitam & pacē. Et sic patet quod illi qui non ambulant secundum carnem, sed secundum spiritum, liberantur a lege peccati & mortis. In ordine literæ primo ponitur minor primi syllogismi, dicit, n. [Qui secundum carnem sunt,] id est, qui carni subduntur, eam & eius concupiscentias sequentes quasi subiecti, de quibus infra. 16. Huiusmodi domino non seruiunt, sed suo ventri. Quæ carnis sunt sapiunt, id est, approbant & iudicant, ea quæ caro siue sensualitas desiderat esse bona. Vnde Christus. Non sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominis, & Hier. 4. Sapientes sunt ut faciant mala Deinde ponit minorem secundi syllogismi, dicens, [Qui vero secundum spiritum sunt,] id est, qui spiritum sanctum sequuntur, & secundum eum ducuntur, iuxta illud, Si spiritu ducimini non estis sub lege. [Ea quæ spiritu sunt, senciunt.] id est, habent rectum sensum siue iudicium in spiritualibus, iudicant & approbant tanquam bona ea quæ spiritus suggerit. Vnde Sapiens. 1. Sentite de domino in bonitate. Et horum ratio est, quia sicut Philos. ait. Qualis vnusquisq; est, talis finis videtur ei. Vnde ille cuius animus est informatus per habitum bonum vel malum, existimat de fine secundum exigentiam illius habitus. Tertio ponit maiorem primi syllogismi, dicens, [Nā prudentia carnis mors est.] Ad cuius euidentiam sciendum est quod vera prudentia est recta ratio agibilium, ex quibus demonstrat. Ratio autem agibilium siue intellectus in agibilibus, vnum supponit, & tria facit, præsupponit enim finem, qui est principium in agendis. Quemadmodum intellectus speculatiuus præsupponit principia, ex quibus demonstrat. Primum autem quod facit ratio practica, dicitur consilium, recte consiliatur de medijs. Secundo recte iudicat de consiliatis Tertio rectè & constanter præcipit quod iudicatum est. Sic ergo ad prudentiam carnis requiritur quod aliquis præsupponat pro fine delectabile secundum carnem, & quod consilietur & iudicet ac præcipiat ea quæ conueniunt ad hunc finē. Vnde talis prudentia est mors, id est, causa mortis æternæ, & mortem spiritulem infert animæ, secundum illud, Qui seminat in carne, de carnē & metet corruptionem. Quarto ponit maiorem secundi syllogismi, dicens. Prudentia autem spiritus vita & pax. Prudentia spiritus secundum prædicta, est cum aliquis præsupposito fine alicuius spiritualis boni, rectè consiliatur, iudicat, & præcipit ea quę conuenienter ordinantur ad hunc finem. Vnde talis prudentia est vita, id est, causa vitæ seu gratiæ, quæ est vita spiritualis, & ducit ad vitam æternam, secundum illud, Qui seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Est etiam prudentia spiritus pax, id est, causa pacis, iuxta illud Psal. Pax multa diligentibus legem tuam. Et illud, fructus autem spiritus charitas, gaudium, pax.

Marg.: Mat. 16. — Gal. 5. — 3. Ethi. — C — Gal. ult. — Gal. ult. — Psal. 118.

SECVNDA PARS VIII. CAPITIS.

Quoniam sapiētia carnis, inimica est Deo. legi enim Dei non est subiecta neq; enim potest.

IN hac secunda huius capitis parte Apostolus intendit corroborare quod prudentia carnis sit mors, probat primo ex inimicitia Dei, & potest sic formari ratio, Quidquid inimicum est deo, est causa mortis, secundum illud. Verumtamen inimicos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite & interficite. Sed sapientia carnis est inimica Deo, ergo sapientia carnis est causa mortis. Consequentia est manifesta eo quod Deus est causa vitæ, iuxta illud. Ipse est enim vita tua. Et Philos. dicit. Sicut propositum in proposito, ita oppositum in opposito. Et ex eo quod contrariarum cārum contrarii sunt effectus. Minorem probat duplici medio. quia sapientia carnis contra legem Dei hominem inducit. Vnde Iob. 15. Cucurrit aduersus Deum erecto collo. Ideo dicit. [legi enim Dei non est subiecta.] Nō .n. pōt aliquis Deū odire s̄m se, cum sit ipsa essentia bonitatis. Sed secundū hoc peccator odit Deū, & & sic ei inimicus, quod præcepta eius odit & transgreditur. Et sic omnes peccatores qui nolunt subijci Deo, sunt inimici eius Ideo cōuenièter probat quod sapiētia siue prudētia carnis inimica sit Deo, quia nō est Dei legi subiecta;

Marg.: Luc. 19. — Deu. 30. — A

Probat

Probat etiam alio modo, dicens, [Neque enim potest] Prudentia enim carnis vicium quoddam est, vt ex prædictis patet. Quamuis autem ille qui subiectus est alicui vicio, possit liberari ab illo, prout supra .6. dixit, liberati a peccato, serui facti Deo nunquam tamen vicium Deo subiici potest, cum ipsum vicium sit auersio a Deo. Quemadmodum ille qui est niger potest fieri albus. Nunquam tamen ipsa nigredo potest
Mat. 7. fieri albedo, cum contrarientur. Et secundum hoc dicebat Christus: Nō potest arbor mala bonos fructus facere, &c. Ex quo patet, quod non rectè Manichæi ad confirmationem sui erroris, hæc uerba assumunt volentes per ea ostēdere naturam carnis nō esse a Deo cum sit inimica nec possit Deo subiici. Non enim agit Apostolus hic de carne ista quæ est creatura, sed de prudentia carnis quæ est vicium hominis, vt dictum est. Patet insuper quod etiam Lutherani non rectè, sed perperam, hæc eadem verba assumunt ad abrogandum liberum hominis arbitrium in peccatore, quia hic non agit de potestate liberi arbitrii hominis, sed de potestate vitii seu concupiscentię carnis in abstracto, vel si in concreto accipit in sensu composito, scilicet quod quandiu homo sequitur desideria carnis non potest subiici Deo, secus verò est in sensu diuiso, quia potest ex libertate arbitrii cessare ab illa sequela & conari ad bonum, vt dictum est præcedenti capite. Notandum tamen est quod Apost. hic nominat sapientiam carnis, quod prius dixerat prudentiam carnis, licet sapientia proprie sit circa
Prou. 10. diuina, tamen aliquando in sacris literis accipitur pro prudentia. Vnde Salomon, Sapientia est viro prudentia. Non quod sint idem simpliciter. Quia sapiens simpliciter dicitur qui cognoscit causam altissimam ex qua omnia pendent, suprema autem causa omnium est. Deus. Vnde sequitur, quod sapientia simpliciter dicta, dicitur rerum
in lib. de Trin. diuinarum cognitio (vt D. Aug. ait) Ideo Apostolus, Sapientiam loquimur inter perfectos. Vocatur etiam sapiēs in vno quoque genere, qui cognoscit altissimam causam B
1. Cor. 2 illius generis, prout in arte ædificatoria dicitur sapiens, non ille qui scit dolare ligna
1. Cor. 3. & lapides, sed ille qui concipit & disponit conuenientem formam domus. Ex illo enim totum ædificium pendet. Vnde Apostolus, Vt sapiens architectus fundamentū posui. Si igitur Sapiens in rebus humanis dicitur, qui bonam æstimationem habens de fine humanæ vitæ, & secundum hunc ordinat totam vitam. Et ideo prudenti & sapientia carnis dicuntur prudentia, & sapientia non absolute, sed in suo genere prudentia carnis quæ sub fine delectationis sensibilis præstituto consiliatur, iudicat & im
Luc. 16. perat, aliquando diligentius quam prudentia absoluta, ideo Christus dicebat, Filii huius seculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua.

Qui autem in carne, sunt, Deo placere non possunt.

Psal. 149. ADAPTAT hic quod dixerat de prudentia carnis ad homines qui eam sequuntur, & ei subditi sunt dicens, Qui autem in carne sunt, id est, qui concupiscentias per prudentiam carnis sequuntur, quandiu tales sunt, Deo placere non possunt. Quia vt Dauid ait, Beneplacitum est domino super timentes eum. Vnde cum illi qui non subiiciuntur Deo, cum non timeant eum quandiu tales sunt, illi placere non possunt. Veruntamen possunt desinere sic esse in carne, & tunc Deo placere non possunt.

Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius.

HIC ostendit eos quibus loquitur a prudentia carnis esse immunes, non a natura carnis, quia mortales erant & carne passibili induti. Sed carnem accipit pro viciis
1. Cor. 15. carnis, prout cum dicit Caro & sanguis regnum Dei nō possidebunt. Dicit ergo, vos
1. Cor. 10 non estis in carne id est, nos estis viciis carnis quasi secundum carnem viuentes.
Apoc. 1. Estis in carne, non secundum militantes. [sed in spiritu] .i. spiritum sequimini, prout
1. Cor. 3. D. Ioan. fuit in spiritu dominica die. Deinde apponit conditionem, dicens, [Si tamen spiritu Dei habitat in vobis,] scilicet per charitatem, per quam efficimini tem-

plum

ptum Dei, & spiritus Dei habitat in vobis. Apponit autem hanc conditionem, quia quanuis in baptismo Spiritum sanctum suscepiscent, poterat tamẽ contingere quod per peccatum superueniens spiritum sanctum amisissent. Quia sapiens dicit. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus quæ sunt
F sine intellectu, & corripietur a sei perueniẽte iniquitate. Necessariã insuper dicit eis hanc conditionem. Quia, [Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius.] Quemadmodum non est membrum corporis quod per spiritum corporis non viuificatur, ita non est membrum Christi qui non habet spiritum Christi. Vnde D. Ioan: In hoc scimus quod in eo manemus. & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis, Est autem notandum quod per spiritum Dei patris, & per spiritum Christi, intelligit Spiritum sanctum, tertiam personam Trinitatis, quæ dicitur spiritus Dei patris, inquantum, scilicet a patre procedit. Dicitur etiam spiritus Christi, quia procedit a Christo filio Dei. Vnde etiam Christus eundem spiritum sanctum simul sibi attribuit, & patri, dicens. Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, & cum dicit, Cum uenerit paracletus, quem ego mittam vobis a patre, procedit enim a patre & filio. Et quia procedit per modum amoris, appropriatur ei iustificatio, & per consequens charitas, quæ est participatio amoris diuini, quæ tamen effectiuè est a tota Trinitate, cum sit operatio ad extra, per quam non solum Spiritus sanctus dicitur habitare in nobis, sed etiã pater & filius. Vnde Christus ait. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Sap. 1.

1. Ioan. 4.

Ioan. 14.

Ioan. 15.

Ioan. 14.

Si autem Christus in uobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus uiuit propter iustificationem.

OSTENDIT hic quod per gratiam Christi siue per Spiritum sanctum liberamur a pœna. Et primo quod in futuro seculo liberabimur a morte corporali, & hoc mundo a spirituali propter conformitatem. Si enim Christus per spiritum suũ est in vobis, debetis ei conformes esse. Christus autem sic venit in mundum, vt quãtum ad spiritum, esse plenus gratia & veritate, & quantum ad corpus, in similitudinem carnis peccati, id est, habens carnem passibilem & morti subiectã, ut dictũ est. Ideo & hoc oportet esse in vobis, Quod corpus quidem vestrum, quod adhuc manet in carne vestra, mortuum est, id est, necessitati mortis addictum & subiectum, secundum illud, Quacunque die comederitis, morte moriemini, id est, necessitati mortis subiecti eritis vt conformemur Christo quem oportuit sic pati, & ita intrare in gloriam suam. Ita congruum est, vt nos a peccato liberati, in exercitium vir-
A tutis haberemus mortalia corpora, in quibus cruces nostras tollentes ipsum sequeremur. Spiritus vero vester, qui iam renouatus est a peccato, uiuit vita gratiæ, propter iustificationem, per quã iustificamur a Deo, & viuimus ipsi, iuxta illud, Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei, & supra. 1. Iustus ex fide viuit.

Ioan. 1.

Super eod.

Gen. 2.

Luc. 24.

Gal. 2.

Quod si spiritus eius, qui suscitauit Iesum a mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, uiuificauit & mortalia corpora uestra, propter inhabitantem spiritum eius in uobis.

HIC ostendit quid consequamur ex spiritu sancto, inquantum est Dei patris, quia resurrectionem corporalem & totalem liberationem a morte in futuro seculo. Vnde dicit. [Quod si spiritus eius,] scilicet Dei patris qui suscitauit Iesum a mortuis. Vnde Dauid in persona eius petebat. Tu autem domine miserere mei, & resuscita me. Et D. Petrus Hunc Deus suscitauit a mortuis. Nec obstat quod Christus sua propria virtute resurrexit, cum eadem sit virtus patris, & filii. Ideo idem pater qui suscitauit Iesum a mortuis, viuificabit mortalia corpora vestra. Non dicit mortua, sed mortalia, quia in resurrectione nõ solũ a corporibus vestris auferetur, quod

Psal. 40.

Act. 3.

sint

sint mortua, id est, necessitas mortis, verum etiam quod sint mortalia, id est, potentia non mori, quale fuit corpus Adæ ante peccatum, quia non solum ab actuali morte, sed etiam a mortalitate & passibilitate liberabuntur & seruabuntur. Tunc implebi-
Esa. 26. tur illud Esaiæ, Viuent mortui tui Et hoc propter inhabitantem spiritum eius in vobis, id est, virtute Spiritus sancti inhabitantis in vobis. Vnde Ezch. 37. Hæc dicit do-
1. Cor. 6. minus Deus ossibus his, Ecce ego immittam in vobis spiritum, & viuetis & hoc propter dignitatem quam corpora vestra habent, ex eo quod fuerunt receptacula Spiritus sancti, secundum illud, An nescitis quod membra vestra templum sunt Spiritus
1. Cor. 15. sancti. Ideo resurgent impassibilia, non corpora reproborum, quoniam scriptum est: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, scilicet in melius, a passibilitate in impassibilitatem.

Ergo fratres, debitores sumus, non carni, vt secundum carnem viuamus.

INfert hic vnum corolarium ex dictis, quasi dicat, Dictum est quod per Spiritum sanctum multa nobis proueniunt bona, & quod ex prudētia carnis sequitur mors: Ergo debitores sumus spiritui sancto propter beneficia recepta ab eo, viuamus secundum spiritum, & eius inspirationes sequamur, & non sumus debitores carni, vt se- B
Gal. 5. cundum carnem viuamus, id est, non debemus sequi desideria eius. Vnde Galatis scribens, ait, Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus.

Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu, facta carnis mortificaueritis, viuetis.

Ationem assignat hic prædictæ illationis, & primo quantum ad carnem, dicens, [Si enim, &c.] id est, si concupiscentias carnis sequuti fueritis [moriemini,] scilicet morte culpæ in præsenti, & morte damnationis siue gehennnæ in futuro. Vn-
1. Tim. 5. de ad Tim. scribens ait: Quæ in deliciis viuens mortua est. Secundo assignat rationem quantum ad spiritum, dicens, [Si autem spiritu,] id est, per spiritum, [facta carnis,] id est, opera quæ ex concupiscentia carnis prodeunt, [mortificaueritis,] non dixit occideritis aut interemeritis, quia hoc non possumus. Vnde D. Aug. Carnis con-
Aug. 9. cupiscentiis non consentire magna laus est: omnino autem non habere summa perfectio. [viuetis] vita gratiæ in præsenti & vita gloriæ in futuro. ideo ad huiusmodi
Col. 3. mortificationem hortatur Colo scilicet, scribens, Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, cum vitiis & concupiscentiis.

TERTIA PARS VIII. CAPITIS.

Quicunque enim spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt.

IN hac tertia huius capitis parte Apostolus ostēdit, bona, mercedem, siue effectus Spiritus sancti, inter quos sunt directio, filiatio, vita gloriosa, siue hæreditas æterna, quam probat nos consecuturos, hac ratione, Quicunque sunt filii consequuntur
Psal. 142. hæreditatem patris, sed nos sumus filii, igitur, &c. Apost. hic ponit minorem huius syllogismi cum eius probatione, dicens, Quicunque spiritu dei aguntur, sicut quodam directore & ductore, qui deducit eos in terram rectam interius illuminando quę C
facere debeant, sunt filii Dei, Homo autem spiritualis non tantum instruitur a Spiritu sancto, quid agere debeat, sed etiam cor eius a Spiritu sancto mouetur, ideo plus intelligendum est in hoc quod dicitur, [Quicunque spiritu Dei aguntur.] Illa enim agi dicuntur quæ quodam superiori instinctu & motione mouentur, vnde bruta dicuntur agi, quia a natura mouentur ad suas actiones, & non ex proprio motu agunt.
Esa. 59. similiter homo spiritualis, non quasi ex motu proprię voluntatis principaliter, sed ex instinctu Spiritus sācti, inclinatur ad aliquid agēdū, secundū illud, Cū venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus Dei cogit, Vnde & Christus agitabatur a spiritu.

Non

Non tamen per hoc sequitur, quod viri spirituales libere non operentur. Quia Spiritus sanctus disponit omnia suauiter, id est, secundum modum suæ naturæ, scilicet naturalia naturaliter, & libera libere. Et hoc modo debet intelligi illud, Deus est qui operatur velle & perficere pro sua bona voluntate. Quantū ad secundum dicit, Hi filii Dei sunt. Et hoc manifestum est ex similitudine filiorum carnaliū, qui per semen carnale a patre procedente generantur. Semen autem spirituale a Deo patre procedens, est Spiritus sanctus. Et ideo per hoc semen aliqui homines in filios Dei generantur, iuxta illud, Qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen Dei manet in eo. Et nota hic secundum D. Chrys. quod non dicit hic, hi qui spiritum Dei acceperunt, ad notandum quod non sufficit semel imbui & recipere Spiritum sanctum, sed continue & perseueranter agi ad consequendam filiorum Dei hæreditatem. Lutherani hæc verba, Quicunque spiritu Dei aguntur, existimant pro ipsis pugnare ad demoliendam arbitrii libertatem, verum quia de his abundè disseruimus, ideo pertranseundum duximus, quo ad hunc locum tamen sufficiet prædicta Sapiens responsio, quod Deus disponit omnia suauiter, hoc est secundum modum suum, naturalia naturaliter, & libera libere absque coactione & necessitate. Et ideo agi hic non debet accipi pro cogi aut necessitati, sed solum vt dicit præmotionem spiritus sancti.

Luc. 4. Sap. 8. Phil. 2. 1. Ioan. 3. Sap. 8.

Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum.

D HIC dupliciter probat quod accipientes Spiritum sanctum sunt filii Dei. Primo quidem ex distinctione donorum Spiritus sancti. Ad cuius euidentiam considerandum est quod Spiritus sanctus duos effectus facit in nobis, vnus est timor, de quo Esa 11. Repleuit eum spiritu timoris domini. Alius effectus est amor, de quo supra 5 cap. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Timor autem facit seruos, non autem amor. Veruntamen circa hoc notandum est quod timor habet duo obiecta. Vnum est malum, quod quis timendo refugit, quod est duplex, scilicet pœnæ vel culpæ. Aliud obiectum est illud a quo sibi hoc malum imminere videtur, dicitur enim homo timere occasionem, & regem qui occidere potest. Contingit autem quandoq; quod malum pœnæ, quod quis refugit, est contrarium bono corporali vel temporali, quod quis interdum inordinate amat, & refugit pati ab aliquo homine temporali. Et hic timor dicitur humanus vel mundanus, & talis non est a spiritu sancto, quia turpis est & prohibitus a Christo: Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. Alius est timor, quo quis refugit malum quod contrariatur bono naturali, qui causatur ex amore. Homo enim naturaliter se amat. Si refugit hoc pœnę malum pati, a causa spirituali, scilicet a Deo, hic timor est laudabilis, quātum ad hoc saltem quod Deum timet, iuxta illud. Quis det eos talē habere mentē, ut timeant me, & secundū hoc hic timor est a spiritu sancto. Sed inquantum talis timor, non refugit malum quod opponitur bono spirituali, s. peccatum, sed solā pœnā, non est laudabilis, & iste defectus non est à spiritu sancto sed ex culpa hominis, prout fides informis quantum ad id quod est fidei, est à Spiritu sancto, non tamen eius informitas. Vnde & si quis per huiusmodi timorem bonū faciat, non tamen bene facit, quia non facit sponte, sed coactus metu pœnæ, quod est seruorum. Et ideo timor iste proprie dicitur seruilis, quia non facit hominem seruiliter operari. Est autem tertius timor quo quis refugit malum, quod opponitur bono spirituali, scilicet peccatum vel separationem a Deo, & hoc timet incurrere ex

Mat. 10. Deut. 5.

E iusta Dei vindicta. & sic quātum ad vtrumq; obiectum, respicit rem piritualem, nihilominus tamen habet oculum ad pœnam, & iste timor dicitur initialis, quia solet esset in hominibus ab initio sue conuersionis, timent enim pœnam propter peccata præterita, & timent separari a Deo per peccatum propter gratiam & charitatē infusam, & de hoc dicitur. Timor domini initium sapientiæ. Si autem timor, quo quis refugit malum oppositum bono spirituali, ex vtraque parte habeat oculum solum ad rem spiritualem, vt cum homo nihil aliud timet quam separari a Deo talis

Psal. 110.

timor

Psal. 18. timor dicitur filialis, castus, ac sanctus, qui permanet in seculum seculi. Et quemadmodum timor initialis causatur ex charitate imperfecta, quia, vt D. Ioan ait, perfecta charitas foras mittit timorem. Sic timor filialis & castus non repugnat charitati, quæ est causa vtriusque, Quia sicut timor facit seruitutem, ita & amor charitatis facit libertatem filiorum, facit enim voluntarie ad honorem Dei operari, quod est proprie filiorum. His suppositis aduertendum quod lex vetus data est in timore, quem significabant tonitrua & fulgura micantia super terram terribile enim erat quod videbatur & audiebatur. Ideo lex vetus per inflictionem pœnarum inducens ad mandata Dei seruanda, dicitur data in spiritu seruitutis, in timore. ideo Apostolo comparat testamentum vetus Agar ancillæ, dicens, Hæc sunt duo testamenta, vnum in monte Syna in seruitutem generans, quæ est Agar. & idem recte dictum est, quod qui spiritu Dei aguntur, hic sunt filii Dei, Non enim iterum in noua lege, prout fuit in veteri, accepistis spiritum seruitutis in timore, scilicet pœnarum, quem timorem tunc Spiritus sanctus per signa exteriora faciebat Sed accepistis spiritum, scilicet charitatis qui est adoptionis filiorum, id est, per quem adoptamur in filios Dei, iuxta illud, Vt adoptionem filiorum recuperemus. Non tamen hoc dicitur quasi sit alius spiritus, sed quia idem est Spiritus sanctus, qui in quibusdam facit per signa exteriora timorem seruilem, quasi imperfectum, in aliis autem facit amorem quasi quoddam E

Psal. 81. perfectum. Non tamen existimandum est quod nullus ex patribus legis veteris recepit spiritum adoptionis filiorum, Nam gratia gratum faciens, quam aliqui ex eis habebant, erat eiusdem speciei cum gratia nouæ legis, & filios Dei constituebat. Vnde Dauid, Ego dixi dii estis, & filii excelsi omnes. Et Esa 1. Filios enutriui & exaltaui. & Christus, Multi venient ab oriente & occidente, &c Filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores. ideo illi pertinebant ad legem nouam, prout Christiani, qui nunc solo timore pœnæ seruant legem euangelicam, dicuntur serui & accepisse spiritum seruitutis in timore, pertinent ad legem veterem. Apostolus enim hic ponit discrimen inter nouam & veterem legem, quæ dum ex vna parte peccatū ostenderet, & ex alia gratiam non conferret, & quæ in signis terribilibus data erat, ex se nihil ad opera charitatis iuuaret, prout lex noua, quemadmodum supra dictum est. Notandum præterea quod timor seruilis non est secundum se malus, prout adulterium, originatur enim ex amore sui, qui secundum se non est semper illicitus, neque contrariatur charitati, quæ seipsum post Deū super alios diligere præcipit. Sed eiusdem rationis est quod homo cupiat bonum suum, & timeat eo priuari. vnde sequitur quod timor seruilis non est de se malus, nisi quando quis constituit vltimum finem in seipso, vt si solum omitteret transgredi vel seruare præcepta, ne sit damnatus. Ita quod secluso inferno & aliis pœnis, transgrederetur & male ageret, ille timor esset malus. Sed illa seruilitas non est de essentia timoris, prout nec informitas de essentia fidei, vt dictum est, Essentia enim habitus vel actus accipitur ex obiecto. Obiectum autem timoris seruilis est pœna. Sed accidit pœnæ quod bonum, cui contrariatur pœna, ametur tanquam finis vltimus, et per consequens plus timeatur quam Deus, quod cum contingit in habente charitatem, qui bonum, cui contrariatur pœna, non plus diligit quam Deum, quia propter illud nollet offendere. Vnde glo. dicit, Vnus est spiritus, qui duos timores facit, scilicet, seruilem & castum, sed nullum malum culpæ procedit a Spiritu sancto. Igitur timor seruilis non est de se malus. Nec obstat quod

Augu. 9. D. August ibidem dicit, Qui timore aliquid facit, & si bonum sit, tamen non bene

Iob 1. facit. Quia intelligit de eo qui facit aliquid ex timore seruili, vt seruilis est, ac etiam

Greg 9. dictum D. Greg. super illud, Quare non in vulua mortuus sum. Cum ex peccato A plus pœna metuitur, nec amica Dei facies non amatur. Cum ergo timor seruilis non sit secundum se malus, sequitur quod contritio ab illo originata non facit contritum hypocritam, neque magis peccatorem, vt impie volunt Lutherani. Contritio enim potest duplicem habere originem, scilicet a timore filiali & seruili. Primo quidem

Psal. 46. oriri potest ex diuinæ bonitatis consideratione, per quam ad eum tanquā ad patrem

supra. 1. cum fiducia recurrimus, secundum illud, Beneplacitum est domino super timentes

2.

eum,

eum, & in eis qui sperant in misericordia eius, & illud. An ignoras quod benignitas Dei, &c nulli autem dubium est, quin talis contritio sit sanctior quam illa quę ori ginatur a timore seruili. Verum sæpenumero & vt in pluribus fragilitas & imperfectio nostra impedit ne faciliter oculos mentis nostræ ad terrena depressos ad bonitatem Dei attollamus, & eleuemus, nisi prius iram aliquam seu pœnam senserimus aut apprehenderimus. Vnde Dauid, cum occideret eos, quærebant eum, &c. & alibi, Clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorū liberauit eos quod non fecisset, si clamor ille ex timore seruili procedens, esset exitialis. Communiter igitur & in contritione, qua quis se peccasse grauiter dolet, cum uoto seu proposito vitam in melius commutandi, incipit a fine informi & timore seruili, sed non perficitur, donec deuentum fuerit ad fidem formatam & timorē filialem, fides enim in hac contritione ostendit Deum iustum & veracem, punientem seuerissimè criminatā in hoc seculo quam in futuro, & qualiter peccator gehēna ignis dignus est, & sit paratus ad tormenta, & nisi doleat & pœniteat. Si consciētia nostra his assentiat, generatur timor seruilis, qui fidei adiunctus grauem animi concussionem, & amaritudinem siue dolorem causat, quo superbia cordis nostri frangitur, & veteris hominis affectus siue peccata conteruntur, insurgitque votum seu desiderium pœnitendi seu nouæ vitæ. Ostendit pariter fides Dei bonitatem & summam clementiam promissionemq; indulgendi, si pœniteat. Succedit timor filialis, & peccata displicent, non solum quia protrahunt ad gehennam, sed etiā quia patrem optimum offendunt, quem proponit amplius non offendere propter eius dignitatem, etiam si nulla esset gehenna, aut plaga, prout videre licet in filiis pronectis & sapientibus, qui non timent amplius virgas, sed patris offensam. Et ideo sancti Patres docuerunt pœnitentiam a timore seruili non ineptè ordiri D. August. hunc timorem comparat setæ Seta enim prius intrat, & nisi exierit, non succedit linum. Sic timor serui is primo occupat mentem, sed non remanet, quia ideo intrauit vt induceret charitatem. Et quanto illa crescit, tanto timor decrescit. Vnde D. Ioan Timor pœnam habet. Charitas autem, (scilicet perfecta) foras mittit timorē. Ideo D. Basilius vocat timorem seruilem Isagogicum, hoc est, introductorium. Et D. Greg. sequēs D. Hieronymum, dicit. Sicut mulier ad partum appropinquans dolore cogitur exclamare, sic nos in angustia requirimus te. Et D. Chrysostomus docet ante oculos ponere mala nostra, & gehennam, & diem iudicii, & separationem a Deo. & multa alia mala recenset ante oculos proponenda, vt compunctionē cordis valeamus obtinere. Per hunc modum reuocabant prophetæ olim populum a peccatis, Inter eos Ionas, qui Niniuitis dicebat, Adhuc quadraginta dies & Niniuæ subuertetur, Et Deus approbauit pœnitentiam eorum a timore seruili ortam. Esaias etiam dixit Ezechiæ. Dispone domui tuæ, quia morieris, & non viues. [Hunc timorem seruilem incussit peccatoribus D. Ioannes Baptista, dicens Progenies seu genimina viperarum, quis docebit vos fugere a ventura ira Iam securis ad radicem arboris posita est. Omnis arbor quæ non facit fructum bonū, excidetur & in ignem mittetur. Christus etiam sæpe comminatus est peccatoribus gehennam, ignem æternū tenebras exteriores, non alia causa, nisi ut ad contritionem & pœnitentiam eos induceret, vnde dicebat. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis Recitauit parabolam de diuite epulone, & de ficulnea, atq;. Timete eum qui postquam occiderit corpus, habet potestatem ponendi animam in gehennam, & hunc timendum ea ratione repetit dicens. Amen dico vobis, hunc timete. Et tandem terribilissimā contra reprobos ferendam reuelauit. Ex præmissis apparet quam impie Luthetus & sui sequaces, non solum in prædicatores, verum etiā in sanctos, quinimo & in Christum debaccati sunt, dicentes, prædicatores malè agere, inducendo homines ad pœnitentiā per timorem seruilem. [In quo clamamus, abba pater.] Hic probat quod illi qui spiritu Dei aguntur, sunt filii Dei ex nostra confessione. Profitemur enim nos patrem habere Deum, instructi a domino dicente. Cum oratis, dicite pater noster qui es in cœlis, hoc autem conuenit dicere non solum Iudæis, sed etiam Gentibus

Margin notes: Psal. 46. Supra 2. B Psal. 77. Psal. 106. 1. Ioan. 4. Gregorius super 106. 20 super. Esa. 26. C Ionæ. 3. Esa. 38. Mat. 3. Luc. 3. Luc. 13. Luc. 16. Matt. 10. Mat. 6.

n

tibus. Ideo duo ponit idem significantia, scilicet Abba, quod est hebræum, & pater, quod ex latinum, vel græcum, vt ostendat hoc ad vtrunque populum pertinere. Vnde Christus dicebat. Abba pater omnia tibi possibilia sunt. Et dominus per Hieremiam, Patrem me vocabis Hoc autem dicimus non tantum sono vocis, verum etiã intentione cordis, quæ quidé propter sui magnitudinem clamor dicitur, prout Moysi tacenti & interius oranti, dixit dominus. quid clamas ad me, scilicet intentione. Hæc autem magnitudo intentionis procedit ex effectu filialis amoris, quem in nobis Spiritus sanctus facit, & ideo dicit, in quo, scilicet Spiritus sancto, [Clamamus Abba pater]Esaias etiam dicit quod Seraphim qui interpretantur ardentes in amore Dei, clamabant alter ad alterum.

Marc. 14
Hier. 3.
Exod 14.
Esa. 6.
D

Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei.

APOSTOLVS hic ostẽdit quod qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei, ex Spiritus sancti testimonio, ne forte aliquis dicat quod nos in nostra confessione decipimur, quia, ut Psal ait. Omnis homo mendax, quasi dicat, ideo dico quod in Spiritu sancto clamamus, Abba pater, quia ipse Spiritus sanctus qui nec fallere, nec falli potest, testimonium reddit spiritui nostro, non quidem exteriori voce ad aures hominum, sicut pater protestatus est de filio suo, sed reddit testimoniũ per effectũ amoris filialis, quem in nobis facit. Et ideo dicit quod testimonium reddit, non auribus, sed occulto dictamine spiritui nostro Ex præmissis verbis, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, iunctis istis, Ipse enim spiritus testimonium reddit, &c & aliquibus aliis passibus sacræ scripturæ contortis & preperam intellectis, Lutherani inferunt quod quicunque est iustificatus & in gratia, est certus se esse iustificatum, siue se esse in gratia, certitudine nullam dubitationem permittente, siue certitudine fidei, cui falsum subesse non potest, nec per eam homo decipi Cuius oppositum determinatum fuit in concilio Tridentino. sessione 6. decr to 9. vbi dicitur. Quanuis necessarium sit credere neque remitti, neque remissa fuisse vnquã peccata, nisi gratis diuina misericordia propter Christum, Nemini tamen fiduciam & certitudinem remissionis iactanti, & in ea solã quiescenti, peccata dimitti, vel dimissa esse dicendum est. Cum apud hæreticos & schismaticos esse possit, imo nostra tempestate sit, & magna contra Ecclesiam contentione prædicetur, vana hæc & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud asserendum est oportere eos qui vere iustificati sunt, absque vlla omnino dubitatione apud semetipsos statuere posse se esse iustificatos Neminemque a peccatis absolui, nisi eum qui certo credat se absolutum & iustificatum esse, atq; hac sola fide absolutionem & iustificationem perfici, quasi qui hoc non credit de Dei promissis, deq; mortis & resurrectionis Christi & efficacia dubitet, Nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deque sacramentorum virtute & efficacia dubitare debet, sic quilibet, dum seipsum suamq; propriam infirmitatem & indispositionem respicit, de sua gratia formidare & timere potest. Cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei consecutum. Hactenus ibi, quod quidem decretum fulciri potest authoritatibus sacræ scripturæ, Iob enim dicit, Si venerit ad me non videbo eũ, si abierit, non intelligam & post pauca dicit. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me. Si innocentem me ostendere, prauum me comprobauit. Etiam si simplex fuero hoc ipsum ignorat anima mea. Deinde subiungit, Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. Et Hier. 17 Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? & Dauid. Delicta quis intelligit. deinde subiungit, ab occultis meis munda me. Qui verò petit ab occultis mundari, non habet certitudinem fidei quod sit mundus Vnde Salomon. Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum a peccato. & alibi. Beatus homo qui semper est pauidus. Et Sapiens De propitiatu peccatorum noli esse sine metu. Sed, ille qui timet, non habet securitatem neque talem certitudinem Et Salomon. Nemo scit vtrum odio vel amore dignus sit Et Apost. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus

Mat. 3.
E
Iob 9.
Psal. 18.
Prou. 20.
Prou 28.
Eccle 5
Eccle. 9.

qui

qui aūt me iudicat, Dominus est. Et quāuis Lutherani pro more suo prædictas authoritates contorqueant, nobis tamē standum est prædictæ interpretationi & determinationi Ecclesiæ, quæ errare non potest. Omnes enim orthodoxi doctores vsq; ad hæc tēpora idem senserunt D. Hier. super illud Michee. Dominus quærit a te facere iudicium, & diligere misericordiam & solicitum ambulare cū Deo. Et super illud Ionæ, Quis scit si conuertatur. Et D. Augustinus super illud, Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Et Diuus Gregorius 18 moralium super illud, Etiā si simplex fuero, &c Et Diuus Ambrosius super illud, Nihil mihi cōscius sum. Et Diuus Chrysostomus in eodem loco dicit, quod tribus rationibus circa huiusmodi incertum est nostrum iudicium. Prima quidem quod & si nihil ipsi conscii simus, eius tamen indigemus qui peccata nostra certa ratione corripiat. Altera quod multa opera nostra nos latent. Tertia quod multa aliorum opera nobis bona videntur, quæ non recta fiunt sententia, eadem ratione nostra, vnde Christus, Venit hora vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo. Et idem Chrysostomus super Matthæum opere imperfecto, homilia 38 Et Diuus Bernardus in pluribus locis, maximè Apistola. 42 Ad archiepiscopum Senonen. Ad ampliorem tamen huiusmodi euidentiam & clariorem argumentorum in oppositum solutionem, sciendum est ex Diuo Thoma quod tripliciter aliquid cognosci potest. Vno modo per specialem Dei reuelationem interiorem, vel exteriorem, Reuelat enim Deus aliquibus ex speciali priuilegio, vt securitatis gaudium in hac mortali vita in eis incipiat, vt factum legimus D. Virgini exterius per Angelum, Aue gratia plena, &c. & Apostolus interius, Sufficit tibi gratia mea. Et talem reuelationem habentes certi sunt certitudine fidei absque vlla penitus dubitatione Alio modo aliquis cognoscit certitudinaliter aliquid per seipsum, vt qui habet demonstrationem huius conclusionis, omnis homo est risibilis, scit illam certitudinaliter certitudine euidentiæ omnem prosus dubitationem excludente. Nullus autem hanc euidentiam de se in particulari habere pōt, quod sit in gratia. Et rō est, quia talis certitudo haberi non potest de aliquo, nisi possit diiudicari per proprium principium. Sic enim certitudo habetur de conclusionibus demonstrationis per principia indemonstrabilia, & certitudo fidei per proprium principium fidei, quod est diuina reuelatio, & obiectum fidei est ipse Deus, qui propter suam excellentiam est nobis ignotus, secundum illud, Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram. & ideo eius præsentia in nobis, quæ est per gratiam, non potest per certitudinem cognosci nisi ipse reuelet, secundum authoritatem Iob & alias allegatas. Sed Deus licet in vniuersali declarauerit & sub conditione, qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Et qui manducat me, ipse viuet propter me. Non tamen omnibus nec communiter reuelat in particulari, igitur absolute in particulari sciri non potest, absque particulari reuelatione. Præterea habitum fidei non generat assensum, nisi circa proprium obiectum. obiectum autem fidei non est nisi Deus reuelans, & illa quæ ab eo sunt reuelata. Sed vt dictū est, Deus non reuelat communiter omnibus particulari, sed solum in genere & conditionaliter, si crediderit, si speraueritt, si mandata seruauerit. Igitur, &c Insuper illa certitudo, qua communiter cognoscimus nos esse in gratia Dei, ex duobus pendet. Primo ex firmitate diuinæ promissionis, quæ est firmissima & indefectibilis Secundo ex nostra dispositione. Sed non habemus promissionem gratiæ in particulari, nisi illi quibus specialiter facta est, licet possimus habere certitudinem moralem per quasdam coniecturas, non tamen fidei cui falsum subesse non possit, vt probatum est, igitur. Rursus modo apparet vnde adueniat homini illa certitudo fidei, cui falsum subesse non potest, quia vt dictum est, vel ex speciali reuelatione, & de hoc non est controuersia, vel ex fide, & hoc improbatum est, vel ex operibus nostris. Et hoc, non quia incerta sunt, & putamus aliquando bene agere, cum male facimus. Igitur talem certitudinem fidei habere est impossibile, nisi forte apud Lutheranos, qui dicunt solam fidem iustificare, et fidem non posse separari a charitate, quæ sunt hæretica, vt ostendimus supra primo ca. interpretādo illud, Iustus ex fide viuit.

1. Cor 4. Luc 22 Hieron 9. Mich 6. Ionæ. 3. Aug 9. Psal. 50. Greg 9. Iob. 9. Ambro. in 1. Cor. 4. Chrys. ibi. Ioan. 4. Chryso. Bernar. 2 2. q. 112. art. 4. Luc. 1. 2. Cor. 12. Iob. 36. Marc. vlt.

Tertio cognoscitur aliquid coniecturaliter per aliqua signa, & hoc modo aliquis po test cognoscere se habere gratiam, inquantum, scilicet percipit se delectari in deo, et contemnere res mundanas, et inquantum homo non est sibi conscius alicuius pec cati mortalis, et cũ libenter audit verba Dei & executioni demandat seruando om

Apoc: 2. nia præcepta, secundum quẽ modum potest intelligi quod scribitur in Apocal Vin centi dabo manna absconditum, quod nemo nouit nisi qui accipit, quia, scilicet ille, qui accipit gratiam, per quandam experientiam dulcedinis nouit, quam non ex peritur ille qui non accipit hæc tamen cognitio imperfecta est, quia (vt dictum est) Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me domine. Ex præmissis sufficiens apparet responsio, ad omnia quæ possunt obiici. Attamen ne Lutheranorum fucus et præsumptuosa exaggeratio aliquem cespitare faciat, principaliora eorum tela specia liter reiiciemus, & primo quantum ad hunc locum. Ipse enim spiritus testimonium, &c. Dicendum quod ipse spiritus communiter reddit testimonium coniecturale per quędam signa intrinseca, siue per quasdam coniecturas, illæ tamen, vt di ctum est, non faciunt certitudinem fidei, quæ non est nisi de reuelatis. Testimoniũ enim hoc, de quo hic loquitur, est quod spiritus sanctus inhabitans eos allicit, vt non timore vt antiqui olim serui sub lege Moysi, sed prompto amore filiali pareant, iusſaq; Dei spontanee faciant, tanquam filii idonei ad hæreditatem consequendam. Non tamen statim (vt experimur) ab insipientibus radicitus euellit timorem illum seruilem, qui via fuit ad charitatem Ne huiusmodi certitudinem moralem, subito, neq; æqualiter in omnibus facit, sed secundum successum temporis & dispositionẽ personarum eam probabilitatem facit, quæ more humano metum propellere securumq́, hominem facere consueuit, vt ego sum nunc certus Romam stare, licet non habeam certitudinem fidei diuinæ, quia licet audiuerim a multis probis viris illam fore, vel forte viderim Sed an nunc extet certum non habeo, tali certitudine quæ est fidei, quin dubitem propter potentiam dei, quæ illam sicut Sodomam in momento subuertere potest In reuelatis autem nulla cadit dubitatio, cũ deus sit verax, imo & ipsa veritas, nec mentiri possit. & ideo fidei non potest subesse falsum. Sic etiam licet coniecturam habeam ex signis supradictis me esse in gratia, tamẽ in firmitatem & fragilitatem et cordis profunditatem inscrutabilem considerans, non potest esse a Deo certum, sicut ea quæ sunt fidei, id est, a deo reuelata, in quibus nul la cadere potest dubitatio, vnde certitudo coniecturalis dicitur ex parte subiecti, sed nõ ex parte obiecti. Certitudo hæreticorũ est ex parte subiecti, quæ re vera dici tur præsumptio & temeritas, quia ex sua falsa apprehensione ita arbitrantur esse, ac si ita esset, Nec obilat etiam quod adducunt, ex Apostolo supra. 4. c. Non enim per legem promissio Abrahæ aut semini eius, vt hæres esset mũdi, sed per iustitiã fidei, & post pauca subdit, ideo ex fide, vt secundũ gratiã firma sit promissio omni semini Abrahæ, ex quo inferunt quod ad talem fidem adnascitur eis ab eadem fide certa & firma reuelatio, quod aliquis sit in gratia, cum certus sit se habere fidem. Sed vn de obsecro hæc illatio? Quia ibi loquitur Apostolus de promissione Christi venturi, quæ promissio non fuit ex lege, nec ex obseruatione legis, sed per gratuitam volun tatem facta fuit Abrahæ, quæ quidem promissio facta, fuit firma & certissima per fi dem absque operibus & obseruatione legis, quæ non merebatur illam promissionẽ. B

Matt 19. Vel loquitur de promissione in communi et in genere, quæ est conditionalis, vt dictum est, vnde Christus. Si vis ad vitã ingredi, serua mandata. At quis est certus se impleuisse omnia præcepta Dei, maxime de dilectione Dei supra omnia, & de pœnitentia, cum multa lateant in inscrutabili corde hominis. Licet enim quis scire possit se habere fidem historiam, quam ipsi vocant, non tamen potest habere certitudinem se habere fidem viuam siue formatam, per dilectionem operantem.

Ephe. 3. Non obstat pariter illud quod Apostolus dicit. In quo (scilicet Christo) habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius In hoc enim decipiuntur Lutherani, quia non distinguunt inter fidem & fiduciam, licet enim in scripturis iubeamur habere fidem, id est, credere dictis Dei, nemo tamen tenetur habere fidem

C dem, id est, firmam & certam persuasionem siue assensum suæ salutis, sed solum fiduciam siue spem conditionaliter, si perseuerauerit vsque in finem, quæ potest esse sine certitudine particularis fidei. Vnde diuus Ioannes in causa fiduciæ non solum posuit fidem, sed etiam charitatem, ait enim. Charissimi, si cor nostrum non reprehendat nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodiuimus, & ea quæ plac ita sunt coram eo, facimus: Sed quis absque quacunque dubitatione horum certitudinem habere potest? Et sic magnum argumentum est quod certido nostra confirmetur ex nostra conscientia, quę proculdubio ex operibus gignitur & pendet. At qui conscientia non potest esse certa propter inscrutabilitatem cordis, igitur. Non obstat igitur illud Apostol. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ a Deo donata sunt nobis. Sed gratia est primum donum Dei, ergo homo qui accipit spiritum sanctum, scit per eundem spiritum gratiā sibi datam, quia ibi loquitur de scientia siue cognitione in generali, vel, vt D. Thomas ait, loquitur de donis gloriæ quæ sunt nobis data in spe, & in communi, quæ certissime cognoscimus per fidem, sed non in particulari. Vel potest dici quod loquitur de notitia priuilegiata, quæ est per specialem reuelationem. Vnde subdit, Nobis autem reuelauit Deus per spiritum sanctum. Non obstat præterea id quod Apostolus in hoc cap dicit. Quis nos separauit a charitate Dei. Quia per illa verba nō habemus quod scimus certe in particulari, nisi per specialem reuelationem, quam habebat, & quo ad alios hoc dicit propter electos, qui finaliter non separabuntur, nec etiam nos si perseuerauerimus propter tot & tanta beneficia Dei, ad quę consequitur, quod quicquid accidat non debemus ab eo separari, licet plurimi se separent. Si obiiciatur id quod ex persona Domini dicitur Abrahæ. Nunc cognoui, id est, cognoscere te feci, quod timeas Dominū. & loquitur ibi de timore casto, qui non est absq; gratia. Dicendum quod dictum il lud referri potest ad reuelationem specialem, vel ad notitiam experimentalem, quæ est per exhibitionem operis, in illo enim opere quod fecerat Abraham, cognoscere potuit experimentaliter se Dei timorem habere Si arguatur ex illo quod adductum est pro parte negatiua ex Ecclesiaste. Nemo D scit an amore vel odio dignus sit. Quod aliquis potest habere certitudinem, quod est in odio, & esse in peccato mortali, ergo eadem ratione poterit aliquis habere certitudinem, quod est in gratia & amore. Negatur illatio, quia non intelligitur æqualiter, eo quod peccatū nostro consensu pendet, & non gratia, vel si dicat æqualitatem, intelligi debet de odio reprobationis & amore prædestinationis, quæ sunt nobis occulta. Si dicatur quod perfectissima cognitio est eorum quæ sunt in anima per essentiam, vt Aug. ait Sed gratia est in essentia animæ. Dicendū quod illa quæ sunt per essentiam sui in anima, siue quæ fluunt ab essentia animæ vt potentiæ, cognoscuntur experimentaliter, inquantum homo per actus cognoscit principia intrinseca, vt voluntatem percipimus volendo & alias potentias per suos actus. Sed gratia non fluit ab essentia animæ, sed infunditur a Deo.

Margin: 1. Ioan. 3. — 1. Cor. 2. — Gen. 22. — Eccle. 9. — 12. Super Gen. ad lit.

Si autem filii, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.

APOSTOLVS hic ponit maiorem syllogismi propositi in principio huius partis. 8. c Et ostendit quod filiis debeatur hæreditas, dicens Si autem aliqui sunt filii, ex filiatione consequuntur hęreditatem patris, qui debet thesaurizare filiis. Sic illi qui sunt filii Dei adoptiui, per gratiam spiritus sancti erunt hæredes Dei. Quia non solum filio naturali, sed etiam adoptiuo debetur hæreditas, ad quam, vt D Petrus ait, regenerauit nos in spem viuam per resurrectionē Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminata, & immarcescibilem, hæc hæreditas præclara erat Dauid. Deinde describit quę sit ista hæreditas, quantum ad Deum, dicens hæredes quidem Dei, tanquam patris. Dicitur autem aliquis hæres alicuius, qui principalia eius bona percipit siue adipiscitur. non aūt qui aliqua mu-

Margin: 2. Cor. 12. — 1. Pet. 1. — Psal. 15. — Gen. 25.

nuscula siue legata particularia recipit, vnde legimus quod Abraham dedit cuncta quæ possederat filio suo Isaac, filiis autem concubinarum dedit munera. Bonũ autẽ
Psal. 15. principale quo Deus diues est, est ipsemet. Est enim Deus diues per seipsum, & non
Thre. 3. per aliquid aliud extrinsecum, cum bonorum extrinsecorum nõ egeat. Ideo Dauid, Dominus pars hæreditatis meæ. & Hiere. Pars mea Dominus, dixit anima mea. Et in hac hæreditate cõmendatur eximia Dei charitas erga nos. Nunquã enim homo extraneum in filiũ adoptat in ius filii, nisi ob naturalium legitimorumq; filiorum inopiam, quasi alterum substituens loco naturalis, quo caret. Deus autem nõ caret filio naturali, imò habet æqualem sibi, neque nostro indiget obsequio, nihilominus tamen adoptauit nos in filios suos & in ipsam hæreditatem, quæ filio debetur. Si dicatur filius nõ adipiscitur hæreditatem patris, nisi patre mortuo, & vbi plures sunt filii, quilibet illorum non assequitur totam hæreditatem patris, ergo homo nõ potest esse hæ B
1. Tim. 1. res Dei, qui est immortalis Vnde Apost. Regi seculorũ immortali, &c. Dicendum quod illud habet verum in rebus temporalibus, & corporalibus, quæ simul a multis
1. Cor. 13 totaliter possideri nõ possunt, vnde necesse est vnũ discedere, vt alter succedat. Secus tamen est in spiritualibus, quia bona spiritualia simul a multis haberi possunt. Vel dici potest quod Deus decedit in nobis, inquantum primo est per fidem, quæ deficit & euacuatur quando peruenimus ad clarã visionem, quæ est hæreditas. Vnde apparet discrimen inter hæreditatem Dei & hominũ, quia hæreditas inter homines non aditur a successore vsq; ad mortem præcessoris, eo scilicet, quod nõ posset vtrique æqualiter sufficere. Hæreditas autem dei nõ est defuncti successio, sed cõsortium sufficientissimũ & indeficiens, cuius promissio quandam similitudinem habet cum hæreditate
Heb. 9. te hominum, quorũ testamentũ & dispositio morte cõfirmatur. Sic hæreditatis Dei promissio morte Christi, qui est Deus & homo, fuit confirmata. Postmodum describit hanc hæreditatem ex parte Christi, quia cum ipse sit principalis filius, a quo nos
Mat. 21. filiationẽ participamus, ita est principalis hæres, cui nos in hæreditate [illegible]
Mich. 2. vnde Mich. Adhuc hæredem adducam tib. [Si tamen compatimur, vt & conglorificemur] Hic ostendit causam dilationis huius hæreditatis siue vitæ gloriosæ. Et primo ponit causam ex parte passionum, dicens, Si tamẽ compatimur, &c. Cum enim Christus qui est principalis hæres ad hæreditatem gloriæ peruenerit per passiones.
Luc. 24. Vnde ipse dicebat, Nonne oportuit hæc Christũ pati, & ita intrare in gloriam suã?
Luc. 9. Sequitur quod nos non debemus faciliori modo adipisci: vnde ipse dicebat, Si quis
Act. 14. vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et Apost. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ dei. Nõ enim immortale & impassibile corpus statim accipimus, vt simul cũ Christo pati possimus. Ideo dicit, Si compatimur. i. simul patienter sustinemus tribulationes huius mundi, vt cum
2. Tim. 2. Christo conglorificemur. vnde Apost. Si commortui sumus, & conuiuemus, si sustinemus, et cõregnabimus. Ex hoc loco soluuntur multa Lutheranorum argumẽta, qui F
bus impugnant pœnitentiã, ac ieiunia ecclesiæ, & detrahunt operibus meritoriis. Et ex præcedenti textu sic arguunt, Si nulla sunt merita recõciliationis gratiæ, per quã constituimur filii Dei, Ergo nulla sunt merita vitæ æternæ Nã si filii, inquit Apost. & hæredes, atque adeò & si gratis filii, & gratis hæredes, alias Christus non sufficienter satisfecisset. Si hæc argumentatio firma esset, nunquam Apost. adiunxisset, Si
1a epis. ad Sixtũ quæ est. 105. tñ cõpatimur, &c. Et quia de merito sufficiẽter locuti sumus supra. 2. c. tractando illum locum, His qui secundũ patientiã boni operis, &c. Ideo hic nõ prosequemur, sed duntaxat solutionẽ huius argumẽti recitauimus ex D. Aug. qui tractãdo illũ locum, Gratia Dei vita æterna, sciscitatur quasi ex illa sententia subinferens, nullane igitur sunt merita iustorũ? & respõdet, Sũt planè, quia iusti sũt, sed vt iusti fierẽt merita nõ fuerũt. Nec ideo oportet nos cõpati, quasi Christus nõ sufficiẽter pro nobis satisfecerit, sed quia Deus ordinauit satisfactionẽ Christi nobis non applicari, nisi cõformemur imagini filii sui, & nisi tollentes crucem nostram eum sequamur, & ideo pœnitendo, ieiunãdo, & crucem pœnitentię ferendo, nullam iniuriam, sed potius honorẽ ei facimus, qui ordinationi ipsius obedimus, & voluntati suæ nos conformamus.

QVAR-

QVARTA PARS VIII. CAPITIS.

Existimo enim quod non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.

IN hac .4. huius capitis parte Apostolus assignat causam dilationis immortalis vitæ, quæ est hæreditas filiorum Dei, ostendendo excellentiam gloriæ, & comparando eam ad passiones huius temporis. Quia posset aliquis dicere onerosam esse
A se hæreditatem, ad quam nõ potest nisi per passionum tollerantiam perueniri. Ideo dicit, [Existimo, &c.] quasi dicat, dictum est quod debemus compati vt cõglorificemur. Nec debemus passiones & dolores ac tormẽta huius seculi refugere, vt talẽ & tantam gloriam habeamus. Existimo enim ego qui vtrunque sum expertus, & labores & gloriam, quod passiones & dolores huius temporis, non sunt condignæ ad futuram gloriam quæ reuelabitur. In quibus verbis quatuor excellentias illius gloriæ exprimit. Primo æternitatem, cum dicit, [ad futuram,] scilicet, post hoc tempus, nihil autem est post hoc tempus, nisi æternitas. Ideo illa gloria excedit passiones huius temporis, sicut æternum temporale. Vnde & ipse Apostolus, quod in præsenti est momentaneum & leuæ tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Secundo exprimit dignitatem, cum ait [(Gloriã)] quę claritatem quandam dignitatis insinuat, iuxta illud, Exultabunt sancti in gloria. Tertio exprimit manifestationem [(quæ reuelabitur)] Nunc quidem gloriam habent Sancti, sed occultam in conscientia, iuxta illud, Gloria nostra hæc est testimoniũ conscientię nostræ. Tunc autem gloria illa erit in conspectu omnium bonorum & malorũ reuelabitur, De malis scribitur in subitatione insperatæ salutis. Quarto exprimit veritatem, cũ dicit, [In nobis.] Quia in his quæ sunt extra, puta in apparatu diuitiarũ, & in opinione hominũ, est gloria vana, de qua Psal. In multitudine diuitiarũ suarũ gloriantur. Et Salomon, Vanitas vanitatum dicit. Eccle 1. Vanitas vanitatũ & omnia vanitas. Sed illa gloria erit de eo quod est intra hominẽ, vnde Christus inquit, Regnũ dei intra vos est. Sic igitur passiones huius temporis secundũ se consideratæ, multũ deficiunt a quantitate & dignitate huius gloriæ. Vnde per Esa. Domi nus, Ad pũctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. Sed si considerentur huiusmodi passiones, inquãtũ eas aliquis volũtarie sustinet pro pter Deum, ex charitate quã in nobis causat spiritus sanctus, secundũ hoc, est condignitas & ęqualitas inter huiusmodi passiones & vitam, æternã, & per eas homo de cõdigno meretur vitã æternã. Quia spiritus sanctus est fons, cuius aquę i effectus saliunt in vitam æternã Ideo Apost. Bonum certamen certaui, &c. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Non
B solũ autem mihi, sed & his, &c Ex præmissis apparet solutio argumenti Lutheranorũ, qui ex hoc loco Apost gloriantur & iactant meritũ condigni esse funditus euersum. Sed sunt delusi, ignorãtes distinctionẽ præmissam. f. si secundũ se, siue ex parte obiecti, aut secundũ substantiã operis cõsiderãtur, nõ est cõdignitas. Si verò ex parte principii, quod est spiritus sanctus infinitus, tunc est condignitas. Sed de his amplius supra. 2. c. super illo verbo, his qui secũdũ patientiã boni operis, &c. [Nã expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat.] Apost. hic probat ꝙ passiones huius temporis excedunt per excellentiã gloriæ, & primo per expectationem, creaturæ dicens, Nam expectatio &c. ac si diceret, dictũ est quod futura gloria excedit passiones huius tẽporis, hoc manifestum est ex expectatione creaturæ, quia ipsa creatura expęctat reuelationẽ filiorum Dei. Vnde D. Ioan. Nunc filii Dei sumus, & nondũ apparuit quid erimus. Occultatur enim dignitas diuinæ filiationis in sanctis, propter exteriores passiones, per quas nos cõformati oportet Christo. Reuelabitur tandẽ illa dignitas cum immortalitatem & gloriosam vitam suscipient. Ideo impii de tali reuelatione admirati turbabuntur, & dicent, Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Dicit aũt expectatio expectat, vt talis geminatio in tensionem expectationis de

Marginal references: 2. Cor. 11. — 2. Cor. 12. — 2. Cor. 4. — Psal. 49. — 2. Co. 1. — Sap. 5. — Psal. 48. — Luc. 17. — Esa. 54. — Ioan. 4. — 2. Tim. 4. — Ioan. 3. — Supra. 5.

signet, prout et Dauid cum dicit. Expectans expectaui dominū,&c. Ad ampliorem tamen huius textus intelligentiā, sciendū est quod creatura hic tripliciter accipi potest. Primo pro homine iusto, qui specialiter cretura dei dicitur, vel quia permanet in bono, in quo creatus est, vel propter excellētiam, quia omnis creatura ei quodam modo deseruit. Vnde D. Iac. Voluntarie genuit nos verbo veritatis, vt simus aliquod principium creaturæ eius. Hæc creatura. i. homo iustus expectat reuelationem gloriæ filiorū dei, tanquā præmium sibi promissum. Ideo Apost. Expectantes beatā spē & aduentum gloriæ magni dei. Secundo potest hic accipi creatura pro humana natura beatificabili quæ subiicitur donis, gratiæ, quæ nondū in hominibus iniustis formata est, sed est sicut informis. in hominibus autem iustis partim formatam est per gratiam, sed tamen adhuc est informis respectu illius formæ, quā est acceptura per gloriā. Sic igitur ipsa creatura. i. homo secūdū quod cōsideratur in bonis naturæ, expectat reuelationē gloriæ filiorū dei, quod ei cōpetit per gratiā, prout si dicamus q materia expectat formā, vel colores expectant completionem imaginis, vt dicit glo. super illud Iob Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Tertio modo potest intelligi de ipsa creatura sensibili pro elementis, et fabrica mirabili, ex cuius magnitudine horum creator cognoscibiliter potest videri. Huiusmodi autē creatura dupliciter aliquid expectat. Nā expectatio creaturæ sensibilis secūdū quod est a deo, ordinatur ad aliquē finem, quod quidē contingit dupliciter. Vno modo secūdū quod deus imprimit aliquam formam & virtutem naturalē huiusmodi creaturæ ex qua inclinatur ad aliquem finem naturalē, puta si dicamus, quod arbor expectat fructificationē, et ignis expectat locū sursum. Alio modo creatura sensibilis ordinatur ad aliquem finem, qui superexcedit formam naturalem ipsius, sicut enim humanum corpus induetur quadam supernaturali forma gloriæ. Ita tota creatura sensibilis in illa gloria filiorum dei quandam gloriç nouitatē cōsequetur. Vnde D. Ioan. Vidi cœlum nouum & terram nouam, &c. Et per hunc modum creatura sensibilis expectat reuelationem gloriæ filiorum dei.

Psal. 39. — Iac. 1. — Ad Tit. 2. — C — Iob. 14. — Apo. 21

Vanitati enim creatura subiecta est non volens, Sed propter eum qui subiecit eam in spe.

HIC manifestat prædictam expectationem ponendo necessitatem expectationis terminum & signum. Necessitas autem expectandi est ex defectu, cui subiacet creatura. Is enim cui nihil deficit, non habet necessario expectare. Defectum autem creaturæ ostendit, dicens. Vanitati enim creatura subiecta est. Et si per creaturam intelligatur homo iustus, sic intelligitur subiici vanitati, id est, rebus istis corporalibus, quæ sunt mutabilia & caduca. Ideo dicuntur vana a Salomone. Vanitas vanitatum, &c. Subiicitur ergo eis propter necessitatem præsentis vitæ circa ea occupationem habens, non tamen volens, quia homo iustus huiusmodi temporalia non amat, prout illi contra quos Dauid. Vt quid diligitis vanitatem, & quęritis mendacium. Sed tamen huiusmodi vanitati subiicitur creatura, propter eum, &c. id est, propter ordinationem dei, qui subiicit hominem iustum sensibilibus creaturis, in spe tamen vt, scilicet, a tali occupatione homo iustus aliquando liberetur, scilicet, in resurrectione generali, quando non nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli dei in cœlo. Si vero accipiatur creatura pro natura humana, sic est subiecta vanitati, id est, passibilitati. Vnde Dauid. Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens. Non tamen volens. Quia talis vanitas est naturæ humanę in pœnam inflicta. Pœna autem est inuoluntaria, sicut culpa est voluntaria. Huiusmodi tamen passionibus natura humana subiicitur, propter eum, &c. id est, propter ordinationem & sententiam Dei, qui subiecit eam, scilicet, humanam naturam defectibus, in spe tamen quandoque euadendi huiusmodi passiones. Vnde Esa. 28. Non in perpetuum triturans triturabit. Si autem intelligatur de creatura sensibili, sic talis creatura subiecta est vanitati, id est, mutabilitati non volens. Huiusmodi enim defectus,

Eccle. 1. — D — Psal. 4. — Matt. 22. — Psal. 38.

qui sequuntur mutabilitatem, prout corrupta & alia huiusmodi, sunt contra naturam particularem huius vel illius rei, cuius appetitus ad conseruationem sui inclinatur, ideo resistit quantum potest corrumpentibus, licet non sint contra naturam vniuersalem, nihilominus tamen huiusmodi vanitati subiicitur creatura, propter eum, id est, propter ordinationem Dei, qui subiecit eam in spe, id est, expectat one gloriæ nouitatis.

Quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei.

TERMINUM prædictæ expectationis hic declarat Apost. Nõ enim est vana expectatio uel spes, quia et ipsa creatura liberabitur, &c. Et si per creaturã intelligatur homo iustus per seruitutẽ corruptionis, intelligitur a cura quærẽdi victũ et vestitũ, et ab aliis quibus seruitur nostræ mortalitati, quæ est quædã seruitus, a qua liberabuntur sancti tendentes in libertatem gloriæ filiorum Dei. Qui quamuis nunc habeant libertatem iustitiæ, quæ est a seruitute peccati, nondum tamen habet libertatem gloriæ, quæ est liberatio a seruitute miseriæ. Vnde Iob. Quis dimisit onagrum liberum. Si vero per creaturam intelligatur natura humana, ipsa liberabitur a seruitute corruptionis. i. a passibilitate & corruptione, & hoc tendens in libertatem gloriæ filiorum dei, quæ est nõ solum a culpa, sed etiã a morte. Vnde Apost. Absorpta est mors in victoria, &c Si uero intelligatur de creatura sensibili, sic ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, id est mutabilitatis. Quia in qualibet mutatione est aliqua corruptio ut D Aug ait, et etiam Philos in. 8. Phys & hoc in libertatẽ gloriæ filiorũ dei, ut sicut ipsi erunt innouati congruum est ut eorum habitatio innouetur. Vnde per Esa Dominus Ego creabo nouos cœlos, & nouam terrã, et non erunt in memoria priora, id est, prior mutabilitas creaturæ. Quia & ipsa, &c. quasi dicat, secundum primũ sensum, non solum nos Apostoli, sed etiam alii iusti, in sensu autem secundo, non solum iusti, sed etiã humana natura, quæ in quibusdã nõ dũ est regenerata per gratiam In tertio autem sensu, intelligẽdum est ac si dicatur, non solum homines, sed & aliæ creaturæ liberabuntur &c.

Iob. 39.

E 1. Cor. 15.

Esa. 65.

Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc.

HIC ponit signum expectationis dicens, Scimus enim nos Apostoli per spiritum sanctum instructi, & etiam per experientiam, quod omnis creatura ingemiscit & parturit vsq; adhuc. Quod si intelligatur de creatura sensibili, habet difficultatẽ. Primo quidẽ quãtũ ad hoc quod dicit ingemiscit et parturit, hoc enim conuenire nõ videtur, nisi creatura rationali. Sed potest sic exponi, vt hoc quod dicit ingemiscit, idẽ, sit cũ eo quod antea dixit, nõ volens, In illis enim ingemiscimus quæ volũtati nostræ repugnant. Sic ergo inquantum defectus naturæ sensibilis sunt cõtra naturalẽ appetitũ, particularis naturæ dicitur ipsa creatura sensibili ingemiscere. Quod autẽ dicit parturit, idem est cum eo quod dixerat, expectat, nam parturitio est via ad prolẽ producendã Secũdũ autem dubium est in hoc quod dicit, omnis creatura, quia sic includerentur corpora cœlestia. Vnde glos. dicit quod sol et luna nõ sine labore statuta sibi implent spacia. Sed dicendum est quod accepit laborem pro motu, prout requies quandoque sumitur pro cessatione ab opere, & secundum hoc dicitur Deum septimo die requieuisse. Et secundum hoc gemitus significat corruptionem, quæ aut miscetur motui locali, prout scilicet, desinit esse in hoc, vbi & incipit esse in alio. Per parturitionem autem intelligitur ordinatio cælestium corporũ ad innouationem. Si vero exponatur de hominibus, sic dicitur humana natura omnis creatura eo quod conueniat cum omni creatura, ut D Greg. ait. Hæc ergo creatura, id est, homo, ingemiscit hic partim propter mala quæ patitur, partim propter bona sperata quæ differuntur. Vnde Hiere. Multi gemitus mei.

F

Thren. 1.

Parturit

Parturit autem, quia cum quadam afflictione animi sustinet dilationem gloriæ ex-
Prou. 13. pectatæ Vnde Salomon. Spes quę differtur, affligit animam. Et Christus. Mulier cũ
Ioan. 16. parit, tristitiam habet, & Dauid. Ibi dolores ut parturientis. Dictum est autem
Mat. 22. vsque adhuc, quia iste gemitus non est ablatus per nostram iustificationem, sed permanet vsque adhuc, id est, vsque ad mortem, vel vsque adhuc, quia si aliqui sanctiam liberati, qui sunt in gloria, tamen nos adhuc sumus residui, uel vsque huc, quia non solum antiqui, qui fuerunt ante Christum, sed etiam adhuc tempore gratiæ, eadem patimur. Est autem sciendum quod creatura dei potest dici omne illud quod sub deo est. Aliqui voluerunt exponere de qualibet creatura, etiam de angelis sanctis, sed valde inconueniens, est vt ipsi dicantur vanitati subiecti, aut ingemiscere,
Psal. 47. aut parturire, Cum ipsi iam habeant gloriam, cuius similitudinem expectamus, secundum illud, Erunt sicut angeli Dei in cœlis. et ideo conuenientius exponitur de homine iusto, vel de natura humana, uel creatura sensibili.

QVINTA PARS VIII. CAPITIS.

Non solum illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum expectantes, redemptionem corporis nostri.

IN hac. 5. huius cap. parte Apostol. ostendit excellentiam futuræ gloriæ ex expectatione Apostolorum. Non enim potest esse parum quod a magnis viris expectatur, tam anxie. Et primo ponit dignitatẽ expectantium, cum dicit non solum illa creatura, expectat gloriã filiorum dei, sed & nos ipsi, scilicet, Apostoli habentes primitias Spiritus sancti. Quia Apostoli acceperunt Spiritum sanctum tẽpore prius et cæteris abundantius. Ex quo apparet quod Apostoli sunt omnibus aliis sanctis præferendi, quacunq; prærogatiua præfulgeant, tanquam abundãtius primitias: Spiritus sancti habentes. Si dicatur quod aliqui alii sancti grauiora tormenta & maiores austeritates pro Christo sustinuerunt. quam Apostoli. Dicendum quod magnitudo A
Ioan. 14. meriti attenditur principaliter respectu præmii essentialis quod proportionatur charitati Consistit enim præmium essentiale in gaudio, quod habetur de Deo, Manifestũ est autem quod de deo plus gaudebunt qui plus amant. Vnde & illam visionem beatã dominus suo dilecto promittit. Si quis diligit me, diligetur a patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum. Sed secundum quãtitatem operum meretur homo præmium accidentale, quod est gaudium de talibus operibus. Apostoli ergo illa opera, quæ fecerunt, ex maiori charitate ea egerũt. Igitur, &c. Si dicatur quod
Ephe. 4. aliqui tantum possunt conari, quod habebunt æqualitatem cum Apostolis. Dicendum quod charitas hominis non est a seipso sed ex gratia dei, quæ datur vnicuique secundum mensuram donationis. Christus autem vnicuiq; dat gratiã proportionatam ei ad quod eligitur, prout homini Christo data est excellentissima gratia, quia ad hoc electus est, ut eius natura in vnitatem diuinæ personæ assumeretur. Et post eum habuit maiorem plenitudinem gratiæ D. Virgo, quæ ad hoc est electa vt esset mater Christi. Inter cęteros autem ad maiorem dignitatem sunt electi Apostoli, vt immediate ab ipso Christo accipientes, traderent aliis ea quæ pertinet ad saluẽ, et
Apoc. 15. sic in eis aliquo modo ecclesia fundaretur. Vnde D Ioan enumerat duodecim funda
Ephe. 4. menta ciuitatis sanctę Hierusalẽ, per quæ intelliguntur Apostoli, quorũ nomina in
.Cor. 12. dictis fundamẽtis dicit esse scripta. Et Apost. dicit deum posuisse in ecclesia primum Apostolos Et ideo sequitur quod abundãntiorem gratiam eis præ cæteris tribuerit: De eorum dignitate & officiis superius primo capite dictum est, super illo verbo, vocatus Apostolus. Describit deinde Apost. expectationis anxietatem, cum dicit Et intra nos gemimus. Gemitus ille interior afflictionẽ et anxietatem animi ex dilatione rei magno desiderio expectatæ, ut ex Salomone deductum est. Hic gemitus non solum interior erat, sed etiam ad exteriora progrediebatur. Postmodum describit rem expectatam, dicens. Adoptionem filiorum expectantes, id est, com B

plectionem

pletionem huius adoptionis, quæ inchoatur hic per spiritum sanctum iustificantem animam, vt supra eodem cap dixit. Consummabitur autem per ipsius corporis glorificationem Vnde supra dixit. Gloriamur in spe gloriæ filiorum dei, & hoc innuit cum subdit, redemptionem corporis nostri, vt scilicet, quemadmodum spiritus noster redemptus est a peccato, ita corpus nostrum redimetur a corruptione, et morte. Vnde Oseas, De morte redimam eos. & Apost. Reformabit corpus humilitatis nostræ, &c. Supra.5. Osee.13. Philip.3.

Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ uidetur, non est spes. Nam quod uidet quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus.

HIC probat quod etiam Apostoli expectabant redemptionem corporis, tali ratione. Spes est de his quæ nō præsentialiter videntur. Sed nos salui facti sumus per spē, ergo expectamus in futurū complemētum salutis. Et facit quatuor. Primo ponit minorem dicēs. Nos scimus quia scilicet, spem nostræ salutis habemus. Vnde D. Petrus, Regenerauit nos in spem viuam Et Dauid. Sperare in eum omnis congregatio populi. Secundo ponit maiorem dicens. Spes autem. i. res sperata quæ videtur quasi præsentialiter habita, nō est spes, id est, non est res sperata, sed habita. Spes enim est expectatio futuri Vnde Sopho.3 Expecta me in die resurrectionis meæ in futurum: Tertio ponit probationem maioris dicēs. Nā quod videt quis quid sperat? q.d. Spes importat motū animæ tendētis in aliquid nō habitū: Cū autē aliquid iam habetur, nō est necesse vt in id aliquis moueatur. Est autem aduertēdum quod spes quodam modo ex fide oritur, ideo attribuitur spei illud opus quod est fidei scilicet esse de nō visis secundū illud, Fides est argumentum non apparentiū. Quarto ponit conclusionē dicēs: Si autem quod nō videmus, speramus, sequitur quod per patientiam expectamus. Vnde notādum est quod patientia proprie importat tolerantiā tribulationum, cū quadā æquanimitate. Vnde infra. 12 In tribulatione patiētes. Et cū dilatio boni habeat quandā rationē mali, attribuitur patientiæ, sed hæc maxime ad longanimitatē pertinēt. Vnde D. Iac. ait. Patientes estote vsq; ad aduentū Dñi. Patientia vero accipitur & pro tolerantia malorū & pro longanimitate, quia Apostoli, expectabant æquanimiter gloriam cū dilatione et tribulatione. [Similiter autē spiritus iuuat infirmitatē nostrā] Ostēdit hic quomodo per spiritum sanctum iuuamur in defectibus præsentis vitę Et quantum ad completionem desideriorū & quantū ad directionē exteriorū euentuū. Primo quātū ad cōpletionē desideriorū dicens [Similiter, &c.] ac si diceret, Dictū est quod per spiritum sanctum viuificabūtur mortalia corpora nostra, quando auferetur a nobis nostra infirmitas. Similiter autem & in statu huius vitæ, in quo adhuc infirmitati subiicimur, spiritus adiuuat infirmitatem nostram, licet non totaliter tollat. Vnde Ezechiel, Spiritus quoque eleuauit me, & assumpsit me. Abii amarus in indignatione spiritus mei, quasi infirmitate nondum totaliter cessante. Manus enim Domini erat mecum confortans me, & in hoc spiritus me assumpsit [Nā quid oremus sicut oportet, nescimus.] Explicatius hic declarat spiritus sancti auxilium. Et primo eiusdem auxilii necessitatem et modum, dicit ergo primo recte dico quod spiritus iuuat infirmitatem nostram. Nam in hoc patimur infirmitatem, quod nescimus quid oremus sicut oportet: Vnde Iob. Viro cuius abscondita est via, et circundedit eum Deus tenebris. Est autem notandū quod Apostolus duo dicit nos nescire, scilicet, quid orando petamus, & modum quo petere oportet. Si obiiciatur quod Christus docuit, nos quid petere debeamus, & modum petendi dicens. Cum oratis, dicite Pater noster, &c. Et D. Iacobus etiam docuit modum, dicens. Postulet autem in fide nihil hæsitans. Dicendum quod in generali quidem conuenienter possumus scire quod conuenienter oremus, sed non in speciali. Quia si desideremus aliquod opus virtutis facere, quod est implere Dei voluntatem, sicut in cœlo & in terra potest contingere, quod illud opus virtutis, non est huic vel illi congruum, prout alicui qui posset in actione proficere non expedit

Marginalia: 1. Pet.1. Heb.11. Iac.5. Iob.3. Mat.6. Iac.3.

Iob.5. expedit contemplationis quies, nec econuerso, vt D. Gregorius dicit in Moralibus D
Prou. 14. super illud Iob, Ingrediens in abundantia sepulchrum. Vnde Salomon, Est via quæ videtur homini iusta, nouissima autem illius ducunt ad mortem. Præterea quandoque aliquis desiderat aliquod temporale bonum ad sustentationem vitæ, quod est pe
Eccle. 5. tere panem quotidianum, quod tamen aliquando vertitur in periculum mortis iuxta illud, Multi propter diuitias perierunt. & illud, Diuitiæ in malum domini congregatę Insuper nonnunquam aliquis desiderat liberari ab aliqua molestia tentationis,
2. Cor. 12 quæ tamen est sibi ad custodiam humilitatis. Apost. enim petiit a se moueri stimulum carnis, qui tamen erat ei datus ne magnitudo reuelationum eum extolleret. Et quantum ad modum dicendum est, quod etiam in generali hoc scire possumus, sed
Mat 20. non in speciali. Motus enim cordis nostri vsquequaque discernere non possumus, vt puta an petamus aliquid ex ira vel zelo iustitiæ secundum existimationem. Vnde Christus reprobauit petitionem filiorum Zebedæi, licet viderentur participationem gloriæ postulare, tamen ex quadam elatione procedebat eorum petitio. [Sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus] Hic declarat modum auxilii spiritus sancti, dicens, quod ipse spiritus sanctus postulat pro nobis, &c. Quæ verba videntur suffragari errori Arrii & Macedonii, qui dixerunt spiritum sanctum esse minorem patre & filio. Postulare enim est minoris. Cum ergo Apostolus dicat ipsum postulare, consequens est eum esse creaturam & patre minorem. Et cum dicat ipsum postulare gemitibus inenarrabilibus, videtur eum asserere creaturam passibilem beatitudine carentem, gemitus enim ex dolore, qui ex miseria procedit, & sic sequeretur spiritum sanctum esse miserum. quod nullus vnquam quantumuis Hæreticus asserere ausus fuit. Ideo exponenda sunt verba Apostoli secundum effectum cũ
Gen. 22. igitur dicit quod spiritus postulat, exponi debet, id est, postulare nos facit. Prout in Gen. legimus Dominum dixisse Abrahæ, Nunc cognoui, id est, cognoscere te feci, quod timeas Dominum, Facit autem nos spiritus sanctus postulare, inquantum in nobis recta desideria causat Nam postulatio est quædam desideriorũ explicatio Desideria autem recta procedunt ex amore charitatis, quam in nobis spiritus sanctus diffundit. Spiritu autem sancto dirigente & instigante cor nostrum, desideria nostra nõ
Esa. 48. possunt esse nisi vtilia, iuxta illud, Ego Dominus docens te vtilia & ideo subdici pro nobis, Eius autem quod multum desideramus, & desideranter petimus, dilationem cum dolore & gemitibus patimur Ideo subdit gemitibus, quos spiritus sanctus in corde nostro causat, inquantum scilicet facit nos cœlestia, quæ differuntur, desiderare. Iste est gemitus columbæ, quem spiritus sanctus in nobis facit. de quo Naum. 2. E
Minabuntur gementes vt columbæ Dicit autem inenarrabilibus, quia aut sunt pro-
2. Cor. 12. pter rem inenarrabilem, scilicet cœlestem gloriam, de qua Apost. Audiui arcana ver-
Iob. 38. ba quę non licet homini loqui. aut quia ipsi motus cordis sufficienter enarrari non possunt, secundum quod a spiritu sancto procedunt. vnde Iob, Quis enarrabit cœlorum rationem?

Qui autem scrutatur corda, scit quid desiderat spiritus, quia secundum Deum postulat pro sanctis.

HIC ostendit efficaciam auxilii, quo spiritus sanctus nos iuuat, dicens. Qui autem scrutatur corda id est, Deus cuius proprium est corda scrutari, iuxta illud, Scru-
Psal. 7. tans renes & corda. Dicitur autem Deus scrutari corda, non vt inquirendo cognoscat occulta cordis. Sed quia manifeste scit quæ in corde latent, secundum illud, Scru-
Sopho 1. tabor Hierusalem in lucernis Deus inquantum scrutans corda scit id est, approbat (
2. Tim. 2. Nouit enim Dominus qui sunt eius) quid desideret spiritus id est, quid nos desidera-
Psal. 37. re faciat. Ideo Dauid, Domine ante te omne desideriũ meum. ex quo sequitur quod omnia desideria quę spiritus sanctus causat, sunt a Deo accepta, quia postulat pro sanctis, id est, postulare facit eos secundum Deum, id est, quod conuenit diuino bene
Pro 11. placito. Vnde Salomon. Desiderium iustorum omne bonum. In cuius exemplum
Ma 29. Christus dicebat patri, non sicut ego uolo, sed sicut tu uis.

SEXTA PARS VIII. CAPITIS.

Scimus autem quod diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti.

F OSTENSO quod spiritus sanctus iuuat infirmitatem nostram, quantum ad impletionem desideriorum nostrorum, in hac. 6. huius cap. parte Apost ostēdit modū quo spiritus sanctus iuuat infirmitatē nostrā, quantum ad exteriores euētus, dirigēdo eos in bonum nostrum Circa quod duo consideranda occurrunt, primum quidē est magnitudo beneficii quod nobis a spiritu sācto cōfertur, vt scilicet, omnia nobis cooperantur in bonū. Ad cuius euidētiā sciendū est quod quicquid est in mūdo, etiam si malum sit, cedit in bonum vniuersi. Quia vt D Aug. ait, Deus est adeò bonus, quod nihil mali permitteret, nisi esset adeò potēs quod ex quolibet malo posset elicere aliquod bonum. Non tamen malum semper cedit in bonum eius, in quo est Nam corruptio vnius animalis cedit in bonū vniuersi, inquantū per corruptionē vnius generatur vel nutritur illud, nō tamē cedit in bonū eius quod corrūpitur. Quia bonum vniuersi est a deo volitum secundum se, & ad ipsum oēs aliæ partes ordinātur. Et eadē ratio videtur esse secundum ordinem nobilissimarū partium ad alias partes, quia malum aliarum partiū ordinatur in bonū nobilissimarū. Sed quicquid fit circa nobilissimas partes, nō ordinatur nisi in bonū ipsarum, quia de eis propter se cura habetur, de aliis autē propter ipsas. Quemadmodū medicus infirmitatē pedis sustinet, vt curet caput. Inter autē omnes partes vniuersi excellunt sancti dei, ad quorū quemlibet pertinet quod dicitur. Super omnia bona sua constituet eum. Ideo quicquid accidit vel circa illos, vel alias res, totum in bonum eorū finaliter cedit. Et ita verificatur dictū Salomonis Qui stultus est, seruiet sapienti. Quia etiam mala peccatorum in bonum iustorum cedunt. Vnde & Deus de iustis specialē curā habere dicitur, secundum illud. Oculi domini super iustos, inquantum, scilicet, sic de eis curat, quod nihil mali cōtra eos permittit, quod non in bonum eorū conuertat. Et hoc quidem manifestum est quātum ad mala pœnalia, quæ patiuntur Vnde Glo. dicit. Quod ipsorum infirmitate exercetur humilitas, afflictione, patientia, maledictione, sapientia, odio, beneuolentia Vnde D. Petrus. Si quid patimini propter iustitiam beati. Sed difficultas est de peccatis Quidam dicunt quod peccata non continentur super hoc quod dicit, omnia Quia secundum D. August. Peccatum nihil est, & nihil fiunt homines cum peccant. Sed contra hoc est quod in glosa sequitur, vsque adeo talibus Deus omnia cooperatur in bonum, vt si quis horum deuiant et exorbitant, etiam hoc ipsum faciat proficere in bonum. Vnde et Dauid. Cum ceciderit iustus non collidetur, quia Dominus supponit manum suam. Sed secundū hoc

Prou. 11.

Psal. 33.

1. Pet. 3.

Psal. 36.

A videretur sequi quod tales in maiori charitate resurgerent, quia bonum hominis in charitate consistit, quam si non habeat ab Apostolo nihil dicitur. Dicendum quod bonum hominis non solum consistit inquantitate charitatis, sed potius in ipsius perseuerantia vsque ad mortem, secundum illud, Qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit Ex hoc autem quod iustus cadit, resurgit cautior & humilior. Vnde & in glos subditur quia sibi humiliores redemit atq; doctores. Discunt enim cū tremore se exultare debere. Non quasi arrogando sibi tanquam de sua virtute fiduciam permanendi Secundo considerandum est quibus hoc beneficium competat, circa quod primo aliquid attenditur ex parte hominis, et quo ad hoc dicit diligentibus Deum. Dei enim dilectio est in nobis per inhabitantem spiritum, vt dictum est. Ipse autem spiritus sanctus est ille qui nos dirigit in viam rectam, in qua nihil nocere poterit, secundum illud, Quis est qui vobis noceat, si boni emulatores fueritis, & Dauid ait. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum Et hoc rationabiliter, quia vt Salomon ait, Ego diligentes me diligo. Diligere est velle bonum dilectio. Dei autem velle est operari. Omnia enim quæcunque voluit fecit.

1. Cor. 13.
Mat. 24.
Super eodē
Psal. 141.
1. Pet. 3.
Psal. 118.
Prou. 8.
Psal. 134.

cit. Et ideo Deus omnia conuertit in bonum his qui diligunt illum. Secundo attenditur aliquid ex parte Dei, qui primo ab æterno eos prædestinauit. Secundo eos ex tẽpore vocat. Tertio sanctificat, & hęc tria tangit cum dicit, His qui secũdum propositũ vocati sunt sancti.i. prædestinatis, vocatis et sanctificatis. Vel referri potest pro positũ ad prædestinationẽ, quæ secundũ D. Aug. est propositum miserendi. Vnde et
Esa.41. Apost. Prædestinati secundum propositum eius. Et quod dicit vocatis, referatur ad
Cant. 8. vocationem de qua Esa. Vocauit eum vt sequeretur se. Et quod dicit sancti, referatur ad sanctificationem, secundum illud, Ego Dominus qui sanctifico vos. Hoc autem Apost. dicit se scire ex persona sanctorum, dicens, Scimus.s. scientia sanctorum, de qua Sapiens. Dedit illi scientiam sanctorum. Procedit autem hæc scientia tum experimento, tum etiam ex cõsideratione efficaciæ charitatis. Quia fortis est, vt mors
Esa.46. dilectio, ac etiam ex consideratione prædestinationis æternæ. de qua Esa. Omnis voluntas mea implebitur, & omne consilium meum fiet. B

Nam quos præsciuit, hos & prædestinauit conformes fieri imagini filii sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus.

HIC probat quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum ex parte dei, tali ratione. Nullus potest nocere his quos deus promouet. Sed prędestinatos diligentes deum illos deus promouet, ergo nihil potest eis nocere, sed omnia cedũt eis in bonum. Primo, probat minorem.s. quod deus eos promoueat, ponendo ea quę sunt ad promotionem sanctorum ab æterno, deinde ex tempore. Ab æterno autem duo ponit, scilicet, præscientiã et prædestinationem cum dicit. Nam quos præsciuit, hos & prædestinauit. Ad quorũ euidentiam sciendum quod Sapiens attribuit deo prouidentiam, dicens, Tu autem pater gubernas omnia prouidentia. Prouidẽtia
Sap.14. autem est ratio siue cognitio, directio, dispositio ordinandorũ in finẽ, et in nobis qui sumus sub tempore, & habemus illam cognitionem antequam ordinemus et disponamus res in finem, vocamus præscientiam, quia prius scimus quam disponamus. Et quia non cognoscimus hic Deum nisi per visibilia, Ideo etiam secundum nostrum modum intelligendi attribuimus Deo præscientiã, nõ quod prius tẽpore sciat res esse quam disponat de illis, sed solum natura, quia actus intellectus, qui non solũ importatur per hanc vocem præscientia, est prius natura quam actus voluntatis qui importatur per hanc vocem prædestinatio, quæ includit propositum uolũtatis diuinæ. Vnde in sequenti capite dicitur, vt secundum electionem propositũ dei maneret. Et quia deus specialiorem curam habet de intellectualibus creaturis, quam de aliis corporalibus, ideo dispositionem quam habet deus de illis speciali nomine vocamus. Et si quidem in bonum excedens capacitatem illorum, vocamus illam dispositionem prædestinationem, vt dictum est supra. 1. cap super verbo prædestinatus. Ab æterno enim deus præsciuit & præordinauit beneficia, quæ daret sanctis in tempore. Dispositionem vero, qua Deus intellectualem creaturam propter demerita dis C posuit ad pœnam, vocamus reprobationem, quia etiam Deus prævidit tormenta, quæ daturus est malis propter eorum demerita. Cognitionem vero et dispositionẽ aliarũ rerum in suos fines naturales, vocamus communi nomine præscientiã, et sic dicit solum actum intellectus, duntaxat ex suo modo significandi, licet ille non sit sine actu voluntatis, quem vocamus prouidentiam, quę ex suo modo significandi vltra actum voluntatis, includit actum intellectus. Et quia æternum distinguitur a temporali, et præscientia & prouidentia sunt ab æterno in Deo intrinsece, & distinguuntur a creatione & distinctione rerum, quæ sunt in tempore, seu in initio tẽporis extra Deum. Hinc est quod præscientia & prouidentia, inquantum huiusmodi [illegible] nec imprimit aliquid in rebus præuisis, alioquin necesse esset dicere omnes res [illegible] ab æterno, quod est hæreticum, Eadem ratione dicimus de prædestinatione, & reprobatione, respectu intellectualium creaturarum, quod nihil imprimit. Quemadmodum existens in turri alta, videns transeuntes, Nec medicus videndo vrinam & iudicando mortem. Notandum est etiam quod prædestinatio ex tempore

tempore includit quatuor, vt statim subiungit, scilicet vocationem, iustificationem, magnificationem, & glorificationem, quorum nec primum, nec secundum habent sufficientem causam in prædestinato, licet secundum sit causa tertii, & tertium causa quarti. Et sic si prædestinatio accipiatur pro aggregato ex omnibus effectibus prędestinationis in tempore, Prædestinatio non habet causam in prædestinato, cum primus & secundus effectus non habeant causam, sed sint mere gratis, & nō ex operibus præcedentibus, vt deductum est supra quarto cap. Et ideo non oportet ponere quod aliquod meritum ex parte nostra supponatur, cuius præsentia sit ratio vel causa prædestinationis, quia hoc supponere esset dicere quod gratia datur ex meritis nostris, & quod principium bonorum nostrorum est a nobis, & consummatio a deo, quod est error Pelagii. Qui hunc locum sic legebat, Nam quos præsciuit conformes D fieri imagini filii sui, hos & prædestinauit. & ideo aliter est ordināda litera, prout iacet vt dicamus. Quos prǽsciuit & prædestinauit conformes fieri imagini filii sui, vt ista conformitas non sit ratio, prædestinationis, sed terminus vel effectus: Nihil enim aliud est adoptio quam illa conformitas. Ille enim qui adoptatur in filium, cōformatur vero filio eius Primo quidem in iure participandæ hæreditatis, prout in hoc capite deductum est. Secundo in participatione splendoris ipsius, ipse enim genitus a patre est tanquam splendor & figura substantiæ eius. Vnde per hoc quod sanctus illuminat lumine sapientiæ & gratiæ, facit eos conformes fieri sibi. Vnde dauid. In splendoribus sanctorum ante luciferum genui te, id est, profundentem omnē splendorem. Quod autem dicit imagini filii eius, potest intelligi dupliciter. Vno modo vt sit sensu, prædestinauit nos conformes fieri filio suo, qui est imago inuisibilis Dei. Alio modo vt sit sensus, prædestinauit nos fore conformes filio suo, in hoc quod portemus eius imaginem, secūdum illud, Sicut portauimus imaginem terreni, sic portemus imaginem cœlestis, Dicit autem, Quos præsciuit & prædestinauit. non quod omnes præscitos prędestinet, sed quia eos prædestinare non poterat, nisi præsciret Vnde Hier. dicit Priusquam te formarem in vtero noui te. Quid autē ex hac prædestinatione sequatur, subiungit dicens Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Sicut enim Deum suam naturalem bonitatem voluit, cōmunicare, participando similitudinē suæ bonitatis, vt nō solū sit bonus, sed etiam author bonorū, ita filius dei voluit conformitatē suæ filiationis cōmunicare, vt non solum sit ipse filius, sed etiā primo genitus filiorū. Et sic qui per generationē æternam est vnigenitus qui est in sinu patris secundū collationē gratiæ sit primogenitus in multis fratribus Vnde D Ioan Qui est primogenitus mortuorū, & princeps regū terræ. Habet igitur Christus nos fratres, quia similitudinē nostræ naturæ assumpsit, quo ad effectus naturales deformitatem non importantes. Debuit enim, per omnia fratribus assimilari.

Heb. 1. · 1 Cor. 15. · Hier. 1. · Ioan. 1: · Apoc. 1: · Heb. 2.

Quos autem prædestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit. Quos autem iustificauit, illos & magnificauit.

HIC describit ea quæ prædestinationem cōsequūtur ex tēpore Et primo ponit vocationē, dicēs [Quos autē, &c.] quasi diceret. Prædestinatio eius irrita esse nō potest, iuxta illud, Iurauit Dñs exercituum dicens, Si non vt putauit, ita erit, & quo modo mente E tractaui, sic eueniet. Primū autem in quo prædestinatio incipit impleri est vocatio hominis, quæ est duplex: Vna exterior quæ fit ore prædicatoris. Hoc modo vocauit Christus Petrum, et Andream dicens Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum Alia est vocatio interior, quæ nihil aliud est quam quidam mentis instinctus siue motio, quæ cor hominis mouetur a deo ad assentiendum his quę sunt fidei & virtutis de qua Esa 41. Quis suscitauit ab Oriente iustum, et vocauit eum vt sequeretur se Et hæc vocatio necessaria est. Quia cor nostrū nō se conuertere ad Deū, nisi ipse Deus nos ad se traheret. Vnde Christus dicebat. Nemo potest venire

Esa. 14. · Mat. 4.

Joan 6. ad me,niſi Pater meus traxerit eum & Hier. Conuerte nos Domine ad te,& conuer
Thre. 3. temur. Eſt etiam hęc vocatio efficax in prædeſtinatis, qui huiuſmodi vocationi aſſen
tiunt. Vnde Chriſtus, Omnis qui audit a Patre meo & didicit, venit ad me Secundo
ponit iuſtificationem, cum dicit, Quos vocauit hos & iuſtificauit ſcilicet, gratiam
infundendo, vt dictum eſt ſupra 2. Hæc autem iuſtificatio, & ſi in aliquibus fruſtre-
tur, quia non perſeuerant vſque in finem, in prædeſtinatis tamen non fruſtratur fina
liter. Tertio ponit magnificationem cum ſubdit, Quos iuſtificauit, & magnificauit.
Et hoc dupliciter, vno modo per profectum virtutis & gratiæ. Alio modo per exal
tationem gloriæ, de qua Sap 19. Magnificaſti populum tuum & honoraſti, Ponit
autem præteritum pro futuro, propter certitudinem infallibilitatis, vel quia quod ali
quibus eſt futurum, in aliis eſt completum.

Quid ergo dicemus ad hęc? Si Deus pro nobis, qui contra nos? Qui etiã proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quo modo non etiam cum illo omnia nobis donauit?

EXPLICATIVS hic declarat maiorem præmiſſam, ſcilicet, quod promo-
tis a Deo nullus nocere poteſt. Et primo oſtendit quod non poſſint pati detri-
mentum per malum pœnæ. Quia malum pœnę eſt duplex, vnum conſiſtit in illatio-
ne malorum, aliud in ſubtractione bonorum. Primo oſtendit quod illi qui promouē
tur a Deo ad bonum, non patiuntur detrimentum per conatum alicuius perſequen
tis, dicens, Quid ergo dicemus, quaſi dicat, Cum tot bona Deus ſuis electis præſtet,
quid poteſt dici contra hæc, vt, ſcilicet prædicta Dei beneficia anullentur, quaſi di- E
Prou. 21. cat, Nihil Vnde Salomon, Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium
contra Dominum. Vel quid dicemus ad hæc, ſcilicet, aſpicientes, ad quæ oportet nos
obſtupeſcere. Vel quid dicemus ad hæc, id eſt, quid poterimus retribuere Deo tot
beneficiis dignum. Vnde Dauid, Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retri-
Pſal. 115. buit mihi? Et ſubiungit, Si Deus (ſcilicet, eſt) pro nobis, Nos prædeſtinando, vocan-
Iſa. 50. do, iuſtificando, magnificando Quis contra nos, ſcilicet eſſe poterit efficaciter. Ideo
Iob. 17. Eſa. Stemus ſimul, quis eſt aduerſarius meus. Et Iob, Pone me iuxta te, & cuiuſuis
manus pugnet contra me. Secundo oſtendit quo modo ſancti non poſſunt pati in-
commodum ex ſubtractione bonorum, dicens, [Qui etiam proprio filio non peper
cit.] Cum autem ſupra de multis filiis mentionem feciſſet, dicens, Accepiſtis ſpiri-
tum adoptionis filiorum ab omnibus illis. Hunc filium ſeparat dicens, proprio filio
ſuo, id eſt. non adoptato, vt Hæretici mentiuntur, ſed naturali & coæterno. de quo
D. Ioan. Vt ſimus in vero filio eius Ieſu Chriſto, de quo Pater dicit, Hic eſt filius
1. Ioan. vl. Mat. 3. meus dilectus. Quod autem dicit non pepercit, intelligendum eſt quod eum a pœna
non exemit. Nam culpa (cui parci potuiſſet) in eo non fuit prout in aliis. Salomon
dicit, Qui parcit virgæ, odit filium ſuum. Non tamen Deus filio ſuo non pepercit,
Prou. 13. vt ei aliquid accreſceret, qui eſt per omnia benedictus & perfectus Deus, ſed propter
noſtram vtilitatem eum paſſioni ſubiecit, & hoc eſt quod ſubdit, [Sed pro nobis
omnibus tradidit illum] id eſt, expoſuit eum paſſioni pro expiatione peccatorum
noſtrorum vnde dixit ſupra 4. traditus eſt propter delicta noſtra. Et Eſa 53. Domi-
nus poſuit in eo iniquitates omnium noſtrum. Tradidit enim eum Deus pater in
mortem eum incarnari & pati ſtatuendo, & humanæ eius voluntati inſpirando cha
Ephe 5. ritatis affectum quo paſſionem ſpontaneus ſubiret. Vnde ſeipſum ad Apoſt. tradidiſ
ſe dicitur. Tradidit eum etiam Iudas, & Iudæi exterius aliquid operando, vt ſupra. A
Oſeæ 8. 5. habitum eſt Eſt vlterius notandum ſuper verbo etiam, quaſi dicat, non ſolum ali-
1. Cor. 1. os ſanctos pro ſalute hominum tribulationi expoſuit, vt per Oſeam ait, Propter hoc
Col. 1. dolaui in Prophetis Et Apoſt. cum tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute.
Sed etiam proprium filium ſuum maioribus tribulationibus expoſuit. In ipſo autē
Dei filio omnia exiſtunt, ſicut in primordiali & præoperatiua cauſa, iuxta illud, ipſe
eſt ante omnia, &c. Vnde ſequitur quod eo nobis tradito omnia ſunt nobis tradita

et

et data, Ideo subdit. [Quo modo nō etiam cum illo,] scilicet dato, [nobis omnia donauit?] vt scilicet, omnia cedant in bonum nostrum, superiora quidem, scilicet diuinæ personæ ad fruendum, intellectuales & rationales creaturæ ad conuiuendum, omnia inferiora ad vtendum, non solum prospera, sed etiā aduersa, Vnde Apo. Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei. vnde apparet quod nihil de est timentibus eum. 1 Cor 3. Psal. 33.

SEPTIMA PARS VIII. CAPITIS.

Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat, Qui est qui condemnet?

IN hac 7 huius cap parte, Apost ostēdit quod illi qui a deo promouētur nullū detrimētū pati possunt a malo culpæ. Aliquis enim propter culpā læditur a duobus. Primo quidē ab accusore, secūdo a iudice condemnante. Primo ostendit quod nulla accusatio possit esse sanctis nociua, & hoc ratione diuinæ electionis. Quia enim aliquem eligit ex hoc ipso eū approbare videtur. Sancti autem sunt electi a Deo, secundum illud, Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Qui autem accusat, improbat eum quem accusat, sed nullam efficaciā habet improbatio contra approbatio nē dei. Et ideo dicit, [Quis accusabit,] scilicet efficaciter, [aduersus electos Dei,] id est, aduersus eos quos deus elegit. & sunt sancti. D. Ioan. dicit proiectum esse accusatorē fratrum nostrorū. Secundo idem ostendit ex alio Dei beneficio, quo, scilicet deus nos iustificat, quod quidē beneficiū præmittit dicēs. [Deus] s. est [qui iustificat] quia, vt dictū est, quos vocauit, hos et iustificauit. Quis est ergo qui cōdemnet iustificatos a deo? Condemnatio enim solum contra iniustos locū habet. Ideo Iob. Ipso concedente pacem, quis est qui condemnet? Eph. 1. Apoc. 12. Iob. 34.

B *Christus Iesus, qui mortuus est, imo qui et resurrexit, qui et est ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis.*

EXCLVDIT hic obiectionē, quā aliquis posset adducere. Posset enim aliquis timere ne Christo Iesu accusaretur, et cōdemnaretur tāquā trāsgressor mādati Christi, prout de Mose dicit Dñs, Est qui accusat vos Moses, in quo speratis, et quod etiā ab eo cōdemnaretur, eo quod ipse cōstitutus est iudex viuorū et mortuorū. Ipse etiā immunis est a peccato, quia peccatū non fecit, et sic idoneus ad accusandū & condemnandū, iuxta illud. Qui sine peccato est vestrū, primus lapidem in illam mittat, & ideo interrogat dicens, [Christus Iesus,] q d. Nunquid Christus Iesus accusabit aduersus electos dei, vel etiam eos condemnabit? Et ostendit quod non, quia ipse etiā secundum humanitatem magna beneficia contulit et confert electis Dei. Et ponit quatuor eius beneficia Primo quidem mortem, scilicet pro salute nostra, & pro remissione peccatorum nostrorū. Vnde D. Petrus. Christus pro peccatis nostris semel mortuus est. Secundo resurrectionem, per quam, scilicet nos viuificat, nunc vita spirituali, tandē in resurrectione vita corporali. Ideo subdit. [qui et resurrexit,] scilicet propter iustificationē nostram, vt prædixit supra. 4. Addit autē, [imo,] quia potius est nunc commemorandus ex virtute resurrectionis, quam ex infirmitate passionis. Nam, vt Apost dicit, Crucifixus est ex infirmitate nostra, viuit autem ex virtute dei. Tertio ponit æqualitatem cum Patre dicēs. [Qui est a dextris dei,] id est, in æqualitate dei patris secundum naturam diuinam, et in potioribus eius bonis secundum naturam humanam, & hoc est etiam ad gloriam nostram. Quia, vt alibi dicit, consedere nos fecit in cœlestibus in Christo, inquantum enim nos membra eius sumus, nos in ipso consedimus deo patri. Vnde D. Ioā. Qui vicerit, dabo & ei sedere mecum in throno. Quarto ponit interpellationem eius cum dicit, [Qui etiā interpellat pro nobis,] quasi aduocatus noster existens. Vnde D. Ioan. Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, &c. Ad officium autem aduocati perti- Ioan. 5. Act. 10. 1. Pet. 2. Ioan. 8. 1. Pet. 3. 2. Cor. ult. Eph. 2. Apoc. 3. 1. Ioan. 2.

C

ner, ut ipse condemnationem impediat, & non quod accuset vel condemnet. Dicitur autem pro nobis interpellare tripliciter, vno modo pro nobis orando. Vnde dicebat,
Ioan 17. Non pro his rogo tantum, (scilicet Apost.) Sed & pro hic qui credituri sunt per verbum eorum in me. Nunc autem propria interpellatio eius pro nobis, est voluntas ipsius de salute nostra. Vnde dicebat. Volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum. Alio modo interpellat pro nobis humanitatem pro nobis assumptam, & Mysteria celebrata in ea conspectum Patris repraesentando. Ideo Apost. Introiuit in ipsum cœlum, vt appareat nunc voltui Dei pro nobis.

Quid ergo separabit nos a charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius?

HIC infert conclusionem ex dictis. Et quia haec conclusio quasi incredibilis videtur inexpertis, proponit eam per modum dubitationis. Potest autem haec illatio C
Ephe. 3. ex praemissis duplici ratione concludi. Primo quidem sic. Tot beneficia sunt nobis
Ioan. 13. diuinitus collata & tam efficacia, ut nullus contra ea aliquid agere possit, omnia autem beneficia ad hoc tendunt, ut nos simus in charitate radicati & fundati, quis ergo nos separabit a charitate Christi, qua scilicet Christum diligimus, ex proximum prout ipse praecepit, potest etiam intelligi finaliter. Alio modo sic deducitur dictum est quod magna beneficia Deus sanctis suis confert, ex quorum consideratione charitas Christi adeo in cordibus nostris feruet, quod nihil eam extinguere potest, secundum illud, Aquae multae non potuerunt extinguere charitatem. Proponit autē
Cant. 8. mala per quorum passiones posset credi, quod aliquis charitatem Christi desereret. Et primo ea quae pertinent ad vitam. Deinde quae pertinet ad mortem. Circa ea verò quae in vita imminent sustinenda, primo ponit mala praesentia, deinde futura. Circa praesentia primo ponit ea quae pertinent ad tollerantiam malorum, deinde quae pertinent ad defectum bonorum. Mala autem perpessa possunt dupliciter considerari. Vno modo secundum quod sunt in paciente, qui dupliciter ab eis affligitur, scilicet exterius secundum corpus, & ad hoc pertinet quod dicit. [Tribulatio,]
Gen. 3. quae a tribulis (qui sunt herbae pungitiuae) dicitur, quas in poenam peccati Adae terra generat, prout a domino ei dictum est, spinas & tribulos germinabit tibi. Vnde aliquis tribulari dicitur, cum exterius pungitur. Nec tamen propter hoc vincuntur iusti, iuxta illud, Multę tribulationes iustorum, sed de his omnibus libera-
Dan. 13. uit eos dominus. Affligitur etiam homo per interiorem anxietatem cordis, vt cum aliquis non videt quo modo euadat, & quantum ad hoc subdit, an angustia? Vnde Susanna dicebat, Angustiae sunt mihi vndique, & quid eligam ignoro. Alio modo huiusmodi mala considerari possunt, prout sunt in agente, & quantum ad hoc subdit. [An persecutio?] Quamuis enim persecutio ad hoc propriè pertinere videatur,
Mat. 10. quod aliquis alium persequitur effugando, secundum illud, Si vos persecuti fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam. tamen communiter persecutio accipitur pro inflictione cuiuscunque impediment. Vnde Dauid, Multi persequuntur me, qui tribulant me. Deinde ponit mala quae pertinent ad substractionem bonorum, quae
1. Tim 6. sunt necessaria pro sustentatione vitae, prout cibus & vestimenta, secundum illud, D
Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Ad subtractionem cibi pertinet fames. Vnde subdit, An fames? ad subtractionem autem vestitus pertinet
1. Cor. 4. nuditas, vnde subdit, an nuditas? Sed nec propter haec iusti vincuntur. Vnde alibi
2. Cor. 11. dicit. Vsque in hanc horam esurimus & sitimus, & nudi sumus. Quantum ad ma
Heb. 11. la futura subdit, An periculum? scilicet, immines futurum, de quibus Apost. Periculis fluminum, &c. Quam ad mortem subdit, An gladius? Vnde ad Hebreos scribens de iustis dicit, in occisione gladii mortui sunt.

Sicut

Sicut scriptum est, Quia propter te mortificamur tota die, aestimati sumus sicut oues occisionis.

Ostendit hic necessitatem interrogationis praedictae, per hoc quod dicit quod san ctis omnia ista imminebant patienda propter Christi charitatem, & inducit verba Psal. in persona martyrium proposita, in quibus primo ponit causam passionis, Mat. 10.
Martyrem enim, vt D. Aug. ait non facit poena, sed causa. Vnde dicit, propter te. & 1. Pet. 4.
Christus dicebat. Qui perdiderit animam suam, id est, vitam suam propter me, in
E uenieteam. Ex D. Petrus. Nemo vestrum patiatur vt fur, aut homicida, si autem vt Christianus, non erubescat. Patitur autem propter Christum, non solum qui pati- Mat. 5.
tur propter fidem Christi, sed etiam qui patitur pro quocunque opere iustitiae, pro amore Christi, secundum illud, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiã. Secundo ponit grauitatẽ passionis, cum dicit, mortificamur, id est, morti tradimur. Hest. 7.
Vnde Hester dicebat. Traditi sumus ego & populus meus, vt conteramur, iugulemur & pereamus. Tertio ponit continuitatem persecutionis, cum dicit, Tota die, id est, per totum tempus vitae, vnde alibi, Semper nos qui viuimus in mortem tradimur propter Iesum. Quarto ponit promptitudinem prosequentium ad occidẽdum, 2. Cor. 4.
cum dicit. Aestimati sumus sicut oues occisionis, id est, deputatae vt occidantur, in macello quae cum studio occiduntur, ita & sancti ex proposito cum studio occidebã Ioh. 16.
tur, prout Christus praedixerat. Venit hora vt omnis qui interficit uos, arbitretur Zach. 11.
se obsequium prestare Deo. Et Zacha dicebat. Pasce peccora occisionis, quae qui possiderant, occidebant.

Sed in his omnibus, superamur propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors neque uita, neque angeli neque principatus, neque uirtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei quae est in Christo Iesu domino nostro.

Soluit hic praedictam dubitationem dicens, [Sed in his omnibus,] scilicet malis, quę superius nominauimus, [Superamus] dum, scilicet circa omnia illibatam charitatem seruamus. Certamen forte dat nobis Deus, & iuuat ne succumbamus, sed vincamus, vnde subdit, [propter eum qui dilexit vos.] id est, propter eius auxiliũ, vel Sap. 10.
pp affectum quem ad eum habemus. Non quasi nos primo dilexerimus eũ, sed quoniã ipse prior dilexit nos. Vnde de victoria gratias agebat Apostolus. Gratias Deo qui dat victoriam per Iesum Christum. Secundo declarat solutionem, ostendens in
F separabilem sanctorum charitatem, dicens, [Certum sum: &c] Et primo ostendit 1. Ioan. 4.
quod non põt charitas separari per creaturas, quae sunt in homine dicens, [Certus 1. Cor. 15.
sum quod neq; mors,] quae est principiũ inter terribilia. [Neq; vita,] quae est praecipuum inter appetibilia, scilicet poterit nos separare a charitate dei. Vnde infra 14. dicit. Siue viuimus, Domino viuimus, siue morimur, domino morimur. In his autẽ duobus includuntur omnia quę supra posuit. Nam sex praecedentia pertinent ad vitam, vnum autem, scilicet gladius, pertinet ad mortem, vt dictum est. Deinde ponit ea quae sunt exterius, inter quae primo ponit spirituales creaturas, dicẽs, [Neq; angeli,] scilicet minores, qui sunt ad custodiã singulorũ hominũ deputati, vnde Psal. Psal. 90.
Angelis suis Deus mandauit de te. [Neque principatus,] qui scilicet sunt deputati a custodiam Gentium, prout refert Daniel, Nunc reuertar vt prelier aduersus principem Persarum. Cum enim egrederer, apparuit princeps Graecorum, & nemo est adiutor meus nisi Michael princeps vester. Addidit autẽ [neque virtutes,] id est, Dan. 10.
ordo virtutũ, qui est supremus ordo ministratiũ, de quo Christus. Virtutes coelorũ mouebuntur. Potest autem hoc intelligi dupliciter. Vno modo de malis angelis, qui

Luc. 21. contra bonos decertant. Vnde Apost. Non est nobis colluctatio aduersus carnem &
Eph. 6. sanguinem, sed aduersus principes & potestates, &c. Alio modo potest intelligi de
In lib. de cõ bonis, & hoc (vt D. Chrys. ait) dicebat, non quod angeli boni possent affectare, sepa-
punct. cord. rare eum a charitate Dei, sed etiam ea quæ sunt impossibilia, verbi gratia de angelis fieri posse dixit, magis quam se ab amore Christi posse seiungi, vt per hoc quanta in eos vis esset diuinę charitatis ostenderet, atque omnibus ante oculos poneret. Hic enim amantium mos est, vt amorem suum silencio tegere nequeant, sed necessa rius et charis afferunt, et flammas suas intra pectus continere non possunt. Enarrant ea frequentius, vt ipsa assiduitate narrandi amoris sui solatium capiant, & refrigeria immensi ardoris assumant, & simile est quod dicit Apostol. Licet nos vel angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizaui vobis, anathema sit.

Galat. 1. Deinde ponit creaturas sensibiles, quarum duplicem diuersitatem ponit. Primo quidem secundum tempus, quo diuersificantur secundum præsens & futurum. Vnde dicit [Neque instantia.] id est, præsentia siue dolorem siue delectationem inferant. A
Act. 21: Addit autem [neque futura,] quorum timor nec desiderium possunt nos separare a Christo. Vnde ipse Apostolus dicebat, Ego non solum alligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum propter nomen domini Iesu. Deinde ponit diuersitatem sensibilium creaturarum, ex parte magnitudinis. Et primo tãgit magnitudinem virtutis, cum dicit: [neque fortitudo,] id est, neque creatura fortis, puta ignis, aqua, mors po
Cant. 8. test me separare a Christo, cuius dilectio fortis est vt mors. Deinde ponit magnitudinem virtutis describens eam, secundum ea quæ conueniunt corporibus, vnde dicit [neque altitudo,] ex qua scilicet, mihi minaretur præcipitium, etiam si a super cilio montes me præcipitarens, prout volebant præcipitare Christum [Neque profundũ,] in quo aliquis submersionem minaretur, & si infigerent me in limo profundo. Possunt etiam hæc tria ad res humanas referri. Tripliciter enim potest aliquis
Luc. 4. auertere aliquẽ a deo. Vno modo, cogẽdo p fortitudinẽ. Sed nõ est fortis sicut Deus
Psal. 68. noster. Secũdo obstupefaciẽdo per altitudinẽ authoritatis, sed de deo cantat Ecclesia:
1. Reg. 2. Tu solus altissimus. Tertio seducẽdo per profundũ sapientiæ, sed de Deo dicitur, Pro
Ecclesiast. fundior est inferno, et vnde cognosces? Possunt pariter hæc duo altitudo, et profun-
Iob. 11. dum ad prospera et aduersa referri. Vel secundum D. Chrys. altitudo & profundum
In lib. de nihil aliud mihi indicare videtur, quã regnũ cœlorũ et gehennã, quasi dicat, Nec si a
compunct. regno me decidere necesse sit, aut etiã in gehennã tradi pro Christo, nec hoc quidẽ
cordis. mihi metuendem est. Quantum autem ad ea quæ non sunt, et esse possunt, subdit. [Neque creatura alia.] Quod vtiq; secũdũ D. Chrys. de his dicit quæ nõ sũt, quasi illi non sufficiãt omnia quæ sunt. Sed illa quæ non sunt pro uocat quodammodo ad certamen. Nihil, inquit, istorum poterit nos separare a charitate Dei, quæ nunquam excidit, Quæ quidẽ charitas dei est in Christo Iesu Dño nostro, quia, scilicet,
1. Cor. 13: per eũ data est nobis, inquantum spiritum sanctum dedit nobis, dicebat enim ignem (scilicet charitatis) veni mittere in terrã, et quid volo nisi vt accendatur? Sed cum scriptũ sit, nescit homo vtrum amore, vel odio dignus sit, sed omnia in futurum ser
Luc. 12. uantur incerta, quid est hoc quod dicit hic se esse certũ, quod nihil possit eum a cha
Eccl. 9. ritate separare? Dici potest quod Apost: nõ dicit hoc particulariter de seipso, sed loquitur in persona omniũ prædestinatorũ, de quibus, propter certitudinẽ diuinæ prę destinationis annunciat quod nihil eos a charitate finaliter separare possit. Hæc certitudo etiã causari potest ex virtute charitatis, quæ quantũ est de se, ab aliquibus nõ potest separari, cũ deum super omnia diligant. Quod autem aliquis interdum a charitate decidat, non est propter defectum charitatis, sed propter defectum liberi arbi- B
2. Cor. 12: trii. Si autem Apost. hoc dicit de seipsõ, certus esse non poterat nisi per reuelationem, quia dictum est ei, Sufficit tibi gratia mea. Nam quantum ad possibilitatem liberi arbitrii ipse alibi dicit. Ne forte cum aliis prędicauerim, ipse reprobus efficiar.

EPITOME NONI CAPITIS.

POSTEAQVAM Apost. in quatuor primis capitibus, tractauit necessitate gratiæ dei, & in aliis quatuor sequẽtibus descripsit eiusdẽ gratiæ facultatẽ et virtutẽ, in his tribus proximis capitibus occasione accepta ex excidio Iudæorũ diuinis obsequiis mancipatorũ, & gentilium qui prius erant a deo alieni, ad eã promotione, tractat de origine gratiæ, an ex sola dei electione, an ex præuisione sequentium operum detur. Et in hoc 9 capite tractat de electione Gentium. Et primo ostendit affectum suum circa Iudæos, commembrãs eorum excellentes dignitates, quæ sunt adoptio, gloria, testamentũ, legislatio, obsequium, promissa ac Christi incarnatio. Secundo ibi, [Nõ autẽ quod exciderit, &c.] ostendit prædictas dignitates non pertinere, ad eos, qui processerũt carnaliter tantum ex antiquis patribus, sed ex electione diuina, per quam Gentiles sunt assumpti & vocati, quod manifestat allegando historiã Abrahæ et Iacob, quas exponit et corroborat prophetia Malachiæ. Tertio ibi, [Quid ergo dicemus, &c] Inquirit de iustitia huius electionis, proponendo dubitationem quam solui, allegando dicta Mosi, ex quibus concludit propositũ. Deinde soluit dubitationẽ promissam, quantũ ad reprobationẽ malorũ, et infert quandã cõclusionẽ. Quarto ibi, [dicit itaq; mihi, &c.] obiicit cõtra solutionẽ præmissæ quæstionis, & inquirendo respondet tacitæ quæstioni, inducendo authoritatem Esa. eius verba exponẽs. Finaliter soluit primã quæstionem. Quinto ibi, [Quos vocauit, &c.] ostendit quod prædicta vocatio & electio, nõ solũ pertinet ad Iudæos, sed etiam ad Gentiles. Quod probat authoritatibus Oseæ & Esa. & infert conclusionem ex dictis quantum ad Gentiles & Iudæos, quam corroborat authoritate Esa. cuius verba ex diuersis locis coniungit.

EXPOSITIO LITERALIS IX. CAPITIS.

VERITATEM dico in Christo Iesu.] i. per Christũ Iesum, qui est veritas per essentiã, [nõ mẽtior, testimoniũ mihi perhibẽte cõsciẽtia mea,] ꝙ testimoniũ cõsciẽtiæ est gloria nostra [in spiritu sancto] s. radicata et fundata, qui etiam reddit testimoniũ spiritui nostro. [Quoniã tristitia mihi magna est.] i. maxime tristis est spiritus meus, quia de magno malo. s. de excidio tãtæ gẽtis, [et continuus dolor cordi meo,] nõ enim erat superficialis, sed in corde radicatus, nõ ꝙ continuo actu doleret, sed secũdũ habitũ. [Optabã enim ego ipse,] aliquãdo si fieri posset absq; peccato [anathema.] i. separatus vel simpliciter, vel ad tẽpus, [esse a Christo] i. a gloria Iesu Christi, propter honorẽ eius qui proueniret ex conuersione Iudæorũ. [Pro fratribus meis,] quos errantes et in damnationem tendentes volebam reducere ad Christũ. [Qui sunt cognati mei secundũ carnẽ,] id est, qui sunt ex carnali genere meo descendentes. [Qui sunt Israelitæ, &c.] id est, ex genere Iacob, qui a deo nominatus est Israel, id est, fortis, ex quo processit talis natio, qua nõ est alia tã grãdis, quæ habuerit a deo tot beneficia spiritualia [quorũ,] vnũ respicit prçsens, scilicet [adoptio est filiorũ] s. Dei, quia scilicet sunt filii dei adoptiui, qui vocauit Israel primogenitum suũ, quantum ad spirituales viros, qui fuerunt in illo populo. Quia quantum ad carnales, dixit supra, quod acceperunt spiritum seruitutis in timore. Aliud vero beneficium quod respicit futurum habuerunt. [et gloria,] scilicet filiorũ dei fuit eis promissa. [et testamentum,] id est, pactum circuncisioni datum, vel testamentum nouum, quod fuit Iudæis primo prædicatum, [& legislatio,] id est, lex scripta digito dei. fuit eis data, & eius iudicia manifestata, quod non est taliter factũ omni nationi. [& obsequium.] i. modus colendi in honorabilibus ceremoniis, (quibus Deo seruiebant, cæteris gentibus seruientibus idolis) datus fuit eis. [& promissa,] id est, promissionem multe in veteri testamento, fuerunt eis factæ de terrenis & tẽporalibus, per quæ figurabantur spiritualia. [Quorũ patres,] a quibus

Ioan. 14. 2. Cor. 1. 2. Cor. 11. Gen. 32. Deut. 4. Exo. 4. Gen. 17. Exod. 41. Psa. 147. Leui. 26.

Deut. 18. a quibus progeniti sunt secundum carnem fuerunt maxime Deo accepti, dilecti, & propter hoc electum fuit semen eorū, ex qua electione non modica accreuit eis gloria a posterioribus. [Ex quibus est,] id est, descendit, [Christus secundum carnem] id est, secundum corpulentam substantiam, [Qui est super omnia Deus
Deut. 4. benedictus in secula. Amen.] & sic æqualis, & non minor patre, qui a D. Ioan.
1. Io ā. vlt. dicitur verus Deus, & vita æterna.

SECVNDA PARS IX. CAPITIS.

NON autem quod,] ex illorum casu, [exciderit.] i frustratum fuerit, [verbum dei,] et promissa Dei fuerint irrita aut reuocata, quia si nō fuerint imple ta in quibusdam, tamen bene in aliis. [Non enim omnes qui ex circuncisione sunt israel,] i.ex iacob secūdū carnem progeniti. [Hi sunt israelitæ.] [ve. i ad quos
Io an. 1. pertinent promissa Dei Quia posteritas Esau, qui descendit a iacob, non computatur in populo dei, sed illi sunt vere israelitę, qui sunt iusti & recti, et vidētes deū
Ioan. 8. per fidē, prout. Nathanael, de quo Christus, Ecce verè Israelita, in quo dolus nō est.
(b . 21. [Neque qui semen.] i. ex semine carnali, [sunt Abrahæ,] descenderunt, [oēs
Gal. 3. filii,] scilicet, veri & spirituales. Nā Hismael fuit filius carnalis Abr. hæ, sed nō verus, quia idololatra Sed illi sunt veri filii Abrahæ, qui imitantur fidē & opera Abrahæ. Vñ Christus. Si filii Abrahę estis, opera Abrahæ facite. [Sed in Isaac, qui fuit filius Abrahę p repromissionē et qui imitatus est fidē eius [Vocabitur tibi semē,]
Gen. 18. cui. [facta est repromissio [id est, Nō qui filii carnis, hi filii dei,] id est, illi non adoptātur in filios dei, qui sunt filii carnis.i.ex hoc ipso quod secūdū carnē progeniti
Gal. 4. ti sunt ab Abraham. [Sed qui filii sunt promissionis existimātur in semine.] i. illi ęstimātur semē Abrahæ, qui ex gratia diuinæ promissionis facti sūt secūdū imitationē fidei Abrahę, potēs est enim deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ [Promissionis enim verbū] quod Angelus, imo in Angelo dominus ad Abrahā [hoc est secundū hoc tēpus,] quo significatur tēpus incarnationis filii dei, qui missus est in plenitudine tēporis gratiæ. [Veniā et erit Sarræ filius.] [p gratiā repromissionis. [Nō solū autē illa,] scilicet Sarra, habuit filiū per promissionē. [Sed et Rebecca.]
Gen. 25. quæ etiā sterilis erat. Isaac enim orauit pro ea, eo quod sterilis, esset. [Ex vno cōcubitu habēs, Isaac patris nostri.] i habuit in vtero duos filios, quorum vnus pertinebat ad promissionē s. iacob, alius vero ad carnē scilicet Esau. [Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali,] vnus illorum prælatus est alteri, [vt secundum electionem,] quā deus spontanea volūtate vnum ab æterno praelegit, alterum non, quia sanctus erat, sed vt sanctus esset, [propositum dei] scilicet volentis vnum præ alio magnificare, [maneret,] id est, firmum esset, [non ex operibus.] i. propter merita præcedētia vel sequētia, [Sed ex vocāte,] i. gratia dei vo- B
Ad Tit 3. cātis, [Dictū est ei.] s. Rebecę duo populi ex vetre tuo diuidētur, populus populū
G. n. 25. superabit. [Quia maior seruiet minori,] scilicet, Esau Iacob. [Sicut scriptum est,
Malac: 1. iacob dilexi,] id est, elegi & prædestinaui ad vitam æternam. [Esau autem odio habui,] id est, reprobaui, siue ad illam vitam nō elegi, nec iudicaui illi dare auxiliū gratiæ, sed permittere labi in peccatis, & postea peccata eius punire, in quo consistit ratio reprobationis.

TERTIA PARS IX. CAPITIS.

QVID ergo dicemus? nunquid,] per hoc quod Deus sine merito præcedente, vnum elegit, & alterū reprobauit, probari pōt quod sit. [iniquitas apud Deū,]
Exo. 33. id est. quod Deus sit iniustus ¡Quia contra iustitiam distributiuam est quod æqualibus inæqualia distribuantur. [Absit,] quod hoc dicere velimus, aut quod ex hoc probari possit quod Deus, sit iniquus [Moysi enim dixit miserebor cui,] pro cuius, id est, misericordiam & gratiam siue misericordię effectus (qui sunt vocatio, iustificatio, magnificatio) dabo non omnibus, sed quibus misertus sim eligendo siue prædestinando eos ad vitam æternam. [Et misericordiam præstabo cuius miserebor,]

miserebor,] id est, cui dignum iudico misereri, & hoc ad maiorem expressionem dicit, [Igitur,] ipsa salus hominis [non,] scilicet, est [volētis neque currētis,] id est, non debetur, alicui per suum velle, seu per aliquam volūtatem eius vel exteriorem operationem quæ dicitur cursus. Vel non est in voluntate volentis. s. velle neq; operari bonū perfectū et meritoriū. [Sed miserentis est Dei,] id est, totū procedit ex misericordia dei [Dicit enim scriptura Pharaoni]. Quia in hoc excitaui te,] vel seruaui te secūdū aliā literā, id est, permisi labi te in peccatū propter pręcedētes iniquitates tuas. vel ad malū occasionaliter suscitaui [Vt ostendam in te virtutem meā,] magnā quātū ad præsentes, [qui.] s. contra illū & Aegyptios, et quantum ad absentes. [et vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra.] Ergo quia Iacob dilexi, &c [cuius vult miseretur] gratuito, [et quē vult indurat,] iusto iudicio, nō quod in eo directe causet malitiā, sed inquātū ex his quæ proponit homini interius, vel exterius, ea quæ secūdū se sūt bona, homo peccādi occasionē accipit, et hoc ipse deus permittit. Vnde non dicitur indurare infundendo malitiam, sed non apponendo gratiam, quam nec apponere tenetur. 1. Cor. 9. Deut. 9.

E

QVARTA PARS IX. CAPITIS.

DICIS itaque mihi. Quid adhuc quæritur] i. quid oportet aliud quærere de causa bonorū vel malorū, Cū omnia volūtati diuinæ, quæ est sufficiēs causa, attribuātur, [volūtati enim eius quis resistit.] i. quis resistere potest cū sit omnipotens [O homo tu quis es] s. fragilis ignorans, qui non potes respondere doctoribus, qui quæris, quare deus huius hominis misereatur & quosdam induret [Qui respondeas.] id est, respondere possis. [Deo.] qui si tecum velit contendere in iudicio, nō poteris ei respōdere vnum pro mille, si a te quærat quæstionē quam proposuit Esaias. [Nūquid dicit,] vel rationaliter dicere posset, si loqueretur. [Figmētū.] i. vas fictile siue id quod fingitur et formatur, [ei qui se finxit.] i. fictori suo a quo formatū est, qui nihil ei debebat. [Quid me fecisti sic?] id est, quare me sic formasti, totum enim debet attribui bonitati artificis. [An non habet potestatē.] s. liberā, [figulus luti.] i. qui facit vas ex luto, [ex eadē massa facere aliud quidē vas in honorem.] i. ad honorabiles vsus, puta scutellas, vrceos & catinos ad nobilē mensam. [Aliud vero in cōtumeliā.] i. aliud vas ad viles vsus facere et deputare ad vsus coquinæ, vel ad alia viliora officia. Si vas illud ex preciosa materia, puta auro ad vilia officia fieret aut deputaretur, posset quodāmodo cōqueri. Sed si ex vili materia fieret, nō haberet occasionē cōquerēdi, cū in nobiliorem formam reduceretur quam prius fuerat. Sic et natura humana, quæ ex sui natura vtilitatem habet, quia de limo terræ facta, sed maiorem vtilitatem habet ex corruptione peccati, nō habet occasionem conquerendi, si eam propter demerita ad infimum vsum deputat, sed potius habet occasionem laudandi, quia ad decorem vniuersi hoc facit. [Quod si deus,] cuius opera sunt ad manifestationem bonitatis suæ, quæ tanta est, quod nō potest vno modo et in vna creatura sufficienter manifestari, ideo diuersas creaturas condidit, si igitur deus, [volēs ostendere irā,] id est, iustitiā vindicatiuā, [et notā facere potentiam suam,] quam habet, et qua potest sibi subiicere omnia, et quam ostendit Pharaoni et Aegyptiis, qui viderunt magnam domini manum, id est, potentia, maxime in mari rubro [sustinuit in multa patientia,] id est, patienter eos expectauit, sciens eos non credituros neq; pœnitentiam acturos. [Vasa iræ apta in interitum,] id est, malos qui sunt apti & in se habentes aptitudinem, ad damnationem æternā. [vt ostenderet diuitias gloriæ suæ,] id est, abundantiā bonitatis suæ, [in vasa misericordiæ,] id est, bonos prædestinatos, quibus videtur deus quasi instrumentis vti ad manifestandam suam misericordiā, [quæ præparauit,] in virtute uocando, iustificando, magnificando vt venirent [in gloriam,] id est, in vitam æternam. Quia ipsa condemnatio malorū, quæ est secūdū dei iustitiam, manifestat et commendat gloriam sanctorū, qui a talis miseria liberantur, et tantum bonum consequuntur. Exo. 15. Iob. 39. Esa. 29. Exod. 14 Gen. 2.

A

QVINTA PARS IX. CAPITIS.

Oſe. 2. QVOS.] ſcilicet bonos, [& vocauit nos,] per ſuam gratiam, [non ſolum ex Iudæis, ſed & ex Gentibus ſicut in Oſeæ dicit,] ſ. Deus, qui olim loquebatur in prophetis & per linguas eorum. [Vocabo non plebem meam.] i gentilitatẽ, quę non erat plebs mea, quia mihi non obediebat, [plebem meam,] ad hoc vt ſit plebs mea, [et nõ dilectã, dilectã, et nõ miſericordiã cõſecutã, miſericordiam cõſecutam, & erit in loco,] id eſt, in Iudæa, [vbi dictum eſt eis,] ſcilicet Gentibus a Iudæis quaſi ex perſona Dei loquentibus. [Non ples mea vos,] Quia Iudęi non reputabant Gentiles populum Dei, etiam apud Iudæos credentes. [ibi vocabuntur filii Dei uiui,] .ſ. adoptiui, [Eſaias autem clamat pro Iſrael,] id eſt, apertè loquitur pro conuerſione Iſrael. [Si fuerit numerus filiorum Iſrael, tanquam arena maris,] id eſt, quaſi innumerabilis præ multitudine Gentium [reliquiæ ſaluæ fient,] non omnes nec maior pars, ſed aliqui pauci qui relinquentur ex excidio illorum. [Verbum enim.] ſcilicet Euangelii, [Conſumans.] id eſt, perficiens quod lex non poterat. [Et abbreuians] in æquitate ſubaudiendum eſt erit, verbum enim Euangelii abbreuiat verba legis. Omnia enim ſacrificia figuralia legis in vno ſacrificio Chriſti, qui ſe obtulit pro nobis hoſtiam, comprehenduntur, nihil prætermittens de multitudine figurarum antiquæ legis, nihilq; quod eſt æquum ſecundum dictamen rectæ rationis, remanet obſeruandum [quia verbum breuiatum,] id eſt, perfectius & maioris virtutis, [faciet dominus ſuper terram] ſcilicet exiſtens carne indutus. [Et ſicut prędixerat Eſaias. Niſi dominus Sabaoth] id eſt, exercituum vel virtutum ex ſua miſericordia. [reliquiſſet nobis ſemen,] id eſt, Chriſtum, vel verbum Euangelii. [ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorra ſimiles eſſemus,] quia grauius fuit peccatum Iudæorum peccato Sodomorum. [Quid ergo dicemus,] id eſt, quid ex conſideratione prædictorum inferemus? hoc inquam. [Quod gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam.] per opera legis, quia erant illo tempore ſine Chriſto alienati a conuerſione Iſrael, [apprehenderunt,] id eſt, ſubito & firmiter cõſecutæ ſunt, [iuſtitiã,] qua, ſcilicet vocantur filii Dei, [iuſtitiam autem quę ex fide eſt] non eam quæ in operibus legis conſiſtit, q. d. Gentes non ſunt ad hoc conuerſæ, ut iuſtitiam legis Moyſi obſeruent, ſed vt iuſtificentur per fidem Chriſti, Iuſtitia enim Dei eſt per fidem Ieſu Chriſti. [Iſrael verò.] id eſt, populus Iudęorum, [ſectando legem iuſtitiæ,] id eſt, legem Moyſi, quæ dirigebat ſicut Pædagogus ad Chriſtum, qui eſt iuſtitia & author legis iuſtitiæ, ſiue gratiæ. [in legem iuſtitiæ] id eſt in legem ſpiritus vitæ ſiue gratiæ [non peruenit.] id eſt, gratiam non eſt adeptus. [Quare?] quia nõ ſectabatur per debitam viam [Quia non ex fide,] ſ. Chriſti, quærebant iuſtificari [ſed quaſi ex operibus] ex quibus non iuſtificatur omnis caro coram illo, ſequentes enim vmbram, repudiauerunt veritatem [Offenderunt enim in lapidem offenſionis], id eſt, in Chriſtum, quia aſſimilatur lapidi offenſionis, in hoc quod ſicut lapis offenſionis non conſideratur neque cauetur propter ſuam paruitatem, ita & Iudæi videntes Chriſtum ſub infirmitate noſtra contineri, non conſiderauerunt, neque eum offendere cauerunt [Sicut ſcriptum eſt. Ecce pono in ſyon.] id eſt, in Hieruſalem, in qua erat mons ſyon [lapidem offenſionis & petram ſcandali.] id eſt, Chriſtum, in quem Iudæi per ignorantiam offenderunt. Si enim cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent Et per incredulitatem & inuidiam in tantum ſcandalum inciderunt, vt dominum ſuum morti traderent & occiderent in cruce, quæ mors fuit Iudæis ſcandalum (&) hic ponitur pro (ſed) [omnis qui credit in eum non confundetur.] id eſt, non inueniet ſe deluſum aut deceptum, nec perdet mercedem ſuam Et ad hunc ſenſum Eſaias dicit. Qui crediderit, non feſtinet, ille enim qui feſtinat ſe deluſum & confuſum reputat, quia non cito adipiſcitur quod ſperabat.

Margin: Oſe. 2. · Heb. 1. · Ioan. 1. · Iſa. 10. · Gen 22. · Reg 4. · Sophe. 6. · Iren. 4. · Ebr. 2. · Supra. 3. · Gal. 3. · Supra 3. · Iſa. 28. · Iſa 8. · 1. Cor. 2. · 1. Cor. 1.

B

C

COM-

COMMENTVM IX. CAPITIS

Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto.

D IN huius cap exordio Apostolus ostendit affectum suum ad gentem Iudæorum, ne ea quæ contra eos dixerat, vel dicturus erat, ex odio dicere, præsumeretur. Et primo confirmat dicenda per simplicem assertionem, dicens, [Veritatem dico,] quod maxime conuenit. Prædicatori, qui est testis veritatis. Vnde Salomon in persona Prædicatoris ait. Veritatem meditabitur guttur meum. Et Zacha. 8. Pacem & veritatem diligite. Et ne aliquis arbitraretur quod inter vera misceret aliquod mēdacium, quia stat aliquem falsitatem dicere, & non mentiri, dum arbitratur se dicere verum Subdit, [non mentior,] hortatur enim alibi vt deponamus omne mendacium. deinde quæ dicenda sunt confirmat iuramento, quod est testimonium infallibilis veritatis. Infallibilis veritatis testis est Deus. Vnde Iob. 16. Ecce in cœlo testis meus ideo dicit, [in Christo Iesu,] id est, per Christum Iesum, qui est veritas per essentiam. Alius testis infallibilis sanctorum est conscientia. ideo subdit, [Testimonium perhibente conscientia mea,] de qua alibi dicit. Gloria nostra est testimonium conscientiæ nostræ. Et quia interdum conscientia errat, nisi per spiritum sanctum rectificetur, subdit, [in spiritu sancto,] qui vt dictum est, reddit testimonium spiritui nostro.

Prou. 8.
Ephe. 4.
Ioan. 14.
2. Cor. 1.

Quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo.

HIC ostendit affectum per dolorem, quem de casu Iudæorum patiebatur, quē quidem exponit & exaggerat tripliciter. Primo ex magnitudine cum dicit, [Quoniam tristitia mihi magna est,] quia scilicet est de magno malo, id est, de excidio tantæ gentis. Si obiiciatur ex illo, Tristitiam non des animæ tuæ, quod videtur consonare sententie Stoicorum, qui tristitiam omnino ab animo sapientis propellebāt. Cum enim tristitia sit de malo presenti non potest sapienti secundum eos competere, cui nullum malum est præsens. Non enim ęstimabant aliquid esse bonum, nisi honestum, neque malum, nisi peccatum. Sed hæc opinio refellitur dupliciter. Primo quia corporales defectus, licet non sint simpliciter mala, quibus homines fiant mali, sunt tamen quædam mala a quibus natura abhorret. Vnde & dominus pro his tristatus, legitur dixisse. Tristis est anima mea usque ad mortem. Secundo cum homo ex charitate debeat diligere proximum suum, sicut seipsum, imminet sapienti tristitia laudabilis de peccato proximi. Vnde Apost. Et lugebam multos ex eis qui peccauerunt. Sic igitur a sapiente reprobatur seculi tristitia, quæ mortem operatur procedens ex amore seculi. Sed tristitia quæ est secundum Deum, utpote ex diuina charitate procedens, salutem operatur, & talis fuit ista tristitia, secundo Apostolus exaggerat ex continuatione, vnde subdit, & continuus dolor. Non quod continuo actu doleret, sed secundum habitum, & quotiēscunque reminiscebatur, dolebat E eorum miseriam. Tertio exaggerat eam ex sui grauitate, cum dicit, [cordi meo,] non enim erat superficialis sed vsque ad cor penetrabat, prout dolor Hierm. qui dicebat. Multi gemitus mei, & cor meum tremens.

Eccle. 30.
Matt. 26.
2. Cor. 12.
1. Cor. 7.
Thren. 1.

Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem.

SIGNVN hic ponit doloris dicens, [Optabam enim ego ipse,]qui tam feruens sum in charitate Christi, [Anathama esse a Christo,] id est, separatus esse a Christo. Anathema enim ad literam est quod sursum est positū, quod nomen significat

ficat dona quæ in templis pendebant diuis sacrata ab vsq; humanis seposita. Vnde tamen vt D. Chrysost. hic ait per contrarium sensum nomen deductum est, vt significet quidquid sit motum a Deo, vel Ecclesia, ac etiam a communi vsu hominum.
Iosue. 6. Vnde Iosue dixit de Hierico [Sit ciuitas hæc anathema dicit ergo, Optabam ego anathema esse a Christo, id est, separatos a Deo, non per culpam quam nullo modo optare licet, vt in calce præcedentis capitis dictum est, cum sit contra ordinem charitatis, quo quis tenetur super omnia Deum diligere, & salutẽ suam plus quam aliorum. Sed optabat ad tempus separatus esse a Christo, id est, a fruitione Christi,
Phil. 1. quæ habetur in gloria pro conuersione Iudæorum Quemadmodum pro salute Gentium ad Philippen. scribens dicebat. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo multo melius manere in carne propter vos, & hoc totum ad honorem Christi
Prouer. 14 regis, ad cuius dignitatem, vt Salomon ait. pertinet multitudo populi. Vnde D.
10 lib. de Chrysost. dicit: ita totam eius mentem deuicit amor, vt etiam eo quod præ cæteris
compunct. omnibus amabilius erat esse cum Christo, rursus idipsum, quia ita placeret Christo, contemneret, sed & cœlorum regna quod videbatur esse remuneratio pro Christo, F
Eccle. 25. nihilominus cedere pateretur. Et causam tanti affectus ostendit dicens: Pro fratri-
Mat. 23. bus meis quorum concordia & vnio placita est spiritui Dei, & probata est coram Deo & hominibus. Et ne intelligeretur de his qui erat spiritualiter fratres, de quibus Christus, Omnes vos fratres estis, subiungit [Qui sunt cognati mei secundum carnem,] id est, qui ab Israel quemadmodum & ipse, carnaliter propagati erant, & tamen fidem non susceperant Nec mirum vt D Chryso. ait, si Apostolus pro fratribus anathema fieri velit, qui sciebat eum, qui in forma erat dei, exinanisse se de ea, ac suscepisse formam serui, & factum esse pro nobis maledictũ. Pari ratione & Moy
Exod. 32. ses dixit, Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo quem scripsisti, quod nonnulli interpretantur de libro in quo erat scriptus dux populi.

Qui sunt Israelitæ, quorum adoptio filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa.

HIC ostendit dignitatem Iudæorum, vt eius tristitia appareat rationabilis, pro pter pristinam dignitatem populi pereuntis, propensius enim malum est dignitatẽ amisisse, quam nunquam habuisse Octo dignitates eorum describit, per octo priuile
2. Cor. 11. gia diuina eis data, vt eos hac nobilitatis commendatione ad fidem alliciat. Prima eorum dignitas est generis, [Qui sunt Israelitæ], non solum dicit eos Israelitas, vt secerneret eos ab Ismaelitis & filiis Esau, sed propter singulare certamen, luctamen
Gen 32. videlicet cum angelo. Vnde diuinitus datum est nomen illi Israel, quod est videns Deum, vel secundum alios potest Dei, hoc est potestatem habens in Deum. Iuxta verbum illud appellabitur nomen tuum Israel. Quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis. Et sequitur. Vocauitq; Iacob nomen loci illius Phanuel, dicens, vidi Deum facie ad faciem. In quibus verbis significatur nomen illi fuisse inditum a fortitudine & visione. Secũda dignitas est adoptio A
filiorum, quia licet aliqui ex gentilibus fuerit in gratiam filiorum recepti, populus ta
Deut. 4. men ille peculiare nomen filiorum Dei obtinuit in orbe Vnde Moyses, Non est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut ad est nobis Deus noster. Hanc filiationis primogenituram probauit Christus vocans eos filios, dicens,
Mat. 15. Non est bonum sumere panem filiorum, &c. Tertia dignitas illorum fuit gloria, quia Deus illis gloriam suam manifestauit, vt fuerunt prodigia in Aegypto, in mari, & in deserto. de quibus Moyses, Ecce gloria domini apparuit in nube: & dum edeba
Exod. 16. tur lex, habitauit, inquit, gloria domini super Sinai. Et gloria domini impleuit ta-
. 24. bernaculum. Idemque legitur de gloria templi. Et quod illa gloria figura esset cœle
. 40. stis gloriæ conferendæ per Christum, ipsemet docuit cum se in monte coram Pro-
Reg 8 phetis eiusdem legis transfigurauit. Quarta dignitas, est testamentum, id est, pactum
Mat. 17 circuncisionis, Abrahæ datum, & aliud per Hieremiam promissum, feriam domui

Israel

Israel fœdus nouum, scilicet Euangelium quod fuit primo Iudæis prædicatum. Vnde, & dominus dicebat. Nō sū missus nisi ad oues quæ perierūt domus Israel. Quinta dignitas erat legislatio, quia illis inter omnes nationes Deus legem scriptam per Moysen dedit. Vnde Dauid. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Sexta dignitas dicitur obsequium, Origines exponens obsequium inquit, sacerdotalia dicit officia, Alii exponunt pro cultu, quæ quasi idem sunt. Nisi quod forte obsequium significantius explicat illas exteriores cæremonias, quam cultus, quod nomen ad internam reuerentiam proprius attinet. Septima dignitas ex promissis resultabat. vnde dicit, promissæ Nempe promissiones de futuro Messia, de eiusque lege & gloria, factæ sunt patribus Abraham, Isaac, & Iacob, & populo exeunti de Aegypto, vt legitur Gen. 12. capite vsque ad 22. & Exod 20. & duobus proximis, quas promissiones Christus impleuit. Vnde intra. 15. dicit, Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis, ad confirmandas promissiones patrum. Gen. 17 Hier. 3 Mat. 15. Psal. 147

B *Quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula.* Amen.

Hic describit octauam & supremam Iudæorum dignitatem, quod Christus ex eorum prosapia fuerit deriuatus, vnde dicit, [Quorum patres] ex quibus Iudæi progeniti erant, fuerunt maxime dilecti & accepti deo, vt ex illis descendere & carnem humanam assumere voluerit vnde per Moysen ait, Dilexi patres tuos, & elegi semē eorum, ideo subdit [Et quibus est Christus,] genitus [secundum carnem] id est secūdum corpulētā substantiam Vnde & Christus dixit, Salus ex Iudæis est, id est Christus saluator qui est super omnia Deus benedictus in secula, scilicet seculorum. Et vnde D. Ioan. De Christo loquens dicit, hic est verus Deus & vita æterna In præmissis verbis Apost. quatuor hæreses confutat & destruit. Primo quidem Manichæi qui dicebat Christum non habuisse verum corpus, sed phantasticum, per hoc quod dicit secundum carnem, habet enim veram carnem, vt ipsemet testatur dicens, Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videti habere. Secundo hæresis Valentini, qui dixit Christum non de massa humani generis, sed de cœlo corpus attulisse impassibile, quod quidem excludit in hoc quod dicit, Christum ex Iudæis secundum carnem esse. Vnde & D Mat 1. Liber generationis Iesu Christi, filii Dauid, filii Abram Tertio hæresis Nestorii, qui posuit alienū esse filium hominis, & alium filium Dei, Contra quem Apostolus hic dicit, quod ille qui est ex patribus secundum carnem, est Deus super omnia benedictus Quarto hæresis Arrii, qui dicebat Christum esse minorem patre, & quod fuit creatus ex nihilo. Contra quorum primum dicit quod est super omnia, Cōtra secundum, quod est benedictus per omnia secula hoc enim de solo Deo intelligenda sunt. Deut. 4. Ioan. 4. 1. Ioā. ult. Luc. 24.

SECVNDA PARS IX. CAPITIS.

Nam autem quod exciderit verbum dei.

C IN hac secunda huius cap. parte Apost prædictas dignitates nō pertinere, ad eos, qui solum carnaliter processerunt ex antiquis patribus, sed ad spirituale semen, quod est a Deo electum Et primo ostendit originem gratiæ ex electione diuina, ponendo eius firmitatem dicendo [Non autem, &c.] q. d. quamuis per casum illorum tam numerosa pars prosapiæ illorum orbata fuit illa fide & salute, non tamen sequitur propterea quod promissiones prædictæ fuerint incertæ, cassæ aut vanæ, aut quod verbum Dei exciderit, id est, irritum aut reuocatum fuerit Quia si non habet locum in quibusdam qui exciderunt, habet tamen locum in illis. Nam vt Esa. dicit, verbum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, &c. & Dauid, in æternum domine permanet verbum tuum. Esa.

Non enim omnes qui ex circuncisione sint Israel, hi sunt Israelitæ, neque qui semel sunt Abrahæ, omnes filii.

HIC ostendit in quibus verbum Dei ex eorum culpa exciderit, siue qui sunt il li, qui ex culpa sua frustrati sunt promissionibus prædictis. Sed prius aduertendum est quod Iudæi præcipuæ de duobus gloriabantur, videlicet de Abraham, qui primo accepit pactum circuncisionis & promissionis terræ, quæ figurabat terram viuen- D
Gen. 17. tium. Secundo de Iacob siue Israel, cuius tota posteritas in populo Dei connumera batur. Non autem ita fuit de Isaac. Nam filius eius Esau, nec eius posteritas, pertine bat ad populũ Dei, nec illi primo facta est promissio. Iacob verò siue Israel, quanuis non primo fuerit ei de Messia facta promissio, tamē fuit repetita, & omnes eius filii tam ancillarum, quā præcipuarum vxorum connumerati sunt in populum Dei, cuius etiā posteritati inter tribus facta est distributio terræ promissionis Vnde Apost. ostendit propositum. Primo per comparationem ad Iacob, dicens, Non enim om-
Ioan. 1. nes qui ex Israel, id est, ex Iacob secundũ carnē progeniti sunt, hi sun t vere Israelitę id est, ad quos pertinent promissa Dei. Sed solum illi qui sunt recti & videntes deum per fidem, prout Narhanael, de quo Christus. Ecce vere Israelita in quo dolus non est Secundo idem ostendit per comparationem ad Abraham dicēs, Neque om nes qui semen, scilicet carnale, sunt Abrahæ, vt Isamel sunt omnes filii, quibus Deus benedictionem promisit, sed solũ illi qui eius fidē & opera imitantur in cuius rei testimoniũ Christus dixit, Si filiĳ Abrahæ estis, opa Abrahæ facite [Sed in Isaac vocabitur tibi semen.] Explicatius hic declarat quæ de Abraham dixit, inducens scripturæ authoritatem. Dixit enim dominus Abrahæ cum ei præciperet eiectionem If
Gen. 21. maelis, Quia in Isaac uocabitur tibi semen, cui, scilicet facta est repromissio, de qua
Gal. 3. Apost. ad Galatas scribens ait, Abrahæ dictæ sunt repromissiones & semini eius, scilicet Isaac, & his qui imitaturi erant ipsum.

Id est, non qui filii carnis, hi filii dei: Sed qui filii sunt promissionis, estimantur in semine.

Hic exponit authoritatem inductam prout facit ad propositum Ad cuius euidentiam considerandum est quod quemadmodum Ismaeli seniori, qui secundum carnē, hoc est naturali uirtute carnis fuerat genitus, prælatus est diuinō placito Isaac, qui fuit sola voluntate Dei ex sterili iam anu miraculosè procreatus; ita intelligamus eis tantum atque eisdem omnibus factam esse promissionem filiationis Dei, quos ipse secundum æternum propositum elegit, atque eosdem prorsus cęteri filios Abrahæ,
Supra. 4. qui eadem fide generantur, quod Abraham habuit de conceptu Isaac, de qua supra.
Supra. 2. Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Qua de causa superius di
Supra. 4. stinxit duplicem iudæum, scilicet qui in manifesto, & qui in abscondito, & duplicē
Mat. 3. circuncisionem, cordis scilicet & carnis Et commonstrauit. 4. cap. Abraham fuisse patrem omnium credentium. & Christus in Euangelio ait, per eandem fidem posse E de lapidibus suscitare filios Abrahæ.

promissionis enim verbum est hoc, Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius.

CONFIRMAT hic conuenientem fuisse prædictam expositionem, quæ per Isacc significari dixit eos qui filii sunt promissionis, eo quod Isacc per promissionem natus est. Vnde dicit, [promissionis, &c.] id est, hoc verbum quod angelus,
Gen. 15. imò dominus in angelo dixit, ad Abraham. Secundum hoc tempus mihi ab æterno præfinitum & præfixum, veniam, vbi tempus gratiæ spiritualiter significatur, de quo tempore ad Galatas Aposto. dicit, Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus fi-
Gal. 4. lium suum factum ex muliere, quippe ex virgine, per miraculum præsignatum in

miraculosa generatione Isaac, vt adoptionem filiorum reciperemus, quod est expositio eius quod hic ait, Et erit Sarrę filius.

Non solum autem illa, sed & Rebecca ex vno concubitu habens, Isaac patris nostri.

PROCEDIT hic ad exemplum Iacob, quem primo allegauerat dicens, Nõ solum illa scilicet Sarra, habuit filium ex electione Dei & promissione, sed etiam Rebecca, quæ etiam erat sterilis, cui dominus ad preces Isaac dedit conceptum. Rebecca habens, id est, habuit & concepit in vtero duos filios, ex vno concubitu Isaac patris nostri, quorum vnus pertinebat ad promissionem, scilicet Iacob, alius verò ad carnem, scilicet Esau. Non ex diuersis meritis, nec ex diuersitate matrum, aut diuerso statu patris, quod potuissent ascribere filiis Abrahæ, quorum Ismael de ancilla, & Isaac de libera, insuper Abraham non circuncisus genuit Ismael, post circuncisionem verò Isaac. vt igitur omne subterfugium excludatur, adducit exemplum vbi vnus eligitur, & alius reprobatur eorum qui non solum ab vno patre, sed etiam ab vna matre sunt geniti, & eodem tempore. imò ex vno concubitu. vnde patet quod electio illa non processit ex parte aut matre, nec ex eorum operibus prout Iudæi arbitrabantur, quia vt subdit. Gen. 25.

Cum enim nondum nati fuissent, neque aliquid boni egissent, aut mali, vt secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, ei quia maior seruiet minori.

OStendit hic quod vnus filiorum Rebeccæ prælatus est alteri, non ex generatione, nec operibus. [Quia cum nondum nati essent, &c] Et quemadmodum per superiora exclusit opinionem Iudæorum de meritis parentum confidentium, Ita etiã per hoc excludit errorem Manichæorum, qui diuersitatem eorum, quæ in omnibus accidunt, ascribunt natiuitati eorum vt scilicet vniuscuiusque vita & mors disponatur secundum cõstellationem, sub qua natus est. Contra quos Hieremias A signis cœli nolite metuere, quæ gentes timent, &c. Subdit autem, aut aliquid boni egissent aut mali. vbi excluditur error Pelagianorum, qui dicunt secundum merita præcedentia gratiam dari. Cum tamen scriptum sit: Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. vtrumque autem horum ostenditur falsum, per hoc quod ante natiuitatem & ante opera vnus filiorum Rebeccæ alteri prælatus est. Excluditur etiam per hoc error Origenis, qui posuit animas hominum cum angelis esse creatas extra corpora, & quod pro meritis vel demeritis eorum, quæ tunc egerunt, diuersitatem sortitę sunt, quod non potest esse verum, cum hic dicatur, cum nondum aliquid boni egissent vel mali, & cæt. Deinde ostendit vnde processit quod vnus geminorum in vtero existentium, alteri est prælatus dicens, [vt secundum electionem propositum Dei maneret.] id est, vt liquido constaret diuinum propositum fuisse causa, non autem opus aliquod vel parentum vel natorum. Ideo subdit, [non ex operibus,] hoc est, non ob meritum operum, [sed ex vocante,] id est, Deo sua spontanea voluntate vnum præeligente, non quia sanctus erat, sed vt sanctus esset, iuxta illud, Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti. Hoc autem est propositum prædestinationis de quo ibidem dicitur, Prædestinati secundum propositum voluntatis eius. qui quos prędestinauit, hos & vocauit dictum est enim Rebeccæ. [Quia maior,] scilicet Esau [seruiet minori,] scilicet Iacob. Quod quidem potest tripliciter intelligi. Vno modo secundum eorum personas. Et sic intelligitur Esau seruisse Iacob non directe, sed occasionaliter, inquantum persecutio, quam ei intulit, in bonum eius cessit. Vnde Salomon, Qui stultus est, seruiet sapienti. Secundo potest referri ad populos, quia dictum est Rebeccæ consulenti dominum, Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populusq; populum superabit, & maior seruiet minori. Quia Idumæi, qui processerunt

Hier. 10.

Ad tit. 3.

Ephe. 1.

Gen. 25.

Prou. 11.

Gen. 25.

Mal. 59. ferunt ex Esau, aliquando fuerunt subiecti Israelitis, iuxta illud, in Idumæam extendam calceamentum meum. Tertio potest intelligi figulariter dictum, vt per maiorem intelligatur populus Iudæorum, qui primo adoptionem filiorum accepit, secundum illud, primogenitus meus Israel. Per minorem autem figurabatur populus Gentilium, qui posterius est ad fidem vocatus, qui etiam figuratur per filium prodigum. Maior ergo populus seruiet, minori, inquam, Iudæi sunt nostri capsarii, custodientes libros, ex quibus nostrę fidei testimonium perhibetur. Vnde Christus, Scrutamini scripturas. A

Exod 4.
Luc. 15.

Sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

Malach. 1. CONFIRMAT hic idem quod prius dixit de electione vnius filiorum Rebeccæ, authoritate Malachiæ prophetæ, qui in persona Dei loquens dixit. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Nec est sequenda glo. quædam, dicens quod id quod supra dictum est, maior seruiet minori, debet intelligi secundum præscientiã, quod autem hic dicit, intelligendum est secundum iudicium, quia scilicet deus propter bona opera dilexit Iacob, prout & omnes sanctos diligit, iuxta illud, Ego diligentes me diligo. Esau verò odio habui propter peccata suã, sicut scriptum est. Altissimus odio habet peccatores & alibi, Odio est Deo impius & impietas eius. Quia dilectio hominis præuenitur a dilectione dei, vnde infra dicit, inuentus sum a non quærentibus me, & D. Ioan. Non quasi nos dilexerimus eũ, sed quoniã ipse prior dilexit, vnde necesse est dicere quod antequam Iacob dilexerit Deum, prius fuit dilectus a Deo. Nec potest dici quod Deus ex tempore eum diligere cœperit, alioquin eius affectus esset mutabilis, & ideo oportet dicere quod Deus ab ęterno Iacob dilexerit. Vnde Hie. 31. In charitate perpetua dilexi te. Est autem considerandum quod Apost. tria ponit in Deo pertinentia ad sanctos, scilicet electionem, dilectionem, & prædestinationem, quæ secundum rem sunt idem in Deo, sed differunt ratione, secundum nostrum modum intelligendi. Nam ipsa Dei dilectio dicitur secundum quod Deus vult alicui bonum absolute. Electio autem secundum quod per bonum quod alicui Deus vult, eum alteri præfert. Prædestinatio verò secundum quod hominem dirigit in illud bonum, quod ei vult diligendo & eligendo. Et ideo secundum rationem dilectio præcedit electionem, & electio prædestinationem, licet sint ab æterno, sicut voluntas de fine naturali ordine præcedit directionem aliquorum in finem. Veruntamen aliter ordinatur electio & dilectio in homine, & aliter in Deo. In homine enim electio præcedit dilectionem, eo, quod voluntas hominis mouetur ad amandum aliquam rem ex bono quod in re amata considerat, ratione cuius eam præeligit alteri, & sic præelectę suum amorem impendit. Sed voluntas Dei est causa omnis boni. Ideo bonum per quod vna creatura præfertur alteri per modum electionis, consequitur voluntatem Dei, quæ est de bono illius, quæ voluntas de bono illius absolute pertinet ad rationẽ dilectionis, vt dictum est. Eam ob rem non propter aliquod bonum, quod sit in homine, eligit eum Deus, sed potius eo quod ipsum diligit, præfert eum aliis eligendo. Et quemadmodum dilectio, de qua hic loquitur, pertinet ad æternam Dei prædestinationem. Sic odium, de quo hic loquitur, pertinet ad reprobationem, qua Deus reprobat peccatores. Nec est dicendum quod ista reprobatio sit temporalis, quia nihil temporale est in voluntate diuina, sed ab æterno voluit quæcunque voluit, alias esset mutabilis. Et sic reprobatio, quantum ad aliquid, conuenit cum dilectione, vel prædestinatione, & quantum ad aliquid differt. Conuenit primo, quantum ad durationẽ, quia vtraque est ab æterno. Secundo quantũ ad hoc quod sicut prædestinatio est præparatio gloriæ, ita reprobatio est pręparatio pœnæ. Vnde Esa. 30. Præparata est ab heri tophet. Differt autẽ quantum ad hoc quod prędestinatio importat pręparationem meritorum, quibus prouenitur ad gloriã. Sed reprobatio non importat pręparationem peccatorum, quibus peruenitur ad pœnam. Et ideo præscientia meritorum nõ est aliqua ratio siue causa prædestinationis, quia merita pręscita cadunt sub B

Prou. 8.
Eccle. 12.
Cap. 14.
Infra. 10.
1. Ioan. 4
Isa. 65.

præ-

prædestinatione, sed præscientia peccatorum potest esse aliqua ratio & causa reprobationis ex parte pœnæ, quæ præparatur reprobatis, inquantum, scilicet deus proponit punire malos propter peccata, quæ a seipsis habent, & non a Deo. Iustos autem proponit se præmiaturum propter merita, quæ a seipsis nō habent: Vnde Oseas. 13. Perditio tua ex te Israel, tantum ex me auxilium tuum.

TERTIA PARS IX. CAPITIS.

Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum?

C IN hac tertia huius. 9 ca. parte, Apostolus inquirit de iustitia electionis dei, et excludit duas obiectiones ex proxima sententia emergentes. Primo ponit dubitationē de iniustitia ex parte dei dicens [Quid ergo dicemus,] id est, Quid ex superioribus colligemus & inferemus, nunquid ex præmissis, scilicet quod deus absq; præcedētibus meritis & demeritis vnum eligit, & alterum reprobat, probari poterit quod sit iniquitas siue iniustitia apud deum, quod aliquibus videri posset, eo quod iustitia distributiua æqualibus æqualia habeat distribuere. Homines autem remota differentia meritorū sunt æquales, ergo si deus absq; cōsideratione meritorū et demeritorū, vnū eligit et alium reprobat, inæqualiter et per consequens iniuste distribuit, & sic erit iniquitas apud Deum. Contra illud, Deus fidelis & absq; vlla iniquitate, & illud. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Notandum quod Origenes hanc obiectionem soluere volens, incidit in errorem, posuit enim in suo periarchon Deum, ab initio creasse omnes creaturas spirituales simul, & ipsas æquales, ne ex eorum inæqualitate posset secundum prædictam rationem iniquitas ascribi Deo. Sed postea creaturarum diuersitas subsecuta est ex diuersitate meritorū et demeritorū, quæ elicuerunt in primo instanti, Nam illarum spiritualium creaturarum quædam per amorē conuersæ sunt ad deum, plus aut minus, & secundum hoc distincti sunt ordines angelorum. Quędam vero auersæ sunt a Deo plus vel minus. Et secundum hoc alligatæ sunt corporibus nobilibus vel ignobilibus. Et sic secundum eum ratio condendi & distinguendi creaturas corporeas, est peccatum spiritualium creaturarū, in primo instanti peccantium. Cuius contrarium Moyses affirmauit dicens. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, per quod datur intelligi quod causa producendi creaturas corporales, vt D. August. ait. est bonitas Dei. Et Salomon, vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Ideo hac opinione reiecta, vidēdum est quo modo Apost. hanc soluat dubitationem.

Deut. 32. Psal. 118. 11. de ci. Dei. Prouer. 16.

D *Absit. Moysi enim dixit, Miserebor cui misertus sum, & misericordiam præstabo cui miserebor.*

HIC soluit obiectionem exprobando, dicens. [Absit,] quod illud inferatur, et proponit authoritatem scripturę, ex qua procedit solutio, et infertur conclusio. Inducit autē authoritatē. Exo. in quo habetur quod dixit dominus Moysi secundum nostrā literā. Miserebor cui voluero, & clemētis ero in quē mihi placuero. Sed Apostolus inducit eam secundū interpretationem septuaginta dicens, Moysi, &c. In quibus verbis omnia nostra bona diuinæ misericordiæ ascribuntur. Et cum superior sententia fuerit bimembris, scilicet quod Iacob gratis dilexerit, Esau autem odio habuerit, bipartitam quoque subdit defensionem dei. Vnde quantum ad gratuitam dilectionem inducit authoritatem Exod congruentem huic proposito. Habetur enim illic sermo de impietate populi, qui vitulum in deum conflauerat, cumque Moyses pro huiusmodi noxa indulgenda Deum præcaretur, audiuit, Miserebor, & cæt. ac si diceret, remittere culpam, & in gratiam meam quemquam euocare, non est in meritis hominum positum, neque vlla potest esse illius causa, nisi meum prorsus beneplacitum. Miserebor cui misertus sum prædestinando, et sic quidam, rese-

Exod. 33. Exod, 32.

referunt præteritum ad internum Dei desiderium, scilicet ad prædestinationem, & futurum ad externum effectum, siue ad vocationem & magnificationem. Veruntamen verisimile est D. Paulum hac esse vsum verborum identitate, vt aperte significaret nullam esse causam prædestinationis præter vnam, scilicet Dei voluntatem. Ideo si quæras cur Deus cuiuspiam præ aliis miseretur, nulla est causa, nisi quia illius vult misereri. Vnde nostra translatio habet. Miserebor cui voluero, & cuius in animo meo misertus sum, & illi auxilia misericordiæ in tempore præstabo. Apparet ergo quomodo oes causæ prædestinationis fuerint in hoc verbo exclusæ, quod, scilicet nec natiuitatis sydera (vt Manichæi dicebant) nec animarum merita extra corpora, vt Origines, nec opera præcedentia, vt blasphemauit Pelagius, in causa sunt gratiæ, sed sola eius voluntas, imo nec operum præuisio, quæ gratiam subsequuntur, seu bonus gratiæ vsus. Quia omne Dei beneficium quod homini confert ad salutem, est diuinæ prædestinationis effectus, & sic non potest esse causa. Diuinum autem beneficium non solum se extendit ad infusionem gratiæ, qua homo iustificatur, sed etiam ad gratiæ vsum, prout in rebus naturalibus primum mouens non solum causat ipsas formas in rebus, sed etiam ipsos motus, & operationes formarum, cum igitur Deus sit principium omnis motus, & eius operatione cessante a mouendo ex formis nullus motus vel operatio sequatur, sic ex diuina prædestinatione non solum causat gratiam, sed et eius vsum. Nec propter hoc superfluit habitus gratię, sicut nec superfluunt formæ naturales, quamuis Deus in omnibus operetur, Quia ipse disponit omnia suauiter, quia, scilicet per suas formas omnia inclinantur, quasi sponte in id ad quod ordinantur a Deo. Sic igitur non potest esse quod merita consequentia gratiam sint ratio miserendi aut prædestinandi, sed sola Dei voluntas, secundum quam aliquos misericorditer liberat. Et pro solutione apparentiæ, sciendum quod iustitia distributiua locum solum habet in his quæ dantur ex debito, puta si aliqui meruerunt mercedem, plus laborantibus maior merces dari debet. Non tamen habet locum in his quæ sponte & misericorditer dantur. Puta si aliquis ex duobus, quibus nulli tenetur, vnum inuitat ad prandium, aut aliquid liberaliter ei donat, alio dimisso, non est iniquus, sed misericors, Similiter si duobus ipsum æquè offendentibus, vni dimittit offensam, & contra alium iustitiam petit, vni est m sericors, & alteri est iustus, neutri vero iniquus: Cum ergo omnes homines propter peccatum primi parentis damnationi nascantur obnoxii, si Deus aliquos sua misericordia liberat, relictis aliis, neutris est iniquus. Ideo Apostolus soluit per authoritatem, quæ omnia misericordiæ diuinæ attribuit. Sciendum tamen quod diuina misericordia, secundum tria attenditur. Primo quidem secundum prædestinationem, qua ab æterno proposuit aliquos liberare, iuxta illud, Misericordia eius ab æterno, vsque in æternum, Secundo, quo ad vocationem & iustificationem, quibus homines saluat ex tempore, secundum illud, Secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Tertio, secundum magnificationem per gloriam, quando liberat ab omni miseria, iuxta illud, qui coronat te in misericordia & miserationibus. Et ideo miserebor, scilicet vocando & iustificando, cui miseror prędestinando. Et misericordiam præstabo finaliter glorificando eum cui misereor, scilicet vocando & iustificando. & hic sensus amplius congruit nostræ literæ, vbi manifeste non meritis, sed soli diuinæ voluntati & misericordiæ ascribitur.

Sap. 8. — B

Psal. 102. Ad Tit. 3. Psal. 120.

Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. C

Concludit hic ex præmissa authoritate propositum, scilicet quod predestinationis causa est sola Dei misericordia, & non velle volentis, quod est interior operatio, nec currere currentis, quod est exterior operatio. Potest autem hæc conclusio multipliciter intelligi. Vno modo sic, igitur ipsa salus hominis non est volentis neque currentis, id est, non debetur alicui propter aliquam eius voluntatem vel exteriorem operationem, quæ dicitur cursus, secundum illud, Sic currite ut comprehendatis, sed est miserentis Dei, id est, procedit ex sola Dei misericordia, quod maximè sequitur ex authoritate inducta. Ne dicas in corde tuo, propter iustitiam meam introduxit

1. Cor. 9. Deut. 9.

troduxit

troduxit me dominus, vt terram hanc possiderem. Poteſt autem & aliter intelligi, vt ſit ſenſus. Omnia procedunt ex diuina miſericordia. Igitur non eſt volentis, scilicet velle, neq; currentis, ſcilicet currere, ſed vtrunq; eſt miſerentis Dei. Non tamen propter hæc verba intendit Apoſtolus omnem nobis concurſum adimere in noſtra iuſtificatione, ſed intendit principalitatē iuſtificationis attribuere Deo. Actio enim magis attribuitur principali agenti, quam ſecundario. Non enim dicimus quod ſecuris faciat arcam, ſed artifex per ſecurim: Cum ergo deus ſit principalis agens, et voluntas ſecundarium, eius actio bona principalius aſcribitur deo, quam ipſi voluntati. Et hoc modo intelligendum eſt quod dicit ad Philippen. Deus eſt qui operatur in nobis velle et perficere pro ſua bona voluntate. Si dicatur quod ſi non eſt volentis velle, nec currentis currere, ſed Dei mouentis, videtur quod homo non ſit dominus ſui actus, & per conſequēs quod non ſit liber. Dicendum eſt quod Deus omnia Phil. 2.

B mouet, ſed diuerſimode vnumquodq; videlicet, ſecundum modum ſuæ naturæ, diſponit enim omnia ſuauiter, mouet naturalia naturaliter, & libera libere. Et ſic homo mouetur a deo ad volendum & currendum libere, & velle, & currere, hominis eſt liberum illi, ſed de his fuſius ſupra. 7. cap. ſuper verbo, Non enim quod volo bonum hoc ago. & ſuper verbo, nunc autem iam non ego operor. Sap. 8.

Dicit enim ſcriptura Pharaoni, Quia in hoc ipſum excitaui te, ut oſtendam in te uirtutē meam & ut annuncietur nomen meum in uniuerſa terra.

SOLVIT hic quæſtionem præmiſſam, quantum ad reprobationem malorū. Et primo inducit authoritatē, dicit ergo oſtenſum eſt quod non eſt iniquitas apud Deum, quantum ad prædeſtinationem, nec etiam quantum ad reprobationem, quātum ad hoc quod ab æterno reprobat malos. [Dicit enim ſcriptura] ex ore Dei, [Pharaoni, quia in hoc ipſum] excitaui te, vel ſeruaui te ſecundum aliam interpretationem, vt annuncietur nomen meum in vniuerſa terra Noſtra autem interpretatio habet, & idcirco poſui te vt oſtendam in te fortitudinem meam, vt enarretur nomen meum in omni terra. Vbi conſiderandum eſt quid primo Deus circa reprobos faciat, quod oſtendit dicens, in hoc ipſum ſeruaui te, id eſt, dignus eras mori propter mala quæ feceras Nam vt dictum eſt, qui talia agunt, digni ſunt morte, &c. Sed non ſtatim mortem indixi, ſed ſeruaui te in vita eo fine qui ſequitur, vt ſcilicet oſtē dam, &c. Et in hoc etiam ſenſu poteſt legi quod dicitur, [Excitaui te,] id eſt, cum apud me tuis demeritis mortuus eſſes, conceſſi tibi vitam quaſi te excitarem, in quo apparet quod deus in reprobis iniquitatem non facit, cum ipſi ſuis, demeritis eſſent digni ſtatim conſumi ſed hoc ipſum quod eos ſeruat in vita procedit ex nimia bonitate ſua. Vnde Hiere Corripe me Domine, veruntamen in iudicio & non in furore tuo, ne forte ad nihilum reducas me Alio modo poteſt intelligi excitaui te in peccatum, vt deterior, fias, quod quidem non eſt intelligendum hoc modo quod Deus in homine cauſet maliciam, ſed intelligendum eſt permiſſiue, quaſi ſcilicet iuſto iudicio permittit aliquos ruere in peccatum propter præcedentes iniquitates, vt ſupra Exod. 9. Supra. 1.

A primo dictum eſt, tradit, &c. Veruntamen aliquid amplius videtur hic eſſe intelligēdum, quia videlicet inſtinctu quodam interiori mouentur homines a deo ad bonum & ad malum. Vnde D. Aug: dicit, Quos Deus operatur in cordibus hominum ad inclinandas eorum volūtates quocunq; voluerit, ſiue ad bonum pro ſua miſericordia, ſiue ad mala pro demeritis eorum. Vnde & deus dicitur ſuſcitare aliquos ad bonum, prout ſuſcitauit ſpiritum pueri iunioris ad liberandum Suſannam, &c. Dicitur etiā aliquando ſuſcitare aliquos ad malum, ſecundum illud, Suſcitabo Medos qui ſagittis paruulos interficiant. Aliter tamen ad bona, & aliter ad mala. Nā ad bona inclinat hominum voluntates directe & per ſe tanquam author bonorum. Ad malum autē non inclinat directe, nec per ſe, ſed ſolum occaſionaliter, inquantum ſcilicet Deus homini aliquid proponit interius vel exterius, quod quantum eſt de ſe, eſt inductiuum ad bonum. Sed homo, per ſuam malitiam peruerſe vtitur ad malum. Vnde In lib. de Gra. et li. ar. Dā. 1

Supra. 2. supra dixit, Ignoras quoniam benignitas Dei te ad pœnitentiam inducit. Secundum
Iob. 24. autem duritiam tuam, &c. Et Iob Deus dedit locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo
Esa. 16. in superbia. Et similiter Deus quantum est de se interius instigat hominem ad bonum, puta regem ad defendendum iura regni sui, vel ad puniendum rebelles. Sed hoc instinctu bono malus homo abutetur secundum malitiam cordis sui. Vnde Esa de Assur. Ad gentem fallacem mittam eum, contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, &c. Sequitur, ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius nõ ita æstimabit, sed ad conterendum erit cor eius. Et hoc modo circa Pharaonem accidit, qui cum a Deo excitaretur ad regni sui tutelam, abusus est hac excitatione in crudelitatem. Origenes notat quod non dixit ad hoc ipsum te feci. alioquin ad conditorem referri videretur culpa, sed ait ad hoc ipsum te suscitaui, id est, vt animi tui malitia aliis esset correctio fructuosa. Deinde oportet considerare quo fine Deus ista partim faciat, & partim permittat, pro cuius rei intelligentia notandum est quod Deus
Supra. 1. manifestatur in creaturis, & ideo ad eius manifestationem creaturas visibiles, per quas ad cognitionem inuisibilium deuenimus, fecit. Vnde & huiusmodi excitatio in C
Exod. 14. hoc ipsum ordinatur, & quantum ad præsentes. Ideo dicit, vt ostendam in te virtutem meam. Quia vt in Exod. dicitur, Viderunt filii manum magnam quam exercuerat dominus contra AEgyptios. Et quantum ad absentes dicit, Vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra, iuxta illud, annunciate inter gentes gloriam eius.
Psal. 95. Sic igitur patet quod quantum ad hoc non est iniquitas apud Deum, Quia vtitur creatura sua secundum eius merita ad gloriam suam. Et hoc in eodem sensu exponi potest. Si dicatur posui te, id est, ordinaui malitiam tuam ad gloriam meam, Deus enim malitiam ordinat, sed non causat.

Ergo cui vult miseretur, & quem vult indurat.

Psal. 102. HIC ex vtraque authoritate inducta infert conclusionem. Nam ex eo quod dictum est, miserior cui miserior, concludit ergo cuius vult miseretur, Iuxta illud, Misertus est dominus timentibus se. Ex eo verò quod dictum est, in hoc ipsum excitaui te, & cæt. concludit secundam partem copulatiuè quem vult indurat, iuxta illud,
Eccle. 3. Indurasti cor nostrum, ne timeremus te. & illud, Ex ipsis benedixit, & exaltauit, &
Esa. 63. ex ipsis maledixit & humiliauit. Et quidem quod dicitur de Dei misericordia, dubitationem non habet suppositis quæ præmissa sunt. Sed circa indurationem videtur esse duplex dubitatio, Prima quia duritia cordis ad culpam pertinere uidetur secundum
Thes. 4. dum illud, Cor durum male habebit in nouissimo. Si ergo Deus indurat, sequitur quod est author culpæ, contra quod dicit D. Iacobus, Deus intentator est malorum. Sed dicendum quod Deus non dicitur indurare aliquos directe, quasi in eis causet malitiam, sed indirecte, inquantum, scilicet ex his quæ facit in homine, intus vel extra homo sumit occasionem peccati, & hoc ipsum Deus promittit. Vnde non dicitur indurare, quasi immittendo malitiam, sed non apponendo gratiam, quam apponere non tenetur. Secunda dubitatio est, quia ipsa induratio non videtur diuinæ voluntati posse ascribi, cum scriptũ sit, Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra. Et quod Deus
1. Tim. 2. omnes homines vult saluos fieri. Dicendum quod tam misericordia quam iustitia
Eccl. 33. dispositionem voluntatis important. Vnde sicut miseratio attribuitur diuinæ volun-
Supra. 1. tati, ita & id quod est iustitiæ. Sic ergo intelligendum est cuius vult miseretur, scilicet D
per suam misericordiam. Ita & quem vult indurat per suam iustitiam quia illi quos indurat, merentur quod indurentur, vt dictum est.

QVAR-

QVARTA PARS IX. CAPITIS.

Dicis itaque mihi. Quid adhuc queritur? voluntati enim eius quis resistit?

IN hac quarta huius cap. parte, obiicit contra vltimam conclusionem, scilicet, cuius ergo,&c. quasi dicat, si ita est, dicens mihi Quid adhuc quæritur, id est, quid oportet vlterius quærere de causa bonorum & malorum, quæ hic aguntur. Cum omnia diuinæ voluntati attribuantur, quæ est causa sufficiens, eo quod nullus possit ei resistere. Vel aliter: Quid adhuc quæritur? id est, quid conquæritur Deus de hominibus quando peccant, quemadmodum per Esa. Filios enutriui & exaltaui, illi autem spreuerunt me. Non enim videtur iustam habere quærelam, quia hoc procedit ex eius voluntate, cui nullus resistere potest. Vel aliter, Quid adhuc quæritur, scilicet, ab homine vt faciat bonum vel malum, iuxta illud, Indicabo tibi homo quid sit bonum, & quid Deus requirat a te. Frustra enim requiritur aliquid ab aliquo, quod non est in eius potestate. Nihil autem in hominis potestate esse videtur, secundum prædicta, quæ omnia ascribunt diuinæ voluntati cui nullus resistere potest. Vnde Hester dicebat, Non est qui tuæ possit resistere voluntati. & hæc videtur esse intentio Apostoli, hoc autem dictum intelligi debet de voluntate beneplaciti, quia voluntati signi resistunt multi. Vnde D. Stephanus vos spiritui sancto semper restitistis. *Esa. 1.* *Mich 6.* *Act. 7.*

O homo, tu quis es qui respondeas Deo?

ENERVAT & dissoluit quæstionem per aliam interrogationem, qua intendit obdurare eorum ora qui ita insaniunt, vt Deum redarguere præsumant. Ad cuius intelligentiam considerandum est quod circa electionem bonorum, & reprobationem malorum, duplex dubitatio moueri potest, Vna quidem in generali. Cur Deus velit quosdam indurari, & quorundam misereri, alia verò speciali, quare velit huius misereri, & hunc vel illum indurare Quo ad primam potest ratio assignari, quemadmodum si aliquis ædificare volens, habet multos lapides æquales congregatos. Potest ratio assignari quare quosdam ponat in summo, illos poliendo, & alios in imo impolitos, relinquendo ex parte finis, quia ad perfectionem domus, quam facere intendit, requiritur fundamentum, quod habet lapides in imo, qui non egent tanta pulchritudine. Et cacumen parietis, quod habet lapides in summo, qui sunt magis apparentes. Sed quare ponat & poliat hos lapides in summo, & hos non poliat, & ponat in imo, non habet aliam rationem præter artificis voluntatem. Sic est de prædestinatione & reprobatione. Apostolus primo respondet dubitationi, quantum ad secundam interrogationem. Quare, scilicet huius misereatur, & illum induret. Et arguit præsumptionem quærentis dicens, [O homo,] qui scilicet, es fragilis & ignorans, [tu quis es, qui respondeas, Deo,] id est, vnde sufficis ad respondendum Deo. Qui si velit tecum in iudicio contendere, non poteris respondere vnum pro mille. Iob autem dicit, Qui arguit Deum, debet ei respondere. In quo datur intelligi, quod homo non debet scrutari rationem diuinorum iudiciorum, cum intentione comprehendit, eo quod excedant capacitatem humanæ rationis. Ideo Sapiens, Altiora te ne quæsieris, & Salomon, Scrutator maiestatis opprimetur a gloria. *Iob. 9.* *Iob. 39.* *Eccle. 1.* *Prouer. 25.*

Nunquid figmentum dicit ei qui se finxit, Quid me fecisti sic?

Continuando exprobationē præsumptionis aliam interrogationē ex textu Esa. adducit. [Nunquid, &c.] in textu Esa. sic habetur, Nunquid dicit lutū figulo suo Quid facis et opus tuum sine manibus? Pro cuius intelligentia consideranda est similitudo de artifice. Si enim artifex ex materia vtili facit vas pulchrū, et nobilibus *Esa. 45.*

actionibus accommodatum, totum ascribitur bonitati artificis, puta si ex luto faciat scutellas & vrceos ad nobilem mensam, decentes. Si verò ex vili materia, puta luto, faciat vas vilibus accommodatum, puta coquina vel huiusmodi officiis. Si vas ex materia preciosa, quæ præiacebat operationi, puta si ex auro & lapidibus præciosis ad vi les vsus ordinatum esset, & rationem haberet, conqueri posset de artifice. Sed non
...a.2. vas ex luto confictum. Atqui humana natura vilitatem habet ex sua materia, quia ex limo terræ. Sed maiorem vilitatem habet ex ratione peccati, quod per vnum hominem in hunc mundum intrauit, & ideo homo merito luto comparatur. Vnde Iob 30 comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri. Vnde quicquid boni habet homo, debet bonitati Dei, quasi peritiæ figuli ascribere, iuxta illud, Nũc domine pater es tu, nos verò lutum. & fictor noster tu, & opus manum tuarum om
...a. 64. nes nos. Si verò Deus hominem ad meliora non promoueat, sed in sua infirmitate eum dimittens, deputat eum ad infimum vsum, nullam facit ei iniuriam, vt possit de eo iuste conqueri.

An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere, aliud quidem vas in honorem, & aliud in contumeliam?

APOSTOLVS hic exponit verba Esaiæ, dicens. [An; &c.] quasi dicat, assertum est quod figmentum, id est, vas fictibile non posset dicere fictori, Quid me fecisti sic? eo quod figulus liberam habeat facultatem ex materia luti opus facere, quod
...Tim. 2. cunque sibi placuerit, aliud in honorem, id est, ad honorabiles vsus, aliud verò in contumeliam, id est, in vsus viliores. Quia vt alibi dicit, In magna domo non solum sunt uasa aurea & argentea, sed etiam lignea & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Similiter deus liberam habet potestatem ex eadem corrupta materia humani generis, sicut ex quodam luto, nulli faciendo iniuriam, quosdam homines præparatos in gloriam, quosdam vero in miseria derelictos:
...er. 18. Quia vt Hier ait. Sicut lutum in manu figuli, ita in manu mea vos domus Israel. Si vero obiiciatur quod quemadmodum vas non potest conqueri, nihilominus tamẽ si artifex increparet vasis figuram & vtilitatem, posset vas seipsum excusare, imo culpam in artificem respergere, eo quod placuit illũ ita plasmare. Sic reprobus, & cæt. Dicendum quod non est simile eo quod Deus in reprobo malitiam non causat, sed ipse solus eam sibi asciuit, artifex vero causat figuram. Ideo. &c.

Quod si Deus uolens ostendere iram, & notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia uasa iræ apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam.

HIC soluit primam dubitationem, cur deus uelit quibusdam misereri. & quosdam in miseria derelinquere in generali, quia cur in speciali, dictũ est non posse dari rationẽ præter voluntatem Dei. In generali tamen ratio potest dari. Ad cuius euidentiam considerandum est, quod finis omnium diuinorum operum est manifestatio diuinæ bonitatis. Vnde Salomon. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus, & supra dictum est, inuisibilia dei, &c. Tanta autem est diuinæ bonitatis ex
...ro. 16. cellentia, quod non potest vno modo, nec in vna creatura sufficienter manifestari.
...r. 1. Ideo diuersas creaturas condidit, in quibus diuersimode manifestatur, præcipue in creaturis rõnalibus, in quib. iustitia manifestatur, quãtũ ad illos quos pro demeritis eorũ punit, Misericordia vero in illis quos sua gratia liberat, et promouet. Et ideo vt vtrumque in hominibus manifestaretur, quosdam misericorditer & liberauit, & promouit, sed non omnes, Ponit ergo primo rationem reprobationis malorum, & deinde electionis siue prædestinationis bonorum. In vtrisq; tamen triplex est differentia attendenda. Prima secundũ finẽ. Finis enim reprobationis vel obdurationis malorũ est manifestatio diuinæ iustitiæ vindicatiuæ, ideo dicit. [Quod si deus volẽs. A

ostendere

ostendere iram suam,] id est, iustitiam vindicatiuam? quia in Deo non est ira secun
dum effectus commotionem, sed solum secundum affectum vindictæ, vt dictum est
supra super verbo reuelatur enim ira, &c. Addit autem, & notam facere potentiam Sup. 1.
suam, Quia licet in operibus misericordiæ, vt in creatione mundi & redemptione.
late pateat eius potẽtia, præcipuè tamen eam facit apparere in malorum punitione,
eo quod eius potentia videtur occultari dum eos tollerat in hac vita, quod videntes
filii huius seculi, cogitare possent causam tollerantiæ & dissimulationis esse impotẽ
tiam vlciscendi, eam ob rem hanc potentiam notissimam faciet Deus in diæ irę, id
est, iusti iudicii Dei Nam licet in hac vita nõnunquã puniat malos, id tamẽ fit per
quam raro, neq; constat vindictam esse dei, nisi rarissime, vt inundatione orbis &
exustione Sodomorum. Secunda differentia inter malos & bonos attenditur secun-
dum vsum, quia vsus malorum, quo vtitur eis Deus est ira, id est, pœna, ideo vocat
eos vasa iræ, id est, iustitiæ instrumenta quibus Deus vtitur ad ostendendum iram,
B id est, iustitiam vindicatiuam Vnde Apost. Eramus natura filii irę. Tertia differen-
tia inter eos attenditur secundum actum, quem Deus exercet circa eos. Quia repro
bos Deus non parat, seu disponit ad malũ, sed ipsi ex seipsis se disponũt ad malũ, ex
libero arbitrio et corruptione primi peccati. Vnde dicit vasa iræ apta in interitum:
et ideo Apost nõ dicit quod volens deus ostendere iram, voluit reprobos facere vasa Ephe. 2.
iræ et aptare ad interitum, imo ad ostendendũ eorum opera adeo esse propria ipsorũ
arbitrii vt fiunt cõtra voluntatem dei &c. Sustinuit in multa patientia vasa iræ, ex se
apta in interitum circa eos autem deus, nihil agit, sed solũ permittit eos agere, quæ
concupiscunt, ideo signanter dicit sustinuit in multa patientia. Est enim altissimus Eccle 5.
patiens redditor. Ea enim quæ cũ multa patientia sustinemus, nobis displicere osten
dimus, sic displicent deo malorum peccata, quæ ipse sustinet & tollerat procrastinã
do punitionem, vt quantum est de se sua benignitate & longanimitate ad pœniten
tiam adducat, sed duricies eorum est in causa per accidens, vt deus velit in ipsis ostẽ
dere cumulatius iram suam Deinde ex parte bonorum similiter tria ponit. Primo
quidem finem cum dicit. [Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ.] Finis enim electio Sup. 2.
nis & miserationis bonorum, est manifestatio abundantis bonitatis eius, quã demõ
strat reuocando eos a malo, & ad iustitiam eos trahendo, & finaliter eos in gloriam
perducendo, et hoc innuit cum dicit, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ. De quibus
supra. An diuitias bonitatis eius contemnis. & alibi Deus autem qui diues est in mi
sericordia Signanter autem dicit, [vt ostenderet, &c] Quia ipsa condemnatio & re-
probatio malorum, quæ est secundum iustitiam, manifestat & commendat gloriã Sup. 2.
sanctorum, qui ab ipsa tali miseria liberati sunt. Secundo describit vsum bonorum, Ephe. 2.
cum dicit, [in vasa misericordiæ.] Nominat autem bonos vasa misericordiæ, quia
vtitur eis deus, quasi instrumentis ad suam misericordiam manifestandam, secundũ
illud Isti sunt viri misericordiæ. Tertio ponit actũ, quẽ deus circa bonos exercet, nõ Eccle. 44.
solũ enim deus eos sustinet, quasi aptos existẽtes ad bonũ, sed eos parat et disponit,
vocando, iustificãdo, et magnificãdo. Vnde dicit. [Quæ præparauit in gloriam.]
C et Psalmographus Præparãs mõtes in virtute sua. Est autẽ cõstructio defectiua &
suspẽsiua vsq; hic. Sed sensus Apostoli est talis Quod si deus volẽs, &c. O homo tu
quis es qui respondeas Deo, vel quid contra hæc iuste poteris dicere, quasi dicat, ni-
hil. Nõ enim sic quos vult indurat, vt peccare compellat, sed sustinet eos & permit
tit, vt secundũ suã inclinationem tendant in malã ad ostensionem diuitiarum iusti-
tiæ & misericordię suæ. Ex præmissis in primo cap super verbo qui prædestinatus,
et in 8. super verbo, Quos præsciuit hos, &c. et in hoc nono cap apparet diffinitio
et differẽtia prędestinationis, et reprobationis, quę sunt partes prouidẽtiæ Dei, quæ
nõ solũ dicũt actus, intellectus diuini, sed etiã volũtatis. Prædestinatio quidẽ volun
tatẽ vocãdi, iustificãdi, magnificãdi, et glorificandi, qui sunt effectus prædestinatio-
nis, qui simul considerari nõ habent causam in prædestinato, licet vnus effectus com
paratus ad alium possit habere rationem causæ. Reprobatio vero dicit actum vo-
luntatis permittendi cadere in peccatum, quæ promissio nõ tollit liberum arbitriũ,

dicit etiam voluntatem inferendi damnationis pœnam pro culpa, quæ ex solo libero arbitrio pendet, & non a Deo.

QVINTA PARS IX. CAPITIS.

Quos & vocauit, nos, non solum ex Iudæis, sed etiam ex Gentibus :

Postquam Apost. ostendit gratiam Dei dari hominibus, ex diuina electione, per quam homines vocantur ad gloriam. In hac quinta huius 9. ca. parte, ostendit quod prædicta electio seu vocatio, non solum pertinet ad Iudæos, vt ipsi gloriabantur, propter illud, Dilexi patres tuos &c. sed etiam ad Gentes dicentes. [Quos, &c] quasi dicat, dictum est quod præparauit in gloriam sanctos, quos, scilicet, & vocauit per gratiam suam, non solum ex Iudæis, sed etiam ex Gentibus. Eo quod non Iudæorum tantum Deus, sed & Gentium. Vnde Sopho 2. Adorabunt eum viri de loco suo omnes insulę Gentium. D

Deut 4.

Sicut in Oseæ dicit. Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non dilectam, dilectam, & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam.

Osea. 2. HIC probat vocationem Gentium, allegando authoritatem Oseę, secundum
2. Reg. 23 interpretationem 70 nostra autem interpretatio habet Miserebor eius, qui fuit absque misericordia, & dicam non populo meo: populus meus es tu. Sicut dicit dominus in Oseæ, in quo dominus loquebatur. Deus enim loquebatur in Prophetis,
Heb. 1. iuxta illud, Spiritus domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meā. Et Oseæ, 1 dicitur. Principium loquendi domino in Oseæ & Apost. Multipharię multisq; modis, olim loquens Deus patribus in Prophetis. Vocauit autem Deus Gentiles ad tria bona, quæ contulerat Iudeis, in quibus Iudæi excellentiores erant Gentibus. Primum erant diuinus cultus, ratione, cuius populus Iudæorum dicebatur populus Dei, quasi seruiens ei, & præceptis eius obediens. Vnde Psal. Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. Sed ab huius populi dignitate & societate Gentiles erant alieni, iuxta illud, Alienati a conuersatione Israel, &c. Sed per Christum facti sunt populus Dei, iuxta illud, Dedit semetipsum pro nobis, vt emandaret populum acceptabilem, & hoc innuit cum dicit [vocabo non plebem meam, plebem meam,] id est, adhoc vt sit plebs mea. Secūdum bonum erat diuinæ dilectionis. Vnde Oseas 3. Diligebat dominus filios Israel. Quod apparebat ex eo quod eis multa beneficia ad specialem gratiam inducentia præstabat, a qua quidem dilectione Gentiles olim erant exclusi, iuxta illud, Alienati a veritate Dei propter ignorantiam quæ est illis. E Christus tamen eos ad hanc dilectionem vocauit, & hoc innuit cum ait, [Et vocabo
Ad Tit. 1. non dilectam, dilectam]Vnde Apost. Ephesiis scribens ait. Vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi, & sup 5. Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo in morte filii eius, Tertium bonum, erat libertas a peccato originali, quæ Iudæis in circuncisione conferebatur. Vnde Esaias, 14. Miserebitur Deus
Ephe. 2. Iacob. Sed huius miserationes Gentiles non erant participes, iuxta illud, quando natus es in die ortus tui, non est præcisus vmbellicus tuus, & infra. Non pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnum de his misertus tui. Ideo subiungit, [Et non misericordiam consecutam.] ideo Apost. Secūdum misericordiam suam saluos nos fecit.

Et erit in loco vbi dictum est eis. Non ples mea uos, ibi uocabuntur filii Dei uiui.

Ad Tit. 3. HIC inducit aliam authoritatem Oseæ, in qua etiam repromittitur Gentili-
Osæ. 1. bus dignitas filiorum, De qua Iudæi gloriabantur propter illud. Filios enutriui & exaltaui: Gentiles autem non solum non dicebantur filii, quod pertinet ad eos qui ex amore Deo seruiūt, sed nec ēt digni erat vt populi Dei dicerentur, quod pertinere poterat

poterat ad eos qui spiritum seruitutis acceperant in timore. Vnde dicit. [Et erit in loco,]id est,in Iudea, [vt dictum est eis,] scilicet Gentilibus à Iudæis quasi ex per sona Dei loquentibus, Non plebs mea uos. Quia non reputabant eos populum Dei ibi,id est apud Iudæos etiam credentes vocabuntur filii Dei viui. Vel aliter. Et erit in loco,id est,in toto mundo,in quo conuertentur sicut proseliti, quos Iudæi facie- bant,qui suis locis derelictis in Iudæam pergebant. Hoc autem non ita futurum esse in his qui in Christum conuertēdi erant,ostendit Sopho.dicens, Adorabunt viri de loco suo vnicuique,ergo in loco suo habitanti,vbi dictum est,eis olim ex diuina sen- tentia,non plebs mea vos. Ibi vocabuntur filii dei viui per diuinam adoptionem,quę fit per fidem,secundum illud, Dedit eis potestatem filios dei fieri,his qui credunt in nomine eius. *Esa. 1.* *Sopho. 2.*

Esaias autem clamat pro Israel. Si fuerit numerus filiorum Israel,tanquam arena, maris reliquiæ saluæ fient. Verbum enim consummans , & abbreuians,in ęquitate, quia uerbum abbreuiatum faciet Dominus super terram.

HIC probat prędictam electionem quantum ad Iudæos , & ponit duas autho ritates , quantum prima videtur pertinere ad omnes credentes ex Iudæis . Secundo specialiter ad Apostolos,ait ergo, Dictum est ab Osea pro Gentibus. Esaias autem clamat,id est,aperte loquitur pro conuersione Israel, prout iniunctum ei fuit a do mino dicente, Clama ne cesses,&c. In hac aūt,prima authoritate ponit conuersorū paucitatē dicens,[Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris,] .i. innume rabiles præ multitudine vt promissum fuerat Abrahæ,multiplicabo semē tuū velut arenā maris,&c [Reliquiæ saluę fient] i. non oēs nec maior pars,sed aliqui pauci qui relinquentur ab excidio aliorū. Vnde Micheas 7 factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, & infra 11. Reliquiæ secundum electionem gratiæ sal uæ factæ sunt. In secunda authoritate assignat causam salutis,& efficaciam euange- lici verbi dicens,[verbū.n. consummans & abbreuians in æquitate] in quibus ver- bis notatur euangelici verbi duplex efficacia. Prima est,quia est cōsummās, i. perfi- ciens quod lex nō poterat Nihil enim ad perfectum adducit lex Christus aūt venit perficere,implere,& consumare legem,quia figuris legis veritatem adhibuit & quia moralia præcepta debito modo exposuit , & occasiones transgrediendi abstulit , ac etiam consilium perfectionis adiunxit. Vñ & iuueni diuiti,quia omnia legis manda ta seruauerat , dixit , Vnum tibi deest , si vis perfectus esse vade et vende omnia quæ habes,&c Et propter hoc discipulis suis dicebat Estote perfecti, sicut pater ve- ster cœlestis perfectus est Secunda efficacia verbi Euangelici est abbreuiandi,et hęc efficacia conuenienter primæ adiungitur. Quia quanto aliquod verbum est magis perfectum,tāto est altius,& per consequens magis simplex & breue . Est autem ver bum Euangelii abbreuians verba legis , quia omnia sacrificia veteris legis compre- hendit , in vno vero sacrificio, quo Christus obtulit seipsum pro nobis hostiam . Omnia etiam legis præcepta in duobus præceptis charitatis concludit,dicens,in his duobus mandatis vniuersa lex pendet & Prophetæ. Dicit autem abbreuiās in æqui tate,vel quia nihil prætermissum est de multitudine Prophetarum , figurarum & præceptorum legis,quin sub breuitate Euangelii comprehenderetur , vel quia nihil ipsorum, quod est æquum secundum dictamē rectæ rationis naturalis(cuius omnia mādata ęquitas)remanet obseruandum. Subaudiendum est autem,erit,vt sit sensus. Verbum Euangelii erit abbreuians & consummans in æquitate. Cum autem dicit. [Quia verbum abbreuiatum faciet dominus, &c.] assignat rationem prædictæ effi caciæ,quasi dicat,perfectius enim et maioris virtutis debet esse verbū, quod ipse do minus Deus carnem indutus per semetipsum locutus est,quando in terris visus est, et cum hominibus conuersatus est , quam verba quæ locutus est per Prophetas . Vel aliter. Quia dominus,scilicet deus pater faciet super terram verbum abbreuia- tū,id est incarnatū. Quia filius Dei exinaniuit semetipsum,formam serui accipiens. *Ioan. 1.* *Esa. 57.* *Esa. 10.* B *Gen. 22.* *Esa. 10.* *Heb. 7.* *Mat. 5.* *Mat. 19.* *Mat. 5.* *Ephe. 5.* *Matt. 22* *Bar. 3.*

a Heb. 5. Dicitur autem exinanitum vel abbreuiatum, non quod aliquid sit subtractum a ple nitudine, vel magnitudine diuinitatis ipsius, sed quia nostram exilitatem & paruita tem suscepit. Apost. prædictas authoritates, Esa. allegauit secundum interpretatio nem. 70 quia secundum nostram literam, sic habetur, Si fuerit populus tuus Israel, sicut arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo. Consummatio abbreuiata inundabit Consummationem enim & abbreuiationem dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ.

Et sicut prædixerat Esa. Nisi Dominus Sabbaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissemus.

Esa. 3. Gal. 3. Esa. 6. HIC inducit authoritatem Esa. pertinentem ad Apostolum, dicens. [Nisi dominus Sabbaoth,] id est, exercituum vel virtutum, [reliquisset nobis seme.] i. verbũ Euãgelii. vel semen, id est, Christum, iuxta illud, Et semini tuo qui est Christus. Vel semen, id est Apostolos. De quibus Esa. Semen sanctũ erit quod steterit in ea. [Quasi Sodoma facti essemus, &c.] Grauius enim fuit peccatum Iudæorum quam Sodomorum, iuxta illud, Maior facta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum.

Thren. 4. Vnde Ezech. 16 Non fecit Sodoma ipsa et filiæ eius, sicut fecisti tu et filiæ tuæ. Et ideo quod non fuerint totaliter exterminati, sicut Sodomitę, est imputandum diuinæ misericordiæ.

Quid ergo dicemus? Quod Gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est.

INFERT hic conclusionem ex dictis. Primo quantum ad Gentes dicens. [Quid ergo dicemus?] i. ex consideratione prædictorum. Hoc inquam dicere, & inferre possumus quod Gentes apprehenderunt, id est, cõsecutæ sunt iustitiam, qua vocantur filii dei, et per quã iustificati sunt, et hoc quidem ex vocatione diuinæ electionis et nõ ex meritis, quod patet ex hoc quod dicit, quæ non sectabantur iustitiã, iux

Ephe. 2. ta illud, Eratis in illo tempore sine Christo, alienati a conuersatione Israel. Deinde declarat de qua iustitia intelligat, dicens Iustitiam autem quæ ex fide est. Non eam B

Sup. 3. quæ in operibus consistit. Non enim ideo Gentes conuersæ sunt, quia vt iustitiam legalem obseruabant, sed iustificati sunt per fidem Christi, iuxta illud, Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi.

Israel vero sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit.

Sup. 8. ADDVCIT hic conclusionem quantũ ad Iudæos, dicens, [Israel vero] i. populus Iudæorũ, [sectando legem iustitiæ, &c.] dicitur autem lex iustitiæ lex spiritus vitæ, per quam homines iustificabãtur, ad quam populus Iudæorum non peruenit, quam tamen sectabantur obseruando vmbram huius spiritualis legis, quæ cõ

Heb. 1. sistit in obseruationibus legalibus. Vnde Apost. Vmbrã habens lex futurorum bonorum. Vel sectando legem iustitiæ, id est, legem Moysi, quæ est lex iustitiæ, si sit bene intellecta, quia docet iustitiam. Vel dicitur lex iustitiæ, quia facit homines iustos nõ vere et apud Deum, sed exterius apud homines, dum peccata vitantur, non ex amore, sed ex timore pœnæ, quã lex infligebat. Vnde Esa. 51. Audite me qui sequimini quod iustum est, & quæritis dominum. Et iterum. Audite me, qui scitis iustum populus meus lex mea in cordibus eorum.

Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus.

HIC assignat rationem immediatæ conclusionis. [Quare?] scilicet dũ sectarẽtur legem ad ipsam nõ peruenerunt, quia scilicet nõ per debitã viam sectabantur

quia non per viam fidei Christi quærebant iustificari, sed quasi ex operibus legis, ex Supra. 3
qui us non iustificabitur omnis caro coram illo.

Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est. Ego pono in Syon lapidem offensionis, & petram scandali, & omnis, qui credit in eum, non confundetur.

C EXPLICAT hic causam propositam, et primo proponit manifestationem dicens. [Offenderunt enim in lapidem offensionis.] i. in Christum qui assimulatur lapidi offensionis. Quia sicut lapis in quẽ aliquis offendit, non cauetur propter suam paruitatem, ita et Iudæi videntes Christum in infirmitate detentum, non cauerunt eum offendere. Vnde Esa. 53. Quasi absconditus vultus eius et despectus, vnde nec reputauimus eum. Et Hier. 13. Antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos, id est, ad Christum et eius Apostolos, qui dicũtur montes caliginosi, eo quod eo um magnitudo & dignitas latebat. Secundo, ad hoc inducit authoritatẽ dicens. Sicut scriptum est in Esa. scilicet Componit autẽ Apo. verba Esaiæ, in diuersis locis scripta. Nam Esa 28 dicitur. Ecce ego mittã in fundamentis Syon lapidem, scilicet quasi fundamẽtum, in quo designatur quod Christus diuina ordinatione cõstitutus erat Ecclesiæ fundamentum, iuxta illud, Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Legitur etiam Esa. 8. in lapidem autem offensionis et petram scandali, duabus domibus Israel, et hinc sumitur medium authoritatis, in qua dicit lapidem offensionis & petram scandali, vt offensio referatur ad ignorantiam Quia vt Apost. ait. Si cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Scandalum autem est referendum ad impactionem et casum, quo per infidelitatem ceciderunt, Christum et eius Apostolos persequendo. Vnde Apost Nos prædicamus Christum crucifixũ, Iudæis quidem scandalum. Et D. Simeon Ecce hic positus est in ruinã, &c. Finis authoritatis sumitur ab Esa. 28. vbi dicitur. qui crediderit non festinet, loco cuius dicitur hic Omnis qui credit in eũ nõ confundetur, quia, scilicet consequetur mercedem ab eo, iuxta illud, Qui timetis Deum credite illi Et non euacuabitur merces vestra Ponit autem Apo hæc verba secundum interpretationem septuaginta. Et ad hunc sensum pertinet quod in nostra translatione dicitur. Qui crediderit, non festinet. Ille enim festinare videtur, qui delusum se reputat, quia cito non adipiscitur quod sperabat.

1. Cor. 3.

1. Cor. 2.

1. Cor. 1.

Luc. 2.

Eccle. 2.

EPITOME X. CAPITIS.

POSTQVAM Apost. ostendit quod per electionem gratię dei Gentiles vocati sunt ad fidem, & aliqui etiam ex Iudæis de maiori parte populi Iudaici offendẽte et scandalisata, in hoc. 10. ca. specialiter agit de casu Iudæorũ. Et primo præmittendo suum affectum & motiuum miserationis eorum, declarat casum illorum esse miserandum, & causam excidii siue casus illorum fuisse ignorantiam iustitiæ dei per Christum, ad quẽ tanquam ad finem lex ordinabatur. Et probat veritatem eorum quæ Iudæi ignorabant duplici authoritate Secundo ibi. [corde creditur ad iustitiam,] Exponit verba Moysi ponendo ordinem quo quis vocatur in salutem, quæ est ex fide, inducẽdo authoritatẽ quam declarat, et ex qua infert cõclusionem, quod fides est ex auditu, auditus autem per verbum dei Tertio ibi, [Sed dico, &c.] ostẽdit quòd casus Iudæorum nõ fuerit totaliter excusabilis, quia ignorantia eorum nõ fuit inuincibilis, vel ex necessitate existens, sed quodammodo voluntaria. Cum audierint ex doctrina Apostolorum, & cognoscere potuerint ex lege & Prophetis, maxime ex Moyse & Esa. quos adducit.

EXPOSITIO LETERALIS X. CAPITIS.

FRATRES voluntas quidem cordis mei,] non ficta. sed ex intimo cordis effectu procedens, [et obsecratio ad Datũ fit,] scilicet a me, [pro illis in salutẽ.] i. vt Ioan. 16.

Deus

beo illis,quod æmulationem quidem Dei habent,] id est,zelum Dei habent & obsequium arbitrantur se prestare Deo,Christum & eius membra persequendo,prout

Phil. 3. ipse paternarum traditionum amplius æmulator existens. Vnde dicebat secundum æmulationem persecutus sum Ecclesiam Dei. [Sed non secundum scientiam,] id est,secundum discretionem habent zelum Dei: Quia eorum zelus,per rectam scientiam non ordinatur,dum ignorant veritatem, per quam ignorantiam non excusantur. Quia si quis ignorat,ignorabitur. [Ignorantes enim iustitiam Dei,] qua,scilicet,Deus iustificat. Iustitia enim Dei est per fidem Iesu Christi, vt dictum est. [et suam quærētes statuere,] id est,firmare suam,scilicet iustitiam, quæ cōsistit in operibus et obseruantiis legis,quia non expectabāt aliquid a Deo,nisi in compensationem æqualem operum, quemadmodum est iustitia apud homines, quæ non habet

Supra. 4. gloriam apud deum.ideo dicit suam quasi humanam & non diuinam, [iustitiæ dei non sunt subiecti] i. subiici nolunt Christo, per cuius fidem iustificātur homines. [Finis enim legis Christus,] qui valet, [ad iustitiam omni credenti.] Quia lex B

Gal. 3. Moysi, quæ Christum promittebat & præfigurabat, ac tanquam Pedagogus ad eū dirigebat,non sufficiebat, & sic Christus erat finis quem lex intendebat ad iustitiā,

Heb. 7. vt,scilicet,homines per Christum,iustitiam,id est,gratiam consequeretur,quod impossibile erat legi,quę neminem ad perfectum adduxit. [Moyses enim scripsit,quoniam iustitiam quæ ex lege est,] id est,ex timore et non amore, [qui fecerit homo viuet in ea.] vbi litera nostra habet, Custodite leges meas atq; iudicia,quæ faciens homo viuet in eis, quia hanc commoditatem consequebatur homo per legis obser-

Heb. 10. uantiam,vt non occideretur tanquam transgressor. Nam absq; misericordia in lege illa occidebatur,is qui irritam eam faciebat. Et sic lex conseruabat vitam corporalē,

Mat. 19. sed non dabat vitam æternam ex se sed spiritualiter & cum fide Christi obseruata perducebat ad vitam æternam. Vnde Christus. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. [Quę autem ex fide est iustitia sic dicit,] id est, in corde hominis sic loquitur. [Ne dixeris in corde tuo,] scilicet dubitando, [Quis ascendet in cœlum,] id est, Christum deducere, id est,ne asseras in corde tuo, quod Christus non sit in cœlo, quia Christus dixit. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. Et Apost.

Ioan 3. Qui descendit ipse est,& qui ascendit super omnes cœlos [Aut quis descendet in

Ephe 4. abyssum,hoc est Christum a mortuis reuocare,] id est, ne dixeris etiam quis descēdet in infernum,quasi reputans hoc esse impossibile, quia hoc dicere esset reuocare Christum ex mortuis,id est,dicere Christum non fuisse mortuū, ipse enim moriēs in abyssum descēdit,& inferiores partes terræ penetrauit Et sic Apostolus prohibet

Eccle. 14. dubitare,scilicet de morte eius,& descensu ad inferos, ac etiam ad ascensu in cœlū: [Sed quid dicit scriptura ?] hoc inquam quod sequitur, [prope est verbum in ore tuo,et in corde tuo,] id est,non soliciteris quod desit tibi verbum fidei iustificantis, propter hoc quod Christus est in cœlo, secundum naturam humanam,aut quod descenderit in infernum per mortem humanitatis quantum ad animam, quia ipse descendens,resurgens,et ascendens, impressit verbum fidei, & in corde tuo per quod

Ioan. 15. mundaueris et iustificauerit,prout Apostolis,quibus Christus dixit. Et vos mundi

Hier. 23. estis propter sermonem quē locutus sum vobis. [Hoc est verbum fidei,quod prędicamus.] de quo Hiere Qui habet sermonem meum, loquatur sermonem, verbum F autē illud est in ore per cōfessionem,et in corde per fidem. Ideo dicit. [Quia si cōfiteris in ore tuo dominū Iesū] recognoscēs eū dominū subiiciēdo ei affectū. [Et in corde tuo credideris.] f fide formata,quæ p dilectionē operatur. [ꝙ deus illū suscitauit a mortuis] resurrexit enim virtute dei, quę est cōmunis patri,sibi et Spiritui sāncto, [saluus erit,] salute ęterna,de qua Esa Saluatus est Israel i dño,salute æterna.

SECVNDA PARS X. CAPITIS.

CORDE enim creditur ad iustitiam,] id est,per fidem cordis iustificatur homo. Nec tamē sufficit,solū corde credere ad salutē,quia requiritur oris cōfessio. Vnde subdit. [Ore autem confessio] fidei interioris,[fit,] id est, necessaria est[ad salu-

salutem,] scilicet æternam consequendam pro loco & tempore, quando, scilicet expo scitur fides alicuius a persecutore, vel quando periclitatur fides aliena. [Dicit enim scriptura omnis,] scilicet tam Gentilis quàm Iudæus, [qui credit in illum non confundetur,] id est, non erubescet in futuro, quanuis hic confundi videatur. [Non enim est distinctio Iudæi & Græci,] id est, Gentilis, quia non Iudæorum tantum, sed & Gentium & omnis terræ [Nam idem Dominus,] id est, creator [omnium diues,] id est, diuitias bonitatis suę abundanter & liberaliter distribuens [in omnes qui inuocant illum] Dicit enim Iohel, [omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit? Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderūt,] scilicet Gentes, quia oris confessio fieri non potest, nisi fide præcedente in corde. Cum ex abundantia cordis os loquatur. Et Apostolus, Nos credimus propter quod & loquimur. [aut quomodo credent ei, quem non audierunt,] vel exterius, vel interius [Quomodo autem audient sine prędicante? Quomodo verò prædicabūt, nisi mittantur?] a Deo vel ab eo commissis. Qui enim prædicant, non missi, sunt Pseudoprædicantes, prout de antiquis Pseudoprophetis Hieremias dicebat, Non mittebam eos, & ipsi currebant [Sicut scriptum est, quam speciosi pedes.] id est, progressus vel affectus eorum, qui non vsurpant sibi prędicationis officium, & prædicant ea quæ sunt vtilia ad præsentem & futuram vitam. [Euangelizantium,] id est, annunciantium, [pacem,] id est, reconciliationem, quam Christus facit inter homines & Deum, eos reconciliando, vel pacem habendam cum omnibus hominibus. [Euangelizantium bona.] scilicet quæ speramus habere in futuro seculo [Sed non omnes obediunt Euangelio] Non enim omnium est fides. [Esaias enim dicit, Domine, quis credidit auditui nostro.] quia rari sunt. [Ergo fides ex auditu.] Ex quo aliqui non credunt, nisi audiant, sequitur quod fides ex auditu interiori vel exteriori acquiritur. [auditus autem per verbum Christi,] & non per merita.

Sap. 9
Iohel. 21
Luc. 6.
2. Cor. 4.
Hier. 23.
Esa. 51.
Numu. 1.
2. Thes. 3.
A Esa. 55.

TERTIA PARS X. CAPITIS.

SEd dico, nunquid non audierunt?] imò audierunt, vt inexcusabiles sint, quia non modo proximi, verum etiam distantes audierunt [Et quidam in omnem terram exiuit sonus.] id est, est fama prædicationis, [eorum, & in fines orbis terræ verba eorum,] id est, Apostolorum, quorum prædicatio facta in Hierusalem in die Pentecostes, vbi erant religiosi viri ex omni natione quę sub cœlo est, fuit per illus aliis diuulgata & anunciata. [Sed dico nunquid Israel,] id est, populus Iudæorum, [non cognouit,] ea quæ pertinent ad mysterium Christi, & ad vocationem Gentium & casum Iudæorum, q d planè cognouit, quia instructus per legem. Vnde Baruch, Beati sumus ô Israel, quoniam quæ placita sunt Deo, manifesta sunt nobis. [Primo,] scilicet inter Prophetas. Moses [dicit.] i. hoc prædixit [Ego ad æmulationem vos adducam in non gentē, in gentem insipientem in iram vos mittam,] id est, ego permittā vos incidere in æmulationem inuidiæ & irę, siue iracundiæ & vindictæ, contra Gentes, qui tempore gentilitatis erant insipientes, quasi priuati vera sapientia, quæ in cognitione & cultu vnius veri Dei consistit. [Esaias autem audet, & dicit,] id est, audacter Iudęis veritatem annunciat, non obstante imminenti periculo mortis, dicens, [Inuentus sum a non quærentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant.] & sic præter merita & intentionem Gentium prænunciat conuersionem earum, non a casu, sed ex gratia Dei, [qui voluit eis apparere [Ad Israel autem.] i. populo Iudæorū [dicit,] id est, prænunciat ex persona Dei incredulitatem illorum, dicens, [Tota die] i toto tempore legis & Prophetarum, & toto tēpore prędicationis meæ, [expandi manus meas,] miracula faciendo, & infirmos tangendo, et infinita prædicatione, extendi in cruce [ad populum non credentem.] Sed quod peius est contradicentem.

Act. 2.
Baru. 4.
Psal. 147.
Deut. 31.
Esa. 65.
B

COMMENTVM I. PARTIS X. CAPITIS

Fratres, voluntas quidem cordis mei & obsecratio ad Deum fit pro illis in salutem.

APOSTOLVS in fronte huius capitis præmittit affectum, quem habebat erga eos qui exciderant, dicens, Fratres, &c, quasi diem est quod Iudæi in

1 Cor. 7 legem iustitiæ non peruenerunt, eo quod offenderunt in lapidem offensionis. Non
Act. 26. tamen propter hoc contra eos indignor, sed misereor, ideo dico vobis, o fratres qui conuersi estis ex Gentibus & Iudæis, quod voluntas cordis mei, id est, ex intimo cordis affectu procedens, est ad salutem eorum, vt, scilicet, ipsi saluentur sicut ego saluatus sum. Vnde alibi dicebat. Volo omnes homines esse sicut meipsum. & alibi, Opto apud Deum omnes qui audiunt, tales fieri qualis ego sum. & in hoc conformabatur Deo. qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Nec sola
1. Tim. 2 voluntas mea est in salutem illorum. Verum etiam voluntatis effectus. Vnde subdit,
1. Reg. 12 Et obsecratio, scilicet mea sit ad Deum pro illis in salutem, sequendo Samuel
Iac. vlt. qui dicebat, Absit a me hoc peccatum in Domine, vt cessem orare pro vobis. Vnde
Ephe. 2. D. Iaco. Orate pro inuicem vt saluemini. Ex quo patet quod orandum est pro infidelibus, vt saluentur. Quia fides est donum Dei, Ideo ab eo petenda.

Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiam.

HIC assignat causam & motiuum suæ miserationis. Quia scilicet non ex certa malitia, sed ex ignorantia & zelo indiscreto peccabant. ait ergo: Ideo salutem eorum volo, & propter hoc oro misertus eorum. Quia testimonium perhibeo de il-
Ioan. 16. lis, quod æmulationem quidem Dei habent, quia zelo Dei Christum & eius membra persequuntur, iuxta illud, Venit hora in qua omnis qui interficit vos arbitretur
Philip. 3. se obsequium præstare Deo. Huius rei testis esse poterat, quia & ipse aliquando fuerat in simili causa, prout ipse fatetur, dicens, Secundum æmulationem persecutus sum ecclesiam Dei. Ille tamen zelus erat indiscretus, quia non secundum scientiam id est rectam sententiam seu discretionem. Quia zelus eorum non bene ordinabatur, cum ignorarent veritatem. Vnde Esa. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia nō habuit scientiam & Apost. 1. Cor. 14. Si quis autem ignorat ignorabitur.

Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam volentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti:

HIC ostendit cuius rei scientiam non haberent, dicit ergo, Recte dico quod zelum quidem Dei habent, sed non secundum scientiam, quia ignorant Dei iustitiā id est, gratiam, qua Deus per fidē iustificat. Iustitia enim Dei per fidem Iesu Christi [Et quærentes statuere.] id est firmare suam iustitiam, quæ consistit in operibus legis, secundum opinionem illorum. Ideo dicit iustitiam suam, quasi humanam, & non diuinam, quæ gloriam habet apud homines, sed non apud Deum [Iusti
Psal. 61. tiæ Dei non sunt subiecti,] id est, nolunt subiici Christo, per cuius fidem iustifican-
Rom. 10. tur homines a Deo. cōtra quos Psal. Nonne Deo subiecta erit anima mea. & Apost: Vt subditus fiat omnis mūdus Deo. Et Deus per Mosen Pharaoni, Vsque quo non vis subiici mihi.

Finis enim Christus, ad iustitiam omni credenti.

DECLARAT hic eos iustitiam Dei ignorare, & quod ei subiici nolunt cum tamen iustitiam legalem statuere velint. Circa quod considerandum est quod sicut etiam Philosophi dicunt, intentio cuiuslibet legislatoris est facere homines iustos. Vnde multo magis lex vetus hominibus diuinitus data ordinabatur ad faciendum homines iustos: Hanc tamen iustitiam lex per seipsam facere non poterat.
Heb. 7. Quia neminem ad perfectum adduxit lex. Sed ordinabat homines in Christum quem promittebat & præfigurabat. Vnde Apostolus dicit, Lex pædagogus noster fuit in Christo, vt iustificemur. Et hoc est quod dicit, Christus enim est finis legis ad quem scilicet, tota lex ordinabatur. vnde Psal. Omnis consumationis vidi finem
Gal. 3. Finis inquam ad iustitiam, vt scilicet homines per Christum consequantur iusti-

tiam

tiā quam lex intendebat. Vnde superius dixit, quod impossibile erat legi, in quo infirmabant per carnem, mittens Deus filium suum damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis. Et hoc quidem dico omni credenti. quia per fidem suos iustificat, & filios suos adoptiuos facit, iuxta illud, Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Ioan. 1.

D.

Moyses enim scripsit, quoniam iustitiam quæ ex lege est qui fecerit homo, viuet in ea.

HIC probat veritatem eorum quæ Iudæi ignorabant, scilicet quod iustitia Dei sit perfectior quàm iustitia legalis, & hoc authoritate Moysi veteris legislatoris. Et primo per eius verba ostendit conditionem iustitiæ legalis, dicens, Moyses, quasi dicat, rectè distinxi iustitiam humanam a iustitię Dei, quia Moyses scripsit. Quoniam homo qui fecerit iustitiam, quæ ex lege est, viuet in ea. Vbi interpretatio nostra sic habet, custodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis Et Ezechi. 20 Iudicia mea proiecerunt, quæ facies homo, viuet in eis. Quia, scilicet hoc commoditaris consequebatur homo per legis obseruantiam, ne occideretur, prout legis trans gressor, qui irritam faciens legem Mosi, absque vlla misericordia moriebatur Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Possumus etiam dicere quod per legis obseruantiam homo ordinabatur in vita præsenti. Promittebat enim lex temporalia bona, & quædam mandabat, quæ ad ordinationem carnalis vitæ pertinebant. Vnde Apost. Iustitiis carnalibus vsque ad tempus correctionis impositis. Si obiiciatur responsum Christi, quærenti, Quid boni faciam vt habeam vitam æternam? Respondit, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: Dicendum est quod Christus intellixit de obseruatione mandatorum secundum spiritualem sensum legis. Sed quod hic dicitur, refertur ad exteriorem legis sensum secundum quem lex de vita ęterna mentionem non faciebat, sed solum de vita corporali. Leui. 18. Ezech. 20. Heb. 10. Leui. 20 Heb. 9. Mat. 19

Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cælum? Id est, Christum deducere, Aut, quis descendet in abyssum? hoc est Christum a mortuis reuocare.

HIC inducit authoritatem Mosi de iustitia fidei. Et primo Moses ostendit certitudinem fidei, quæ debet esse in corde hominis. ait ergo, Moses non solum loquitur de iustitia legis, sed etiam ipse sic dicit de iustitia, quæ est ex fide. Quę autem ex fide est iustitia, sic dicit, id est, sic loquitur in corde hominis. Nec dixeris in corde tuo scilicet, dubitando, Quis ascendet in cœlum? quasi hoc impossibile reputans, prout Salomon quærit, Quis ascendit in cœlum atque descendit? Quia, scilicet hoc tenere, tanquam impossibile, est deducere Christum a cœlo, id est, asserere quod Christus non sit in cœlo Contra illud, Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo Filius hominis, qui est in cœlo. Et illud, Qui descendit ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos. Aut etiam ne dixeris, Quis descendet in abyssum, id est, in infernum, quasi reputans hoc impossibile, hoc enim esset reuocare Christū a mortuis, id est, negare eū non esse mortuum, ipse enim mortuus in abyssum descendit, iuxta illud, Penetrabo inferiores partes terrę. Et secundum hoc prohibet dubitare de articulis fidei, maxime de morte, descensu ad inferos, resurrectione, & ascensione. Potest autem & aliter exponi, vt dicatur nobis certitudo duorum articulorum, primo quidem incarnationis qua de cœlis ad terram descendit, vt sit sensus, ne dixeris in corde tuo, quis ascendit in cœlum. & exponitur supplendo, id est, Christum deducere, quasi dicat, quis ascendit ad cælum ad deducendum Christum ad nos. quod quidem non fuit necessarium, quia ipse propria virtute descendit. Secundo certitudo articuli resurrectionis, cum subdit, Aut etiam ne dixeris, quis descendit in abyssum, & subditur, id est, Christum a mortuis reuocare, q.d. Quis descendit vt per eum [illegible] reuocare. Sicut ex persona insipientium dicitur: Non est agnitus qui reuertitur [illegible] Prou. 30. Ioan. 3. Ephe. 4. Eccl. 24

E

feris sit, & hic sensus congruit verbis Mosi. Dicitur enim in Deuter. secundum nostram interpretationem, Mandatum quod ego præcipio tibi hodie, non est supra te, neque procul positum, neque in cœlo situm, vt possis dicere, Quis nostrum ad cœlum conscendere, vt deferat illud ad nos. Nec est inconueniens si quod Moses dicit de mandato legis, Apostolus hoc attribuit Christo, quia Christus est verbum Dei, in quo sunt omnia Dei mandata Sic ergo intelligendum est quod dicit, Quis ascen dit in cœlum, id est Christum deducere, vt verbum Dei deferat ad nos, & idem est dicendum in aliio quod sequitur.

Sap. 2: Deut. 30

Sed quid dicit scriptura? prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo.

HIC ostendit fructum eiusdem fidei authoritate eiusdem Mosi, qui in loco supra allegato dicit, Iuxta est sermo valde in ore tuo, quasi dicat, non solicit eris quod tibi desit verbum fidei iustificantis propter hoc quod Christus est in cœlo, aut quod descendit in infernum propter mortem humanitatis, quia ipse descendens de cœlo, & resurgens ab inferis, impressit verbum fidei in ore tuo, & in corde tuo. Vnde hoc quod dicit, prope est, potest referri ad hoc quod verbum Dei sumus adepti per Christum incarnatum, & resurgentem. Vnde Hiere. 1. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Vel secundum Glo. quod dicit, prope est, referendum est ad vtilitatem, sicut dicimus prope apud nos esse, quod nobis est commodum et vtile. Verbo enim Dei cor nostrum mundatur, iuxta illud Ioan 15. Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis Vel potest referri ad hoc quod verba fidei, licet sint supra rationem, secundum illud, Plurima supra sensum hominis monstrata sunt tibi. Non tamen sunt contra rationem, quia veritas non potest esse veritati contraria, Vnde Psal. Testimonia tua Domine credibilia facta sunt nimis. F

Eccl. 3. Psal. 92.

Hoc est verbum fidei quod prædicamus. Quia si confitearis in ore Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod Deus suscitauit illum a mortuis, saluus eris.

EXPONIT hic prædictam authoritatem. Et primo ostendit quod verbum de quo Moyses loquitur, sit verbum fidei, quod prædicamus, de quo ad Timoth. scribens, ait Prædica verbum. Et Hiere. 23. Qui habet sermonem meum loquatur sermonem vere. Secundo exponit quomodo hoc verbum est in ore per confessionem, & in corde per fidem, & hoc est quod subdit, [Quod si confitearis in ore tuo Dominum Iesum Christum] scilicet recognoscendo eum Dominum, & subiiciendo ei affectum tuum, saluus eris. Quia nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Et iterum, Si credideris in corde tuo, scilicet fide formata, quæ per dilectionem operatur, quod Deus suscitauit illum a mortuis, secundum illud Psal. Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me. Quia, vt Apostolus alibi dixit, Resurrexit ex virtute Dei, quæ est communis patri, sibi & Spiritui sancto Saluus eris, salute, scilicet æterna, de qua Esa. Saluatus est Israel a domino, salute æterna. Quod autem dicit dominum Iesum ad mysterium incarnationis refertur. Et quod dicit Christum refertur ad resurrectionem, de quibus supra fecerat mentionem. A

2. Tim. 4. 1. Cor. 12 Psal. 5. Esa. 45.

SECVNDA PARS X. CAPITIS.

Corde enim creditur ad iustitiam, Ore autem confessio fit ad salutem.

IN hac secunda huius cap. parte Apostolus probat in particulari quod dixerat in vniuersali. Et primò ostendit quod per fidem & confessionem homo consequitur salutem, ait ergo, Dixi quod si confitearis, &c. Corde enim creditur ab homine ad iusti-

iustitiam id est, ad hoc vt per fidem iustitiam, hoc est gratiam Dei consequatur. Nó tanter dicit corde, id est, voluntate, libere, & pia affectione creditur. Quia cętera quę ad exteriorem cultum pertinent, potest homo nolens, sed credere nó potest nisi volens, intellectus enim credentis non determinatur ad assentiendum his quæ sunt fidei ex necessitate rationis, prout intellectus scientis, sed ex sola voluntate & pia affectione. Et ideo scire nó pertinet ad iustitiam hominis, quæ est in voluntate, sed credere, iuxta illud. Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Postquã autem homo est iustificatus per fidem, oportet quod eius fides per dilectionem operetur ad consequendam salutem. Vnde subdit ore autem per imperium charitatis, confessio fit ad consequendam salutem, de qua Esaias. Salus autem mea in sempiternum erit. Notandum quod triplex confessio necessaria est ad salutem: Primo quidem confessio propriæ iniquitatis, secundum illud. Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & hæc est confessio pœnitentis. Secunda confessio est per quam homo confitetur bonitatem Dei misericorditer beneficia largientis, iuxta illud. Confitemini Domino quoniam bonus, &c. Tertia est confessio diuinę veritatis, de qua Christus Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo. Hæc autem necessaria est ad salutem pro loco & tempore, quia cum præceptum hoc sit affirmatiuum, non obligat pro semper, sed pro loco & tempore. Et quo ad actum interiorem obligat, cum quis tenetur aliquid facere ex charitate, quia charitas non potest exire in actum absq; directione fidei, obligat etiam omni die Dominico, quia præceptum morale est de sanctificatione Sabbati, dicitur enim in Exo. Memento vt idem Sabbati sanctifices, quæ quidem sanctificatio fieri debet sanctificando animam, iuxta illud. Sanctificabunt animas suas. Hoc autem absq; actu interiori fidei fieri non potest. Igitur, &c. Obligatur præterea quis ad actum interiorem fidei, quandocunq; est in periculo mortis, vel accipit aliquod ecclesiæ sacramentum. Quo ad actum vero exteriorem fidei, qui est protestatio exterior fidei interioris, quæ potest fieri verbo, vel signis Et sic obligatur homo, quandocunq; tenetur accipere aliquod sacramentum ecclesiæ, quia sacramenta ecclesiæ sunt protestationes fidei. Quo ad confessionem vero vocalem secundum D.Tho. Confessio fidei est necessaria, vbi & quando fides periclitatur, tunc enim vnusquisq; tenetur fidem suam, aliis propalare ad aliorum fidelium instructionem & confirmationem, & ad reprimendum infidelium insultationem. Et ideo baptizati signantur in fronte signo crucis, vt Christum crucifixum confiteri non erubescant. Vnde Apost Non erubesco euangelium. Et Christus. Qui erubuerit me, & meos sermones hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, et Patris, et sanctorum angelorũ. Sed aliis temporibus instruere homines de fide nó pertinet ad omnes fideles, sed ad prælatos. Dicit etiam D.Tho. Quod si turbatio infidelium oriatur de manifesta fidei confessione absque aliqua vtilitate fidei vel fidelium, non est laudabile in illo casu fidẽ publice confiteri. Vnde Christus. Nolite sanctum dare canibus, neq; sparseritis margaritas vestras ante porcos, ne conuersi disrumpant vos, Sed si vtilitas fidei aliqua speretur, vel necessitas adsit, contempta perturbatione infidelium, debet homo publice fidem confiteri. Vnde cum discipuli dixisset Domino. Scis quod Pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt. Respondit. Sinite illos· Cæci sunt, & duces cæcorum. Dominus Caietanus in expositione prędictæ tertiæ quæstionis dixit, quod aliud est occultare propriam fidem, & aliud negare, vel alienã fidẽ profiteri. Quia nunquãm licet negare fidem, nec aliã fidẽ profiteri verbo vel signo. Peccaret n. quis mortaliter si negaret se esse christianũ, vel diceret se esse iudæũ, aut Mahumetã, aut et si susciperet circuncisionẽ, aut vteretur veste, birreto, siue quocũq; alio signo proprio Iudęis vt velamẽto in synagoga, aut vteretur signo proprio Mahumetanis, vt si quis in terra Soldani vel Turcarũ vteretur tobalia alba in capite, quæ est illis propria. Occultare autem fidem pro tempore, non est ex suo genere malum, sed potest bene & male fieri. Vnde diuus Sebastianus fuit pro tempore occultus Christianus, & sic licitum est pro tempore, & loco

Margin notes: Supra. 5. — Gen. 15. — Esa. 51. — Psal. 31. — B — Psal. 104. 150. — Mat. 10. — Exo. 20. — Eccle. 2. — 2.2. q.3. — Supra. 1. — Luc. 9. — C — Mat. 7. — Mat. 15.

loco,& ex causa occultare. De his amplius infra 14. Tu fidem quam habes apud te metipsum, habe coram Deo.

Dicit enim scriptura, Omnis qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi & Græci. Nam idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

HIC probat quod fides, qua corde creditur ad iustitiam, & qua ore fit confessio, fit in salutem, fit id per quod quis consequitur salutem æternam, authoritate Esaiæ dicentis Omnis qui credit in illum fide, scilicet formata & viua, non confundetur, scilicet deficiens a salute Vnde Sapiens Qui timetis Dominum, credite illi, & non euacuabitur merces vestra Litera nostra habet, Qui crediderit, non festinet, vt supra dictum est Deinde probat hoc esse vniuersaliter intelligendum cum Esaias vniuersaliter hoc proferat. Vnde subdit. Non est distinctio. quantum ad hoc, Iudæi & Græci Vnde ad Colossenses scribens, dicit Vbi non est Gentilis & Iudæus, circuncisio & præputium. Postmodum probat ratione quę duplici medio innititur. Primum tangit, dicens, Nam idem Dominus omnium. Vnde supra 3. dixit. An Iudęorum tantum Deus, Nonne et Gentium? &c. & Psal. Rex omnis terræ Deus. Et ideo ad ipsum pertinet prouidere omnium saluti. Secundum medium tangit, dicens. Diues in omnes qui inuocant illum. Si enim non esset tantæ bonitatis quod sufficeret ad satisfaciendum vtriusq; posset putari quod non omnibus credẽtibus prouideret. Sed diuinæ bonitatis & misericordiæ eius indeficiẽs tollunt hanc dubitationẽ. Ideo alibi dicit. Deus qui diues est in misericordia, &c. Tertio probat idem per authoritatem Iohelis dicentis Omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Est autem inuocare in se vocare per affectum & deuotum cultum, iuxta illud. Inuocabit me, & ego exaudiam eum. Vel inuocare nomen domini, idem est quod confiteri Deum vnicum salutis authorem, & ab eo petere fauorem & auxilium. D

Esa. 49. Eccl. 2. Col. 3. Psal. 46. Supra. 2. Ephe. 2. Iohel. 2.

Quomodo ergo inuocabunt eum, in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante? aut quomodo prædicabunt, nisi mittantur.

HIC ponit ordinem quo quis vocatur in salutem. Et primo ostendit quod ea quæ sunt posteriora hoc ordine, sine prioribus esse non possunt. Ponit ergo ordinẽ eorum quæ requiruntur ad salutem, & enumerat quinq; incipiens a vocatione, ad quam secundum authoritatem Prophetæ sequitur salus Dicit itaq; [Quomodo ergo inuocabunt eum in quem non crediderunt?] quasi dicat, absq; dubio inuocatio, salutem facere non potest, nisi fide pręcedente. Pertinet enim inuocatio ad oris confessionem, quæ ex fide procedit, Vnde Psal. Credidi propter quod locutus sum, & Apost. Nos credimus propter quod & loquimur. Secundo a fide procedit ad auditũ, dicens. [Aut quomodo credent ei, quem non audierunt?] Ille enim credere dicitur his quæ sibi ab aliis dicuntur, quæ ipse non videt, iuxta illud. Iam non propter tuam loquelam credimus. &c. Est autem duplex auditus, Vnus quidem interior, quo quis audit Deo interius reuelante, iuxta illud. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Alius autem auditus est quo quis audit exterius, secundum illud. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Primus auditus non communiter pertinet ad omnes, sed ad gratiam prophetiæ, quæ est gratia gratis data, quę non datur omnibus, sed aliquibus in vtilitatẽ ecclesiæ. Hic autem loquitur de secundo auditu, quod apparet ex eo quod loquitur de deo, qui est diues in omnes qui inuocant eum, ac etiam ex his quæ subiungit de pedibus euangelizantiũ. Vnde subdit. [Quomodo autem audiẽt sine prędicante?] Auditus enim exterior, non est sufficiens causa fidei absq; interiori motione Auditus exterior est passio quadam audientis quæ absq; actione loquẽtis esse nõ potest. E

Psal. 115. 2. Cor. 4. Ioan. 4. Act. 10. 1. Cor. 12.

Vnde

Vnde Christus dixit discipulis, Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Ea verò quæ fidei sunt, prædicatores a seipsis non habent, sed a Deo, iuxta illud. Quæ audiui a Domino Deo exercituum annunciaui vobis. Et Apost. Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis. Ideo quinto subdit, Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? quasi dicat, Non digne. Vnde de talibus non misi sis, Non mittebam eos, & ipsi currebant. Mittuntur autem aliqui a Domino dupliciter, Vno mõ immediate prout Esa qui dicebat, Et nũc Dñs deus misit me & spiritus eius. Huius autem missionis signũ, quandoq; est sacræ scripturæ authoritas. Vnde D. Ioan. Baptista cum quæreretur ab eo quis esset, induxit authoritatem sacræ scripturæ. Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini, sicut dicit Esaias propheta. Quandoque autem signum huius missionis est veritas, quæ annũciatur. Vnde per contrarium dicitur, Hoc habebit signum, quod in nomine Domini Propheta dixerit, & non euenerit, hoc dominus non est locutus. Quandoque verò signum huius missionis est operatio miraculi. Vnde cum dixisset Moses Domino, Non credent mihi, scilicet illi ad quos mittor. Dominus dedit ei potestatem signa faciendi. Nec tamen ista duo vltima sufficienter demonstrant Dei missionem, præsertim cum aliquis annunciat contra fidem, secundum illud, Si surrexerit in medio tui propheta, & prædixerit signum atque portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi, Eamus & sequamur Deos alienos, non audies verba illius. Canonistæ in capite ex iniuncto extra de hære dicunt ꝙ qui asserit se esse prophetã, probare tenetur altero prædicto rũ modorũ, qui bene pscrutãdi sunt. Nã Christus monuit nos attẽdere a falsis prophetis, qui veniunt in vestimentis ouium, intrinsecus aũt sunt lupi rapaces, prędixit etiam quod surrecturi sunt multi pseudoprophetæ, qui facient signa et prodigia, vt si fieri potest in tentationem inducantur etiam electi Et Apost. Illorum signa & portenta appellat mendacia. Alio modo mittuntur aliqui a Deo mediante authoritate prælatorum qui vicem Dei gerunt, iuxta illud, Misimus cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias, In præmissis verbis, Quomodo prædicabunt nisi mittantur, condemnat Apost. Lutheranorum & Neotericorum hæreticorum pestem, quæ ecclesiam in hac temporum calamitate deuastauit. Nam omni Ecclesiastico ordine deleto, authoritateque ecclesiæ de medio sublata, ad ciuilemque potestatem peruersissime transmissa, vbilibet, vt libitum est, inuisi prodeunt prædicatores, sua quisque placitã imperito vulgo in animos obtrudentes, & sacram scripturam de suo celebro interpretantes Eiusdem enim est interpretari, cuius est condere. Cum ergo, vt D. Petrus ait, Non voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Sequitur quod non cuiuslibet sensu interpretandæ sunt scripturæ, sed solum spiritus sancti interpretatio sequẽda. Hanc suam spiritus sanctus interpretationem non omnibus manifestat, cum sit spiritus vnitatis, & non dissensionis, & in tot factiones & sectas videamus homines particulares diuisos. Sed solum ecclesiæ, pro cuius fide Christus orauit ne deficeret, & cui se assistere pollicitus est dicens, Vbi fuerunt duo aut tres in nomine meo legitime congregati, in medio illorum sum.

Esa 52. | 1 Cor. 11. | Hier. 23. | Esa 48. | Ioan. 1. | Deu. 18. | Exo. 4. | Deu. 13. | Mat. 24. | 2. Thes. 2. | 2. Cor. 8. | 2. Pet. 1. | Luc. 22. | Mat. 18.

Sicut scriptum est, quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.

Esa 52.

ADPROBANDVM quod dixit de missione prædicatorum inducit authoritatem Esa. Quam pulchri pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona vbi interpretatio nostra habet, quam pulchri supra montes pedes annunciantis bonum. Et similiter Naum dixit, Ecce super montes euangelizantis pacem. In quibus verbis primo commendatur prædicatorum progressus, cum dicit, Quam speciosi pedes. Quod potest dupliciter intelligi. Vno modo vt per pedes intelligantur eorum progressus, quia scilicet ordinate procedunt, non vsurpantes prædicationis officium. Vnde Salomon, Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis. Alio modo per pedes possunt intelligi affectus, qui rectitudinem habent dum non inten-

Num. 1 | Cant. 7

tione laudis aut lucri verbum annunciant, sed propter omnium salutem & Dei gloriam. Vnde Ezech. Pedes eorum recti. Secundo tangit prædicationis materiam siue obiectum, quod est duplex. Primum est eorum quæ vtilia sunt ad præsentem vitam, quod designat cum dicit, Euangelizantium pacem, scilicet triplicem, prout triplex bellum siue dissidium antiquus serpens seminauerat. Primum videlicet internum inter spiritum & carnem, de quo Apostolus. Caro concupiscit aduersus spiritum, &c. & supra, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Secundum externum inter homines & angelos, & inter homines adinuicem. Tertium supernum inter homines & Deum, quod fuit origo aliorum. Vnde Iob, Quis restitit ei & pacem habuit? Qui enim deo non subditur, nulla sibi valet vera pace. Christus verò rex pacificus trinam pacem, quam Euangelizantes annunciant, composuit. Prima fuit inter homines & Deũ, de qua Apo ait, Deus erat in illo, mundum reconcilians sibi atque adeo pacificans per sanguinẽ crucis eius, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. Secunda fuit inter Angelos & homines, quã Angeli in natiuitate Christi decãtarunt, dicentes. Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus. Tertia inter homines, de qua infra. Si fieri potest quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Annunciant pariter medium per quod põt habere hõ pacẽ in semetipso, dequo Psal. Pax multa diligentibus legem tuã. Et sub his tribus continentur oia quæ sunt in hac vita vtilia ad salutem, vel quantum ad deũ, vel quantũ proximum, vel quantum ad seipsum. Prædicant etiam ea quæ speramus habere in alia vita, secũdum illud. Super omnia bona sua constituet eum in cœlestibus scilicet bonis. In quorum possessione est pax, quæ exuperat omnem sensum hæc enim absoluta voce dicuntur bona, in illis nanque vniuersa bona comprehenduntur. Vnde petenti a deo Mosi vt ostenderet ei gloriam suam, responsum est, Ego ostendam omne bonum tibi. His ergo duobus nominibus vniuersam materiam euangelicam complexus est Apostolus.

Ezech. 1.
Gal. 5.
Supra. 7.
2. Cor. 5.
Psal. 118
Exo. 33.

Sed non omnes obediunt euangelio, Esaias enim dicit, Domine, quis credidit auditui nostro?

HIC ostendit ex prioribus non semper sequi posteriora. Licet enim esse non possit quod quis credat, nisi audiat a prædicante, non tamen quicunque audit a prædicante, credit, ideo dicit [Sed non omnes obediunt euangelio.] vnde Apost. Alibi, Non.n.est omniũ fides Ex quo patet quod licet fides donum dei sit, vsus tamen eius a nostra quodammodo pendet arbitrii libertate, quãuis principaliter pendeat a deo, sed non totaliter, alias omnis qui audiret, crederet, & obediret, quod manifeste Apost. post Esa. inficiatur. Ideo enim vtitur obedientiæ verbo, vt voluntariam significet assentionem: & quod verbum exterius loquentis non est causa sufficiens actus fidei, nisi cor hominis attrahatur virtute Dei loquentis. Vnde Christus, Omnis qui audiuit a Patre meo, & didicit, venit ad me. Et sic quod homines credant, non est attribuendum prædicatoris industriæ. Per hoc etiam ostenditur quod omnes increduli non excusantur a peccato infidelitatis negatiue, sed solum illi qui non audiunt & non credunt. Vnde Christus, Si non venissem, & eis locutus non fuissem, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Et hoc etiam magis congruit his quæ Apost. posterius dicet. Secundo ad hoc inducit autoritatem Esa. dicentis, Domine quis credidit auditui nostro? vbi de euangelica prædicatione vsque adeò aperte vaticinatur, vt merito censeatur illic Euangelista, Ait enim raros fore qui credant annunciantibus Christum, quia apparebit despectus & nouissimus virorum, et quasi absconditus ita vt non reputetur. Quanuis de præterito dixerit more propheti co, ad maiorem rei futuræ affirmationem. Ezec pariter dicit, Increduli et subuersores sunt tecum. Et Mich 7. Factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ. Dicit autem auditui nostro, quia Prophetæ & Apostoli internè audierunt a Deo, populus autem extrinsecus. Duo enim necessaria sunt ad cõparandam fidem Primum est inclinatio qua quis inclinatur ad credendum, & hæc est per fidem, quæ est donum Dei.

2. Tes. 3
Ioan. 6.
Ioan. 15.
Esa 53.
Ezec 2.

C Dei. Secūdum est quod credibilia proponātur & exponātur, & hoc fit forinsecus per auditum. Ergo fides ex auditu auditus aūt per verbū Christi. Hic ex dictis infert cō- clusionem, dicēs, Ex quo aliqui non credunt, nisi audiunt, sequi tur quod fides ex audi to fit. Vnde Psal. In auditu auris obediuit mihi. Si dicatur quod fides est virtus di- uinitus infusa, iuxta illud, Donū enim Dei est. Dicendum quod per fides habitualis est donū Dei, vsus tamen & exercitium illius fit per propositionem credibilium extrin- secus, quæ fit ex auditu proponentis siue prædicantis. Et ideo Cornelio qui habebat cor inclinatū ad credendū, necesse erat quod sibi ostenderetur quid esset credendum. ideo dictum est ei, Corneli, mitte viros in Ioppen, & accerse Simonem quendam qui cognominatur Petrus, hic dicet tibi quid te oporteat facere. Ex eo vero quod dixe- rat, Quomodo audient sine prædicante, & quomodo prædicabunt nisi mittantur? concludit, Auditus autem, scilicet credentium est per verbum prædicatorum, quod est verbum Christi, vel quia est de Christo, iuxta illud, Nos prædicamus Christum Iesum. Vel quia a Christo habent quod mittantur. vnde ipse dicebat, Sicut me mi- sit Pater, & ego mitto vos. Et Apost. Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis.

Psal. 17.
Ephe. 2.
1. Cor. 1
Ioan. 6.
1. Cor. 11

TERTIA PARS X. CAPITIS.

Sed dico, nunquid non audierunt? & quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

IN hac tertia huius capitis parte, ostendit quod miserabiles Iudæorum casus non fuit totaliter excusabilis, quia eorum ignorantia non fuit inuincibilis. Et hoc osten- dit primo ex doctrina Apostolorum, proponendo interrogationem, nunquid non audierunt? vt per hoc possint excusari totaliter ab incredulitate, secundum illud, Si non venissem & eis locutus non fuissem, &c. Ad hanc interrogationem respondet per authoritatem Psal dicentis, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, scilicet Apostolorum, id est, fama prædicationis Apostolo- rum exiuit non solum in terram Iudæorum, verum etiam in terram omnium Gen- D tium vnde Iob. 28. Perditio & mors dixerunt, auribus nostris audimus famam eius, scilicet sapientiæ per Apostolos prædicatæ, prout Christus eis præcepit dicens, Eun- tes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. & sic verba eo- rum exierunt in fines orbis terræ, id est, vsque ad fines mundi. Vnde Esa. 24. A fini- bus terræ laudes audiuimus gloriam viri iusti, id est, Christi & alibi, Ecce dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Est autem notandum quo secundum D. Aug. hæc verba nondum erant completa, cum Apostol talia lo- quebatur, sed præuidebat esse complenda. & ideo vtitur præterito, pro futuro, pro- pter certitudinem diuinæ præordinationis, prout etiam Dauid, cuius verba assumit Apost. imò D. Augustinus ait tempore suo fuisse quasdam gentes in Africæ par- tibus, quibus non erat Christi fides prædicata. D tamen Chrysosto. super Matthæ dicit quod illud quod hic dicitur fuit tempore Aposto. completum. Sic exponens illud, Et prædicabitur Euangelium regni in vniuerso orbe, & tunc veniet consū- matio, id est, destructio Hierusalem. Vtrunque autem est aliqualiter verum de terris tunc in orbe notis. Tempore enim Apost. apud omnes gentes etiam vsque ad finem mundi tunc noti, peruenit aliqua fama de prædicatione Apost. & hoc solum D. Chrys. dicere intendit. Non tamen sic fuit impletum tempore Apost. quod in omnibus terræ partibus etiam notis, Ecclesia fuerit ædificata, quod tamen implen- dum est ante finem mundi, vt D. Aug. dicit ad Hesitium. Verum cum temporibus nostris per reges Portugaliæ multę insulę per homines inhabitatæ repertæ fue- rint, de quibus antea nullus cosmographorum aliquando meminit, et in eis Christi fides vsque ad nostra tempora non fuit annunciata, Nec adhuc

Psal. 18.
Esa. 49.
Matth. 24.

omnes insulæ inuentæ sint, cum dictum reperiantur, necesse est dicere quod verbū
Act. 2. hoc non fuit adhuc impletum, nec quo ad constructionem ecclesiarum, nec quo ad famam prædicationis Apost. Et cum dicitur quod in die Pentecostes conuenerunt Hierosolymis religiosi viri ex omni natione quæ sub cœlo est, est dist[illegible] accommoda, vel intelligitur de nationibus in quibus Iudæi erant d[i]spersi, vel Romano imperio subiectis, aut etiam tunc notis, & nō de aliis Et cū Christus dicebat Amen dico vobis non cōsummabitis ciuitates Israel donec veniat filius hominis, non est intelligendum de ciuitatibus in quibus erant filii Israel secundum carnem, quia certum est illas fuisse consummatas tempore Apostolorum, & tamen nondum venit Christus ad iudicium. Ideo intelligendum est de semine repromissionis factę Abrahę. Et ad hoc quod hic dicitur multiplex potest dari solutio. Prima quia loquitur de omnibus Apostolis, qui futuri erunt vsq; in diē iudicii, prout Apost. ad Ephes 4. E
scribens ait Et secundum hoc etiam debet intelligi prēceptum prædicandi euangelium in vniuersum mundū, datum Apostolis, vel eorum successoribus, quia certū est quod Apost. non fuerunt personaliter per vniuersum mundū Potest etiā dici quod verba Apost. intelligi possunt de terris Romano imperio subiectis, vel de terris notis, vt dictum est, et de fama prædicationis eorum. Si quæratur nunquid illi ad quos non peruenit verbum Christi, vtpote qui fuerunt nutriti in illis insulis, excusationē
Ioan. 15. habent de peccato infidelitatis Dicendum quod secundum sententiā Domini, quod illi qui loquentem Dominū per se vel discipulos nō audierunt, excusationem habēt de peccato infidelitatis. Non tamen beneficiū Dei consequentur, vt scilicet iustificētur ab aliis peccatis, vel quæ nascendo contraxerunt, vel male viuendo addiderunt, pro quibus merito damnati sunt Si qui tamen eorum fecerunt quod in eis fuit, et in primo instanti vsus rationis conuersi sunt in finem honestum, & non posuerunt im-
Act. 10. pedimentum peccati mortalis, Dominus eis secūdum suam misericordiam prouidit,
The. 5. reuelando eis interius vel exterius, prout de Cornelio legimus. hoc tamen quod aliqui faciunt se conuertendo ad finem honestum, est ex Deo mouente corda ipsorum. Vnde Hiere. Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.

Sed dico, Nunquid Israel non cognouit? primus Moyses dicit, ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gente insipientem, in iram vos mittam.

HIC ostendit iudæos inexcusabiles propter notitiam quam habuerūt ex lege & Prophetis, inquirendo an populus Iudæorum cognouerit ea quę pertinent ad mysterium Christi, & vocationem Gentium, & casum Iudæorum Respōdet quod plane cognouit [illegible] per legem & Prophetas Vnde Psal Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis Et Baruch. 4 Beati sumus ô Israel,
Psal. 147. quoniam quæ placita sunt deo, manifesta sunt nobis. Deinde determinat quæstionē motam cum dicit, primus Moyses qui est legislator dicit, per hoc autem quod dicit primus Moyses, non intelligit quod fuerunt duo Moyses, quorum primus hoc dixerit, sed quia Moyses inter doctores Iudæorum fuit primus, id est, præcipuus, iuxta illud, Nō surrexit vltra propheta in Israel sicut Moyses, vel quia fuit primus inter
Deut. ult. alios, qui hoc dixit. Ego ad æmulationē vos adducam, &c Hæc secundum translationem. 70. Nostra autem translatio habet. Ego prouocabo eos in eo qui non est popu- F
lus, et in gente stulta irritabo eos. Vbi duplex distinctio est attendenda. Prima quidem ex parte Gentilitatis, quam vocat non gentem, quasi non dignam vocari gentem, quia non erat adunata in cultu vnius dei. Vnde Dominus. Duas gentes odit anima mea. Tertia autem non est gens. Eandem autem gentilitatem vocat gentem
Ephe. 4. insipientem, vt sic aliqualiter gens dici possit secundum quod adiuuatur & gubernatur lege humana. Dicitur tamen insipiens ante conuersionem, quia priuata erat vera sapientia, quæ in cognitione & cultu Dei consistit. Vnde Apostolus, Sicut & Gētes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei. Possunt etiam hęc duo gentilitati post conuersionem, post-

quam

quam non dicitur gens, id est, gentiliter viuens, prout Apostolus ibidem dicit Iam non amplius abundentis sicut & Gentes. Dicitur etiam gentilitas conuersa gens insipiens secundum opinionem infidelium, iuxta illud: Si quis inter vos sapiens videtur, stultus fiat vt sit sapiens. & alibi, Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Secunda differentia attenditur quantum ad hoc, quia primo ponit æmulationem, scilicet inuidiæ. Quia Iudæi inuidebant Gentilibus conuersis, iuxta illud, Ne æmulantur vos non bene: Secundo ponit iram, quia contra eos irascebantur. Vnde Psal. Obseruat peccator iustum & stridebit, &c. Et hæc duo congrue coniunguntur, quia ex inuidia causatur ira. Vnde Iob. 5 Virum stultum interficiet iracundia, & paruulum occidit inuidia. Dicitur autem Deus in æmulationem adducere, & in iram immittere, non quidem in eis causando A malitiam, sed substrahendo gratiam, vel potius faciendo conuersionem Gentium, vnde Iudæi occasionem inuidiæ & iræ sumpserunt.

1. Cor. 3. Gal. 4. Psal. 36.

Esaias autem audet & dicit, Inuentus sum a non quærentibus me, palam apparui his, qui non interrogabant. Ad Israel autem dicit, Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem.

HIC ostendit Iudæos idem cognouisse per doctrinam Prophetarum. Et inducit Esa. pronunciantem primo conuersionem Gentium, dicens, Esaias autem audet & dicit, id est, audacter veritatem Iudæis annunciauit, quamuis ei periculum mortis imnimeret. Vnde & Iob. Audacter in occursum pergit armatis. dicit autem Esaias, Inuentus sum a gentibus non quærentibus me, &c. vbi nostra translatio habet, Quæsierunt me qui ante non interrogabant, inuenerunt qui non inquisierunt me. In his verbis primo designat conuersionem Gentium, dicens, Inuentus sum a Gentibus non quærentibus me, præter merita & præter intentionem Gentilium, ostenditur fuisse eorum conuersio cum dicitur, Gẽtes autem super misericordia honorare Deũ. De hac autem inuentione dicebat Christus, Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo abscondit, &c. Secundo ostendit causam & modum conuersionis Iudæorum, Causam quidem, quia non casu factum est, vt inuenirent quod non quærebant, sed ex gratia illius qui voluit apparere, quod designatur in hoc quod dicit, Palam apparui de qua apparitione Apost. Apparuit gratia Saluatoris nostri Dei, &c. Modum autem, quia non apparuit Christus Gentilibus in ænigmatibus & figuris legis, prout Iudæis antiquis sed in manifesta veritate. vnde dicit, [Palam] Vnde Christo dixerunt Apostoli, Ecce palam loqueris, & proverbium nullum dicis. Palam, inquit, apparui illis scilicet, Gentilibus [Qui me non interrogabant] i. qui meam doctrinam non quærebant. Secundo ostendit quo modo Esa. prenunciauit incredulitatem Iudæorum, dicens, Ad Israel autem, id est, contra Israel dicit, Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem. vbi nostra translatio sic habet, Expandi manus meas ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas, populus qui ad iram iracundiam prouocat me. Quod autem dicit, [Expandi manus meas,] potest vno modo intelligi de expansione manuum in cruce, quæ dicitur fuisse tota die, id est, in principali parte totius diei, qua ab hora sexta vsque ad vesperas. Et quamuis expandente eo manus in cruce sol obscuratus sit, & petræ scissæ, & monumenta aperta, Iudæi tamen in sua incredulitate permanserunt, blasphemantes. vnde subdit, ad popu-

B lum non credentem & contradicentem, de qua contradictione Apost. Recogitate enim qui talem aduersus semetipsum sustinuit contradictionem. & Simeon, in signum cui contradicetur. Alio modo potest referri ad extensionem manus Dei in miraculis faciendis, iuxta illud, In eo quod manum tuam extendis ad sanitates, & signa, & prodigia fieri per nomen sancti filii tui Iesu. vt sit sensus, tota die id est, toto tempore prædicationis meæ, expandi manus meas, miracula faciendo, ad populum non credentem, etiam miraculis visis vnde dicebat, Si opera non fecissem quæ

Iob. 39. Esa. 65. Infra. 15. Mat. 13. ad Tit. 2. Ioan. 16. Esa. 65. Mat. 27 Ibidem. Luc. 2. Act. 4. Ioan. 15. Mat. 12.

12. menio alius fecit, peccatum non haberent. Sed fecit miracula quibus detraxerunt,
Osee. 4. dicentes. In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia Vnde Oseas. Populus tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti. Tertio potest intelligi de extensione manuum ad beneficia illi populo exhibita, secundum illud, Extendi manuum meam
Deut. 31. & nemo fuit qui aspiceret, ut sit sensus, tota die, id est, toto tempore legis & Prophetarum, expandi manus meas ad populum non credentem, id est, dando beneficium populo non credenti, sed contradicenti, secundum illud, Semper contentiose egistis contra Dominum.

EPITOME XI. CAPITIS.

IN hoc capite Apostolus continuando originem gratiæ, ostendit casum Iudeorum non fuisse vniuersalem, proponendo dubitationem quam soluit, inducendo & adaptando similitudinem de his quæ contigerunt tempore. Eliæ, qui arbitrabatur se relictum solum Dei cultorem, cum tamen adhuc multi alii superessent. Deinde concludit maiorem multitudinem populi non esse assecutam institiam quam quærebant, sed excæcatam fuisse, quod probat authoritatem Esaiæ & Dauidis. Secundo ibi, [Dico ergo] declarat casum Iudæorum non fuisse, inutilem, sed tanquam vtilem a Deo permissum, vt gentilitas ingrederetur ad fidem, & hoc agit inquirendo causam prædicti casus. deinde ostendit casum Iudæorum esse reparabilem ex vtilitate boni, & ex Apostoli intentione ac etiam illius populi conditione. Tertio ibi, [Quod si aliqui &c] Aufert Gētilibus ansam gloriādi & se extollēdi super iudæos, quæ gloria poterat suggeri eis ex defectu & casu Iudæorum, & ex promotione Gentilium: Deinde admonet Gentiles, & rationem suæ monitionis assignat. Postmodū ponit obiectionem Gentilium, quam excludit inducendo eos in cognitionem iudiciorum diuinorum, in quibus diuina bonitas & seueritas manifestatur. Quarto ibi, [nolo enim, &c.] Exprimit quid sibi circa præmissa iudicia videatur, proponendo, probando, & rationem assignando iudiciorum diuinorum, quibus tam Gentiles quā Iudæi post incredulitatem misericordiam consequuntur. Quinto ibi. [O altitudo &c:] exclamando admiratur altitudinem & excellentiam diuinæ sapientiæ, quasi ad hæc inuestiganda insufficientem se cognoscens, comparando eam intellectui nostro. Deinde probat incomprehensibilitatem & inuestigabilitatem eius, authoritate Esaiæ & Iob, finaliter concludit altitudinem Dei ex causalitate, dignitate, & perpetuitate. C

EXPOSITIO LITERALIS XI. CAPITIS.

DICO ergo nunquid Deus repullit populum suum,] scilicet Iudæorum, vt sit
2. Cor. 11. totaliter repulsus [Absit.] scilicet quod hoc dicam. [nam & ego Israelita sum
Psal. 93. 94 ex semine Abraham de tribu Beniamin,] id est, ex Patriarchis progenitus, non
Supra. 8. proselitus, neque aduentitius, qui tamen repulsus non sum, sed ad fidem vocatus & electus Apostolus. [Non repulit Deus plebem suam,] scilicet totam, [quam præsciuit & prædestinauit [An nescitis in Elia quid dicit scriptura,] id est, quid accidit tempore Eliæ, quando penè totus populus a cultu vnius veri Dei aberrasset.
3. Reg. 19. quemadmodum interpellat,] id est, interpellauit. [Deum aduersum Israel.] id est,
3. Reg. 18. aduersus populum Iudæorum exprimens impietatem quam commiserant contra
Act. 7. cultum Dei, persequendo ministros, & loca sanctificata prophanādo, orabat dicens,
Psal. 73. [Domine prophetas tuos occiderūt.] scilicet Iesabel & ministri eius. [Altaria tua suffoderunt,] & vt Dauit ait, Incenderunt igni sanctuarium tuum [& ego relictus sum solus, & quærunt,] scilicet diligenter [animam meam,] id est, vitam meam, D volentes me occidere, prout cæteros omnes Prophetas & cultores tuos, arbitrabat enim se esse solum superstitem inter cultores Dei [Sed quid dicit,] pro dixit, [illi diuinum responsum,] id est, quid Deus respondit illi [Reliqui mihi.] id est, per gratiā reseruaui in cultu meo, [septem milia virorū.] numerus determinatus, pro indeterminato, id est, magnam multitudinem populi, quam tu ignoras, scilicet omnes electos, [qui non curuauerunt genua ante Baal,] id est, qui cultum Dei non

desera-

deseruerunt, quos non permisit cadere in peccatum idololatriæ, vt adorarent Baal. [Sic ergo in hoc tempore.] scilicet gratiæ. [Reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt,] id est, multi Iudæi relicti & præseruati ab illo incredulitatis excidio, secundum gratuitam Dei electionem, qua ab æterno eos prædestinauit, salui sunt [Si autem gratia] sequitur quod, [iam non ex operibus] legis, aut eorum meritis [alioquin,] id est, alias sequeretur quod [gratia iam non est gratia,] quæ dicitur ex eo gratia, quod gratis præter omne debitum datur quod autem datur ex operibus, merces est secundum debitum, & non gratis, ideo non est gratia, cum debitum & gratia pugnent [Quid ergo,] scilicet secundum præmissa dicemus de præ dicta repulsione, hoc, scilicet. n[Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus] id est, maior pars populi quæ quærebat iustitiam, non est consecuta illam, prout dictum est quod Israel sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit [electio autem consecuta est,] id est, electi a Deo ex Iudæis consecuti sunt iustitiam. [Cæteri verò excæcati sunt,] id est, reliqua pars populi non est consecuta iustitiam, Supra. 4.
B sed propter malitiam suam excæcata est [Sicut scriptum est] in Esaias. [Dedit illis Dominus spiritum compunctionis,] id est, punctionis & doloris cordis & inuidiæ non immittendo malitiam, sed subtrahendo gratiam [Oculus vt non videāt,] id est ne percipiant miracula quæ Christus ipsis vidētibus fecit, [& aures vt non audiāt,] scilicet doctrinam Christi & Apostolorum, addit autem Apost. de suo [Vsque in hodiernum diem.] quia in fine mundi videbunt & audient quando conuertentur corda filiorum ad patres eorum. [Et Dauid,] tangendo occasionem defectus Iudæorum, [Dicit fiant mensa eorum,] id est, malitia, qua peccatores reficiuntur, [coram ipsis in laqueum.] quod fit quando ex ea, paratur tentatio, vel quando impediuntur a bono. [Et in captionem.] vt eos teneat, quod fit quando delectitur, [& in scandalum & in retributionem illi.] i. in impactionem casus, vel in causam exprobrii & confusionis, ruant de peccato in peccatum. [Obscurētur oculi,] id est, ratio superior & inferior, quæ dicuntur spirituales oculi [eorum ne videant,] quæ agere debent, [& dorsum eorum,] i. liberum eorum arbitrium, quod portat ad bona et ad mala. [semper incurua,] id est, incuruari permitte, a cœlestibus ad terrena & temporalia, a rectitudine iustitiæ ad iniquitatem. Supra. 9. Esa. 99. Mala. vlt. Esa. 51.

SECVNDA PARS XI CAPITIS.

DICO ergo] quærens, [Nunquid sic offenderunt vt caderent?] id est, nunquid permisit Deus eos offendere, vt propter nullam aliam vtilitatem inde cō sequentem peccarēt, & perpetuo in peccato manerēt, vt puniret eos? [Absit.] scilicet quod hoc dicam, quia non delectatur Deus in hominum perditione [Sed illorum delicto.] quod in occisione Christi commiserunt, [salus Gentibus,] id est, salus gentium subsecuta est, occasionaliter, non directè ex eis, sed per redemptionem agni immaculati. [vt illos æmulentur,] id est vt Gentiles Iudæos imitentur in cultu vnius Dei detecta falsitate idololatriæ. [Quod si delictum illorum] s. Iudæorum, [diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ Gentium.] id est, Gentilium, & redundant in spirituales diuitias eorum. [Quanto magis plenitudo eorum.] i. abundantia spiritualis, vel multitudo eorum conuersa ad Deum in diuitias Gentium redundabit? [vobis enim dico Gentibus] ad fidem Christi cōuersis [Quandiu quidē ego sum Gentium Apostolus,] id est, hoc dico vobis, quia mihi specialiter cura Gētium commissa est [ministerium meum honorificabo,] ornando, scilicet ipsum bonis moribus, & per supererogationē operum ad quę non teneor, ampliando solicitudinem ad omnium salutem. [Si quo modo ad æmulandum prouocem carnē meā,] id est, si aliquo modo potero inducere Iudeos, qui sunt cognati mei secundum carne, ad imitationem meam. [vt saluos faciam aliquos ex illis,] non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis. [Si enim amissio eorum.] id est, incredulitas & inobe- Aug. in Enchir. 1. Pet. 1.
F diētia eorū, [reconciliatio est mundi, occasionaliter,] quorum per mortem Christi reconciliati sunt Deo [quæ] i. quid erit [assumptio] reliquorū ad fidē [nisi vita] spiritualis in ipsis [ex mortuis,] i. qui per incredulitatē mortui erant, quā vitā om- Supra 9.

nes eis optare debemus. [Quod si delibatio sancta est,] id est, si Apostoli ex Gẽte Iudæorum assumpti, sicut delibatio ex massa, sunt sancti [& massa,] scilicet san ctificari potest. [& si radix sancta & rami.] id est, si patriarchæ, qui comparantur Iudæis, tanquam radix ad ramos, fuerunt sancti, & rami descendentes ex patriarchis potuerunt sanctificari & esse sancti.

TERTIA PARS XI. CAPITIS.

QVOD si aliqui ex ramis,] id est, Iudæis [fracti sunt] per incredulitatem, [tu
Ioan. 4. autem,] scilicet Gentilis, [cum oleaster.] id est, arbor infructuosa & amara [es ses, insertus es in illis,] id est, loco illorum, [& socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es,] id est, consociatus es Patriarchis & Prophetis, & abundantiæ gratię spiritus sancti particeps factus es [noli gloriari aduersus ramos.] id est, aduersus Iudæos despiciens eos, & insultans eis in malis eorum, quia non esset bona gloriatio tua. [Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te,] id est, considera quod Iu-
Prou. 28. dæa non accepit a Gentilitate salutem, sed potius econuerso. Quia salus ex iudæis est, [Dicis ergo fracti sunt rami, vt ego inserar,] id est, permisit Deus iudæos excidere a fide, vt ego ad fidem intrarem, ideo precesior & magis accepta est Deo gentilitas iudea [Bene,] scilicet in hoc dicis, quod Deus permisit illos excidere, vt tu insereris Sed considera causam fractionis ramorum, quia [propter incredulitatem fracti sunt,] quia Christo prædicanti credere noluerunt. [tu autem,] scilicet Gentilis, [fide stas, noli altum sapere, sed time.] quia beatus homo qui est semper pauidus. [Si enim Deus naturalibus ramis.] id est, Iudæis, qui ex naturali origine ex patriarchis Deo dilectis descenderunt, [non pepercit,] quin eos frangi permitteret, time. [ne forte nec tibi parcat] id est, ne te excidere & labi permittat, & finaliter non misereatur tui [Vide ergo,] id est, diligenter considera, [bonitatem] Dei miserentis, [& se ueritatem Dei] punientis, [in eos quidem qui ceciderunt,] iudæos seueritatem. [in te autem bonitatem,] ut desperationem vites [Si permaseris,] id est, si immobiliter manseris, [in bonitate,] id est, in dilectione Dei & humilitate. [Alioquin,] scilicet si non permanseris per timorem, dilectionẽ, & humilitatẽ, [& tu excideris.] id est, Deus permittet te excidere et labi, [Sed & illi] id est, iudæi, [si non perman A serint in incredulitate, inserentur,] id est, in suum statum restituentur, [potens est enim deus miserere illos, â si & tu,] scilicet Gentilis [ex naturali excisus es oleastro,] id est, processisti ex Gentilitate, quæ naturaliter erat infructuosa, [& contra naturam,] id est, contra communem cursum naturæ. Nõ enim consueuit ramus ma
Mala ch. 1. læ arboris inseri in bonam [insertus es in bonam oliuam,] id est, in fidem iudæorum, [quanto magis hi qui] scilicet sunt [secundum naturam,] id est, qui ex naturali origine pertinent ad Gentem iudæorum, [inserentur suæ oliuæ,] id est, reducentur ad dignitatem Gentis suæ.

QVARTA PARS XI. CAPITIS.

NON enim volo vos ignorare fratres mysterium hoc,] scilicet vobis necessarium, [vt non sitis vobisimetipsis sapientes] id est, vt non de sensu vestro præsumaris, & ex vestro sensu arbitremini vos posse discutere, & alios contemnentes vos
Esa. 5. præferre. [Quia cæcitas ex parte,] scilicet aliqua & non vniuersaliter, [contingit in Israel,] non enim omnes excæcati sunt [donec plenitudo Gentium,] id est, do-
Osee. 1. nec ecclesia esset in omnibus Gentibus, vel maiori parte fundata [intraret.] scilicet
Mich. ult. ad fidem, [& sic omnis Israel saluus fieret.] scilicet postquam plenitudo Gentium
Esa. 59. intrauerit, tunc iudę omnes, qui erunt vniuersaliter & non particulariter, alii ut sicut nunc conuertentur. [sicut scriptum est, Veniet.] scilicet Deus humanatus [ex Syon.] id est, ex populo iudeorum, [qui eripiat & auertat impietatem a iacob.] quantum ad culpam et pœnam [Et hoc illis a me testamentum] id est, pactum nouum vel testimonium erit illis, quia faciam quod promisi [Cum abstulero peccata eorum,] quod, l. vetus testamentum nõ poterat. [Secundũ euangelium quide,] i. quã

tum pertinet ad doctrinam euangelii, quam ipsi impugnant, propter conuersionem vestrã & ingressum vestrũ ad ecclesiam, sunt, [inimici propter vos,] .i. ad vestram vtilitatem cedit, quia occasione talis inimicitiæ euangeliũ vbiq; diffunditur, & iam ad vos peruenit, fructificat, & crescit. [Secũdũ electionẽ aũt charissimi,] s. sunt Deo, & salutem consequentur, [pp patres.] i. pp promissiones factas patrib. pro filiis, qui patres imitarentur [Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei,] .i. Deus non reuocat dona & promissiones, quas secundum præsentiam, & prædestinationem, aut electionem facit, eo quod in ipso non sit transmutatio. [Sicut enim aliquã do & vos.] s. Gentiles, [non credidistis Deo, nũc aũt misericordiã consecuti estis pp incredulitatẽ eorũ,] s. Iudeorũ: [ita & isti,] scilicet Iudæi. [nunc,] scilicet tempo-
B re gratiæ, [non crediderunt in vestram misericordiam.] i. in gratiam Christi, per quam vos estis misericordiã consecuti, vel non crediderunt quod in vestrã misericordiam occasionaliter cessit, [vt & ipsi quandoq; misericordiam consequantur. Conclusit enim Deus omnia in Credulitate, vt omnium misereatur,] id est, conclusa, permisit Deus omne hominum genus tam Iudæos quam Gentiles, in credulitate, Sap. 17.
sicut in quadam catena erroris, ut in omni genere hominum sua misericordia locum Osea. 13.
habeat, quod ita voluit vt homines humilientur, & salutem suam, non sibi, sed Deo attribuant.

QVINTA PARS XI. CAPITIS.

O Altitudo diuitiarum sapientiæ.] qua seipsum cognoscit. [& scientiæ Dei,] quã habet de creaturis. [quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius,] quia omnia videt, & absque inquisitione & difficultate, omnia intuetur & simul iudicat. [& inuestigabiles viæ eius] scilicet æternæ generationis & inspirationis, creationis, gu Ioan. 14.
bernationis, redemptionis, & glorificationis [Quis enim cognouit sensum Domi- Sap. 9.
ni.] per quem iudicat, & operando procedit, quasi dicat nullus, [aut quis consilia- 1. Cor. 2.
rius eius fuit.] quasi dicat nullus. Ille enim non eget consilio. qui absque inquisi- Ioan. 24.
tione plenè omnia peragẽda cognoscit [aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?] Hier. 23.
.s. merces quasi prius danti? quasi dicat nullus. Quia non potest aliquis aliquid habere quod ab eo non acceperit: [Quoniam ex ipso,] tanquam ex primo agente [& Prou. 1a
per ipsum] id est, per suam virtutem, vel propter seipsum, [& in ipso,] sicut in con- Mala. 1.
seruante. [sunt omnia,] quæ sunt aliquid & bona, & per consequens nullus prior dedit illi [ipsi] tanquam patri [gloria,] tanquam primo principio, [in secula seculorum Amen,] id est, verè ita est.

COMMENTVM XI. CAPITIS.

Dico ergo, Nunquid repulit Deus populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum, ex semine Abraham, de tribu Beniamin. Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit.

C
SVPERIORI capite Apostolus ostendit Iudæorum ruinam, quatenus eorum causa & culpa id contingit, puta propter incredulitatem & cæcitatem in hoc capite de eadem ruina tractat, quatenus a Deo ob bonam causam permissa fuit, vbi nonnulla consolatione populum recreat. eo quod eorum lapsus non fuit vniuersalis neq; irreparabilis, nec etiam inutilis Et primo ponit interrogationem quam soluit, & infert conclusionem, ait igitur. [Dico ergo,] inquirendo. [Nũquid repulit Deus.] totaliter [populum suum,] scilicet Iudæorum? quia vocauit eũ non credentem, sed contradicentem, Reclamare enim possent eo quod esset populus selectus ac dilectus, cui facta est Messiæ promissio, in quo fuit templum, lex, sacerdotium, circuncisio & reges, talem obiectionem Apost hac interrogatione, quasi ex ore eorum prævenit Similis penè interrogatio est apud Psal Vt quid Deus repulisti in finem? Verum eorum amaritudinem statim cõsolatione compescere curauit, respondendo, [Absit.] Quæ responsio est execrantis, iuxta verbum Psal in alio psal

mo, Quia non repellet Deus plebem suam, scilicet totaliter, & veritatem suam non
1. Cor. 11. derelinquet. Probat primo ex persona sua, dicens [Nam & ego Israelita sum,] alibi etiam dixit, Israelita sunt & ego. Et quia in populo Israel erant aliqui proseliti & aduentitii, qui non descenderant secundum carnem a Patriarchis, hoc de se excludit, dicens, [Ex semine Abraham.] Erant autem in populo Iudæorum tribus distinctæ secundum duodecim filios Iacob, quorum quidam fuerunt filii ancillarum, quidam vxorum, Ioseph autem & Beniamin fuerunt filii Rachelis prædilectæ vxoris, & Beniamin patri dilectissimo, quem ei charissimo peperit charissima Rachel. Hanc sui sanguinis laudem commemorat ad maiorem rei confirmationem, videlicet quod cum ex visceribus Israel fuerit euocatus ad fidem, ac si dicat, Si deus concepto odio statuisset repellere populum suum, nunquam me in hoc culmen fidei extulisset. Explicatius deinde subdit conclusionem additam super verbo. [absit] quæ secum adfert suam restrictionem, pariter & secundam probationem, Quia ne quis cogitaret in vno tantum Paulo seruatum populum Israel, subnectit quod Deus nō repulit quos præsciuit & prædestinauit ex quocunq; populo. Et hæc est secunda conclusionis ratio, qua ostendit Deum fidem suam liberasse, quam pridem suis constrinxerat pollicitationibus seruandi populum suum, scilicet præscitum & prædestinatum. Deus enim immutabilis est, nec quouis modo fallere aut falli potest. D

An nescitis in Elia quid dicit scriptura, quemadmodum interpellat Deum aduersus Israel? Domine, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam.

HIC ad confirmationem inducit similitudinem de his quæ contigerant tempore Eliæ, quo penè totus populus videbatur a cultu vnius veri Dei aberrasse. Vbi
3. Reg. 19 primo ponit interpellationem Eliæ, dicens, [An nescitis,] quid scriptura dicat in
In prologo Elia, id est, de Elia. vel in Elia, id est, in libro De Elia scripto. Totus enim liber Re-
lib. Reg. gum est principaliter scriptus ad notificandum dicta & facta Prophetarum. Vnde
1. Reg. 12 & inter libros Propheticos computatur, vt D. Hier. ait [quemadmodum,] scilicet, ipse Elias interpellabat aduersus Israel. Contra cuius interpellationem videtur dictum Samuelis, dicentis, Absit hoc peccatum a me in Domino, vt cessem orare pro
Psal. 57. vobis. Multo ergo minus est contra populum interpellandus. Veruntamen aduertendum quod Prophetę contra populum aliquem interpellăt, tripliciter, Vno modo conformando voluntatem suam voluntati diuinæ, prout in Psal. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Alio modo interpellando contra regnum peccati, vt scilicet,
Hier. 17. non homines, sed hominum peccata destruantur. Tertio modo interpellatio vel oratio interpretanda est non per modum optantis, sed per modum prænunciationis, secundum illud, Confundantur qui me persequuntur, id est, confundentur. Duo autem
3. Reg. 18 Elias in hac interpellatione contra nos allegat. Primo quidem impietatem quam
Act. 7. commiserant contra cultum Dei. Vno modo persequendo ministros eius, quod tan-
Psal. 73 git, dicens, Prophetas tuos occiderunt, iuxta illud, Nunquid indicatum est tibi Do-
3. Reg. 19. mino meo, quid fecerim cum interficeret Iesabel Pprophetas Domini, & illud, Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri. Alio modo quantum ad loca Deo sanctificata, secundum illud, Incenderunt igni sanctuarium tuum. & quantum ad hoc dcit. [Altaria tua suffoderunt,] id est, destruxerunt a fundamentis auer-
Iosue. 8. tendo. Vnde notandum est quod antequam in Hierusalem ædificaretur templum a
Iosue. 22 Salomone, Israelitæ in diuersis locis ędificauerant Domino altaria. Iosue enim ędi-
Iudic. 6. ficauit Domino in monte Hebal, Et filii Ruben, & Gad. & media tribus Manasses ædificauerunt altare Domino in terra Chanaan super Iordanis tumulos. Et Gedeon in Efra ædificauit altare Domino, vocauitque illud, Domini pax. Sed postquam ingressi sunt Israelitę terram promissionis, & a Salomone ædificatum est templum Domino, non licuit eis nisi permissione diuina ædificare templum Domino, aliud a templo Hierosolymitano, vt in eo offerrent holocausta est victimas Domino, per Moysen dicentem, Ad locum quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomen suū ibi, & habitet in eo, venietis & offeretis in E

eo

eo holocausta & victimas vestras. Attamen postquã recesierunt decem tribus a Roboã, cõstituẽtes sibi regẽ Hieroboã Hieroboã excogitato cõsilio cõstrui fecit duo altaria, vnum in Bethel, & alterum in Dan, et posuit vitulos aureos, quos adorari præcepit, & solennitates statuit, ne decem tribus irent in Hierusalem sacrificare domino, & converterentur ad Roboan, vt habetur. 3. Reg. 12. Quidam autem ex illis decem tribubus, qui non erant idololatræ, volentes adhærere Domino & legi Mosi, permittente Domino, construxerunt altaria, in quibus sua donaria, & primogenita offerebant Domino, quæ Iesabel suffodi fecit, vt cogeret pupulum adorare vitulos in Bethel & Dan, quod autem Acham & Iesabel ex impietate fecerunt, Ezechias filius eius omnia excelsa & altaria ex pietate abstulit, & præcepit adorare in Hierusalem, vt habetur. 4. Reg 18. Deinde allegat contra eos impietatem quam facere intẽdebant in eum, dicens. [Et ego relictus sum solus,] scilicet in cultu vnius veri dei quod ideo dixit, quia alii non ita aperte manifestabant se Dei cultores. Dicitur enim de eo, Surrexit Elias propheta quasi ignis, et verbũ eius quasi facula ardebat. Et quærunt animã meam, id est, vitam meã perdere. Miserat enim Iesabel ad Eliam, Hæc faciant mihi dii, & hæc addãt nisi cras hac hora posuero animã tuam sicut animam vnius ex illis, scilicet prophetis Baal quos occiderat Elias.

Deut. 12

I Eccle. 48.

3. Reg. 19.

Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septem milia virorum qui non curuauerunt genua sua ante Baal.

HIC ponit responsum diuinum factum Eliæ in sacra scriptura contentum, scilicet, reliqui mihi, id est, in cultu meo, non permittendo eos cadere in peccatum idololatriæ, [Septem milia virorum.] Ponitur certum pro incerto propter perfectionem septenarii & miliarii, qui sunt perfecti & celebres, pro magna & incerta multitudine vsurpari [qui non curuauerunt genua ante Baal,] id est, qui cultum Dei non deseruerunt, neque adorauerunt Baal, qui erat celebris inter Deos illos, quos colebant Acham & Iesabel.

Sic ergo & in hoc tempore, reliquiæ secundum electionem gratiæ dei saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia non est gratia.

APPLICAT hic historiam Eliæ ad rem propositam Eodem inquit pacto & in hoc tẽpore reliquiæ Israel, id est, perexiguus numerus respectu multitudinis quæ erat sicut arena maris secundum electionem gratiæ dei, saluæ factæ sunt, quasi dicat. Sicuti tunc olim non solum quantum ad paruam numeri quantitatem, sed etiam quantum ad modum Sic, inquit, in hoc tempore. Nã etiam illi tempore Eliæ gratia & misericordia Dei seruati sunt Sic nunc. Et dicuntur reliquiæ prout contusis eiectisq; paleis, ait Theophylactus, pura residens grana, sic ex pluribus Iudeis propter incredulitatem, tanquam paleis eiectis, qui secundum electionem gratiæ puri futuri erant, reseruati sunt Non enim decebat diuinam clementiam, vt populum illum cui vni per totum orbem celeberrimæ, promissiones factæ fuerant, eo vsque in aduentu Christi diuina sua ope destitueret, vt nullam eius haberet rationem. Quare, vt Diuus August ait, primitiæ fidei ex gente illa collectæ sunt. Quando enim sola dei genitrix Virgo, inde fuisset electa, præclarissime cum gẽte illa actum fuisset. Fuerunt nihilominus & sponsus eius Ioseph iustus, et cum suis parentibus Ioannes Baptista, Simeon, Anna, Nathanael, ac denique Apostoli & discipuli, quibus & Diuus Stephanus martyrio coronatus præiuit. Mox tria milia vno die sacro baptismate tincta, atq; subinde quinq; milia, atq; iterum decem milia, quorum erat anima vna & cor vnum in Deo, prout ante D. Chrysosto. annotauerat, præter aliam numerosam multitudinem, cuius mentio non habetur expressa in sacra scriptura.. Hæc autem reliquiarum saluatio fuit secundum electionem gratiæ Dei, id est, secundum gratuitam electionem Dei. Ideo Christus Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Ex hoc infert conclusionem. Si autem gartia salui facti sunt, iam non ex

Supra. 9

A

Psal. 87.

Act. 2.

Marc 15. ex operibus eorum, prout ad Titum scribit. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus
ad Tim. 3. nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Deinde probat cõsequentiã, dicens, Alioquin si gratia est ex operibus, iam non est gratia, quæ sic dicitur, ex eo quod gratis datur, secundum illud quod supra 3 dictum est, iustificati gratis per gratiam ipsius. Pugnant quippe secum gratis quippiam donari, & ex operibus reddi. Quia quod ex operibus redditur, iustitiæ opus est, & merces vel præmium dicitur, gratia vero rationem iustitiæ & debiti excludit.

Quid ergo? quod quærebat Israel, non est consecutus, electio autem consecuta est, cæteri vero ex cæcati sunt.

Ioan 7. INFERT hic ex his quæ dicta sunt interrogationis conclusionem, dicens, [Quid ergo] quasi dicat, Tandem concludamus hoc, scilicet, Quod Israel quãtum ad maiorem multitudinem populi, non est consecutus quod quærebat, scilicet iustitiam, et hoc modo intelligendum quod supra 9. dictum est, Israel sectãdo legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit, iuxta illud Christi, Quæretis me, & non inuenietis. [Electio autem cõsecuta est,] id est, reliqua illa & minor pars populi Iudæorum, quæ secundum electionem fuerat prædestinata, consecuta est iustitiam, quia oblatam fidem prompto obsequio suscepit. Cæteri vero, id est, altera & maior pars populi, [excæcati sunt,] propter malitiam eorum. B

Sicut scriptum est, Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos, vt non uideant, & aures, ut non audiant usque in hodiernum diem.

MANIFESTAT hic & probat prędictam conclusionem, quantum ad secundam partem authoritate Esaiæ, quam ex duobus locis componit Apost. Esaias enim. 29 ait. Miscui vobis spiritum soporis, & quantum ad hoc dicit. [Dedit illis Deus spiritum compunctionis.] quod pertinet ad peruersitatem affectus. Compunctio enim importat quandam cordis punctionem siue dolorem. Est autem quidam cordis dolor & compunctio bona, qua quis dolet de propriis peccatis, secundum illud. Potasti nos vino compunctionis. Est etiam aliqua mala cordis compunctio, scilicet, inuidię, qua quis dolet de bonis aliorum. Huius ergo compunctionis siue inuidiæ spiritum dedit eis Deus, non immittendo malitiam, sed subtrahendo gratiam,
Supra 10. vt dictum est Ego ad æmulationem adducam vos in non gentem. Et hoc modo in-
Esa. 6. telligitur illud Esaiæ, a quo desumpta est secunda pars authoritatis inductę Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua Oculos eius claude, ne forte videant oculis suis, & auribus suis audiant, & quantum ad hæc declarat defectum cognitiuæ virtutis. vnde subdit, [oculos, vt non videant.] scilicet per seipsos miracula, quæ Christus eis videntibus fecit. [Et aures vt non audiant,] doctrinam Christi & Apostolorum.
Esa. 24. vnde Esa alibi Qui vides multa nonne custodies? Qui apertas habes aures, non au-
Mala. ult. dies? Addit autem Apost de suo, [Vsq; in hodiernum diem.] Quia in fine mundi videbunt et audient quando conuertentur corda filiorum ad patres eorum.

Et Dauid dicit, fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum, ne uideant, & dorsum eorum semper incurua.

HIC eandem conclusionem probat authoritate Dauidis, in qua primo tangit occasionem defectus iudeorum, dicens, Fiat mensa eorum id est malitia qua peccatores reficiuntur, iuxta illud, Cum dulce fuerit in ore eius malum, abscondit illud
Iob. 20. sub lingua sua. Quæ quidem mensa est coram ipsis, quando ex certa malitia peccant, hæc fit in laqueum, quãdo ex ea paratur tentatio ad peccandũ. iuxta illud. Qui explicauerit C

explicauerit se de fouea tenebitur laqueo. Fit in captionem quando per delectatio nem succumbit illi consentiendo, iuxta illud. Capientur & irretientur: Et in scan dalum, id est, impactionem casus, quando ruunt de peccato in peccatum. Et in ret i butionem, scilicet quando puniuntur pro peccatis suis. Vnde Psal Redde retributionem superbis. Vel mensa, id est, sacra scriptura Iudæis apposita, iuxta illud. Posuit mensam suam, fiat eis in laqueum, quod fit quando occurrit aliquid ambiguum in captionem, quando male intelligitur. Et in scan'alum, quando ruunt in pertinaciam erroris, & in retributionem, dum puniuntur, est autem allusio ad muscipulam aliaq; illaque andi ingenia, sub quibus abditur viscus ad nescandum animalia. Pari modo Iudęi prę sua inuidia & superbia seducti sunt, & irretiti per falsum intellectum sacræ scripturæ. Secundo ponit defectum quantum ad cognitiuam virtutem, cum dicit, Obscurentur oculi eorum ne videant, quod magis prænunciando quam optando dicitur, vt D. Aug. ait, non vt fiat, sed quia ita fiet. Vnde Apost. Tenebris obscuratum habentes intellectum. Et quantum ad effectum cum dicit. Et dorsum eorum, id est, liberum eorum arbitrium, quod portat & ad bona & ad mala semper incurua, id est, incuruari permitte, ab æternis ad temporalia, a rectitudine iustitię ad iniquitatem, quod dęmones suggerunt, dicentes illud Esa. Incuruare vt transeamus. Esa. 24. Esa 8. Psal 53. Prou. 9. Ephe. 4. C Esa. 51.

SECVNDA PARS XI. CAPITIS.

Dico ergo, nunquid sic offenderunt vt caderent.

IN hac secunda huius capitis parte Apostolus ostendit Iudęorum ruinam nō esse cassam siue inutilem, neque irreparabilem Et primo ponit interrogationem, dicens Dico ergo, &c. quasi dicat, Dictum est & probatum quod cæteri Iudæi præter electus sunt excæcati, interrogo. Nunquid sic offenderunt vt caderent, id est, nunquid permisit Deus eos offendere solum vt caderent, & non propter aliquam vtilitatem? Quod videtur esse contra bonitatem Dei, quæ tanta est, vt D. August. ait, quod nunquam permitteret aliquid mali fieri, nisi propter bonum quod ex malo elicit Vnde quo ad casum Iob ait. Conteret multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. & D. Ioan Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Deus enim permittit aliquos cadere, vt eorum casus sit aliorum salutis occasio. Alio modo potest sic exponi, id est, nunquid permissi sunt corruere, vt vniuersi perpetuo lapsi absque remedio iacerent? scilicet, irreparabiliter. Et huic sensui apertissimè seruit particula, sic, quæ in aliquibus codicibus non habetur. Hoc enim pacto legit D Ambro. Nunquid sic offenderunt vt curari non posset? Sicut diabolum legimus cecidisse, Simili modo legit tam D Chrys. quam Origenes. In Ethic. Iob. 34. Apoc. 3.

Absit. Sed illorum delicto, salus est Gentibus, ut illos æmulentur.

Familiaris est Apostoli responsio, dum partem affirmatiuam per abominationé repellit. Et primo iuxta primam expositionem, ostendit Iudæorum ruinam esse vtilem, ait ergo. [Absit,] vt, scilicet, sic offendere permiserit eos Deus vt inutiliter caderent. Sed magis illorum delicto salus Gentibus facta est scilicet occasionaliter. Vnde & Christus dixit. Salus ex Iudæis est. Trinam vtilitatis rationem meditatur D. Tho. & alii. Gentibus ex Iudæorū delicto aduenisse, triplex enim delictū Iudæi commiserunt. Primum in occisione Christi, ex qua subsecuta est salus Gentiū per redemptionem sanguinis Christi, secundum illud, Non enim corruptibilibus auro & argento redempti estis, &c. Secundum delictum Iudæorum fuit repulsio doctrinæ Apostolorum, propter quam repulsam Apost dixerunt. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei. Sed quoniam repulistis illud, conuertimur ad Gentes docendas, quæ doctrinam illorum cum gaudio susceperunt. Tertium delictum Iudæorum 1. Pet. 1. D Act. 13.

In excæcatione. dæorum fuit excæcatio & impœnitentia, propter quam fuit in omnes gentes dispersi. vt D. Aug ait baiulantes legem, veiusque testamentum, cuius testimonio fulciuntur Christiani, ac suam stabiliunt fidem ad conuertendum Gentiles qui suspicari potuissent prophetias de Christo, quas fidei prædicatores inducebant de Christo esse confictas, quæ probantur testimonio Iudæorum. Vnde Psal. deus ostendit mihi super

Psal. 58. inimicos meos, ne occidas eos, nequando obliuiscantur populi mei, disperge illos in virtute tua. Sequitur, vt illos æmulentur. Et quia non dicit qui vel quos, & cum sit duplex æmulatio scilicet, indignationis & imitationis, potest hoc quatuor modis exponi. Vno modo vt Gentiles illi imitentur Iudæos in cultu vnius veri dei. Vnde Apost.

Ephe. 2. Eratis in illo tempore sine Christo, alienati a conuersatione Israel, &c & alibi, Vos imitatores facti estis ecclesiarum dei, quæ sunt in Iudæa, vel vt Gentiles æmulentur Iudæos, id est, indignentur contra eos propter incredulitatem ipsorum Vne Psal. Vidi præuaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. Vel vt Iudæi æmulentur imitantes conuersionem & fidem Gentilium, & finaliter omnis Israel saluus fiat, cum plenitudo Gentium intrauerit. Et sic impleatur illud. Ille erit in caput, & tu eris in caudam. Vel vt Iudæi æmulentur Gentiles. i. contra eos ex inuidia turbentur, dum vident eorum gloriam ad Gentiles translatam Veruntamen circa huiusmodi, a duplici errore cauendum est. Primo ne putemus Gentes, viam salutis non potuisse ingredi nisi depulsis Iudæis, quasi Deus sic angustiauerit aditum ad se, vt nō posset vniuersum humanum genus sinu infinitæ misericordiæ suæ excipere. Nam quamuis prædestinatorum numerus certus fuerit, vult tamen omnes saluos fieri. Ideo Christus salutis viam aperuit omni credenti, Iudæo primum & Græco. Ideo si nulli credere tenuissent, omnes intrassent Secundo cauendum est ne dicamus deum excæcasse Iudæos, vt ingrederētur Gentiles, ne eum constituamus authorem mali, Malitia enim & cruditas cordis Iudæorum in causa fuit incredulitatis eorum. deus autem Iudæorum malo, quod ab ipsis ortum habuit, bene vsus est, prout in induratione Pharonis vsus est ad exaltationem nominis sui.

Psal. 118.

Deut. 28.

Quod si delictum illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum, diuitiæ Gentium, quantum magis plenitudo eorum.

PROSEQVITVR hic Iudæorum consolationem, ne despondeant animo. Ostendens causam eorum esse reparabilem, hoc autem in quarta parte locupletius explicat, sed hic interim triplici ratione præmonstrat. Primam ex vtilitate quam in hoc textu ponit, quæ talis est, Bonum est potentius ad inferendum vtilitatē quam malum. Sed malum Iudæorum magnam vtilitatem Gentibus contulit, Ergo maiorem mundo confert vtilitatem bonum eorum. Et hoc innuit supposito quod prius dixit, quod eorum delicto salus Gentibus facta est. Nunc subsumit. Quod pro, sed, si illorum, id est, Iudæorum delictum diuitiç sunt mundi, id est, Gentilium, quia, scilicet delictum Iudæorum redundauit in spirituales diuitias Gentilium. Quoniam per mortem Christi huiusmodi crimine patratā, mundus vniuersus opulentissima Dei misericordia ditatus est. Et eorum diminutio, hoc est quod pro maiori parte reiecti sunt, & pauci ingressi, diuitiæ sunt Gentiū, quanto magis plenitudo eorum locupletabit mundum? Et est argumentum a maiori ad minus. Nam si de malo quod per se aduersatur bono per accidentalem occasionem, diuina sapientia tantum eduxit bonum, quanto magis de bona eorum conuersione, quç per se ordinatur in bonum, poterit mundum ad optimum perducere statum. Tunc enim vterque populus absque vlla æmulatione iustitiam Dei percolent. Et sic Deus propter vtilitatem totius mundi permisit Iudæos delinquere, multo magis implebit ruinas eorum propter totius mundi vtilitatem, & ideo tandem reliquiæ secundum electionem gratiæ salux fient.

Vobis

Vobis enim dico Gentibus, Quandiu quidem ego sum Gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo, si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, vt saluos faciam aliquos ex illis.

ADDVCIT hic secundum rationem ad probandum quod ruina Iudæorũ non sit irreparabilis. Ratio talis est. Rerum desperatarum & irrecuperabilium non est prudentia, neque intentio, nec aliquis sapiens curam suscipit, secundum illud Est peccatum ad mortem, pro hoc nolo vt roget quis. Atqui Apost. intendebat & sperabat aliquos ex illis saluos facere igitur casus eorum non erat irreparabilis, cum Apostolus sapiens esset & spiritu Dei ageretur, ad suam explicandam intentionem dirigit sermonem peculiariter Gentibus, quanuis ab initio epistolæ vsque huc, vbi causam communẽ agit fidei, omnes simul conuersos alloquitur sic, dicens, omnibus qui sunt Romæ, &c. Hic vero singulariter Iudæorum salutem se procurare meminit, dicens, Vobis enim Gentibus, quandiu sum Gentium Apost. vestri curam geram vsq; ad mortem, attamen ministerium meum honorificabo. Non quidem in his quæ ad seculare honorem et fastum pertinent, sed ornando ipsum bonis moribus, iuxta illud, in omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros in multa patientia, &c honorificabo etiam per supererogationem operum, ad quæ non teneor. Vnde dicebat, Quæ est ergo merces mea? vt Euangelium Christi prædicans sine sumptu honorificabo, præterea ampliando solicitudinem ad omnium salutem. Vnde dicebat præter illa quę extrinsecus sunt instantia mea quotidiana solicitudo omniũ Ecclesiarũ. Propterea & hic dicit. Si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, id est, Iudæos, qui sunt mihi cognati secundum carnem, & ideo sequens cõsilium. Esa. dicentis, carnem tuam ne despexeris, conabatur prouocare eos ad æmulandum bona æmulatione, ad quam etiam Corinthios hortabatur, dicens. Aemulamini charismata meliora. Nec in hoc excedebat mensuram regulæ, de qua ad Corinthios scribens dicebat. Nos autem non in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus mensuram pertingendi ad vos. Quia non sic erat ei commissa cura Gentilium, quod fuerit ei prohibitum Iudæis prædicare, sed ex præcepto tenebatur Gentilibus prædicare, vnde dicebat. Si non Euangelizauero, væ mihi est, Necessitas enim incumbit, scilicet, euangelizandi Gentilibus, quæ non incumbebat euangelizandi Iudæis, nisi forte inter Gentiles habitantibus, sed supererogando prædicare poterat eis, & in hoc mysterium suum honorificabat, Non quærens quod sibi vtile erat, sed quod multis, vt salui fierent. Ideo hic dicit vt saluos faciam aliquos illis. Nec est illi arrogantiæ ascribendum quod dicit. Saluos faciam, non erat enim proprium esse Dei saluos facere credentes. Ideo intelligebat tanquam fidei minister colendo agrum dominicum, quemadmodum alibi dicebat. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit.

1. Ioan. 5
Galat. 2.
A
1. Tim. 2.
1. Cor. 6.
1. Cor. 9.
Supra. 9.
Esa. 55.
1. Cor. 13.
2 Cor. 10
1. Cor. 3

Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quæ assumptio, nisi vita ex mortuis.

B VIDETVR hic explicatior repetitio eius quod dixerat. Si delictum illorũ diuitiæ sunt mundi, quanto magis plenitudo eorum. Hic enim ponit amissionem pro delicto eorũ, & assumptionem pro reconciliatione, alludens ad reconpensationẽ amissionis vnius amici, quæ fit dum vno perdito plures acquiruntur. Sic Iudæorum casus & ruina, quæ dicitur amissio, prout seruus qui sub cura domini refugit, esse dicitur amissus, plures seruos deo occasionaliter acquisiuit. Postmodum interrogat, Quæ assumptio, nisi vita ex mortuis? Quæ Verba D. Chrys. & Origenes referunt ad resurrectionem vniuersę carnis in die iudicii, & possumus secundum eos verba Apost sic interpretari Si amissio Iudæorum reconciliatio fuit reliqui orbis, consequens est vt eorum assumptio (quæ Deo trahente facienda est) vita sit ex mortuis, id est, cõsequẽs est vt Iudaismo ad fidẽ assumpto, nihil restet nisi vt fiat resurre-

ctio

ctio vtilis. Vbi D. Chrysost. annotauit quod sicut Iudaeorum amissio non fuit causa, sed occasio reconciliandę Gentilitatis. Sic eorum assumptio erit occasio resurrectio nis generalis, in cuius declaratione Apost. ministerium suum honorificauit. Nam si nis euāgelii muneris est illa vniuersalis conuersio. Possunt etiam hæc verba Apost. esse expositio huius quod promiserat saluos faciam, & sic intelligitur hic locus vita ex mortuis, de morte spirituali per peccatum Iudæorum, & de vita per gratiā Gentium, vt sensus sit. Si amissio illorum, id est, spiritualis mors, reconciliatio, id est vita spiritualis, fuit mundi, id est, Gentilium, qui faciebant maiorem partem mundi, assumptio illorum erit resuscitatio ab eadem morte in similem vitam, Quod cum ego procurem, opto eos saluos facere, & sic non reputo casum illorum irreparabilē.

Quod si delibatio sancta est, & massa. Et si radix sancta & rami.

TERTIAM hic rationem adiungit ad confirmandum casum Iudæorum nō esse irreparabilem ex conditione Gētis Iudæorum & hoc dupliciter. Primo ex parte Apostolorum cum dicit, [Quod si delibatio sancta est, & massa] dicitur autem delibatio id quod ex massa pasta sumitur, quasi ad probandum gustum massæ, & ex illa delibatione fiebant olim collyridæ, quæ iubebantur offerri. Sunt autem Apostoli ex gente Iudæorum assumpti, prout delibatio ex massa. Et ideo si Apostoli sunt sancti, consequens est quod Gens Iudæorum sit sancta, secundum illud, Gens sancta, populus acquisitionis. Secundo idem probat ex parte Patriarcharum, qui com- C

Leuit. 7. parātur ad Iudæos, sicut radix ad ramos. Vnde Esa. Egredietur virga de radice Iesse.

1. Pet. 2. Si ergo Patriarchæ sunt radix & sunt sancti. Ergo & Iudæi qui ex ipsis processerūt sunt sancti. Vnde Oseas. 14 Erumpet radix eius, vt libani ibunt rami. Et non intendit Apo hic loqui de actuali sanctitate, nec ostēdere Iudæos incredulos esse sanctos, sed de sanctitate potentiali. Nihil enim prohibet eos reparari in sanctitate, quorum

Iean. 8. patres, & quorum filii sunt sancti, vel potest dici quod illi sunt specialiter rami Patriarcharum qui illos imitantur, iuxta illud, Si filii Abrahę estis, opera Abrahæ facite. Origenes hic nomine massæ & radicis vnum dominum nostrum Iesum Christum concipit, qui est primitiæ resurgentium, & radix renascentium in eius membra. Et sic. Si ille sit sanctus sine macula, & rami ei insiti fient participes sanctitatis, quod autem possunt inseri inferius persequitur. Si autem inseri possint, non est irreparabilis casus eorum.

TERTIA PARS XI. CAPITIS.

Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis, & pinguedinis, oliuę factus es. Noli gloriari aduersus ramos.

IN hac tertia huius capitis parte Apostolus præseruat Gētiles a vicio superbię, quo gloriari & insultare poterant in Iudæos ex duabus partibus, scilicet, ex Iudeorum defectu, & sua promotione. Ideo ait. [Quod si aliqui ex ramis fracti sūt,] quasi dicat. Dictum est quod si radix est sancta, & rami. Sed si aliqui ex ramis, id est, ex Iudæis fracti sunt, id est, diuisi eorum culpa, a fide patrum, qui comparantur radici. D

Prouer. 3. Noli, scilicet gloriari, quia & tu frangi potes. Vnde Iob. 15. dicebat. Ramos eius arefaciet flamma. Et Sapien. 4. Confringentur rami consumpti. Secundo imminebat Gentilibus materia gloriandi ex parte promotionis eorum, in locum Iudæorum. Promotio autem alicuius tanto consueuit eum altius extollere in vanam gloriam,

Hier. 17. quanto viliori statu eleuatur. Iuxta illud, Propter tria mouetur terra, & quartum quod sustinere non potest per seruum cum regnauerit, &c. Ideo Apostlo. ad deprimendum gloriam eorum, præmittit abiectum statum de quo assumpti fuerant, dicens. [Tu autem,] scilicet, Gentilis, cum oleaster, id est, siluestris olea, id est, sterilis & infructuosus, merito excidendus & in ignem mittendus, iuxta illud, Mat 7. Omnis

mis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. & mirica in deserto qui traditus fueras in reprobum sensum & in ignominiam carnis, plusquam bellumis morbus imburus, idolis addictus viuebas. [Insertus es in illis] id est, loco illorum, iuxta illud, Conteret multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis [Et socius radicis factus es,] id est, consociatus es patriarchis & prophetis, secundum illud, Multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob, &c. Et per comparationem ad Apostolus, [Et socius pinguedinis oliuæ factus es] Oliua quidem dicitur ipsa gens Iudæorum propter vniuersales fructus spirituales quos attulit. Vnde Hier. 11 Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Deus nomen tuum & Psal. 51. Ego sicut oliua fructifera in domo Dei. Sicut autem huius oliuæ radix sunt Patriarchæ & Prophetæ, ita & pinguedo huius oliuæ est abundantia spiritualis gratiæ spiritus, scilicet, qui præ omnibus Apostoli habuerunt vt Glos. dicit. Vnde oliua dixisse dicitur, Nunquid possum deserere pinguedinem meam. Sic Apostoli, Non est æquum nos derelinquere verbum Dei. Sic ergo promoti sunt Gentiles ad societatem illius populi Patriarcharum & Apostolorum, vnde effecti sunt ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apost. & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Licet ergo tu Gentilis has occasiones gloriandi videaris habere, noli tamen gloriari & insultare aduersus ramos, id est, Iudæos, quia, scilicet, non est bona gloriatio tua [Quod si gloriaris, non tu radicem portas sed radix te.] Hic assignat quare gloriari non debeant, nec insolescere aduersus Iudæos dicens. Quod si non obstante hac admonitione gloriaris, saltem ne Iudæi vsque adeo sint tibi vituperio, eos existima tanquam tuum fundamentum, quo sustentaris. Considera ad repressionem gloriæ tuæ, quod non tu radicem portas, sed radix te, id est, quod Iudæi nequaquam acceperunt a Gentilitate causam salutis. Sed potius è conuerso, vnde Christus, Salus ex Iudæis est, vtpote tanquam ab illa sancta radice Abrahæ, cui promissum est quod in ipso benedicendæ essent omnes gentes [Dicis ergo, fracti sunt rami, vt ego inserar.] Hactenus generalibus verbis deterruit gentes a tumore superbiæ. Nunc verò rem apertius expedit, obiectas eorum obiectiones refutando. Poterant enim obiicere quod non ipsi, vt Iudæi, cecidissent, & quod Deus Gentilitatem hoc honore prætulisset, quod Iudæos proiecisset, vt Gentes seruaret. Nullus enim sustinet detrimentum rei nisi propter rem præciosiorem & magis dilectam, quemadmodum quis pluris facit caput quàm brachia, quæ pro tuitione capitis exponit periculo has obiectiones hic proponit, quantum ad primam dicit. [Fracti sunt rami,] scilicet, Iudæi per incredulitatem, & nos ex quo vocati fuimus, credidimus. quo ad secundam dicit [vt ego inserar.] ex quo videtur quod Gentilitas est magis Deo accepta quàm Iudæa quod videtur prophetasse Malachias, dicens, Non est mihi voluntas in vobis, & munus non accipiam de manu vestra. Ab ortu autem solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in Gentibus Et Esa. 49. Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, Dedi te in lucem Gentium, &c.

Iob. 34. Indi. 9. Epist. 1. 1. Cor. 3. Ioan. 4. Malac. 1.

Bene propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time: Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.

HIC respondet obiectioni. Et primo assignat causam defectus Iudæorum & promotionis Gentilium, dicens, Bene. quod aduerbium videtur esse verbum annuentis, non quod hoc illis concedat iuxta eorum intentionem, sed fortasse fatetur illos habuisse occasionem sic cogitandi. Vel secundum alios hæc vox (bene) est interiectio renuentis aut ridentis, ac si dicat probè seu pulchrè arguis. Vel vt alii volunt forsan concedit vti dixit, quod Iudæorum delictum occasio fuerit salutis Gentium propter bonum vsum Dei. Non tamen quod illa fuerit causa finalis a Deo intenta, vt propter salutem Gentium sponte sua proiecerit Deus Iudæos. vnde subiungit causam fractionis ramorum dicens, [Propter incredulitatem fracti sunt.] quia, scilicet

Rom. 9. in Christum credere noluerunt, Deus enim quantum in se fuit, eos seruare voluit.
Ioan. 8. Misit enim illis filium suum, qui eis tanquam domesticis dilucide veritatem tanquam lumen manifestauit, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum.
Mat. 11.
Luc. 13. Eam ob rem conquerebatur quod cum veritatem illis diceret, non crederent, imò fecit inter eos signa & prodigia, quæ si facta fuissent in Tiro & Sidone, Gentiles illi pœnituissent & credidissent. & vt D. Matth ait, Propter incredulitatem illorum non fecit in illis plures virtutes: Deinde aufert Gentibus aliam superbiæ ansam, dicens, [Tu autem,] non viribus tuis subnexus stas, sed fide, qui scilicet, misericordia Dei insitus es in fide Abrahæ, a qua naturales filii defecerunt. Quinimo hæc insitio secundum Origenem, non fuit facta secundum leges agriculturæ, secundum quas arbor sterilis non inseritur fœcundæ ac preciosiori, sed surculus illius quæ fœcunda est, inseritur sterili agrestique stipiti. Nam insertus ramus est qui alimentum sterilis sua virtute in suam ipsius bonā conuertit substantiam, vnde fert fructus, Deus autem qui est fons vniuersæ bonitatis è conuerso sterilem oleastrum inseruit oliuę, vnde fructuosum exugeret succum. Ideo subiungit ad monitionem. [Noli altum sapere,] id est, noli de te vltra præsumere. Noli esse elato animo. Ideo infra 12 non alta sapientes, & Psalm. Domine non est exaltatum cor meum, neque elati oculi [sed time,] ne, scilicet tu frangaris per incredulitatem. qui timor pertinet ad amorem castum.
Prouer. 28 Vnde Salomon, Beatus homo qui semper est pauidus. Qui verò mentis est
Eccle. 1. duræ, cor ruet in malum, & Sap. Timor domini expellit peccatum. Secundò assignat rationē suæ admonitionis, dicens, [Si enim Deus naturalibus ramis.] id est, Iudæis, qui ex naturali origine ex patriarchis descenderunt, non pepercit, quin eos frangi & incredulitatem labi permiserit [Time ne fortè nec tibi parcat.] quin scilicet, te per
Prouer. 26 mittat per incredulitatem excidere. Vnde Salomon, Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ. & Hier. 13. Non parcam nec miserebor, vt non dispergam eos. In hoc ergo consistit solutio Apostol. Quod cum aliquis videt se gratiam adeptum, alio cadente non debet extolli contra cadentem, sed magis timere sibi ipsi, quia ipsa superbia est causa præcipitii, & timor est causa custodiæ & cautelæ:

Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei, in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem, in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris. Sed & illi, si non permanserint in incredulitate inserentur, potens est enim Deus iterum A
inserere illos. Nam & si tu ex naturali excisus oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam, quanto magis qui secundum naturam inserentur suæ oliuæ.

HIC inducit Gentiles ad diligentem diuinorum iudiciorum considerationem. Et primo ostendit quod oporteat eos diligenter considerare, scilicet bonitatem & seueritatem Dei. Bonitas in præsentiarum idem significat quod benignitas vbertasque diuinæ misericordiæ, de qua supra 2. An diuitias bonitatis eius contemnis? Seueritas autem nihil vicii significat, sed censoriam iudicis grauitatem nihil de rigore remittentis, quę apud Theologos dicitur iustitia vindicatiua. de hac Psal. 93. Deus vltionum dominus, id est, æmulator vlciscens & vindictam faciens. ait ergo, Vide & considera vtrunque. Prima enim consideratio tribuit spem, secunda timorem, vt ex prima vitetur disperatio, & ex secunda præsumptio. Secundo ostendit in quibus & a quibus prædicta duo sunt consideranda. Primo a Gentibus seueritatem & rigorosam iustitiam, in eos, scilicet Iudæos dicit esse considerandam, quo modo premisit deus eos sic cadere, & quo modo verificatum fuit illud Hier. Præcipitauit deus nec
Ier. 8. pepercit, omnia speciosa Iacob destruxit. Secundò ab eisdem dicit considerandam quam deus in eos exercuit bonitatem, qua eos immeritos a fecibus peccatorum liberauit, vt vnusquisque eorum dicere debeat cum Psalmista, Bonitatem fecisti cum
Psal. 118. seruo tuo domine. Tertiò ostendit quo tempore possunt hæc in prædictis considerari, quia non quia immobiliter, sed sicut id quod potest mutari in futurum. Et pri-

mò

mò oſtendit quantum ad Gentiles dicens, In te dico bonitatem Dei oneſtitem, e à cõditione ſi permanſeri in bonitate. Vnde Chriſtus, Manete in dilectione mea. Alioquin ſi tu non dederis operam permanendi per timorem & humilitatem, & tu excideris Per hæc verba apertiſſimè oſtendit ita ſalutem noſtram eſſe munus Dei, vt tamen in noſtra poteſtate ſit poſitum ei adiuuanti aſſentire & aduerſari, ſiue per manere & non permanere in bonitate a Deo nobis communicata. Quocirca quod ait. [Et tu excideris,] nihilominus hæc monitio ad ſingulos noſtrum pertinere. Catholica enim veritas contra Lutheranos (qui dicunt quod ad ſolos prædeſtinatos vere pertinet Euangelium, & quod tales nunquam verè excidunt, nec reprobi verè reſurgunt) eſt quod tam reprobi quàm prędeſtinati ſæpenumero ſunt verè in gratia, a qua excidunt, & verè rurſum in culpa, a qua verè reſurgunt. Vnde ſinguli ad moneantur ab Apoſt. Qui ſtat, videat ne cadat, & alibi, Vide ne & tu tenteris Et D. Ioan. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Secundo oſtendit idem quã tum ad Iudæos, dicens, [Sed & illi ſi non permanſerint in incredulitate inſerentur.] Quanuis enim iniqui non vtantur auxilio Dei, prout iuſti, quia tamen Deus illis præſto eſt, qui non ſeſe auertunt ab eo, & ſtat ad oſtium & pulſat, dicere poſſumus quod licet in facultate peccatoris non ſit ſalus immediatè poſita. hoc tamen in eius arbitrio ſitum eſt, vt auxilio diuino vtatur, quo illam obtineat, & ideo ait, [Si non permanſerit in incredulitate.] id eſt, ſi non retineant peruerſum ſenſum, & ſequantur diuinam inſpirationem. [inſerentur,] ſcilicet, iterum, id eſt, in ſtatum ſuum reſtituentur, ſecundum illud, Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit dominus, & ego ſuſcipiam te. Deinde probat dupliciter quod iterum inſerentur. Primò ex diuina potentia. Potens eſt enim deus iterum inſerere illos & ideo non eſt deſperandum, Nam vt Eſa. ait, Non eſt abbreuiata manus domini, vt ſaluare non põſſit. Secundo idem probat per locum a minori ad maius, dicens, Nam & ſi tu Gentilis exciſus es ex naturali oleaſtro, id eſt, ex Gentilitate, quæ naturaliter erat infructuoſa, non quidem prout dominus fecit naturam, ſed ſecundum quod corrupta eſt per peccatum. Vnde Sap. 12. Nequam eſt natio eorum, & naturalis malitia ipſorum. & Apo Eratnus natura filii iræ [Et contra naturam es in oliuam bonam,] id eſt, contra communem curſum naturæ. Non enim conſueuit ramus arboris infructuoſæ inſeri in bonam arborem, ſed potius e conuerſo Et ſic quod ait contra naturam, non crude prout ſonat, intelligendum eſt. Nam Deus cui natura tanquam authori ſuo obedientiſſimè paret, nihil agit contra naturam, neque vim infert rebus. Dicimus enim eſſe naturale quod ſit ab agente, cui naturaliter ſubditur patiens, quanuis non ſit ſecundum naturam propriam patientis Fluxus enim & refluxus maris eſt naturalis, eò quod cauſatur ex motu lunæ, cui naturaliter ſubditur aqua, quanuis non ſit naturalis ſecundum formam aquæ. Ita etiam cum omnis creatura ſit naturaliter deo ſubiecta, quicquid facit deus in creatura, poteſt dici naturale, licet non ſit naturale ſecundum propriam & particularem naturam rei, in qua ſit, puta cum cæcus illuminatur, & mortuus ſuſcitatur, qua dicuntur opera ſupra naturam, ſed contra naturam propriè loquendo.

Ioan. 15. — 1. Cor. 10. — Gal. 6. — Apoc. 3. — Hiere. 3. — Eſa. 50. — Ephe. 2.

QVARTA PARS XI. CAPITIS.

Nolo enim vos ignorare fratres myſterium hoc, vt non ſitis vobiſmetipſis ſapientes, Quia cæcitas ex parte contingit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret.

IN hac. 4. huius ca. parte Apoſt. clarè exprimit quid ſibi circa præmiſſa iudicia videatur, & primo ponit factum & intentionem ſuam. Induxi vos ad conſiderandũ bonitatem & ſeueritatem Dei. [Nolo enim vos ignorare fratres myſterium hoc,] quaſi dicat, video quod non poteſtis omnia capere myſteria, hoc enim eſt perfectorum. vnde Chriſtus dicebat, Vobis datum eſt noſce myſterium regni Dei. Verum tamen hoc myſterium nolo uos ignorare, quia huius myſterii ignorantia eſſet

Luc. 8. — 1. Cor. 14.

vobis damnosa. Si quis enim ignorat, ignorabitur. Secundo assignat suæ intentionis rationem, dicens [vt non sitis vobisimet ipsis sapientes,] id est, vt non de sensu vestro præsumatis, & ex sensu vestro alios condemnantes & vos eis præferatis, vnde infra. 12. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Et Esa. 5. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Deinde ponit mysterium quod intẽdit. Primo quidem quantum ad casum particularium Iudæorum, cum dicit, [Quia cęcitas,] non vniuersaliter, sed ex aliqua parte, vt supra dictum est. addit, [contigit,] ne quis cęcitatis causam Deo ascriberet. Nihil enim aliud fecit quam permittere. Neq; ait quod cæcitas contigit, vt plenitudo intraret, ne quis suspicetur Deum eos illo fine excæcasse, sed dicit [donec plenitudo gentium.] non solum aliqui particulariter, sicut tunc conuertebantur, sed vel in tota gentilitate, vel in ma-
Psal. 99 iori parte Ecclesia fuerit fundata. Et sic donec designat terminum ingressus Genti- D
lium ad fidem conuertendorum, qui dicuntur intrare quasi ab exterioribus, & visi-
Osee. 1. bilibus rebus quas venerabantur in speciali & voluntate diuina ad Deum, secundũ
Mich. ult. illud. Introite in cõspectu eius in exultatione. Et sic cum plenitudo Gentium intra
uerit, cæcitas Iudæorum curabitur. vnde subdit [Et sic omnis Israel saluus fiet.] non particulariter sicut nunc, sed vniuersaliter, omnes vel maior pars, secundum il lud. Saluabo eos in domino Deo suo, & illud. Reuertetur & miserebitur nostri. Et hoc vocat mysterium quod cæcitas Israel non est perpetua, vt Gentes poterant opinari, sed tẽporalia, quæ ex inuidia & indiscreto, zelo legis processerat, vt D. Amb. ait.

Sicut scriptum est. Veniet ex Syon, qui eripiat, & auertat impietatem a Iacob. Et hoc illis a me testamentum cum abstulero peccata eorum.

Esa. 59. CONFIRMAT hic assertam sententiam de salute Iudæorũ authoritate, ait ergo, dico quod omnis Israel saluus fiet, sicut scriptũ est in Esa. vbi nostra trãslatio habet. Et timebunt qui ab Occidente nomẽ domini, & qui ab ortu solis gloriam eius, cum venerit quasi fluuius violentus quem spiritus domini cogit. Et venerit ad Syon, redemptor, et eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob. Hoc fœdus meum cum eis dicit dominus. Quæ quidẽ verba manifeste indicãt conuersionem Israelis in verũ Iacob. Apost. autem more suo citat secundum translationem septuaginta. Et tangit tria. Primo saluatoris aduẽtum, cum dicit. [Veniet ex Syon.] i. ex populo Iudæorũ, qui significatur per Syon, quæ erat arx Hierusalem metropolis Iudææ. Vnde Zach 9. Exulta satis filia syon, iubila filia Hierusalem: Ecce rex tuus uenit, &c. & Christus salus ex Iudæis est. Vel dicit ex syon eum venire, non quia sit ibi natus, sed quia doctrina eius inde exiuit in vniuersum; per hoc quod Apostoli in cœnaculo syon, Spiritũ sanctũ receperunt. Vnde Esa. 2. De syon exiuit lex, & verbũ domini de Hierusalẽ. Secundo ponit salutem per Christũ Iudæis oblatam, dicens. [Qui
Psal. 13. eripiat et auertat captiuitatẽ a Iacob] Quæ verba possũt referri ad liberationem a pœna secũdũ illud. Auertet dominus captiuitatẽ plebis suæ. vel vtrunq; refertur ad liberationẽ a culpa. Sed dicit, [Qui eripiat,] propter paucitatẽ et difficultatem.
Amos. 3. Quia pauci nunc et difficulter quasi cũ quadam violentia cõuertuntur, iuxta illud, Quasi si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, sic eruentur E
filii Israel. Dicit autem, Auertet impietatẽm a Iacob. Ad ostendendum facilitatem conuersionis Iudæorum in fine mũdi. Vnde Micheas vult. Quis Deus similis tui,
Heb. 10. qui aufers iniquitatẽ et trãsfers peccatum reliquiarũ hæreditatis tuæ quæ trãslatio
Mat. 26. peccati fieri non poterat per Testamentum vetus. Quia vt dicit Apo. impossibile est sanguinis taurorũ aut hircorũ auferri peccata, & ideo propter imperfectionẽ antiqui promittitur eis nouum. Quare subdit. Et hoc illis a me testamentum. Propheta dicit fœdus, quod idem est. Hiere. vero ait. Feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum, quod quidem habebit efficaciam ad remissionem peccati per sanguinem Christi, secundum illud, hic sanguis meus noui testamenti qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum

&

& Mich. vlt. Deponet iniquitates nostras, & proiiciet in profundum maris omnia peccata mea.

Secundum euangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem autem, charissimi propter patres.

HAEC verba D Augu. dicit esse corollarium proximæ conclusioni de futura salute Iudæorum appensum, & ipsius conclusionis confirmatiuum, & expositiuum, Nempe quod Iudæi inimici nostri facti sunt secundum Euangelium quidem, quantum pertinet ad Euangelii doctrinam quam impugnat [propter vos,] id est, in vestram vtilitatem cedit, vt supra dictum est. Vnde Christus, Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc & interficite ante me. Vel secundum Euangelium inimici propter vos, quia eorum inuidia, qua Christum occiderunt, & nos ac Euangelii doctrinam repellunt, incommodum & utilitatem vestram & Euangelii promulgationem cedit; Quia occasione talis inimicitiæ & repulsionis Euangelium ubique diffunditur. Vnde Apost. In verbo veritatis Euangelii quod peruenit ad vos, sicut in uniuerso mundo est & fructificat & crescit. Sed secundum electionem sunt charissimi propter patres, Hoc referendū est ad electos; quia superius Apost dixit; quia quod quærebat Israel, hoc non est cōsecutus, eosdem hic vocat inimicos De quibus ante dixerat, Electio autem consecuta est, eosdē nūcupat amicos propter patres. Origenes autem & D. Hiero. ex huiusmodi dictis Aposto. colligunt responsum aduersus Gentes, & dicunt: Quod quamuis Iudæi sint inimici nostri secundum Euangelium, hoc est, in receptione Euangelii, quod impugnant propter nos eo quod occludere uobis contendunt salutis viā, qua de re nos illis repugnare tenemur. Sunt tamen nihilominus diligendi secundum electionem propter patres, quos deus dilexit, & semē eorum elegit; iuxta illud, dilexit patres tuos, & semen eorum post eos. Quod non est sic intelligendū quod merita patrum præuisa fuerint causa electionis filiorū. Sed quia deus ab æterno elegit gratis & patres & filios: hoc tamen ordine quodam vt filii propter patres consequerentur salutem propter quandam abundantiam diuinæ gratiæ & misericordiæ, quæ talis fuit patribus exhibita, vt propter promissiones eis factas filii saluarentur. Nec est aliqua repugnantia si dicantur inimici & charissimi respectu diuersorum, iniquos enim odio habemus propter iniquitatem, illis tamen propter naturam optamus precamurque salutem, & sic Apost. docet eos sic esse reprehendendos vt eorum optemus & procuremus salutem.

In de prædest. sanct.
Luc. 19.
Col. 1.
Supra. ibi.
F
Deut. 4.
Psal. 118.

Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei.

HIC excludit quandam euasionem quam posset aliquis afferre & dicere, Quia & si Iudæi olim fuerint charissimi propter patres, tamen inimicitia quam contra euangelium exercent impediet ne in futurum saluentur, Verum tamen hanc euasionem Apost euacuat dicens [Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei.] quasi dicat. Quod Deus aliquibus donet, vel aliquos vocet, hoc est sine pœnitentia quia de hoc Deum non pœniteret, secundum illud, Triumphator Israel non parcet, nec pœnitudine flectetur. & Psalmista, Iurauit dominus, & non pœnitebit eum Si obiiciatur illud, Pœnitet me fecisse hominem. Et illud, Loquar de Gente, & de regno, vt ædificem & plantem illud Si fecerit malum coram oculis meis, Pœnitentiam agam super bonum quod locutus sum vt facerem ei. Dicendum quod sicut Deus dicitur irasci, non propter hoc quia in eo sit commotio iræ, sed quia ad modum irati se habet quantum ad effectum punitionis, ita quandoque pœnitere dicitur, non quasi eo sit in pœnitentiæ commutatio, sed quia ad modum pœnitentis se habet, dum mutat quod fecerat, Si adducatur illud: Tollite ab illo talentum & date illi qui habet decem talenta vbi quod datum erat aufertur Multos etiam in gratiam suam recipit,

1. Reg. 5.
Psal. 109.
Gen. 6.
Hier. 18.
Mat. 25.

Heb. 12. quos rursus expoliat, vt Iudam & similes, ergo aliquando Deum pœniteret collati beneficii. Dicendum quod ibi non est mutatio ex parte Dei, sed est mutatio hominis qui gratiam Dei abiicit, secundum illud, Contemplantes ne quid desit gratiæ Dei. Simile est in sole, qui absque sui variatione diuersimodè operatur successiuè in oculis aliter & aliter dispositis. Vnde D. Aug. Oculis ęgris odiosa est lux, quæ puris est amabilis. Potest etiam quod hic dicitur aliter intelligi, vt dicamus quod dona Dei quæ dantur in baptismo, & vocatio qua baptizatus vocatur ad gratiam sunt sine pœnitentia hominis baptizati, quod quidem hic inducitur, ne quis desperet de futura Iudæorum salute, propter hoc quod nō videntur de peccato suo pœnitere. Si obiicia-

Act. 2. tur id quod D. Petrus ait, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Dicendum quod duplex est pœnitentia, quædam interior, quæ dicitur virtus moralis, qua quis interius dolet de offensa & talis pœnitentia exquiritur a baptizato, qua vt D. Aug. in lib. de pœniten. ait. Nemo suæ voluntatis arbiter constitutus potest nouam vitam inchoare, nisi veteris vitæ eum pœniteat alioquin fictus ad baptismum accedit. Alia est pœnitentia sacramentum, quę vltra displicentiam de peccatis importat confessionem & satisfactionem, quæ a baptizato non exquiruntur, quia per gratiam baptismalem liberatur homo non solum a culpa, sed etiam a tota pœna

Sup. 6. per virtutem passionis & mortis, cui plenè conformatur, vt dictum est. Vnde Apo.

&. 8. alibi, Per lauachrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit

Ad Tit. 3. in nos abunde. Si obiiciatur quod claues Ecclesiæ & omnia alia Sacramenta operantur in virtute passionis Christi, ergo etiam omnia alia sacramenta liberant hominem a culpa & tota pœna. Ad hoc respondet Apost. In prædicta authoritate dicens quod passio Christi operatur in baptismo per modum cuiusdam generationis, quæ requirit vt homo priori vitæ totaliter moriatur, ad hoc vt nouam vitam accipiat. Et ideo tollitur in baptismo totus reatus pœnæ, qui pertinet ad vetustatem prioris vitæ. Sed in aliis sacramentis operatur virtus passionis Christi per modum sanationis, vt in pœnitentia. Sanatio autem non requirit vt omnes infirmitatis reliquię auferantur, & eadem est ratio in aliis sacramentis. Nec obstat quod illi qui baptiza- B

Mat. 3. bantur a D. Ioanne Baptista, confitebantur peccata sua, quia baptismus Ioannis erat baptismus pœnitentiæ, Quia accipiendo illum quodammodo profitebantur se pœnitentiam accepturos pro peccatis, ideo conueniens erat vt confiterentur, vt secundum mensuram delicti eis pœnitentia statueretur. Sed baptismus Christi est baptismus omnium peccatorum, ita quod nō restat aliqua satisfactio pro peccatis præteritis, vt dictum est.

Sicut enim aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum, ita & isti nunc non crediderunt vestram misericordiam, ut & ipsi misericordiam consequantur.

ADHIBET hic postremam conclusionis confirmationem. a simili & a minori ad maius, ait, ergo, dixi quod omnis Israel saluus fiet, licet nunc sint inimici. [Sicut enim,] idest, quemadmodum vos, scilicet Gentiles, [aliquando non credidi-

Ephe. 2. stis,] iuxta illud, Eratis illo tempore sine Deo in hoc mundo. [Nunc autem misericordiam consecuti estis,] & hoc [propter eorum incredulitatem.] quę fuit occasio vestræ salutis, vt dictum est. [Ita & isti,] scilicet Iudæi [nunc,] scilicet tempore gratiæ, [non crediderunt in vestram misericordiam,] id est, in Christum, per quem

Ad Tit. 3. vos misericordiam consecuti estis, iuxta illud, Secundum misericordiam suam saluos nos fecit, vel non crediderunt quod in vestram misericordiam cessit, vt & ipsi miseri

Esa. 14. cordiam consequantur, vt prædixit Esa. Miserebitur Deus Iacob. Vel non crediderunt, vt per vestri æmulationem peruenirent in vestram misericordiam. Ergo sedes argumenti, Si id quod minus videtur inesse, inest, & id quod magis, sic deducendo, Si incredulitas Iudæorū quæ de se perniciosa est, facta est vobis commoda puta mediū occasionale, vt euocaremini ab incredulitate, (quę erat vobis natiua siue naturalis) ad fidem. Multo maioris virtutis medium erit vestra fides, quæ de se est lux mundi,

vt Iudæi ab incredulitate, quæ eis est accidentalis, quia ... crediderunt; reuocen
C tur in suã tanquam natiuam fidem. Appellamus natiuam incredulitatem Gentiũ, & natiuam fidem Iudæorum, ea significatione, qua Apost. Gentes natura oleastrũ, Iudæos autem naturales ramos.

Conclusit enim Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur.

HIC assignat rationem prædictæ similitudinis, quia, scilicet Deus, voluit vt sua misericordia in omnibus reluceret, et hoc est quod dicit: [Cõclusit enim deus.] id est, concludi permisit [omnia,] id est, omne hominum genus tam Iudæos quam Gentiles, [in incredulitate,] sicut in quadam cathena erroris, iuxta illud, Vna cathena tenebrarum omnes erat colligati, vt omnium misereatur, secũdum illud. Misereris omnium domine. Quod intelligendum est vt sit distributio pro generibus singulorum, & non pro singulis generum. Ideo autem vult Deus omnes per suam misericordiam saluari ut humilientur, & suam salutem non sibi sed Deo ascribant, secundum illud, Perditio tua ex te Israel, tantum in me auxilium tuum. Si enim totus Iudaicus populus de improuiso lumen fidei suscepisset, ansam habuisset dicendi quod merito legis a se tandiu obseruatæ promeruisset salutem, quæ illi erat velut hæreditarium ius: Igitur vt omnes mortales, in vniuersum æquarentur, permissi sunt in incredulitatem corruere. Simili modo & ratione totum humanum genus reum constituit, dicens, vt omne, inquit, os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo. Et ad Galat. Conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio Iesu Christi daretur credentibus.

Sap. 17. Sap. 11. Osee. 13. Supra: 3. Gal. 3.

QVINTA PARS XI. CAPITIS.

O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei.

APOSTOLVS in præcedentibus conatus est assignare rationem diuinorũ iudiciorum, cur tam Gẽtes quam Iudæi post incredulitatem misericordiam cõsequuntur. In hac vero quinta huius ca. parte ad hæc inuestiganda insufficienter se recognoscens, exclamando diuinam excellentiam admiratur, Quæ admiratio pulcherrima et optime opposita est, non solum huic postremæ sententiæ, verum & negotio totius prædestinationis, & reprobationis, quod in hac tertia huius epistolæ parte a calce, scilicet, octaui capitis, huculq; pertractauit. Hac admiratione Apost. significare curauit ita se docuisse mysterium prædestinationis reprobationis, vocationis Gentiũ, cæcitatis Iudæorũ, et finalis salutis ipsorũ, vt nemo tamẽ arbitraretur ad supremã causã materiã resoluendo retulisse, cum sit admiratione potius contegenda, quã nimia elocutione adeunda. Et primo admiratur excellẽtiã diuinę Sapientiæ secundũ se consideratæ, dicẽs, [ô altitudo,] id est, profunditas & impenetrabilis abyssus prout puteus dicitur altus, et altum mare. Vnde Sapiẽs. Alta profunditas, quis inueniet eam? Et Hier. 17. Solium gloriæ altitudinis a principio. Hæc autẽ altitudo attenditur quantũ ad tria. Primo quantũ ad rẽ cognitã, inquãtũ deus seipsũ
D cognoscit. Secundo quantum ad modum cognoscendi, quia per seipsum se & omnia alia cognoscit. Vnde Psal. prospexit de cœlo sancto, suo dominus de cœlo in terrã aspexit. Tertio quantum ad certitudinem cognitionis, quia vt Sapiens dicit, Oculi domini multo plus lucidiores super solem. Secundo admiratur excellentiam diuinæ cognitionis, quantum ad eius plenitudinem, cum dicit, [diuitiarum,] de quibus Esa. Diuitiæ salutis sapientia & scientia, quæ quidem plenitudo attẽditur in tribus. Primo in multitudine cognitorum, quia scilicet omnia nouit iuxta illud: Domine tu omnia scis, & illud. In ipso sunt omnes thesauri sapientiæ Dei absconditi. Secundo quantum ad facilitatem cognoscendi, quia statim omnia intuetur sine inquisitione & difficultate, iuxta illud, Omnia nuda & aperta sunt oculis eius.

Eccle. 7. Eccle. 23. Psal. 101. Esa. 33. Ioh. vlt.

Col. 2. Tertio quantum ad copiam cognitionis, quia eam omnibus communicat affluenter.
Iob. 4. Vnde D. Iacobus 1. Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo qui dat omnibus affluenter. Tertio admiratur diuinam excellentiam, quantum ad perfectionem, cum dicit. [Sapientiæ & scientię Dei.] Habet enim sapientiam de diuinis, & scientiam de rebus creatis. Vnde Iob. 12. Apud ipsum est fortitudo & sapientia. Qui scit vniuersa, nouit eam.

Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius?

HIC ostendit excellentiam diuinæ sapientiæ & scientiæ, per comparationem ad intellectum nostrũ. Et primo quantum ad sapientiam, ad quam pertinet iudicare et ordinare. Vnde dicit, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius. Quia, scilicet homo non potest comprehendere rationes diuinorum iudiciorum, quæ in diuina sapientia latent. Aduertendum tamen quod res dicitur bifariam comprehendi. Vno modo quãdo cognoscitur quantũ secũdũ suam naturã cognoscibilis est. Cũ ergo deus sit infinitæ substantiæ & essentiæ, infinito modo cognoscibilis est, atque adeo a se solo comprehensibilis. Et quia quicquid est in ipso, est sua simplicissima essentia, hinc est quod quicquid habet est simpliciter incomprehensibile, quod hic de eius iudiciis affirmat Apo. Alio modo dicitur res comprehensibilis, eo quod apprehenditur et tenetur. Tenet nanq; prædã Vertagus, licet nõ totã ambiat bestiolã.
1. Cor. 9. Hoc pacto beati comprehendunt Deum, comprehẽsione illa qua terminatur spes, iuxta illud, Sic currite, vt comprehendatis. Sed illa cõprehensio non vetat quin deus sit simpliciter incomprehensibilis, eiusq; pariter iudicia. Vnde Iob. 11 forsitan vestigia Dei comprehendes, & omnipotentem vsq; ad perfectum reperies. & Psal. 35 Iudicia tua Abyssus multa. Secundo quantũ ad sciẽtiam, per quam in rebus operatur, vnde subdit, [et inuestigabiles] i non perfecte ab homine vestigabiles [viæ eius.] i processus eius, quo in creaturis operatur. Vere enim dicũtur et sũt viæ eius inuestigabiles, id est, inperscrutabiles, siue ad rationes iudicii id referas, siue ad rationes externarũ rerũ, quæ a deo prodeũt. Et quãuis inuestigo a quo inuestigabilis deducitur affirmatoria vox sit, hic tamẽ negatiuè accipitur, id est, non vestigabiles, eo enim quod dixit incõprehensibilia negatiuè, palam est etiã negatiue dixisse inuestigabiles. Et quãuis ipsæ creaturæ sint homini notæ, tamen modi quibus deus in creaturis operatur, ab homine cõprehendi nõ possunt, Vnde Psal 76 In mari via tua, et in aquis multis vestigia tua nõ cognoscentur. Et Iob 30. Per quã viã spargitur lux.

Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?

Confirmat hic quæ dixit de incomprehensibilitate iudiciorum dei, & inuestigabilitate viarum eius, et ad hoc inducit duas authoritates, quarum, prior est Esaiæ, cuius litera secundum nostram translationem habet. Quis adiuuit spiritum domini, aut consiliarius eius fuit? Sed Apostolus more suo recitat secundum translationem
Esa. 40. septuaginta Quis cognouit sensum domini, aut quis cõsiliarius eius fuit? quæ idem sonat. Qui enim consiliũ ab alio petit, adiuuari ab alio eius prudentia petit, et mentem suam ei manifestat & patefacit. Quapropter idem est ab alio tuum iuuari spiritum, et tuũ ab eo cognosci sensum, & ideo cũ dicit, [aut quis cõsiliarius eius fuit,]
Iob. 41. est prioris interrogationis expositio. Alia authoritas est Iob in persona dei loquentis. Quis ante dedit mihi, vt reddam ei? loco cuius hic dicitur aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? in his autem verbis & sequentibus Apost. facit tria. Primo ponit excellentiam diuinæ sapientiæ per comparationem ad intellectum nostrum, dicens, Assertum est quod incomprehensibilia sunt iudicia Dei, &c. Quis enim cognouit sensum, id est, intellectum Domini, per quem iudicat & operando procedit, quasi dicat nullus, nisi eo reuelante. Vnde Sap. 9. Sensum tuum quis scire poterit

rit, nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis. Et Apo. Quæ sunt dei, nemo nouit nisi spiritus Dei nobis autem reuelauit deus spiritū suum. Secundo ostendit excellentiam diuinæ sapientiæ, prout in se habet altitudinem, quæ est supremi principii, ad quod duo pertinent. Primo quod non sit ab alio. Secundo quod omnia alia sint ab eo. Quod autem diuina sapientia non pendeat ab altiori principio, ostendit dupliciter. Primo per hoc quod non est instructa alieno consilio, vnde dicit, aut quis consiliarius eius fuit q.d. nullus Ille enim consilio indiget, qui non plene cognoscit qualiter sit agendum Quod Deo, qui omnia simplici intuitu videt, penetrat & iudicat, non conuenit. Vnde Iob 26. Cui dedisti consilium, forsitan ei qui non habet sapientiam, & Hiere. 23. Quis affuit in concilio domini Secūdo per hoc quod non est adiuta alieno dono. vnde subdit, [aut quis prior A dedit illi, & retribuetur ei?] quasi prius danti q d nullus. Non enim potest homo dare deo nisi quæ accipit ab eo, iuxta illud, Tua Domine sunt omnia, & quod de manu tua accepimus, dedimus tibi. Et Iob. 35. Porro si iuste egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? 1. Cor. 2. 1. Par. ult.

Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.

HIC ostendit altitudinem Dei esse primi principii, eo quod ab ipso sunt omnia. Et primo ostendit eius causalitatem dicens, Rectè dixi quod nullus prior dedit illi, quia est ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia & ita nihil potest esse nisi ab eo acceptum. In his verbis est elegantissima non solum clausulæ præcedentis comprehensio, verum etiam peroratio totius causæ de fide, de gratia Christi, de virtu te Euangelii, de quibus a principio statum Epistolæ constituere proposuit, in illis propositam nobis esse nostram salutem, hanc veritatem sic concludit, vt postrema sententia sit Deum esse optimum authorem, tam naturalium bonorum quam supernaturalium, eumdemq; absque vlla dependentia, cuiuluis alius generis causæ quæ sit illi vel materia, vel exemplar, vel minister, vel adiutorium in ipsa rerum creatione. Ad designandum aūt causalitatē vtitur tribus præpositionibus quæ sunt ex, per, & in. Hęc præpositio (ex) denotat principium motus, quod potest esse triplex Primum est agens. Secundum est ipsa materia. Tertium est priuatio, a qua incipit motus Dicimus enim cultellum fieri ex fabra, ex ferro, & ex non cultello. Vniuersitas autem creaturarum non est facta ex præexistenti materia, & ideo hoc in loco hæc præpositio, ex, non dicit causam materialem, non enim omnia creata facta sunt ex aliquo, sed dicuntur esse ex opposito scilicet ex nihilo, quia nihil erant antequam crearentur Vnde Sap 2 Ex nihilo nati sumus. Aduertendum tamen quod hæc præpositio, de, easdem causas seu principia designare videtur, hoc tamen superaddit quod semper denominat consubstantialem, dicimus enim cultellū esse de ferro, non autem de artifice. Cum igitur filius in diuinis procedat a patre, vt ei consubstantialis, dicimus filium esse de patre. Creaturæ vero non procedunt a Deo tanquam ei consubstantiales, dicimus filium esse de patre. Creaturæ uero non procedunt a Deo tanquam ei consubstantiales, vnde nō dicuntur esse de ipso Deo, sed ex ipso Hæc autem præpositio, per, designat causam operationis. Verum quia B operatio est medium inter faciens & factum, hæc præpositio potest dupliciter causam operationis designare, vno modo secundum quod operatio exit ab operante. Hoc autem aliquando est forma accidētalis, prout dicimus quod ignis calefacit per calorem. Aliquando vero est aliquod superius agens, vt cum dicimus quod homo generat per virtutem solis, uel potius Dei. Sic igitur omnia dicuntur dupliciter per ipsum, vno modo sicut per primum agens, cuius virtute omnia alia agunt Vnde Salomon Per me reges regnant Alio modo inquantum eius sapientia, quæ est eius essentia, & per quam deus omnia fecit secundum illud, Dominus sapientia fundauit terram Alio vero modo hæc præpositio (per) designat causam operationis, non quidem prout exit ab operante, sed secūdum quod terminatur ad opera, prout dicimus Prou. 8. Prou. 3.

quod

quod faber facit cultellum per martellum, quod non eſt ſic intelligendum, quod martellus ſic cum fabro operetur; ſicut in prioribus intelligebatur. Sed quia cultellus fit ex operatione fabri per martellū. Et ideo dicitur quod hæc præpoſitio (per) quandoque deſignat authoritatem, prout dicimus quod Bayliuus operatur per regem, id eſt, eſt regis authoritatem, quandoque verò deſignat inſtrumentum, vt cum dicimus quod rex operatur per conſiliarios tanquam miniſtros & inſtrumēta, Deus autem operatur per ſuam ſimpliciſſimam eſſentiam, quæ eſt virtus infinita atque etiam exemplar, in quo omnes rationes lucent, ac Ideæ rerum vniuerſarum Et ideo excludit alienam authoritatem, ac omne genus iuuaminis & inſtrumenti in prima

Ioan. 1. rerum conditione. Nam poſt rerum creationē in diſpoſitione & gubernatione Deū vſum fuiſſe miniſtris nihil prohibet. Et ſecundum hunc modum omnia dicuntur per ipſum facta Cum autem dicimus omnia facta eſſe a patre per filium, non eſt intelligendum quod pater habeat a filio hoc quod facit res, ſed potius quia virtutum C faciendi filius accipit a patre, non tamen inſtrumentalem aut diminutam, ſed prin-

Ioan. 5. cipalem & æqualem, ac eandem; vnde dicebat Chriſtus. Quæcunq; pater facit, hæc ſimiliter & filius facit vnde licet omnia ſint facta a patre per filium, nō tamen filius eſt inſtrumentum vel miniſter patris. Hæc præpoſitio, (in) triplicem habitudinem cauſę deſignare poteſt. Vno modo deſignat cauſam materiam, vt cum dicimus ani-

Pſal. 94. mam eſſe in corpore; & formam in materia, & ſic non intelligitur quod omnia ſint

Act. 17. in Deo, quia ipſe non eſt cauſa materialis rerum. Alio modo deſignat habitudinem

Prou. 16. cauſæ efficientis, in cuius poteſtate eſt effectus ſuos diſponere. Et ſecundum hoc

Col 1. omnia dicuntur in ipſo Deo, ſecundum quod omnia in eius poteſtate & diſpoſitione conſiſtunt iuxta illud, in manu eius ſunt omnes fines terræ, & illud In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus. Tertio & potiſſimè deſignat habitudinem cauſæ finalis, quia in ipſum referuntur omnia quæ ab ipſo fiūt. Vnde Salomon, Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus. Et ſic omnia dicuntur eſſe in Deo, ſicut in bonitate conſeruante. Vnde & Apoſt. Omnia in ipſo conſtant. Quod autem dicit omnia eſt abſolutè accipiendum, pro omnibus quæ habent verum eſſe. Nam peccata quę non habent verum eſſe inquantum peccata ſunt & pro formali, nihil ſunt ſecundum D. Auguſt. Ideo non ſunt in ipſo. Quicquid tamen entitatis eſt in actu peccati, eſt a Deo. Sic igitur ſecundum præmiſſa omnia ſunt ex ipſo ſcilicet Deo, prout ex prima operatrice potentia. Omnia ſunt per ipſum, inquantum omnia facit per ſuam ſapientiam. Omnia ſunt in ipſo, ſicut in bonitate conſeruante. Hæc autem tria, ſcilicet, potentia, ſapientia, & bonitas, communia ſunt tribus perſonis Vnde hoc quod dicitur ex ipſo, per ipſum, & in ipſo, poteſt attribui cuilibet trium perſonarū. Quia tamen potentia, quæ habet rationem principii appropriatur patri, qui eſt principium totius diuinitatis. Et Sapientia filio, qui procedit vt verbū, quod nihil aliud eſt quam ſapientia genita. Bonitas vero appropriatur Spiritui ſancto, qui procedit vt amor, cuius obiectum eſt bonitas. Ideo appropriando dicere poſſumus, Ex ipſo, ſcilicet, patre, per ipſum, ſcilicet, filium, in ipſo, ſcilicet Spiritu ſancto ſunt omnia.

Ipſi gloria in ſecula ſeculorum amen.

HIC oſtendit Dei dignitatem, quæ conſiſtit in his quæ præmiſſa ſunt. Nam

Malac. 1. eo quod ex ipſo, per ipſum, & in ipſo, ſunt omnia, debetur ei honor, reuerentia, &

Phil. 2. ſubiectio a creatura. Vnde per Malac. Dominus, Si ego pater, vbi honor meus? Pro D

1. Cor 4. ut Chriſto ratione redemptionis debetur genu flexio. Vnde Apoſt. Vt in nomine

Iſa. 42. Ieſu omne genu flectatur. Ex eo vero quod Deus non accepit ab alio nec conſilium, nec donum, debetur ei gloria. Illi enim propriè debetur gloria, qui de ſe habet quicquid habet Vnde per contrarium ait Apoſt. Si accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis Ideo Deus per Eſa Gloriam meam alteri non dabo. Vltimo ponit eius æternitatē cum dicit, [In ſecula ſeculorum,] Seculum accepi ſolet pro curriculo centum

tum annorum, quo plurimum tempore durare potest longissima vita hominis. Accipitur nihilominus pro toto tempore huius mortalis vitæ. Ita enim distinguimus hoc seculum, & futurum. æternitas verò non dicitur propriè seculum, quia ibi non est successio neque reuolutio, sed est perpetua vnaque & inuariata duratio, duratio Dicitur autem seculum seculorum, id est, duratio, quæ eminenti virtute continet omnia secula, & durationes incorruptibilium rerum, quæ continent secula corruptibilium rerum. Et præcipuè ipsa Dei æternitas potest dici seculum seculorum pluraliter, licet sit vna & simplex duratio, propter multitudinē, & multiplicitatē contentorum, vt sit sensus in secula contentiua seculorum. Addit autem ad confirmationem [Amen] quæ est dictio Hebraica, aliquādo significans idem quod ita est, vt cum dicitur, Amen dico vobis. Aliquando idem quod ita fiat, ibi dicet omnis populus amen. Amen, id est, fiat fiat Vt vtroque modo hic aptè accipi potest. Nam & ita est quod Deo est honor, & gloria perpetua Et idem solemus illi precari, vt sit nomen domini benedictum in secula. Sicut & vbi Apost. ait, Ipsi honor & gloria, subintelligi potest & verbum est, vel sit, & verbum detur, seu habeatur. Mat. 6. Psal. 105 E

EPITOME XII. CAPITIS.

EXPEDITA necessitate, virtute, & origine gratiæ Dei, Apostolus in quinq; sequentibus capitulis docet rectum vsum gratiæ, siue iustitiæ Dei, quæ doctrina pertinet ad instructionem moralem. Et primo docet vsum gratiæ inducendo ad perfectionem vitæ in generali, quomodo, scilicet quis debet se exhibere sanctum Deo, quantum ad corpus, & quantum ad animam, & qualiter donis Dei homo debeat vti Secundo ibi. [Sicut enim, &c] Assignat rationem desumptam ex similitudine corporis mystici ad corpus naturale, tam quo ad vnitatem ipsius, quam quo ad pluralitatem membrorum, ac officiorum diuersitatem, secundum quam ponit differentiam gratuitam Dei donationum, particularium, & communium, qualū vsum docet, & maxime charitatis, quo modo quis se debeat habere in ordine ad proximū, Deum ac seipsum. Tertio ibi [Benedicite persequentibus vos, &c] ostendit quam beneuolentiam, concordiam, & beneficentiā quis debeat inimicis, & hoc prosequēs persuadet excludere impedimenta concordiæ & beneficentiæ. Demum adducit fructum & effectum charitatis erga inimicos, & concludit quod propter mala quæ inferunt nobis inimici, non debemus trahi neque vinci vt eis malum reddamus, sed potius malum in bonum vincamus.

EXPOSITIO LITERALIS XII. CAPITIS.

OBSECRO itaque,] id est, per sacra precor, [vos fratres,] quia fraterna charitas hoc exigit, [per misericordium Dei.] per quam saluati estis, vel authoritate Apostolatus mei per Dei misericordiam mihi commissi, [vt exhibeatis,] non tantum mentes, sed etiam [corpora vestra hostiam,] in mortificatio nem carnalium desideriorum, vel vt exponatis passioni & morti propter Christū, prout ipse tradidit suum, [sanctam,] id est mundatam per pœnitentiam & deuotionem, qua corpus nostrum Dei seruituti mancipatur. [Viuentē] per fidem et charitatis opera {Deo placentē,] per intētionis rectitudinē quæ plurimū deo placet. [rationabile,] id est, discretū ordinatū & honestum sit [Obsequium vestrum, et nolite conformari huic seculo,] id est, cauete vos conformare rebus instabilibus, quæ temporaliter & successiue transeunt [sed reformamini.] i. reformamini in exterioribus actibus, [in nouitate sēsus] i. intellectus [vestri vt probetis.] i. experimēto cognoscatis, [quæ sit volūtas Dei,] qua s. vult sanctificationē vestrā, et vos saluos fieri, [bona] qua uult & suis præceptis inducit ad bunū honestum [et bene placēs,] quia bene placet Deo nos velle bonum honestum, [et perfecta] qua nos vult perfectos esse, prout ipse pfectus est. [Dico enim,] id est, mando, [per gratiā.] ¶ Apostolatus, [quæ data est mihi.] s. inter gētes, [omnibus qui sunt inter vos non Ad Tit. 3. 1. Cor. 7. Ephe. 5. Col. ult. F 1. Cor. 14. Leuit. 26. Mat. 9. Iac. 1. 1. Thes. 4. 1 Tim. 2. Ephe. 3. Eccle. 7.

plus

Psal 130. plus sapere quàm oportet sapere]id est, nullus de suo sensu, aut sapientia confidens
1.Cor.12. præsumat supra suam mensuram, nec ambulet in magnis, & mirabilibus super se. F
Sed mando vobis.[sapere ad sobrietatem,] id est secundum mensuram. & hoc dico, [vnicuique sicut Deus diuisit.] id est, distribuit [mensuram fidei.] id est, dono rum suorum, quæ ordinantur ad fidei ædificationem.

SECVNDA PARS XII. CAPITIS.

SICVT enim in vno corpore,] scilicet naturali [multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra,] per diuersa dona Spiritus sancti, per charitatem Deo vniti & copulati inuicem seruiendo, [habentes donatio-
1.Cor.7. nes secundum gratiam quæ data est nobis differentes,] vnusquisque enim proprium donum habet a Deo, vnus quidem sic, alius sic [Siue prophetiam.] id est, apparitionem, siue visionem eorum quæ sunt procul, id est, futurorum, siue præsentium occultorum ex diuina reuelatione, quam habentes vtantur ea [secundum rationē] id est, mensuram [fidei, siue ministerium in ministrando.] id est, si quis accepit gratiam vel officium ministerii, puta episcopatus, præsbyterii, aut rectoris, qui vocantur Dei ministri [Siue qui docet in doctrina,] id est, qui habet officium & gratiam docendi, vtatur studiosè & fideliter docendo [Qui exhortatur,] id est, qui habet officium vel gratiam exhortandi, vtatur illa, [in exhortando. Qui tribuit,] id est, qui habet facultatem & gratiam tribuendi, exequatur, [in simplicitate.] dando eleemosinas, ut nihil mali intendat [Qui præest.] id est, qui est in prælationis officio constitutus, vtatur officio illo, [in solicitudine,] id est, diligenter [Qui miseretur,] id est, qui habet facultatem & effectum miserendi, exequatur [in hilaritate.] non ex tristitia aut necessitate. [dilectio sine simulatione] id est, fictione aut ex sola exteriori apparentia, verbo, vel lingua, sed interiori cordis affectu, & efficatia operis [odientes malum] scilicet proximi, [& adhærentes bono] virtutis aliorū.
2.Cor.11. [Charitatem fraternitatis diligentes, honore inuicem præuenientes,] id est, non
2 Cor. 9. despicientes eos quasi inferiores, sed tanquam superiores in donis & gratia ac be-
1. Ioan. 3: neficiis honorem & reuerentiam exhibentes [Solicitudine non pigri,] scilicet sitis ad seruiendum Deo [Spiritu feruentes.] in charitate. [domino seruientes,] cultu latriæ, [Spe gaudentes.] propter bonum speratum iocundæ Deo seruientes [in tri-
Deut. 6. bulatione patientes.] id est, tribulationes propter Deum patienter sustineatis, & ut patienter ferre eas possitis, sitis [orationi instantes,] scilicet continuè & absque intermissione pro loco, & tempore [necessitatibus sanctorum communicantes bona vestra temporalia corporalia & spiritualia, [hospitalitatem sectātes, peregrinos
Supra, 1. in domum recipiendo, & eis necessaria ministrando.

TECTIA PARS XII. CAPITIS.

BENEDICITE persequentibus vos,] id est, bona persequentium vos annunciate, & eis optate. [Benedicite & nolite maladicere] i. malefacere aut ma- A
Luc. 5. la imprecari [Gaudere] i. est lætamini. [cum gaudētibus] eis congratulando, flere cum flentibus,] id est, compatimini afflictis & tristibus eos consolando [dipsum inuicem sentientes] id est, vno sensu in eandem sententiam conuenire [non] sitis in corde vestro. [alta sapientes, vt,] scilicet inordinatè vestram excellentiam ap
Cor. 1. petatis, [sed] sitis [humilibus consentientes.] i. humilium imitatores [Nolite esse prudentes apud vosmetipsos,] id est, ne prudentiam vestram apud vos solum exerceatis vel solos prudentes arbitremini alios despiciendo. nulli malum pro malo reddentes, affectu odii vel vindictæ [Prouidentes bona non tantum coram Deo.] id est
at. 5. occulte, [sed] ne oriatur scandalum & exemplum boni detur, [etiam coram omnibus hominibus,] vt videntes opera vestra bona, glorificent patrem vestrum qui in

cœlis

cælis est. [Si fieri potest quod in vobis est.] i. in quantum in vobis est, [cum omnibus hominibus, amicis & inimicis pacem habentes, Non vosmetipsos defendentes charissimi,] actu odii, vel vindictæ repercutientes, vel reiniuriantes. [Sed date locum iræ] eorum, eos illius iudicio qui sibi vindictam reseruauit, remittendo. [scriptum est enim, mihi vindictam & ego retribuam dicit dominus.] & non solum nō debetis dare locum iræ, [Sed si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitis potū da illi, hoc enim faciens carbones ignis congerens super caput eius.] id est, amorem charitatis vel pœnitentiæ super mentem eius congregabis, & ad te diligendum prouocabis. [Noli uinci a malo] scilicet eius qui te persequitur, vt etiam tu persequaris eum. [Sed vince,] patiendo [in bono,] id est, in bonum illius, & benefaciendo, [malum] persecutionis. *Heb. ult.* *Deut. 31.*

B

COMMENTVM XII: CAPITIS.

Obsecro ita vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium uestrum:

IN hoc 12. capite Apostolus inchoando rectum vsum gratiæ præponit monitionem moralem, in generali docendo vsum gratiæ quantum ad hoc quod homo fit perfectus in sanctitate, quam seruare debet, quo ad corpus, & quo ad animam. & primo ad euitandum incomprehensibilia iudicia Dei, hortatur eam seruare quo ad corpus dicens, [Obsecro, &c.] Vtitur autem obsecratione propter tria. Primo ad ostendendum suam humilitatem. Vnde Salomon. Cum obsecrationibus loquitur pauper, qui, scilicet de sua abundantia non confidit, & ideo nō ex eo quod suum est, sed ex eo quod Dei est, conatur homines inducere ad bonum. Nam obsecrare est per sacra orare. Secundò vt magis amore moueat rogando, quam timore authoritatiuo imperando. Vnde Apost. Multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet propter charitatem magis obsecro. Tertio propter reuerentiam Romanorum, quibus scribebat. vnde alibi, Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. Alio etiam modo inducit ex parte Dei dicens Per misericordiā Dei, per quam saluati estis, secundum illud, Secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Et ideo ex consideratione diuinæ misericordiæ debemus facere quod monemur, iuxta illud, Nonne oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Deinde ponit admonitionem, dicens [Vt exhibeatis corpora uestra hostiam, &c.] Ad cuius intelligentiam aduertendo est quod prout D August. dicit exterius sacrificium quod Deo offertur, est signum inuisibilis sacrificii, quo quis se & sua in Dei obsequium exibet. Habet autem homo triplex bonum a Deo, quod debet exhibere Deo. Primo quidem bonum animæ quod exhibet Deo per deuotionem & contritionem, secundum illud, Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Secundo habet homo exteriora bona, quæ exhibet Deo per eleemosynarum largitionem. Vnde Apost. Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci. talibus enim hostiis promeretur Deus. Tertio habet homo bonum proprii corporis, & quantum ad hoc dicit, vt exhibeatis corpora vestra tanquam spiritualem hostiam. Dicebatur hostia animal immolatum deo pro victoria hostium, uel pro securitate ab hostibus, vel quia ad ostium tabernaculi immolabatur. Exhibet autem homo corpus suum vt hostiam tripliciter, Vno modo quando homo corpus suum exhibet passioni & morti propter Deum, prout Christus tradidit seipsum oblationem, & hostiam Deo. Secundo per hoc quod homo corpus suum ieiunii & vigiliis macerat ad seruiendum Deo. Secundum illud, castigo corpus meum &c. Tertio per hoc quod homo exhibet corpus suum ad opera iustitiæ & diuini cultus exequenda. Vnde supra Exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Est etiam considerandum quod quando hostia Deo immolabatur, quatuor debebant in ea obseruari. Primo quod oblatio debebat esse integra & incorrupta, alias offerens erat male-

Prou. 18. *Ad Philemo.* *1. Tim. 5.* *Ad Tim. 3* *10. De ci. Dei.* *Psal. 50.* *Heb. ult.* *Ephe. 5.*

C

Malac. 1. maledictus, iuxta illud, Maledictus dolosus qui habet in gregge suo masculum & votum faciens immolat debile domino, & propter hoc dicit [viuentem,] vt, scilicet hostia nostri corporis, quam Deo offerimus, sit viua per fidem formatam charitate. Vnde Apost. Quod nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei. Et est aduertendum quod naturalis hostia, quæ prius viua erat, occidebatur vt immolaretur, ad ostendendum quod adhuc mors regnabat in homine, regnante peccato, vt supra dictum est. Sed hæc hostia spiritualis semper viuit, & in vita proficit, secundum illud, Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant, quia iam peccatum ablatum est per Christum. Nisi dicamus quod hostia corporis nostri viuit quidem Deo per iustitiam fidei, sed mortificatur cócupiscentiis carnis, prout monet Apost. Mortificate membra vestra quæ sunt super terra. Secundo hostia Deo oblata in ipsa immolatione sanctificabatur, scriptum enim erat in lege, Omnis homo qui accesserit de stirpe sua ad ea quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filii Israel domino, in quo est immunditia, peribit coram domino. & ideo subdit. [sanctam,] scilicet per deuotionem, qua corpus humanum dei seruitio mancipatur, Quia præceptum erat, Sanctificamini & estote sancti, quia ego dominus deus vester. Propriè autem sanctitas dicitur per respectum ad deum, inquantum homo se. uat ea quæ iusta sunt quo ad Deum. Tertio quantum ad ipsam sacrificii consumptionem dicebatur sacrificium suaue & acceptum domino, secundum illud, Oblata omnia adoleuit sacerdos super altare in holocaustum & odorem suauissimum domino ideo dicit hic Deo placentem, scilicet per rectitudidem intentionis. Vnde Psal 55. Vt placeam deo in lumine viuentium. Quarto in ipsa sacrificii præparatione apponebatur sal, quia scriptum erat. Quidquid obtuleris sacrificii sale condies. Sal autem discretionem sapientiæ significat, iuxta illud, in sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, sermo vester semper in gratia sit sale conditus. ideo hic subiungit [rationabile obsequium vestrum,] id est, cum discretione corpora vestra deo exhibeatis hostiam, vel per martyrium, vel per abstinentiam, vel per quodcunque opus iustitię ac si diceret. Omnia honestè, & secundum ordinem fiant in vobis, Vnde Psal. 98. Honor regis iudicium, scilicet discretionis diligit. Aliter enim se habet iustus ad interiores actus, quibus Deo deseruitur, & aliter ad exteriores. Nam bonum & iustitia hominis principaliter in interrioribus actibus consistit, quibus homo credit, sperat & diligit. Vnde Christus, Regnum Dei intra vos est. Non autem principaliter consistit in actibus exterioribus, non enim est regnum Dei esca & potus & idcirco actu interiores se habent per modum finis, qui secundum se quęritur Exteriores vero actus per quos corpora deo exhibentur, sicut ea quæ sunt ad finem. In eo autem quod quæritur tanquam finis, nulla mensura adhibetur, sed quanto magis fuerit, tanto melius se habet. In eo vero quod quęritur ad finem, adhibetur mensura secundum proportionem ad finem, sicut medicus sanitatem facit tantum quantum potest. Medicinam vero non tantum dat quantum potest, sed quantum videt expedire ad sanitatem consequendam Similiter homo in fide, spe, & charitate, nullā mensuram debet abhibere, sed quanto plus credit, sperat & diligit, tanto melior est propter quod dicitur. Diliges dominum ex toto corde tuo, &c. Sed in actibus exterioribus adhibenda est discretionis mensura per comparationem ad charitatem. Vnde D Hiero dicit, Nonne carnalis homo dignitatem amittit, qui ieiunium vel vigilias præfert sensus integritati, vt propter psalmorum decantationem amentiæ vel tristitiæ quis notam incurrat.

Margin notes: Psal. 2. / ... 5. / ... 10. / Col. 2. / ... 22. / ... 20. / ... 1. / ... 2. / Col. 4. / Cor. 4. / ... 17. / ... 14. / ... 22.

Et nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & bene placens, & perfecta.

HIC ostendit qualiter se exhibere debeat homo quantum ad animam Et facit tria, primo prohibet seculi conformitatem, dicens, [Nolite cóformari huic seculo.] .i. rebus quæ tēporaliter transeunt Nā seculū præsens est quędā mensura eorū quæ temporaliter labuntur Rebus aūt corporalibus homo conformatur per affectum, amore eis inhærendo, iuxta illud, facti sunt abominabiles sicut ea quæ dixerunt.

Idem

Ideo D. Iacobus dicebat. Religio munda & immaculata, est immaculatum se custo Obse. 9.
dire ab hoc seculo. Huic seculo conformatur qui vitam seculariter viuentium imita Iac. 1.
tur. Vnde Apost. Testificor in domino, vt iam amplius non ambuletis, sicut & Gen Ephe. 4.
tes ambulant. Secundo Apo. Iubet interiorem reformationem, dicens, [Sed refor-
mamini in nouitate sensus vestri.] Sensus hominis hic dicitur ratio, secundũ quod
per eam homo iudicat de agendis. Hunc autẽ sensum habuit homo in sua creatione
vigentem & integrum. Vnde Sap. Sensu impleuit corda illorum, & bona & mala
ostendit illis. Sed per peccatum hic sensus est corruptus, & quasi inueteratus. Vnde
Baruch 3. inueterasti in terra aliena, & per consequẽs pulchritudinem & decorem
amisit. Vnde Hier. Egressus est a filia syon omnis decor. Monet ergo Apost vt re-
formemur, id est, iteratio formam & decorem mentis assumamus, quẽ nostra mens Eccle. 17.
F habuit per gratiam Spiritus sancti, ad quam participandam homo studium adhibe- Thren. 1.
re debet, ita, scilicet vt qui eandem nõdum perceperunt, recipiant, & in ea proficiãt.
Ideo Apost. Renouamini spiritu mentis vestræ, & Psal. 102. Renouabitur vt aqui
la iuuentus mea. Vel aliter renouamini, scilicet in actibus exterioribus, in nouitate
sensus vestri, id est, in nouitate gratiæ, quam percepistis. Tertio assignat rationem Ephe. 4.
admonitionis dicens. [Vt probetis quæ sit voluntas Dei] Circa quod consideran
dum est quod sicut homo qui habet gustum infectum, non habet rectum iudicium
de saporibus, sed ea quæ sunt suauia, interdum abominatur, ea vero quæ sunt abomi
nabilia appetit. Qui autem habet gustum sanum, rectum iudicium habet de sapori
bus. Ita homo qui habet affectum corruptum, conformatum rebus secularibus, non
habet rectum iudicium de bono, sed ille qui habet affectum sanum sensu eius inno-
uato per gratiam, rectum iudicium habet de bono. Ideo dicit. Nolite conformari
huic seculo. Sed reformamini in nouitate sensu vestri, vt probetis, id est, experimen
to cognoscatis, quæ sit voluntas Dei, qua scilicet, vult vos esse saluos & sanctos, iux
ta illud, Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra. Tripliciter describit hic Dei vo- 1. Thes. 4.
luntatem. Primo vocat eam bonam, quia vult nos velle bonum honestum, & ad hoc
suis præcepit nos inducit. Vnde Micheas. Indicabo tibi ò homo quid sit bonum, et
quid Deus requirat a te. Secundo describit eam beneplacentem, inquantum scilicet
dispositio est delectabile id quod deus vult nos velle. Vnde Psal. 18. Iustitiæ domini
rectæ letificantes corda. Tertio describit eam perfectam, quasi coniungentem nos
fini, secundum illud, Estote perfecti sicut pater vester cœlestis perfectus est, & illud, Mat. 5.
Ambula coram me & esto perfectus. Talem ergo experiuntur Dei voluntate, qui Gen. 17.
non conformantur huic seculo, sed reformãtur in nouitate sensus sui. Illi autẽ qui in
vetustate permanent, huic seculo cõformati iudicãt volũtatẽ Dei non esse bonã, sed Eccle. 6.
graue, amaram, & mutilẽ. Vnde Sap. Quam aspera est sapiẽtia indoctis hominibus.

Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos. Non plus sapere, quam oportet sapere. Sed sapere ad sobrietatem, & vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei.

DOCET hic qualiter Dei donis homo vti debeat. Et primo in generali quo
ad dona quæ non sunt omnibus communia, quemadmodum sunt gratiæ gratis da-
tæ. Et facit tria. Primo cum moderatione ac humilitate exprimit suam authorita-
tem, dicens. [Dico enim &c.] q. d. Monui vt reformemini in nouitate sensus vestri,
quod quidem facere debetis, dico enim, id est, mando per gratiam Apostolatus quæ Gal. 2.
A data est mihi, prout alibi dicit, Cum cognouissent gratiam quæ data est mihi inter Ephe. 3.
gente, & alio in loco. Mihi autem sanctorum minimo data hæc, &c. Omnibus qui
sunt inter vos, id est, omnibus qui inter vos conuersantur fideles conuersi, siue Iu-
dæi sint aut Gẽtiles, natiui siue aduentæ & peregrini, quia omnibus quod mãdo vti
le est et necessariũ. s. non plus sapere quam oportet sapere, id est, nullus præsumat
de sensu aut de sapientia sua, confidens supra mensuram suam; Vnde Sap. Non Ephe. 3.
plus sapias quam necesse est, & Psal. 130. Non ambulaui in magnis, neque in
mirabilibus

mirabilibus super me. Secundò hortatur ad id quod est moderatum & medium, dicens [Sed sapere ad sobrietatem,] Id est, mando vobis vt secundum mensuram sa
Ad Tim. 2 piatis, id est, secundum gratiam vobis datam. Sobrietas enim mensuram importat, quamuis proprie dicatur circa potum vini, potest tamen accipi secundum quamlibet materiam, in qua homo debitam debet seruare mensuram. Sic accipit Apost. cum
1. Cor. 12. dixit. Sobrie, iuste, & piè viuamus in hoc seculo. Tertio docet secundum quid accipiẽda est mensura medii, dicens: Et hoc inquam sicut Deus vnicuiq; diuisit, id est, distribuit mensuram fidei, id est, mensuram donorum suorum, quæ ordinantur ad fidei ædificationem, iuxta illud, Vnicuiq; data est manifestatio spiritus ad vtilitatem
1. Cor. 12. Dat enim Deus huiusmodi dona non eadem omnibus, sed diuersa diuersis, secundũ
Ephe. 4. illud, Diuisiones gratiarum sunt. Nec omnibus æqualiter dat, sed vnicuique secundum certam mensuram, iuxta illud, Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Et ideo Apostolus sobriè sapiens secundum hanc mensuram dicebat. Non autem in immensum gloriamur, sed secundum mensu-
2. Cor. 10. ram regulæ qua mensus est nobis Deus. Soli autem Christo datus est spiritus non
Ioan. 3. ad mensuram, Deus autem non solum alias gratias gratis datas dat mensuratè, sed
Luc. 17. etiam ipsam fidem, vnde discipuli dixerunt Christo, Domine adauge nobis fidem. B

SECVNDA PARS XII. CAPITIS.

Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.

IN hac secunda huius cap. parte Apostolus præmissa monitione, rationẽ assignat assumptam ex similitudine corporis mystici ad naturale. Et circa corpus naturale tangit tria, scilicet corporis naturalis vnitatem, membrorum pluralitatem, & officiorum diuersitatem, & adaptat hæc tria ad corpus Christi mysticum, quod est Ec
Ephe. 1. clesia, vnde ad Ephe scribens ait, ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam quæ est corpus eius. Deinde tangit fidelium quasi membrorum multitudinem, cum dicit. [Ita multi, &c.] de qua multitudine Christus Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Et Esa 54. Multi filii desertæ, Quanuis enim sint pauci
Luc. 14. per comparationem ad infructuosam multitudinem infidelium & malorum, qui sunt multo plures. Stultorũ.n. vt Salomõ ait, infinitus est num. et Christus, Multi
Eccl. 1. sunt vocati, pauci vero electi, & alibi. Arcta enim est via quæ ducit ad vitam, & pau
Mat. 20. ci sunt qui inueniant eam. Absolute tamen loquendo sunt multi. Vnde D Ioan. Vi
Mat. 7. di turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, &c. Postmodum tangit offi
Apoc. 7. ciorum diuersitatem, cum dicit. Non autem omnia membra eundem actum habẽt.
1. Cor. 12. Nam vt alibi dicit, Corpus non est vnum membrum, sed multa. Si totum corpus
Ephe. 2. oculus, ibi auditus? &c Secundo tangit corporis mystici vnitatem, cum dicit.
Ephe. 4. [Ita multi vnum corpus sumus in Christo.] De qua vnitate Apost. alibi Vt re-
Sup. 8. conciliet ambos in uno corpore. Huius autem corporis mystici vnitas est per fidẽ, per quam cum affectu charitatis inuicem vnimur Deo, secundum illum Vnum corpus & vnus spiritus. Et quia spiritus vnitatis in nos a Christo deriuatur, vnde supra dictum est, Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Ideo dicit in Christo, qui per spiritum suum, quem dat nobis, vnit nos inuicem & Deo. vnde Christus. Vt sint vnum in nobis, sicut nos vnum sumus. Tertio tangit officiorum C
diuersitatem ad vtilitatem communem reductam, dicens Singuli autem sumus alter alterius membra. Membrum enim quodlibet in corpore naturali, proprium actum habet, & virtutem, inquantum sua virtute & actu alteri prodest, dicitur membrum alterius, vt pes dicitur membrum oculi, inquantum oculum defert, & oculus dicitur membrum pedis, inquantum pedem dirigit. Non potest dicere oculus manui
1 Cor. 12. opera tua nõ indigeo. Ita etiam in corpore mystico, ille qui accipit gratiam prophe

tiæ,

sit, indiget eo qui accipit gratiam sanitatum, & ita tamen omnibus aliis. Vnde Gal. 6.
etiam vnusquisque fidelis secundum gratiam sibi datam alteri seruit, efficitur alte- 1.Pet. 4.
rius membrum. Ideo Apost. Alter alterius onera portate. & D. Petru, Vnusquis-
que sicut accepit gratiam in alterutrum administrantes.

Habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes siue prophetiam secundum rationem fidei.

HIC prosequitur in speciali monitionem quam proposuerat de sobrio & mo-
derato vsu gratiæ. Et primo ponit gratiarum diuersitatem, dicens, Sumus inquam
alter alterius membra, non secundum eandem gratiam, sed habentes differentes do
nationes, non ex diuersitate meritorum, sed secundum gratiam quæ data est nobis,
Iuxta illud, Vnusquisque proprium donum habet ex Deo, vnus quidem sic alius ve 1. Cor 7.
rò sic. Vnde Christus, Vocauit seruos suos, & diuisit, & tradidit illis bona sua, & vni
dedit quinque talenta, alii autem duo, alii verò vnum. Secundo docet diuersarum
gratiarum vsum. Et primo in rebus diuinis, quantum ad cognitionem dicens, Siue
prophetiam, quam habentes, vtamur secundum rationem fidei. Dicitur autem pro- 1. Reg. 9.
phetia quædã apparitio ex reuelatione diuina, eorũ quę sunt procul a cognitione no
stra naturali. Vnde qui propheta hodie dicitur, vocabatur olim vidẽs. Sũt tamẽ pro
cul secũdũ se a cognitione nostra futura cõtingẽtia, quæ ꝓpter defectũ sui esse cogno
scibilia non sunt. Sed res diuinæ sunt procul a cognitione nostra, non secundũ se, cũ
D sint maximè cognoscibiles. Deus enim est lux, & tenebræ in eo non sunt vllæ. 1. Ioan. 1.
Sed propter defectum intellectus nostri, qui se habet ad ea quæ sunt in seipsis ma-
nifestissima, sicut oculus noctuæ ad lumen solis. Et quia vnumquodque dicitur
magis tale, quod est secundum se tale, quam quod est tale secundum aliud. Inde
est quod magis propriè dicuntur esse procul a cognitione nostra futura contingen-
tia, & ideo futurorum contingentium est propriè prophetia. Vnde Amos. 3. non fa
ciet dominus verbum nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos Prophetas. Di
citur etiam prophetia reuelatio quorumcunque occultorum, vt reuelatio creatio- Gen. 1.
nis mundi facta Moysi hoc autem donum prophetiæ, non solum fuit in veteri Te-
stamento, sed etiam in nouo, secundum illud. Effundam de spiritu meo super om-
nem carnem, & prophetabunt filii vestri. Dicuntur etiam Prophetæ in nouo Te- Eccle. 24.
stamento, qui prophetica dicta exponunt, quia sacra scriptura eodem spiritu inter
pretatur quo condita est. Vnde Sapiens, Adhuc doctrinam quasi prophetiam effun
dam. Ordinatur autem prophetię donum sicut & aliæ gratiæ gratis datæ, ad fidei
ædificationem. Iuxta illud, Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. &
illud. Confirmata, scilicet est doctrina fidei, contestante Deo, signis & prodigiis, 1. Cor. 12.
& variis virtutibus ac spiritus sancti distributionibus. Et ideo prophetia vtendum Heb. 2.
est secundum rationem fidei, id est, non in vanum, sed per hoc vt fides confirme-
tur. Vnde dominus per Moysen, Si surrexerit in medio tui propheta, & dixerit ti-
bi. Eamus & sequamur deos alienos, non audies verba prophetę illius, quia scilicet Deut. 13.
prophetat contra rationem fidei. [Siue ministerium in ministrando.] Hic docet vti
gratia ministerii quantum ad sacramenta, dicens, [Siue ministerium in ministran
do,] id est, si quis accepit gratiam vel officium ministerii, puta sit Episcopus vel
sacerdos qui dicuntur ministri Dei. Vnde Esa. 61. Vos sacerdotes domini vocabi-
mini ministri Dei nostri. Exequatur ergo talem gratiam & officium fideliter, &
diligenter ministrando. Vnde Apostolus. Ministerium tuum imple. 2. Tim. 4.

[Siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando.] Hic tangit ea quæ
pertinent ad res humana, in quibus potest aliquis alteri subuenire. Primo quidem
quantum ad cognitionem speculatiuam vel prædictam, quantum ad specularmam
dicit, [Siue qui docet,] in est, qui habet officium vel gratiam docendi, vtatur do- Iob. 4.
E ctrina, id est, studiosè & fideliter doceat, prout Iob cui dictum fuit, Ecce docuisti
plurimos. Et Christus præcepit Apostolis, Euntes in mundum vniuersum docete

f omnes

omnes gentes. Quantum verò ad cognitionem practicam, quæ versatur circa agibilia vel factibilia, subdit, [Qui exhortatur,] id est, qui habet officium vel gratiam exhortandi homines ad bonum, vtatur illa, affectuose, fideliter & veraciter exhor-
1.Tes. 2. tando. Vt Apo. Exhortatio nostra non fuit in errore neque de immunditia. & alibi,
Ad Tit. 2. Hæc loquere, & exhortare.

Qui tribuit in simplicitate, qui præest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate.

Hic ponit ea quæ pertinent ad exteriora opera, quibus quandoque aliquis subuenit alicui, tribuendo & dando ei aliquod bonum. Et quantum ad hoc dicit, [qui tribuit,] id est, qui habet facultatem & gratiam tribuendi, exequatur hoc, [In simplicitate] ut scilicet nihil mali ex illo intedat, quasi omnes donis ad malum alliciens. Vel
Eccle. 20. etiam cum aliquis aliquo modico dato intendit maiora acquirere. Vnde Sap. Datus
Prou. 11. insipientis non erit utilis tibi. Oculi enim illius septemplices sunt. Exigua dabit, & multa impetrabit. Et Salomon, Simplicitas iustorum diriget eos. Quandoque autem aliquis subuenit alteri, eius curam habendo, & quantum ad hoc dicit, Qui præest, id est, qui est in prælationis officio constitutus, vtatur illo officio in solicitudine,
Heb. vlt. propter quam debemus eis obedire. Iuxta illud, Obedite præpositis vestris, & subiacete eis, Ipsi enim prouigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris. Ideo ipse qui hanc solicitudinem docebat, de se dicebat, Instantia mea quotidiana solici-
2. Cor. 11. tudo omnium Ecclesiarum. Quandoque verò subuenit aliquis alteri subleuando suã miseriam, & quantum ad hoc dicit, [Qui miseretur,] id est, qui habet facultatem & effectum miserendi, exequatur hoc in hilaritate, quam libenter & voluntarie faciens.
2. Cor. 9. Et non ex tristitia, neque ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus. Vnde
Eccle. 35. Sapiens, In omni dato hilarem fac vultum tuum. [Dilectio sine simulatione, odientes malum, adhærentes bono.] Hic docet vsum doni gratuiti, quod est omnibus commune, scilicet charitatis, & ponit quæ pertinent ad charitatem in generali. Et primo ostendit qualis debet esse dilectio ex parte diligentis, quia debet esse vera, vn- F
1. Ioan. 3. de dicit, [Dilectio sine simulatione,] vt scilicet non tantum verbo aut exteriori apparentia, sed fit vero cordis affectu & efficacia operis, secundum illud, non diligamus lingua, neque verbo, scilicet solum, sed opere & veritate. Qui hanc dilectionem ha-
Eccle. 6. bet fidelis amicus est, cui nulla fit comparatio. Secundo docet quod dilectio debet esse pura, cum dicit [Odientes malum.] Tunc enim est pura dilectio, quando homo non consentit amico suo in malum, sed ita diligit hominem, vt eius vitium odiat. Vnde dicitur quod charitas non congaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. & Psal. 118. Iniquos odio habui. Tertio docet quod dilectio debet esse ho-
1 Cor. 13. nesta, vt scilicet aliquis adhæreat alteri propter bonum virtutis. Vnde Apostolus,
Gal. 4. Bonum autem æmulamini in bono semper. Hæc est pulchra dilectio, de qua dicitur.
Eccle. 24. Ego mater pulchræ dilectionis. [Charitatem fraternitatis inuicem diligentes, Honore inuicem præuenientes.] Hic ostendit qualiter charitas se debeat habere in ordine ad proximum. Et primo quantum ad interiorem affectum, cum dicit, [Charitatem fraternitatis diligenies] vt scilicet non solum fratres diligamus per charitatem, sed etiam diligamus ipsam charitatem, qua eos diligimus, & ab eis diligimur.
Heb. vlt. Si enim charam habuerimus charitatem, non de facili illam dissolui permittemus.
Cant. vlt. Ideo Hebræos hortabatur Apostolus dicens, Charitas fraternitatis maneat in vobis. & Salomon, Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, tã quam nihil despiciet illam? Secundo quantum ad exteriorem effectum, cum dicit, [honore inuicem præuenientes,] in quo tria designantur. Primo quod homo proximum in reuerentia habere debet, quod pertinet ad rationem honoris. Nullus e-
Phil. 2. nim potest verè diligere eum, quem despicit. Ideo Apostolus hortatur, vt arbitremur superiores inuicem, quod quidem fit cum aliquis defectum suum considerat, & perfectionem proximi. In honore autem non solum reuerentia intelligitur sed, etiam necessariorum subuentio, prout in præcepto domini cum dicitur, A

Honora

Honora patrem tuum & matrem tuam, præcipitur subuentio, quod patet ex eo. quod Christus arguit Pharisæos, contra hoc præceptum impedientes filios à subuentione parentum. Secundo designatur quod effectus dilectionis debent mutuo exhiberi, vt non solum homo velit beneficia recipere, sed etiam exhibere. Vnde Sap. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. & alibi. In diuisione sortis da & accipe & hoc designatur cum dicit, inuicem. Tertio designatur quod effectus dilectionis debet esse promptus & velox, cum dicitur [præuenientes,] vt, scilicet aliquis præueniat amicum in beneficiis. Vnde Sapien. Omnis amicus dicet amico Et ego amicitiam copulam. Exod. 20. Mat. 15. Eccle. 4: Eccl. 14.

Solicitudine non pigri, spiritu feruentes, domino seruientes, Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes.

HIC ostendit qualiter per charitatem nos debeamus habere erga Deum. Et primo incipit ab ipsa rationis attentione, cum dicit. Solicitudine sitis non pigri, scilicet ad deseruiendum Deo. ideo Micheas, Indicabo tibi quid sit bonū, & quid Deus requirat a te postea subdit, Solicite ambulare cum Deo tuo. Et Apost. Solicite cura teipsum probabilem exhibere Deo Secundo quantum ad affectum, cum dicit, [Spiritu feruentes] scilicet in Dei dilectione. Procedit autem feruor aquæ ex abūdantia caloris Vnde feruor spiritus dicitur, quia propter abundantiam diuinæ dilectionis totus homo feruet in Deum, ea ratione dicitur quod Apollo feruens spiritu loquebatur. Et Apost. Nolite spiritum extinguere. Tertio quantum ad exterius obsequium, cum dicit [Domino seruientes,] scilicet seruitute latriæ quæ soli Deo debetur, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Vel secundum aliam literam tempori seruientes, vt videlicet tempore congruenti seruitium Dei faciamus, secundum illud, Omni negotio est tempus et opportunitas. Quarto quatum ad mercedem seruitii, cum dicit [Spe gaudentes] scilicet mercedis, quæ est fruitio, spes filiorum Dei. Quinto quantum ad difficultatem, quam homo patitur in diuino seruitio, vnde subdit [in tribulatione patientes,] tribulatio enim patientiam operatur. Sexto quantum ad omnia prædicta dicit. [orationi instantes] in quo orationis assiduitas designatur, de qua Christus, Oportet semper orare, & nunquam deficere. & Apost. Sine intermissione orate. Per orationem enim in nobis solicitudo excitatur, feruor accenditur, ad Dei seruitium incitamur. Gaudium spei in nobis augetur, et auxilium in tribulatione promouetur [Necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes.] Determinat hic de charitate, quantum ad speciales quasdam personas. Et primo inducit ad exhibenda beneficia charitatis indigentibus in vniuersali dicens, [Necessitatibus sanctorum communicantes.] vbi tria sunt notanda. Primo quod eleemosyne ex charitate sunt impendendæ indigentibus siue necessitatem patientibus. Ideo Apost. Laboret operando manibus suis, quod bonum est, vt habeat vnde necessitatem tribuat patienti. Secundo, quod potius subueniendum est iustis quam aliis. Ideo dicit, Necessitatibus sanctorum. Vnde Sapiens, Da iusto, & non recipias peccatorem. Quod quidem non est intelligendum, quin etiam in necessitatibus sit subueniendum peccatoribus, sed quod non est eis subueniendum ad fomentum peccati. Vtilius tamen est subuenire iustis, quia talis eleemosyna est fructuosa, non solum ex parte dantis, sed etiam ex suffragio recipientis. Vnde Christus, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula, scilicet suis suffragiis. Secundo, in speciali admonet ad hospitalitatem, cum dicit, [Hospitalitatem sectantes,] quia scilicet in hoc misericordiæ opere alia misericordiæ includuntur opera. Nam hospes nō solum donum exhibet ad manendum, sed etiam alia necessaria subministrat. Ideo eam alibi commendat Apost. dicens, Hospitalitatē nolite obliuisci, per hāc enim latuerunt quidā Angelis hospitio receptis. & D. Petrus, Hospitales inuicem sine murmuratione.

Mich. 6. 2. Tim. 2. Act. 18. 1. Thes. ul. Deut. 6. Eccle. 8. Supra. 5. Luc. 18. 1. Thes. 5. & Sup. 1. Ephe 4: Eccl. 12. Luc. 16. Heb. uls. 1. Pet. 4.

TERTIA PARS XII. CAPITIS.

Benedicite per sequentibus uos, benedicite, & nolite maledicere.

IN hac tertia huius capitis parte Apost ostendit qualiter sit exhibenda charitas inimicis, & maxime beneuolentia, quæ ad charitatem pertinet, quæ consistit in hoc quod aliquis velit bonum alteri, & malum eius nolit. Primo ergo monet vt beneuolentia sit ampla, quæ se extendat etiam ad inimicos, cum dicit. [Benedicite per C
Eccle. 31. sequentibus vos.] Circa quod notandū est q benedicere, vno modo idem est quod bonū dicere, et laudare, vt cum aliquis bonū alterius laudat, secundū illud. Splēdidū in panibus benedicēt, id est, laudabunt, labia multorū. Alio modo quis benedicit alteri imperādo. Et sic benedicere per authoritatē est proprium dei, cuius imperio bonum ad creaturas deriuatur. Ministerialiter autem pertinet ad ministros Dei, qui nomē domini super populum inuocāt. secundū illud. Sic benedicetis filiis Israel, &
Num. 6. dicetis eis, benedicat tibi dominus & custodiat te, & post subdit. Inuocabunt nomē meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Tertio benedicit aliquis alteri optan
Psal. 128. do, vt in Psal. Et non dixerunt qui præteribant, benedictio Domini super vos. Et secundum hoc benedicere est bonum alicui velle, & quasi bonum precari, & hoc modo accipitur hic. Vnde per hoc quod dicitur benedicite persequentibus vos, datur intelligi quod etiam ad inimicos & persecutores debemus esse beneuoli, & pro eis orare. Vnde Christus. Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus & calum
Mat. 5. niantibus vos. Quod autem hic dicitur, est quodam modo præceptum, & quodam modo consilium. Præceptum quidem quod aliquis in generali dilectionis affectum impendat inimicis, non excludendo eos a dilectione proximorum, & a communi oratione, quam aliquis pro fidelibus facit. Similiter etiam est præceptum in articulo
Exod. 23. necessitatis effectum dilectionis inimicis impendere in particulari, iuxta illud, Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc eum. Sed quod aliquis extra articulum manifestæ necessitatis in speciali effectum dilectionis exhibeat inimico, perti
Eccl. 28. net ad perfectionem consiliorū, quia per hoc ostenditur charitas perfecta ad Deum, quod omne humanum odium superat. Ille autem quem pœnitet & misericordiam petit, non est inter inimicos & persecutores computandus. Vnde ei absque difficultate sunt charitatis indicia ostendenda, iuxta illud. Relinque proximo tuo nocenti, te, & tunc deprecāti tibi peccata soluētur. Secūdo docet quod beneuolētia sine benedictio debet esse pura, id est, absque permixtione contrarii. Vnde repetendo dicit, Benedicite, & nolite maledicere, id est, ita benedicatis quod nullo modo maledicatis contra quosdam qui ore benedicunt, et corde maledicunt. De quibus Psal. Qui lo-
Psal. 3. quitur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Est etiam contra illos, qui quandoque benedicunt & quandoque maledicunt, vel quibusdam benedicunt, & quibusdam maledicunt. Vnde D. Iacobus ait, Ex ore procedit benedictio, & maledictio.

Deut. 27. Si obiiciatur quod in sacra scriptura plures maledictiones inueniuntur vt in deuteron. Maledictus qui nō permanserit in sermonibus legis nec eos opere perfecerit. D
Dicendum quod maledicere est malum dicere. quod tripliciter contingit, prout dictum est de benedictione, & secundum quodlibet horum modorum potest bene vel male fieri. Si enim quod est materialiter malum, dicatur malum, quodlibet prædictorum modorū sub ratione boni nō est illicitū, quia hoc est magis benedicere quā maledicere. Vnumquodq; enim magis iudicatur secundum suam formam quam secundum suā materiam. Si quis vero dicat malum sub ratione fine intentione mali formaliter maledici, vnde est omnino illicitum. Vtrunq; autem horū cōtingit in hoc quod aliquis enunciando malum profert. Quandoque enim aliquis enunciat malū alicuius ad notificandum necessariam virtutem. Et sic dicit malum sub ratione veri necessarii, quod est bonum vnde est licitum. Et hoc modo Iob maledixit diei suo,

enunci-

enuncians malitiam præsentis vitæ, quoniam, vt Apost. ait, Dies mali sunt. Quando que autem aliquis enunciat malum alterius, scilicet intentione detrahendi, & hoc est illicitum, quoniam scriptum est, Neque maledici, neque rapaces regnum dei possidebunt, Similiter etiam in eo quod quis dicit malum imperãdo. Contingit autem quandoque quod aliquis enunciat id quod est materialiter malum sub ratione boni, puta cùm ex imperio alicuius prouenit alicui malum pœnæ propter iustitiam, quod quidem est licitum, & hoc modo transgressiones legis maledicuntur, id est, pœnæ secundum iustitiam deputantur. Quandoque verò aliquis imperando dicit malum alterius iniustè, puta propter odium, vel vindictam. & talis maledictio est illicita. Vnde in lege scriptum est, qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Et Ephe. 5. 1. Cor. 6. Exo. 21.

E idem etiam est circa id quod aliquis dicit malum optando vel imprecando. Si enim hoc optet sub ratione boni, vt puto quod alicuius per aduersitatem perueniat ad spiritualem profectum, hoc licitum est. Vnde Iob. 5. Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim Si verò hoc homo faciat propter odium, vel vindictam, est omnino illicitum, & hoc modo maledixit Philistæus Dauid in Diis suis [Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, idipsum inuicem sentientes.] Cum ad charitatem pertineat non solum beneuolentia, sed etiam concordia post quam Apost locutus est de beneuolentia hic ponit ea quæ pertinent ad concordiã, & primo ponit documenta concordiæ. Concordia autem potest dupliciter attendi. Vno modo quantum ad effectum in bonis & malis, in bonis quidem vt aliquis bonis aliorum congaudeat. Vnde dicit Gaudere, scilicet debetis cum gaudentibus Vnde Apost. Gaudeo & congratulor omnibus vobis Sed hoc est intelligendum, quando aliquis gaudet de bono Sunt enim quidam qui gaudent de malo, secundũ illud, Lætantur cum male fecerint, & istis non est congaudendum Quia charitas non congaudet super iniquitate. congaudet autem veritati. In malis, vt aliquis tristetur de malis alterius. Vnde subdit, flere cum flentibus, prout Iob qui dicebat, Flebam super eo qui afflictus erat Et Sap. Ne desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Ipsa enim compassio amici condolentis in tristitiis consolationem affert. Primo quidem quia ex hoc colligitur efficax amicitiæ argumẽtum Ideo Sap. In malitia id est, in infortunio amicus cognitus est, & cognoscere aliquem esse sibi verè amicum, est delectabile. Præterea ex hoc ipso quod amicus condolet, videtur se offerre ad simul portandum onus aduersitatis, quod tristitiam causat Leuius autem portatur quod portatur a pluribus, quam ab vno solo, Ideo ex condolentia subleuatur proximus Secundo concordia consistit in vnitate sententiæ, & quantum ad hoc dicit, idipsum, id est, idem sitis inuicẽ sentientes, vt scilicet in eadem sententia conueniatis, iuxta illud, Sitis perfecti in eodem sensu, in eadem sententia. Et illud, Eandem Philip. 2. Prou. 2. Iob. 30. Eccle. 7. 1. Cor. 1.

F charitatem habentes, vnanimes idipsum sentientes. Sciendũ est tamen quod duplex est sententia, vna quidem pertinet ad iudicium intellectus circa speculabilia, puta circa considerationes geometricas vel naturales Dissentire in talibus, non repugnat amicitiæ aut charitati, quia non prouenit ex voluntate, in qua charitas est, sed huiusmodi iudicia proueniunt ex necessitate rationis siue intellectus. Alia verò iudicia pertinent ad iudicium rationis, circa agenda Et in talibus quanto important necessitatem præcepti, dissentio amicitiæ contrariatur, quia talis dissentio habet contrarietatem voluntatis in his, in quibus vniri & conuenire tenentur Et quia fides non solum est speculatiua, sed etiam practica, inquantum per dilectionem operatur, ideo etiam dissentire a recta fide est contrarium charitati. Philip. 2. Ga. 5.

Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos.

HIC excludit impedimenta concordiæ, quæ sunt duo. Primum est superbia, ex qua contingit quod dum aliquis inordinate suam excellentiam quærit, & subiectionem refugit, vult alium subiici, & eius excellentiam impedire, & ex hoc sequitur dis Prou. 13.

cordia; secundum illud, Inter superbos semper iurgia sunt. Ideo ad hoc remouendum dicit, Non alta sapientes, vt scilicet inordinate vestram excellentiam appeta-
Eccle. 3. tis, ea ratione dixit supra 11. Noli altum sapere, sed time. Et Sapiens, Altiora te ne quæsieris &c. sed sitis humilibus consentientes, id est, his quæ sunt humilia, id est, ea
Psal. 83. quæ abiecta videntur non recusetis, cum oportuerit, prout Dauid qui dicebat, Elegi
1. Pet. 5. abiectus esse in domo Domini. Nam, vt diuus Petrus ait, Deus superbis resistit, humilibus dat gratiam. Secundum impedimentum concordiæ est præsumptio sapientiæ, ex qua contingit quod aliquis aliorum sententiæ non credit. Ad quod remouendum dicit, Nolite esse prudentes apud vosmetipsos, vt scilicet iudicetis id solum esse prudentiæ, quod vobis videtur. Ad quod tendit Esaias dicens, Væ qui sapientes estis A
Esa. 5. in oculis vestris, & coram vobisinetipsis prudentes. Ideo supra dixit, Non sitis vobis metipsis sapientes.

Nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus, si fieri potest, quod in vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes.

CVM ad charitatem non solum pertineat beneuolentia & concordia, sed etiã beneficentia, postquam Apostolus docuit & monuit nos habere beneuolentiam, & concordiam, hic docet & monet nos ad habendam beneficentiam, excludendo contrarium. Et primo docet quod non sit alicui malefaciendum, prohibendo vindictam
Psal. 7. dicens [Nulli malum pro malo reddentes,] scilicet sitis. Prout Dauid qui dicebat,
1. Pet: 3. Si reddidi retribuentibus mihi mala. Et Diuus Petrus, Non reddentes malum pro malo. Quod intelligendum est formaliter, sicut supra dictum est de male[illegible] ne ex affectu odii, vel vindictæ, sic quod in malo alterius delectentur. Sed si pro malo culpæ, quod quis facit iudex reddat malum pœnæ secundum iustitiam ad compensandum malitiam, materialiter quidem infert malum, sed formaliter & per se infert bo-
1. Cor. 5. num. Vnde cum iudex suspendit latronem pro homicidio, non reddit malum pro
1. Cor. 10 malo, sed potius bonum pro malo. Et hoc modo Apost. quendam pro peccato incestus tradidit satanæ in interitum carnis, vt spiritus eius saluus fieret. Secundo docet quod etiam bona sunt proximis exhibenda, dicens; [Prouidentes bona non tantum coram Deo,] vt scilicet c[illegible] retis satisfacere conscientiæ vestræ [sed etiam coram omnibus hominibus,] vt scilicet faciatis ea quæ hominibus placeant, vt sine offensione sitis, Iudæis & Gentibus, & Ecclesiæ Dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo. Prouidere tamen bona non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus contingit bene & male fieri. Si enim hoc fiat propter fauorem humanum, non bene agitur. Quia Christus prohibuit dicens, Attendite ne iustitiam vestram facia-
Mat. 6. tis coram hominibus vt videamini ab eis. Si autem hoc fiat ad gloriam Dei, bene agitur secundum illud, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera ve-
Mat. 5. stra bona, & glorificent patrem vestrum, &c. Tertio assignat rationẽ vtriusque dicto rum. Ad hoc enim debemus abstinere a retributione malorum, & coram hominibus prouidere bona, vt cum hominibus pacem habeamus, & ideo subdit [Cum omnibus hominibus pacem habentes] Addit duo. Primum est, Si fieri potest. Quando que enim malitia aliorum impedit ne cum eis pacem habere possimus, quia scilicet B cum eis pax haberi non potest, nisi eorum malitiæ consentiant, quam quidem pa-
Mat. 10 cem constat esse illicitam. Vnde Christus, Non veni pacem mittere, sed gladium: Aliud autem addit, dicens, Quod in vobis est, vt scilicet quantum in vobis est faciatis, vt pacem quæratis. Vnde Psal. Cum his qui oderant pacem, eram pacificus. Et alibi, Inquire pacem, & persequere eam.

Nam

Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ.

HIC ostendit quod non sunt mala proximo inferenda, per modum defensionis. Et primo ponit documentum, dicens. [Non sitis volmetipsos defendentes charissimi,] prout nec Christus, qui dedit corpus suum percutientibus, & genas suas vellentibus. Qui etiã quasi agnus corã tondente se obmutuit &c. Vnde & ipse dixit. Si quis percusserit te in vna maxilla, præbe ei & alterã. Verũtamẽ D. Aug. dicit, quod ea quæ in nouo testamẽto a sanctis facta sunt, valẽt ad exẽpla intelligendum scripturarũ, quę in pręceptis data sunt. Ipse autẽ dominus cũ alapa percussus esset, Nõ ait Ecce altera maxilla Sed si male locutus sum, testimoniũ perhibe de malo. Si autẽ bene, quid me cædis? Vbi ostẽdit præparationẽ alterius maxillæ in corde esse faciendã. Paratus enim fuit dominũ, nõ solum in altera cædi pro salute hominis, sed in toto corpore crucifigi. Et prout idem Aug. dicit. Tunc enim hoc mandatum recte fit, cum ei creditur profecturum esse propter quem fit, ad aptandum in eo correctionẽ et concordiã, etiã si alius exitus consequatur. Sunt igitur ista præcepta patientiæ semper in cordis præparatione retinenda, & ipsa beneuolentia, ne reddatur malũ pro malo, in voluntate cõplenda est. Agenda sunt autẽ multa etiã cũ inuitis, benigna quadam asperitate plectendis. Secundo assignat rationẽ cũ dicit. [Sed date locũ iræ] i. diuino iudicio, quasi dicat, committatis vos deo, qui suo iudicio potest vos defendere, & vindicare, secundum illud, Omnem solicitudinem vestram projicientes in eũ, quoniã ipsi est cura de vobis. Sed hæc intelligẽda sunt in causam, in quo nobis nõ adest facultas aliter faciendi secundum iustitiã. Verũ quia domini est iudiciũ, cum aliquis authoritate iudicis vindictam quærit ad comprimendam malitiam peccatoris, & nõ propter odium, vel etiam cum authoritate superioris suam defensionem procurat, intelligitur dare locum irę, id est, diuino iudicio, cuius ministri sunt principes, vt dicitur infra. 13. Vnde etiam Apost. procurauit se per armatos defendi contra insidias Iudæorum.

Esa. 50. Esa. 53. Mat. 5. In lib. contra Mendacium. Ad Marcellum.

C

1. pet. ult. Deut. 1. Act. 23.

Scriptum est enim, Mihi vindictam, et ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum si sitit, potum da illi, hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius.

HIC probat quod mala non sunt proximis inferenda, sed potius bona. Et primo authoritate de prohibitione vindictæ dicens, [Scriptum est, Mihi vindictam. &c] quasi dicat, dixi quod debetis dare locum iræ, id est, iudicio diuino, quoniam, scriptum est, Mihi vindictam, scilicet seruate, & ego retribuam, dicit Dominus. Nostra translatio habet Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore. Et Psalmista. Deus vltionum Dominus. Et Naum. Deus æmulator & vlciscens Dominus. Secundo, probat quod dictum est de beneuolẽtia exhibenda inimicis, in articulo necessitatis, authoritate. Salomonis dicentis Si esurierit inimicus tuus, &c. Quod Christus cõfirmauit. Benefacite his qui oderunt vos. Deinde assignat rationẽ dicens. [Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius.] Quod vno modo in malũm intelligi potest, vt sit sensus, Si tu ei benefacias, bonum tuum vertetur in malũ quia ex hoc incurret combustionem ignis æterni per suam ingratitudinem. Sed iste sensus repugnat charitati, contra quam hoc modo aliquis ageret, si alicui inimico subueniret, vt ei proueniret in malum. Et ideo exponendum est in bonum, vt sit sensus Hoc enim faciens, id est, in necessitate subueniens, carbones ignis, id est, amorem charitatis, de qua scriptum est, lampades eius vt lampades ignis atque flammarum. [Congeres,] id est, congregabis super caput, id est, super mentem eius. Quia vt D. Aug. ait. Nulla est maior prouocatio ad amandum, quam præuenire amando, & benefaciendo. Nimis enim durus animus, qui et si dilectionẽ nolebat impẽdere, nolit rependere. [Noli vinci a malo, Sed vince in bono malũ.]

Deut. 32. psal. 93. Naum. 1. prou. 25. Heb. 10. Mat. 5. In libr. de cathe. rud.

D

Hic idem quod supra probat ratione. Naturale enim est homini vt velit aduersariũ vincere, & non vinci ab eo: illud autem ab aliquo vincitur, quod ab eo trahitur ad hoc quod sibi male faciat. Sicut aqua vincitur ab igne, quando trahitur ad calorem ignis, qui est contrarius & malum eius. Si ergo aliquis bonus homo propter malũ, quod sibi ab aliquo infertur, trahatur ad hoc quod ei velit vel faciat malum, bonum, a malo vincitur. Si autem e contrario propter beneficium, quod bonus persecutori exhibet, vt eum ad suum amorem trahat in bonum, malum vincit. Sic ergo noli vinci a malo, scilicet eius qui te persequitur, vt tu eum persequaris, sed in bono tuo vin-
1.Ioã. vlt. ce malum illius, vt scilicet ei benefaciendo eum trahas. Hæc autem victoria fit per fidem, secundum illud. Hęc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra.

EPITOMÆ XIII. CAPITIS.

IN hoc capite Apost. docet rectum vsum gratię in ordine ad alios. Et quia obediẽtia est caput, et initium totius disciplinæ moralis. Primo agit de obedientia quam inferiores debent præstare superioribus, assignando rationem dependentiæ potestatis a deo, ex qua concludit necessitatem obedientiæ. Deinde assignat aliam rationẽ, ex qua trahit vtile documentum, non timendi potestatem & fructum obedientiæ qui est laus, obtineat & fructum inobedientiæ, qui est ira, vindicta, & pœna, ex quibus infert necessitatem obedientiæ inducens ad voluntarie obediendum. Postmodum inducit inferiores ad exhibendum superioribus subiectionis signum, quod est timor, honor, et tributorum solutio, assignatq; rationem exhibitionis illorum. Secundo ibi, [Nemini quicquam debeatis,] ostendit quid debent fideles omnibus æqualibus exhibere. I debita integraliter, excepto debito charitatis & dilectionis, quod nunquam exhauritur, sed semper reddendo crescit. Deinde adducit rationem, et concludit effectum dilectionis, qui est impletio et plenitudo legis. Tertio ibi, B
[Et hoc scientes, &c.] ostendit quo modo vnusquisq; se cõponere debeat, & in seipso honestatem conseruare, indicando temporis congruitatem, assignando rationem propinquitatis, salutis, adhibendo similitudinem & exhortationem de honestate vitæ, declarando quæ vitia sunt abiicienda, maxime intemperantiæ, & quæ pertinent ad corruptionẽ irascibilis, prout sunt cõtentio & æmulatio. Finaliter ostendit quo modo debeamus arma lucis accipere, vt inordinata carnis desideria non sequamur.

EXPOSITIO LITERALIS XIII. CAPITIS.

Ephe.6. OMNIS anima,] id est, omnis homo per synecdochen. [potestatibus subli-
1.Pet. 2. mioribus,] id est, hominibus in altiori & maiori potestate constitutis ecclesia-
Iob.37. sticis, vel temporalibus, [subdita.] id est, subditus sit [Non enim est potestas ni-
Dan.19. si a Deo,] quia per eum a quo sunt omnia, reges regnant. [Quæ autem a Deo
Prou.8. sunt, ordinata sunt,] id est, rationabiliter disposita sunt in ipsum, & inter se inuicẽ.
Sap. 8 [Itaque qui resistit potestati] id est, superiori suo potestatem habenti, [Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt,] id est, vi, dolo vel malitia obedire recusant, [ipsi sibi damnationem,] scilicet æternam, [acquirunt. Nam principes.] i. prælati & in potestate constituti, [non sunt timori boni operis, sed mali,] id est, nõ sunt a deo dati ad incutiendum timorem operantibus bonum, sed solum operantibus malum. [Vis autem nõ timere potestatem,] quæcunq; sit illa, [bonum fac, et habebis laudem ex illa,] quæ non solum instituta est, vt a malis timore pœnarum
Prou 2. retrahat, sed etiam vt ad bonum per laudem et prẽmia alliciat. [Dei enim minister
1. Pet.2. est tibi in bonũ,] scilicet bonus sis & recte agas [Si autem male feceris, time,] quia causam timoris habes. [Non enim sine causa gladium portat,] ad occidendũ, & virgam, & baculum ad verberandum portat in signum & figuram potestatis. [Dei enim minister est, vindex,] id est, vindictam exercens, [in iram,] id est, ad
Prou. 10. exequendam iram Dei in pœnam, & incommodum, [ei qui malum agit,] id est,

contra

contra malefactores. [Ideoque necessitati,] id est, necessaria ordinationi, [subditi estote,] voluntarie vt faciatis de necessitate virtutem. [Non solum propter irā,] id est, pœnam, vel vindictam. [Sed etiam propter conscientiam,] vt conscientia ve F stra sit munda et quieta, obediendo Deo, & principi [Ideo enim & tributa præsta tis], in signum subiectionis. [Ministri enim dei sunt in hoc ipsum,] id est, pro hoc ipso tributo recipiendo, [seruientes] s. Deo & populo pro defensione patriæ, & administratione iustitiæ, ideo de suo ministerio viuere debent [Reddite ergo omnibus debita,] quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. [Cui tributum,] scilicet debetis, vt principi, reddire [tributum cui debetis. vectigal,] reddite [vecti gal. cui debetis timorem,] id est, principi inquantum est dominus, reddite timorē, non seruilem, sed filialem. [Cui debetis honorem,] scilicet principi, inquantum est quasi pater, reddite [honorem,] assurgendo & illi reuerentiam & obedientiam exhibendo.

Iob. 19. 1. Cor. 9. Mat. 22 Mal. 1. 1. Pet. 2.

SECVNDA PARS XIII. CAPITIS.

NEMINI quicquam debeatis,] sed integraliter, & non diminute, omnia debita reddite, [nisi vt inuicem diligatis,] quia debitum dilectionis, & charitatis erga Deum non potest totaliter & integra iter solui, cum semper reddendo cre scat, cum maneat causa quæ est præceptum Dei. [Qui enim diligit proximum, legem implebit,] quia tota legis impletio ex dilectione proximi propter Deum dilecti pendet. [Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod est aliud mandatum,] negatiuum vel affirmatiuum ad proximum pertinens [in hoc verbo instauratur,] id est, perficitur & impletur in hoc mandato [Diliges proximum sicut teipsum,] vt quemadmodum vis tibi bonum, velis proximo, et quæ vis tibi rationabiliter fieri, facias proximo, & quæ non vis tibi fieri, nec tu facias proximo.

TERTIA PARS XIII. CAPITIS.

ET hoc scientes,] id est, considerantes [tempus,] id est, temporis conditionem & opportunitatem [Quia hora est iam de somno,] culpæ corporis vel negligentiæ, [surgere,] per solicitudinem bene operandi, & per charitatis opera. [Nūc A enim,] surgere debemus, [quia propior,] id est, propinquior [est nostra salus,] scilicet vitæ æternæ quæ nobis promissa est. [Quam cum credidimus,] id est, quā cum a principio fidem accepimus, vel quam cum homines cœperunt credere aduētum Christi. [Nox] scilicet culpæ, vel status vitæ præsentis, qui propter tenebras Ignorantiæ nocti comparatur, [Præcessit, dies autem,] scilicet gratiæ vel status futuræ beatitudinis [appropinquauit,] quia per fidē viuam magis clarescit, remoto obstaculo ingressus gloriç cœlestis per Christi ascensionem [Abiiciamus ergo opera tenebrarum,] id est, peccata quæ ad tenebras exteriores ducunt, in quibus peccatores in æternum non videbunt lumen, [et induamur arma lucis,] id est, virtutes, quæ nos muniunt aduersus insidias diaboli. [Sic vt in die honeste,] id est, cōposité, & ordinate, [ambulemus,] de bono in melius procedamus, dum lucem habemus, [non in comessationibus,] id est, in superfluis & accuratis comestionibus, [et ebrietatibus,] id est, ne ad superfluitatem potus extra mensuram rationis hominum ponentes bibamus [Non in cubilibus] id est, in superflua dormitatione, quæ post comessationes & ebrietates ad luxuriam inclinare solent. [Et impudicitiis,] tam verborum quam gestorum, quæ ad impudicitiam inducere solent [Non in contentione]. i. in impugnatione veritatis cum confidentia clamoris. [& æmulatione.] id est, inuidia. [Sed induimini Dominum Iesum Christum, quod fit per baptismi susceptionem, & per imitationem. [& carnis curam ne feceritis in desideriis,] scilicet superfluis & illicitis, id est, ne desideria carnis rationi repugnantia sequimini.

Eccle. 18. Ephe 5. Prou 4. Esa. 51. Mat. 4. Esa. 26. Psal. 8. Prou. 7.

COM-

COMMENTVM XIII. CAPITIS.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.

IN hoc capite Apost. ostendit quomodo se habere debeat homo, erga proximũ. Et primo quantum ad superiores circa quod considerandum est, quod in principio huius capitis Apost euertit errorẽ Gaulonitarũ, de quo Ioseփhus meminit, & dicit habuisse initium a quodam Iuda Gaulonita, qui negabat censum & obediẽ tiam deberi Cæsari aut prophanis principibus. Hic error a Iudæis propter libertatem legis, quam a Deo receperant, fuit approbatus. Quamobrem Pharisæi conuenerunt Christum sciscitantes, an liceret censum dari Cæsari an non. Atque inde fortassè, idem error serpere perrexerat in Christianos ob libertatem euangelicam, quam consecuti erant a Christo, secundum illud. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Et videtur Christus hoc significasse cum dixit Petro. Ergo liberi sunt filii, scilicet a solutione didragmatis. Licet ad vitandum scandalum præceperit illud exsolui. Verum tamen hic error vel maxime conuincitur, quod fides nostra naturalem ordinem iustitiæ non subuertit, sed perficit. Præterea ex eo quod libertas quæ per Christum concessa est dicitur libertas spiritus qua liberamur a peccato & morte, vt dictum est Caro autem adhuc remanet seruituti obnoxie, sed liberabitur in resurrectione generali. Et tunc homo per Christum liberatus nulli subiectioni erit obnoxius. Vnde Apost. Cum tradiderit Christus regnum Deo patri, & euacuerit omnem principatum & potestatem. Interim tamen dum corruptibilem carnem gerimus, oportet nos carnalibus dominis subiacere, iuxta illud. Serui obedire dominis carnalibus. Et hoc est quod hic dicit Apostolus. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Potestates autem sublimiores hic dicuntur homines in potestatibus constituti, quibus secundum iustitiæ ordinem subiici debemus, secũdum illud. Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi quasi præcellenti. Dicit autem omnis, vt neminem excipiat. Neque sacerdotes, ut ait D. Chrys. neq; monachos, neque seculares, neque veró Apostolos, neque Euangelistas, neq; Prophetas, suum enim vnusquisq; habet prælatum. Per hanc ergo sententiam reprobatur error Begardorum, qui dicebant eo perfectionis posse hominem peruenire, vt nemini iam sit subditus. An autem Ecclesiastici exempti sint a secularibus, & tẽ temporalibus dominis, Vide dominum Cardi. de Turrecremata, in secundo lib. summæ de Ecclesia, cap. 93. & deinceps. Dicit autem indefinite potestatibus sublimioribus, vt rõne sublimitatis officii eis subiiciamus, et si mali sint. Vñ D. Petrus. Subiecti estote non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Quod aũt dicit, omnis anima per Synecdochen intelligitur omnis homo, prout in Genesi. Delebitur anima illa de populo suo. Vtitur autem hoc modo loquendi. Quia subiectionem superioribus debemus ex animo, id est, pura voluntate, secundum illud. Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed animo cum bona voluntate. C

Margin: Io. 8. — 1. Cor. 15 — 1. Pet. 2. — 1. Pet. 2. — Gen. 17. — Eph. 6. — B

Non est enim potestas, nisi a Deo.

HIC adducit rationem præmissæ admonitionis. Et primo originem potestatis, dicens, [Non est enim potestas nisi a Deo.] Quicquid enim de Deo & creaturis dicitur, a Deo in creaturas deriuatur, prout patet de sapientia. Vnde Sapiens. Omnis sapientia a Domino Deo est. Potestas autẽ de Deo & hominibus dicitur. Vnde Iob. 36. Deus potestates non abiicit, cum & ipse sit potens. Consequens ergo est quod potestas humana sit a Deo. Vnde Dan. 4. Dominabitur excelsus in regno hominum & cuicunque voluerit dabit illud. & Christus, Ioann. decimo nono. Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi datum esset desuper.

Margin: Eccl. 1. 3.

super. Si obiiciatur ex Osea, Ipsi regnauerunt, & non ex me. Principes extiterunt, & non cognoui. Dicendum quod regia potestas vel cuiuslibet alterius dignitatis, potest considerari quantum ad tria. Primo, quātum ad potestatem ipsam, & sic est a Deo per quem reges regnant. Secundo, quantum ad modum adipiscendi, & sic quandoque potestas est a Deo, quando, scilicet aliquis ordinate potestatem adipiscitur. secundum illud, Nemo sibi honorem assumit, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Quandoque verò non est ex Deo, sed ex peruerso hominis appetitu, qui per ambitionem vel alio quocunque illicito modo, potestatem adipiscitur, secundum illud, Nunquid nō in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Tertio, quantum ad vsum ipsius. Et sic quandoque est a Deo, puta cum aliquis secundum præcepta diuinæ iustitiæ vtitur concessa sibi potestate, secundum illud, Per me reges regnant. quandoque autem non est a Deo,, puta cum aliqui potestate sibi data vtuntur contra diuinam iustitiam, secundum illud, Asti erunt reges terræ, & principes cōuenerunt in vnum aduersus dominum, &c. Si quæratur de potestate peccandi an sit a Deo, Dicendū quod ipsa potentia qua peccatur, est à Deo. Eadem enim potentia voluntatis est qua peccatur, & rectè agitur, sed quod in bonum ordinetur à Deo est quod autem ordinetur ad peccandum ex parte creaturæ

Osea .8.

Amos.6.

Prou. 8.

Psal. 2.

D est, inquantum ipsa est ex nihilo. [Quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt. Hic subiungit modum quo res a Deo procedunt, quia secundum quendam ordinem. Vnde Sapiens. 11. Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti. In his autē sunt diuersi gradus, quorum vnum est maior in altero, & contentum in alio. Ideo necesse est quod intercea sit ordo, qui secundum Diuum Augustinum est parium dispariumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio. Deus enim res producendo in certo ordine, gradu, & loco constituit. Cuius ratio est, quia Deus per suam sapientiam omnia fecit, iuxta illud, Omnia sapientia fecisti. Est autem proprium sapientiæ omnia ordinate disponere. Attingit enim a fine vsq; in finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Et ideo oportet effectus diuinos ordinatos esse. Vnde Iob. 38. Nunquid nosti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra? Duplicem autem ordinem Deus in suis effectibus instituit. Vnum quidem quo omnia ordinantur in ipsum, secundum illud. Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus. Alium verò quo effectus diuini ad inuicem ordinantur, prout dicitur de Sole, Luna, & Stellis, quod fecit ea in ministerium cunctis Gentibus.

19 De Ciui. Dei. ca. 13.

Psal. 103

Prou. 16.

Itaque qui resistit potestati, ordinationi Dei resistit.

EX duabus præmissis hic concludit propositum. Si enim potestas principium a Deo est, & nihil est à Deo absque ordine, consequens est quod etiam ordo, quo inferiores subiiciuntur potestatibus superioribus, sit a Deo. Itaque quicunq; contra ordinem resistit potestati ordinationi Dei resistit. Vnde Dominus Samueli dixit. Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Et Christus, Qui Vos spernit, me spernit. Resistere autem diuinæ ordinationi contrariatur honestati virtutis. unde contra virtutem agit, qui potestati resistit, in eo quod pertinet ad ordinem suę potestatis. [Qui autem resistunt, damnationem sibi acquirunt.] Hic ostendit subiectionem non solum esse honestam verū etiam necessariam, dicens [Quicunq;] quasi dicat, Assertum est quod quicunque resistit potestatis, resistit ordinationi Dei, & contra honestatem virtutis agit. Multi tamen sunt qui amorem virtutis non habentes, ea quæ sunt contraria virtuti non detestantur, tales cogendi sunt ad vitationem malorum per pœnas. Ideo quantum ad hoc subdit. Quicunque autem resistunt, scilicet diuinæ ordinationi, sibi damnationem acquirunt, contra potestatis ordinem agendo. Quod quidem potest vno modo intelligi de damnationem æterna, quam merentur qui potestatibus subiici nolunt in eo quod debent, in cuius exemplum Dathā & Abiron, qui Mosi & Aaron restiterunt absorpti sunt a terra, & descenderunt in infernum viuentes. Alio modo potest intelligi

1. Reg. 8.

Luc. 10.

E

de

de damnatione pœnæ, quæ per ipsos principes infertur, secundum illud, Sicut rugi tus leonis, ita & terror regis, qui peccant in eum, peccant in animam suam, Si obiiciatur quod Apostoli & Martyres principibus & potestatibus restiterunt. Et tamen non damnationem, sed præmium a Deo sibi acquisierunt. Dicendū quod Apost. loquitur hic de eo qui resistit potestati, secundum quod a Deo est ordinata. Atqui
Pr. 4. diuina ordinatio hoc habet, vt inferiori potestati non obediatur contra superiorem, prout etiam in rebus humanis proconsuli non obeditur contra imperatorem, nec baylivo contra regem. Cum ergo omnis potestas humana sub potestate Dei ordinetur, sequitur quod nulli potestati humanæ est contra Deum obediendum, iuxta illud, Obediendum est plus Deo quàm hominibus An autem humana potestas possit præcipere sub pœna peccati mortalis, paulò post dicetur super verbo propter conscientiam.

Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali.

HIC assignat aliam rationem ad probandum quod qui resistunt diuinæ ordinationi Dei damnationem sibi acquirunt contra potestatis ordinem agendo. Nam principes & potestates non sunt dati ad incutiendum timorem bene operantibus, sed male operantibus. Si enim principes sunt timori mali operis, consequēs est quod si quis male operetur, ipse male agendo est sibi causa damnationis, & sic qui resistunt, damnationem sibi acquirunt. Hæc verba, principes non sunt timori boni ope F
rom. 20 ris, sed mali, intelligenda sunt quantum ad causam institutionis principes, vt illi qui amore virtutis non prouocantur ad vitandum malum, & faciendum bonum, cogantur ad hoc timore pœnæ, secundum illud, Rex qui se det in solio iudicii dissipat omne malum intuitu suo. Et sic non sunt timori boni operis, sed mali, quantum ad id quod ex officio principi compellit. Vnde Esa. Principes ea quæ sunt digna principe cogitabit. Possunt etiam hæc verba referri ad malos, quia si interdum persequantur
Pet. 3. iuste operantes, non tamen illi qui bene operantur, habent occasionem timendi, quia hoc ipsum si patienter sustinent, cedit eis in bonum, iuxta illud, Si quid patimini propter iustitiam, beati. Et Christus, Timorem eorum ne timueritis.

Vis non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister tibi in bonum.

rom. 20 EX eo quod prædixit, tradit vtile documentum, scilicet vitandi timorem principum, & facit quatuor. Primo sua interrogatione insinuat hoc esse delectabile,
Psal. 100 dicens, [Vis non timere potestatem,] quasi dicat, hoc debet esse gratum homini, Cum timor exterreat, affligat, & contristet, iuxta illud, Fremitus leonis ita & terror regis. Secundo docet medium ad hoc perueniendi, dicens [bonum fac.] Quia & Salomon ait, Voluntas regis labia iusta. & Psal. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat Tertio ostendit huius effectum, dicens [Et habebis laudem ex illa,] quasi dicat, Si bene feceris, non solum vitabis timorem, sed etiam ex illa potesta
Pet. 2. te consequeris laudem, quod perspicuum est. Si accipiatur secundum finem, ad quem institutæ sunt potestates, sunt enim institutę, vt non solum a malis timore pœnarū, retrahant, sed etiam, vt ad bonum & præmia alliciant, secundum illud, Sine ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Verifica
c. 5. tur etiam hoc de malis principibus, quorum iniustam persecutionem, dum boni patienter tolerant, laudatur, iuxta illud, Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt Quarto rationem assignat, dicens [Dei enim minister est tibi in bonum,] quod perspicu A
p. 6. um est quantum ad debitum ordinem principum. Sunt enim sub regimine Dei, tan
rh. 10. quam supremi principis ministri subordinati, iuxta illud, Quoniam cum essetis ministri regis illius, &c. Ad idem autem tendere debent minister & dominus, secundum illud, Secundum iudicem populi, sic & ministri eius Et ideo sicut Deus operatur in bonum his qui bonum agunt, ita & principes si recte ministerium suum impleant.

pleant. Sed & mali principes Dei ministri sunt, secundum ordinationem Dei ad inferendas pœnas, licet hoc sit præter intentum illorum, secundum illud, Assur virga furoris mei & baculus ipse est. Ipse autem non sic arbitrabitur. Et illud, Assumam vniuersam cognationem Aquilonis & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum, & adducam eos super terram istam. Et si tales mali principes Deo permittente bonos affligunt. hoc in bonum eorum cedit, iuxta illud, Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. *Esa. 10.* *Hier. 25.* *Sup. 8.*

Si autem male feceris time, non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram, ei qui male agit.

B HIC ostendit necessitatem prædicti documenti, & assignat rationem quam exponit, ait ergo. Dictum est quod bene faciendo non timebis potestatem, & hoc tibi necessarium est. [Si autem male feceris, time,] quia occasionem & causam habes timendi, secundum illud, Pauor his qui operantur malum, & illud, Cum sit timida nequitia, data est in omnium condemnationem. Deinde dat rationem, dicens, non enim sine causa gladium portat. Loquitur hic secundum consuetudinem principium, qui quasi in figuram siue signum suæ potestatis deferri faciebant instrumenta puniendi, puta fasces virgarũ, ad verberandum, & secures, vel glodios ad occidendum. Ideo Iob. Fugite a facie gladii, quia vltor iniquitatum est gladius. Nomine gladii potestas coerciua significatur, quam Iuristæ merum vocant imperium, id est potestatem vitæ et mortis. Postmodum exponit rationem, dicens, Portat inquam gladiũ, quia est minister Dei vindex, id est, in vindictam exercens, [in irã.] id est, ad exequẽdam iram Dei, siue iustum iudicium Dei, [ei qui male agit.] id est, contra malefactorem. Vnde Ezech. Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, & iudicabo te in iudicus adulterorum, & dabo te in manus eorum. &c. & Salomon, Abominabiles regi qui impie agunt, quoniam iustitia firmabitur solium. Ex quo patet quod non solum est licitum, sed etiam meritorium principibus, qui zelo iustitiæ vindictã exercent in malos. Vnde Ezec. Ecce merces exercitui illius, & operi quo seruiunt mihi aduersus eam. *Prou. 10* *Sap. 17.* *Iob. 19.* *Ezec. 16.* *Prou. 16.* *Ezec. 19.*

Ideoque necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.

HIC infert conclusionem principaliter intentam dicens. [Ideoq; propter prædictas] rationes [subditi estote.] volũtarie [necessitate] quæ vobis imminet ex præcepto principium, vt faciatis de necessitate virtutem, [non solum propter iram,] id est, vindictam vitandam. [sed etiam propter conscientiam,] scilicet bonam conseruandam. Et hoc pertinet ad primam rationem, qua dictum est. Qui potestati resistit, ordibationi Dei resistit. Et qui resistunt, &c. D. Ambro. exponit, Non solo timore præsentis pœnæ, sed etiam propter conscientiam futuri iudicii. Et quia nunc Lutherani libertatem carnis sectantes, non erubescunt pertinaciter asserere præcepta superiorum, nullo modo obligare ad peccatum, maxime secluso scandalo. Ideo cum hic proprius locus sit, paulum nobis insistendum est. maxime enim apparet ex prædictis propositionibus, scilicet, Quæ a Deo sunt, ordinata sunt, &c. Et ex hac vltima non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam, quod

C leges humanæ iustæ, siue sint temporales, siue Ecclesiasticæ obligant in foro interiori sub pœna peccati mortalis, etiam secluso scando. Quod etiam alio modo probari potest. Quia certum est legem naturalem obligare ad pœnam æternam, secluso quocunque scandalo, iuxta illud. Manifesta sunt opera carnis, quę sunt fornicatio, immunditia, & alia quę enumerat contra legem naturę. subiungit quoniam qui talia agunt, regnum dei non consequentur. & illud. Hoc autem scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, &c. quia, scilicet agunt cõtra *Galat. 5.* *Ephe. 5.*

Supra. 1 tra legem naturę. Non habebunt hereditatem in regno Christi & Dei, a qua hereditate adulti baptizati per solum peccatum mortale priuantur. Et supra enumeratis quam plurimis contra legem naturæ agentibus, concludit digni sunt morte, scilicet æterna, non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Probari etiam potest alia ratione. Quia non minus obligatur subditus prælato suo, quam filius patri. Cum bonum politicum quanto est communius, tanto præstet & præemineat priuato. Quia bonum quanto communius tanto diuinius, vt D. Dion. ait. Ex quo sequitur quod præceptum principis præferendum est præcepto paterno cæteris paribus, hoc est si tantum sit periculum in re publica, si non succurratur secundum mandatum principis, quantum in re domestica, si non succurratur secundum præceptū patris. Sed filius iure naturæ tenetur obedire patri iusta præcipienti, etiam se solo scandalo. Vnde Apostolus, Filii obedite parentibus in Domino. hoc enim iustum est. Et supra inter peccatores dignos morte æterna enumerat parentibus inobediētes. Igitur & inobedientes principibus & superioribus iusta præcipientibus, cum intentione ad hoc eos obligandi. Qui enim talibus resistit, Deo resistit. Vnde Chri-

Ephe. 6. stus, Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et alibi. Qui vos

Supra 3. audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Dicitur autem lex humana aut supe

Mat. 18. rior humanus intendere obligare ad peccatum mortale, cum prohibitio principis est sub pœna mortis, mutilationis membrorum, fustigationis, aut proscriptionis omnium, vel maioris partis bonorum. Quia si aliquis velit, aliquod præmissorum vel notabile damnum proximo, manifestum est quod peccat mortaliter. Ergo a fortiori si sibi illud velit. Pariter cum ecclesia vel prælatus præcipit uel prohibet aliquid sub pœna anathematis suspensionis, vel interdicti, transgressores peccant mortaliter. Idem videtur dicendum si fiat præceptum formale rationabile in virtute spiritus sancti, & sanctæ obedientię, vel sub pœna certis, aut grauioris culpæ in ordine prædicatorum, in casibus per constitutiones eorum taxatis. quia alios indifferenter silentium aut alios eorum defectus, non possunt maioribus pœnis quam professus secundum constitutiones vouerit, aggrauare. Tutius tamen iudicio meo, standum est Iuristarum iudicio, qui ex verbis & rationibus habent legis rimari & interpretari. C

Iac. 5. Transgredientes tamen quascunque leges humanas iustas ex contemptu formali legis vel prælati, mortaliter peccant. Nec obstat quod homo non potest infligere pœnam æternam, quia præses debilis potest præcipere sub pœna mortis, quam personaliter infligere non potest. Nec obstat pariter quod obiciunt ex dicto Christi. Sine

1. Tim. 1. causa me colunt, docentes doctrinas & mandata hominum. Quia intelligebat de his quæ contrariantur mandatis Dei, et de his quæ erant vana & irrationabilia. Quia ibi reprehendit Pharisæos, qui propter traditiones suas seruandas, transgrediebantur præcepta dei. Et cum Apost dicit, quod iusto non est lex posita, non intelligit di-

Gal. 5. rectiuè & obligatiuè, sed coerciuè, iusti enim voluntariæ absque quacunque coactione obtemperant legi, quod si non facerent, iusti esse desinerent. Et hoc modo intelligendus est cum dicet. Si spiritu ducimini non estis sub lege. Nec libertas Christiana,

Gal. 5. de qua loquitur, liberat ab obedientia. Et cum alibi dicit: Nolite iterum iugo seruitutis contineri, intelligit de seruitute legis Moysi, quia ibi est quæstio de circuncisione, vel de iugo seruitutis peccati.

Ideo enim & tributa præstatis, ministri enim dei sunt, in hoc ipsum seruientes.

INDVCIT hic homines ad exhibēdum signum subiectionis superioribus.

Hierem. 1. Et primo proponit signum dicens, [Ideo enim,] scilicet quia debetis esse subiecti superioribus, et principibus tributa præstatis, id est, præstare debetis in signum subiectionis. ideo quærendo dicitur, Principes prouinciarum facta est sub tributo. Dicuntur autem tributa eo quod subditi dominis ea tribuunt. Secundo assignat rationem dicens, Ministri enim sunt Dei in hoc ipsum, id est, pro hoc ipso, scilicet tribu- D

1. Cor. 9. ta recipiendo, [seruiētes,] scilicet Deo & populo, quasi dicat, Vnusquisque de suo ministerio

ministerio viuere debet, secundum illud, Quis pascit gregem, & de lacte gregis non edit? Et ideo cum principes nostri suo regimine Deo ministrent & populo, debent tributa suscipere quasi stipendia ministerii sui. Non autem ita quod hoc sibi debeat computare pro præmio. Proprium enim principis præmium, est laus & honor, vt Philos. dicit. Et cum hoc non sufficit ei, tyrannus fit. Sed hoc non est solum intelligendum de laude & honore humano, quia tale præmium esset vanum, sed de laude & honore diuino, qui principibus bene gubernantibus exhibetur. Huiusmodi autē tributa recipiunt ad sustentationem, laborant enim principes ad omnium pacem. Ideo Apost. eos primo commendat in orationibus dicens. Obsecro primum fieri obsecrationes pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt constituti, vt quietā & tranquillam vitam agamus. Et Baruc. 1. Orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, vt viuamus sub vmbra eius. Ab hoc tamen tributi debito liberi sunt clerici ex priuilegio principum, quod quandam æquitatem naturalem habet. Vnde etiam apud Gentiles, illi qui vacabant diuinis, liberi erant a tributis. Et Ioseph subiecit Pharaoni omnem terram Aegypti præter terram sacerdotum, quæ a rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. Et deinde dicitur. Quod in vniuersa terra Aegypti quinta pars regi soluebatur absque terra sacerdotum, quæ ab hac conditione libera erat. Hæc autem omnino æquum est, quia quemadmodum reges solicitudinem habent de temporalibus bonis, ita sacerdotes de spiritualibus. Et sic pro eo quod Deo in spiritualibus ministrans, recompēsant, regibus, quia pro pace eorum laborant. Cum ergo tributa sint debita principibus, quasi laboris stipendiū, sequitur quod dupliciter peccare possunt principes accipiendo tributa. Primo si vtilitatem populi non procurent, sed solum ad dirripiendū eorū bona intendant. Vnde Ezec 34. Lac comedebatis, lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Secundo cum violē... rapiunt supra populi facultatem, & supra statutā legem, quæ est quoddam pactum inter regem & populum. Vnde Mich 3. Audite principes Iacob, & duces domus Israel, & postea subdit. Qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnes eorum desuper ossibus eorum.

5. Ethi.

1. Tim. 2.

E

Gen. 47.

Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui timorem, timorem, cui honorem, honorem.

MOMET hic subditos ad reddendū subiectionis signū. Et primo quidem in generali, dicens. Ex quo tributum debitum est principibus, quasi ministris Dei, reddite ergo omnibus debita. Ex quo patet quod subditi ex necessitate iustitię tenentur sua iura principibus exhibere. Vnde Christus. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, &c. Secundo specificat & ponit ea quæ sunt exteriora, dicens [Cui tributū,] scilicet debetis pro generali regimine, quo patriā in pace et quietē gubernant. Vnde Iacobus de Isachar, vidit requiē quod esset bona, factus est tributis seruiēs. [Cui vectigal] s. debetis, reddite vectigal, quod principi debetis in aliquibus certis locis, de mercimoniis quæ deferuntur pro reparatione & custodia viarū. Vel vectigal dicitur quod datur, principi, quando per patriam vehitur, vt sunt procurationes, quas aliqui vocant iracundum aduentum, vel primum ingressum, aut alia huiusmodi. Deinde ponit ea quæ sunt interius exhibenda, prout sunt timor & honor, qui debētur principi. Timor quidem in quantum est dominus sua potestate malos coercens. Vnde Malach. Si ego Dominus, vbi est timor meus? Honor autē debetur principi, inquantū quasi pater prouidet bonis, quę sunt in laudem. Vnde Malach. Si ego pater, vbi est honor meus? Et D. Petrus. Regem honorificate. Si obiiciatur illud non honores vultum potentis, dicendum quod hoc intelligi debet, vt propter potentem a iustitia non declines. Vnde subditur. Iuste iudica proximo tuo.

Mat. 22.

Gen. 49.

F

Mala. 1.
Ibid.
1. Pet. 2.
Leuit. 19.

SECVNDA PARS XIII. CAPITIS.

Nemini quicquam debeatis, niſi ut inuicem diligatis.

IN hac ſecunda huius capitis parte, oſtendit quid debeant fideles omnibus æqualibus exhibere, ſcilicet debita omnia integraliter, & hoc eſt quod dicit, [Nemini quicquam debeatis,] quaſi dicat, ita plenè omnibus debita perſoluite, vt nihil remaneat quod ſoluere debeatis. Et hoc propter duo. Primo, quia in ipſa mora reddendi peccatum committitur, dum homo iniuſte rem alienam detinet. Contra illud. Non morabitur merces mercenarij tui apud te vſque mane, & eadem eſt ratio de alijs debitis. Secundo, quia quandiu aliquis debet, eſt quodammodo ſeruus, & cui debet obligatus. Vnde Salomon. Qui accipit mutuum, ſeruus eſt fœnerantis. Sunt tamen quædam debita a quibus nunquam homo ſe abſoluere poteſt, & hoc dupliciter. Vno modo propter excellentiam beneficij, cui æquiualens recompenſari non poteſt, vt Philoſophus dicit de honore qui debetur Deo, ſecundum illud. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Idem dicit de beneficiis parentum & magiſtrorum. Alio modo propter cauſam debendi, quæ ſemper manet, vel etiam propter hoc quod illud quod redditur, nunquam exhauritur, ſed ſemper in reddendo creſcit, & propter has cauſas debitum fraternæ dilectionis ita ſoluitur quod ſemper debetur. Primò quidem, quia dilectionem debemus proximo propter Deum, cui vt dictum eſt, ſufficienter recumpenſare non poſſumus. Vnde Diuus Ioannes, Hoc mandatum habemus a Deo, vt qui diligit deum, diligat & fratrem ſuum. Secundò quia cauſa dilectionis ſemper manet, quæ eſt ſimilitudo naturæ & gratiæ. Vnde Sapien. Omne animal diligit ſibi ſimile, & ſic omnis homo proximum ſibi. Tertiò. quia charitas in diligendo non deficit, ſed proficit. Vnde Apoſtolus, Hoc oro, vt charitas veſtra magis ac magis abundet. Ideo dicit, niſi vt inuicem diligatis, quia, ſcilicet dilectionis debitum ita ſemel redditur, vt tamẽ ſemper maneat ſub debito præcepti, ſecundum illud, Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem. [Qui enim diligit proximum, legem impleuit.] Hic aſſignat cauſam quare a debito dilectionis nunquam abſoluimur. Quia in dilectione tota legis impletio conſiſtit, ait ergo [Qui enim, &c.] quaſi dicat, ideo non intendebam vos expedire a debito dilectionis, ſicut ab aliis debitis, Quia qui diligit proximum legem implebit, id eſt, tota legis impletio ex dilectione proximi pendet. Si obiiciatur quod finis præcepti charitas eſt Et vnumquodque perficitur, cum ad finem peruenerit. Ergo tota legis perfectio in charitate cõſiſtit. Sed charitas habet duos, actus ſcilicet, dilectionem Dei & proximi Vnde Chriſtus dixit, quod ex duobus mandatis charitatis vniuerſa lex pendet & Prophetæ Non ergo videtur quod qui diligit proximum, legem impleat. Dicendum quod illa dilectio proximi ad charitatem pertinet, & legem implet, quia proximum diligit propter Deum, & ita in dilectione proximi includitur dilectio dei, ſicut cauſa in effectu, ſecundum illud, Et hoc mãdatum habemus a Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum Et è conuerſo dilectio proximi includitur in dilectione Dei, ſicut effectus in cauſa Vnde ibi ſubditur Si quis dixerit quoniam diligo deum, & fratrem ſuum odit, mendax eſt. Et inde eſt quod quandoque in ſacra ſcriptura ſolum fit mentio de dilectione dei, quaſi ſufficiat ad ſalutem, ſecundum illud Et nunc Iſrael, vide quid dominus deus tuus requirit a te, niſi vt timeas dominum & ambules in viis eius, vt diligas eum. Quando quæ autem fit ſolum mentio de dilectione proximi, iuxta illud. Hoc vobis mando vt diligatis inuicem.

Leui. 19. — Prou. 22. — Pſal. 115. — A — 1. Ioan. 3. — Eccle. 13. — Phil. 1. — Ioan. 15. — 1. Tim. 1. — Mat. 22. — 1. Ioan. 3. — Deut. 10. — Ioan. 15. — B

Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc uerbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum.

HIC probat per inductionem quod qui diligit proximum, legem impleat. Et primo enumerat quædam præcepta, quæ per dilectionem proximi implentur, deinde ponit constantiam. Et quia tria præcepta primæ tabulæ immediatius ordinantur ad dilectionem Dei, ideo non facit de eis mentionem, quamuis ipsa impleantur in dilectione proximi, prout includit dilectionem Dei, enumerans autem mandata secundæ tabulæ, prætermittit præceptum de honore parentum, quod est affirmatiuum, quod etiam includitur in illo, vt omnibus reddamus quæ debemus. Enumerat autẽ præcepta negatiua, quia sunt magis vniuersalia, & quantum ad tempora, & quantum ad personas. Quantum ad tempora quidem, quia obligant semper & pro semper, Nullo enim tempore furandum aut adulterandum est. Præcepta verò affirmatiua obligant semper, sed non pro semper, sed pro loco & tempore. Non enim tenetur homo omni tempore honorare parentes, sed pro loco & tempore. Non enim posset cum dormire habeat, &c. Quantum ad personas verò, quia nulli hominum est nocendum. Non autem sufficit vnus homo seruire omnibus hominibus. Secundo, quia magis manifestum est quod per dilectionem proximi implentur præcepta negatiua, quam affirmatiua, qui enim diligit aliquem magis & facilius abstinet a nocumento illius, quam ei beneficia impendat, a qua beneficiorum exhibitione homo quandoque impeditur per impotentiam. Per præcepta negatiua prohibetur inferri nocumentum proximo. Nocumentum autem inferri potest proximo tripliciter,

C Vno modo, facto, alio modo, verbo, tertio, desiderio, facto tripliciter. Vno modo, quantum ad personam ipsius proximi, & hoc prohibetur cum dicitur, [Nõ occides,] in quo etiam intelligitur omnis iniuria in personam proximi illata. Secundo, quantum ad personam coniunctam, scilicet vxorem, & hoc prohibetur cum dicitur: [Nõ adulterabis.] in quo etiam intelligitur prohiberi fornicatio, & omnis illicitus vsus genitalium membrorum. Vnde Apost. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. Tertio, quantum ad res exteriores, quod prohibetur cum dicitur [Non furaberis,] in quo etiam intelligitur prohiberi omnis illicita substractio rei alienæ si per vim, siue per dolum. Vnde Zach. 5. Omnis fur iudicabitur. Nocumentum autẽ quod quis infert proximo verbo, prohibetur cum dicitur, [Non falsum testimonium dices] Quod non solum prohibetur in iudicio, sed etiam contra iudicium, siue per modũ detractionis, siue per modum contumeliæ. Vnde Salomon, Testis falsus non erit impunitus, & qui mendacia loquitur non effugiet. Nocumentum verò quod quis infert proximo, desiderio solo, prohibetur cum dicitur [Non concupisces,] vbi prohibetur oĩs cõcupiscẽtia, superbiæ, auaritiæ, & luxuriæ. Enumeratis aũt pluribus in Exo. contentis colligit oĩa alia in cõi, dicens, Et si quod est aliud mandatum affirmatiuũ vel negatiuum ad proximum pertinens, per modum supra dictum instauratur, i. perficitur & impletur in hoc verbo, diliges proximũ tuũ sicut teipsum. Quod aũt dicit, proximũ tuum, referendum est ad oẽm hominem beatitudinis capacem, ac ẽt ad sanctos Angelos, vt D. Augu. probat. Nomine enim proximi intelligitur quicunque facit alicui misericordiam, secundum illud, Quis tibi videtur proximus ei qui incidit in latrones. Et ille dixit, Qui fecit misericordiam, &c. Et quia proximus est proximo proximus, consequens est quod ille qui ab aliquo misericordiam recipit, proximus ei dicatur. Sancti autem Angeli misericordiam nobis impẽdunt. Et nos omnibus hominibus viatoribus debemus misericordiam impendere, & ab eis cum necesse fuerit recipere. Et per consequens omnes tales & sancti Angeli, & sanctæ animæ in paradiso vel purgatorio existentes, sunt proximi nobis, quia beatitudinem ad quã tendimus, vel ipsi habent vel ad eam nobiscum tẽdunt. Vnde sequitur quod nec dæmones, nec damnati, secundum hanc rationem, sunt nobis proximi, nec sub

1. Tim. 3. — *Heb. vlt.* — *Prou. 19* — *Exo. 20.* — *Leui. 19.* — *In. 1. de Doct. Christ.* — *Luc. 10.*

hoc præcepto nobis eorum dilectio iniungitur, quia sunt totaliter a societate Dei exclusi, ideo non sunt computandi in numero proximorum, sed hostium. Quod verò dicit, [Sicut teipsum,] non est referendum ad æqualitatem dilectioni, vt scilicet teneatur quis diligere proximum æqualiter sibi, Hoc enim esset contra ordinem charitatis, quo quis tenetur plus suam quàm aliorum salutem procurare. Vnde Salomon, Ordinauit in me charitatem. Sed est referendũ ad similitudinem dilectionis, vt scilicet similiter diligamus proximum sicut nos ipsos. Et hoc tripliciter. Primo quidem quantum ad finem dilectionis, vt scilicet nos, & proximum propter Deum diligamus. Secundò quantum ad formam dilectionis, vt si aliquis seipsum diligit volens sibi bonum, ita proximum diligat & velit ei bonum. Qui autem diligit proximum ad hoc solum vt eius vtilitate vel delectatione potiatur, non vult bonum proximo, sed sibi ex proximo. Quo quidem modo homo amare dicitur res irrationabiles amore concupiscentię, puta vinum, aquam, equum vt eis vtatur. Tertio, quantum ad effectum dilectionis, vt scilicet aliquis necessitati proximi subueniat sicut sibi Et quod nihil illicitum propter amorem proximi committat, sicut nec propter suum amorem.

Cant. 2.

Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

HIC explicatius manifestat dilectionem proximi esse impletionem legis per syllogismum, qui hoc modo formari potest, Qui diligit proximum, malum non operatur ad ipsum. Sed ad hoc tendit omne legis præceptum vt abstineatur a malo: Ergo qui diligit proximum, legem implebit. Quod autem dilectio proximi malum non operetur, alibi declarat Apost dicens, Charitas non agit perperam, &c. Et potest hoc non solum referri ad præcepta negatiua, verum etiam ad affirmatiua Eo enim quod dilectio proximi includit dilectionem Dei, excludit malum non solum quo est contra proximum, sed etiam quod est contra Deum. Et sic includuntur præcepta primæ tabulæ. Vltimo autem infert conclusionem principaliter intentam dicens, [Plenitudo ergo legis est dilectio,] id est, lex per dilectionem impletur & perficitur. Vnde Sap. In plenitudine sanctorum detentio mea. Et Apost. Charitatem habete quæ est vinculum perfectionis. B

1. Cor. 13.
Eccle. 24
Col. 3.

TERTIA PARS XIII. CAPITIS.

Et hoc scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere.

IN hac tertia huius capitis parte, ostẽdit quo modo vnusquisque debet suos mores componere in seipso & honestatem conseruare. Et primo ponit temporis cõgnitatem, dicens. [Et hoc, &c.] q.d. dictum est quæ debetis obseruare, & hoc non solum propter ea quæ dicta sunt, sed etiam, [scientes hoc tempus,] id est, per hoc quod debetis considerare huius temporis conditionem. Quia vt Sapiens dicit, Omni negotio tempus est & opportunitas. Et Hiere. 8. Miluus in cœlo cognouit tempus suum, turtur & hyrundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, Populus autem meus, &c. Ad quid autem congruum sit hoc tempus subdit, dicens, [Quia hora est iam nos de somno surgere.] Quod intelligendum est non solum de somno naturæ quod quandoque dicitur mors, secundum illud, Nolumus vos ignorare de dormientibus. Quandoque autem est quies virium animalium, secundum illud, Si dormit saluus erit. Non tamen intelligendum est de somno gratiæ, qui quandoque dicitur quies æternæ gloriæ, secundum illud, In pace inidipsum dormiam & requiescam nec de somno contemplationis, de quo Salomon, Ego dormio & cor meum vigilat. Sed intelligitur de somno culpæ, de quo Apost. Exurge qui dormis, exurge a mortuis, &c. vel etiam de somno negligentiæ, secundum illud, Vsquequo piger dormies. Tempus ergo est surgendi a culpa per pœnitentiam. Vnde Psal. Surgite postquam sederitis, &c. Et somno negligentiæ per solicitudinem bene operandi. Vnde Esa. 21. Surgite principes accipite clypeum. & Sapiens, Hora surgendi est non te tricari.

Eccle. 8.
1. Thes. 4.
Ioan. 11.
Psal. 4.
Cant. 5.
Ephe. 5.
Prou. 6.
Psal. 126.
Eccle. 32.

F ces.[Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus.] Hic assignat ra-
tionem congruitatis temporis dicens,[Nunc enim, &c.] Quod secundum intentio Mar. vlt.
nem Apost. intelligitur de salute vitæ æternæ, de qua Esa. Salus mea in sempiter- Iac. 4.
num erit. Ad hanc autem salutem homo ordinatur, Primo per fidem, secundum il-
lud, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Sed magis ac magis homo acce-
dit ad eam per bona opera & charitatis augmentum. Vnde D. Iacobus, Appropin-
quate Deo, & appropinquabit vobis. Hoc est ergo quod Apost. dicit, Ideo est hora
iam nos de somno surgere. Nunc enim, scilicet quando per bona opera & charita-
tis augmentum proficimus.[proprior,] id est, propinquior,[est nostra salus,] scili-
cet vitæ æternæ,[quam cum credidimus,] id est, cum fidem a principio accepimus.
Et potest hic intelligi duplex propinquitas. Vna quidem secundum tempus, quia
sancti viri in operibus iustitiæ proficientes appropinquant ad terminum vitę huius,
in quo mercedem accipiunt. Altera verò est propinquitas dispositionis, quia per aug
mentum charitatis & operationem iustitiæ homo præparatur ad illam salutem, iux
ta illud, Quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias. Sed secundum quod eccle Mat. 25
sia hæc verba tempore aduentus legit, uidentur hæc uerba referêda esse ad salutem,
quam Christus fecit in suo primo aduentu, vt intelligamus Apost. loquentem quasi
ex persona omnium fidelium, qui fuerunt a principio mundi. Appropinquante au-
tē illo tēpore incarnationis Christi, quo vaticinia Prophetarū crebrescebant, quod
tēpus repræsentat ecclesia, poterat dici. Nūc proprior est nostra salus quā cū credi-
dimus. i. cum homines a principio credere cœperūt Christi aduentū futurū. Vnde
Esa, 56. Iuxta est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur. posset etiā referri
ad tēpus misericordiæ, quo quis incipit velle a peccatis descedere. Tunc enim magis
appropinquat suæ saluti, quā a principio dum haberet fidē informē. Vnde D. Iaco
bus. Resistite diabolo & fugiet a uobis. Appropinquate deo, & appropinquabit vo-
bis. [Nox præcessit, dies autē appropinquauit.] Hic ad propositū adducit similitu
dinem, quæ secundum intentionem Apost. videtur esse intelligenda, vt totum tem-
pus vitę præsentis nocti comparetur propter ignorantiæ tenebras. Diei autem cōpa
retur status beatitudinis, propter claritatē qua sancti illustrantur, iuxta illud. Non Esa. 60.
erit tibi amplius sol ad lucēdū per diē, nec splendor lunæ illuminabit te. Sed erit ti
A bi dominus in lucē sempiternam, ad quam diem refertur quod dicit Psal. Hęc dies Psal. 117.
quā fecit dñs, exultemus & lætemur in ea. Alio modo potest intelligi quod status
culpæ nocti comparetur propter tenebras culpæ, de quibus Psalm. Nescierunt ne- Sap. 17.
que intellexerunt, in tenebris ambulant. De hac nocte dicit Sap. Solis autem illis
superposita erat grauis nox tenebrarum, quæ superuentura erat illis. Dies autem di
citur status gratiæ propter lumen spiritualis intelligentiæ quod iusti habent, sed im
piis deest secundum illud, Lux orta est iusto. & illud, Sol intelligentię nō ortus est Psal. 96.
nobis. Tertio modo potest intelligi quod comparetur nocti tempus præcedēs Chri Sap. 5.
sti incarnationem, quæ nondum erat clarè manifestata, sed sub quadam caligine. Vn 2. Pet. 1.
de D. Petrus habentes firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendē
tes tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco. Et de hac nocte dicit Esaias. Cu-
stos qui de nocte, &cæt. Vnde sicut in nocte apparent vmbræ, ita etiam in illo Esa. 21.
tempore eminebant legalia, quæ sunt vmbra futurorum. Tempus autem ab incarna Col. 2.
tione Christi comparatur diei propter præsentiam spiritualis solis in mūdo, de quo Ioan. 9.
Malac. vlt. Vobis timentibus nomen meū, orietur sol iustitiæ. Vnde & ipse Dñs di-
cit. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est, & postea subdit,
Quādiu sum in mundo, lux sum mūdi. Quod ergo dicit. Nox præcessit, indifferēter
accipi potest pro qualibet prædictarū noctiū. Iam enim præcesserat in eos quibus
scribebat, & magna pars temporis huius vitæ. Et quod verius est præcesserat nox
culpæ & tempus legis, quod fuit ante Christū. Quod autē subdit, et dies appropin
quabit, videtur secundum intentionem Apostoli, referendum esse ad diem futuræ
gloriæ, qui licet nondum aduenisset fidelibus Christi, quibus scribebat, tamen in
propinquo erat eis secundum prædicta. Posset etiam intelligi tempus gratiæ quod

Philip. 4. & si iam aduenerit secundum temporis cursum, appropinquare tamen dicitur no-
Psal. 144. bis per fidem & deuotionem, prout alibi Apost. dicit. Dominus prope est & Psal.
Prope est Dominus omnibus innocantibus eum. Potest etiam hoc congruere his
qui de peccatis pœnitere incipiunt, quibus dies gratiæ appropinquat.

Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus.

Eccle. 8. HIC concludit exhortationem circa quam tria tangit. Primo remotionem vitiorum concludens ex præmissis, Si nox præcessit vt dictum est, [Abiiciamus ergo opera tenebrarum,] quia vt Sapiēs ait, Omni negotio est tempus & opportunitas. Vnde recedente nocte, recedere debent opera noctis. Dicūtur autem opera tenebra
Eccle. 2. rum, opera peccatorum, quia in seipsis priuata sunt lumine rationis, quo illustrari
Iob 24. debent humana opera. Vnde Salomon. Sapientis oculi in capite eius. Stultus in tene
Mat. 22. bris ambulat. Ac etiā quia in tenebris fiunt iuxta illud Oculus adulteri diligit cali ginem. Et Christus Qui male agit, odit lucem. Ac præterea quia homo ad tenebras per ea ducitur, secundum illud. Mittite eum in tenebras exteriores. Secundo inducit ad assumendas virtutes, quasi dicat, ex quo dies appropinquabit, assumentes ea quæ congruunt diei, [induamur arma lucis] i. virtutes quæ & arma dicuntur, B
inquantū nos muniunt, secundum illud Induite vos armaturam Dei, vt possitis in
Ephe. ult. stare aduersus insidias diaboli Et dicuntur arma lucis, tum quia ex lumine rationis
Prou. 4. decorantur & perficiuntur, secundū illud. Iustorum semita quasi lux splendens pro-
Mat. 5. cedit. tum quia lucis examen requirunt, Ioan 3. Qui facit veritatem, venit ad lucē, tum quia per opera virtutum alii illuminātur, iuxta illud. Sic luceat lux vestra corā hominibus, vt videāt opera vestra bona. Tertio exhortatur ad vsum virtutū & perfectum, cum dicit. [Sicut in die honeste ambulemus.] Hæc enim duo videntur
2. Thes. 5. diei congruere. Prima quidem honestas, nam vnusquisq; in die studet se cōponere, vt corā hominibus honestas appareat, in nocte aūt nō sic. Vñ Apost Qui dormiūt, nocte dormiunt, & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Nos aūt qui diei sumus sobrii su mus. Ideo vt alibi dicit, Oia in nobis honeste, & ſm ordinē fieri debēt. Secundo, hó
Ioan. 11. in die ambulat nō in nocte, quia, vt Christus ait, Qui ambulat in die, nō offendit, quia lucē huius mundi habet. Qui ambulat in nocte, offendit, quia lux non est in eo.
Ioan. 12. Et iō quia dies est, oportet quod ambulemus, id est, de bono in melius procedamus ideo Christus dicebat, Ambulāte dum lucem habetis. [Non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis] Exponit hic exhortationem quam fecit, quomodo scilicet abiicieda sunt opera tenebrarum, quæ sunt opera peccatorū, quorum quædam enumerat. Primo ponit ea quæ pertinēt ad corruptionem concupiscibilis, cuius corruptio est intemperantia, quæ est circa delectatione gustus, & tactus, cum dicit. Non in comessationibus, &c. Dicuntur autem comessationes superfluæ & accuratæ comestiones, quæ prohibentur a Salomone dicente Noli esse in cō uiuiis peccatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt Quod quidem potest esse peccatum mortale, ex hoc quod secundum legem
Prou. 23. pro hac culpa aliquis cōdemnatur ad mortē. Dicitur enim de filio proteruo, comessationibus vacat, luxuriæ, atque conuiuiis. lapidibus obruet eum omnis populus. Non quidem si comedat magnifice secundum statum suæ dignitatis, prout
Deut. 21. Assuerus qui iussit præparari conuiuium magnificum propter coniunctionem Hester, secundum magnificentiam regalem. Sed quando aliquis hoc facit præter C
Hest. 2. decentiam status, si ad hoc principalis cura & vltimus finis existat. prout illi de quibus infra dr Christo Domino non seruiunt, sed suo ventri. Et alibi Quorum Deus venter est, non possunt excusari a mortali. Secundo excludit intemperantiam circa potum, cum subdit. Et ebrietatibus, quæ pertinent ad
Philip. 3 superfluitatem potus ponentis hominem extra mensuram rationis. Quia, vt
Eccle. 31. Sap ens ait, Vinum in iucunditate creatum est, non in ebrietate. Est autem consi derandum quod ebrietas ex suo genere est peccatum mortale, cum, scilicet homo,

ex

ex proposito se inebriat, quia videtur præferre delectationem vini integritati rationis, & exponere se periculo multorum malorum. Vnde Esa. 5. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscēdam ebrietatem. & Sap. Qui amat periculum, peribit in illo. & Philos. Ebrius occidēs duplices meretur increpationes, & quia se inebriauit, & occidit. Si vero aliquis inebrietur, præter intentionem, puta cum ignorat virtutem vini, vel quia non æstimat se tanto potu inebriandum, non peccat mortaliter, quia non inebriatur per se, sed per accidens, id est, præter intentionem. Quod non potest contingere in his qui frequenter inebriantur. Et ideo D. Augustinus in sermone de purgatorio, dicit quod ebrietas est peccatū mortale, si assidua fuerit. Vnde signanter hic Apost. in plurali dicit. Non in comessationibus & ebrietatibus Tertio ponit intemperantiam circa corporalem quietem, cum dicit.
D [Non in cubilibus,] id est, non in superflua dormitatione, quam cōuenienter post comessationem & ebrietatem prohibet, quia sequitur ex illis. Et potest esse in hoc peccatum mortale, quando propter quietem corporalem & somnium omittet ea quæ facere tenetur, vel inclinatur ad aliqua mala faciēda. Vnde Michæas. 2. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris. Potest etiam quod dicit [in cubilibus] referri ad apparatum luxuriæ. Vnde Salomon in persona meretricis, Aspersi cubile meum mirra. Et Iacob Ruben, Ascendisti cubile patris tui. Et ideo conuenienter quarto excludit intemperantiam, circa venerea cum subdit. [Et impudicitiis,] id est, in quibuscunque venereis actibus qui dicuntur impudici, quia non cauent quod est maxime pudore & confusione dignum. Tum quia omnes delectationes tactus gulæ & luxuriæ, sunt communes nobis & brutis. Vnde ille qui in his inordinate insistit, efficitur brutalis. Psal. Nolite fieri sicut equus & mulus, qui bus non est intellectus. Tum etiam quia specialiter in actibus venereis ratio hominis totaliter absorbetur a delectatione, vt nō possit homo ratiocinari, vt Aristoteles ait. Vnde Oseas, Fornicatio & ebrietas & vinum auferunt cor. & D. Ioan. Non egerunt pœnitentiam super immundicia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserūt. [Non in contentione, & æmulatione, sed induimini Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis.] Hic excludit ea quæ pertinent ad corruptionem appetitus irascibilis, dicens. Non in contentione, quæ, vt D. Ambr. dicit, est impugnatio veritatis, cum confidentia clamoris. Et in hoc prohibetur omnis rixa, non solum verborum, sed etiam factorum, quæ vt plurimum a verbis incipit. Ideo Salomon. Honor est homini qui separat se a contentionibus. Solet autem contentio ex inuidia generari. Ideo subdit [& æmulatione.] Vnde D. Iaco. Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Secundo ostendit quomodo debemus induere arma lucis dicens, [sed induimini Dominum Iesum Christū,] In quo. s. fuerunt abundantissime omnes virtutes, secundū illud. Apprehēdent septem mulieres virū vnum. Induimus autē Iesum Christum, primo per sacramenti baptismi susceptionem. Vnde Apost. Quicūq; baptizati estis, Christum induistis. Secundo per imitationem, secundū illud, Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, induentes nouum. & illud. Induite nouum hominem qui secundum deum creatus est in iustitia, &c. Dicitur autem induere Christum, qui Christum imitatur. Quia sicut homo continetur vestimento, & sub eius colore videtur. Ita in eo
E qui Christum imitatur, opera Christi apparēt. Per hoc ergo induimur arma lucis, quādo & imitamur Christū, qui est lux vera, quæ illuminat sua doctrina & exemplis omnē hominem venientem in hunc mundū. Tertio exponit quæ dixerat. Sicut in die honeste ambulemus, per hoc quod dicit, [et curam carnis ne feceritis in desideriis suis.] In hoc enim pulchritudo hōnestatis consistit, vt homo spiritum præferat carni. Vnde supra. 8. Debitores sumus non carni, vt secūdum carnem viuamus. Aduertendum tamen quod non dicit simpliciter carnis curam ne feceritis, quia quilibet tenetur curam gerere carnis ad eius sustentationem, iuxta illud. Nemo vnquā carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet, &c. Sed addit in desideriis, vt scilicet, inordinata carnis desideria, id est, concupiscentias non sequamur, sed spiritus sancti

Prou. 7.
Gen. 49.
Osee. 4.
Apoc. 9.
Prou. 20.
Iac. 3.
Esa. 4.
Gal. 3.
Ephe. 4.
Ioan. 1.
Ephe. 5.
Gal. 5

inspirationes quæ euellunt desideria carnis,iuxta illud. Spiritu ambulare,& desideria carnis non perficietis.

EPITOME XIIII. CAPITIS.

IN hoc capite Apost.continuando vsum gratiæ,docet qualiter se debent exhibere superiores & perfecti erga inferiores & imperfectos. Et primo prohibet inordinata iudicia,& assignat tres rationes huius prohibitionis. prima sumitur ex authoritate,quæ requiritur in iudicãte,quæ soli deo competit,ex qua cõcludit iudiciũ ad homines nõ pertinere. Secunda sumitur ex parte meriti vel demeriti, quã cõsiderare magis pertinet ad deũ quã ad homines,exemplificat ponendo diuersitatem humanæ sententię,quæ potest ad gloriam dei pertinere,quod probat ex intentione et cõsideratione fidelium Tertia sumitur ex futuro iudicio, ex cuius comparatione demonstrat superfluitatem humani iudicii, et probat authoritate Esa. cõcludendo nõ esse amplius temere iudicandũ, Secũdo.ibi, [Sed hoc iudicate,&c.] prohibet scandalũ proximorũ,& docet vitare scandala maxime circa illa quę de se sunt bona, & per accidens fiunt illicita, quando C.fiunt contra conscientiã. Deinde describit tres rationes, quare vitandũ sit scandalum. Prima sumitur ex parte charitatis. Secunda ex morte Christi. Tertia ex donis spiritualis gratiæ, quæ sunt gaudium & pax, ad quæ hortatur. Tertio ibi, [Omnia quidem,&c] declarat cibos secundum se mundos & licitos,sed per accidens aliquos fieri illicitos, propter scandalum pusillorũ, & cum contra conscientiam aut prohibitionem sumuntur. F

EXPOSITIO LITERALIS XIIII. CAPITIS.

INFIRMVM in fide assumite,] uos qui Christum induistis, & estis in vobis ipsis honesti,& perfecti in charitate & dilectione proximi , eos qui sunt debiles in fide supportate,& coniungite vobis ad eos instruendos & corroborandos. [non in disceptationibus cogitationum ,] id est, non disceptando & iudicando secreta cordis,hoc dicit propter hoc quod vnus contra alium cogitabat. Quia illi qui legalia seruabant, iudicabant tanquam reos & transgressores illos qui ea non seruabant,& e diuerso. Vnde exponendo dicit, [Alius enim] doctior in fide,qui,scilicet perfectus est in fide , [credit se] posse licite absq; peccato [manducare omnia,] eo quod non reputat se astrictum ad legales obseruantias,& alius qui nondum plene instructus est,oppositum iudicat se videlicet esse astrictum legi, & non obseruantes legalia iudicat reos & trãsgressores. [Qui autem infirmus est ,] scilicet in fide, qui aliquas escas credit mundas,alias vero immundas. [olus mãducet,] id est,edat herbas,esus semper fuit licitus ad vitandum conscientiæ scrupulũ,scriptũ est enim, Ecce dedi vobis omnem herbam,&c. & abstineat ab his de quibus dubitat an licite manducare possit. [Is qui manducat,] scilicet omnia cum secura conscientia , vel absque periculo libidinis, [non manducantem ,] scilicet indifferenter omnia tanquam infirmum in fide,vel quasi pronum ad vitia , [non spernat,] quia si spernat, spernetur a deo vel sperner deum . [& qui non manducat ,] scilicet indifferenter omnia , vel quia infirmus in fide , vel pronus ad libidinem , [manducantem,] scilicet indifferenter omnia absque scrupulo conscientię , & periculo libidinis, [non iudicet] tanquam trangressorem legis uel tanquam ad libidnem præcipitem . [Deus enim ,] cuius iudicium est secundum veritatem , [illum ,] scilicet seruum a se iudicandũ, [assumpsit,] id est,reseruauit sibi occultorũ iudiciũ. [Tu qui es,] id est,cuius virtutis vel authoritatis es tu, [qui iudicas.] i iudicare præsumis,[alienũ seruũ,] quis te constituit iudicẽ [Domino suo stat,aut cadit.] i.soli deo certũ est an stet,id est,bene agat,vel cadat,id est,an peccet. ideo ipse solus eũ iudicare potest. [Stabit autem] is qui a Deo secũdum propositũ vocatus est,etiã si aliquãdo per vicium cecidit,vt Diuus Petrus & Paulus. [Potẽs est enim deus statuere .] i. reuelare per gratiã suam & in recta fide firmare,et in bono stabilire [illum,] qui A

Gen. 1.

Sup. 2.

aliquando

aliquãdo per vicium cecidit, [Nã alius iudicat diẽ inter diẽ.] i. inter vnũ diem et aliũ diẽ, vt scilicet, vno die abstineat, & non alio. [Alius autẽ iudicat omnẽ diem] esse indifferenter obseruandũ, quantũ ad ieiunia et abstinẽtias legis quæ cessauerũt. [Vnusquisq; in suo sensu abundet.] i. iudicio suæ conscientię dimittatur, siue sequatur quod conscientia ei dictauerit. [Qui sapit diem,] id est, qui iudicat diem esse discernendũ, vt scilicet vno die abstineat, et alio die ab abstinentia cesset. [Domino sapit.] i. ad reuerentiã domini cibos discernit, prout nos discernimus vigilias solennitatum, [et qui manducat,] scilicet omni die, vel etiã omnia nõ discernẽdo ea quæ secũdũ legẽ erant prohibita. [Domino manducat,] id est, ad gloriã Domini, quod apparet [Gratias enim agit deo,] qui sibi dedit facultatẽ mãducãdi [& qui nõ mãducat] i. abstinet omni die [Domino.] i. ad honorẽ Domini [nõ manducat, et gratias agit deo Nemo enim nostrũ.] i. fideliũ [sibi viuit] i. ad propriã gloriã viuit, sed se et omnia sua in laudẽ et gloria dei agit & ordinat. [& nemo.] s. Apostolorũ ac perfectorũ Christi fideliũ, iuxta vires Christo adhærẽtiũ, [sibi moritur,] morte corporali, quã pro domino parati sumus sustinere, nec spirituali, quia nemo talis virtutes à se abiicit p adhæsionẽ peccati, mediãte quo spiritualiter quis moritur. [Siue enim viuimus, dño, viuimus siue morimur, dño morimur. Siue ergo viuimus siue morimur, domini sumus] quasi serui eius qui habet potestatẽ vitæ et mortis. [In hoc enim Christus mortuus est et resurrexit.] i. hoc adeptus est Christus morte et resurrectione sua, [vt et viuorum & mortuorũ dominetur.] viuorũ quidẽ, quia resurgẽdo nouã et perpetuã vitã inchoauit, mortuorũ autẽ, quia mortẽ nostrã moriẽdo destruxit. [Tu autẽ quid iudicas fratrẽ tuũ?] i. quia vtilitate aut necessitate temerariẽ iudicas fratrẽ tuũ de occultis, quæ iudicio tuo nõ sũt cõmissa. [aut tu,] qui aliquãtulũ videris profecisse in doctrina fidei, [quare spernis tuũ?] aduertere enim debes illud, Væ qui spernit, nõne et ipse sperneris? [Omne enim,] tã boni quã mali pfecti et impfecti, [stabimus ante tribunal Christi.] i. ante sedẽ maiestatis Christi cũ venerit ad iudiciũ, tãquã ab eo iudicãdi de omni verbo ocioso, quanto magis de iudiciis temerariis. [Scriptũ est enim Viuo ego, dicit Dominus, quoniã mihi flectetur omne genu] cœlestiũ, terrestriũ, et infernorũ, in iudicio generali in signũ pfectæ subiectionis, [& omnis lingua cõfitebitur deo,] sãctorũ volũtariæ malorũ coãctẽ, [itaq; vnusquisq; nostrũ, psonaliter et nõ per aduocatũ, [pro se rationẽ reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus] s. temerario iudicio.

1. Cor. 10.

B

Ezec. 18.
1. Reg 2.
Deut. 32.

Esa. 33.
Mat. 25.

SECVNDA PARS XIIII. CAPITIS.

SED hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculũ fratri vel scãdalũ.] i. aliquid impediẽs proximũ a via iustitiæ, vel ei prębẽs occasionẽ ruinæ. [Scio et.] i. quia cõfido in domino Iesu, quia nihil cõmune.] i. immũdũ, scilicet est [per ipsũ.] i. post vel propter aduentũ ipsius, qui omnia suo sanguine lauit & purificauit, vel etiã per creationẽ. [nisi ei,] scilicet qui est infirmus in fide, [qui existimat quid cõmune esse, illi cõmune est.] propter suã existimationẽ siue cõsciẽtiã cõtra quã agẽdo peccat [Si enim propter cibũ frater tuus contristatur,] in hoc quod putat te peccare comedẽdo cibũ quẽ ipse reputat immundũ. [Iã non secũdũ charitatem ambulas.] quia charitas quæ dilectionẽ proximi præcipit, huiusmodi contristationẽ prohibet. [Noli cibo tuo] quem, scilicet indifferenter comedis, [illum perdere,] id est, per scandalũ in peccatum inducere. [pro quo.] i pro cuius salute [Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonũ nostrũ,] id est, ne bona fama nostra, quã quilibet procurare debet propter honorẽ dei, vituperetur ex cogitatione et iudicio operum, quæ licet sint bona, mala tamẽ temerariẽ iudicãtur, ne alii retrahãtur a fide & lege Christi suscipiẽda. [Nõ est enim regnũ dei esca et potus] i. esca & potus secũdũ se nõ pertinẽt ad regnũ dei i. ad gratiam quæ dicitur regnum dei, quod intra nos est nisi secũdũ quod eis vtimur vel abstinemus propter Deũ. [Sed iustitia] qua aliquis spontaneẽ reddit alteri quod suum est, [& pax,] quæ est opus et effectus iustitiæ,

Mat. 18.

C

 [& gaudium

ca. 9. [& gaudium,] quod est fructus iustitiæ, qua iustus gaudet de bono proximorum. [in spiritu sancto.] i ex gratia & virtute spiritus sancti, hæc inquam pertinent ad regnum dei. [Qui enim in hoc seruit Christo,] qui est rex huius regni, vt, scilicet viuat in iustitia, pace, & spirituali gaudio, [placet Deo,] qui est huius regni author: & probatus est hominibus,] id est, ab eis approbantur & laudantur illi qui sunt huius regni participes. [Itaque quæ pacis sunt, sectemur,] id est, ea studeamus implere per quę Christiano um pax conseruatur. [& quæ ædificationis sunt, inuicem custodiamus] id est ea per quæ nos inuicem ædificemus, conseruemus & in melius prouocemur [Noli propter escam,] quæ ad corporis vtilitatem pertinet, [destrue re opus.] scilicet gratiæ Dei.

TERTIA PARS XIII. CAPITIS.

OMNIA quidem] quæ ad escam hominis pertinent. [sunt munda,] ex sui natura, licet aliqua in lege dicantur immunda, non natura sed repræsentatione. [Sed malum est homini qui per offendiculum,] id est, cum confusione vel scandalo proximorum [manducat. Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum,] sed ab his abstinere ad domandam carnis concupiscentiam, vel ad vitandum scandalum. vnde sequitur, [neque,] scilicet aliud, [in quo frater tuus offenditur.] id est, turbatur contra te illicite agentem. [aut scandalizatur,] id est, ad casum peccati prouocatur, propter quod eius iustitia læditur [aut infirmatur,] id est, in dubitationem venit, an quod agitur sit licitum, per quod eius spirituale gaudium diminuitur. Tu, scilicet qui indifferenter vteris cibis [fidem,] scilicet rectam [quam habes apud temetipsum,] per quam constat tibi licitum esse cibis indifferenter vti, dum, bona quidem & laudabilis est sed [habe coram] Deo qui videt in occulto & absconditu [Beatus qui non iudicat semetipsum.] id est cuius conscientia eum non

ad Tim. 3 reprehendit vel condemnat, [in eo quod probat] id est, qui vera æstimatione iudicat & probat esse faciendum quod facit. [Qui autem discernit,] id est, qui habet opinionem falsam, & iudicat quod oportet cibos discernere, [si manducauerit,] scilicet cibos quos iudicat esse illicitos, [damnatus est.] i. damnatione dignus est, ex eo quod quantum in ipso est, habet voluntatem faciendi quod secundum conscientiam suam illicitum est. [Quia non ex fide,] id est, secundum iudicium conscientiæ suæ agit. [Omne autem quod non est ex fide, peccatum est,] id est, omnis operatio discordans a conscientia, siue sit recta, siue erronea, est mala & peccatum. Cum omnis conscientia quandiu manet ex virtute diuinæ legis, quæ per conscientiarum innotescit, liget.

COMMENTVM XIIII. CAPITIS.

Infirmum in fide, assumite, non in disceptationibus cogitationum.

APOSTOLVS in hoc capite ostendit quomodo superiores et perfecti se debeant habere erga inferiores & imperfectos. Ad cuius intelligentiam prænotandum est quod in primitiua ecclesia aliqui ex iudaismo in Christum conuersi credebant, & contendebant legem Moysi per euangelium non esse antiquatam, sed cum illo potius obseruandam, & hos vocat infirmos in fide, quasi nondum satis progressos & confirmatos in cognitione fidei. Alii vero qui sciebant resolutionem D. Pe-

Act. 15. tri & aliorum Apostolorum, oppositum contendebant. Et illos qui fidem & euangelium Christi credebant absque legalibus esse seruandum, vocat firmos siue perfectos in fide, de vtrisque tamen erant Romæ aliqui, alloquitur ergo Apost. perfe-

Eccle. 25. ctos, dicēs, Dixi, quod [debetis induere dominum iesum Christum,] Assumite autem, id est, affectu charitatis vobis coniungite ad supportandum infirmum in fide, prout expositum est, de quo potest intelligi illud Sap. 9. infirmus homo & exigui

tem-

poris & minor ad intellectum iudicii et legum. ideo infra. 15. Suscipite inuicem sicut Christus suscepit vos. Et Sap. alibi Propter mandatum assume pauperem. Et hoc non in disceptationibus cogitationum, id est, ne disceptationibus cum illo contendatis, sed leuiter & blande amplexemini & informate, & sic disceptatio hic idem videtur cum contentione, quam praecedenti capite prohibuit, addit cogitationum, scilicet accusantium aut defendentium propter hoc quod vnus contra alium cogitat. Illi qui legalia seruabat, iudicabant eos qui ea non seruabant tanquam transgressores. Et illi qui non seruabant, iudicabant eos qui obseruabant tanquam errantes & ignorantes.

Alius enim credit se manducare omnia, qui autem infirmus est, olus manducet.

HOC loco Apost. exponit monitionem praemissam, & declarat qui dicantur firmi et infirmi in fide. Ad cuius euidentiam sciendū est quod inter legis caeremonias quaedam erant de delectu siue discretione ciborum, quę scriptae sunt in Leuitico, vbi interdicebatur populo esus plurium animalium, non solum terrestrium, verum & aquatilium & volatilium, quae de se non erant mala, sed ratione significationis, propter mysteria & figuras rerum quae futurae erant tempore gratiae, quae ideo caeremoniae non erant duraturae, nisi vsq; ad veritatis praesentiam. Sicut enim in verbis hoc nomen stultus significat aliquod malum, licet ipsum nomen non sit secundum se malum, ita in rebus quoddam animal bonum est secundum naturam, sed significatione est malum, vt porcus qui significat immūditiam gulae. Distinguit tamen D. Aug. triplex tempus. Primum ante Christi passionem, in quo legalia suum robur & virtutem obligandi obtinebant, quasi adhuc viuentium. Secundum tempus post passionem Christi vsq; ad sufficientem promulgationem euangelii, in quo mortua quidem erant, quia neminem obligabant, nec quicquam proderant. Nondū tamen erant mortifera, sed licita his qui ex iudaismo ad fidem conuertebantur, dū modo in illis nemo sic spem firmaret, vt crederet fidem & gratiam Christi absque illis non iustificare. Fuit autem prudenter ignorantia illa permissa aliquanto tēpore, vt Synagoga sepeliretur cum honore. Tertium vero tempus post sufficientem euangelii promulgationē, postquam legalia laetifera fuerunt, veluti falsa signa futurę rei quae iam est praeterita. De hoc tertio tempore non intellexit Apost. quando permittebat iudaeis conuersis abstinere ab immundis, quia hoc tertio tempore fuit omnino illicitum. Sed intelligebat de secundo tempore, quo ignorantia cessationis legalium non erat peccatum, tunc enim licitum erat sic ignorantibus abstinere propter aestimatum periculum culpae in esu illorum. Cum etiam D. Petrus fuerit aliquando in ea lem ignorantia, donec vidit linteum communibus animalibus plenū. Illos ergo qui credebant cessasse legalia, vt qui audierant a diuo Petro reuelationē vel determinationem Apostolorum, vocat Apostolos firmos in fide, & illi credebāt se manducare omnia eo quod non reputabant se astrictos ad seruanda legalia. Illū vero qui ignorabat cessasse legalia, & ęstimabat legem illam adhuc obligare, vocat infirmum, de quo dicit. Qui autem infirmus est, olus manducet, id est, ab omnibus se abstineat, quae sunt in lege prohibita, siue illis cibis vtatur in quibus non occurrit aliquid immundum in lege prohibitum, prout in oleribus. In singulis enim generibus animaliū, puta terrestribus, volatilibus, et aquaticis, quędā genera erāt cōcessa, et quaedā prohibita, sed in herbis & arboribus nihil erat prohibitū. Cuius ratio duplex esse potest. Prima, quia terrae nascentia a principio concessa fuerunt homini ad edendum, iuxta illud, Ecce dedi vobis omnem herbam, &c. Sed post diluuium primo legitur concessus carnium vsus, iuxta illud. Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum. Alia ratio est, quia primam prohibitionem de abstinendo a quibusdam terrae nascentibus, homo in paradiso transgressus fuerat. Et propterea non erat ei similis prohibitio in lege iteranda. Exponitur autem infirmus aliter in Glos. D. August. pro eo qui liceat credat se comedere omnia, id est, legalia iā cessasse, tamē acre cū carne pugnam sustinet, & ad lapsum carnalium vitiorum pronus est, huic consulendum est, vt olus comedat, id est, tenues cibos qui non sint fomentum

Leui. 11.

Act. 10.

Act. 15.

Gen. 1.

Gen. 9.

Gen. 2.

mentum viciorum, & abstineat ab illis quibus excitatur libido Sed alius qui fit fortior, & credit se absque periculo omnia manducare, manducet. Et hæc differentia ap A
at.9. paret inter discipulos Christi, qui non ieiunabant tanquã confortati præsentia Christi, & discipulos Ioannis Baptistæ, qui ieiunabant. Vnde & pœnitentiam agentes a quibusdam cibis abstinebant, non propter eorum immundiciam, sed ad libidinem refrenandam. Verum quia Lutherani per hunc locum atque alia sacræ scripturæ loca malè intellecta, ciborum delectum a Christianorum familia turpiter profligare moliti sunt, calumniantes Christianos quod per huiusmodi ciborum delectum & ieiunia, Iudaismũ his cæremoniis profiteatur, in quo huiusmodi delectus iussus erat. Neque id solum dicunt, sed quod cum illis hæreticis conspirant, quos D Paulus futuros pronunciauit, prohibentes nubere, et abstinere a cibis, quos Deus creauit ad
Tim.4. percipiendum cum gratiarum actione fidelibus Eam ob rem hic nobis parum insistendum est. Et in primis sciendum quod hic vocamus delectum ciborum abstinentiam a certis cibis, prout in diebus ieiuniorum abstinemus a carnibus, & in 40 lacticiniis. Abstinentia autem a certis cibis tribus potest fieri de causis, Prima quasi sua natura sint mali & immundi, vti Taciani, Priscillianistæ, & alii eiusdem sectæ prædicabant, infamantes cum Manichæis creaturas Dei, contra illud, Vidit Deus cuncta
n.1. quæ fecerat, & erant valdè bona. Hos ergo hæreticos atque hanc abstinentiæ siue delectus ciborum causam, condemnat Apo. ad Tim. vt patet ex subiunctis eius verbis,
Tim.4. Quia omnis creatura Dei bona est. Quasi inde improbassent carnium vsum, quod eas reputassent sua natura sordidas. Atque idem significat aliis suppositis verbis, Nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione suscipitur, Secunda causa delectus ciborum potest esse lex Mosaica, id est, si fieret ea ratione qua præceptum fuit in lege Moysi, quæ huiusmodi delectum prohibebat propter futurum mysterium, iam per Christum impletum. & ob id legem illam antiquatã eo quod obseruatio falsum signum rei futuræ, quæ est iam præterita, demonstraret Et hanc etiam delectus causam damnat idem Apo. loco præallegato ex subiunctis verbis fidelibus & his qui cognouerunt veritatem, scilicet antiquatæ legis. Atque idem significat cum subdit, Sanctificatur autem per verbum Dei & orationem, scilicet quod immundum per legẽ reputabatur Vnde dictum fuit D Petro, Quod Deus purificauit, tu commune siue B
.10. immundum ne dixeris. Tertia causa delectus ciborum, propter quam omnes sancti patres & ecclesia abstinentiam a certis cibis non perpetuo, prout Manichæi, & lex Moysi, sed statutis temporibus ordinauit, non vtique veluti cæremoniam, quæ sit futurorum vmbra, sed vt (secundum D. Ioan Bap. exhortationem) delictorum debita
.3. fructibus pœnitentiæ compensemus. Et vt corpora nostra exemplo D. Pauli tali inedia castigantes, in seruiturem redigamus, vitia cõprimamus, & vt mentes ad spiritualium contẽplationẽ eleuemus, & virtutum officia libentius promptiusque exequa-
n.12. mur, & vt iram Dei, prout Niniuitæ, placemus. Hoc enim modo iuxta admonitionem Domini animam nostram odimus in hoc mundo, & custodimus eam in vitam æternam. His rationibus & causis delectus carniũ non est superstitiosus, sed adeo virtuosus, vt qui negant eum esse ad vitam Christianam cum necessariũ, tum ideo consultissimè ac sanctissimè institutum, sint hæretici. Quemadmodum in Gangrensi & Toletano Conciliis sancitum est. Explorata prius veneranda abstinentiæ antiquitate, quæ ab ipso statim Paradiso terrestri, vbi vnicum fuit tantum abstinentiæ præceptum, ortum duxit. D. Ioan Bap hoc delectu usus est, erant enim locustæ & mel siluestre victus eius Christus etiam suo ieiunio approbauit & ieiuniũ per discipulos instituendum prædixit Et Apos pariter usus est Nunc ergo ad friuolas eorum obiectiones repellendas properemus, authoritate D Pauli ad Tim. Exposita, ex praua distinctione de causis delectus ciborum, soluuntur omnia pene eorũ argumenta, ma-
.9. ximè quod ex illo loco, Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona. & ex il
1. lo loco, Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibũ quia Ecclesia non reprobat
or 8. cibos tanquam malos omni tempore, sed ad tempus pro rationabili causa Nec obstat pariter illud, Esca nos non commendat Deo. Neque enim si non manducaue-

rimus

ritmus, deficiemus. Neque si manducauerimus, abundabimus, quia esca ex se non commendat nos Deo, sed fides in edendo, loquitur enim ibi de idolotitis. Et cum infra ait. Non est regnum Dei esca & potus, vult dicere quod regnum Dei principaliter consideratur secundum interiora, & non secundum exteriora, & res extrinseca, prout in se sunt, sed secundum quod ad interiora ordinatur, vel ab interioribus imperantur. Nec obstat pariter quod Christus dixit, Non quod intrat in os coinquinat hominem, scilicet ex se, sed ex desiderio comedendi contra prohibitionem lignum enim scientiæ boni & mali ex se, non coinquinauit primos parentes, sed voluntas comedendi contra prohibitionem Dei, sic in ieiuniis ab Ecclesia præceptis. Sed dicunt, satis esset si vnusquisque sua sponte pro sua valetudine & necessitate modo suo abstineret. Sunt enim, inquiunt, & pisces & inter herbas nonnullæ, & præsertim vinum, quæ corpus peius inflammant quam carnes, in hoc suggillantes Ecclesiæ authoritatem, de qua Christus. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Et alibi. Qui vos audit, me audit. Et qui vos spernit, me spernit. & Apostolus supra. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Supposita hac authoritate, quam nemo spiritualis negare potest, cum in antiqua lege fuissent instituta ieiunia, non vt cæremoniæ, sed vt leges morum repurgandis animis conducentes. Et lex nostra sit multo spiritualior, Christusque nobis dixerit. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum, &c. quibus verbis iubet nos abundantius colere iustitiam prauasq; cogitationes repurgare. Sequitur quod æquissimum fuit atque consultissimum vt abstinentię præcepta nobis cumularetur, nempe vt corpus liberius seruiret spiritui. Libertas enim Christiana hæc est, ut spiritus liber sit a tyrannide corporis, quod ciborum lauticia amplius lasciuire soleat. Et sic nihil contra libertatem Christianam egit Ecclesia, indicendo ieiunia & ciborum delectum, sed potius pro libertate Christiana. Ideo præcepto macerandi corpus, iugũ Domini fit suauius & onus leuius. Et enim si arbitrio & libertati hominum fragilitas & victus parsimonia promitteretur, vix esset qui illam obseruaret, prout Lutheranorum testatur intemperantia quæ tam necessaria est ad expeditius seruanda Domini præcepta. Et quamuis sint in piscibus & fructibus aliqui cibi, quibus ad horam feruentius incalescit libido, tamen carnes suo genere sunt [illegible] alimenti. Mat. 18. Mat. 11.

D Per quas ideo plus virium accrescit carni nostræ ad debellandum spiritum, quam per esum piscium, aut potum vini, quod propter debilitatem stomachi [illegible] Apostolus Timo. quod etiam vnusquisque secundum suam valetudinem moderare potest.

Is qui manducat non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet.

HIC explicat quomodo vitandę sunt disceptationes cogitationum. Et primo quantum ad firmos siue perfectos, dicens. Is qui manducat omnia, scilicet cum secura conscientia vel etiam absq; libidinis periculo non spernat non manducantem omnia tanquã infirmum in fide, vel quasi pronũ ad vicia. Secundo quantũ ad infirmos dicit. Et qui non manducat, scilicet indifferenter omnia vel quia est infirmus in fide vel pronus ad libidinẽ non iudicet manducantem, scilicet indifferenter omnia quasi legis transgressorem vel quasi in vicia præcipitem, iuxta illud Nolite iudicare & nõ iudicabimini. Et supra. 2. inexcusabilis es homo omnis qui iudicas. [Deus enim assumpsit illum, Tu qui es qui iudicas alienum seruum?] Corroborat hic vna ratione nos debere abstinere a iudicio temerario, & sumitur ratio ex authoritate iudicantis, quam ostendit competere soli Deo, dicens. Rectè dictum est quod qui non manducat, manducantem non iudicet. [Deus enim assumpsit illũ] scilicet in seruum a se iudicandum. Vnde Zach. 11. Assumpsi mihi duas virgas, id est, duos populos. Et Psal. 17. Assumpsit me de acquis multis. Ille autem qui assumitur ad superioris iudicium, non debet ab inferiori iudicari. Ideo concludit, Mat. 7.

[, Tu qui.

xod. 2. [Tu qui es,] id est, cuius virtutis vel authoritatis es [qui iudicas alienum seruũ,]
id est, proximum tuum, qui est seruus Dei. Requiritur enim in iudicante authori-
tas, secundum illud, Quis constituit te principem & iudicem super nos. Sed ex hac
ratione videtur omne iudicium hominis de alio homine esse illicitum. Dicendum
m. 1. quod in tantum iudicium hominis licitum est, inquantum agitur authoritate ei diui
nitus concessa, secundum illud, Audite illos, & quod iustum est iudicate, sequitur, B
Quia Dei est iudicium, id est, authoritate diuina agitur. Si quis verò velit sibi vsur
pare iudicium super ea quæ non sunt ei diuinitus concessa ad iudicandum, est iudi-
cium temerarium. Sicut si iudex delegatus a Papa vellet iudicando transgredi fines
mandati, Deus autem reseruauit sibi soli iudicare occulta, maximè cogitationes cor
dium & futura contingentia. Ideo si quis illa certitudinaliter iudicare præsumeret,
li. de ser. temerarium esset iudicium. Vnde D. Aug. In his duobus temerarium est iudicium,
in mon. cum incertum est quo animo quid factum sit, vel incertum qualis futurus sit [Do-
mino suo stat, aut cadit, Stabit autem, potens est enim Deus statuere illum.] Alia
ratione confirmat nos debere abstinere a iudicio temerario, quæ sumitur ex fine me
riti vel demeriti. Posset enim aliquis dicere quod licet homo non habeat iudicia-
riam potestatem, potest tamen se intromittere de iudicio alterius, propter damnum
vel fructum qui inde prouenit. Sed Apost. ostendit hoc magis ad deum quàm ad ho
al. 121. mines pertinere. Et ideo debemus propter hoc proximorum iudicia Deo derelinque
re. Ad hoc autem explanandum proponit duo, primum quod quidquid circa homi-
nes. 5. nem accidit, ad Deum pertinet, cum dicit, Domino suo stat aut cadit. [Stat.] rectè
agendo, iuxta illud, Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalē. [aut cadit,]
cla. 8. scilicet peccando, iuxta illud, Domus Israel cecidit, & non adiiciet vt resurgat. Dicit
autem sub disiunctione, [stat aut cadit,] propter incertitudinem, quia multi viden
tur cadere qui stant. & è conuerso secundum illud, Vidi impios sepultos, qui cum
adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum ope
35. rum. Loquitur autem hic Apostolus secundum similitudinem hominis serui, ad cu-
ius dominum pertinet omne quod circa seruum agitur. Nec intelligēdum est quod
Deo aliquid proficiat, vel noceat, si homo stet, aut cadat, secundum illud, Si peccaue
ris quid nocebis ei. Porrò si iustè egeris, quid ei donabis. Sed quantum ad homines
prodest & nocet, quia quod iustè agimus ad gloriam Dei spectat, & inducuntur ho-
tt. 5. mines ad bonum, iuxta illud, Sic luceat lux vestra, &c. Quando autem cadimus pec-
. 2. cando, damus occasionem ruinæ & blasphemandi Deum. Vnde dictum est, Nomen
Cor. 4. Dei propter vos blasphematur inter gentes. Vel quod dicit, [Domino suo stat aut F
cadit] exponendum est in iudicio domini sui. Quoniam qui iudicat me dominus
est. Secundò ostendit quod cadit, ad Deum pertinet, dicens, [Stabit autem,] quasi
l. 40. dicat, Et si aliquis nunc cadit per peccatum, tamen potest esse quod iterum stabit,
& hoc omnino implebitur si est prædestinatus, secundum illud, Nunquid qui dor-
mit non adiiciet vt resurgat? Vnde Micheas. 7. Ne læteris inimica mea, quia cecidi,
resurgam. Et ideo si videmus aliquem manifestè cadentem, non debemus eum despi
cere, temerariè iudicando de eo, quod nunquam resurget, sed magis debemus præsu-
mere quod iterum stabit. Non ex consideratione conditionis humanæ, sed ex consi-
deratione virtutis diuinæ, vnde dicit, [potens est enim Deus statuere illum,] debe-
mus enim præsumere quod propter suam bonitatem, iterum statuet, id est, stare fa
ciet eum. Vnde Ezech. 3. Ingressus est in me spiritus, & statuit me supra pedes me-
os, prout supra dictum est, si non permanserint in incredulitate, inserentur, potens
est enim Deus inserere illos.

Nam alius iudicat diem inter diem, alius autem indicat omnem diem,
Vnusquisque in suo sensu abundet.

HOC loco explicatius manifestat quæ dixerat de iudicio humano, dicens, ideo
dico quod domino suo stat aut cadit. Nam alius iudicat inter vnum diem & alium
diem,

diem, vt scilicet vno die abstineat, & non alio. Nam erant in lege certis diebus de- Leuit. 23.
creta ieiunia, vt decimo die mensis septimi, dies expiationis erit celeberrimus, af-
fligetisque animas vestras in eo. Et Iudith 18. dicitur, quod ieiunabat omnibus die-
bus vitæ suæ præter sabbatha, & Neomenias, & festa domus Israel. Et Zacharias 8.
ait. Hæc dicit Dominus exercituum, ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiu-
nium septimi, & ieiunium decimi, erit Domui Iuda in gaudium. Quæ ideo statuta
ieiunia pusilli seruabant iudicantes inter diem quo erat ieiunandum, & alios dies.
Alii firmiores in fide, illis abiectis cæremoniis, omnem diem circa discrimen iudica-
bant esse aptum, vt vnusquisque pro sua voluntate abstineret. Vel, secundum Theo-
phylactum, quidam, licet non abstinerent a carne stulla perpetuo, id tamen quibus-
dam diebus faciebant. Potest etiam hoc referri ad abstinentias quæ fiunt causa pro
A hibendæ libidinis, quibus omni die aliqui vacant. Quidam autem interpositis die-
bus abstinent, vel ieiunant. Quidam vero perpetuo a carnibus vel vino abstinent.
Secundo ostēdit hæc omnia ad gloriā Dei pertinere, dicens. Vnusquisq; in suo sensu Eccle. 15.
abundet, id est, suo sensui & iudicio dimittatur. Abundare enim in sensu suo, est sen-
sum suū sequi, iuxta illud. Deus ab initio cōstituit hominē, & reliquit eū in manu
cōsilii sui. Veruntamen hæc Apostoli sentētia est sanè interpretāda, quia in primis
intelligitur, vbi lex non adest, quia nemini licet contra prescriptum legis suo sensu
abundare. Preterea vt Theophylactus admonet, cum de dogmatibus agitur, nemo
debet suo sensu duci, sed ea reuerenter auscultare quæ a maioribus tradita sunt. In
indifferentibus tamen vnusquisque potest sensum suum sequi, cum quia nemini cō-
tra conscientiam agere licet, tum quia vnusquisque in his præsertim quę ad domān-
dum carnem pertinent, melius nouit quid sibi expediat, quàm alii, in his enim in
via Dei, vt Diuus Augustin. ait, vnus sic, alius sic ibat. Admonemur tamen Sa- Prou. 3.
pientis prouerbio Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne innitaris pru-
dentię tuæ. Ideo non prohibet quin salutare consilium a cordatis probis & amicis
accipiamus. Sed videtur quod iudicare inter diem & diem, sit secundum se malum.
Vnde Apost. Galatas arguens dicit, Dies obseruantis & menses & tempora, & Gal. 4.
annos timeo vos ne forte sine causa, id est, frustra laborauerim in vobis. Et loquitur
ad literam de his qui dixerunt dies obseruandos circa cæremonias legis. Dicendum
quod Apostolus hic loquitur secundum tempus illud in quo Iudæis ad fidem con-
uersis licitum erat legalia seruare. Sed quantum ad secundam expositionem vide-
tur esse illicitum quod dicit, Alius iudicat omnem diem. Sunt enim quidam dies
in quibus non est licitum ieiunare, dicit enim D. August. Quisquis diem dominicum ieiunio esse decernendum putauerit, non paruo scandalo erit Ecclesiæ, nec im- In epist. ad Casulan.
merito. In his enim rebus, quibus nil certi statuit diuina scriptura, mos populi,
mos Dei & instituta maiorum pro lege tenēda sunt, & in cap. Si quis presbyter. 30.
distinct. dicitur. Si quis presbyter propter publicam pęnitentiam a sacerdote acce-
ptam, absque alia necessitate, die dominica pro quadam religione ieiunauerit, sicut
Manichæi, anathema sit. Sed intelligendum est quod Apost. hic loquitur quantum
ad illas abstinentias, quæ quolibet die licite fieri possunt absque dissonantia com-
B munis consuetudinis, vel eorum quæ sunt a maioribus instituta. [Qui sapit diem,
domino sapit, & qui manducat domino manducat, & qui non manducat, domino
non manducat, & gratias agit Deo] Confirmat hic prædictam sententiam, scilicet,
vt vnusquisque permittatur suo sensu abundare, eo quod domino suo stat aut cadit
eo quod de omnibus quæ facit secundum conscientiam suam, gratias Deo agit. Vn-
de dicit. Qui sapit diem, vt scilicet, vno die abstineat, & alio die ab abstinentia ces-
set, domino sapit, id est, ad reuerentiam Dei cibos discernit, prout etiam nos discer-
nimus vigilias sanctorum, in quibus ieiunamus a diebus festis, quibus ieiunium sol-
uimus propter reuerentiam Dei. Vnde Sap. Quare dies superat diem, & iterum lux
lumen. Deinde loquitur quantum ad illos qui iudicant omnem diem, quorum qui- Eccl. 33.
dam omni die a ieiunio cessabant. Vnde discipuli D. Ioannis Baptistæ dicebāt Chri-
sto, Discipuli tui non ieiunant. Vnde dicit Apostolus. Et qui manducat, scilicet, om- Mat. 9.
ni die

ni die domino manducat,id est,ad gloriam domini:quod patet ex eo,quia [Gratias
fal.21. agit Deo.]scilicet,de cibo sumpto, iuxta illud Psal. Edêt pauperes & saturabuntur,
& laudabunt Dominum, &c. Vlterius quârum ad eum qui sic iudicat omnem diē,
Thes.ult vt scilicet omni die abstineat,subdit, [Et qui non manducat,] i. qui abstinet oi die.
[domino non manducat,] .i.ad honorem domini non manducat, quód constat ex
eo,quia gratias agit Deo,qui sibi dedit voluntatem & virtutem abstinendi.iuxta il
lud,in omnibus gratias agite. Sed quod hic dicit Apostolus de his qui omni die vel
abstinebant, vel ab abstinentia cessabant,debet intelligi quantum ad illud tempus,
in quo hoc non erat contrarium statutis maiorum , nec communi consuetudini po
puli Dei.[Nemo enim nostrum sibi viuit,& nemo sibi moritur.Siue enim viuimus
Domino uiuimur,siue morimur,Domino morimur]Hoc loco probat quod vnus-
quisque domino suo stet aut cadat ex intentione fidelium.Et primo exclu it inordi
natam intentionē,dicens, Rectè dico quod domino suo stat aut cadit. Nemo enim
Cor.10. nostrum viuit,vel naturali vel spirituali vita,de qua Abacuc.2.iustus ex fide viuit,
sibiipsi,id est,propter seipsum,quia hoc esset frui seipso.contra illud. Non quærens
quod mihi vtile est,&c.& illud, Non nobis domine,&c Vel sibi, id est, secundum
suam regulam,prout quidam dicunt. Sit fortitudo nostra lex iustitiæ. Vel sibi,id est C
sp.2. suo iudicio. Vnde Apost. Sed neque me ipsum iudico. [Et nemo moritur,] scilicet
morte naturali vel spirituali,peccando, vel etiam morte spirituali,qua quis moritur
vitiis, puta in baptismo,secundum illud.Qui mortuus est iustificatus est a peccato,
[sibi,] id est,propter se ipsum vel suo iudicio aut suo exemplo , sed exēplo Christi
p.6. moritur quis vitiis.Quod enim mortuus est peccato,mortuus est semel. Ita & vos
existimate vos mortuos esse peccato. Secundo ostendit qualis sit recta intentio fide
lium,dicens, Siue enim viuimus vita corporali,[Domino viuimus,] id est,ad glo-
ril. 10 riam Domini [Siue morimur,] morte corporali,Domino morimur,id est,ad hono
rem Domini.Vnde dicebat.Magnificabitur Christus in corpore meo,siue per mor
tem,siue per vitam,vel exponatur quod dicit , Domino, id est,iudicio Domini,qui
est constitutus a Deo iudex viuorum & mortuorum .

Siue ergo viuimus,siue morimur. Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est.
& resurrexit,ut & uiuorum & mortuorum dominetur.

HIC etiam probat quod vnusquisque domino suo stat aut cadit, ex conditio
ne fidelium. Et primo concludit ex præmissis quod fideles nō sunt sui,sed alterius.
Cor.6. Illi enim qui sunt sicut liberi homines,sibi uiuunt & moriuntur. Sed fideles vt di-
ctum est,non sibi viuunt aut moriuntur,sed Domino vnde sic concludit , [Siue er-
go viuimus,siue morimur,Domini sumus] quasi serui eius qui potestatem habet
. Cor.5. vitæ & mortis. Precio enim magno empti estis . Vnde debemus dicere Deo quod
dicebat Abisai i.paral 12.Dauid.Tui sumus ò Dauid.Secundo assignat causam hu-
ius conditionis , dicens , [In hoc enim Christus mortuus est,& resurrexit,] id est,
hoc adeptus est sua morte & resurrectione,vt viuorum dominaretur , quia resurre-
xit vitam nouam & perpetuam inchoando, [& mortuorum,] quia mortem nostrā
moriendo destruxit. Vnde ad Corinthios scribens ait, Pro quibus mortuus est Chri
stus,ut qui viuūt iam non sibi uiuant , sed ei qui pro eis mortuus est & resurrexit.
Sic igitur per omnia prædicta Apost probauit quod vnusquisque domino suo stat D
aut cadit , per hoc,scilicet , quod fideles gratias agunt Deo , & quod domino vi-
uunt & moriuntur , & quod domini sunt in morte & in vita.

Tu autem quid iudicas fratrem tuum?aut tu quare spernis fratrem tuum?Omnes enim sta
bimus ante tribunal Christi.Scriptum est enim , Viuo ego, dicit dominus, quoniam
mihi flectetur omne genu,& omnis lingua confitebitur Deo.

AD probandum quod debemus à iudicio temerario abstinere , hic adducit etiā
rationem quæ sumitur ex futuro Dei iudicio . Et circa hoc tria facit , primo ponit
super-

superfluitatem præsentis iudicii, dicens. [Tu autem quid iudicas,] id est, qua utili tate uel necessitate iudicas fratrem tuum de occultis, quæ tuo iudicio non sunt com missa. Aut tu alius qui iudicaris, quare spernis fratrem tuum, quasi pro nullo repu tans ab eo iudicari? Vnde Malach. 2. Quare despicit vnusquisq; fratrem suum. Secun do præmittit futurum Christi iudicium, quasi dicat, Rectè dico quod iudicare non debes. quia timere non oportet quod absq; iudicio maneat. [Omnes enim stabi- mus ante tribunal Christi.] Dicitur autem tribunal Christi iudiciaria eius pote- stas. Cum enim venerit filius hominis in maiestate sua, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Dicit autem, Omnes stabimus, tanquam iudicandi tam boni quam mali, tam ad remunerationem quam ad punitionem. Idem dicit ad Cor. Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, &c. Sed quantum ad discussionem non omnes stabunt ibi iudicandi, sed quidam sedebunt vt iudices, iuxta illud. Sede bitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Tertio probat quod dixerat au- thoritate Esaiæ, ait ergo. Dictum est quod omnes stabimus ante tribunal Christi, hoc manifestum est authoritate Esaiæ, qui dicit. Viuo ego, dicit Dominus, quoniã mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo: Litera nostra sic ha- bet: in memetipso iuraui, quia curuabitur mihi omne genu, & iurabit omnis lingua. In quibus verbis tria ponuntur, primo quidem iuramentum, quod interdum in ver bis dei inseritur, ad ostendendum id quod dicitur firmum esse & immutabilitatem diuini consilii, & ad ostendendum quod non erat prophetia comminationis. Et quã uis homines per maiorem sui iurent, Deus tamen, cum non habeat maiorem, in quo maior consistat firmitas veritatis, per seipsum iurat. Ipse autem est ipsa vita et fons vitæ, & ideo forma iuramenti domini est, Viuo ego, quasi dicat, iuro per vitam qua ego singulariter viuo. Secundo prænunciatur subiectio omnis creaturæ, cum di citur. [Quoniam mihi,] scilicet, Christo, [flectetur omne genu] In quo deno- tatur perfecta subiectio rationalis creaturæ ad Christum. Solent enim homines in signum subiectionis flectere genua. Vnde Apost. In nomine Iesu omne genu flecta tur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Tertio prænunciat fidei confessionem, qua omnes Christi gloriam confitebuntur. Vnde sequitur. [Et omnis lingua confi tebitur deo,] id est, confitebitur Christum esse dominum, secundum illud, Omnis lingua confitebitur quod dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Per om- nem autem linguam intelligere possumus expressionem cognitionis, siue hominũ, siue angelorum. Hoc autem impletur nunc in hac vita, non quantum ad singulos homines, sed quantum ad genera singulorum. De quolibet enim genere hominum, nunc aliqui Christo subiiciuntur, & ei confitentur per fidem. Sed in futuro iudicio omnes & singuli subiicientur, diuersimode tamen, quia boni voluntarie, mali autẽ inuiti. Vnde alibi dicit. In eo quod ei omnia subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. Nunc autem nondum videmus omnia subiecta ei.

Mat. 25. 2. Cor. 5. Mat. 19. Esa. 45. Heb. 6. E Phil. 2. Heb. 2.

Itaque vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus.

EX immediate dictis infert hic præpositam conclusionẽ, dicens. [Itaque, &c.] Reddent rationem de omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines, multo maio ri ratione de aliis grauioribus. Sed videtur quod non quilibet rationem reddet pro se, sed vnus pro alio, quia scriptum est. Obedite præpositis vestris, & subiacere eis, ipsi enim peruigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris. Dicẽdũ quod ex hoc ipso quod prælati pro aliis rationẽ reddẽt, hoc facient pro suis actibus quos circa subditos agere debuerunt. Si enim fecerint quod competebat eorum officio, non eis imputabitur si subditi pereant, quod fieret si negligenter se haberent. Vnde Ezech dicit. Si dicente me ad impium morte morieris, non annunciaueris ei, ipse
F in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem annunciaueris impio, et ille non fuerit conuersus, ipse quidem in iniquitate sua mo rietur, tu autem animam tuam liberasti. Deinde infert conclusionẽ principaliter in tentam

Mat. 12. Heb. ult. Ezech. 3.

1. Cor. 4. tentam, dicens. [Non ergo amplius inuicem iudicemus.] scilicet, iudicio temera-
Mat. 7. rio, quæ conclusio infertur ex rationibus supradictis. Et alibi dicit. Nolite ante tem-
pus iudicare, & Christus. Nolite iudicare, & non iudicabimini.

SECVNDA PARS XIIII CAPITIS.

Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. Scio & confido in domino Iesu quia nihil commune per ipsum, nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est.

Exp. Mat. POSTEAQVAM Apostolus in prima huius ca. parte prohibuit humana iudicia, in hac secunda prohibet scandalum proximorum. Et primo docet scandala vitanda, dicens. Dixi quod non debetis iudicare inuicem sed vnusquisq; de actibus suis iudicare debet, ne sint in scandalum aliorum. & hoc est quod dicit. Sed hoc iudicate magis ne ponatis fratribus offendiculum vel scandalum. Scandalum autem prout D. Hiero. dicit significat offendiculū vel ruinā, quā impactionē pedis possumus dicere. Vnde scandalū, est factum, vel dictū, vel omissum, minus rectū præbens alicui occasionē ruinæ ad similitudinē lapidis, ad quem in via positum homo impingit & cadit. Maius autem videtur aliquid esse scandalum quam offendiculum, quia offendiculum potest dici quicquid retinet seu retardat motū procedentis. Scandalum autem i. impactio, videtur esse cum aliquis disponitur ad casum. Non ergo debemus fratri ponere offendiculū, vt aliquid faciamus, vt impediatur proximus a via iustitiæ. Vnde Esa. 57. Auferte offendiculū de via populi mei. Neq; etiam debemus
Mat. 18. ponere scandalū, faciendo aliquid, vnde alius inclinetur ad peccātum, quia væ homini illi per quē scandalum venit. Secundo docet id ex quo scādalum paratur esse secūdū suā naturā, siue secundum se illicitum. Circa quod scīēdum est, quod sicut supra dictum est, apud Romanos erant quidam ex Iudæis ad fidem conuersis, qui cibos secundum legem discernebant. Alii vero habentes fidem perfectam indifferenter omnibus cibis vtebāntur, quod quidem secundum se licitum erat. Vnde dicit. Scio et confido in domino Iesu, quia nihil est commune per ipsum. Dicebantur autem cibi communes quibus omnes homines vtebantur, demptis Iudæis, qui se iactabant populum dei, quibus propter mysterium cibi illi erant prohibiti, vt caro suilla, lepores et huiusmodi. Et quia Gentiles non æstimabantur de populo Dei, pro immundis reputabantur, ac etiam cibi in lege prohibiti, quos Gentiles manducabant, & sic
.Ti. 4. idem est Nihil est commune: ac si diceret, nihil est immundum. Et hoc quidem Apost. Primo dicit scilicet, quia id est secūdum rerum naturam, iuxta illud, Omnis creatura bona est, & nihil reiiciendū quod cum gratiarum actione percipitur. Secūdo dicit se cōfidere in Christo Iesu, quia per ipsum nihil est cōmune, quia scilicet, cibi secundū suā naturam nunquam fuerunt immundi, vitabantur tamen aliquo tempore, vt immundi secundum legis præceptum, propter significationem & figuram, vt dictum est. Sed Christus hoc remouit implendo omnes figuras. Et ideo Apost. Per fidem quā habet in domino Iesu, asserit nihil esse commune vel immundum per ipsum, id est, ipso hoc faciente. Tertio ostendit quomodo hoc possit esse per accidēs illicitum, inquātū, scilicet, est contra conscientiam manducantis, quasi dicat. Dictum est quod nihil est commune, sed intelligendum est, nisi ei qui hoc ex cōsciētia
ad Tit. 1. erronea. [existimat quid,] id est, aliquid ciborum commune esse id est, immūdū, [illi commune est,] id est, ita est illicitū sibi, ac si esset secundū se immundū. Quia vt alibi dicit. Omnia munda mundis. Coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum est, sed inquinata est eorum mens & conscientia. Et sic apparet quod aliquid est secundum se licitum, quod efficitur illicitum ei qui contra conscientiam eo vtitur, licet conscientia sua sit erronea, quod rationabiliter accidit. Nam actus iudicatur secundum voluntatem agentis. Voluntas autem mouetur a re apprehensa. vnde voluntas in id tendit quod ei vis apprehensiua repræsentat, & secundum eam qualificatur

qualificatur seu specificatur actio. Si igitur ratio alicuius, iudicet aliquid esse peccatum, & voluntas illud velit, manifestum est quod homo habet voluntatem faciendi peccatum, & ita actio eius exterior quæ formatur ex voluntate est peccatum, si hac conscientia durante illud faciat, quia manifestum est quod eligit peccare mortaliter. Et ita actio eius propter suam electionem est peccatum mortale ex hoc loco conformatur dogma theologicum quod conscientia erronea ligat. Si tamen aliquis post factum habeat conscientiam erroneam, per quam credat id quod est licitum a se factum fuisse peccatum, vel quod est veniale fuisse mortale, non
C propterea quod factum est, efficitur peccatum, vel si fuit veniale, non efficitur mortale. Quia voluntas & intentio non formantur ex apprehensione sequenti, sed præcedenti. Hæc autem quæ dicta sunt dubitationem non habent. Sed dubium esse potest si aliquis habeat conscientiam erroneam, vt credat esse necessarium ad salutem id quod est peccatum mortale, puta si quis existimat præceptum Dei esse occidere puerum existentem in gratia, quem credit adultum decessurum in peccato, an talis occidens mortaliter peccet videtur quod non, quia alias esset perplexus. Dicendum quod in per se malis conscientia erronea ligat, quia si illa durante oppositum faciat, eligit peccare. Et si dicatur quod stantibus duobus præceptis oppositis, minus cedit maiori. Sed lex Dei, quæ prohibet homicidium, est fortior quam præceptum conscientiæ erroneæ. igitur tenetur non occidere, & sic cauendo homicidium non peccat. Dicendum quod idem est ligamen conscientiæ erroneæ, & legis Dei. Quia conscientia erronea proponit obiectum tanquam præceptum lege Dei. Non enim lex Dei applicatur actibus nostris nisi mediante conscientia nostra. Nec propterea est perplexus, quia potest conscientiam erroneam deponere vel suspendere actum, quo peracto Deus, qui non deficit, per sinderesim specialiter iuuabit illum, quod si nolit deponere conscientiam, vel suspendere actum, non erit perplexus simpliciter, sed solum aliquo supposito, quod non est inconueniens cum proueniat ex culpa sua. Est autem alia dubitatio. Non enim dicitur scandalizare qui rectum opus facit. At ille qui absque delectu manducat indifferenter, oia rectum opus facit, ideo non debet dimittere propter scandalum eius qui peruersam conscientiam habet errans in fide, quia videtur scandalum Pharisæorum, de quibus Christus ait, Sinite illos, cæci sunt, &c. alias catholici tenerentur abstinere a carnibus, & matrimonio, ne hæretici scandalizentur. Dicendum quod aliquis potest alium scandalizare faciendo quod habet speciem mali secundum illud. Ab omni specie mali abstinete vos. Dicitur autem aliquid habere speciem mali, dupliciter. Vno modo secundum opinionem eorum qui sunt ab Ecclesia præcisi. Alio modo secundum opinionem eorum qui adhuc ab Ecclesia tollerantur, infirmi autem in fide [illegible]
D mantes legalia obseruantia, tempore quo Apostolus hæc scribebat, tollerebantur ab Ecclesia. & ideo non est similis ratio. Sciendum præterea quod duplex est scandalum, quoddam dicitur actiuum, & est dictum, vel factum, aut omissum minus rectum præbens occasionem ruinæ, & ab isto semper cauere debemus. Aliud dicitur scandalum passiuum, quia id quod fit vel omittitur, non est de se malum, tamen alius ex illo accipit occasionem ruinæ, & hoc dupliciter, vno modo ex infirmitate, alio modo ex malitia. Scandalum ex infirmitate siue ex ignorantia dicitur scandalum pusillorum. Et propter tale vitandum in proximo, multa licita sunt prætermittenda, donec instruantur, non tamen ea quæ sunt præcepta. Mulier enim valde pulchra, præuidens quod ex eius progressu aliqui incident in concupiscentiam eius & peccabunt mortaliter, non tenetur omittere missam die dominico, nec alia necessaria, vel valde vtilia Sine causa tamen exire & progredi, & præbere occasionem ruinæ, non potest absque peccato. Aliud est scandalum ex malitia, & tale vocatur scandalum Pharisæorum, de quo Diuus Grego. Si de veritate scandalum sumitur, vtilius scandalum permittitur, quam veritas relinquatur, quod dictum recipit nonnullas limitationes, quas in versiculo. 12. §. 3. capitis 12. in nostris theologicis institutionibus inseruimus.

Mat. 15

1. Tim. [illegible]

super Eze.

Si enim propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum.

PROPOSITA expositaq; iussione de vitando scandalo persuadet nobis il- D
1. Cor. 13 lam tribus rationibus, quarum prima sumitur ex parte charitatis, unde ait. Si frater tuus cõtristatur, de hoc quod putat te peccare propter cibũ quẽ tu comedis, quẽ ipse reputat immũdũ. [Iã nõ secundum charitatem ambulas.] secũdũ quã aliquis proximũ suum diligit sicut seipsum. Et ita charitas vitat eius contristationem, & nõ præfert cibum quieti fratris. Cum charitas non quærat quæ sua sunt. Secundam rationẽ ponit cũ dicit. [Noli cibo tuo, &c.] quæ sumitur ex parte mortis Christi. Videtur enim parũ appreciare mortẽ Christi, qui pro vili cibo fructũ eius euacuare nõ recusat. Vnde dicit. [Noli cibo tuo,] quẽ indifferẽter comedis, nõ discernẽdo
1. Pet. 3. cibos illũ perdere. i. scãdalizare, [pro quo.] i. pro cuius salute, [Christus mortuus est,] Christus enim semel mortuus est, iustus pro iniustis. Dicit autẽ illũ qui scandalizatur perdi, quia scãdalũ passiuũ sine peccato scandalizari esse nõ potest. Ille enim
1. Cor. 8. scandalizatur qui occasionẽ sumit ruinæ, iuxta illud. Peribit infirmus in tua conscientia frater, pro quo Christus mortuus est. Tertiã rationẽ ponit cũ dicit. [Nõ ergo blasphemetur bonũ nostrũ.] et hæc sumitur ex donis spiritualis gratiæ, vel a cura quã tenemur gerere boni publici nostri, & præsertim Christianorũ nostris. Et primo ostẽdit incõueniẽs quod sequitur cõtra huiusmodi dona, ex eo quod alios scandalizamus. In primitiua enim Ecclesia aliqui cibis indifferenter vtebãtur, cũ scãdalo infirmorũ, & ex illo hoc incõueniẽs sequebatur quod infirmi fidem Christi blasphemabãt, dicẽtes eã voracitatẽ ciborũ inducere cõtra legis mãdatũ & ideo Apost. dicit. Ex quo per dominum Iesum factum est quod nihil est commune. [Nõ ergo
Luc. 2. bonum nostrum.] id est, fides vel gratia Christi, per quam libertatem à cæremoniis consecuti sumus, blasphemetur ab infirmis, dicentibus eam gulæ hominum indulgere. Vnde D. Iacobus. Ipsi blasphemant nomen bonũ, quod inuocatum est super vos, & de hoc bono dicitur in Psal. Mihi adhærere Deo bonum est.

Non enim est regnum Dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus.

Mat. 6. DECLARAT hic in quo non consistit bonum nostrum, quod dixerat nõ
Mich. 4. esse blasphemãdũ, ait ergo, Nõ est regnũ Dei esca & potus, regnũ autẽ hic dicitur id per quod Deus regnat in nobis & per quod ad regnũ ipsius peruenimus, de quo
Ioan. 4. dicitur. Adueniat regnum tuum, & de quo etiam Micheas. Regnabit Dominus super omnes in mõte Syon, Deo autem coniungimur & subdimur per interiorem in
Luc. 17. tellectum, & affectum cum spiritus sit Deus & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate adorare oportet. Et inde est quod regnum Dei principaliter cõsideratur secũ- E
dũ interiora hominis, et non secundum exteriora, Vnde Christus. Regnum Dei in
1. Cor. 8. tra vos est. Ea vero quæ sunt exteriora ad corpus pertinentia, intãtũ ad regnũ dei pertinent inquantum per ea ordinatur interior affectus, & secundum ea in quibus principaliter consistit regnum Dei. Et ideo cum esca & potus ad corpus pertineãt, ipsa secundum se non pertinent ad regnum Dei, nisi secundum quod eis vtimur vel ab eis abstinemus propter Deum, ideo alibi ait. Esca autem nos non commendat Deo. Neq; enim si non manducauerit, deficiemus, neq; si manducauerimus, abundabimus. Pertinet tamen vsu vel abstinentia escæ & potus ad regnum Dei, inquãtum
Aug. in lib. de quæ. euan. affectus hominis circa huiusmodi bene ordinatur. Vnde D. Aug dicit. Iustificatur sapiẽtia a filiis suis, qui intelligunt non in abstinendo, neque in mãducando esse iustitiam, sed in æquanimitate tollerandi inopiam, & in temperantia nõ se corrum-

pendi

pendi per abundantiam atq; importunitatem ſumendi. Non enim intereſt quo modo quid alimentorum vel quantum quis accipiat, dum tamen hoc faciat pro ſuæ valetudinis neceſſitate. Sed quanta facultate & ſeueritate animi careat his vel cũ oportet, vel cum neceſſe eſt his carere. Secundò oſtendit in quo conſiſtat bonũ noſtrum, quod regnum Dei vocat, dicens, Sed, ſcilicet, regnum Dei eſt iuſtitia, pax, & gaudiũ

F in Spiritu ſancto vt iuſtitia referatur ad exteriora opera, quibus homo vnicuiq; reddit quod ſuum eſt ad voluntatem huiuſmodi opera faciendi, ſecundũ illud, Primum quærite regnum Dei & iuſtitiam eius. Pax autem referatur ad actus iuſtitiæ, per hoc enim pax maximè perturbatur, quod vnus homo non exhibet alteri quod ei debet. Vnde Eſa. 32 Opus iuſtitiæ pax. Gaudium autem referendum eſt ad modum quo ſunt iuſtitiæ opera facienda, vt enim dicit Philoſo. Non eſt iuſtus qui non gaudet iuſta operatione, vnde Pſal. ait, Seruite Domino in lætitia. Cauſam autẽ huius gaudii exprimit dicens, In Spiritu ſancto Eſt enim Spiritus ſanctus quo charitas dei diffunditur in nobis, vt dictum eſt. Illud enim eſt gaudium in Spiritu ſancto quod charitas parit, puta cum aliquis gaudet de bonis Dei & proximorum. vnde alibi dicit. Charitas non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati, & alibi, Fructus autem ſpiritus charitas, gaudiũ, pax. Hæc tria quæ hic tanguntur imperfectè in hac vita habentur Perfectè autẽ quando ſancti poſſidebunt regnum ſibi paratum,

C ibi erit perfecta iuſtitia abſq; omni peccato, ibi erit pax abſque omni perturbatione timoris, ſecundum illud, Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. Tertiò probat quod in his regnum Dei conſiſtit, ille enim homo videtur ad regnum Dei pertinere qui placet Deo, & a ſanctis hominibus approbatur Sed in illa cui hoc contingit inuenitur iuſtitia, pax, & gaudium, ergo in his eſt regnum Dei, ait ergo: Dictum eſt quod regnum Dei eſt iuſtitia, pax, & gaudium in ſpiritu ſancto. Qui ergo in hoc ſeruit Chriſto, qui eſt rex huius regni, ſecundum illud, Tranſtulit nos in regnum dilectionis ſuæ, vt ſcilicet viuat in iuſtitia, pace, & ſpirituali gaudio. (Placet Deo) qui eſt huius regni author, ideo Sap. 4. Placens Deo factus dilectus (& probat eſt hominibus) id eſt, ab hominibus qui ſunt huius regni participes approbatur, ſecundum illud, Qui probatus eſt in illo & perfectus inuentus eſt.

Mat. 6.

1. Ethic. Sup 5.

1. Cor. 13. Mat. 25.

Eſa. 32.

Col. 1.

Eccle. 31.

Itaque quæ pacis ſunt, ſectemur, et quæ ædificationis ſunt, inuicem cuſtodiamus.

HIC infert concluſionem intentam, dicens Ex quo regnũ Dei conſiſtit in iuſtitia, pace, & ſpirituali gaudio. Itaque vt ad regnum peruenire poſſimus ſectemur ea quæ pacis ſunt, id eſt, ea ſtudeamus implere per quæ pacem Chriſtianorum conſeruemus, ideo alibi. Pacem ſequimini & ſanctimoniã, &c. (Cuſtodiamus ad inuicem ea quæ ſunt ædificationis) id eſt, ea per quæ inuicem nos ædificemus id eſt, bonum conſeruemus & in melius prouocemur. Vnde ad Corinthios ſcribens ait, Ad ædificationem, Eccleſiæ quærite vt abundetis. Quod quidem fiet ſi in iuſtitia, & ſpeciali gaudio vixerimus.

Heb. 12. 1. Cor. 14.

Noli propter eſcam deſtruere opus Dei.

A

HIC adiungit aliam rationem quæ ſumitur ex reuerentia diuinorum operum, quibus hoc reuerenter debemus, vt ea quæ Deus operatur non debeamus deſtruere propter aliquod commodum corporale, & hoc eſt quod dicit, Noli propter eſcam, quæ ad corporis vtilitatem pertinet (deſtruere opus Dei,) Quod quidem intelligitur de quocunque opere Dei. Nam omnia quę in cibum hominis veniunt Dei opera ſunt, prout terræ naſcentia, & animalium carnes, quæ ſunt hominibus cibum a Deo conceſſa, Sed intelligitur de opere gratię quod Deus in nobis ſpecialiter operatur, ſecundum illud, Deus enim eſt qui operatur in nobis velle & perficere, Gen 1. et 9

pro sua bona voluntate. Hoc igitur opus Dei non debemus destruere propter
escam nostram, prout facere videbantur illi qui cum turbatione & scandalo proxi
morum indifferenter vtebantur cibis.

TERTIA PARS COMMENTI XIIII. CAPITIS.

Omnia quidem sunt munda. Sed malum est homini qui per offendiculum manducat.

IN hac.3. huius cap. parte Apostolus ostendit quo modo omnes cibi secundum
suam naturam sunt mundi, tamen per accidens possunt fieri immundi siue redde-
re vsum malũ & immũdũ dupliciter. Primò quãdo quis vtitur in scandalũ proxi-
morum. Secundo quando quis vtitur contra conscientiam. Dicit ergo primo. Om-
nia quidẽ, scilicet, quæ ad escam hominis pertinere possunt, immũda sunt, scilicet,
Mat.15. ex sua natura, quia ex sua natura non habent quod animã hominis inquinent, secũ
1.Ti.4. dum illud. Nõ omne quod intrat in os coinquinat hominẽ. & illud. Omnis creatu
Gen.1. ra dei bona est. Vidit enim Deus cuncta quæ fecerat, et erãt valde bona. Et quãuis
Leuit.11. aliqua in lege dicerẽtur immũda, nõ tamẽ erãt immunda natura, sed significatione,
Act.10. vt dictũ fuit in principio huius cap. Sed hanc immundiciam Christus remouit im B
plendo veteris legis figuras. Vnde dictum est Petro. Quod deus purificauit tu cõ
mune, id est, immundũ ne dixeris. Potest tamen cibus fieri hominis immundus, sic
quod ex eius vsu inquinetur secundum animam, id est, peccet. Primo quando quis
Mat.18. vtitur cibo cum scandalo pusillorum, & hoc est quod dicit Sed malum. &c. Vnde
Christus. Væ homini illi per quem scandalum venit. Secundo efficiuntur aliqui ei
bi immundi quantum ad vsum, propter prohibitionem ex rationabili causa factam,
vt lignum scientiæ boni & mali, & carnes tempore ieiuniorum.

Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus scandalizatur, aut infirmatur.

HIC ostendit quid circa huiusmodi ciborum vsum sit bonum, dicens. Bonum
est, &c vel propter carnis concupiscentiam domandam, maxime his qui sunt procli
ues, secundum illud. Nolite inebriari vino in quo est luxuria, vel ad vacandum con
Ephe.5. templationi, secundum illud. Cogitaui in corde meo vt a vino abstraherem carnẽ
Eccle.2. meam, vt animum meũ transferrem ad sapientiam, deuitaremq; stultitiam. Vel ad
placandum diuinam iram, & ad pœnitentiam peragendam, vt Daniel in ieiunio
Dan.10. trium hebdomadarum, qui dicebat Panem desiderabilem non comedi, & caro & vi
num non introierunt in os meum, vel etiam vt hic specialiter intendit, cum proxi-
morum scandalo. Vnde subdit. Neq; in quo frater tuus scãdalizatur aut infirmatur,
quasi dicat. Nõ solũ dico de vino et carnibus quod bonũ est eis nõ vti cũ scandalo
proximorũ, sed etiam quocunq; alio cibo cum frater tuus offenditur, commotus con
tra te quasi illicite agentem, per quod pax eius perturbatur aut scandalizatur, id est
ad casum peccati prouocatur propter quod lęditur eius iustitia, aut infirmatur.
vel saltem in dubitationem venit, an hoc quod agitur sit licitum propter quod eius
spirituale gaudiũ diminuitur. Vnde & ipse Apost. dicit. Si esca scandalizat fratrem
1.Cor.8. meum, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Sed cũ
licitum sit his cibis vti, scilicet, est abstinendum ab eis, vt vitetur scandalum proxi-
morum, pari ratione videtur quod sit abstinendum ab omnibus licitis, quæ non
sunt necessaria ad salutem, vt vitetur scandalum. Et sic non licebit homini repete C
re sua si proximus scandalizetur. Dicendum quod si scandalum procedat ex infir-
mitate & ignorantia, debet homo quantum potest tollere, & reddere rationem, &
interim cessare vel differre donec attenta & pacata cesset infirmitas & ignoran-
tia. Si vero pacata passione, & reddita ratione adhuc scandalizaretur, iam non
esset

esset scandalum pusillorum sine ex infirmitate, sed Pharisaeorum ex malitia: propter quod nō tenetur quis abstinere à licitis & honestis ac vtilibus sibi. Vnde Christus respondens Apostolis dicentibus. Scis quod Pharisaei audito hoc verbo scandalizati sunt, dixit. Sinite eos caeci sunt, & duces caecorum. Mat. 15.

Tu fidem quam habes apud temetipsum, habe coram Deo.

EXCLVDIT hic quandam excusationem. Posset enim quispiam dicere, licet proximus meus scādalizetur ex hoc quod ego indifferēter cibis vtor, licet tamē mihi ad ostēsionē fidei meae, per quā certū est hoc mihi licere, hoc excludit Apost. dicens (fidem habes) scilicet rectā (penes temetipsum) per quam constat tibi licitū esse vti cibis istis, bona quidē et laudabilis est fides ista, sed habeam in occulto corā Deo, cui talis fides placet, secundum illud Beneplacitum est Deo fides & mansuetudo, quasi dicat. Non oportet quod fidem istam manifestes per operis executionē, vbi est periculum scandali proximorum. Si obiiciatur illud quod dixit sup. 10. Corde creditur ad iustitiā, ore autem fit confessio ad salutem, ex quo videtur quod non sufficiat habere fidem in corde occulte, sed quod oporteat manifestare confitendo. Dicendum quod ea quae sunt fidei quaedam sunt quę non sunt perfecte per Ecclesiā manifestata, sicut in primitiua Ecclesia. nōdū erat perfectè declaratū apud homines quod illi qui erant ex Iudaeis conuersi non tenerentur legalia seruare, & quemadmodum tempore D. Aug. non erat per Ecclesiam declaratum quod anima non erat ex traduce. Vnde in huiusmodi sufficit homini quod fidē habeat coram deo, nec oportet quod fidem suam propalet cum scandalo proximorum, nisi forte apud eos qui habent de fide determinare. Quaedam verò sunt per Ecclesiam determinata, & in talibus non sufficit fidem habere coram deo, sed oportet quod coram proximo quis fidem confiteatur, quantumcunq; ex hoc aliquis scandalizetur, quia veritas doctrinae non est dimittenda propter scandalum, prout nec Christus veritatem suae doctrinae propter Pharisęorum scandalum dimisit. Quod intelligendum est vbi necessitas vel vtilitas occurrit, vt dictum est supra. Sciendum etiam est quod licet circa talia oporteat quod homo fidem suam manifestet confessione verborum, non tamen oportet quod manifestet eam executione operis, quemadmodum, scilicet, aliquis fidem habet quod vti matrimonio est licitum, non requiritur ab eo quod ipse matrimonio vtatur ad fidei manifestationem. Et sic etiam non requirebatur ab his qui tenebant fidem habebant, quod fidem suam vsu ciborum manifestarent. Eccle. 1. Mat. 19. Sup. 10.

Beatus qui non iudicat seipsum in eo quod probat.

HIC ostēdit quo modo ciborū vsus efficitur aliquibus immundus, eo quod est contra conscientiam. Et primo ostendit quid circa hoc sit bonum, vt scilicet de eo quod homo facit non habeat consciētiam remordentem, dicens (Beatus homo qui non iudicat semetipsum) id est, cuius cōscientia ipsum non reprehendit vel condemnat, [in eo quod probat,] id est, approbat esse faciendum, sed hoc est intelligendum si recta fide approbet esse aliquid faciendum. Si autem falsa opinione approbat aliquid esse faciendum, puta si arbitretur se obsequium praestare Deo, de hoc quod discipulos Christi interficit, non excusatur ex eo, imo beatior esset si eum circa hoc conscientia reprehenderet, quia per hoc amplius a peccato retraheretur. sed Apost. hic intelligit de his quae licita sunt, hoc enim ad gloriam hominis pertinet quod eū sua conscientia non reprehendit, iuxta illud. Gloria nostra haec ēst testimonium conscientiae nostrae. Ioan. 16.

Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est.

HIC ostendit quod si contra consciēntiam quis agat et vtatur cibis illis, peccata dicēs. [Qui autē discernit,] id est, qui habet opinionē falsā quod oporret cibos discernere, [si manducauerit,] cibos quos reputat esse illicitos, [damnatus est,]

 id est,

id est, damnatione dignus est & peccat, quia habet voluntatem faciendi quod est illicitum, & sic delinquit proprio iudicio condemnatus.

Quia non ex fide, Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.

HIC assignat rationem quare taliter vtens cibis peccat, dicens, [Quia non ex fide.] Potest autem fides hic dupliciter accipi. Vno modo pro fide, quæ est virtus. Alio modo secundum quod fides dicitur conscientia. Et hæ duæ acceptiones nō differunt nisi secundum differentiam particularis & vniuersalis, id enim quod vniuersaliter fide tenemus, puta vsum ciborum esse licitum vel illicitum, conscientia applicat ad opus quod fit, vel est faciendum. Dicit ergo quod ille qui manducat & discernit, ideo est damnatus, quia hoc non ex fide, sed contra fidem .i. veritatem fidei & contra conscientiam facit. Sine fide enim impossibile est placere Deo. Et quod hæc sit sufficiens causa condemnationis, ostendit subdens, [Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.] Ex quo videtur p out dicitur in glo. quod omnis infidelium vita peccatum sit, quemadmodum omnis vita fidelium est meritoria, inquantū ad Dei gloriam ordinatur, secundum illud, Siue manducatis siue bibitis, siue aliud quid facitis, in gloriam Dei facite. Sed dicendum quod aliter se habet fidelis ad bonum, & infidelis ad malum. Nam in homine qui habet fidem formatam nihil damnationis est quantum ad culpam, in infideli autem cum infidelitate est bonum naturę. Et ideo cum aliquis infidelis ex instamine rationis aliquod bonum facit non referendo ad malum finem non peccat. Non tamen opus eius est meritorium, quia non est gratia informatum. & hoc innuit Glo. cum dicit, Nihil bonum est sine summo bono, id est, nullum bonum est meritorium sine gratia Dei, & vbi deest cognitio vitæ æternæ & incommutabilis veritatis quæ habetur per fidem, falsa virtus est in optimis moribus, inquantum, scilicet, non refertur in finem beatitudinis æternæ. Cum verò homo infidelis aliquid agit ex eo quod infidelis est, manifestū est quod peccat. Et sic intelligendū est omne quod non est ex fide, &c. id est, omne quod est contra fidem vel conscientiam, peccatum est. & si ex genere suo bonum esse videatur, puta si Paganus ad honorem deorū suorum virginitatem seruet, aut eleemosynam tribuat indigenti, peccat. Quia coinquinatis & infidelibus nihil mundum, sed inquinatæ sunt eorum mens & conscientia, Si verò actu non referant, licet referant habitualiter, nō tamen propterea peccant dando eleemosynam propter pietatem naturalem cū cæteris debitis circumstantiis, sed bene moraliter agunt. Non enim ad actum moraliter bonum requiritur relatio actualis in vltimum finem, nec habitualis, imò nec virtualis, sed sufficit aptitudinalis, scilicet, quod sit aptus natus referri. Si dicatur quod quemadmodum fidelis primo actu charitatis per fidē refert se, & omnia opera sua futura in Deum, virtute cuius relationis cætera bona in gratia facta sunt meritoria, etiā si actualiter non referant. Sed infideles per primum actū infidelitatis suę, retulerunt se & omnia sua opera futura in idolū suum, sequitur ergo quod omnia opera sequētia illam relationem erunt peccata, virtute illius relationis, prout bona opera facta in gratia. Negatur consequentia, quia omnia bona opera ex se sunt ordinabilia in Deum, ideo sufficit prima relatio vniuersalis, in qua continentur virtualiter omnia bona opera futura in existente in gratia. Sed opera bona non sunt ex se referibilia siue ordinabilia in idolum, sed solum ex malitia referentis. Ideo ad hoc quod sint peccata non sufficit relatio virtualis vel habitualis, sed requiritur actualis, cum ex se sub illo fine non contineatur. de his amplius in nostris institutionibus theologicis.

Heb 11. 1. Cor. 10. Sup. 8. Ad Tit. 1. 14. 3. § 7. vers. 5.

EPITOME XV. CAPITIS.

IN hoc cap. Apostolus continuando doctrinam huius Gratiæ Primò docet quomodo maiores & perfectiores in fide debent sustinere imbecillitates infirmorum, & non sibi placere. Probat exemplo Christi authoritate Psal. corroborato. & quia illud videtur arduum, subiungit orationis suffragium admonendo ad charitatiuam

sust.e-

susceptionem ad inuicem, exemplo Christi, qui non solum Iudæos sed etiam & Gentiles suscepit, confirmat authoritatibus Psal. & Esa. qui prænunciauit futurum Christi regnum in Gentes, & spem illorum in ipsum, cuius abundantiam & virtutem precatur. Secundo ibi, [Certum sum, &c.] scribit quædam familiaria ad personam suam excusando se de præsumptione, quæ ei a Romanis ascribi poterat, ex eo quod eos instruere & reprehendere præsumpserat, assignando causam cur ita fecit, authoritatem, scilicet Apostolicam, cuius fructus magnitudinem ex multi-
A tudine locorum, in quibus prædicauit in obedientia & virtute signorum Christo
C attribuit, deinde ostendit difficultatem hunc fructum faciendi prænunciatam ab Esaia. Tertio ibi, [Propter quod, &c] excusat se de dilatione visitationis eorum, narrando visitationis impedimentum, visitandi propositum, & causas quare differebat visitationem præfixo termino, quo erat ad eos venturus, prænunciat etiam suæ visitationis fructum, tandem postulat ab eis orationum suffragia, vt liberetur ab infidelibus & vt eius obsequium sit acceptum, inducens eos ex charitate fraterna, & Christi reuerentia, & Spiritus sancti dono. finaliter orat pro ipsis.

EXPOSITIO LITERALIS XV. CAPITIS.

DEBEMVS autem nos qui sumus firmiores,] id est, perfectiores in fide, [imbecillitates infirmorum,] id est, defectus ex fragilitate procedentes, [sustinere.] id est patienter ferre, supportare, & non exasperare, prouocare, aut scandalizare. [Et non nobis placere.] Ita scilicet vt semper velimus impleri quod nobis placet, & quæ nobis vtilia videantur. [Vnusquisque vestrum,] firmorum in fide, [proximo suo placeat,] id est, placere & condescendere studeat. [ad ædificationem,] id est, ad honorem Dei, & vtilitatem proximorum, vt ipsi ædificentur & proficiant in fide & charitate. [Et enim Christus,] qui est caput nostrum, & quem imitari debemus [non sibi placuit,] i quod placeret carni non fecit, sed quæ erāt sibi contraria pro nostra salute pati elegit. [Sed sicut scriptum est] per Psal. ex persona Christi dicentis, [Improperia,] scilicet Iudæorum, [improperantium tibi,] id est, te blasphemantium & veritati tuæ doctrinæ contradicentium, [ceciderunt super me,] id est, oppresserunt me [Quæcunque enim scripta sunt.] in sacra scriptura vel vniuersalibus Ecclesiæ conciliis de Christo vel de eius membris, deque eorū moribus & doctrina, [Ad nostram doctrinam scripta sunt,] vt eos imitemur & per ea scripta doceamur compati proximis, [vt per patientiam & consolationem scripturarum,] quas, scilicet patientiam & consolationem scripturæ continent, [spem habeamus] perueniendi ad vitam æternam prout sancti peruenerunt. [Deus autem patientiæ & solatii,] scilicet, dator, qui spiritualem consolationem largitur, det vo-
B bis idipsum sapere in alterutrum,] id est, ut differenter idē sapiatis, [vt vnanimes,] id est, in eadem voluntate existentes per fidei & charitatis consensum, [vno ore,] id est, vna oris confessione, [honorificetis Deum,] creatorem omnium [Patrem domini nostri Iesu Christi,] per quē nos sibi in filios adoptauit [Propter quod suscipite inuicem,] scilicet in infirmitatibus vestris secundum charitatis affectum vnus sustineat & supportet alium, sicut se vult sustineri, & alium suscipiat adiuuandum & promouendum [sicut & Christus,] benignē, [suscepit vos,] infirmos corporaliter & spiritualiter in protectionem & curam suam vt promisit, & hoc, [in honorem Dei,] in quem omnia referebat vt eum honorificaret. [Dico enim Christū Iesum ministrum fuisse circuncisionis,] id est, Iudæis qui circuncisi erant, prædicator, [propter veritatem Dei,] vt scilicet, Dei promittentis comprobarentur. vnde subiungit, [ad confirmandas promissiones patrum,] vt scilicet per hoc implerentur promissiones patribus factæ præcipuē Abrahæ, Isaac, & Iacob, [Gentes autem super misericordia,] eis per Christum exhibita, [honorare Deum,] scilicet debent, quia licet eis non prædicauerit, misit tamen Apostolos & discipulos ad prædicandum mysterium fidei in Gentibus, [sicut,] id est, prout de hac misericordia, [scriptum.] id est prænunciatū est: [Propterea cōfitebor tibi in Gentibus.] id est, pro cōuersione Gentiū per me facta, [& nomini tuo cātabo,] noua quadā mētis lætitia, & exultatione,

Marginal references: Gal. 6. (beside "sustinere"); 1. Cor. 10 (beside "proximo suo placeat"); Psal. 68. (beside "sibi contraria"); 2. Cor. 13. and 2. Cor. vlt. (beside "scripta doceamur"); Esa. 42. (beside "sustineat & supportet"); Psal. 17. (beside "Gentes autem super misericordia").

ſa 55. vel faciam quod tibi Gentes confiteantur confeſſione fidei,[& iterum dicit] ſcri-
ſa 9. ptura in Eſa [Lætamini Gentes cum plebe eius,] id eſt, ſimul communem exulta
ſal. 118. tionem aſſumite cum Iudæis, qui olim erant plebs mea.[Et iterum Dauid, Lauda
ſa 11. te Dominum omnes Gentes,& magnificate eum omnes populi. Et rurſus Eſa] ad
ſal. 2. confirmandum ait,[Et erit radix Ieſſe] id eſt,ex radice Ieſſe patris Dauid,& qui exurget a morte [regere Gentes.] per ipſum [in eo Gentes ſperabunt. Deus autem ſpei]id eſt,qui nobis hanc ſpem infudit,vel in quo ſperandum eſt [repleat vos omni gaudio & pace,] ſcilicet ſpirituali,[in credendo.] id eſt, vt in hoc quod credi
.Cor.9. tis etiam pacem , & gaudium habeatis [Vt abundetis] in ſpe, & virtute Spiritus
np.5. ſancti,per virtutem & gratiam Spiritus ſancti,quæ diffuſa eſt in cordibus veſtris.

SECVNDA PARS XV. CAPITIS.

CERTVS ſum autem fratres mei , & ego ipſe.] qui ita loquor, [de vobis, quoniam,] idonei eſtis ad admonendum eos qui inter vos admonitione egent, quia [& ipſi pleni eſtis dilectione] repleti omni ſcientia humana,& diuina.[ita vt poſ-
Sal. 6. ſitis alterutrum vicisſim monere.] Cum enim in multis offendamus omnes, opor-
.Cor. 1 tet vt nos inuicē moneamus Vnicuique enim Deus mādauit de proximo ſuo,[au-
ac. 3. dacius] id eſt,ſecurius,[autem , fratres,] errores & defectus veſtros
cle.17. quæ rei reprehenſio mea præſumptioni aſcribi poſſet,& audax , ac temeraria iudicari,
leb.10. [ex parte,] id eſt,ab aliquibus ex vobis,vel ex parte epiſtolæ,in qua vos reprehendo Verumtamen non debetis ſic exiſtimare . Non enim ſcripſi vobis perfectioribus vt inſtruerem vos tanquam ignorantes,vel quod putarem vos defectuoſos, ſed [tanquam in memoriam reducentes vos.] eorum quæ ſciebatis vt rememorarem priſtinos dies in quibus illuminati magnum certamē ſuſtinuiſtis paſſionum. [per gra
Gal. 1. tiam] ſcilicet Apoſtolatus.[Quę data eſt mihi ,] a Deo, ſcilicet & non ab hominibus neque per hominem, ſiue ex debito officij mei ſcripſi vobis.[Vt ſim miniſter Chriſti in gentibus,] inter quas vos primatum tenetis [ſanctificans] id eſt,ſanctū eſſe oſtendens verbo, & prædicatione ac literis.[Euangelium Dei] quod peruenit ad vos vt fructificet in vobis,prout & in alijs Gentibus,& [Vt fiat oblatio Gentium accepta, & ſanctificata in Spiritu ſancto] id eſt , vt Gentes per miniſterium meum conuerſæ, quas per conuerſionem obtuli Chriſto quaſi quoddam ſacrificium , fiant acceptæ Deo per rectitudinem fidei perfectionem , & ſanctificatæ per charitatis opera [Habeo itaque gloriam in Chriſto Ieſu ad Deum] qui talem gratiam Apoſtolatus dedit mihi ex qua ſum fidelis miniſter Chriſtu Ieſu a quo & per quem accepi [Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Chriſtus ,]
Sap. 1. id eſt,non me iactito ne referto aliquid de fructu , quam per mē facto,quod per me factum non ſit vel ſeu apoſtoli faciunt [in obedientiam Gentium.]id eſt,pro eo quòd mihi Gentes obedire fide [in verbo & factis] id eſt, per fidelia verba & recta opera eos ad fidem allex [in virtute ſignorum] id eſt miraculorum minorum.[& prodigiorum]maiorum miraculorum quæ ex ſua excellentia aliquid magni protē dunt,ſiue oſtendunt [In virtute ſpiritus ſancti] qui interius in cordibus audientiū
Act. 10. operatur.[Ita vt ab Hieruſalem] vbi in principio conuerſionis meæ prę
Isa.2. dicaui in ſynagogis Iudæorum.[& per circuitum.] circunquaque.[vſque ad Illiricum repleuerim Euangelium Chriſti,] id eſt, omnia loca repleuerim prædicatione euangelij [ſic autem prædicaui Euangelium hoc,nō vbi nominatus eſt Chriſtus] id eſt , non apud illos qui nomen Chriſti non audierant [ne ſuper alienum fundamentum ædificarem,] id eſt,ea intentione volui prædicare his qui nomen Chriſti
Isa.3. non audierant , ne ſi præueni fuiſſent a doctrina Pſeudoapoſtolorum difficilius eos ad veritatem reducerem. & ſic conſecutum eſt, quod ſuper alienum fundamentum non ædificaui.[Sed ſicut ſcriptum eſt quoniam,] Gentiles [quibus non eſt annunciatum de eo.]ſcilicet Chriſto per Prophetias,videbunt res iam impletas.[Et qui] non,[non audierunt de eo,] ſcilicet Chriſto, [intelligent fidei veritatem].

Tertia

TERTIA PARS XV. CAPITIS.

PROPTER quod,] scilicet euãgelium in tot locis prędicandum, [impediebar plurimũ.uenire ad vos,et prohibitus,] id est, impeditus propter occupationes, vel per diuinam prouidentiam, a qua dirigebat in salutem aliorum. [Vsq; ad huc. Nunc. vero] peragratis omnibus hic locis, [vlterius locum non habens,] in quo necessitatem habeam permanendi, [in regionibus, cupiditatem autem hãbẽs veniendi ad vos, ex multis iam praecedentibus annis. Cum in Hispaniam proficisci
B coepero, spero quod praeteriens videbo vos,] vt scilicet aliquid impartiar vobis gratiae spiritualis, [& a vobis deducar illuc,] scilicet in Hispaniam. [Si vobis primũ ex parte fruitus fuero,] id est, si prius aliquanto tempore vobiscum consolatus fuero in Domino per eam, quae inuicem ad fidem vestrã, atq; meã. [Nunc igitur proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis,] id est, fidelibus qui venditis possessionibus, & pretio illarum ad pedes Apostolorum posito, imminente fame in penuria & egestate erant [Probauerunt enim Macedonia & Achaia,] id est, fideles vtriusq; regionis dignum esse iudicauerunt. [Collationem aliquam.] i. aliquam collectam & donationem temporalium bonorum, [facere in pauperes,] id est, in vsum pauperum [sanctorũ.] id est, fidelium iustorum, [qui sunt in Hierusalẽ. Placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorũ,] id est Iudaeorum, scilicet noritiae diuinae promissionũ & gratiae, [participes facti sunt Gentiles, debent & in carnalibus,] id est, temporalibus, [ministrare eis.] i. Iudaeis. [Hoc igitur cũ consummauero,] id est, perfecero opus administrationis, [& assignauero eis fructum hunc,] id est, eleemosynam Gentilium quae est quidam fructus conuersionis eorũ, [Proficiscar per vos in Hispaniam. Scio autem,] id est, certus sum ex fiducia diuinae gratiae, [quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Christi veniã] id est Christus abundantius suam benedictionem dabit vobis in aduẽtu meo [Obsecro ergo vos fratres per dominũ nostrũ Iesum Christum, & per charitatem spiritus sancti] i. quã diffundit in vobis spiritus sanctus, [vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad Deũ,] ne quod defero aliqui auferãt, & [vt liberer ab infidelibus qui sunt, in Iudaea,] qui praecipue me impugnãt & oderunt, [& obsequii mei oblatio,] id est, eleemosyna in qua eis ministro, [accepta,] id est, grata quasi sufficiens & non diminuta. [Fiat in Hierusalem sanctis,] vt ex hac prouocentur ad gratias agendũ deo, & ad orandum pro ipsis Gentilibus ad fidem conuersis a quibus recipiunt. [Vt veniam ad vos cum gaudio,] & hoc, [per voluntatem Dei & refrigerer vobiscum,] id est, vt refrigerium & alleuiationem tribulationum mearum ex vestra praesentia recipiam. [Deus autem pacis,] scilicet dator, [sit cum omni-
F bus vobis,] vt, scilicet per eum pacem & peccatorum remissionem habeatis, siue veniam siue non veniam, [Amen,] id est, fiat.

COMMENTVM XV. CAPITIS.

Debemus autem nos firmiores, imbecillantes infirmorum sustinere, & non nobis placere.

IN hac prima huius capitis parte Apostolus docet quo modo maiores & perfectiores debent infirmitates minorum & imperfectiorum sustinere. Et primo ponit conclusionem reiunctiuam initii praecedentis capitis, bipertitam in partem videlicet affirmatiuam, & partem negatiuam. Prima pars pertinet ad exteriorem actum. Vnde dicit [Debemus, &c.] quasi dicat, non solum debemus scandala minorum vitare, vt proximo capite dixit. verum etiam imbecillantes infirmorum sustinere, id est, patienter tolerare. Nec verò (vt adnotauit Orig.) censendus est hic Apostolus contrauenisse Sapientis documento Laudet te proximus tuus, & non os tuum Non enim laudis gratia in prima persona dixit non firmiores, sed humilitatis potius, vt cum aliis fateretur debitum obsequium sustinendi infirmos. Qua etiam de causa & si non se simpliciter pronunciet infirmum, ait tamen fa-
ctus

Supra. 1.
Exec. 2.
2. Cor. 9.
Prou. 27.
1. Cor. 9.

ctus sum infirmus (eorum infirmitates tolerando, & in ipsis eos iuuando) vt infirmos lucrifacerem. Quemadmodum enim in materiali ædificio eliguntur aliqua firmiora, ad sustinendum totum ædificii pondus, quod ex fragiliori materia superponitur, vt fundamenta erectæq; columnæ quibus pondus ac moles innititur, solidioraq; ligna, quibus totum ædificium illaqueatur, ita etiam in spirituali ecclesiæ ædificio non solum eliguntur, sed etiam fulciuntur aliqui firmiores, vt sustineant pondus aliorum. vnde Psal. Ego confirmaui columnas eius, vt infirmos & imbecilles, id

Psal. 74. est, infirmorum defectus & fragilitates cum patientia tollerent, & illos iuuando

Esa. 52. suis humeris importent, exemplo Christi qui languores nostros sponte tulit, & in-

Gal. 6. firmitates portauit. Ideo Apost. Alter alterius onera portate, sic adimplebitis legẽ Christi. Altera autem parte conclusionis negatiua submouet impedimentum, quod F
nobis obstat quo minus fratrum molestias æquo animo feramus, hoc obstaculum est proprius amor & sui ipsius complacentia, quæ pertinet ad actum siue intentionem interiorem, vnde dicit. [Et non debemus nobis placere,] ita, scilicet vt semper velimus illud impleri quod nobis placet, vel quod nobis vtile videtur. Ob hoc

1. Cor. 13. Apost sciens quod charitas patiens est, neque æmulatur, neque quærit quæ sua

1. Cor. 10. sunt, dicebat. Ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis vt salui fiant.

Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem:

EXPLICAT hic propositam exhortationem quantum ad secundam partem, qua vetuerat ne nobis placeremus, vt nemini videretur licentiam indulgere applaudendi per omnia amicis modum præscribit dicens. [Vnusquisque vestrum pro

Esa. 30. ximo suo placeat,] id est, condescendat in his quæ ei placent, non tamẽ in his quæ mala sunt, quod tamen quidam requirunt secundum illud, loquimini nobis placentia. Ideo subdit, [in bonum.] Similiter etiam non debemus intendere vt hominibus placeamus propter humanum fauorem vel gloriam. Quia dominus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent, sed ad honorem Dei, & vtilitatem proximorum. Vnde subdit, [ad ædificationem,] id est, propter hoc quod voluntati aliorum condescendentes ipsi ædificentur in fide & dilectione Christi, unde proximo cap. dixit. Quæ ædificationis sunt inuicem custodiamus.

Et enim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est improperia improperantium tibi, ceciderunt super me.

HIC ex duabus partibus propositæ exhortationis probat posteriorem, vt priorem concludat. Probat autem exemplo Christi, cuius actio nostra est instructio.

Ioan 13. Vnde & ipse dicebat. Exemplum enim meum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci & uos faciatis, ait ergo. Dictum est quod non debemus nobis placere secundum

Ioan. 13. nostram priuatam voluntatem. [Et enim Christus,] qui est caput nostrum, [nõ sibi placuit,] dum elegit pati pro nostra salute, quia ea quæ erant suæ propriæ voluntati contraria pati & sustinere voluit propter diuinam volũtatem, vnde dicebat. Non mea, sed tua voluntas fiat. Ad hoc autem exemplum corroborandum adducit

Mat. 26. authoritatem Psal dicẽtis, [Sicut scriptum est,] scilicet, a Dauid ex persona Chri

Psal. 68. sti dicentis ad patrem, ô pater improperia Iudæorum improperantium tibi, id est, A
te blasphemantium per sua mala opera, & per hoc quod veritati tuæ doctrinæ contradicunt, ceciderunt super me, quia eis proponebam & eorum mala opera redar-

Ioan. 15. guebam, vnde Christus, Sed oderunt me & patrem meum. Potest hoc etiam referri ad peccata totius humani generis, quæ omnia peccata sunt quodam modo improperia Dei, inquantum per ea lex Dei contemnitur. Vnde Esa. 1. Dereliquerunt do-

Esa. 53. minum, blasphemauerunt sanctum Israel. Sic ergo improperia improperantium

1. Pet. 2. Deo ceciderunt super Christum, inquantum ipse pro peccatis omnium mortuus est.

est. Posuit enim Deus in eo iniquitates omnium nostrum. Et peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum.

Quaecunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus.

OSTENDIT hic quod exemplum Christi in sacris literis scriptum & praenunciatū imitari debemus, dicēs [Quaecunque scripta sunt,] de Christo vel de
B membris eius, [ad nostram doctrinam scripta sunt,] Nulla enim necessitas fuit haec scribere, nisi propter nos vt ex his instruamur. Ideo ad Tim. scribēs, dicit, Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum & erudiendum, &c. Quid autem in scripturis ad nostrā doctrinā contineatur ostendit dicēs. [Vt per patientiam & consolationem scripturarum,] quas scripturae sanctae continent. Continetur enim in sacra scriptura patientia sanctorum in malis sustinendis Vnde D. Iacobus vlt. Sufferentiam Iob audistis continetur etiam in eis consolatio quam Deus eis exhibuit, secundum illud. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuae laetificauerunt animam meam. & D. Petrus pronunciat quae in Christo fuerunt passiones quod pertinet ad patientiam. & posteriores glorias, quod pertinet ad cōsolationem. Quem autem fructum ex hac doctrina suscipiamus ostendit, dicens. [vt spem habeamus,] Per hoc enim quod in sacra scriptura instruimur, eos qui patienter tribulationes propter Deum sustinuerunt, diuinitus consolatos fuisse, accipimus spem quod & nos consolabimur, si in ipsis fuerimus patientes, ideo Iob. 13. Et si occiderit me, in ipso sperabo.

2. Tim. 3.
1. Pet. 1.

Deus autem patientiae & solatii, det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum, vt unanimes uno ore honorificetis Deum & patrem Domini nostri Iesu Christi.

QVIA videtur arduum esse vt purus homo possit exemplum Christi imitari, secundum illud Quis est inquam homo qui possit sequi regem factorem suum, Ideo Apost. adhibet orationis suffragium, dicens. Deus autem patientiae, scilicet, dator, iuxta illud, tu es patientia mea, [& solatii,] id est, qui spiritualem consolationé largitur secūdū illud. Pater misericordiarū et deus totius cōsolationis, a quo oē datū optimū et oē donū perfectū [Det vobis idipsum sapere in alterutrū,] id est, vt inuicē idē sapiatis, cognoscatis et iudicetis, secūdū illud. Idē sapite, pacē habete. Non quidē secūdū consensum in peccatū, sed secundū Iesum Christū, qui est pax nostra qui fecit vtraq; vnum, vt per hoc quod idē sapitis, [vnanimes,] existentes per fidei, & charitatis cōsensum vnanimes habitetis in domo, [Vno ore.] i. vna oris confessione, quae ex vnitate fidei procedit. vt per conformitatem cordis et oris [honorificetis Deū,] omniū creatorē, idipsum etiā existentē [patrē domini nostri Iesu Christi,] per quē nos sibi in filios adoptauit. Qui enim honorificauerit dominū, honorificabitur ab eo, iuxta illud. Qui honorificauit me, honorificabo eum.

Eccle. 2.
2. Cor. 1.
1. Cor. vlt
Ephe. 2.
C
1. Reg. 2.

Propter quod suscipite inuicem.

HIC declarat priorem partem admonitionis praemissę in fronte huius cap. in qua dixerat quod firmiores debent imbecillitatem infirmorū sustinere, quia ea quę scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, scilicet exempla Christi & sanctorū qui se inuicem susceperunt. Ideo nos inuicem suscipere debemus, vt scilicet, vnus secundum charitatis affectum sustineat quae sunt alterius, sicut & vult se sustineri quantum charitas permittit. & vt vnus etiam alium iuuet, & promoueat, vt praedixit. infirmum in fide suscipite.

Su. 14.

Sicut et Christus suscepit vos in honorem Dei.

Esa. 42. Luc. 1. Ioan. 8. HIC assignat pro ratione exemplum Christi dicens, [Sicut & Christus suscepit vos,] scilicet, in sua protectione, & cura, secundum illud. Ecce seruus meus suscipiam eum, & illud. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ, & hoc [In honorem Dei,] in quem omnia referebat, iuxta illud, Honorifico patrem meum. Ex quo datur intelligi quod & nos debemus inuicem suscipere, in his quæ pertinent ad honorem Dei. C

Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis, propter ueritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum.

HIC declarat quo modo Christus suscepit nos. Et primo quantum ad Iudæos rationem assignat, ait ergo, dictum est quod Christus suscepit vos qui estis congregati in vnitatem fidei ex Iudæis & Gentibus, hoc patet quantum ad vtrosque, & primo quantum ad Iudæos, [Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis,] id est, Iudæorum circuncisorum. Est enim ipse author fidei quantũ ad omnes, secundum illud. Aspicientes in auctorem fidei, &c. Sed in propria persona non se exhibuit semetipsum nisi Iudeis, secundum illud. Non sum missus nisi ad oues, quę perierunt domus Israel. & Esa. 65. Non audietur vox eis foris. Et hoc quidem propter veritatem Dei, vt scilicet, veritas Dei comprobaretur. Est enim Deus uerax. Vnde subdit, [ad confirmandas promissiones patrum,] id est, vt per hoc implerentur promissiones patribus factę, secundum illud. Sicut locutus est ad patres nostros. &c. & illud Quotquot sunt promissiones Dei, in illo est.

Heb. 12. Mat. 15. Sup. 3. Luc. 1. 2. Cor. 1.

Gentes autem super misericordia honorare Deum.

HIC ostendit Gentes etiam esse susceptas a Christo, dicens, [Gentes, &c.] quasi dicat, dictum est quod Christus suscepit Iudæos propter veritatem Dei, vt promissiones patrum implerentur, Gentibus autem non erant promissiones factæ, ideo hoc non habet locum quantum ad Gentes, quæ fuerunt per misericordiam susceptæ, ideo dicit. Gentes autem debent honorare Deum super misericordia eis exhibita per Christum. Quia licet eis personaliter non prædicauerit, ad eos tamen suos discipulos misit, qui in Gentibus ministerium exercuerunt, sicut ipse exercuerat in Iudæis, iuxta illud. Euntes in mundum vniuersum docete omnes gentes, &c. Et illud, Illi autem profecti, prædicauerunt vbique, &c. De hac misericordia loquitur Psalm. dicens. Misericordia domini plena est terra, & D. Virgo. Et misericordia eius a progenie in progenies, &c. Sic ergo Apostol. conuersionem Iudęorum attribuit veritati diuinæ, conuersionem vero Gentilium, diuinæ misericordiæ. Si in oppositum obiciatur illud, Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Dicendum quod per hoc quo ascribit vocationem Gentium misericordiæ diuinæ non excludit veritatem, nec etiam attribuendo conuersionem Iudæorum veritati, non excludit misericordiam, cum Apostolus ex Iudęis natus, dicat. Misericordiam consecutus sum. Ex misericordia enim Dei fuit quod Deus patribus promissiones fecit de posteriorum salute. Similiter etiam ad veritatem diuinam pertinebat quod impleuit propositum suum de salute Gentium. Quod dicit esse sacramentum absconditum a seculis in Deo, sed aliquis modus veritatis, scilicet, pro impletione promissorum consideratur in conuersione Iudæorum, qui non consideratur in vocatione Gentium, quibus promissiones factæ non fuerunt. E

Mat. vlt. Mar. vlt. Ludic. 1. Psal. 24. 1. Tim. 1. Ephe. 3.

Sicut scriptum est, propterea confitebor tibi in Gentibus domine, & nomini tuo cantabo Et iterum dicit, lætamini gentes cum plebe eius. Et iterum, laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi, & rursus Esaias. Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes, in eum Gentes sperabunt.

CONFIRMAT hic quod dixit de cōuersione Gentium. Licet enim Gentibus non fuerit promissa vocatio ad fidem Christi, non tamen ex improuiso accidit, quia fuit prophetarum vaticiniis prænunciata. Inducit autem quatuor authoritates, quarum prima continet gratiarum actionem Christi ad patrem, pro conuersione Gentium per ipsum factam. Vnde dicit, Sicut scriptum est per Psalm. ex persona Christi, constitues me in caput Gentium, & insurgentibus in me Iudæis, exaltabis me ô Deus pater & ego Christus, Confitebor tibi in confessione gratiarum actionis in Gentibus id est, pro Gentium cōuersione per me facta. Et cantabo, quadam noua mentis exultatione, nomini tuo, quod eis manifestum est secūdum illud, Psal. 17.
F Manifestaui nomen tuum hominibus quod dedisti mihi, &c. Vel aliter confitebor tibi in Gentibus, id est, faciam quod tibi Gentes confiteantur tibi confessione fidei, iuxta illud, Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes [Et nomini tuo cantabo.] i. faciam quod Gentes cantent tibi canticum quod consistit in exultatione spiritus renouati, secundū illud, Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra Secunda authoritas continet adunationē Gentiū & Iudæorū Vnde subdit, [Et iterū dicit,] scilicet scriptura. Lætamini Gentes cū plebe eius, id est, simul communem exultationē assumite cū Iudæis, qui olim erant plebs eius. Vnde Esa 9. Lætabuntur corā te sicut qui lætantur in messe. Et Christus, Fiet vnū ouile & vnus pastor. Nostra autem litera habet lætamini cū Hierusalē, & exultate in eo omnes qui diligitis eam. Tertia authoritas continet deuotionem Gentilium. Vnde subdit, Et scriptum est in Psal. Laudate omnes gentes dominū, bonitatē eius cōfitēdo. prout idē prædixerat, A solis ortu vsq; ad occasum laudabile nomē domini [Et omnes populi magnificate eū,] Nō solū populus Iudæorū magnificet, id est, credat magnū, sic quod sua magnitudine omnem laudē excedat Vnde Sap. exaltate eum quantum potestis, maior est enim omni laude. Et Malach 1. A sol s ortu vsque ad occasum magnum est nomen meum in Gentibus Quarta authoritas continet reuerentiam Gentium ad Christum, vnde subditur, Et rursus Esa. ait, Erit radix Iesse, in quo prænunciat Christi originem ex semine Dauid nasciturum, Iesse namque fuit pater Dauid. Dicit ergo, erit radix Iesse ex cuius pullulatione Christus nascetur. Vnde dicit, Egredietur virga de radice Iesse, & flos, &c Vel Christus erit radix Iesse, quia licet ex Iesse processerit secundum carnis originem, tamen sua virtute sustentauit Iesse, & gratiam ei influxit Vnde supra dicit, non tu radicem portas, sed radix te, Deinde tangit Christi officium dicens [Et qui exurget,] in tantam gratiæ excellentiam, vt possit regere Gentes, eas diuino cultui subiugando, quod nullus ante eum facere potuit. Vndē prænunciatum fuit. Dabo tibi Gētes hæreditatem tuā, Reges eos in virga ferrea. Vltimo ponit Gentium ad Christum deuotionem, dicens, [In eum Gentes sperabunt,] vt, scilicet, per eum hæreditatem cœlestis gloriæ consequantur. Vnde D. Petrus, regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Christi ex mortuis. Psal. 66. Psal. 95. Esa. 35: Ioan. 10. Psal. 116. Eccle. 43. Esa. 11. Sup. 11. Psal. 2.
A 1. Pet. 1.

Deus autem spei, repleat vos omni gaudio & pace in credendo, vt abundetis in spe & virtute Spiritus sancti

HIC subiungit orationem dicens [Deus autem, &c] quasi dicat. Dictum est quod Gentes in ipsum sperabunt, Obsecro vt Deus spei, id est, qui nobis hanc spem infundit. Vnde ipsum Psal. Spem suam vocat dicens Spes mea domine, Vel Deus spei, id est, in quo sperandū est, [Repleat vos omni gaudio,] scilicet spirituali, quod est de Deo, iuxta illud, Gaudium enim domini est fortitudo vestra, per quam Nee. 8: Psal. 70.

bono in seipso & quo ad Deum & proximum est pacatus, Vnde Psal. Pax multa
Gal. 5. diligentibus legem tuam domine [In credendo,] quasi dicat, vt cum hoc quod cre
ditis etiam pacem & gaudium habeatis, quæ quidem sunt charitatis effectus, secun
Gal. 5. dum illud, Fructus autem spiritus sunt charitas, gaudium pax. Vnde patet quod
Iaco. 2. est a Deo qui est dator spei. Vnde optat eis Apostol. vt cum fide habeant charita-
tem, per quam fides operatur, ne fides eorum sit informis & mortua, cum fides si-
ne operibus mortua sit. Et sic per plenitudinem harum virtutum abundetis profi-
Sup. 5 ciendo de bono in melius, non solum in spe, sed etiam in virtute Spiritus sancti, id
2. Co. 9. est, in charitate, quæ in cordibus nostris diffunditur per Spiritum sanctum qui datus
est nobis. Vnde alibi dicit. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare fa-
cere in vobis.

SECVNDA PARS XV. CAPITIS.

Certus sum autem fratres mei & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere.

IN secunda huius capitis parte. Apostolus incipit eis quædam familiaria scribere. Et primo quædam pertinentia ad seipsum, pertractato enim & absoluto argumento quod proposuerat de fide & gratia euangelica, iam quasi in peroratione epistolæ more & stilo purgat se ab offensione, quam Romani sumpsisse poterant, quod asperius grauiorq; censura, quam par esset, eos per totam epistolam maximè hic circa finem reprehendisset, nimirumq; sibi ipsi vsurpasset authoritatis in ipsis eru- B dendis, ac si nulla fuissent instructi doctrina fidei. Hanc igitur notam abstergit, dicens, [Certus sum.] id est, hoc persuasum habeo ex his quæ de vobis audiui [ego ipse.] ut vestra vobis obiicio crimina, quoniam idonei estis ad admonendum, qui inter vos admonitione indigent. Ad hoc autem vt aliquis alium rectè moneat duo
Psal. 14. requiruntur. Quorum primum est, vt nõ ex odio vel ira, sed ex dilectione moneat,
Gal. 6. secundum illud, Corripiet me iustus in misericordia, &c. Et Apost. Vos qui spiri-
Sup 15. tales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Et quantum ad hoc dicit. Quo-
1. Cor 1. niam & ipsi pleni estis dilectione. Vnde Ezech. 10. Imple manum tuã prunis ignis, quæ sunt inter Cherubin qui est ignis charitatis. Secundò requiritur scientia veritatis, eo quod quidam habent zelum Dei in corrigendo, sed non secundum scientiam Ideo subdit repleti omni scientia, scilicet, humana & diuina, veteris & nouæ legis. Vnde alibi dicebat. In omnibus diuites facti estis in omni verbo & in omni scientia, & ex his sic concludit, ita vt possitis conuenienter per dilectionem & sciẽtiam alterutrum monere. Quia cum in multis offendamus omnes, oportet vt inui
Iac. 3. cem moneamus. Vnicuique enim Deus mandauit de proximo suo.

Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte, tanquam in memoriam uos reducens, propter gratiam quæ dat a est mihi a Deo, ut sim minister Christi Iesu in Gentibus, sanctificans Euangelium Dei, ut fiat oblatio Gentium accepta & sanctificata in spiritu sancto.

POSTQVAM excludit falsam causam scribendi, quod, scilicet, non fuerit motus ad scribendum, quod illos existimaret omnino corruptos moribus, seu doctrina vacuos, hic assignat veram causam quare monuerat. Et primò dicit quod hoc pertinebat ad authoritatem Apostolatus sibi commissam, dicens. [Audacius autem] id est, securius, [scripsi vobis,] errores & defectus vestros arguendo, quod quidem ad audaciæ præsumptionem posset ascribi, propter hoc quod offensionem vestram non timui, sequens dictum Iob qui dicebat de viro forti & constanti. Au-
Iob. 39. dacter in occursum pergit armatis Verum hæc præsumptio excusatur ex tribus. Primò ex conditione eorum quibus scribebat, quia & si inter Romanos essent ali- C

qui, respectu quorum talis reprehensio audax & præsumptuosa videretur, erant tamen aliqui qui agebant dura reprehensione propter contendentium insolentiam. Vnde ad Titum scribens dicebat, increpa eos durè. Et hoc innuit cum dicit. [Ex parte.] quasi dicat, non videtur mea scriptura esse audax quantum ad omnes, sed quantum ad aliquam partem vestrum. Vel potest intelligi ex parte epistolæ in qua eos reprehendit. Potest etiam intelligi ex parte Ecclesiæ, quæ scilicet mecum est. Secundo excusatur prædicta audacia ex intentione Apostoli, non enim scripsit eis tanquam instruens ignorantes, sed in memoriam reducens cognitorum, & hoc innuit dicens [tanquam in memoriam vos reducens,] quasi oblitos eorum quæ sciebatis, prout etiam Philippensibus scribens dicit, Occupati autem eratis, Et Hebræis, Rememoramini pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum. Tertio excusatur ex authoritate Apostoli, quæ hoc requirebat. Vnde subdit, [per gratiam,] scilicet Apostolatus mihi commissi. Vnde ad Corinthios scribens dicebat, Gratia Dei sum, id quod sum. Huius autem gratiæ primo describit authoritatem, cum dicit, [quæ data est mihi a Deo,] quasi dicat, non ab hominibus neque per hominem. Secundo declarat & specificat hanc gratiam, cum dicit, [vt sim minister Iesu Christi in Gentibus,] id est, vt seruiam Christo Iesu in Gentium conuersione. Vnde Corint. scribens dicebat. Sic nos existimet homo vt ministros Christi. & supra. Quandiu sum Gentium Apostolus ministeriũ meum honorificabo. Tertio ostendit huius gratiæ actum cum dicit, [Sanctificans Euangelium Dei] id est, sanctum esse ostendens, verbo, & opere bonæ conuersationis & miraculorum. Vnde Collos. scribens ait. In verbo veritatis Euãgelii quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est, & fructificat & crescit. Et Sap. Iusti sunt sermones mei. Quarto ponit finem huius gratiæ cum dicit. [vt fiat oblatio Gentium] id est, Gentiles per meum ministerium conuersæ, in quo quasi quoddam sacrificium & oblationem Deo obtulit, secundum illud, Et si immolor super sacrificium & obsequium fidei vestræ; gaudeo & congratulor omnibus vobis [fiat accepta,] scilicet Deo per rectitudinem. Vnde Psal. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta [& sanctificata in spiritu sancto.] id est, per charitatem & alia Spiritus sancti dona, secundum illud. Sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri.

Ad Tim. 1
Phil. 4.
Heb. 10.
E
1. Cor. 15.
Gal. 1.
1. Cor. 4.
Col. 1.
Prou. 8.

Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad Deum, Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Christus in obedientiam Gentium, verbo et factis, in virtute signorum atque prodigiorum, in virtute Spiritus sancti.

ET quia superiori sermone se per humilitatem adeo submisisse visus est vt minoris apud Romanos eius Epistola haberi posset, hic primo sancta commendatione suam attollit functionem, ne nimia humiliatio præiudicaret dignitati Christi. sit ergo [Habeo igitur, &c.] quasi dicat, Non cogiteris idcirco me ita gessisse humiliter, quod officiũ meũ erga vos non fuerit gloria dignum, sed id feci vt ostẽderẽ quod quicquid haberẽ gloriæ, id esse situm in Christo Iesu, cuius fungor authoritate, sed hæc gloria tandem refertur in Deum qui nobis eã donauit Vnde Psal. 113. Nõ nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Secundo excusat arrogantiam quam inuidi captantes verba Pauli possent illi ascribere, dicens. [Non audeo, &c.] Hãc excusationẽ intelligunt aliqui affirmatiuè in hoc sensu. Nõ audeo loqui nisi ea quæ per me fecit. Christus, quasi dicat, si audeo cõmemorare illa quæ gessi, non audeo tamen aliquid iactare quod non per me Christus effecerit, id est, non glorior de aliquibus rebus per me gestis tanquam meis propriis. Quia tunc inciderem in illam domini sententiam. Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Origenes hic dicit Apostol. velle dicere quod non vult commemorare aliena opera quæ non per ipsum fecit Christus, sed per alios Apostol. quasi quærens de alienis laboribus gloriam aucupari, sed illa propriè quæ per ipsum fecit, & huic sensui confert quod paulo inferius subiungit se prædicasse vbi non erat nominatus Christus, ne super alienum fundamentum ædificaret.

F
Ioan. 8.

Tertio

Tertio ponit ipſum fructum de quo gloriatur dicens [in obedientiam Gētium,] quaſi dicat. Gloria mea, hęc eſt ex eo quod feci Gentes obedire fidei, & euangelio, iuxta id quod ſuperius dixit ad obediendum fidei in omnibus Gētibus Vnde Pſal.
Sup. 1: 17. in auditu auris obediuit mihi Quarto oſtendit modum, quo Gentes ad hanc obe
Sup. 10. dientiam adduxerit Et quia fides ex auditu eſt, primo dicit in verbo, id eſt, per verbum prædicationis fide, Argumenta autem fidei prædicatæ, ſunt bona conuerſatio & exempla prædicantis. Et quo ad hoc ſubdit, [& factis,] quaſi ſcilicet per recta
Mat. 5: opera Gentes ad fidem allexi. Vnde Chriſtus. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt Et quia per opera miraculorum Deus dat teſtimonium doctrinæ prædicatæ, ſecundū illud. Domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Ideo
Mar. ult. ſubdit, in virtute ſignorum, puta per ſanationes ægritudinum & prodigiorum, id eſt maiorum miraculorum, quæ ex ſua magnitudine aliquid magni portendunt, id eſt, oſtendunt Sed omnia hæc non ſufficerent, niſi Spiritus ſanctus intus corda audientium ad fidem conuerteret. Vnde in actibus Apoſt. legimus. Quod loquente Pe
Act. 10. tro verba fide, cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, qui audiebant illum. Ideo ſub-
Heb. 2. dit in virtute Spiritus ſancti, & Hebræis ſcribens dicit. Conteſtante Deo ſignis, & prodigiis variis, Spiritus ſancti diſtributionibus.

Ita ut ab Hieruſalem, per circuitum uſque ad Illiricum, repleuerim Euangelium Chriſti.

HIC commendat officium ſuum ab amplitudine effectus, quæ amplitudo fuit eximia. Nam [ab Hieruſalem,] a qua vt ab Eſa prænunciatum fuit, exiuit lex & verbū domini, [vſque ad Illiricū,] quæ ſunt verba excellentis ſuperlationis, ab Hie
Esa 2. ruſalem enim ad Illiricum eſt maxima diſtantia, quia ab Oriente ad Occidentem Septētrionalē, eſt enim Illiricū idē quod Adriaticū mare. [repleuerim Euangeliū Chriſti.] i, omnia illa loca repleuerim prædicatione Euāgelii. Et ne aliquis intelligat, quod ſolū vidēs per rectā viā ab Hieruſalem in Illiricum prædicauerit Euangelium, ſubdit per circuitum, ſcilicet Gentibus circunquaq: prædicauit, nunc ad Septētrionem, nunc ad Meridiem obambulans. Nam ſi conſulas Coſmographos qui ex Actis Apoſtolorum, aliiſq; probatiſſimis hiſtoriis itinera Pauli & nauigationes optima fide collegerunt, comperies eum peragraſſe Arabiam, Syriam, Phœnicem, Samariam, Ciliciam, Lydiam, Pamphiliam, Lycaoniam, in qua Epheſus eſt, Phrigiam, Galatiam, Bithiniam, ac pene totam Aſiam minorem, atque huic Aegeo mari traiecto Macedoniam, in qua Theſſalonica eſt perueniſſe. Et Atticam Achaiam, in qua Corinthus eſt, ac meliorem Græciæ partem percurriſſe in Ciprum, Rhodum, Coum, Chion, & Cretum adnauigaſſe. Fulmen dixeris cœlo delapſum,
Iob. 38. quod in angulos omnes ferè mundi inſiliunt, igne euangelico omnia regens. Vnde ei competere poteſt illud Iob. Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum. Ppoſtmodum captus Hieroſolimis a Iudæis, appellauit tanquam Romanus ciuis ad Neronē Cæſarem. Vnde idcirco ereptus a militibus Romanis, per mare, & per terras, delatus eſt ad mare Adriaticum, cuius hic meminit, ac demum inde naufragiis reiectus eſt in Miletem, quæ eſt malta, vnde in Siciliam ad Demum in Italiam nauigauit.

Sic autem prædicaui Euangelium hoc, non ubi nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum fundamentum ędificarem.

HIC commendat munus prædicationis ſuæ a difficultate, difficile enim eſt omnino ignaros ad fidem conuertere, ait ergo [Sic autem prædicaui Euangelium, non
Psal. 17. ubi nominatus eſt Chriſtus,] id eſt, nō apud illos, qui nomen Chriſti audiuerant, de quibus Pſalm. Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi Et Eſa. 55. Ecce Gentes quas neſciebas, Gentes quæ te non cognouerunt ad te current, Subdit autem rationem, dicens. [Ne ſuper alienum fundamētum ædificarem.] Poteſt autem alienū fun-

fundamentum dupliciter intelligi. Vno modo doctrina hæretica, quæ est omnino aliena a veræ fidei fundamento, & sic hoc aduerbium,[ne.] ponitur causaliter. Ex enim intentione Apost. voluit prædicare illis, qui nomen Christi non audierant, ne si præuenti essent a doctrina Pseudoapostolorum, difficilius esset eos ad veritatem reducere. Vnde Christus Mat. 7. Stultus est qui ædificat domum suam super arenã, cui comparatur falsa doctrina. Alio modo, per alienum fundamentum potest intelligi, doctrina veræ fidei ab aliis prædicata, & sic hoc aduerbium,[ne,] accipitur consecutiuè. Non enim vitauit Apostolus prædicare illis, quibus ante Christus fuerat prædicatus. Nam vt habetur in actis Apo prędicauit in Antiochia, vbi D. Petrus & alii prædicauerant, & postmodum Romanis, ideo debet sic accipi prædicaui, id est, procuraui semper & me præmisi prædicare, non vbi nominatus est Christus, vel sic, id est, eo prædicapte his qui de Christo non audierant, consecutum est, vt non ædificaret super alienum fundamentum. Sed ipse iaceret prima fidei fundamenta. Vnde Corinthiis scribens dicebat, Vt sapiens Architectus fundamentum posui.

A — *Act.* 11. — 1 *Cor.* 3.

Sed sicut scriptum est, Quoniam quibus non est annunciatum de eo, videbunt. & qui non audierunt de eo, intelligent.

HIC ostendit quod prædicatio sua facta vbi. Christus non fuerat nominatus, & effectus eius prænunciata fuerat ab Esa. Propheta, dicẽs,[Sed sicut scriptum est, &c.] In quibus verbis Prophera videtur prædicere, quod Gentiles nobiliori modo essent peruenturi ad cognitionẽ Christi, quàm Iudæi, qui antea cognouerant. Ostẽdit ergo excellentiam quantum ad causam cognitionis, quæ duplex est, scilicet verba audita, & res visæ. Hi enim duo sensus, visus, & auditus plurimum ancillantur nobis ad comparandam rerum cognitionem. Visus via inuentionis, auditus verò per viam disciplinæ. Iudæis ergo peruenerunt in noticiam ministeriorum Christi per verba annunciata eis a Prophetis, secundum illud, Prophetæ quæ de futura in vobis erat gratia prophetauerunt, præscrutantes in quod, vel tempus significaret eis spiritus Christi, prænuncians eas quæ in Christo sunt passiones. Sed Gentiles huiusmodi mysteria, iam realiter impleta vident, ideo dicit,[Quoniam Gentes, quibus non est annunciatũ per Prophetas de eo,] id est, Christo, sicut fuit annunciatum Iudæis, videbunt res impletas. Vnde Christus, Multi Reges & Prophetæ uoluerunt uidere, quæ uos uidetis, & non uiderunt, &c. Secundo ostendit excellentiam quãtum ad modum cognoscendi, quia Iudæi ex annunciatione Prophetarum solum auditum habebant, secundum illud. Auditum audiuimus a domino, &c. Sed Gentiles ex uisione intellectum perceperunt. Vnde dicit,[Et qui non audierunt,] scilicet Gentiles qui non audierunt prænunciari Christum per Prophetas,[intelligent,] scilicet per fidei veritatem, de quo intellectu Psal. Et nunc Reges intelligite.

Esa. 2. — 1. *Pet.* 1. — *Luc.* 10 — B — *Abd.* 1. — *Psal.* 2.

TERTIA PARS COMMENTI XV. CAPITIS.

Propter quod impediebar plurimum uenire ad uos, et prohibitus sum, usque adhuc.

IN hac. 3. huius ca parte se excusat de dilatione visitationis. Et præponit præteritum visitationis impedimentum, ait ergo, Dixi quo modo prædicaui euangelium per multa loca in quibus Christus non fuerat nominatus,[Propter quod,] hactenus,[impediebar plurimum,] ex huiusmodi occupatione,[viuere ad vos.] Et istud impedimentum vsque nunc durauit, vnde subdit,[& prohibitus sum vsque adhuc,] quod quidem potest referri ad multitudinem occupationum, quas in aliis locis habuerat, vel etiam ad diuinam prouidentiam, per quam Apostoli impediebantur, ne peruenirent ad quosdam, quia dirigebantur in salutem aliorum, secundum illud, Transeuntes Phrigiam & Galatiæ regionem, vetati sumus à Spiritu sancto lo- *Act.* 19.

Act. 19. qui verbum in Asia. Vnde & supra. 1. dixit. Sæpe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc. Et hoc est quod dicit Iob de nubibus, per quas prædicatores intelliguntur. Lustrant cuncta per circuitum quocunque voluntas gubernantis direxerit.

Nunc vero vlterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens ueniendi ad uos, ex multis iam præcedentibus annis, cum in Hispaniam proficisci cæpero, spero quod præteriens uideam uos, & a uobis deducar illuc, si uobis primum ex parte fruitus fuero.

HIC manifestat propositum suum de eorum visitatione, dicens. Vsque modo prohibitus fui vos visitare. [Nunc verò,] iam peragratis omnibus his locis, [vlterius non habens locum,] id est, necessitaté permanendi, [in his regionibus,] in quibus iam per me fundata est fides, [cupiditatem habens veniendi ad vos, ex multis iam præcedentibus annis] Vnde Sup. 1. dixit, Desidero enim videre vos, vt aliquid impartiar vobis gratiæ spiritualis. [Cum in Hispaniam proficisci cæpero,] quo etiam ire intendebat, vt etiam in extremis terræ fundamenta fidei collocaret, secundum illud, Dedi te in lucem Gentium vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. [spero quod præteriens videam.] id est, videbo [vos] per quod dabat intelligere quod intendebat ad eos principaliter ire, quia reputabat eis sufficere doctrinam D. Petri, qui primus inter Apostolos fidem Romanis prædicauit. Et quia tunc Romani dominabantur in toto Occidente eorum auxilio & ducatu sperabat se in Hispaniam proficisci. Vnde subdit, [Et a vobis deducar illuc. intendebat tamen inter eos aliquam moram contrahere: Vnde subdit [si vobis primum ex parte fruitus fuero,] id est, consolatus fuero vobiscum, secundum illud. Simul consolari in vobis. & hoc [ex parte,] scilicet temporis, quia pro aliquo tempore intendebat cum eis conuersari. Si obiiciatur quod D. Augu. dicit, quod illis solis rebus fruendum est, quæ nos beatos faciunt, scilicet patre, filio, & Spiritui sancto. ideo inconuenienter dicit se fruiturum Romanis. Dicendum quod prout ibidem Augu. dicit, Homine in se non esse fruendum, sed in Deo, secundum illud ad Phile. Ita frater ego te fruar in Domino, quod est delectari in homine propter deum. Et sic intelligendum est quod dicit, [si primum fruitus fuero vobis,] scilicet in Deo. Vel quod dicit ex parte, potest referri ad bonos, quibus poterat frui in Deo Nam alia parte, scilicet malis non poterat frui, sed magis de eis dolere secundum illud, Ne cum venero humiliet me Deus apud vos, & lugeam multis ex his qui ante peccauerunt.

Isa. 49.

Sup. 1.

In libro de doct. Chri.

2. Cor. 8.

C

Nunc igitur proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia, & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Hierusalem, placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles, debent & in carnalibus ministrare illis.

D

HIC primo assignat causam quare differebat visitationem, dicens. [Nunc igitur proficiscar,] id est, non statim veniam ad vos, quia proficiscor [in Hierusalem ministrare sanctis.] Ad cuius intelligentiam sciendum est, quod illi qui ex Iudæis conuertebantur ad fidem venditis possessionibus, de illarum precio communiter viuebant, quod cum defecisset, quadam magna fame imminēte. Discipuli scilicet Christiani ex diuersis partibus mundi, prout quisq; habebat proposuerunt singuli mittere habitantibus in Iudæa. quod & fecerunt mittentes ad seniores per manus Barnabæ, & Pauli. Ministerium igitur sanctorum hic dicit misericordiam siue eleemosynam, quam fidelibus attulit in Hierusalem, secundum illud, quos probaueritis, hos mittam perferre gratiam vestram in Hierusalem, quod si dignum fuerit vt & ego eam, mecum ibunt. Secundo exponit quod dixerat de ministerio sanctorum,

Act. 4.

Act. 11.

1. Cor. ult.

sum, dicens,[Probauerunt enim,] id est,approbauerűt, [Macedonia & Achaia] id est, fideles vtriusque regionis,per me conuersi [collectionem aliquam facere,]ia est, aliquam collectam.[in pauperes sanctorum.] i.ad vsum pauperum Christi,qui sunt de numero sanctorű secundum illud, Da bono,& non recipias peccatorem,[qui sunt in Hierusalem]scilicet in paupertate viuentes.de quibus ad Corint.scribens di cit ; De ministerio quod fit in sanctos ex abundanti est mihi scribere vobis, Scio enim promptum animum vestrű de quo pro vobis glorior apud Macedones . Tertio assignat rationes dictorum , quarum prima est beneplacitum.Vnde dicit,[placuit enim illis.] Secunda est debitum. Vnde subdit,[& debitores sunt eorum,] reddenda autem sunt omnibus debita,rationem verò debiti assignat dicens [Nam si Gentiles participes effecti sunt bonorum spiritualium, quæ erant principaliter eorum,] id est, Iudæorum,id est, notitiæ diuinæ,promissorum & gratiæ,iuxta illud, Quorű est adoptio filiorum Dei,& gloria,&c . & illud,Socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es. Sunt etiam facti participes spiritualium eorum , per hoc illi prædicatores eis miserunt;[debent & incarnalibus ministrare eis,]secundum illud, In diuisione fortis da: & accipe. & Psal.Sumite Psalmum,id est,spiritualia , & date tympanum , id est,temporalia.Et ex hoc habetur quod debenter sumptus,non solum his qui prædicant,sed etiam his qui prædicatores mittunt. 2. Cor 9. Sup. 13. Sup 9. Sup. 11. Eccle. 14.

Hoc igitur cum consummauero,et assignauero eis fructum hunc, per uos proficiscar in Hispaniam.

E HIC præfigit terminum quo ad eos sit venturus dicens,[Hoc igitur,]scilicet ministerium sanctorum, [cum consummauero,& assignauero , eis fructum hunc,] id est, eleemosynam Gentilium qui est quidam fructus conuersionis eorum . Vnde Oseas. 10. Vitis fructuosa Israel fructus est ei adæquatus . Sed mirum videtur quod Apost.hic scripserit se in Hispaniam profecturum, cű nusquam legatur ipsum fuisse. Fuit enim captus in Hierusalem,& inde perlatus in vinculis,Romæ autem cum D. Petro martyrium consummauit. Quidam autem dicunt quod cum venisset Romam,permissum est Paulo manere sibimet, cum custodiente se milite.Et postea dicitur quod mansit biennio toto in suo conductu & in illo spacio,dicunt eum in Hispaniam fuisse. Verum quia hoc certum non est , melius dici potest quod Apostolus proponebat se facturum quod dicebat,& sic verba erat intelligenda quasi insinuătia eius propositum,& non futurum euentum qui erat occultus in diuina prouidentia. Ideo eum prædicere non poterat,nisi sub cőditione,de qua D.Iac Dicatis si Dominus voluerit,& si vixerimus faciemus hoc aut illud.Et sic etiam Apostolus se excusat ad Corinthios de eo,quod non fuerat ad eos prout promiserat dicens,Cum ergo hoc volui,nunquid leuitate vsus sum, aut quæ cogito, secundum carnem cogito,vt sit apud me est & nő,Et sic ex hoc quod ex iusta causa prætermisit facere quod promiserat se immunem a leuitate & carnalitate,ac falsitate dicit,vnde Gelasius Papa, Beatus inquit Paulus Apostolus non ideo,quod absit,fefellisse credendum est,aut sibi extitisse contrarius,quoniam cum ad Hispaniam se promisisset iturum dispositio ne diuina maioribus occupatus causis,implere non potuit quod promisit. Quantum enim ipsius voluntatis interfuit,hoc pronunciauit, quod re verba voluisset efficere, Quantum verò ad diuini secreta consilii,quæ vt homo non potuit(licet spiritu Dei plenus)agnoscere superna prætermisit,dispositione præuentus. Licet enim spiritum propheticum habuerit,tamen Prophetis non omnia reuelantur,Helisæus enim dixit de Sunamite Anima eius in amaritudine est , & Dominus celauit a me , & non indicauit mihi. Act. ult. Act. ult. Iaco.4. 1. Cor. 1. 22.quæ.2. 4.Reg.4.

Scio autem quoniam ueniens ad uos in abundantiam benedictionis Christi ueniam.

F RAENVNCIAT hic futurum visitationis suæ dicens,[Scio autem,]scilicet ex fiducia diuinæ gratiæ,[qm veniĕs ad vos in abűdătia benedictionis Christi veniă;] .i. Christus abűdătius suă bődictionĕ dabit vobis in meo aduĕtu , de qua Psal 8. Gen. 3a.

benedictione psal. Et enim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem. Et sic Laban dixit ad Iacobum, Experimanto didicj quod benedixerit mihi Deus, propter te.

Gen. 30.

Obsecro ergo uos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, et per charitatem sancti spiritus ut adiuuetis me in orationibus uestris, pro me ad deum, ut liberer ab infidelibus, qui sunt Idea, & obsequii mei oblatio accepta fiat in Hierusalem sanctis, ut ueniam ad uos, cum gaudio per uoluntatem Dei, ut refrigerer uobiscum.

HIC petit ab eis orationum suffragia. Et tria facit. Primo, inducit Romanos ad orandū pro se ex tribus Primo, ex suprema charitate, cum dicit. [Obsecro ergo vos fratres,] prout ad Philemonem scribens dicit, Propter charitatem autem magis obsecro Secundo ex reuerentia Christi, cuius ipse erat minister dicens. [per dominum nostrum Iesum Christum,] in quo omnes vnum sumus: Tertio ex dono Spiritus sancti, quod eius ministerio tradebatur. Vnde subdit, [& per charitatem Spiritus sancti,] quam Spiritus sanctus in cordibus nostris diffundit. Secundo petit auxilium orationis eorum dicens [vt adiuuetis me in orationibus vestris ad deū,]. scilicet pro me fusis, frater enim qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Hoc autem vt Glos. ait, non ideo dicit Apostolus, quod ipse minus mereatur quam alii minores, sed ordinem sequitur, primo quidē vt ab Ecclesia pro rectore suo fiat oratio, secundum illud. Obsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarū actiones pro omnibus hominibus. Pro regibus, & omnibus qui A sunt in sublimitate constituti, &c. Secundo quia dum multi minimi congregantur magis merentur. Et ideo impossibile est vt multorum preces non impetrent Vnde Christus; Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quacunque petierint, fiet illis a patre meo, qui est in cœlis. Tertio, vt dum multi orant, multi etiam gratias agant exauditi, secundum illud. Adiuuantibus vobis in oratione pro nobis, vt per multos gratiæ agantur Deo. Tertio, ponit ea quæ vult impetrari. Quorum primum pertinet ad hostes quos habebat in Iudæa. Vnde dicit. [ut liberer ab, infidelibus qui sunt in Iudæa,] qui præcipuè Paulum impugnabant, & odiebant, quia fiducialiter predicabat cessationem legalium, secundum illud. Audierūt de te, quod discessionem doces a Moyse, &c Secūdum pertinebat ad eos ad quorum ministerium ibat. Vnde subdit. [& oblatio obsequii mei,] id est, eleemosyna in qua eis ministro, [fiat accepta sanctis, qui sunt in Hierusalem,] vt scilicet ex hac prouocentur ad gratias agendum deo, & ad orandum pro ipsis Gentibus, a quibus recipiunt. Vnde Sap. Splendidum in panibus benedicent labia multorum. Tertium pertinet ad ipsos quibus scribebat. vnde subdit. [vt veniam ad vos in gaudio,] & hoc per voluntatē dei, contra quā nihil agere volebat. Vnde dicebat. Obsecrās si quo modo prosperū iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos, [& refrigerer vobiscum,] id est ex vestra præsentia refrigerium tribulationum mearum accipiā. [Deus autē pacis sit cum omnibus vobis, Amen,] Hic pro eis orat dicens. [Deus autem dator pacis sit cum omnibus vobis] per hoc, scilicet quod vos ad inuicem pacem habeatis. Vnde ad Corinth. scribens dicebat. idem sapite, & deus pacis & dilectionis erit vobiscū. Subiungit [Amen.] id est, fiat, secundum illud Psal. Et dicet omnis populus fiat, fiat, vbi in Hebræo habetur Amen, Amen.

Sup. 12.
Sup. 5.
Prou. 18.
1. Tim. 2.
Mat. 18
2. Cor. 1.
Act. 21.
Eccle. 31.
2. Cor. ult.

EPITOME XVI. CAPITIS.

IN hoc capite prout in præcedēti Apost. scribit quædā familiaria pertinentia ad alios. Et primo specialiter cōmēdat aliquos monens quid ad alios facere debeant & quid alii ad eos agant, et quibus ac quo modo salutationes exhiberi debent, assignande causas & rationes. Secundo ibi, [Rogo autem uos, &c.] hortatur Romanos

fidei,& assignat duas rationes quarum vna sumitur ex parte illorum quos vult vitari. Altera verò ex conditione Romanorum, qui se exhibebant faciles ad sequendum bonum & malum. Commendans eos de facilitate ad bonum, & reddens eos
B cautos contra malum, promittens diuinum auxilium contra deceptores. Tertio ibi,[Salutat vos,&c.]salutes mittit Romanis nomine eorum qui cum ipso erant in Achaia. Deinde absoluit epistolam per solennem gratiarum actionem, quam refert Deo, vt mos ei est in omnibus epistolis.

EXPOSITIO LITERALIS XVI. CAPITIS.

COMMENDO autem vobis Phœben sororem nostram,] scilicet in fide, [quæ fidelis est in ministerio ecclesiæ quæ est Chencris,] id est, in portu Corinthiorum vbi aliqui Christiani erant congregati, quibus ipsa de suis facultatibus ministrabat.[vt eam suscipiatis in Domino,] id est, propter honorem Dei [digne sanctis,]id est,sicut dignum est recipi sanctes [& assistatis ei] consilium, auxilium & fauorem præstando.[in quocunque negotio vestri indiguerit] habebat forte aliquid expedire in curia Cæsaris. [etenim ipsa quoque astitit multis & mihi ipsi] de suis facultatibus ministrando. [Salutate Priscam & Aquilam,] qui erat vir Priscæ[adiutores meos in Christo Iesu.]id est,in fide Iesu Christi prædicāda,apud eos enim Apo. Corinthi hospitabatur [Qui pro anima mea,]id est,vita mea [suas ceruices supposuerunt,] i. mortis periculo pro vita mea conseruanda se exposuerūt. Act.18 [Quibus non solum ego gratias ago sed & cunctæ ecclesiæ Gentium,] tanquam de salute seruata sui proprii Apostoli[& domesticam ecclesiam eorum,] id est, familiam quam vocat ecclesiam propter probatam fidem, & religionem illorum. [Salutate Epænetum dilectum mihi qui est primitiuus ecclesiæ Asiæ in Christo Iesu,] i.qui fuit primo conuersus ad fidem Christi in eccles a Asiæ, qui tunc erat Romæ [Salutate Mariam quæ multum laborauit in vobis,] ad hoc vt eos ad concordiam reuocaret.[Salutate Andronicum] qui cæcus erat & filius Iuliç. ideo subiungit [& Iuliam,] s. matrem [cognatos meos.] i. Iudæos ex tribu Beniamin. [& concaptiuos meos,] id est, qui mecum aliquando fuerunt in carcere detenti, [qui sunt nobiles in Apostolis,]i. inter prædicatores, [& ante me fuerunt in Christo Iesu,].i. prius conuersi fuerunt ad fidē Christi quàm ego. [Salutate Ampliatum dilectissimū mihi in Dño,]. i.in dilectione charitatis quæ est in Christo. [Salutate Vrbanū adiutorem nostrū & Stachin dilectū meū,] quos coniungit, quia forte simul habitabant vel aliqua alia necessitudine erant cōiūcti [Salutate Apellē probū in Christo Iesu,] i. approbatū à Christo forte per aliquas tribulationes. Mat 15. [Salutate eos qui sunt ex Aristoboli domo]in qua multi fideles erāt cōgregētur[qui sunt in Dño,]i,fideles [& baptizati] in Christo,ipsum verò nō salutat,quia forte erat absens.[Salutate Herodionē cognatū meū,] qui ex hoc dr̄ fuisse Iudæus. [Sa
C lutate eos qui sunt ex Narcissi domo] qui dicit̄ fuisse presbyter & peregrinabat̄ per deserta loca,vt fideles Christi confortaret in fide. Et quia in domo eius erant aliqui infideles,ideo ad discretionem illorum subdit, [qui sunt in Domino. Salutate Triphenam & Triposam quæ laborant in Domino,] id est,in ministerio sanctorū quod Dominus sibi reputat fieri.[Salutate Persidem charissimam quæ multum laborauit in Domino,]hortando alios & ministrando sanctis in paupertate ac etiam in multis aliis laboribus.[Salutate Ruffum electum in Domino,] id est, in gratia Christi, [& matrem eius] secundum carnem [& meam] beneficio, multa enim beneficia & obsequia exhibuerat Apostolo. [Salutate Asyncritum, Phlegontem Hermam, Patrobam, Hermem & qui cum eis sunt fratres,] quos simul salutat, quia simul concorditer habitabant. [Salutate Phylologum & Iuliam, Nereum & sororem eius & Olympiadem & omnes qui cum eis sunt sanctos,]i. in fide Christi sanctificato. [Salutate inuicem in osculo sancto,] & non libidinoso vel doloso. [Salutant vos omnes ecclesiæ Christi] id est, in nomine & fide Christi congregatæ,quia omnes salutem vobis optant & pro vobis orant.

ROGO autem vt fratres vt obseruetis,] id est, diligenter consideretis & cognoscere curetis, non ad sequendum vel imitandum, sed fugiendum & cauendum [eos qui dissentiones,] id est, diuisiones sectas aut schismata [& offendicula.] ex quibus sequuntur scandala [præter doctrinam quam vos didicistis faciunt, & declinate,] id est, separate vos [ab illis,] vt eorum falsam & erronem doctrinā fugiatis. [Huiuscemodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed suo vētri.] non enim prædicant propter gloriam Christi, sed propter quæstum vt uentrem suum impleant. [& per dulces,] id est, ornatos fucatos ac faleratos sermones in quibus sanctitatem & amicitiam prætendunt, [& benedictiones,] quibus, scilicet benedicunt & laudando ac adulando & se amicos fingendo & alios detrahendo, [seducunt corda innocentium,] id est, simplicium & imperitorum. [Vestra enim obedientia in omni loco diuulgata est,] id est, annunciata vniuerso mundo, eo quod tunc Roma erat caput orbis [Gaudeo igitur in vobis] quia, scilicet fidei obedistis et hoc in charitate [Sed volo vos sapientes esse in bono,] vt scilicet ei quod bonum est inhæreatis & teneatis. [& simplices,] id est, cautos [in malo,] ne faciliter illis credatis & ne per aliquam simplicitatem illis adhæreatis, aut aliquo modo declinetis [Deus autem pacis] scilicet dator qui dissensiones & diuisiones ac seductiones odit [conterat Satanam.] id est, diabolum & aduersarium vestrum [sub pedibus vestris,] quia, scilicet per vestram sapientiam eum vincetis. quod fiet [velociter] in aduentu meo [Gratia domini nostri Iesu Christi,] quæ sufficit adiuuendos vos a malis, sit [vobiscum] in aduentu meo.

Gal. 1.

Phil. 3.

Isa. 3.

1. Pet. 5.

TERTIA PARS XVI. CAPITIS.

SALVTAT vos Timotheus adiutor meus] in prædicatione euangelii.] & Lucius & Iason & Sosipater cognati mei,] quia Iudæi erant, scilicet vos salutant. [Saluto vos ego Tertius] nomine scriba qui dictante Apostolo [scripsi epistolam in domino,] scilicet vos saluto. [Salutat vos Caius hospes meus & vniuersę ecclesiæ,] quia omnes fideles in hospitium recipiebat, cui D. Ioannes suam tertiam direxit epistolam [Salutat vos Erastus archarius ciuitatis,] qui custodiebat archam communem & cōmunes reditus ciuitatis & alius nomine [Quartus frater,] id est, Fidelis [Gratia Domini nostri Iesu Christi] sit scilicet [cū omnib. vobis. Amē,] id est, vtinam fiat. [Ei autem,] scilicet Deo [qui potens est confirmare,] scilicet in fide [iuxta euangelium meum] id est, quod ego prædico, [& etiam prædicationē Iesu Christi] qui primus euangelium prædicauit [secundum reuelationem mysterii temporibus æternis taciti,] id est, secreti de incarnatione filii Dei uel de vocatione Gentium, quia a principio mundi aliis generationibus fuit occultatum. [Quod nunc patefactum est per scripturas Prophetarum,] quæ nunc impletæ sunt & aliis generationibus publicatæ [secundum præceptum æterni dei,] qui mysterium hoc publicare & annunciare præcipit nobis [ad obeditionem fidei in cunctis Gentibus,] id est, vt omnes Gentes cognoscant, & credant ac obediant fidei [cogniti,] scilicet æternaliter [soli sapienti Deo,] sed nunc reuelatum est nobis [per Iesum Christū, cui honor & gloria in secula seculorū, Amē, fiat.]

COMMENTVM XVI. CAPITIS.

Commendo autem uobis Phoeben sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est Cencris.

HANC primam huius capitis partem Apost. expendit in salutationibus priuatarum personarum. Erat enim tunc maxime operæpretium ad incitandam fouendamq; nascentem religionem Christianā, insignes personas omnibus esse notas, vt mutuis virtutis exemplis sese omnes extimularent & promouerent, inter quos vel hac ratione sanctitas coalesceret inter Gentes Christiani nōminis inimicas Eratq; ad rem

ad rem decentissimum suis quenq; laudibus prosequi, qui aliquid emolumenti suis vel fauoribus vel sudoribus attulisset ecclesiæ, vt alii ad similia excitarentur. Qua de re Apost. neminem ferè in huiusmodi salutationibus nominat, quem non suis ti tulis & virtutibus efferat, & exornet inter, eas personas. Primo commendat Phebē, proprium est nomen insignis mulieris, quæ in domo sua suscipiebat discipulos ac pauperes Christi, quæ Roman pergebat epistolam Apostoli deferens negocia ardua illic habens, Secūdo describit eam ex fidei religione dicens. Sororē nostram, omnes enim mulieres fideles sorores vocantur, prout & omnes viri fratres. Tertio ex officio pietatis cum dicit. Quæ in ministerio est ecclesiæ, quæ est Chencris, id est, quæ victum ministrat & necessaria ecclesiæ, quæ est Chencris in portu, scilicet Corinthiorū, vbi aliqui Christiani erant cōgregati, quibus dicta mulier seruiebat, prout de ipso Christo dicitur quod quædā mulieres ministrabant de facultatibus suis. Et de vidua eligenda dicit Apost. Si hospitio recepit, Si pedes sanctorum lauit. Ex quibus apparet non esse malum literas commendatitias in bonum finem petere et accipere. [Vt eam suscipiatis in domino digne sanctis, & assistatis ei in quocunque negocio vestri indiguerit. Etenim ipsa astitit multis, & mihi ipsi.] Hic manifestat in quibus vult eā cōmmēdari, et deinde rationē assignat. Primū in quo vult eā cōmēdatā haberi, est vt digne suscipiatur in domino, id est, propter honorē dei secūdū quod dignū & conueniens est recipi sanctos, iuxta illud. Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti recipiet. Secundum est vt eam solicite adiuuēt, vnde subdit [vt assistatis ei,] scilicet consilium, auxilium & fauorem præstando in quocunque negocio vestri indigueri, habebat enim forte aliquid expedire in cura Cæsaris. Si obiiciatur illud, Vestrum negocium agatis, quasi dicat, Non intromittatis vos de negociis alienis. Dicendum quod assistere negociis alienis contingit dupliciter. Vno modo seculariter propter fauorem hominum, vel lucrum, & hoc non conuenit seruis Dei, saltem clericis Deo dicatis, secundum illud. Nemo militans Deo implicat se negociis secularibus. Alio modo assistit aliquis negociis alienis ex pietate, puta in auxilium indigentium & miserorum, & hoc est religiosum secundum illud. Re ligio munda & immaculata apud Deum & patrem, hæc est visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum. Et hoc modo Apost. hic loquitur. Deinde assignat rationem quare id facere debeant, ostendendo meritum eius dicens. [Etenim ipsa quoque astitit multis & mihi ipsi.] Vnde Esa. 3. Dicite iusto quoniam bene, retributio enim manuum, id est, operum eius fiet ei. Et Christus Beati misericordes quonia m misericordiam consequentur.

Luc. 8. 1. Tim. 5. Mat. 10. 3. Thes. 4. 2. Tim. 2. Iaco. 1. Mat. 5.

Salutate Priscam, & Aquilam adiutores meos in Christo (qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt, quibus non solus ego gratias ago, sed & cunctæ Ecclesiæ Gentium,) & domesticam Ecclesiam eorum.

HIC petit salutari Aquilam, & Priscam vxorem eius, quamuis vxorem præ nominauerit eo forsan quod ob insignem deuotionem & prouitatem præclari esset nominis. Origenes & Chrysostomus dicunt hos duos fuisse illos ciues Corinthii, quorum hospitio exceptus est Paulus, dum ab Athenis Corinthum veniret. Qui quidē Aquila professione Iudæus, genere fuit Ponticus, cuius vxor illic non Prisca sed Priscilla vocatur, nisi forsan diminutiuum sit ab eo, quod est Prisca. Erat q; eiusdem artis cū Apostolo, puta scænifactoriæ, hoc est cōsuendorum tabernaculorū. Qua de causa dicitur ad illum diuertisse, cum applicaret Corinthum. Neq; Corinthi primū sed & Ephesi cōstat habitasse. Ex quo loco cum Paulus misisset ad Corinthios priorem epistolam, quæ hanc antecessit, inter alias salutationes ait. Salutant vos in Dño multū Aquila, et Priscilla, cū domestica ecclesia sua, apud quos & hospitor. Assignat deinde rationē. [Adiutores meos in Christo Iesu.] Nō quidē adiutores in prædi cta

Act. 18. 1. Cor. vlt.

cta arte mechanica, sed in prædiis subsidiisq; euangelii promulgandi. [Qui pro
Ioan. 15. anima mea suas ceruices supposuerunt,] id est, seipsos pro vita mea cōseruanda mo
Phil 1. tis periculo exposuerunt, quod est iudicium maximæ charitatis. Cum maiorem hac dilectionem nemo habeat, quam vt ponat quis animā suam pro amicis suis. Et quia vita Apostoli non tam sibi quàm aliis necessaria erat, secundum illud, Permanere autem in carne necessarium propter vos. Ideo subdit [quibus non solus ego gratias
1. Tim. 2 ago, sed & cunctæ ecclesiæ Gentium,] quarum sum Apostolus, & doctor. Et etiam salutate [domesticam eorum ecclesiam.] habebat enim in domo sua multos fideles congregatos. [Salutate Epænetū dilectum mihi, qui est primitiuus ecclesiæ Achaiæ in Christo Iesu.] Hic petit salutari Epænetum qui interpretatur laudatus, vel laudabilis, qui erat Apostolo dilectus, eo quòd erat prima fruges Christianismi in Asia. B
vnde dicit primitiuus Asiæ. Alii textus habent Achaiæ, id est, primus qui illic fidē Christi suscepit, quod pertinet ad eius magnam dignitatem Vnde Apost. Accessisti
Heb 12. ad ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis. Tunc autem erat Romæ. [Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis.] Interserit fœminas viris, & inter eas Mariam ciuem Romanam, quæ multum laborauerat & operam nauauerat nascenti Ecclesiæ Romanæ, maxime ad componendam pacem inter Iudæos & Gē
Sap. 3. tiles quorum discordiam pertulerat ad Apostolum, vt Hugo Cardinalis ait, vnde merebatur, secundum illud, Bonorum laborum gloriosus est fructus.

Salutate Andronicum, & Iuniam cognatos & concaptiuos meos, qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fecerunt in Christo Iesu.

HOS describit ex genere, cum dicit cognatos meos. In quo ostēdit eos fuisse Iu
Sup. 9. dæos sicut dixerat, Qui sunt cognati mei secundum carnem. Secundo ex passione pro Christo suscepta, dicens [& concaptiuos meos.] fuerant enim aliquando comprehensi & in carnem detrusi, cum Apostolo, qui dicebat in carceribus abun-
2. Cor. 11 dātius. Tertio ex authoritate, cū dicit, [Qui sunt nobiles in Apostolis,] id est, inter
prou. ult. prædicatores, secundum illud, Nobilis in portis vir eius cū sederit cum senatoribus terræ quarto ex tempore cū dicit, [Et ante me fuerunt in Christo Iesu.] prius. n. fuerunt conuersi ex iudaismo ad fidem Christi quam Apostolus. vnde ex hoc eis ma
1 Tim. 5. ior reuerentia debebatur, secundum illud, Seniorem non increpaueris, sed obsecra vt patrem Sunt qui legant Andronicum & Iuliam, ac si Iulia, fœmina esset, & fortè Andronici vxor. Sed probabilius legendum est Iuniam vt sit nomen viri Iunias.
Iob. 23. [Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in Domino.] Quamuis (vt Origen. ait) huic nihil egregium videatur ascribere, tamen ex hoc ipso quod dilectus erat Apostolo laudabilis est [, Salutate Vrbanum, adiutorem nostrum in Christo Iesu & Stachim dilectum meum.] Forsan hic erat minister verbi, & sic adiutor in prædicatione fidei, cui coniungit Stachim. quia forte simul habitabant, vel quia aliqua alia necessitudine coniuncti erant [Salutate Apellen, probum in Christo.] Hunc Apellen vocat probum in Christo, id est, approbatum a Christo per tribulationes, secundum illud, Probauit me sicut aurum quod per ignem transiit. Vel probum, id est probatæ uirtutis. [Salutate eos qui sunt ex Aristoboli domo.] Hunc aristobolū C
ait D. Ambr. congregatorem fuisse fidelium. Et quia forsan ille vel mortuus erat vel absens eum non salutat, sed domum eius veluti scholam fidei & morum [Salutate Herodionem cognatum meum] Probabile est hunc fuisse Iudæū, nisi forte aliqua alia ratione esset illi cognatus, sicuti de Andronico & Iunia prænotauimus. [Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino.] Hunc Narcisū D. Ambr. ait fuisse presbyterum officio functū peregrini, qui exhortationibus firmabat credētes. Et quia nondū compertū erat Apostolo an tota (quā collegerat) familia firma esset in fide, nō omnes salutat, sed omnes inquit qui sunt in Domino. Neminē enim
1. Cor. ult. salutare cōsueuerat, nisi quē charitate cēsebat Deo coniunctū Eū quippe q nō amat
2. Ioan. 1. Dominū nostrū Iesū Christū, anathema esse iubet in alia epistola. Et D. Ioā. Si qui venit ad vos & hāc doctrinam non affert, nec aue ei dixeritis. [Salutate Tryphenam

nam & Tryphosam, quæ laborant in domino. Salutate Persidem chariſſimam, quæ multum laborauit in Domino.] Hæ tres laborauerunt in Domino, id eſt, in miniſterio ſanctorum, quod dominus reputat ſibi fieri, vel eo, ſcilicet modo quo de Maria dictum eſt, niſi quod Perſidem ſuperioribus prætulit, vocans eam chariſſimam, & quod ait eam multum laboraſſe exhortationibus, ſcilicet & ſubſidiis, ac aliis laboribus, ieiuniis, vigiliis, &c. Mat.25. 2.Cor.11.

Salutate Ruffum electum in domino, & matrem eius, & meam.

D HVNC Ruffum dicit electum in domino, quod exponi poteſt, id eſt probatū ſicut de Appelle dictū eſt, vel vocat eum electū, non illa electione generali, de qua ad Ephe. elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ſed ſignificat virum fuiſſe ſelectæ virtutis & ſanctitatis. Salutat pariter matrem illius Ruffi ſecundum carnē, tanquam etiam electam, quam dicit eſſe matrem ſuam, beneficiis & obſequiis. aliquando enim ſeruierat Apoſtolo, & tunc Romæ erat. Vnde alibi, Anus vt matres, iuuenculas, vt ſorores, &c. [Salutate Aſyncritum, Phlegontem, Hermā, Patrobā, & Hermen, & qui cum eis ſunt fratres] Hos quinq; vna eademq; ſimplici ſalutatione comprehendit cum ſuis ſodalibus, erant enim forſan in eadem domo vnanimiter habitantes. Herman priori loco ab Hermas, Hermen vero ab Hermes quod eſt Mercurius, illum autem Herman putat Origenes fuiſſe authorem libelli, qui inſcribitur Paſtor. Ephe.1. 1.Tim.5.

Salutate Philologum, & Iuliam, Nereum, & ſororem eius, & Olympiadem, et omnes qui cum eis ſunt, ſanctos.

HOS etiam eadem ratione citra vllum titulum ſalutat, eo quod nihil præſtantius agnoſcebat in illis, niſi quod digni erant ſalutatione. [Salutate inuicem in oſculo ſancto.] Ne iis qui præteriti erant abſq; ſalutatione, aliis nominatis inuiderēt, & ne qui nominati erant, alios deſpicerent, ſubdit hoc pacis & concordiæ verbum, vt ſe ſalutent inuicem in oſculo ſancto, non libidinoſo, de quo Salomon. Apprehenſum deoſculatur iuuenem, neque ſub dolo, de quo idem. Meliora ſunt vulnera diligētis, quam fraudulenta oſcula inimici. Sed ſancto & honeſto quod in ſignum ſanctæ Trinitatis datur, ſecundum illud. Oſculetur me oſculo oris ſui. inde autem vt Origenes ait. in eccleſia inoleuit vt fideles inter Miſſarum ſolennia inuicem olim darent oſcula pacis, quod tamen nunc rationabiliter non ſeruatur. Prou.7. Prou.27.

Salutant vos omnes eccleſiæ Chriſti.

ORIGENES quærit quomodo Apoſtolus, qui in vna Achaiæ erat eccleſia, omnium eccleſiarum Chriſti nomine ſalutat Romanos. Reſpondet quod id faciebat, eo quod vnus erat ſpiritus D. Pauli, & omnium eccleſiarum, quæ orationibus communibus pro omnium ſalute precabantur, quaſi dicat, Omnes eccleſiæ ve- Mat.5.
E ſtram optant ſalutem, & pro vobis orant. Vnde D. Iacobus. Orate pro inuicem, vt ſaluemini.

SECVNDA PARS XVI. CAPITIS.

Rogo autem vos fratres, ut obſeruetis eos qui diſſenſiones et offendicula, præter doctrinam quam vos didiciſtis faciunt, et declinate ab illis.

IN hac ſecūda huius cap. parte, oſtēdit quos vitare debeant. Et quia illi quos ī- tari volebat, fraudulenter incedebant decipientes ſub ſpecie pietatis, venien- in veſtimentis ouium, & intrinſecus erant lupi rapaces. Ideo primo inducit po-

nos ad habendam cautelam & circunspectionem, dicens. [Rogo autem vos fratres vt obseruetis, &c.] Obseruare idem est quod diligenter considerare, quod quando q; in bono sumitur, quandoq; in malo. In malo quidem cum quis considerat condi tionem & progressum alicuius ad nocendum ei, secundum illud. Obseruat peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis. Et illud. Et ipsi obseruabant eum, in bo

Psal. no autem tripliciter accipitur, vno modo quando quis diligenter considerat ad im-

Luc. 14. plendum ea, secundum illud. Obserua igitur & audi vocem eius. Secundo quando quis diligenter bonos ad imitandum eos, secundum illud. Imitatores mei estote fra tres, & obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. Tertio obser

Philip. 3. uantur mali ad cauendum, & ita accipitur hic: Erant enim quidam ad finem côuer si, qui prædicabant legalia esse obseruanda. Et ex hoc sequebantur primo dissensiones & sectæ, de quibus ad Galat. 5. quia quidam errori eorum adhærebant. Alii autem in vera fide persistebant. Secundo sequebantur offendicula & scandala, de qui bus supra. 14. dum quidam alios iudicarent, & alii alios spernerent. Vnde Esa. 17. Auferte offendicula de medio populi mei, dicit autem, [præter doctrinam quam di

Galat. 1. dicistis,] scilicet a veris Christi discipulis, vt ostendat quod huiusmodi dissensiones & scandala ex falsitate doctrinæ perueniebant. Vnde alibi dicit. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Secundo monet vt cogniti vitē tur, dicens [Et declinate ab illis,] id est, eorum doctrinā & consortia fugite. Vnde F Dauid. Declinate a me maligni, & scrutabor mandata Dei mei.

Huiusmodi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo uentri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obedientia in omni loco diuulgata est. Gaudeo igitur in uob is. Sed uolo uos sapientes esse in bono, & simplices in malo.

HIC assignat duas rationes prędictę monitionis, quarum prior sumitur ex par te eorum quos volebat vitari, quorum primo describit intentionem, dicēs [Huius modi enim homines non seruiunt Christo domino, sed suo vētri.] Nō enim prædi cabāt propter gloriā dei, sed propter quæstū vt suū ventrē implerēt, de quibus alibi

Philip. 3. dicit. Multi ambulāt quos sępe dicebam vobis, nunc autē et flens dico inimicos cru cis Christi, quorum deus venter est. Secundo describit eorum deceptionem. dicens, [Et per dulces sermones seducunt corda innocentium,] id est, simplicium & imperitorū, de quibus Salomon. Innocens credit omni verbo. Et per dulces sermo

Prou. 14. nes in quibus sanctitatem prætendunt, secundum illud. Qui loquuntur pacem cum

Psal. 27. proximo suo, mala autem in cordibus eorum [Et benedictiones] quibus, scilicet be nedicūt, laudāt, et adulātur illi qui eos sequūtur, vt facilius decipiāt, secū dū illud. Po

Esa. 3. pule meus qui te beatū dicunt, ipsi te decipiunt, talibus benedictionibus maledicit

Mala. 2. Deus, secundum illud. Maledicam benedictionibus vestris. Secundam rationem prę dictæ monitionis assignat ex conditione Romanorum, qui faciles se exhibebant ad sequendum bonum & malum. Vnde primo commendat eos de facilitate ad bonum A dicens. [vestra enim obedientia,] qua de facili obedistis, [in omni loco diuulgata est,] propter dominiū quod tūc Romani obtinebāt super alias nationes, ideo quæ a Romanis fiebāt de facili diuulgabātur ad alios. Vnde supra. 1. Fides vestra in vni

1. Cor. 13. uerso mundo annunciatur. De illa obediētia in bonū cōgratulabatur, dicēs. [Gaudeo igitur in vobis] quia, scilicet fidei obedistis et hoc in charitate, de qua dicitur, quod nō cōgaudet super iniquitate, cōgaudet autē veritati. Deinde reddit eos cau

1. Thes. ul. tos cōtra malū dicēs [Sed volo vos esse sapiētes in bono] vt. s. sci quod bonū est ad

Mat. 10. hæreatis, iuxta illud, Quod bonū est tenete [Et simplices in malo.] i. impermixtos in malo, Ne. s. propter aliquā simplicitatē declinetis in malū. Vel vt talis sit in vobis simplicitas quod nullū decipiatis, neq; ab aliis decipi patiamini, de hac simplicitate Christus. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Econuerso

Hier. 4. de quibusdā dicit Hiere. Sapientes sunt vt faciant mala, bene autē facere nescierūt.

Deus

Deus autem pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter, Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum.

HIC optat & precatur eis diuinum auxilium contra huiusmodi deceptores, dicens. [Deus autem pacis.] s. dator et author, qui eas dissensiones faciunt, odit, [Cõterat Satanã.] i. diabolũ qui per istos pseudoapostolos vos decipere conatur, [sub pedibus vestris.] vt scilicet per vestrã sapientiã vincatis [Velociter,] id est, & hoc fiat velociter, scilicet in aduentu meo, potestate nobis a Christo data, secũdũ illud. Ecce dedi vobis potestatẽ calcãdi super serpẽtes & scorpiones, & virtutẽ inimici. Et Malac. ait. Calcabitis impios cum fuerint sicut cinis, sub planta pedum vestrorum. Deinde ad hoc obtinendum precatur gratiam Christi, dicẽs. [Gratia domini nostri, &c.] quæ, scilicet sufficit ad vos tuẽdos ab omnibus malis, & periculis, secundum illud. Sufficit tibi gratia mea. [sit vobiscum,] & vos protegat: Prou. Luc. 10.

TERTIA PARS XVI. CAPITIS.

B *Salutat vos Timoth. adiutor meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater cognati mei. Saluto ego vos Tertius, qui scripsi epistolam in Domino. Salutat vos Caius hospes meus, & vniuersa ecclesiæ. Salutat vos Erastus, Archarius ciuitatis, et Quartus Frater.*

HIC salutat Romanos ex parte aliorum, & primo ex parte Timothei, quem dicit adiutorem suum in prędicatione euangelii. Vnde Corinthiis scribens dicit. Misi ad vos Timo, qui est filius meus charissimus & fidelis. Addit autẽ & Lucius, et Iasõan, & Sosipater cognati mei, quia Iudæi erant, supplendũ est salutant vos. Erat autẽ quidã Scriba D. Pauli nomine Tertius, cui Apost. concessit vt ex sua persona Romanos salutaret. Ideo se interseruit, dicens, Saluto vos, &c. Enumerat Apost. inter alios Caium hospitem suum, ad quem dirigitur tertia D. Ioannis epistola canonica, in qua commendatur de charitatem quam exhibebat sanctis Nominat etiam Erastum Archariũ ciuitatis, qui, scilicet custodiebat Archam communem, id est, cõmunes reditus ciuitatis. Vltimo nominat quendam fidelem qui vocabatur Quartus, prout scriba vocabatur Tertius. 1. Cor 4.

Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen. Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta euangelium meum, et prædicationem Iesu Christi, secundum reuelationem mysterii temporibus æternis taciti, quod nunc patefactum est per scripturas Prophetarum, secundum præceptum æterni Dei, ad obeditionem fidei, in cunctis Gentibus cogniti, soli sapienti deo per Iesum Christum, cui honor et gloria in secula seculorum, Amen.

HIC salutat Romanos ex parte sua, dicẽs [Gratias, &c] & finit epistolã cũ gratiarũ actione, dicẽs. [Ei autẽ] s. Deo qui est Trinitas, [qui potẽs est vos cõfirmare,] secũdũ illud Modicũ passos ipse perficiet, cõfirmabit, cõsolidabitq; & hoc in fide, quæ est [iuxta euãgeliũ meũ.] i. secũdũ euãgeliũ quod ego predico, & etiam secũdũ [prædicationẽ Iesu Christi,] qui primo euangeliũ prędicauit, secũdũ illud. Quæ cum initium accepisset enarrari per Dominum Vnde D. Mat. dicit. Circuibat Iesus prædicans euangelium regni, subiungit [Secundum reuelationem mysterii,] id est, secreti, quod quidem potest referri ad id quod dixerat iuxta euangelium meum. Vel quia in euangelio reuelatur secretum diuinæ incarnationis, secundum illud. Iustitia Dei reuelatur in eo. Vel quia ipsi Apostolo est euangelium reuelatũ secundum illud. Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. De hoc autem secreto dicit Esa. Secretum meũ mihi. Vel potest melius referri ad hoc quod dixerat cõfirmare, quasi dicat, Deus potest vos cõfirmare in euãgelio meo et prædicatione. C 1. Pet. vlt. Heb. 2. Mat. 4. 1. Cor. 2. Esa. 24.

Et hoc

Et hoc secundum reuelationem mysterii secreti, scilicet de conuersione Gentium, de quo alibi, Mihi autem omnium sanctorum minimo data est gratia hæc in Gentibus illuminare, quę sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in Deo. Vnde
Ephe. 3. subdit[temporibus æternis taciti.] Quia videlicet occultum erat apud homines quod Gentes essent conuertendæ ad fidem. vocat autem hæc tempora æterna
Psal. 75. quasi diu durantia, quia a principio mundi hoc fuit occultum, sicut & in Psal. Illu-
Esa. 57. minans tu mirabiliter a montibus ęternis. Vel potest dici quod tempora ęterna dicuntur ipsa æternitas, de qua Esaias, Excelsus & sublimis habitans æternitatem, vt sicut simplex Dei essentia per quandam similitudinem dimensionibus describitur, secundum illud, Longior terra mensura eius, & latior mari. Ita simplex eius æter-
Iob. 11. nitas per tempora designatur, inquantum omnia tempora continet. Subdit autem,
Ephe. 3. [quod] scilicet mysterium,[nunc patefactum est per scripturas Prophetarum.] id est, secundum quod Prophetæ prædixerunt, vt patuit supra quinto. Vnde Ephesiis scribens ait. Aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicut nunc manifestum est sanctis Apostolis eius, & Prophetis in spiritu esse Gentes cohæredes. Est autem patefactum per operis impletionem, ex præcepto Dei. Vnde dicit secundum præceptum Dei, qui, scilicet æterno proposito ea quæ vult temporaliter facit. quod quidem præceptum Dei [ad obeditionem fidei] est [in cunctis Gentibus.] id est. vt omnes Gentes obediant fidei. Vnde supra. I. ad obediendum fidei, in omnibus Gentibus. Si autem loquamur de mysterio incarnationis, sic construenda est litera misterii inquam temporibus æternis taciti, quia ante non erat ita manifestum, quod quidem mysterium nunc patefactum est per scripturas Prophetarū, qui hoc prædixerunt secundum præceptum æterni Dei, qui voluit mysterium incarnationis patefieri, & hoc ad obediendum fidei in cunctis Gentibus mysterii, inquam licet taciti apud homines tamen cogniti soli Deo sapienti, quia ipse solus hoc
Mat. 19. cognouit, & quibus voluit reuelare, quia quæ sunt Dei, nemo nouit nisi spiritus
Mar. 10. Dei. Vel potest intelligi de Deo qui solus est sapiens, scilicet per essentiam, prout
Mat. 11. dicitur quod nemo bonus nisi solus Deus. Nec per hoc excluditur filius, quia eadē est perfectio totius Trinitatis, prout econuerso dicitur. Nemo nouit patrem nisi filius, non excluditur spiritus sanctus, neque pater a notitia suiipsius. Subdit autem [per Iesum Christum,] quod non est sic intelligendum quod Deus pater sit sapiēs per Iesum Christum, quia cum in Deo sit idem sapere quod est esse, sequeretur quod pater esset per filium, quod est inconueniens. Sed hoc referendum est ad hoc quod supra dixerat, nunc patefactum est, scilicet per Iesum Christum, [cui] Iesu
Philip. 2. Christo, [est honor.] per reuerentiam totius creaturæ, secundum illud, In nomine Iesu omne genu flectatur. [& gloria,] scilicet quantum ad plenam diuinitatem, sicut ibi subditur. Et omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris vel potest sic construi, cogniti soli sapienti Deo, cui scilicet Deo,
Ioan. 17. est gloria per Iesum Christum, qui eum glorificauit, secundum illud. Ego te cla-
Heb. ult. rificaui super terram, & supplendum est sit honor & gloria. Et hoc non ad tempus, sed in secula seculorum, secundum illud, Iesus Christus heri, & hodie ipse est in secula. Addit autem ad confirmationem veritatis, Amen, quod vt dictum est interpretatur fiat.

FINIS.

VENETIIS,

Apud Camillum Franciſchinum.